Ex Libris Baccallaurei

D. Josephi a Soria Primariae

Cathedrae Physicae Experimentalis

Regentis. Soria

LAMPAS, SIVE FAX ARTIVM LIBERALIVM,

HOC EST,

THESAVRVS CRITICVS,

IN QVO INFINITIS LOCIS THEOlogorum, Iurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum, Oratorum, Historicorum, Poetarum, Grammaticorum, scripta supplentur, corriguntur, illustrantur, notantur,

Tomus Primus.

Ex otiosa Bibliothecarum custodia erutus, & foras prodire iussus,

A IANO GRVTERO. authore damnato

Cum Indice & Locorum & Memorabilium.



De la libreria de S.n Ambrosio

Conforma con el expurgato de 1707 por comission del off.o

Mart. Sgo. lo. Requena.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

PRODIT FRANCOFVRTI

E Collegio Paltheniano, Sumtibus Ionæ Rhodii Bibliopolæ.

ANNO M. D. C. II.

[redacted] este libro segun el expurgar
de este año de 1613 por comon de este Sto. Offo.

Basvigue

ILLVSTRIBVS, GENEROSIS, MAXIMÆQ; SPEI FRATRIBVS GERMANIS, D.N. IOANNI, D.N. ANDREÆ FIRleijs, de Dambrouica Baronibus, &c. Polonis.

INVENIRI *quamplurimos, qui contemnant, aut etiam carpant Criticen, quid mirum! Oraculi iam vox est, haud Senecæ:* Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant. argumentum pessimi, turba est. *Et bene, quod passim panculi semper aliquot reperti sint, hoc est, melior quisque veritatis interpres, qui istud siue studium, siue artificium, suo æstimauerint pretio, censuerintque ortum bono literarum. Absque eo certe, quibus non lateret in tenebris, quibus non implicaretur nodis genus omne disciplinarum? Verbo rem dicam: perierant sacra pariter ac profana: profecta eorundem monumenta, eorundem cultores. Nam si oratio ea nulla est, quæ non intelligitur quis erit ille Lynceus simul & Alexander, qui penetret tenebras plusquam cimmerias, qui dissoluat nexus plusquam Gordios, quibus mixtim occupãtur editionis antiquissimæ libri omnes minimi maximi? Imo, extra omnem est controuersiam, summas istis habendas agendasq; gratias, qui miserti diuinarum humanarum rerum scientias, adminiculante modo laboriosa diligentia, modo excultiore ingenio, modo iudicio solertiore: optimis quibusq; scriptoribus in illo mero Barbariæ Oceano naufragis, vltro subuenerunt, ac velut e Pharo vniuersis ac sin-*

gulis salutarem lucem, & cum luce portum aperuerunt. Horum e numero, quasi Castorum, cum fuerunt & hi plane ab illo Gothorum diluuio principes, bonum est prorsus factum Typographorum optimi, qui eosdem vno complexos volumine, ex otiosa Bibliothecarum custodia producit, typisq; suis elegantioribus renouat,

Item vt Medea Peliam concoxit senem,

sed neq; ego male qui eosdem, sub liquido celebratissimi nominis vestri auspicio, Europæum hunc orbem secure perambulare iubeo: vtiq; cum alias etiam non tralatitie studiorum vestrorum tyrociniis inseruire queant: vtpote qui præter censuras suas, exhibeant item larga manu, ritus priscos, ac tanquam per aliquam fenestram Momi, palam ostendant animam animumq; auctorum: sine quo literaturæ genus omne nihil sane, nisi

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum,

quemadmodum vos ipsi, Illustres Domini Barones, experimini quotidie, & experiemini accuratius adhuc, paulo adultiores, cum dapes istæ Criticæ non odore tantum ac sapore suo, sed multo magis nutrimento commendabiles, expriment vobis illam vocem,

Dulces ante omnia Musæ.

Auguror enim, nec temere, vos aliquando iam iuris vestri, pertinacius incubituros studiis his humanioribus, quibus nunc tam alacriter operam datis magnorum Parentum suasu: si non aliis de caussis, at vel ideo, ne videamini degenerare velle a priscis illis Firleiis, qui auctorati fere semper indiuiso Martis & Mineruæ contubernio, coronabantur

Serenatam duplici diademate frontem.

Etsi enim ante aliquot centum annos, quibus vestrum genus tota viguit Polonia, abesset politia illa literarum hodierna: at fugite suspicari defuisse viris tam prudentibus traditos, per manus ne, an per ora Annales publicos priuatos, in quibus, vt in speculo contemplarentur, quod imitari possent, quod vitare: quibusq; præterea sic maiorum instruerentur institutis atque exemplis, vt cum quauis senectarerum cognitione certarent,

— — — metasque tenerent,
Ante genas dulces quam flos iuuenilis obumbret,
Oraque ridenti lanugine vestiat ætas.

Plane

Plane horum præsidiis, tam regnante Miezlao quam Boleslao audace, magnos se fecerunt Firleij, non amiciores ciuibus suis, quam formidolosiores hostibus: tantaq; iam tunc dignationis sub Vladislao, vt Ostaphius Firlejus militia probe spectatus, adsumeretur in aulam, Regi primum a Dapibus, deinde etiam a Ferro; Dapiferi, Ensiferiq; cognomine insignis. Vestigiis huius instituit sub Casimiro magno, Stanislaus Firlejus, qui dum victoriæ bellicæ monumenta perennia fugacium tergis hostiũ cruento inscribit telo, Petrus interim Firlejus, togatæ militiæ melior, per Lublinensem prouinciam conuẽtus, ac iudicia obit, non minore abstinentia, quã iustitia. Iam dominante Casimiro IV. cum a Tartarorum 40. millibus ferro atq; igni misere infestaretur Polonia, ac requireretur tantæ calamitatis vindex, itum est a Sigismundo rege ad abauum vestrũ Nicolaum Firlejum: eoque constituto generali, vt vocant, exercituũ regni Polonici Duce: res adeo feliciter successit sub manu, vt concisis vno alteroque circa Copestrinum prælio quatuordecim Tartarorum millibus, reliquam manum vagam ac licẽtiore populatione diffusam, intra suos repelleret fines pullus ille Martis: primusq; castrorũ in patria ex arte metandorum ac muniendorũ auctor: post quæ tamen tanta egit modestia, vt & Regi & toti Aulæ extra inuidiã esset, non extra gloriã. Quare etiam, defuncto Alberto adsumtus Casimiro filio ad intima consilia: cuius sine ductu nullum memorabile facinus ab eodem rege gestũ perhibetur. Vnde, iam decreta legatione Turcica ad Bajazethum omniũ prima, hic vnus eminuit inter purpuratos, qui Constãtinopolim fœderis constituendi ablegaretur: quo in munere talem se gessit, vt reduci ingestus sit Cracouiensis ille, quem dicũt Castellanatus, proxima a Rege inter seculares dignitas. Ex Nicolao nascitur proauus vester Petrus Firlejus, Russiæ Palatinus: quo neminẽ regio illa magis reuerita est, minus verita. Erat enim vir moderationis atq; auctoritatis cuiusdã, vt sic loquar, robustæ: quiq; deinde, excitatis passim magnificis ædificiis, compararetur Romano Lucullo. Sicut generi, ita & magnitudini patris successerunt filii tres, Ioannes, Nicolaus, Andreas: quorum maximus natu decoratus item a rege Palatinatus Cracouiensis insignibus, nec nõ regni Archimareschallatu: qui honores interim non stirpis claritudini, non maiorũ nominibus dati, sed propriæ virtuti, sed perspectæ industriæ. Dederat enim operã liberalioribus disciplinis in Germania, Gallia, Italia, perlustra-

taq; insuper Africa, Asia, ac terra illa sancta, ad suas redierat vere alter Vlysses, qui e tam variis populorum vrbium q; moribus pararat sibi vberem cinnũ florentis cuiusdam tam scientiæ quam sapientiæ: vnde item adhibitus grauissimis Regis sui negotiis: eius præterea ore locutus, hinc Imperatorũ maximo Carolo V. inde Regum lõge optimo Ferdinando: sed & comitiis Wormacienſibus interuenit, ac fœdera cum Imperio Romano atq; hereditariis Austriacæ domus ditionibus regio nomine renouauit. Nec minor morũ ingenuiue integritas vt nec dignitas, reliquo fratrum pari: prouecto vtroq; ad Senatoriũ regni gradũ, demandatoq; Nicolao Castellanatu Rauenſi, mox etiã Palatinatu Lublinenſi, Andreæ vero Castellanatu Lublinenſi, ac Palatinatu Sandomirienſi. Quid nũc dicã de liberis Ioannis quinq; numero? Nicolao, Andreæ, Ioanne, Petro, Henrico. An non in omnia virtutũ exempla geniti educatiq; fortunã sibi ipſis facere potuiſſent, niſi ea dẽ tam bene natis vltro apparuiſſet pediſſequa? Nicolaus ſane Palatinus Cracouienſis, ob multifariã eruditionem, ſolertemq; peregrinatione Germanica, Gallica, Italica, comparatã ſapientiam, tãtæ fuit apud Reges, Henricum III. Stephanum Bathorum, Sigiſmundum III. gratiæ atq; æſtimationis, vt quãuis maximis quibuſq; regni præfectus curis perageret tamẽ fideliter legationes plurimas, Pariſienſem ad Regẽ Carolum IX. Viennenſem ad Imperatorem Maximilianum, Pragenſem ad Imperatorem Rodulphũ; quin cum eũ dies fatalis mediis occuparet Varſoviæ comitiis, non ſecus atq; in domeſtico luctu mœrentib. publice cũctis Senatoribus, ipſemet Rex dignũ duxit, cuius funus extra portã vſq; proſequeretur pedes. Sed nec alter patruus veſter Ioannes, ſupremus Theſaurarius regni & Capitaneus Lublinenſis, cuiquã cedit ſuorũ ſiue doctrina, ſiue dexteritate ingenii, ſiue fide ac probitate. Certe eo ſucceſſu ante biennĩ Oratorẽ egit ad Imp. Auguſtum Rodulphum, vt antea Regi acceptiſſimus nunc longe ſit acceptior. Fratres reliqui Petrus & Henricus, dudũ ſummis honorib. pares, iam inibi ſunt, vt a Rege Sigiſmundo æſtimatore ingeniorũ acerrimo protrahantur in publicũ regni theatrum, ne iam vitalis familiæ vena ſitu obſoleſcat, ſed vtiliter curſu perenni,

-- Per medium denſi tranſeat iter populi,
Dulce viatori laſſo in ſudore leuamen:

exemplo videlicet viri incõparabilis, patris veſtri Andreæ, Senatoris regni, non e multis, ac Caſtellani Radomienſis, nec non Capitanei

Couel-

Couellensis in Vellinia, literarum ac literatorum admiratoris singularis: quod ipsum etsi abunde testatus sit tota sua illa peregratione Italiæ, Galliæ, Italiæ, clarius tamen adhuc palã facit partim institutione nupera Gymnasii in oppido suo Koczko, vbi religionis ac virtutis omnis incunabula non modo largiter fouet, sed alit & promouet, partim eo q; vos, Generosiß. Domini, quo quam maturrime digni euaderetis Firleia domo aquilæ instar pullos statim eiicientis e nido, a lacte gremioq; matris abreptos extrudit in viam illã regiam virtutis ac doctrinæ, per quã compendio pergeretis ad editũ templũ veri Honoris. q; ipsum ita agitis strenue, ita alacriter sub cura Ephori vestri Salomonis Negebaueri Pruteni, viri in quo eruditio cum comitate, probitas cũ grauitate certare videntur, vt non tã stimulo indigeat quam freno: vixq; adeo sufficiat deprædicando præter modestiã atq; obedientiam debitã, progressus vestros ad pietatem ad literas insignes. Ide quoq; facit hospes vester Laurentius Zinczeffius ICtus ac Consiliarius Palatinus notæ primariæ, cui non modo indolem vestrã atq; industriam abunde approbatis, sed etiam toti Aulæ, ipsiq; adeo Electorum maximo, Friderico IV. censori alioqui eorũ, quibus mentes non e vulgo, plane ædecumato. Idecq; vos inter paucos, & mensa sua & alloquiis sæpe dignatus, summa gratia summoq; fauore libens prosequitur: quo ipso indicio, macti esse Barones illustres, atq; in ea studia totis deinceps animis incumbite, quæ vobis, tã modo teneris solidum aperiunt iter ad famam gloriamq; sempiternam. q; firmo vtiq; calcabitis pede. si manseritis mentis vestræ, hoc est, instituerit is deinceps vestigiis maiorum vestrorum, nec nõ eorum quoq; omniũ, quos in toga in sago illustres, omnis etiamnũ celebrat memoria. Cui rei: quoniam & mea aliquid commodare potest opera, est q; omnia de isto capite vobis polliceamini: & quidem merito, quippe quem tã aride, tam assiduo hactenus publice frequentatis: vt videamini, non tam præire exemplo ceteris Nobilibus, quam sedulo isti serium facere comitium. Me sane ita obligastis ardore illo animi generoso, vt ingratitudinis notam sustinendam mihi putauerim, nisi hoc qualicunq; scripto, hinc exsultationem, meam inde obseruantiã erga vos, vestramq; tam illustrem familiam, & priuatim & publice probaßem.

IANVS GRVTERVS.

SYLLABVS AVCTORVM

MISCELLANEORVM.

Liber Observat. Angeli Politiani. 001

PHILIPPI Beroaldi Annotationes centum in varios auctores. M. Ant. Vatellici annotat. in Plinium 124

Eiusdem appendix Annotationum P. Beroaldi Annot. 188

Item Annotationes in Seruium, in Plinium, &c. 257

Domitii Calderini Obseruationum libri tres. 311

Baptistæ Egnatii Racemationes. 318

Baptistæ Pii Annotationes priores & posteriores. 353

Cornel. Vitellius in Merulam Cap. XXVI. 583

Iacobi a Cruce Annotationes in varios, Cap. XXI. 609

Pii Antonii Bartolini Auctarium. 677

Iani Parrhasii Quæsita per Epistolam, &c. 721

Laur. Abstemii Annotationes aliquot. 878

L. Scoppæ Collectaneorum Liber Vnic. 893

Flauii Centuria. 959

Floridi Sabini Subciuorum Libri III. 996

Nannii Miscellaneorum Libri X. 1223

Item Apologia. 1376

Robortelli, &c. 1386

INDEX

VARIARVM, NOVARVM ET ANTIQVARVM OBSERVATIONVM, EMENDATIONVM, LECTIONVM, MIscellaneorum,

SYLLOGE I.

Continens Angeli Politiani miscellaneorum centuriam primam. Præfatio ad Laurentium Medicum.

VM tibi superioribus diebus, Laurenti Medices, nostra hæc Miscellanea inter equitandum recitaremus, delectatus arbitror nouitate ipsa rerum, & varietate non illepida lectionis, hortari cœpisti nos, vt vnam saltem ex eis Centuriam (nam centenis libri singuli capitibus explicantur) publicaremus. Quod nunc vtique simul auctoritate tua, qua maior, nobis quidem, nulla in terris est, simul ratione adducti facimus. Quoniam nostra ista iam nonnulli vel cum puluisculo conuerrunt, sic vt aliis pridem, sibique, nostrorum titulo laborum nimis placeant. Quanquam scimus inuidia magna fore hos libros, & multum sermonis subituros, vt qui de magni nominis auctoribus libere pronuntient. Sed non id nostrum exemplum. Nam scriptores ferme omnes sic suas tuentur parteis, vt alienas oppugnent, ac laudis occasionem plerumque de aliorum erratis petant, tum sæpe a tenuioribus, & gregariis, velutique postremæ notæ, qualis ego, vel Cluuienus etiam proceres illi (*vt ita dixerim*) & antesignani quidam literarum fugillantur. Vetus est autem dictum, *Conscientia mille testes*. Scit illa prorsus nihil hic odio datum, nihil stomacho, candide omnia, & simpliciter, nihil aut insectanter, aut maleuole, nihil oblatrandi studio, nihil ostentandi voto protulimus, animo q; semper ad probandum (*si liceret*) quam ad improbandum propensiore fuimus. Neque videlicet strophis aut cuniculis, sed libero examine, libera veritatis fronte, rem gessimus. Ac non id quæsiuimus, vt aliquam doctis hominibus veluti labeculam aspergeremus, sed id cauimus potius, ne sub illorũ auctoritate studiosorum

fides periclitaretur. Denique in eos potissimum cuneus hic ex professo directus, in eos hic aries ex destinato temperatus, qui contra veri faciem, pro vernaculo quidem sibi, sed imaginario tamen sensu frontem durant, eos acie styli maxime compungimus, qui stylum vertere, hoc est, qui sua errata dispungere non didicerunt. At inordinatam istam, & confusaneam, quasi syluam, aut farraginem perhiberi, quia non tractim & cõtinenter, sed saltuatim scribimus & vellicatim, tantum abest vti doleamus, vt etiam titulum non sane alium, quam Miscellaneorum exquisiuerimus, in quis græcum tamen Helianum, Latinum sequimur Gellium, quorum vtriusque libri varietate sunt, quam ordine blandiores Quanquam ne Clementis quidem Alexandrini Pontificis, apostolicique viri commentaria, quæ στρωματεῖς, quasi stragula picta dixeris inscribebantur, alium profecto nobis titulum, nisi varietatis istius insinuabat. Etenim de Aristoxeni taceo commentariis, quos patri ferme titulo citat eo volumine Porphyrius, quod in Harmonica Ptolemæi composuit. Denique si varietas ipsa, fastidii expultrix: & lectionis irritatrix in Miscellaneis culpabitur, vna opera reprehendi rerum quoque natura poterit, cuius me quidem profiteor, tali disparilitate discipulum. Quod si ad omnem se minutiem demittunt, hoc vero apud Latinos exemplo etiam Cæsaris, Varronis, Messalæ, Ciceronis, Plinii, Quintiliani, aliorumque similium facere licet, quos æmulantibus, & errare honestum. Quare quod istos veluti patricios decuit, etiam me quasi minorum gẽtium non dedeceat. Par adeo celebritas nominum, vel græca inserit, vel ex commodo interpretatur, idque nunc ad sensum, nunc ad verbum, quod hic verum quoque. Iam si cui parum quæpiam enucleata, fortasse etiam nimis dura, obscuraque videbuntur, certe is nec ingenio satis vegeto, nec eruditione solida, fidelique fuerit. Sicubi barbara quædam & obsoleta deprehendentur, ea vero de industria dispersimus, etiã vt barbaris & ineruditis placeremus, & fieret liber corrasa vndique gratiola vendibilior. Si qui remotiora dicent hic inueniri vocabula, quam vt sumta credãtur de medio, ne isti arbitror sententiam suam mutabunt eum aduersq; medium literaturæ promouerint. Nec enim desunt, quibus etiam (*vt ait M. Tullius*) alabastrus vnguenti plena putere videatur: Tum in hoc genus scriptionibus, quæ non se populo venditant, sed paucis modo parantur, vsus istiusmodi reconditæ supellectilis, præsertim verecundus, minime improbatura bonis. Nec enim renouare sit probrum, quę iam pene exoleuerunt, si modo hæc ipsa, non vetustescere adhuc, sed veterascere de integro possint. Si quem nõnulla interim offendent eloquendi diuerticula, minus fortasse hominum nota, qui dece tantum Ciceronis paginas, nihil præterea lectitauerit, vtique ab hoc ego, ad eruditos prouoco, præcipue credo laudaturos, quę ab ipso improbabuntur. Nihil autem forsan intolerabilius, quam vt de te

Hecilianus.
Gellius.
Varietas blanda.
Clemens Alexand.

Vetustescо
Veterascо.

de te sententiam ferat indoctus, qui tamen sibi ipse doctissimus videatur. Si quis vbi quid refellitur, multarum vel auctoritatum, vel rationum moles desiderat, at victoriam sciat illic a nobis, non victoriæ quæri satietatem. Si longiuscula capita alia, breuiuscula rursus alia putabuntur, credamus hanc quoq; esse legem noui operis, vt æquale habeat nihil, nusquam sibi sit par, semper dissimilitudine claudicet, vnamq; istam regulam tueatur, ne quid ad regulam, ne quid ad perpendiculum, libellamq; reuocet. Si liberior stylus insolentis existimabitur naturæ, forsan benignior interpres simplicitati potius tribuet, quę nec ingenuos dedecet. Sicubi porro cōsuetudo refragabitur, at veritas, quæ nugas nō facit, aut veritatis vicaria consuetudo melior patrocinabitur. Nam & sumtū consuetudine dicitur, quod aduerius auctoritatem sit receptū, & error sæpe consuetudinis obiectatur a doctis. Tum pulcre sic ait quidam, *Cōsuetudo sine veritate*, vetustas erroris est. Deniq; si paucula respersimus interim scrupulosa, & anxia, quodq; verius subacida, vel ex philosophia, cuius iam pridem sumus candidati, vel ex orbe illo disciplinarū, quæ studio sapientiæ famulantur, at ea stomachum tamen lectoris præduleibus marcētem, recreabunt fortassis, & exacuent. Nam quo hæc omnia grata sui vice cōspirent, & quodam velut antithero fœderentur, pene de calcaria *(quod dicitur)* in carbonariam decucurrimus & id operam dedimus, vt alternatim deinceps inter se cōtraria quoq; subsequerētur, quæ nos querelæ istiusmodi eximerent. Nec.n. defieri apud nos etiam patimur, quæ sint amœna magis, & oblectatoria, ne dixerim illecebrosa, quam vel vtilia, vel necessaria, siquidē est *vt ait Varro*) aliud homini, aliud humanitati satisfaciamq; citra emolumentū. Speciosa interim petuntur, non Hercle minus, quam sine specie cōpendiū. Ergo vt agrestes illos, & hircosos quædam ex his impolita, & rudia delectabut. exasciataq; magis quam dedolata, nec modo limam, sed nec runcinas experta, nec scobinas, ita ediuerso vermiculata interim dictio, & tessellis pluricoloribus variegata, delicatiores hos capiet, volsos, & pumicatos, ne confaris vtrinq; vocib. & æquabili vel plausu, vel sibilo, aut ad cælū efferar, aut ad humū deiciar. Mediis autem inter hos, & neutro notandis, quasi quidā diuersorū Cinnus *(vt ait Cicero)* satisfaciet, non vno aliquo excellens, & omnium tamen particeps. Nec enim gustus idem omnibus, sed suum palatum cuiq;. Tum credo & exspuent in conuiuio quidam, pro fastidioso, & vesco, quod mox in culina pro suaui liguriant, & opimo. Nos ista certe non foro & curiæ, sed cubiculo, & scholæ parauimus, eoq; studuimus, nescio an & præstiterimus vt si quæ hic essent, omnino faciles essent, & simplices munditiæ, non operosa, & pigmentata lenocinia, color, nitorque verus, & ingenuus, non ascitus, & ex arcula congruens habitus, & expeditus, non onerosus, & lasciuiosus. Postremo cuicuimodi

Consuetudo.

Prouerb.

Homo. Humanitas.

Cuiuimodi.

exeant, quoquo modo hæc accipiantur, minime profecto recusamus, sed nec opinor euademus communem illam scribētium sortem, male audiendi, sit modo ita cordi lectoribus. Quinimo isti aleæ caput obiectamus, neque patrocinium respicimus, quod vltro nobis ademimus cēsura. Decernaturq; potius in nos, traducamur, vexemur, quam nō literarum publica fraus, quarum nobis est honor propriis vtilitatibus antiquior, etiam nostro aliquo, vel famę, vel otii dispendio redimatur. Nam quo ista quæso studiorum cōmunium professio, si iam ventum ad hæc vsque est, vt quod officium studiis vniuersi debemus, cessare omne tamen suspicione degeneri patiamur? Quo pacto vel durare vltra, vel esse iam poterit honestarum literarum synceritas, soluta penitus censura, dum sic æque omnes inuidiam perhorrescimus? Quanquam (*quod ad me attinet*) vtinam labori meo non contemtus potius quā inuidia debeatur. Illud enim prope in votis est, si modo quod ait Liuius, *Inuidia velut ignis alta petit*. Quin agitedum studiorum cultores optimi, pro se quisque alacres, gramen hoc inexpugnabile, quo bonæ fruges humanitatis præfocantur, auellite, subnascentesque sacris stirpibus, quasi perniciosissimas ederas, & omnem earum succum lapsibus erraticis exsorbentes, abrumpite penitus, & detruncate. Non desunt interpolatores veritatis, ne desint quoque redintegratores, exsistat vindex aliquis rogo, & patronus periclitantium disciplinarum. Nam ego vt vnus e medio, quid mihi liberum sit, vtique experiar. Faciam nec ne operæ pretium post videro. Quorsum tamen fluxerit, aut quocunq; res ceciderit; æqui boni faciam, planeque malignitatum omnium, & obtrectationum venena, non deuorabo modo, sed (*quo sum stomacho*) etiam concoquam, certus veritatis hunc esse quasi genium, simul atq; in publicum appareat vt odiosa, inimicaq; sit vulgo. Conniueant igitur alii licet, & dicere verum mussent, ego vnus profecto (*quicquid erit*) non dissimulabo iudicium, non supprimam quæ sensero, non indulgebo iam talibus patientiam, sed vel huic libello meo, saltem semilibere, sic insusurrabo. Vidi, vidi ipse libelle, cottidieque video, multa in literis fieri capitalia, compilari subdole aliena, confingi ad libidinē, quæ cui commodum, ascribi etiam idoneis, quæ nec agnoscant, allegari qui non exstent auctores, citari quinetiam pro vetustis, nullibi comparenteis codices, cōpleri libros omneis operosissimis vanitatibus, falsa pro veris ascita pro natiuis, nouitia pro vernaculis, supponi, pollui, adulterari, oblini, incrustari, distorqueri, confundi, præcipitari, interuerti omnia, nulla fide, nullo nec pudore, nec iudicio, quodq; his omnibus pestilentius, occasione quoque recētis artificii, quālibet stolidissimas opiniones in mille voluminū traduces momento propagari. Postremo (*vt semel dicam*) etiam nunc multos, auriculas habere asini. Dicat his aliquis, Quid tu autem? Fateor equidem, possum falli, vt humanus, sed neminem profecto scien

Mussent palam mutire non audeāt Ex Persio.

sciens fallo, & vt mendacium fortasse dico, sic certe non mentior. Tum egomet mi ignosco, Meuius inquit, imo autem (extra iocũ) nec egomet mi ignosco, & si quid indoctius, incautiusq; protulero, refutari a quouis cupio, refutaturus ipse me; si fuero admonitus. Non enim sic me peruerse amo, vt errare alios malim, quã innotescere qui errem. Sed ex eorum sum numero & ipse, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt. Ac de isto quidem fors viderit. Illud verissimum, si domi commentarios istos diutius, atque in manibus habuissem, & regustare interim ex interuallo licuisset, longe instructiores fuisse eos, locupletiores, adminiculatiores prodituros. Videlicet hoc illud est præcipue studiorum genus, quod vigiliis augescat, vt cui subinde ceu fluminibus ex decursu, sic accedit ex lectione minuatim quo fiat vberius. Tũ incondita nunc quoque pleraque, ineliquata, indiscussa, non rotunda, non tornata adhuc, sed quæ aurem prorsus præterierint, vtpote restrictim cogitata & ex tempore potius, quam a cura, quanquam ex abundanti pene styli negotium curat, & elocutionem concinnat, quem cana & veritas, & fides præcipue sollicitat. Enimuero ne putent homines male feriati, nos ista quæquæ sunt, de fece hausisse, necq; grammaticorum transiluisse lineas, Pliniano statim exemplo nomina prætexuimus auctorum, sed honestorum, veterumque duntaxat, vnde ius ista sumunt, & a quibus versuram fecimus, nec autem, quos alii tãtum citauerint, ipsorum opera temporibus interciderint, sed quorum nosmet ipsi thesauros tractauimus, quorum sumus per literas peregrinati, quanquam & vetustas codicum, & nomismatum fides, & in æs, aut in marmore incisæ antiquitates, quæ tu nobis Laurẽti suppeditasti, plurimum etiam præter librorum varietatem: nostris commentationibus suffragantur. Vt autem vel exemplo doceremus, circulatorum præstigias, & imposturas omneis esse tollendas, refrenandamque adeo quorumpiam lasciuiam, quæ iam sicuti cancer late serpit, inaniter de præscripto, & licenter egrediendi, nusquam aliquando veteris scripturæ testimonium citauimus, ne quid adscriptitium, ne ve quid vsquam superductitiũ præualeret, quin sua quodq; facie repræsentauerimus, & eas apposuerimus notas, vnde exquiri penitus vsq; a stirpe possit auctoritas. Atq; vt muneris huius nostri nullæ prorsus appendices desiderẽtur, etiam capita ipsa rerum, titulis inclusa breuissimis, sed in quis maior quam pro numero vtilitas, cõcenturiauimus, & ceu breuibus ceris ingentes summas, calculatorum more collegimus, quo negligentiæ delicati lectoris ipsi potissimum subscriberemus. Proinde sicuti sub Aiacis clypeo Teucer Homericus, ita nos vtiq; sub vmbra tui nominis latitantes, centuriatim dabimus in barbaros impressionẽ. Ita editione subinde aliqua, vel æquis, vel iniquis mos geretur. Et quandam pensante vice, sicut illis quod osculẽtur, ita his, abũde superabimus, quod mordeant. Mordebũt autẽ puto

Appendix. fœm. gen.

Impressionẽ, impetũ more militari.

Vitiligatores. *Pli. in prol.* *Multos fore qui vitiligēt id est, vitio alligent vituperent.* *Quo iure quaq; iniuria, susque deq; ferentes*

nostra, vel rabiosuli quidam, quos eleganter Cato vitiligatores appellat, isto potissimum litigandi vitio, veluti morbo laborantes, cerebrosa gēs & irritabilis, qui sine caussa, sine discrimine, clausisq; (quod aiunt) oculis, quodcunque nomen adlatrant. vel qui rursus aduocatione mercenaria, venalique sententia, cuicunq; semel auctorati, atque addicti, quasique, dediti mancipio sint eundem tueri, pugnaciter pertinaciterque quo iure, quaq; iniuria obstinauerint. Vel iactanticuli illi, & nugiurndi, pleni tumida sed & fatua coniectura qui seq;, & sua duntaxat etiam sine riualibus adamant, sibi fauent, alios obtrectant. Vel postremo lucifugi quidam veritatis, & (*vt planius dixerim*) blattarii, literatores, qui defluētib. oculis, vereq; noctuinis, non diem tantū sereniorem, sed nec vmbram sublustrem satis ferunt. Nam de illis dubitat nemo, quos liuoris tinea comest, quos rubigo subrodit inuidiæ, qui gloriam alterius, suam pœnam, felicitatem alterius, suam carnificinam faciunt, qui profecto contabescunt alieno, quos ægrescens prosperis maleuolentia, seu tortor intestinus iugiter excruciat. Sed & censores item pulpitarii (*nec autem de doctis, honisq; nunc agimus*) solent plerunq; fodicare nos, & studiis obstrepere istis. Etenim pleni ieiunitatis, literas humanioreis, apud insciam plebeculam, pene dixerim solenniter, buccis concrepantibus infamant, & crassa rusticitate feroculi, quam solam (*quod & Hieronymus ait*) pro sanctitate habēt sic in eas, & earum studiosos, ampullosis proclamationibus, infrēdentes, inspumantesque, desæuiunt, vt facile se declarent etiā Græcos illos improbare, & pene odisse, vere sanctas animas, Basilium, Chrysostomum, Gregorios, etiam Latinos, Cyprianum, Ambrosium, Augustinum, Hieronymumq; ipsum, & alios id genus nostræ religionis antistites, gentium, linguarumque omnium disciplinis, velut opibus Ægyptiorum suffarcinatos. Quo mihi etiam videtur admirabilior deliciæ tuæ Marianus hic Genazanensis, nec in theologia cuiquam secundus & omniū quos in ecclesia concionantes audiuimus, non prudentissimus modo, sed & facundissimus, cuius neque suspecta populis ad bonam frugem tendentibus eloquētia, quoniam vitæ incredibili seueritate commendatur, nec e diuerso tristis, aut reformidabilis austeritas, quoniam poetica delenimenta, pulcramque istam literarum varietatem, nitorem, delicias non aspernatur. Vt igitur lana, purpuram bona fide potura, certis prius inficitur medicamentis, ita literis arbitror, doctrinisque talibus, excoli animos (*quod ait in Hortensio Cicero*) & ad sapientiam excipiendam imbui, præpararique decet. Atqui non tamen ob istos pigebit, aut exigere stylo, quicquid hoc nostrarum lucubrationum est, aut experiri, quid concedatur in illos, qui fraudes in literarum negotio concipiunt capitales. Nam & ego Philoxeno ignosco, sicuti Cicero idem, ad Atticum scribens, redire in carcerē, quam mancipare iudicium præoptanti, maxime si non præsenti

Pulpitarii. *Feroculi* *Iu. imitatur.*

seculo

seculo, sed quasi æternitati, prout etiam dictum a Thucydide, seruire scriptores conuenit. Eoque libri puto ipsi, monumenta vocantur, quod ad memoriam magis posteritatis incorruptius iudicaturæ, quam ad ineptam præsentis temporis gratiolam, spectare debent. Ergo vt quam maxime (*si licebit*) hæc non exstinguatur volum, sed etiam opprimatur improbitas, effuse omnia deprauandi, nec abeat in exemplum, trita, & prostituta frons, atque oris tanta duritia, iam nunc centurias sequenteis, pro susceptо (*arbitror*) salutari conatu, neutiquam ad huius primæ gustum repromittimus. Quos enim molli nunc articulo tractamus, quos leui & cuto brachio tangimus, fortius dein puto prememus, atque vrgebimus, & cõtenti paulisper interim, prælusoria, velitarique pugna, nox viribus collectis, toto exercitus robore depræliabimur. Quinetiam (*quoniam tunica propior pallio*) vindicabimus audaciter, & gnauiter a plagiatiis, ac furunculis interdum nostra, & asseremus liberali causa manum. Nostra vero nunc accipi tantum volumus, quæ labore, industriaque ipsi magna principes extudimus, nec expalpari vnquam, nec extorqueri nobis ea passuri, quamdiu licebit, nostra inquam, non electamenta, sed pignora. Nam vt hæc in meum vice missilium, direptui, conculcatuique relinquimus, ita illa nobis recipimus, & defendimus, hæc exponimus, illa & agnoscimus, & tollimus, sed ita tamen, vt imitari simias nolimus, quæ suos dicuntur fœtus quælibet deformes, pro formosissimis admirari. Nec erunt opinor hæc quoque nostra, quanquam leuioris operæ studia, seu ludicra verius, dedecori tibi Laurenti Medices, cui nunc adscribuntur. Adscribuntur autem, non magis adeo, vt me gratum beneficiis tuis approbent, aut reponant gratiam, quod auxiliarium te, quodque consiliarium habuerunt, quam vt auspicato procedant, & vt in iis tui memoria frequentetur, ex quo liber auctoritatem capiens, magni celebritate nominis commenderur. Tum cui summa studiorum meorum debetur omnis, ab eo quoque portio ipsa iure incipiet. Et Hercule veluti bellaria sint ista, secundis accepta mensis. Quoniam rectæ cœnæ, speciem, vicemque grauiora illa occupant, qualia tibi multa, vel Marsilius Ficinus Platonis, vel Aristotelis interpres Argyropylus Byzantius e philosophiæ penu congesserunt. De isto enim præ cunctis admirando, non Pico iam, sed (*vt ipse appellare soleo*) phœnice potius, qui nunc in tua lauru nidificat, tanta mea quidem exspectatio est, vt ausim Propertio succinere, *Cedite Romani scriptores, cedite Graii.* Tu vale patrone incundissime, & (quod facis) perge fauere doctis, perge literas excitare, perge a situ recipere rem Latinam, ab interitu Græcam, quo tui memoria nominis ab iniuria prorsus obliuionis asseratur.

Monumẽta cur libri.

Simiarum in catulos amor.

Ficinus. Argyrop. Picus Mirandula.

Defensus a calumnia Cicero, super enarrata vi noui apud Aristot. vocabuli, quod est endelechia.

CAPVT I.

ARgyropylus ille Byzantius, olim præceptor in philosophia noster, cum literarum Latinarum minime incuriosus, tum sapientiæ Decretorum, disciplinarumque adeo cunctarum, quæ cyclicæ a Martiano dicuntur, eruditissimus est habitus. Hic & apud Medicem Cosmum decreto publico patrem patriæ, & dein apud Cosmi filium Petrum, nepotemque adeo Laurentium hunc, decus vbique nostrum, patriæ simul, auitæq; virtutis heredem, suæque R. P. columen, insigni fuit & autoritate, & gratia, quibus etiam libros dicauit Aristolelis a se versos in Latinum, sed & ipsum vix adhuc quidem puberem Laurentium dialecticis imbuit, eaq, philosophiæ parte, qua de moribus præcipitur. Cæterum (*vt homo Græcus*) perquam ferebat iniquo animo, nobilem illam, nec (*vt Theodorus Gaza putat*) importunam M. Tulli Ciceronis exclamationem, qua Græciam verborum interdum inopem, quibus se putat abundare, non eloquentius fortasse, quam verius pronuntiauit. Vbi igitur subiratus Latinæ copiæ genitori, & principi, Græcus magister, etiam dictitare ausus est (*quod nunc quoq; vix aures patiuntur*) ignarum fuisse non philosophiæ modo Ciceronem, sed etiam (*si dis placet*) Græcarū literarum. Vix enim dici potest, quam nos aliquando, id est, Latinos homines, in participatum suæ linguæ, doctrinæq; non libenter admittat ista natio. Nos enim quisquilias tenere literarum, se frugem, nos præsegmina, se corpus, nos putamina, se nucleum credit. Sed vt ad Argyropylum reuertar, oculos ad hunc modum nostri parentis viuentis, victurique figillantem, vtebatur hoc ille velmaxime argumento, quod in primo Tusculanarū quæstionū scribat Cicero, censere Aristotelem quintam esse quandam præter elementa naturam, de qua sit mens, verbaque deniq; ipsius ita legantur. Quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum *Endelechian* appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem, & perennem. Sed enim nemo est (aiebat) in Atistotelis lectione paulo frequentior, quin sciat entelechian esse potius Aristoteleum verbum, neutiquam significans quod Cicero putat, continuatam motionem, & perennem, sed perfectionem potius, aut consummationem quampiam. Nam cum vellet Aristoteles quasi nomenclaturam facere intellectuum suorum, verba ipse quæpiam noua concepit animo, velutique dein peperit. in quis hoc quoque, per quod indicatur forma, speciesq;, cui perfectionem res quæque suam debeat. Quod enim quidque est, ab hac est entelechia potissimum. Cicero autem non quidem hanc Aristoteleam vocem, sed aliam prorsus ei cõtiguam, finitimamque similitudinis præstigio fallus enarrauit. Entelechos enim continuatim, mobiliter, continuataque mobilitas endelechismos,

ἐνδελέχια. ἐντελέχια.

Copiosissime de his Budæus lib. primo de Asse.

chiſmos, vnde hanc Ariſtotelis entelechiam deduci putauit ille, quæ non d literam tamen, ſed r potius habeat in ſyllaba ſecunda. Iam autores contra Ciceronem ſtare, quam libet magnos Peripateticos adiciebat. Et vt homo erat omnium (*vt tum quidem videbatur*) acerrimus in diſputando, atq; aurem (*quod ait Perſius*) mordaci lotus aceto, præterea verborum quoque noſtrorum fundidator maximus, facile id vel nobis, vel cereris, tum quidem ſuis ſectatoribus perſuaſerat, ita vt, quod pene dictu quoque nefas, pro conceſſo inter nos haberetur, nec philoſophiam ſciſſe M. Tullium, nec literas Græcas. Enimuero re dein tota diligentius perueſtigata, meas eſſe parteis, & item cuiuſcunque Latini profeſſoris exiſtimaui, Ciceronis gloriam qua vel maxime contra Græcos ſtamus, etiam vice capitis omni contentione defenſare, quanquam illam ſua non antiquitas modo, ſed quædam prope diuinitas extra iactum, ſupraque iniuriam poſuit. Iam primum igitur Argyropyli huius apud me quoque non exigui ponderis auctoritas, aliis auctoritatibus, multoque (*arbitror*) valentioribus refellenda eſt, tum oſtendendum, ex eo quod obicitur, augeri Ciceronis præconium nedum decreſcat. Et prodibunt in medium ſatis (*arbitror*) quod ad philoſophiam modo pertinet, idonei Ciceronis laudatores (*vt ſimus interim quam pauciſſimis contenti*) Boetius, Macrobius & Auguſtinus. Nam quis Boetio, vel in dialecticis acutior? vel ſubtilior in mathematicis? vel in philoſophia locupletior? vel in theologia ſublimior? Quem tanti iuniores etiam philoſophi longe (*arbitror*) omnium perſpicaciſſimi fecerunt, vt Aquinatem Thomam diuum hominem, Magnumque illum Thomæ præceptorem (*Deus bone*) quos viros habere meruerit enarratores & ab ipſius ſententia, ne hic vlla quidem pene iam prouocatio. Porro de Macrobio, cui rogo magis credendum quam laudanti præcipue Boetio? Denique ipſius Auguſtini tam alte niſa in omnibus ferme diſciplinis eſt auctoritas, vt extra omnem ſit aleam poſita, ſic vt ab ea iam ne tranſuerſum quidem (*quod dicitur*) vnguem recedi, fas habeatur. Etenim tanta ingenii conſtat eum celeritate viguiſſe, vt quicquid de arte loquendi & diſſerendi, quicquid de dimenſionibus figurarum, de muſicis, de numeris præcipitur, etiam ſine magna difficultate, nullo hominum tradente perceperit, tanto dein acumine præſtitiſſe diſputandi, vt iure in vno iſto potiſſimum, totius veritatis niti parrocinium videatur. Conſideremus igitur quid hi ſinguli ſaltem de Cicerone ſenſerint quantumque ei tribuerint in philoſophia, tum credamus audacter, non cuiuſuis eſſe, calumniam conflare homini, qui fuerit a laudatiſſimis hominibus tam ſingulariter laudatus. Boetius itaque non modo ſic vtitur identidem M. Tulli teſtimoniis, vt ea perfirmiſſimis & inuiolabilibus obiciat argumentis, ſed & ipſius Topicorum (*qui maxi-*

ἐνδελεχῆς. ἐνδελεχισμός.

Nedum. Ciceronis laudatores Boetius. Thomas. Alber. magnus. Macrobius. Auguſtinus.

mus est honor) suscipere interpretationem non erubescit Macrobius autem sic in vnius eiusdem libri vel exigua particula versatur, vt nec Platoni comparem facere, nec omnibus insignire eum disciplinarum omnium titulis dubitauerit. Deniq; Augustinus cum in Academicis, quanquam sub alterius persona, nunc suum Ciceronem, nunc sapientem appellans, tandem ab ipso inquit in Latina lingua philosophiam & incoatam esse & perfectam, tum in Confessionib. vbi neutiquam personatus, eos ex professo damnat,

Personatus. qui linguam Ciceronis mirantur, pectus non ita. Quin imo quod affectum mutauerit ipse, quod ad eum preces & vota conuerterit, quod desideria non eadem quæ prius habuerit, quod omnis ei vana spes euiluerit, quod immortalitatem sapientiæ quæsierit æstu cordis incredibili, postremo quod surgere iam cœperit, vt ad

Hortensius Ciceronis. Deum reuerteretur, cuncta hæc esse Ciceronis munus fatetur, vnique prorsus illius libro, qui vocaretur Hortensius omnem suæ salutis occasionem retulit acceptam. Non enim ad acuendam linguam liber, *inquit*, ille offerebatur, nec loquutionē mihi, sed quod

Hieronymi somnium. loquebatur persuaserat. Quod isti vtinam legissent, qui somnium ægroti nobis Hieronymi vapulantis ad tribunal obiectant, nec illud saltem cogitantes, illum ipsum Hieronymum, quum post repetitam dein statim Ciceronis lectionem, periurus a Rufino argueretur, etiam grauissime conqueri, quod sibi ab illo suamet somnia obicerentur. Ceterum (*vt ad propositum reuertar*) vicerit sane vel Argyropylus, vel quuis alius Ciceromastix.

Ciceromastix. Sed rogo istas prius transcendere audeat auctoritatum moles, quas oppositimus. Enimuero de Græcis literis facilior, pronior que sententia. Quis enim tam hispida aure, quis tam inimicus veritati, qui si pauca modo peneque etiam tumultuaria græca verba, sparsim adhuc vel in epistolis ipsius olfaciat, quiequam se dicat vnquam

Possidonius. magis aut elegans aut Atticum, tota quoque Græcia reperisse, sic vt iure Possidonium, doctissimum illum hominem deterruerit a scribendo, iure Græcam nationem Græco de rebus suis com-

Ex Cic. ad Atticū mutuatum. At istuc viderit Politianus cum suo Cic. Budæus certe diuersum probat, idq; non leuibus argumentis. mentario conturbauerit, in quo se ait libro totum Isocratis Myrothecion, atque omneis eius discipulorum arculas, tum non nihil etiam Aristotelea pigmenta consumsisse. Qua mihi videtur fiducia, non minus aliquando Græcæ quam Latinæ linguæ veluti pomerium protulisse. Sit argumento vel illud (*vt vno interim contenti exemplo simus*) quod innocentiæ vocabulum negat habere apud Græcos vsitatum nomen, sed habere ait posse tamen ἀλλάξιαν. Tum castigat interdum quoque, ceu segnitiam quorundam apud illos vocabulorum, sicuti cum velie eos ait quidem distinguere, sed parum valere verbo, quod vel in illis probant, quæ sunt melancholia, & furor, vel item in eo quod πόνον pro labore confusius illi, & dolore pariter accipiunt, tum melius aliquid nos dicere indicat, quam illos, vt conuiuium, vt alia,

ἀλλάξιαν & πόνον.

multo-

multoque melius quædam notata esse verbis Latinis, quam Græcis, quod & significat multis locis reperiri, sed & carere hos ipsos nomine rei cuiuspiam, quam maxime habeant familiarem, non dissimulat. Nec vllus eorum tamen quamlibet inquirendo se torserit, inepti reperire adhuc, aut excogitare vocabulum potuit. Iam vero nonne Apollonius quoque ille Molo rhetorum omnium sui temporis celeberrimus, audita semel græca M. Tulli, sed & extemporali oratione, defixus diu stetisse, ac denique ita mirabundus, pronuntiasse dicitur? Ego vero te quidem Cicero, cum laudo, tum admiror, sed me Græcorum fortunæ miseret, tæderque, quod humanitatis & eloquentiæ decora, quæ sola nobis rel qua feceramus, ea quoque per te (*quantum intelligo*) Romanis arrogantur. Enimuero hoc illius iudicium non Latinus, non ineptus aliquis, sed Plutarchus ipse Græco vir ingenio, Romana grauitate in literis retulit. Ergo ad hunc sane modum de scient æ ipsius deque Græcæ linguæ peritia, testatum nobis veteres reliquerunt. Age vero nunc endelechian quoque istam pensitemus, seram Ciceronis calumniatricem. Vtrum ne istic igitur reprehenditur, quod Aristotelem dixerit adhibuisse Cicero, quintam quandam præter elementa naturam & sic ipsum animum nouo nomine appellauisse? Quod & Alexander Aphrodisiæus Peripateticorũ omnium etiam ab Auerrhoe laudatissimus, in egregie subtilibus illis naturalium quæstionum libris ostendit, quos a se lectos diuus Hieronymus gloriatur, & Porphyrius in commentario, quod in Aristotelis decem genera per interrogationes edidit, & responsiones, & Themistius super hos, in paraphrasi de anima secunda, & Simplicius vbi Aristoteleum paris argumenti volumen interpretatur, & Quintilianus Aristides in tertio de musica, & postremo in epistola quadam sua diuus Ambrosius, *vt alios interim prætereamus*, vnanimiter prope significauerunt. Quanquam de hoc vtique, ne in verbis quidem Aristotelis ipsis vlla dubitatio est. An illud potius culpatur, quod endelechiæ vocabulum nec suis literis notauerit, & alium quam Aristoteles intellectum, *sicuti supra diximus*, accommodauerit? Principio igitur quæro ego ab istis, quonam maxime argumento entelechian potius quam endelechian scriptum collegerint ab Aristotele? Tam enim verbum nouum hoc quam illud, nec minus altero significari animus quam altero potest, nec Aristoteles ipse perfectionem potius quam motionem illam indicari continuam noua voce, pronuntiat. Crediderint ita sane, Prophyrius, Themistius, Simplicius, aut siqui compares, quæ autem tãdem inuidia est, etiam Ciceronem aliter quam posteriores opinatũ, si stare ipse sic quoq; tueriq; gradum bene, & fortiter potest. Nam sit vtra lectio verior, ea quam Cicero agnoscit, an quæ apud posteros obtinuit, in incerto adhuc est Etenim libri omnes Arist.

Inepti vocabulum.
Apollonius Molo de Cicerone.
Endelechia.
Aristotelesrum libro-

rum corruptio.

Neleus Scepsius.

qui tam grandi nunc quidem auctoritate pollent interpolati plenique multis erroribus olim sunt editi, si fidem Straboni accommodamus, auctori non malo. Siquidem Neleus ille Scepsius, Coriſci filius, & Ariſtotelis Theophraſtique non ſolum auditor, ſed & bibliothecæ ſucceſſor, & heres, libros vtriuſque philoſophi Scepſin, hoc eſt in ſuam patriam comportaſſe vniuerſos perhibetur. Hicque dein a poſteris ipſius, metuentibus videlicet Attalicos reges, librorum iſtiuſmodi ſtudioſiſſimos, infoſſi terræ, negligenterque habiti diu, tandem aliquando ab Apellicone Teio magna emti mercede dicuntur, ſed carie, ſituque *(quod neceſſe fuit)* multis exeſi & labefacti locis, quos tamen inconſultius ſupplere Apellicon ipſe librorum quam philoſophiæ ſtudioſior, & pro arbitrio *(quemadmodum quidem putabat)* emendare auſus, plurimis temerauit erroribus. Hi tamen aduſque Sullæ tempora *(ſicuti Plutarchus memorat)* Athenis delitescebant. Nam Peripatetici veteres ordinariis iſtis, quibus omnis inſtruitur philoſophia carentes, paucos modo, quos vocant Exotericos habuerunt, eoque poſteriores exquiſitius philoſophati, quod Ariſtotelis volumina *(quanquam alicubi contaminata)* peruolutabant.

Apellicon Teius.

ἐξωτερικοὶ. *externi.*

L. Sulla.

Quippe Lucius Sulla bibliothecam Apelliconis iſtam repertam Athenis, Romam primus tranſtulit, tum grammaticus Tyrannion, & ei pene ſuppar Andronicus Rhodius, is qui libros etiam Peri hermenias negat eſſe Ariſtotelis, magna copia libros eius philoſophi tabulis etiam, neſcio quibus, editis inuulgarunt. Quocirca nihil eſt quod iam dubitemus quin de ſynceritate primæua lectionis iſtius, præſertim tantillo diſcrimine, vel libera ſit in vtranque partem ſuſpicio, vel *(ſi alterutri accedendum)* tutius Ciceronem ſit præferri, longe priorem quam Alexander eſt, primus ex illa cohorte, quam diximus, Ariſtoteles enarrator, quem Seueri floruiſſe temporibus, vel ipſius de fato ſignificat opus, æqualemque propemodum, ſeu paulo credo maiuſculum, ſummis illis Academicis Origine, & Plotino.

Matricem conſcribellatam.

Quid autem prohibet, quo minus Cicero ipſe videre matricem quoque librorum Ariſtotelis, qui fuerint ipſius ætate publicati, ſi non incorruptam, certe *(ſicuti diximus)* conſcribellatam potuerit? Tum & conſulto factum ab homine doctiſſimo crediderim, vt libero pectoris muro ſeptus, eam nouo huic Ariſtotelis vocabulo interpretationem, iure accommodare ſit auſus, quæ cum Platonis in Phædro ſententia, ſuper animæ motu ſempiterno, atque *(vt Varro inquit)* dio, conſentiret, de qua ipſe quoque vel in Tuſculanis quæſtionibus, vel in ſexto reipubl. volumine, commeminerit. Quando & Philoponus in Ariſtotelis vita, & Simplicius in commentariis de anima, & in extremo Peri hermenias libro Boetius ipſe, germanas eſſe, & compares vtriuſque philoſophi ſententias aſſeuerant, etiamque libros

libros septem composuisse Porphyrius traditur, quibus hoc maxime argumentum colligeretur, eandem Platonis esse prorsus, & Aristot. hæresin, quod & Picus hic Mirandula meus in quadam suarum disputationum præfatione tractauit, & vero verius esse, copiosissimo opere (*credo*) pulcerrimoq; peruincet (nisi me tamẽ gustus fefellit) quod de Platonis hac ipsa, quã dicimus, & Aristotelis concordia, noctes atque dies molitur, & cudit. Ita non modo, non errasse in vocabulo isto nostier Cicero, sed vel eruditius aliquanto, quam ceteri, vel ad suam sectam scripsisse accommodatius, intelligetur, vt quod de clarissimi viri doctrina, tam idonei, quam superius ostendimus, auctores spoponderunt, etiam ipsemet, in quo præcipue diuerticulo calumniam patitur, largissime, cumulatissimeque præstiterit. Nec autem nouum Ciceroni, aut inusitatum, calumniam pati a Græcis, quando etiam Didymus sex libros aduersus eundem composuit, sillographos imitatus maledicos scriptores, qui tamen libri iudicio doctarum aurium sunt improbati. Sic aduersus generosissimum leonem, procul despectis vocibus, et iam quidam sæpe lucernarii canes baubantur.

Platonis & Aristotelis concordia.

Didymus aduersus Ciceronem.

Sillographi Lucernarii canes baubantur.

Quæ sint crepida apud Catullum Carpatina quod probe scriptum, vocabulum, per peram mutatur.

CAPVT II.

VAlerius Catullus in epigrammate quodam sic ait,

Ista tamen lingua, si vsus veniat tibi, possis
Culos & crepidas lingere carpatinas.

Quæsitum vero a multis, explicatum adhuc a nemine, quæ sint *carpatina*, seu *carpatinæ crepidæ*. Nam vtrunque recte, sed & item *carbasinæ* dicitur. Quidam autem plani, & tenebriones in literis, vetere expuncto vocabulo, nescio quas, supponunt, aut *Cercopythas* aut *Coprotinas* ex hara productas, non schola, vocabula nuda, nomina cassa, & nihili voces. Nos de Græco instrumento, quasi de cella proma, non despicabilis, nec abrogandæ fidei proferemus auctoritates, quibus & lectio præstruatur incolumis, & interpretamenti nubilum discutiatur. Iam primum igitur, Iulius ipse Pollux, *libro 9. ad commodum Cæsarem* Carbatinas esse ait rusticum calciamentum, sic a Caribus appellatum. Aristoteles vero in 2. de animalium historia, *camelos calceari carbatinis* scribit, *ne scilicet in exercitu, longiore itinere fatiscant*. Sed & quatuor exstant Græce nimis quam libelli elegantes Pœmenicῶν titulo, quorum in 2. senex quidam cum pera, & calceis carbatinis introducitur, & Lucianus in dialogo, qui vel Alexander, vel Pseudomantis inscribitur, oratores quospiam e Paphlagonia *carbatinis calceatos* ait. Denique etiam Xenophon Socraticus Anabaseos 3. *Cum defecissent*, inquit, *veteres calcei, carbatinas habebant ex recentibus coriis bubulis confectas*. Quem etiam locum, dissimulato tamen auctore, Suidas adducit.

Carpatina Carbasina Crepida.

πλάνοι, errones impostores.

Carbatina.

Libri ποικίλματα.

Quia

Quin interpres quispiam Xenophontis eiusdem, *carbatinas* esse addit, barbaricum calciamentum.

Quibus verbis Horatius Camelopardalin significauerit, quaque sit eius animantis facies, quibusq; etiam nominibus censeatur & quo primum tempore visa in Italia.

CAPVT III.

HOratius in epistola ad Augustum, *Diuersum*, inquit, *confusa genus panthera camelo.* Nos olim iam publica prælectione dictauimus videri eum de camelopardali, quæ vulgo *giraffa* dicitur, sentire. Quam enim vocamus *pantheram*, Græci *pardalin*. Et hanc a rege dein ipso Ægypti, qui *Sultanus* vocatur, inter munera alia dono missam Laurentio Medici vidimus, non tam meo, quam ingeniorum omnium virtutumque patrono. Tantum mirati sumus habere ipsam cornicula, quanquam mas erat, quoniam de his nihil hactenus in veteribus memoriis legebamus. Ceterum Græcus Heliodorus non dilutæ scriptor auctoritatis, libro Æthiopicōn 10. in hanc ferme sententiam de ea memini, cum scilicet Hydaspæ regi Æthiopum dono datam ab Auxomitarum legatis fabulatur. *Pisremo*, inquit, *accessere etiam Auxomitarum legati, non vectigales illi quidem, sed amici, & fœdere iuncti, qui beniuolentiam reges prosperaq; gesta indicantes, cum alia & ipsi munera obtulerunt, tum in primis animantem quampiam inusitata specie, naturaque, cuius ad magnitudinem cameli proceritas, color, pelliscque Panthera, maculis velut florentibus variegata. Postrema infra aluum partes, humi subsidebant, sicuti in leonibus videmus. Humeri, pedesque priores, atque item pectus præter ceterorum membrorum rationem procera. Tenuis ceruix, & qua de reliqua corporis mole, in olorinum collum se tenderet, Camelo caput simile. Maior ipsa pene duplo, quam Libyssa Struthi, subscriptosque velut oculos torue motans conniuebat. Incessus autem longe animantium ceterarum terrestrium, vel aquatilium dissimilis, neque enim vicissatim crura simul, sed dextra pariter, deinsinistra vtraque agitabat, cumque iis suspensa proferebat latera, tractu, metuque tam facili, vt eam quo vellet, tenui capistro vertici deuincto, veluti fortissimo vinculo, magister perduceret. Hæc vt est conspecta animans, omnem continuo multitudinem obstupefecit, spectesque nomen inuenit ex iis, quæ præcipua in corpore, sic vt ex tempore eam populus Camelopardalin appellaret.* Hactenus Heliodorus. Dion vero Græcus & ipse auctor, in 43. Romanæ historiæ libro, de Cæsare narrans, ita ferme scribit: *Camelopardalin vero primus ipse Romam adduxit, & populo ostendit. Id animal cetera camelus, crura autem inæqualia habet, posteriora prioribus magis breuia, vt a lumbis attolli sensim, quo si ascendenti similè incipiat, corpusque reliquum sublime admodum cruribus prioribus sustentatur, sed ceruix in altitudinem*

Sultanus.

Heliodorus.

Variegata.

Struthus Libyssa.

Vicissatim.

Hæc animans.

dinem pene peculiarem ſe tollit. Colore ipſa maculoſo, ceu panthera, quo fit, vt amborum promiſcuo vocabulo cenſeatur. Plinius vero de camelis tractans, hoc quoque addit, *Harum aliqua ſimilitudo in duo transfertur animalia. Nabun Æthiopes vocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, maculis albis, rutilum colorem diſtinguentibus. Vnde appellata Camelopardalis, dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primum viſa Roma. Ex eo ſubinde cernitur, aſpectu magis quam feritate conſpicua, quare etiam ouis fera nomen inuenit.* Conſimilia ferme huic etiam Solinus prodidit, quo loco de Æthiopibus. Sed & M. Varro in libro de lingua Latina ad Ciceronem, *Camelus*, inquit, *ſuo nomine Syriaco in Latinum venit, vt Alexandrea Camelopardalis nuper adducta, quod erat figura vt camelus, maculis vt panthera.* Riſi etiam nuper, quia verbum ex Varrone dimidiatum pardalis tantum, neſcio quis Grammaticus in Lexicon retulerat ſuum. quod per ordinem literarum compoſitum circunfertur. Centum autem Gordiani principis ludis exhibitas, auctore Capitolino feras oues accepimus.

Ouis fera.

Pardalis.

Oues fera.

Quam multa Poetarum interpretibus legenda, quodq; ſatyram Perſius de Alcibiade Platonis effinxit.

CAPVT IIII.

QVi poetarum interpretationem ſuſcipit, eum non ſolum (quod dicitur) *ad Ariſtophanis lucernam*, ſed etiam *ad Cleanthus* oportet lucubraſſe. Nec proſpiciendæ autem philoſophorum modo familiæ, ſed & iureconſultorum, & medicorum item, & dialecticorum, & quicunq; doctrinæ illum orbem faciunt, quæ vocamus *Encyclia*, ſed & philologorum quoq; omnium. Nec proſpiciendæ tantum, verum introſpiciendæ magis, neque (quod dicitur) ab limine, ac veſtibulo ſalutandæ, ſed arceſſendæ potius in penetralia, & in intimam familiaritatem, ſi rem iuuare Latinam ſtudemus, & inſcitiam cottidie inualeſcentem profligare, alioqui ſemidocta ſedulitas, cum magna ſui perſuaſione, detrimento ſit, nõ vſui. Plurima tamen, in philoſophorũ maxime operibus inuenias, quæ ſint in poetarum noſtrorũ libros aſcita, quale videlicet, quod etiam annos abhinc aliquot Perſium publice poetam enarrantes indicabamus, ſatyram ipſius quintã, cuius eſt initium, *Rem populi tractas*, ad Platonici dialogi, qui primus Alcibiades vocatur, exemplar, veluti delineatã, ſic vt non ea ſolũ, q̃ de iuſto, atq; iniuſto, deq; ſui cuiq; notitia, Socrates inibi cum Alcibiade agit, delibaſſe ex eo pudenter, ſed locos etiam quoſpiam, ſi non magni momenti, certe Veneris tamen plenſſimos, & lepotis duxiſſe indidem Perſius intelligatur. Quod genus & illa, *Dic hoc magni pupille Pericli*, quoniam Socrates quoque oſtendit, omnium maximum viſum Alcibiadi, quod ipſi relictus a patre tutor Xanthippi filius Pericles. Sic item, *Dinomaches ego ſum*, ductum ex eo quod apud Platonem ſic eſt, ὦ φίλε παῖ κλεινῆς ἐγὼ εἰμὶ Δεινομάχης.

Encyclia.

Ab limine.

Quod genus.

Consimiliter quod ait ibidem, *Tecum habita*, nonne dialogi eiusdem peruidisse videtur voluntatem? Siquidem (quod Proclus enarrator affirmat) nihil hic aliud Plato, quam literam Delphicam respexit, monentem, se quisque vt norit. Quod & Picus Mirandula, noster amor, in *Heptaplo* *Heptaplus Pici.* *sua*, quam mox editurus, de septiformi sex dierum geneseos enarratione, pulcerrime tetigit. Hæc igitur inuenisse aliquando, vel inuicem etiam contulisse, non emolumentum modo studiosis, sed & voluptatem peperit, minime vulgarem.

Quis sit apud Lucretium durateus equus, *quod q. legendum apud Valerium Flaccum*, non quidem nox Dorica, sed durica, vel duria *potius, in libro Argonauticῶn secundo.*

CAPVT V.

LVcretius in primo de rerum natura, *nec cum durateus Troianus Pergama partu Inflammasset equus nocturno Graiugenarũ.* *Durateum* vocauit equum illum Troianum ab Epeo fabricatum, perite simul, & eleganter, quæ græca vox & poetica ligneum significat, & sane durateon vocat hunc etiam Homerus equum libro octauo Odysseæ sic inquiens. *Durateus equus.*

δουράτεον. Αὐτὰρ ἄγε δὴ μετάβηθι καὶ ἵππον κόσμησον
ὄφρα τόν τοι ἐκεῖος ἐπόλιπεν αὐτὸν ἄθηνη.

Et iterum paulo post.

δούρατον μέγα ἵππον, ὃν εἴσατο πάντες ἄριστοι.

δούρειος. *Opici.* Vulgoque eundem *non durateon*, *sed durion*, communiore lingua ficuti etiam poeta Aristophanes. At enim opici homines dictionem sibi incogniram expungere, proque illo, *quod est durateus*, reponere nugamẽta quæpiam vel dura tuens, vel dira tenens, occeperunt. Id ne attenrare amplius audeant, visus mihi sum facturus operæpretium, si de isto quoq; non nihil Miscellaneis inseruissem. Sed & codicem proxime nobis Argonauticῶn Valerii Flacci perueterem, Taddæus Vgoletus Parmensis Matthiæ Pannoniorũ sapientissimi, & inuictissimi regis aulicus, homo literatissimus ostendit, e quo fluxisse opinor & ceteros, qui sunt in manibus, cuius in secundo sic est, *Manet immotis nox durica fatis*, non vt vulgo legitur, dorica. Quæ certo aut vera, & emendata lectio, aut (quod suspicor magis) veræ proxima, vt quod & vsus & vocalitas persuadet, nox duria sit apud illum, qua scilicet, inclusos vtero Danaos, *equus ille durius, hoc est idem qui durateus*, patefactus ad auras reddidit. Neq; autem diphtongus impediat. Quam enim δουρειος Græce, tam & δουρίος. *Val. Flacci locus.* *Taddæus Vgoletus.* *Duria nox.* δούρειος, ἢ δουρίος.

Quo intellectu Catullianus passer *accipiendus, locusque etiam apud Martialem indicatus.*

CAPVT VI.

PAsser ille Catullianus, allegoricῶs vt arbitror oscenioremquempiam cælat intellectum, quem salua verecundia, nequimus

Passer. Oscenior.

mus enuntiare. Quod vt credam, Martialis epigrammate illo persuadet, cuius hi sunt extremi versiculi.

Da mihi basia, sed Catulliana,
Quæ si tot fuerint, quot ille dixit,
Donabo tibi passerem Catulli.

Nimis enim foret insubidus poeta (quod nefas credere) si Catulli passerem deniq; ac non aliud quippiam, quod suspicor, magis donaturum se puero post oscula diceret. Hoc quid sit, equidē pro styli pudore, suæ cuiusq; coniecturæ, de passeris natiua salacitate relinquo. *Insubidus poeta.*

Pathicos homines Iuuenalem innuere, qui digito scalpant vno caput, idque de Calui poeta versiculis.

CAPVT VII.

Qvi digito scalpunt vno caput. Sane mollem virum ex eo significari apud Iuuenalem in Satyra nona nemini dubium, sed & Pompeium sic a Clodio notatum, Plutarchus indicat in Pompey vita, vt illud interim omittam, quod in libello quoque eo, notam hanc Pompey attigit, cui titulus est, Quo pacto fiat, vt inimici quoque prosint. Quin & Ammianus Marcellinus historiæ libro 17. Pōpey obtrectatores ait, etiam hoc in eo ludibriosum & irritum obseruasse, quod genuino quodam more caput digito vno scalpebat. Ceterum non tam mollis ex his verbis, quā draucus aliquis designatur. Quod genus homines in Satyra vniuersa Iuuenalis insectatur. Alioqui languidus oppugnator & lenuncidus, vel potius (vt ita dixerim) ficulneus poeta sit iste, si iam quasi in molles feratur, hactenus in pathicos inuectus. Alludit enim, sicuti mihi videtur, ad Calui poetæ versiculos in Pompeium, de queis ita est apud Senecam in libris oratorum & rhetorum. *Carmina quoque*, inquit, *eius quamuis iocosa sint, plena sunt ingentis animi, dicit de Pompeio, digito caput vno scalpit, quo credas hunc sibi velle virum.* Hucusque Seneca de Caluo. Quare cum poeta Iuuenalis indicare conaretur, confluere Romam *pathicos omnis*, hoc est eos, qui sibi virum vellent, festiue id innuit ex particula Calui versiculorum, tum quidem (vt est veri simile) notissimorum, per quam consequētia noscitarentur. Deque his item supradictis Calui versiculis, ientire Porcium Latronem declamatione quadam apud eundem Senecam arbitror, qui ita dicat. *In Cn. Pompeium, terra, mariq; victorem, fuit qui carmen componeret, vno (vt ait) digito caput scalpentem. Fuit aliquis qui licentia carminis, tres auratos currus contemneret.* Hæc Porcius Latro. Quoniam autem liber hic Senecæ, quem adducimus, ratissimus adhuc inuentu, propterea quasi nouum dignati sumus hunc locum nostris commentationibus, ne quis exposita nimis forsitan, & proculcata, velut iq; in medio iacentia putet, retulisse. *Scalpentes caput digito vno.* *Draucus Lenūcidus.*

Cur Errantium siderum vocabula, diebus tributa, rationesq; inibi ordinis eorum, scitu relatuque iucunda.

CAPVT VIII.

Dierum nomina cur a planetis.

NOmina ista dierum, de stellarum errantium vocabulis appellata, quam habeant aut originem, aut rationem, nusquam sane alibi me legere, quam apud historicum Dionem memini. Cuius ex libro septimo atque trigesimo sic verba possumus interpretari. *Nam quod his septem stellis, qui planetes vocantur, dies assignari, receptum est, inuentum quidem putatur Ægyptiorum. Sed in omnes tamen homines haud ita pridem (vt si dixerim) vulgari cœptum. Ceterum Graci veteres (quantum equidem sciam) nullo prorsus eam rem pacto cognitam habuerunt. Quoniam vero, cum nationibus aliis, tum Romanis, vel maxime, sic mos peruulgatus hic est, vt quasi iam patrius videatur, pauca super iis edisseram, & quo pacto quaue causa sic ordinentur, exponam. Duplex igitur audita mihi ratio est, vtraque sane haud intellectu difficilis, sed vtraque tamen inspectionem contineant. Nam si quis harmoniam, qua ita tessarona appellatur, qua vna vti vniuersa musica totius contineri traditur, ad stellas has, quibus omnis cœli ornatus distinguitur, eodem quo feruntur ordine, retulerit, atque ab orbe illo supremo, qui Saturno tribuitur, incipiens, omissis duobus sequentibus, quarti demque dominum nuncupauerit, ac dein duos item alios transiliens, septimum adiecerit, eodemque modo progrediens, praesides illorū deos subin dein orbem recensuerit, atque ita dies adnumerauerit, deprehendet omnes ratione quadam musica cum caelesti illa distinctione, ornatuque congruere. Ceterum hac vna est, qua fertur ratio. Altera vero eiusmodi. Si diei, noctisque horas a prima statim cœperis numerare, sic vt eam Saturno, deinsequentem Ioui, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, sextam Mercurio septimam Luna tribuas, per eam scilicet orbium, seriem qua ab Ægyptiis traditur, atque idem denuo facias, donec horas quatuor & viginti pertranseas, inuenies primam sequentis diei horam Soli cohærentem. Tum hoc idem in quatuor illis & viginti horis, eadem qua prius ratione si facias, Luna primam tertii diei horam conciliabis. Quod si subinde hoc ipsum in ceteris obseruabis, congruentem plane diem, sibi dies qualibet asciuerit.* Hæc Dion, festiua nimis & arguta, ni fallor Sed quoniam vulgo nunc Sabbatum, dieique Dominicus, vetus amisere nomen, cum ceteri etiam nunc retineant, scire studiosos cõuenit, & hunc Saturni, & illum Solis appellatum. Nam de Solis die (quantum equidem nunc recordor) etiam Sozomenus Græcus historicus, etiamque diuus Hieronymus, de Saturni autem, vel hic ipse Dion libro eodem, vel Frontinus in Strategematis, vel item poeta elegiarum Tibullus, vel postremo etiam Tertullianus in Apologetico, & Gaudentius in sermonibus commemorarunt. Sed & Faustus Mileuitanus Manichæorum propugnator ille maximus

Planetes.

Sabbatum. Dies Dominicus.

mus, ita inquit, *Placet suscipere sabbatorum otium, & Saturniacis manus insertare catenis.* Nec illud omiserim, mutata dierum istorum nomina, in quæ nunc a Christianis vsurpantur, auctore Constantino principe, sicut in illius Græca laudatione meminit Nicephorus.

Dierum nomina a Constant. mutata.

Quid in literis Domitio & quatenus credendum, deque illius euidenti, pudendoque errore super voce attegias.

CAPVT IX.

Dirue Maurorum attegias. Hoc Iuuenalis hemistichion de satyra quartadecima, quam aut erudite, aut fideliter, aut etiam perspicaciter enarret Domitius, age iam (si vacat) inspiciamus. Sed pauca de homine prius, si quis hæc etiam fortasse. Domitius igitur Calderinus Veronensis, qui decem ab hinc annos vita functus, vir fuit actis ingenii, multæque in literis industriæ, latinæ linguæ diligentissimus, Græcæ non incuriosus, non prosam condere absurdus, non carmen. Nimium sui tamen (quod opera ipsius testantur) admirator, ac pro sententia cui semel adhæserat, etiam contra verum contumax, & refractarius. Tum ob id in scribendo quoque iactantior, atque omnium præ se contemtor, omnium quam minima occasiuncula cauillator, & sine discrimine vellicator. Itaq; etiam simultates eum doctissimorum hominum nimio plures exercuerunt, odioque apud eos neutiquam obscuro laborauit. Auctoritatis vulgo tam magnæ fuit, vt Romæ inter professores, iuuenis adhuc, primam sibi celebritatem vindicauerit. Cuius tuendæ, ac retinendæ gratia, factum compluries putamus, vt in suis operibus frontem perfricuerit, & per æqua, per iniqua famam captans, parum ex fide quæpiam retulerit; nonnulla etiam male solers, & præstigiosus, speciem quidem primorem veri habentia, magno credentium dispendio, sententiis ignorabilius implicuerit, & puluerem (quod aiunt) oculis offuderit, aut sicubi maior difficultas, nec absistens, nec congrediens, spem lectoris eluserit. Ita dum nescire se nihil probare contendit, etiam Parthis aliquoties, & Cretensibus mendacior inuenitur. Cuius exemplum secutis aliis quoque, in omnes iam literarum articulos (vt verbis vtar Varronis) hæc mali gangræna sanguinolenta permeauit, præcidenda deletili styli parte certatim a doctis omnibus, ne ad vitalia vsque deserpat. Sunt autem editi ab eo grammatici commentarii aliquot, vt in Martialem, Iuuenalemque poetas, quos & Medicibus meis, Laurentio, Iulianoque fratribus dedicauit, a quibus etiam muneribus est amplissimis honestatus. Sed & in Statii siluulas & in epistolam Sapphus, in Ibin quoque Nasonis edidit quæpiam, plena nimirum bonæ frugis, vbi non fucum facit, & lectoris credulitatem ludificatur. Ceterum Georgius Merula vir plane doctus, ac diligens, longeque quam Domitius in scribendo cautior, & nũc primi fere nominis, non remulo (quod aiunt)

Domitius Calderinus.

Refractarius.

Perfricuerit frontem.

Per æqua & iniqua.

Gangræna.

Domitii cõmentarii.

Merula laus.

ſed velificatione plena inuectus, commentariorum illius in Martialem per multis editis notis, licentiam primus hominis, magno veluti paſſu gradientem, prorſusq; iam ferocientem compeſcuit. Nos quoque dein primæ ſub flore iuuentæ, non quidem vt ipſius libros plane de manibus excuteremus, ſed vt ſomniculoſam iuuentutē, velut in aurem vtramque dormientem, expergefaceremus, in ipſo iam tum noſtræ profeſſionis tyrocinio ſic eundē leniter quandoque, quaſique parcente manu feriebamus. & nūc idem facturos præfamur, vtcunq; res feret, quo fides nobis libertasq; cōſtet. Neq; enim patiemur, quatenus vires ſuppetent, impune illudi credulæ iuuentuti, & ſimplicia ingenia ſupplantari. Quoniam autem (vt eſt apud Plautum) *feliciter ſapit is, qui periculo alieno ſapit*, cauebimus ipſi quidem pro virili, ne quid in hos libros quod non defendi queat auctoritatibus, referamus. Quid autem ad ſummam de ipſo ſentiamus, ſi vitia virtutibus penſamus, & qua parte ingenii maximē ſtetit æſtimemus, vel epigramma teſtetur noſtrum, quod in ripa Benacilacus, ipſo Domitii natali ſolo, Baccius Vgolinus Florentinus, atque Angelus Maffeus Veronenſis, illius memoriæ ſtudioſi, nouennium ferme ab hinc, incidendum ſaxo curauerunt, quod & hic adſcribam.

Epigramma Polit. Domitio dicatum.

Aſta viator, pulueremque vides ſacrum,
Quem vorticoſi vexat vnda Benaci,
Hoc mutat ipſum ſæpe Muſa Libethron,
Fontemq; Siſyphi, ac viretta Permeſſi,
Quippe hoc Domitius vagiit ſolo primum,
Ille, ille doctus, ille quem probe noſti,
Dictata dantem Romulæ iuuentuti,
Mira eruentem ſenſa de penu vatum,
Aëi viator, ſat tuis oculis debet.

Sed nimis multa fortaſſe de homine, pauca præſertim polliciti, quod eo tamen cōſilio fecimus, vt offam veluti quampiam grammaticis iſtis diobolaribus, omnia quaſi per nebulam videntibus, obiiceremus, qui nihil omnino rectū putabunt, niſi quod ipſi denique tritum diu, proculcatumque de ſuis illis profitētium commentariolis excerpſerunt. Ad attegias autem quod attinet, ipſius hæc Domitii verba ſunt. *Alii, inquit, accipiunt lingua Maurorum attegias mapalia ſignificare. Ego potius intelligo, hoc ſignificare Mauritaniam ad extremam partem Libyæ. Dionyſius.*

Ad ſummam Libyen habitant attegias vndas,
Alcida qua ſunt ſtatuæ Mauruſia plebes.

Hæc ille, videns vtique meliora, deteriora ſequens. Volebamque ſane iſta credere, ſed rumor vera negat eſſe. Dionyſium vero citat auctorem Domitius, qui ſi vnquam vocabuli iſtius mentionem feciſſe vllam reperietur, cedam, tollamque manum iam tum, meque omnium haberi vaniſſimum non recuſabo. Sed vt omni remota veſica-

vesicarem putemus ipsam, non sunt Dionysii versus hi, non sunt, verum Prisciani potius, quo libello Dionysium poetam de Græco interpretatur. Corrumpit eos autem Domitius, atque deprauat. Nam quod apud Priscianum fuit, *ad Tethyos vndas*, priore inducta interpolataque scriptura, pro eo supposuit *attegias vndas*, neutiquam (vt arbitror) facturus, si rationē carminis, aut si spatia morasque syllabarum consuluisset, cum vocabulum, *quod est attegias*, antepenultima porrecta syllaba, contra ipsius quem interpretatur testimonium, tum postrema breui, contra omnium posuerit auctoritatem. Bene quod exstat Dionysius, cuius esse Græcos illius argumenti hos puto versus.

Prisciani versio.

ἀλλ' ἤτοι πυμάτην μὲν ἐπὶ γλωχῖνα νέμονται
ἀγχοῦ στυλάων μαυρουσίδος ἔθνεα γαίης.

Licet autem euoluas iam totum, videbis ne minimam quidem suspicionem subesse attegiarum apud Dionysium, videbis alium citari pro alio, expungi verā scripturā, supponi falsam, rationē syllarū vel carminis haberi nullā. Et dubitabit aliquis ab ipso iam liberrime dissentire, & refutare has nugas, vel si præiudicata pridem de hominis ingenio, doctrinaque opinio, caussam faciat inuidiosiorem? Ceterū *attegias* ipsi vel tabernacula, vel vmbracula, vel (si hoc magis placet) mapalia intelligimus, qualia Mauri colunt, qui Numidæ a Romanis, vt historiæ scriptor Herodianus est auctor. Vocabulum id Rufinus vsurpat in libro Iosephi de bello Iudaico septimo. *Cum ad festum*, inquit, *diem venisset, quo attegias in honorem dei, componi ab hominibus mos est.* Nam quod Latine Rufinus *componi attegias ait*, id ipse auctor Iosephus σκηνοποιεῖσθαι dixerat Græce.

Præiudicata opinio.

Attegia.

Rufinus Iosephi traductor.

De Baptis, & Cotytto, deque Cotyttiis, tum apud Iuuenalem, & Horatium recta indicata lectio, enarratioque.

CAPVT X.

Cecropiam soliti Baptæ lassare cocyton. Hunc Iuuenalis versum Domitius expositurus, erraticis (vt ita dixerim) suspicionibus fibulam laxans, ineptias hallucinatur, & nugas meras, Baptas esse, inquiens, Cereris sacerdotes, *Cocyton* Cererem. Nec arbitror hoc vnquam dixisset, si quod in homine non pudoris dixerim, sed sensus omnino vestigium fuisset. Nos enim tunc demum credituri, cum quispiam proferetur, quo satis certo auctore stetur. Sed est hoc familiare huic (agam enim iam liberius) vt cum nihil explicare possit, implicet, & quicquid obuium sit, arripiat, eoque feratur diffidente conscientia, quo denique ipsum impetus errabundæ opinionis impellit. Nos antiquam comœdiam poetæ Eupolidis innui suspicamur, quod veterum excellens auctoritas persuasit. Etenim de ea sic Platonius Græcus auctor, vbi de cœmediarum differentiis agit. ἴσμεν γοῦν τὴν εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς βάπτας ἀπο-

Hallucinatur.

Eupolidis comœdia.

Bapta. πνιγόντα εἰς τὴν θάλατταν ὑπ' ἐκείνων εἰς οὓς κάθηκε τοὺς βαπτᾶς. *Scimus* inquit, *Eupolin, quoniam Baptas fabulam docuerit ab iis ipsis in mare summersum, contra quos Baptas emiserat.* Lucianus quoq; in ea oratione, quæ inscribitur ad ineruditum multos emittentē libros, in hanc ferme sententiam. *Dic mihi*, inquit, *etiamne Æschynis orationem aduersus Timarchum legis? an vero illa omnia scis, & nosti singula? Aristophanem vero & Eupolin subisti? Baptas integram fabulam pellegisti? Tum nihil ex his pertinere ad te putasti neque ea cum agnosceres erubuisti?* Sed & Hephestion in enchiridio, de acatalectis agens, duos citat versiculos ex Eupolidis Baptis. Et Suidas vnum ex eisdem in vocabulo, quod est Attypheros. Iam primum igitur constare opinor, Baptas comœdiam fuisse veterem, & mordacem, poetæ Eupolidis. Quod autem comœdiæ argumentum, quæ materia per ipsa, quæ nunc exstant, vestigia, sagacitèr indagabitur. Athenienses igitur ea tempestate, sacra quædam, religionesque peregrinas, nouosque deos asciuerant, quibus nocturnæ peruigilationes essent institutæ, magnorum dein flagitiorum causa sicuti Romæ Bacchanalia. Sed inter sacra cetera, fuere etiam quæ dicerentur Cotyttia Contra hæc nocturna Cotittya scripsisse Eupolin Baptas putamus, sed & alios comicos, interque eos Aristophanem quoque videmus, totum hoc genus peruigilium, & peregrinitatis exagitasse. Sic vt Iuuenalis, quæ Romæ fierent contra ritum ceremoniarum, non dissimilia dicat iis, quæ Baptæ Athenis in nocturnis cotyttiis patrarent. Cicero in legibus sic ait.

Cotyttia sacra.

Nocturna sacra inhibenda. *Quid autem mihi displiceat in nocturnis, poeta indicant comici, qua licentia Romæ data, quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinē intulit, quo neque impudentius quidem oculorum adici fas fuit?* Et mox idem. *Atque omnia nocturna (ne nos duriores forte videamur) in media Græcia Dionysias Thebanus lege perpetua sustulit.*

Diagondas.

Aristoph. Sabadius. *Nouos vero deos, & in his colendis, nocturnas peruigilationes, sic Aristophanes facetissimus poeta veteris comœdiæ, vexat, vt apud eum Sabadius, & quidam alii Di peregrini, iudicati e ciuitate eiiciantur.* Apparet vtique de Ciceronis testimonio, cum Aristophanem, tum comicos alios veteres, contra nouos deos, contraque nocturnas peruigilationes, aciem styli direxisse. Cum vero ex superioribus liqueat Baptas fuisse comœdiam, qua turpia & obscœna carperentur, atque hic de Baptis, deque nocturnis Athenienſium sacris mentio, quæ nos Cotyttia fuisse appellata declarabimus, quis non intelligat iam, Baptas fuisse denique, qua potissimum fabula, talia vexarentur? Strabo autem in libro de Geographia 10.

Bendidia. *Cotyttia, Bendidiaque sacra fuisse apud Thracas narrat, ex quibus Orphica sumserint originem, deamque nominat Cotyn, cuius faciat Æschylus mentionem.*

Cotyt.

Tum idem paulo post, *Athenienses*, ait, *multa ex peregrinis sacris accepisse, ὡς τὴν Κοτυτὼ δήπουθεν*, inquit. Sed & inter cetera, quæ peregrina ab iis recepta sacra commemorat, prima

ma enumerat Thracensia, quæ supra ostendimus *Cotyttia*, *Bendidiaque* appellari. Liquet igitur, *Cotyttia* ab Athenien sibus sacra externa coli solita, liquet etiam vexata a comicis. Coniectura autem ducimur, vt cum de *Baptis* hic mentio, quam scimus fuisse Eupolidis comœdiam, deque sacris Athenensium nocturnis, in ea potissimum id genus sacra exagitarentur. Ceterum deam, quæ talibus præesset ritibus peruigiliisque *Cotytto* vocatam putamus, a qua etiam recta ratione *Cotyttiorum* est innata appellatio, quæ quoniam dea comœdiis veteribus defamatissima, ideo Synesius in epistola quadam, cuius principium est ὁ κηφὴ τ' ὄυνομα ἐλλ' ὁ κηφὴ τῷ πεῤῥαίνειν, ad hunc plane modum narrat. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἡ ἀρκαδικὴ τοῖς παλαιοῖς ἐφάνησε δεῖν κατὰ μικρὸν πίπτειν. κατιδεῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπλήκτοις καὶ παλαιοῖς νικᾶσαι. Quibus verbis significatur, cum de quo in epistola agat, non Mercurio congruere, non Herculi, palæstræ præsidibus, sed esse, *Coryttus* æditimum, ceterorumque apud Atticos despicatissimorum. Quare *Cotytto* legendum non *cocytum*, præsertim cum syllabæ repugnet quantitas, quæ ne tum quidem brevis, cum e alterum subtraxeris, vt Domitius præscribit, insciteille quidem nimis (sit vero venia) nimis inquam insciteque, negligenterque, qui non cogitauerit primam nominis syllabam, non posito modo, cui duntaxat occurrit, sed natura quoque productam. Quidam tamen hanc deam *Cotyn* maluere, quam *Cotitto*, sicuti Strabo supra, sicuti alibi Synesius idem his verbis. ἐμβοῶν λοιδορῶν τὸν ἄνδρα ἡμίγυνον αὐτὸν καὶ θηλυδριῶντα τῆς κότυος. *Audaciter*, inquit, *pronuntia virum eum semimarem statim, sodalemque Cotys.* Quem exponens locum Suidas, *Cotyn deam coli ait turpium præsidem. Vnde*, inquit, *sunt Clisthene, & Timarchi, & quicunque lucri gratia formam colunt, ad infandam libidinem, sicut effœminati & catillum fingentes vniuersi.* Sed & alibi credo inuenient quibus hæc adiuuentur, viri docti, si doctrinæ studium adhibuerint. Quin apud Horatium quoque in Epodis ita legendum existimamus. *Inultus vt turiferis Cotyttia*, non vt plerique codices *Cocytia*. Et in vetustissimo libro, qui sit Georgi Antonii Vespucii Florentini, græce, & latine docti hominis, vocabulum id antepenultima syllaba t retinet, non c, vestigium arbitror vnum adhuc integrum, veræ integræque lectionis.

Cotytto.
Cotyttiorum appellatio.
Cotys.
Timarchi.
Clisthenes.
Horatii loc.

Sententia de Claudiano exposita, relatu præquam lepida fabella.
Tum fabella altera non insuauior e Graco itidem versa, super Venere & rosa.

CAPVT XI.

CLaudianus in libro de raptu Proserpinæ secundo, de Venere Dea rosas purpureas colligente loquens, ita inquit:

Sic fata, cruoris
Carpit signa sui.

Locus sane videri obscurus poterat, nisi apud Aphthonium in *Aphthonii*

Rhetorica progymnasmata.

Progymnasmatis rhetoricis, exposita fabella sic propemodum. *Qui rosa pulcritudinem demiratur, plagam Veneris consideret. Amabat Adonin dea, Mars ipsam. Quodq; dea foret Adonidi, Veneri Mars erat. Deus deam adamabat, deaque hominem sequebatur. Par cupido, tametsi genus dispar. Perimere Adonin Mars zelotypus tendebat, finem putans amoris, Adonidis necem. Ferit Adonin Mars. Accurrit auxilio Venus, festinans in rosas incidit, ac se spinis implicuit, ita pedem perforatur, qui vulnere manarat cruor, de se rosam colorauit. Sic rosa, qua prius candida, quod nunc cernitur, facta.* Attigimus ipsi quoque fabellam hanc in Rustico nostra, versiculo illo.

Idalio pudibunda sinum rosa sanguine tinguit.

Nonnus poeta.

Sed & vniuersam pulcerrime numeris vernaculis complexus, Mœcenas hic æui nostri Laurentius Medices, vt in omni virtute, sic etiam in poetica eminentissimus. Nonnus autem poeta mirificus lib. 1. & 40 Dionysiacῶν Martem ipsum, cum ab eo fuerit Adonis occisus, in aprum semet vertisse fabulatur, ita de venere scribens. μούνην ὃ σοῦν σὺν ὕθλαι λεύσσειν τερπωλὴν ἀτε μαίνις, ἐπεισυσ εἰκόνι μορφῆς ἀπὸ καρχαρέοδων θανατηφόρον ἴον ἰαλλων ἔκλομανὴς ἤμελεν ἀρδῶνιδι ποτμὸν ὑφαίνειν. Negat his versibus Nonnus delectatam fuisse apris Venerem, quoniam fore cognouerat vt apri figurã indueret aliquando Mars, ac præ zelotypia necaret Adonin. Rosam vero esse alioqui gratam Veneri, nec ille tacet lepidissimus epigrammatum vates.

I felix rosa (inquiens) mollibusque sertis
Nostri cinge comas Apollinaris,
Quas tu nectere candidas, sed olim
Sic te semper amet Venus memento.

Vergilii Elegidion.

Sed & Vergilius in Elegidio quodam suo (cur autẽ non suum credamus, quod omnium sit elegantissimum?) sic ait.

Sideris & floris est domina una Venus.

Cestus Veneris.

Cæterum Libanius ille quoque sophista Græcus, nec vlli Atticistarum secundus, ita quodam velut angulo super argumento isto de rosa Veneris, lusitat, *Quo* inquit, *tempore iudicem deabus pastorem fabula dedit, male habebat Iunonem, male Mineruam quoque cestus ille Veneris, in quo amabilitas, in quo etiam Cupido est. Ita venturas prius in certamen negabant, quam vbi a se Venus medicamentum foret amolita. Sic enim cingulum illud appellabant. Atqui ne vos quidem, Venus aiebat, lenocinijs vacus. Tu diadema aureum crinibus, tu galeam similiter auream geris vertice. Sed enim fucos istos habere per me vobis liceat, liceat modo per vos ornatum, comtumque mihi alium asciscere cinguli vice. Sic morem deabus gerens, ire ad Scamandrum pergit, lectura flores, qua se pratum sub ripa explicabat herbidum. Simul aquula ipsa blanda, perspicuaque suberant, & ad lauandum illices. Lota ibi dea, statim (qua causa venerat) ornatum quærebat sibi. Tum nescio qui mire suauis, aspirare odor visus. Iam*

Illex.

lilia;

lilia, iam violas legerat dea, cum tamen odor ille magis interim, magisque blandiebatur. Pergit auræ flagrantis vestigia subsequi, videt rosam, visamque naribus admouet, & esse hanc suaueolentiæ illius matrem cognoscit. Ibi flores aspernata ceteros abicit humi, tantumque rosis coronata, recepit se ad Idam denuo. Nec autem plus Veneri flos, quam flori Venus, conciliare gratiam visa. Adeoque confestim Iuno, Mineruaque victæ, vt ne ipsæ quidem pastoris exspectarint calculum, sed adcurrentes vtraque sertum crinibus detraxerint, floremque deosculatæ ipsum, rursum Veneris capiti reposuerint. Hactenus de rosa Libanius, cuius tamen linguæ Græcanicis pictæ coloribus, nitidissimum tectorium, nescio an ad vnguem nostra ista tumultuaria latinitas repræsentauerit.

Rosa.

Græcanici colores.

Quomodo inuenta purpura, simul explicatus Nonni locus, Græci poetæ.

CAP. XII.

QVo pacto inuenta sit purpura, non alienum fuerit hic referre, vel vt Græci poetæ Nonni locus intelligatur, vel vt fabella præquam lepida, Latinis intacta, noscatur. Est autem apud Pollucem libro de verbis idoneis ad Commodum primo, in hanc sententiam. *Tyrii ferunt* (inquit) *captum amore Herculem nymphæ cuiusdam indigenæ, cui nomen Tyro, sequebaturque eum* (inquiunt) *canis antiquo more, quo dominum canes vsque etiam ad concionem comitabantur. Quare canis hic Herculeus irreptantem scopulis purpuram conspicatus peresa caruncula, sua sibi labra cruore puniceo infecit. Cum igitur ad puellam Hercules adiisset delectata illa insueta tinctura, quam ceu florentem in eius canis labris aspexisset, affirmauit sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se vestem afferret, etiam canis illius labris splendiorē. Quocirca inuenta Hercules animante, collectoque sanguine, munus puellæ detulit, primus* (vt Tyrii dictitant) *auctor Punicæ infecturæ.* Nos igitur in Rustico nostra, propter hoc ipsum denique *concham diximus Herculeam* cum purpuram significaremus. Porro autem Nonni poetæ versiculi super hac ipsa fabula sic in libro 40. Dionysiacōn inueniuntur.

Præquam.

Tyro.

Inuenta animante.

Concha Herculea.

Καὶ τυρίης σκοπίαζε δεδευμένα φάρεα κόχλῳ
Πορφυρέους σπινθῆρας ἀκοντίζοντα θαλάσσης.
ἦχι κύων ἁλιεργός ἐπ' αἰγιαλοῖσιν ἐρέπτων
Ενδόμυχον χαροπῇσι γενειάσι θέσκελον ἰχθῦν,
χιονέας πόρφυρε παρηΐδας, ἔνδοθι κόχλου
χείλεα φοινίξας διερῷ πυρὶ, τῷ ποτε μούνῳ
φαιδρὸν ἁλιχλαίων ἐρυθαίνετο φᾶρος ἄνακτος.

Salutis augurium quod sit apud Suetonium.

CAPVT VIII.

SVetonius Tranquillus in Augusto sic ait. *Nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit, vt salutis augu-*

Salutis augurium.

rium &c. Quod autem foret salutis augurium, video etiam a doctis aliquot ignorari. Nos eam rem libro 7. & 30. Dionis historiarum ad hanc sententiam repperimus. *Tum vero etiam salutis augurium, quod appellant, longo interuallo fecerunt. Est autem modus augurii quispiam, vt si Deus permittat, salutem populo poscant, quasi ne salutem quidem a Dis petere fas, ni prius hoc ipsum Di concesserint. Obseruabatur autem dies vna quotannis, in qua nullus ad bellum proficisceretur exercitus, nemo se contra pararet, nemo pugnaret. Quocirca in assiduis periculis, maximeque ciuilibus, neutiquam fiebat. Nam & arduum in primis, puram rebus his omnibus diem seruare, & perquam absurdum videri poterat, vltro seditionibus detrimenta sibi ipsos incredibilia conciliare, cum & victis ea res futura esset, & item victoribus pernitiosa, mox autem salutem a dis immortalibus petere. Ceterum tum fieri quidem augurium eiusmodi potuit. Sed ne id quidem purum processit, quoniam aduersa quapiam aues deuolarunt, vnde augurium captum, aliaque item signa inauspicata apparuerunt.* Idemque etiam libro 58. scribit, ab Augusto pace, terra, marique parta Ianum clusum, neque non salutis augurium factum, quod ante multis caussis fuerat omissum.

Naulia quæ sint in Ouidi artibus, atque inibi de barbaris organorum appellationibus, quibus Græci, nostrique vtantur, quodque etiam Chaldæi Græca interim, nostraque id genus vocabula non aspernantur.

CAPVT XIV.

Disce etiam duplici genialia naulia palma
Vertere, conueniunt dulcibus illa modis.

Naulia. Nablia. Naula. Nabla.

N*Aulia* diminutiuum puto, siue *nablia* ab illis quæ vel *naula* vel *nabla* dicimus. Etenim *b* literas & *u* ferme pro eisdem positas inuicem sæpe veteribus monumentis adnotauimus. Suidas etiam, *nabla* organi species ait, & idem alio loco. *Psalterium inquit organum est musicum, quod naula etiam vocatur.* Quin & Sophoclis versum Plutarchus ad ducit, ὁ ναῦλα κωκυτοῖσιν, ὁ λύρα φίλα, libro eo quem super ει Delphico fecit, sed & Theodoretus in psalmos de eo meminit, & Plutarchus in libris Symposiacis. Ex quo nos in Nutrice,

Non quæ duplici geniale resultant
Naula citata manu.

Organorum nomina.

Sunt autem multa organorum barbara nomina, sicuti Strabo narrat libro decimo, inter quæ *nabla* quoque enumerantur, hoc est *psalteria*. Sed & illud obseruaui nuper apud Danielem prophetam, ducente me, scilicet in recessus illos, & sacra studiorum suorum penetralia Ioanne Pico Mirandula, Græca etiam quæ videantur, Latinaque adeo istiusmodi organorum nomina, quanquam paulo corruptius, a Chaldæis quoque auctoribus vsurpari, vt *carna* pro *cornu*, *cathros*, pro *cithara*, *sabecca* pro *sambuca*, *psanterin* pro

Carna. Cathros.

pro *psalterio*, *samphonia* pro *symphonia*. Quin Gallus Salomo, ordinarius apud Hebræos enarrator sacrarum literarum, *Neuel* ait esse hebraice, quod ibi *psanterin*, id est, *psalterium* legatur. Constat autem literis id nomen tribus בנל ex quo etiam *nauel* in Esaia legitur, & Amos, & Græca dein figura *naulon*, a quo diminutum sit *naulon* hoc Ouidianum. Siquidem nouitiæ illæ sunt notæ, quibus Hebræi nunc pro vocalibus vtuntur, vt idem & comperit, & ostendit Ioannes Picus Mirandula meus, vnus omnium prorsus ab omni parte beatissimus, in opere singulari atq; admirando, quo psalmos a septuaginta versos, isto notarum præcipue argumẽto, docet Hebraicæ veritati respondere. Ne iam insultare Iudæus, aut obicere possit, ea nos in templo singulis canere horis, quæ ne ipsi quidem satis versa fideliter existimemus. Deniq; *genialia* cur dixerit Ouidius, facile noris, verba ipsa legens de Scipionis Aphricani Æmiliani oratione, contra legem iudiciariam Cornelii Gracci, quę posita sunt in Macrobi Saturnalibus, eorumq; principium sic est: *Decentur prestigiatores honestas, cum cinædulo & sambuca psalterioq; eunt in ludum histrionum, discunt cantare, qua maiores nostri ingenuis probro ducier voluerunt. Eunt, inquam, in ludum saltatorium inter cinædos, virgines, pueriq; ingenui.* Sic Scipio. Tum Ambrosius quoq; libro ipso de vtilitate ieiunii tertio, *psalteria* docet adhiberi conuiuiis, vt libidines incitentur. Sed enim in comœdiis quoque crebra psaltriarum mentio. Porro vocabulum ipsum Hebraicum est nam Græce *psalterium* dicitur Latine laudatorium, sicuti diuus Hieronymus ait in epistola *ad Dardanum*, *docens in clypei modum quadratæ esse formatum*, chordarum decem, quanquam Romanus Emanuel hebraico commentario in psalmos, *vtricularium putet esse fistulam Neuel*, videlicet etymon sequutus, quod ab *vtre* deduci vocabulum illud apud Hebræos videatur.

Sabecca.
Psanterin.
Samphonia.
Neuel.
Naulon.
Naulien.
Picus Mirandula.
Neuel.

Qui fuerit auctor Sybaritidos, *de quo Ouidius*, deque Sybariticis libellis *apud Martialem*, luxuque item cetero Sybaritarum.

CAPVT XV.

OVidius in epistola ad Augustum libro Tristium secundo, sic inquit,

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.

Sybaritis.

Quæritur inter literarum studiosos, quinam sit is, qui *Sybaritida* composuerit, quodue ipsius operis fuerit argumentum. Nos vtrunq; apud Lucianum deprehẽdisse videmur, in oratione quæ est ad inerudituin, qui multos emtitaret libros. In ea scriptum est ad hanc fere sententiam *Dic mihi hoc quoq;, inquit, si Bassus ille sophista vester aut tibicen Battalus, aut cinædus Hemitheon Sybarita, qui vobis mirificas conscripsit leges, quo pacto insanire oporteat, & velle, & pati, ac facere illa, si horum quispiam nunc leonis pellem circumdatus, clauamq; tenens incedat, quid, eum ne putes Herculem*

Hemitheon.

Philo. Sybaritica nequitia.

spectantibus visum iri? Sed & Philo Hebræus, in vita ipsa Mosę, *Comœdias* inquit, & *Sybariticas nequitias componentes.* Martialis quoque in libro duodecimo epigrammaton de *Sybariticis libellis* ita.

Qui certant Sybariticis libellis,
Mussęti pathicissimos libellos,
Et tinctas sale pruriente chartas,
Instanti lege Russe, sed puella
Sit tecum tua, ne Talassionem
Indicas manibus libidinosis,
Et fias sine fœmina maritus.

Sybaritarũ luxus.

Hemethion igitur fuisse videtur, non vt Domitius ariolatur *Sybaris*, a quo vel *Sybaritæ*, vel libelli *Sybaritici* oscenissimo sint argumento compositi. Notabiles autem sunt in primis luxu & deliciis *Sybaritæ*, sic vt præcipuos omnium colerent Ionas, atque Tyrrhenos, quoniam alteri Græcorum, alteri barbarorum luxuriosissimi.

Sybarites per plateam.

Ab his etiam, *fabula Sybaritica*, quales ferme apud Æsopũ, & prouerbium deductum, *Sybarites per plateam*, contra fastosius ingredientes. Atque hæc quidem de *Sybaritis*, aliaque non dissimilia Suidas. Plutarchus autem in conuiuio septem sapientum, *morem fuisse* scribit *Sybaritis, mulieres ab vsque anno priore ad conuiuia vocandi, vt veste, auroque moliri exornareque per otium se possent.* Sed & Maximus Tyrius in dissertatione tertia de voluptate, primos enumerat *Sybaritas* inter eos populos quos, vult mollissimos, deliciosissimosque videri, neque non Sybariticas etiam saltationes commemorat. Quin idem in dissertatione alia, cui titulus, *Qua finis sit philosophiæ*, fere in hanc sententiam, *Crotoniates*, inquit, *oleastrum adamat, Spartiates armaturam, venationes Cretenses, luxum Sybarites, Ion choros.*

Hinc ergo Iuuenalis.

Nullum crimen abest facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit, hinc fluxit ad Istros
Et Sybaris colles.

Sybarita dictum insulsum.

Astipulatur & Strabo, qui *Sybaritas, omni sua felicitate, propter delicias, luxumque, septuaginta solis diebus fuisse* narrat *a Crotoniatibus exturbatos.* Quin dictum quoque Plutarchus *Sybarita* ponit in Pelopide, negãtis mirũ facere Spartiatas, qui se in bellis morti obiicerent, vt tantos labores, victumque illum, quo vtebantur, effugerent. Aristoteles autem Moralium Eudemiorum primo, *Smyndiriden quoque Sybaritam*, comparem Sardanapalo, inter voluptarios nominauit. Illud vrbanum sane, quod Aphricanus tradit in Cestis, sic enim græce liber ipsius de re militari inscribitur *Etenim sybaritas eo deliciarũ* venisse narrat, *vt equos in cõuiuia introducerent, ita institutos, vt audito tibia cantu, statim se tollerent arrectos, & pedibus ipsis prioribus vice manuum gestus quosdam chironomias, motusque*

Historia non vulgaris.

Chironomia.

motuq; ederent ad numerum ſaltatorios. At enim tibicen, inquit, *ibi quiſpiam contumelia affectus transfugit ad Crotoniatas hoſtes, paulo ante prælio ſuperatos a Sybaritis, & quod e rep. foret illorum, pollicetur (ſi fidem modo habeant) ſua opera Sybaritarum cunctorum equites in ipſorum venturos poteſtatem. Creditares, & belli dux creatus a Crotoniatibus tibicen, conuocat omneis quoquot eiuſdem forent in vrbe artificii, modulamentumque iis indicat, atque vt viſum tempus, præcedere in hoſtem iubet. Sed enim Sybarita faſtu præturgidi, quod equitatu ſuperabant, eunt contra, prælium que conſerunt. Hic autem ante repente dato ſigno tibicines vniuerſi conſpirant. Ecce tibi igitur confeſtim modulamine agnito, cantuque illo vernaculo, tollunt, eriguntque ſemet in pedes equi Sybarita, ſeſſoribus excuſſis, & quod tripudium domi didicerant, etiam in acie exhibent. Ita capti omnes equites, ſed humi iacentes, omnes equi, ſed tripudia repræſentantes.* Tantum de Sybaritis Aphricanus.

Equorum tripudia.

De Ariſtida Mileſiacis, de quo ſit apud Ouidium, deq; M. Liſiorum deliciis.

CAPVT XVI.

OVidius idem, in eadem ad Auguſtum epiſtola ſic ait.

Vertit Ariſtiden Ciſena, nec obfuit illi
Hiſtoria turpes inſeruiſſe iocos.

Qui ſit hic Ariſtides, quaue libros materia fecerit, magna hæſitatio, nos autem ſtudioſam iuuentutem ad auctorem Plutarchum delegamus, cuius in M. Craſſi vita, ſub hoc propemodum intellectu verba ſunt. *Collecto igitur Seleucenſium ſenatui, libros Ariſtidæ Mileſiacōn perquam impudicos oſtentauit, nihil in eo mentitus. ſiquidem re vera fuerant inter Ruſti ſarcinas reperti. Quod & Surena præbuit occaſionem probri, cauillique aduerſus Romanos, cum ne inter bella quidem continere ſemet a rebus, literuque huiuſcemodi valeret.* Ita Plutarchus. Eſt autem Surenas apud Perſas magiſtratus nomen, quaſi prætorem dixeris, quod & Zoſimus oſtendit. Atq; hunc quidem Plutarchi locum tranſcriptum plane, ſicuti alia pleraque, in Appiani quoque hiſtoria deprehendes. Lucianus item in amoribus, ſub hoc pene ſenſu, de Ariſtide. *Magnopere,* inquit, *me narratiuncularum tuarum per quam impudicarum lepida, & dulcis ſuadela lactauit, vt propemodum te eſſe Ariſtiden, meque ſermonibus credere Mileſiacis demulceri.* Quocirca etiam Apuleius epigramma ipſum ſtatim, quod in fronte aſini ſui collocauit, ita exordiatur. *At ego tibi ſermone iſto Mileſio, varias fabellas conſeram, auresque tuas benuolas lepido ſuſurro permulceam.* Ex quo Martianus, *Nam certi* inquit, *mythos, poetica etiam diuerſitatis delicias Mileſias, & reſi qua.* Fuere autem Mileſii quoque deliciis, luxuque notabiles, ex eoque prouerbium Græce fertur, οἶκοι τὰ μιλήσια, μὴ δὲ ἐνθάδε. Hoc eſt, *domi, non hic Mileſia*, videlicet in eos, qui domeſticum luxum celebrant, vbi minus probatur. Nam ſic Lacedæmone Mileſius ho-

Mileſiacæ Ariſtidæ.

Surenas.

Mileſius ſermo.

Mileſia deliciæ.

Prouerbiū.

lesius hospes audiuit, cum delicias patrias extolleret, sicuti etiam scriptum in Zenodoti prouerbiorum collectaneis. Sed & Maximus Tyrius idem significat, qui Milesios a vestitu molliore vocat ἐυειμονοτάτους. Ex quo apud Vergilium in Georgicis,

Milesia vellera nymphæ
Carpebant.

Ex quo illud Horatianum.

Alter Mileti textam cane peius, & angui
Vitabit chlamydem.

Iones delicati. Sunt autem omnino Iones quoque ceteri præquam deliciis habiti defluentes, quod in veteribus memoriis passim. Ceterum ne hoc quidem tacitum prætermimus, Veretro solitas vti Milesiacas fœminas, e corio, sicuti scriptum etiam apud auctorem Suidam, quin item apud eundem legimus, a Milesio Cadmo libros compositos quatuor de soluendis amoribus.

Correctus in Tragœdia Senecæ locus, atque ex Græca remotiore fabula declaratus, super Nemiæo leone.

CAPVT XVII.

Sene. locus. IN tragœdia Senecæ, quæ Hercules furens inscribitur, hic Senariolus legitur.

Vulgariis. *Sublimis atlas luna concipiat feras.*

Alias enim codex habet vetustus, ex publica Medicæ familiæ bibliotheca, non *atlas*, vt in vulgariis exemplaribus. Cuius intellectũ loci non temere aliunde quam ex Achille desumseris, quem auctorem Iulius quoque Firmicus in Mathesewn libris, & citat, & laudat. Is igitur in cõmentariis Arateis, cum de luna verba facit, ita scribit ad verbum, εἶναι δὲ ἐπ' αὐτῆς οἴκησιν ἄλλην ποταμούς τε καὶ ὅσα ἐπὶ γῆς, καὶ τὸν λέοντα τὸν νεμιαῖον ἐκεῖθεν πεσεῖν μυθολογοῦσιν, id est, *in ea etiam habitari, fluuiosque esse, & cetera, sicut in terra. Quin Nemiæũ quoque illinc cecidisse leonem fabulantur.* Ex quo nos in Nutrice, *Nemiæaq; tesqua lunigenam mentita feram,*

Luna habitationes.

Quid sit apud Iuuenalem Fraterculus gigantis. Quidquid apud alios Terræ filius, ibidemq; de Mani vocabulo.

CAPVT XVIII.

Vnde sit vt malim fraterculus esse gigantis.

VErsum poetæ Iuuenalis hunc, ex Satyra quarta, quicunque hactenus interpretati sunt, hærent in salebra, quantum video, nec enarrare illi quidem mihi, sed risum captare anilibus fabulamentis, vel derisum potius videntur. Quippe alii gigantas in simias conuersos, alii post gigantas a Terra simiam productam in deorum contemtum comminiscuntur: frigidiora his alia, quæ sicut ille Martialis rhetor, *Neronianas thermas refrigerarent.* Etenim nullo quantum intelligam sensu, nullo (quod sciam) dicuntur tradente

Neronianas thermas refrigerare.

dente has nugas auctore. Mihi fraterculus gigantis significare hominem videtur, nullis maioribus ortum ignoto genere, obscuroque, quoniam cuius ignorabantur parentes, eum vulgo appellare veteres Terræ filium consueuissent. Ex quo Persius,

Præsto est mihi Manius heres
Progenies terra, quare ex me quis mihi quartus
Sit pater, haud promte dicam, tamen adde etiam vnum, *Fraterculus gigantis.*
Vnum etiam terra est iam filius

Vides igitur vel vnius auctoritate Persi, terræ filium dici, cuius nescirentur parentes. Nec adeo putes ociose *Manium* illic a Persio nominatum. Vt enim omittam quæ *de Manio* scribit Aricino Pompeius, etiam *Mani* nomen ipsum Græcus auctor Sozimus, Romanæ historiæ li. 3. nō quia natus *mane*, sicuti ceteri, sed a *manibus* ait appellatum. Quin M. Varronis liber compluries a Marcello citatur *Mani* titulo etiam nescio quid alicubi de fanere attingens, vt fauere hunc quoque augurer nobis. Cicero item in primo epistolarum volumine ad Atticum: *Sed hæc ad te scribam alias subtilius, nam neque adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo.* Sed idem quoque in epistola ad Trebatium sic ait. *Cn. Octauius, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris summo genere natus, terræ filius.* quod in quibusdam codicibus depraua tum, proque eo suppositum *Terræ filius*, cum verior scriptura maneat adhuc in libro peruetere, quondam doctissimi viri Philelphi, nunc Laurenti Medicis, patroni literarii, simulque in libro altero de vetere (vt apparet) exscripto, qui nunc in bibliotheca publica Medicæ familiæ. Vides a Cicerone quoque, nihilo secius, ignotum prorsus hominem *terræ appellari filium*. Lactantius etiam, diuinarum institutionum lib. 1. his vtitur verbis, *Minutius Felix in eo libro, qui Octauius inscribitur, sic argumentatus est Saturnum cum fugatus esset a filio, in Italiam q; venisset, Cali filiū dictum, quod solsamus eos, quorum virtutum miremur, ad quos repentine aduenerint, de cælo cecidisse dicere, Terra autem, quod ignotis parentibus natos terræ filios nominemus.* hactenus Lactantius. Sed & Tertullianus in apologetico, de eodem Saturno sic scribit. *Dictus autem terra, & cæli filius, quia igneti, vel ex inopinato apparentes de cælo superuenisse dicuntur, vt terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum est.* Quare cum hoc præoptaret, homo esse obscurus, quā nobilis Iuuenalis, quod olim prodigio par erat in nobilitate senectus, vtpote sequentibus in eam Romanis principibus, malle se ait fraterculum gigantis, hoc est terræ, filium quod (vt ostendimus) obscurum significat, quam nobilem, patriciumque. Gigantes enim terra editi. Suauius autem fraterculum, quam fratrem ne videretur vastitatem illam, molemque gigantei corporis, sed generis duntaxat ignobilitatem concupiscere.

Manius.

Manius Varronis.

Terræ filius.

Cicelocus.

Philelphus.

Cali filiū

Super aſpiratione citata quapiam, ſimul enarratum Catulli nobile epigramma.

CAPVT XIX

Aſpirationis vſus.

QVintilianus libro Oratoriarum inſtitutionū primo, de aſpiratione agens, ita inquit. *Parciſſime ea veteres vſi etiam in vocalibus, cum œdos, ireosque dicebant, diu deinde ſeruatum, ne conſonantibus aſpirarent, vt in Graccis, & in triumpis. Erupit breui tempore nimius vſus, vt chorona, chenturiones, prachones adhuc quibuſdam inſcriptionibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigramma eſt.* Hęc ille Putamus autem epigramma citari hoc potiſſimum.

Commoda dicebat, ſiquando commoda vellet,
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias.
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe loquutum,
Cum quantum poterat dixerat hinſidias.
Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atque auia.
Hoc miſſo in Syriam requierant omnibus aures,
Audibant eadem hęc, leniter, & leuiter.
Nec ſibi poſt illa metuebant talia verba,
Cum ſubito affertur nuncius horribilis
Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius iſſet,
Iam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

Eſt vero obſeruandum, vt etiam in pronuntiando, quemadmodum in ſcribendo, vocibus aſpires. Quod nunc Græci, tantum in conſonantibus, Latini ne in conſonantibus quidem retinuerunt. Contra veteres Latini etiam in loquendo, vocalibus aſpirabant. Ex quo Cicero in oratore ad Brutum ita ſcribit. *Quin ego ipſe cum ſcirem, ita maiores locutos eſſe, vt nuſquam niſi in vocali aſpiratione vterentur, loquebar ſic, vt pulcros, Cetegos, triumpos, Cartagi-*
Vſum loquēdi populo. *nem dicerem. Aliquando, idque ſero, conuicio aurium, cum extorta mihi veritas eſſet, vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui.* Sic Cicero. Sed & aureolum vidi equidem nuper apud Laurentium Medicen nomiſma, cum titulo, TRIVMPVS. Et item argenteum alterum, cum vulgatiore hoc TRIVMPHVS. Quin
Triumpus. Au. quoque Gellius in ſecundo Noctium Atticarum, teſtatur *veteres hanc literam, ſeu ſpiritum, pleriſque vocibus verborum firmandis* (vt ipſe inquit) *roborandu que inſeruiſſe, vt ſonus eorum eſſet viridior, vegetiorque.* Sed & Priſcianus ait, *aſpirationem vocalibus extrinſecus adſcribi vt minimum ſonet, conſonantibus autem intrinſecus, vt plurimum.* Quare ſi conſtare tibi Catulliani epigrammatis leporem voles, aſpirationem ipſam ſuo loco, quantum poteris pronuntiabis. Sed iſta video iam ſic innotuiſſe, vt aliena fortaſſe cuipiā videri poſſint, atqui tamē pene adhuc equidem adoleſcens, coram literatis aliquot, quos & meminiſſe arbitror, de hoc ipſo loco

eo ad Domitium Florentiæ retuli, qui sic ei statim applausit, vt ingenue fateretur, se plus eo die, ab vno scholastico didicisse, quam multis ante annis a quopiam professorum. Scit Aurelius Arimi-nensis (vt alios omittam) qui nunc Pataui degit, præstanti, iuue-nis, & ingenio, & literatura, quam multos abhinc annos, istam de nobis enarrationem Florentiæ tum quidē agitans acceperit, quā-que sit (vt idem postea Patauii narrabat) noua prorsus, ignotaq; iam tum visa omnibus, ad quos de ea. Catullum autem plane vniuer-sum, Veronæ (scit hoc vir libertimi ingenii Baccius Vgolinus) intra officinam quampiam, quo nos pluuia coegerat, viris aliquot literatis, pene cogentibus, enarrauimus, cum quidem illic adesset etiam Guarini propinquus, Ioannes Baptista (ni fallor) nomine si- *Dantes.*
mulq; Dantes quidam Aligherius, quintus vt aiebat a Dante Flo-rentino poeta, neque non duo, qui tum Veronæ, non indocti ho-mines profitebātur, magnaque itidem scholasticorum manus, ita pronis auribus, nostra illa qualiacunque, accipientes, vt identidem clamarent demissum cælitus Angelum sibi (sic enim aiebant) qui poetam conterraneum interpretaretur. Neque ob id istorum ta-men commemini, quo inuenta mea mihi deniq; vni, nullo in par-ticipatum recepto tribui postulem (non enim sic mihi arrogo) sed ne quis forsan alienis laboribus me, quasi coruum, aut vulturem relictis ab aquila cadaueribus putet vesci.

Emendata apud Suetonium, & enarrata vox hæc ascopera.

CAPVT XX.

VItiati deprehenduntur Suetoniani codices in Nerone. Nam sic vtique in omnibus: *Alterius collo, & scopa deligata, simulq; titulus. Ego quod potui, sed tu culleum meruisti.* Nam neque scopa Latine dicitur numero singulari, & si maxime dicatur, nihil ta-men commercii scopis & culleo. Sed enim in vetustis exemplari-bus vestigium, vt arbitror, exstat incolumis veræque lectionis, hoc modo. *Alterius collo ascopa deligata.* Quare si literam penultimam perscripseris, *Ascopera fiet*, quod & esse rectissimum puto: siquidem *Ascopera.*
est *ascopera* sacculus pelliceus, compositumque nomen Græce est, ex vtre & sacco, de quo vocabulo ita scribit Suidas, ἀσκοπήρα τὸ μαρ-σύπιον ἤτοι σακκοπήδιον. Marsypium significare Suidas ascoperam docet. Hæc ergo fuit *ascopera* Neronianæ statuæ collo deligata, *cullei symbolum*, quoniam matricida. Quod enim culleo parricidæ insuuntur, qui sit e corio bouis, eius cullei veluti instar quoddam repræsentauit, qui deligauit ascoperam. Iuuenalis de parricida & culleo sic:

Et deducendum corio bouis in mare, cum quo,
Clauditur aduersis innoxia simia fatis.

Quid sit aut minerual aut Mineruale munus, ex eoque sententia Iuuenalis, & Varronis exposita.

CAPVT XXI.

Iuue. locus

QVisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam. Hoc ex decima Iuuenalis poetæ Satyra, Domitius ita exponit, vt eius neutiquam videatur peruidisse intellectum *Mineruam partam, id est, cuius ludis quinquatribus, vt posset certare, adeptus est.* Quo quid est absurdius, aut incõcinnius? an quęso vno assequispiam assequatur, vt certare de eloquentia publice possit? Ceterum mineruale munus, quod & minerual dicitur, innuisse Iuuenalis videri potest, mercedulam magisterii scilicet a scholasticis dari solitam, potissimumque, arbitror, ante quinquatria, per quos dies pueri vacabãt. Vnde Horatius in extrema Epistola,

Mineruale munus.

Ac potius puer vt festis quinquatribus olim,
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.

Quinquatribus a scholis vacandum.

Sicuti Saturnalibus, & Calendis item mos habuit Quare de quinquatribus agens Ouidius in Fastis, ita inquit,

Nec vos turba fori censu fraudata magistri,
Spernite, discipulos attrahet illa nouos.

De Minerual hoc munere, etiam diuus Hieronymus ita meminit in epistolam scribens Pauli ad Ephesios, quod etiam in Canonicis Decretis inuenias. *Legant* inquit, *Episcopi atque presbyteri qui filios suos secularibus erudiunt literis, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiarum sumtibus forsan eruditos, & quod in corbonam pro peccato, virgo, vel vidua, vel substantiam suam totam effundens, quilibet pauper obtulerat, hoc in Calendarũ strenam & Saturnalium sportulam, & mineruale munus grammaticus & rhetor, aut in sumtus domesticos, aut in templi stipes, aut sordidum conuertit in lucrum.* Quas autem *Saturnalium sportulas* vocat Hieronymus, has nomine absoluto *Saturnalitia* Tertullianus. Varro quoque in tertio libro rerum rusticarum, sic de mineruali. *Axius, Merula mi, inquit recipe me discipulum villaticæ pastionis illæ Qui simul at promiseris minerual incipiam* (inquit) *id est cœnam.* Ludit enim Merula hic apud Varronem, quoniamque Axius discipulum se velle recipi dixerat, ipse sibi Minerual promitti postulat, quasi magistro. Cœnam autem iocose Minerual appellauit, quia magisterii merces. Ne forte igitur poetæ sensus hic erit, eum quoq; qui semel præceptori minerual porrexerit, quod per assem designatur, id est, qui paucis diebus rhetori aut grammatico operam dederit, optare totis quinquatribus, quæ festa erant Mineruę ingeniorum præsidis, non modicum quippiam, sed eloquium & famam Demosthenis, aut Ciceronis.

Saturnaliũ sportulæ

Saturnalitia

Minerual.

Cuiusmodi sint versiculi, in quibus (vt ait Martialis) Echo græcula recantet.

CAPVT XXII.

Supina carmina.

MArtialis in secundo epigrammatωn, de supinis quibusdam superuacuisque carminibus agens, in quibus multus labor, minima

minima laus faciendis, hoc quoque inter cetera scribit,

Nusquam Græcula quod recantat Echo.

Domitius autem Græculam accipit Echo, vocem Græcam insertam, quasi se neget Martialis Græcis vsp iam verbis vti in suis epigrammatis, quod contra deprehenditur. Aut nos igitur coniectura fallit, aut innuuntur versiculi quidam, sic facti, vt in extremis responsitationes ex persona ponantur Echus, sententiam explentes, & morem tuentes illius vltima regerendi. Quales etiam vernaculos ipsi quospiam fecimus, qui nunc a musicis celebrantur, Hẽrici modulaminibus commendati, quosque etiam abhinc annos ferme decem Petro Contareno Veneto patricio non inelegantis ingenii viro, mire tum desideranti, nonnulliique aliis literarum studiosis dedimus. Sed & extant Græci quoq; Gauradæ cuiusdam antiqui poetę, quos & apponam.

Ἀχὼ φίλα μοι συγκαταίνισόν τι	τι.
ἐρῶ κορίσκας, αὐ' ἐμ' οὐ φιλεῖ.	φιλεῖ.
σχᾶσ' ὀκνεῖς κἀμοῦ κἀμοῦ φέρει.	φέρει.
τὸ τοίνυν αὐτὰ, λέξον ὡς ἐρῶ.	ἐρῶ
Καὶ πίειν αὐτὰ, πῶς κόπτων τὸ δός.	τὸ δός.
ἀχὼ τί λοιπόν, ἢ πόθ' τυχεῖν.	τυχεῖν.

Legendum apud Martialem cum compare mulo, quod plerique cum compare gibbo, simul explicata ratio in eo, sensusq; verior.

CAPVT XXIII.

MArtialis epigrammatum sexto,

Non aliter videtur Atlas cum compare gibbo.

Sic enim & vulgo legunt omnes, & pro rectissimo exponunt, quicunque sunt in cultu literarum celebriores. Nos contra in codicibus pleriisque veteribus, minusq; vacillantis auctoritatis, & fidei sic inuenimus. *Non aliter videtur Atlas cum compare mulo.* Mulo inquam non gibbo. Neue surdis (quod aiunt) agatur testimoniis in hac ipta gentis Medicæ bibliotheca publica, codex habetur vetustissimus Langobardis literis, quem & Domitius olim Florentię pellegit. Sed & Veronæ mihi pagellas quaspiam antiquissimi item voluminis Bernardinus quidam adulescens, vt tum visus est haud illiberalis, Domiti propinquus, commodauit, cum quidem vna esset mecum Baccius Vgolinus absolutissimi vir ingenii, candidissimiq; Neq; non Romæ quoq; volumen item Martialis, Langobardis characteribus ostendit, legẽdumq; nobis indulxit Bernardinus Valla, vir & carminum studio & iuris scientia, & generis nobilitate, atque opibus, prætereaque humanitate quapiam non vulgari celebrandus. Quin Florentiæ item præter hos alium codicem, primæ nobilitatis ciuis Pandulfus nobis Oricellarius semiuetere dedit vtendum, in quis vtiq; singulis, hanc quam dicimus scripturam reperias. Neq; autẽ difficeat etiam illam superiorẽ in vno, alteroq; nõ plane nouo exẽplari vidisse me, sicuti in eo q̃ Romę in Palatina

Surda testimonia.

Bernardinus propinquus Domitii.

Baccius Vgolinus.

Bernardinus Valla.

Taddæus Vgolettus.

bibliotheca, mediæ antiquitatis, & item in altero tum quidē quum legebamus Franciſci Saxetti Florentini negotiatoris, nunc autem Taddęi Vgoleti Parmenſis, humani, doctique viri, qui regi Pannonum Matthiæ regii prorſus animi principi libros, ornamentaque alia Florentiæ nobis iſta prodētibus procurabat. Nam in eo quem

Bernardus Michelotius

mihi nuper doctus vtraque lingua vir Bernardus Michelotius ab neſcio quo ſibi Peruſino commodatum dedit inſpiciendum gippo ſcriptum corruptius adnotaui. Quare quum ſuperiorem illam veluti conſtantem, ſolidamque reperiamus in melioribus ſcripturam, quærendum videtur, quid ſibi Atlas poſſulet, cum compare mulo, quaue cauſſa perinde rideatur vti Maurus elephanto vehens. Porro Atlantem, de Iuuenalis verbis, nanum quendam, pumilumue fuiſſe temporibus illis, haud ignoratum colligimus. Sic enim inquit,

Atlas.

Nanum cuiuſdam Atlanta vocamus.

Vt ex contrario per deridiculum ſit Atlas appellatus, qui foret pumila ſtatura, ſicuti

Canibus pigris, ſcabieque vetuſta
Turpibus, & ſicca lambentibus ora luterna,
Nomen erit tygris, pardus, leo, ſiquid adhuc eſt
Quod fremat in terris violentius.

Sed & muli pumuli, vel mulæ, tum in precio ſunt, inq; deliciis habitæ. De quis in diſtichis idem Martialis.

Hos tibi de mulis non eſt metuenda ruina,
Altius in terra pene ſedere ſoles.

Si quando igitur nanus hic Atlas mulo conſimiliter nano & compare ſibi vtebatur, veriſimile eſt rideri ſolitum publicitus, ſicuti etiam Maurus niger deriſui vulgo, quoties cōcolorem ſibi elephantum inſcenderat. Vnde inquit idem in primo.

Et molles dare iuſſa quod choreas
Nigro bellua nil negat magiſtro.

Conuenit autem propoſito, argumentoque poetæ in eum, qui iuuenis & validus, & pauper, lectica idētidem tamen a ſex, & ipſis iuuenibus validis, pauperibuſque geſtabatur. Atque vt illi ſuperiores nihilo ipſe ſecius, cunctis deridendi ſui dabat occaſionem.

Quadam ſuper hecale anu in memoriam data, deque poeſi Callimachi, tum ex epigrammatis Priapeis expoſitus locus, & item alter apud Statium, quodque vitioſe legitur de eo in Apuleianis codicibus.

CAPVT XXIV.

Æqualis tibi, quam domum reuertens
Theſeus repperit in rogo iacentem.

Hecale.

VErſiculi ſunt hi de Priapeis epigrammatis, per quos, aut ego fallor, *aut Hecale anicula* demonſtratur, a qua Theſeus olim adoleſcens hoſpitio comiter acceptus eſt. Vnde ſacrum quoque

Hecaleſion ſacrum.

Heca-

Hecalesion per pagos celebre fuit *Hecalo Ioui*, non sine ipsius *Hecales* honoribus. Quã etiam *Hecalenen* diminutiua forma vocabãt, quoniam ipsa quoque adulescentem adhuc Thesea salutare aniliter & huiuscemodi excipere diminutiuorum blanditiis consueuisset. Quoniam autem proficiscente ad pugnam Theseo, sacrum Ioui pro illius reditu vouerat, ac priusquam reuerteretur, ipsa obiit diem, vicem hanc Thesei iussu pro hospilitate recepit, sicuti Philochorus memoriæ prodidit. Qua de re Plutarchus in Thesei vita cõmeminit. Ceterũ de ea iustũ poema Callimachus fecit Hecalen nomine, sicuti innuit item versiculus ex notissimo epigrammate.

Μέλπω δὲ γραὸς τῆς φιλοξένου τρόπους.

Multique passim reperiuntur auctores Hecalen citantes Callimachi. Nam & herbas edules enumerat aliquando Plinius, quas rustica illa Hecale apud Callimachum apponat, sicuti Crethmon in lib. XXVI. Sicuti etiam Sonchon in XXII. Quamuis in nouis codicibus Hecate sit ibi, non Hecale. Vestigium autem veræ lectionis manet adhuc in antiquis eis, qui sunt in publica gentis Medicę bibliotheca. Quin vbi Callimachus in Apollinis ait hymno. *Crethmon. Sonchon.*

ὁ φθόνος ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν,
οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει.

In eum locum sic interpres propemodum. *Per hac* inquit, *illos accusat, qui sic in eum cauillarẽtur, quasi magnum facere poema non posset. Vnde coactus est Hecalen facere.* Verba interpretis ita sunt ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν ἑκάλην.

Hinc nos in Nutrice,

Battiades Hecalen sonat, & Marathonia gesta
Celsior assueto.

Sed & Statius in extremo Thebaidos de hac ipsa.

Nec fudit vanos anus hospita fletus.

Et Suidas *Hecalen ait heroida quampiam esse apud Callimachum.* Denique Apuleius in primo Metamorphoseos de eadem puto, *Si contentus* (inquit) *lare paruulo Thesei illius cognominis patris tui virtutes æmulaueris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue.* Neq; autem ignoro deprauatam fere vbique esse scripturam, siquidem *nõ Hecales anus, sed Ales anus*, præcerptis aliquot literis, scriptum plerunque inuenies, vt in transcursu etiam Apuleianos codices emaculemus, & lectorem veluti superpondio dimittamus onustum. *Apuleii locus emaculatus.*

Quam multa in Epistolis familiaribus, quæ nunc habentur Ciceronis præpostera, tum quem in ordinem restituendæ.

CAPVT XXV.

NActus sum Ciceronis Epistolarum familiarium volumen antiquissimum, de quo etiam supra dixi, tum ex eo ipso, alterũ

Codex Epistolarum Ciceronis.

descriptum, sicuti quidam putant Francisci Petrarchæ manu. Descriptum autem ex ipso liquet multis argumentis, quæ nunc omiserim, sed hic posterior, quem dixi, codex, ita est ab indiligente bibliopola conglutinatus, vti vna transpositæ paginarum decuria, contra quam notata sit numeris deprehendatur. Est autem liber in publica gentis Medicę bibliotheca. De hoc itaque vno quantū cōiiciam, cuncti plane quotquot exstant adhuc epistolarū earundem codices, ceu de fonte capiteque manarunt, inq; omnibus præposterus & peruersus lectionis ordo, qui mihi nunc loco restituēdus, quasiq, instaurandus. Quare adhibe quæso animum, quicunque liberales has literas amplecteris. Igitur in libro 8. Cæli epistola ad Ciceronem, sic incipit. *Certe, inquam, absolutus est, me repræsentante, pronuntiatum est, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in vnoquoque genere sententiis. Vide modo, inquis*, hucusque ordo nondum interpellatus. Quæ autem statim sequuntur verba, *literis ostenderis*, &c diuersa prorsus a superioribus, atque alterius epistolæ inuenias. Perge porro ab ea ipsa epistola deinceps numerare sequentis, ad eam, quę sit 24. cuius ita principium, *Non me Hercules, nihil vnquam enim*, quæ cum superiore continuatur, vt legas ita, *Certe, inquam, absolutus est, me repræsentante, pronuntiatum est, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in vnoquoque genere sententiis. Vide modo inquis. Non me Hercules. Nihil vnquam enim.* Atque ita reliqua subtexe, donec ab ipsa, quam diximus alterius esse epistolæ, peruenieris ad sequentem decimam, cuius hoc initium. *Sic tu, inquis, Hircum?* quam eo vsque lege, dum in verba hæc incidas, si vllam spem, quæ simul offenderis, totū hoc delebis, *Aut in tecto vitii*, cetera mihi probabuntur. Totum hoc inquam delebis aut inducer, quoniam aliena plane huic loco. Mox denuo recurres ad ea quæ posita perperam sunt, in illa Cæli, de qua primitus dictum, atque ita continuabis lectionem. *Si vllam spem literis ostenderis*, ita tractim legens, ad epistolam peruenies. 23. sic videlicet incipientem, *Duabus eius epistolis respondebo*, clausamque hac fini. *Si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitii.* cetera mihi probabuntur. Post eam quæ statim consequi debet epistola, quæ nunc ab illa vndecima, sic ordines. Delectauerunt me tuæ literæ. Comprobat hunc ordinem quem posuimus, non solum codex vterque vel ille antiquus, vel hic ex eo statim natus, a quo ceteros quoque omnes bibliopolæ vitio deprauatos liquet, sed intellectus etiam sensusque ipse luce clarior, sic vt acutius inspicienti quicquid vsquam prorsus obscuri est, ambiguique tollatur.

Versiculi in Fastis e Graco super vite & capro, tum parodia quapiam obscurior apud Suetonium.

CAPVT XXVI.

Ouid. locus.

OVidius in primo Fastorum.

Sus dederat pœnas, exemplo territus horum

Palmite

Palmite debueras abstinuisse caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,
Talia non tacito dicta dolore dedit.
Rode caper vitem, tamen hinc cum sanguine dabis aras,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

Nimirum hi duo versiculi de Græci poetæ distichο per quam inclyto festiuoque facti, quod in primis celebre fertur, & *volitat dolia per ora virum*. Nam cum dixisse quempiã illa memorat, ipsum nimirum auctorem carminis Euenum digito designauit. Loquitur autem in Græcis versiculis vitis ipsa, sic scilicet,

Κὰν μὲ φάγῃς ἐπὶ βίζαν, ὅμως ἐν ἱερποφορήσω
ὅσον ἐπιασπείσει καὶ σὲ ἐρυθριόντα.

Vertit hos nimirum quam potuit ad vnguem poeta ingeniosissimus, & sunt tamen in Græca nonnulla, quæ noster parũ enarrate. Quin si veris concedendum, transmarinam illam nescio quam Venerem ne attigit quidem noster. Quod vitium, linguæ potius minus lasciuientis, quam parũ copiosæ. Sed quoniam in Græci huius distichi mentione incurrimus, afferamus etiam quod apud Suetonium in Domitiano est, vt obiter illi quoque non in obscuro loco, lucem interpretationis inferamus, velutique auctariũ demus mercedis ipsa neutiquam vilius. Verba igitur ita sunt: *Vt edicti de excidendis vineis propositi gratiam faceret, non alia magis re compulsus creditur quam quod sparsi libelli cum his versibus erant,* *Suetonii locus.*

Κὰν μὲ φάγῃς ἐπὶ βίζαν, ὅμως ἐν ἱερποφορήσω
ὅσον ἐπιασπείσει καὶ σαρὶ ἐυθριόντα.

Quod enim supra vitis capro minitabatur, hoc eadem nunc Cæsari, pulcerrima, Hercules, parodia, *Vel si me, inquiens, ad radicem comederis, tantum tamen vini producam, quantum immolando Cæsari possit infundi.* Mos enim veteribus, vti capitibus stantiũ sub ictu cultroque victimarum vinum infunderetur. Sic apud Maronem videlicet,

Ipsa tenens dextra pateram pulcerrima Dido
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Igitur neci Domitianum Cæsarem per hos versiculos libelli destinabant, quoniam, vt Suetonius idem scribit, *Ad summam quondã vbertatem vini frumenti vero inopiam, existimans nimio vinearum studio neglig arua, edixit ne quis in Italia nouellaret, vtque in prouincis vineta succiderentur, relicta vbi plurimum dimidia parte, nec exsequi rem perseuerauit.* Meminerint autem studiosi nos in hoc inuẽto, non vno duntaxat nomine in cõmunae consuluisse, quoniam in plerisque adhuc Suetoni codicibus, etiamque nõnullis veteribus, non modo Græcos hos versiculos non inuenias, sed ne vestigium quidẽ ac ne locũ etiam quo se recipiant. Sed eos nos quoniam reperiebamus iam pridem, vtpote lepidissimos facile mox de obsoletis mendosisque exemplaribus singulas pensitando, paulatimq; nunc agnoscendo, nunc restituendo literas permitigauimus.

Verba in Ciceronis Epistola ex Enni Medea de Græca Euripidi.

CAPVT XXVII.

Euripidi genitiuus. Cic. locus. Gypsatissimæ manus.

Cicero in Epistola ad Trebatium, *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam habebant, matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illæ verterent, quod abesset a patria. Nam multi suã rẽ bene gessere, & publicã, patria procul. Multi qui domi ætatem agerẽt, propterea sunt improbati.* Nemo ex his, quorum ædita sit sentẽtia, suspicatus est adhuc, non esse ista plane Ciceronis verba, sed poetæ alicuius magis, cui liceret vti vocibus illiusmodi figurisque, ceu sunt illa, quæ Corinthum arcem altam habebant, & matronæ opulentæ optimates, neque saltem hoc viderũt, Iambos adhuc in his versibus exstare integros duos, aliorumq; quasi discerpta mẽbra veluti noscitari. Nos hæc ex Enni Medea verba esse collegimus, non quidem suo prorsus ordine, sed quo cõmodissimum Ciceroni fuit, allegata. Nam quũ de Græca Euripidi versam ab Ennio Medeã in Latinũ cognouissemus, sentẽtiam protinus horum verborum de ipsa nimirũ Euripidi tragœdia, quando illius Ennianæ iacturam fecimus, libuit aucupari. Sic igitur in ea fabula cum matronis Corinthiis loquẽs inducitur Medea, vti persuadeat non sibi verti vitio oportere, quod absit a patria, quando multi, inquit, honesti etiam procul a patria, multi contra domi fuerunt inglorii. Nam male audiebant peregrinæ fœminæ, vnde illud Comicũ. *Adeone est demens; ex peregrina?* Similiter tacere posse ait Parmeno, *Samiam fuisse Thaidis matrem, tunc Athenis victitantis.* Versiculos autem Euripidis ipsos, ex Medeæ persona, ne quis fortasse desideret, hic adscribemus.

Terentius in Andria.

Κορίνθιαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων.
Μὴ μοί τι μέμψησθ' οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ' ἐν θυραίοις, οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν.

Quod autem diximus poetam Ennium de Græco vertisse tragœdiam Euripidi Medeam, partim de verbis Ciceronis coniectamus, qui sic ait in 1. de bonorum malorumque finibus. *Quis enim tam inimicus pene nomini Romano est, qui Enni Medeam, aut Antiopam Pacuuii spernat, aut reiciat? Qui se iisdem Euripidi fabulis delectari dicat, Latinas literas oderit?* partim etiam quod Ennianæ tragœdiæ principium multis locis, vt a Quintiliano volumine quinto, vt a Cicerone in libro de Fato, vt item ab aliis auctoribus identidem citatur, sed nusquam tamen longiore tractu, quam in rhetorico secundo eiusdem Ciceronis ad Herennium. Quod hic ex codicibus variis emendatum subscribimus, vt illustretur obscuritas, locis aliquot in lingua Latina oboriens, quoties vnus, aut alter de eius tragœdiæ principio versus allegatur, suppresso

Rhetorici ad Heren.

presso auctoris nomine, simulque intellectu suspenso. Locus ipse apud Ciceronem sic est. *Ne Ennium, inquit, & ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est.*

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes,
Neue inde nauis incoanda exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua Argini vecti, delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis,
Colchis imperio regis Pelia per dolum.
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea animo ægro, amore sæuo saucia.

Est autem trabes in versiculo secundo, singularis numeri, quemadmodum & Priscianus legit libro septimo. Vetustissimi enim (vt ipse inquit) etiam trabes pro trabs proferebant. Euripidi vero tragœdiæ principium, si cum Ennianæ conferas, feceris arbitror operæ pretium, quod & subnectam. *Trabes.*

Εἰθ' ὤφελ' ἀργῆς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος
κώλιχνα εἰς ἅλα, κυανέας συμπλοκὰς πλάτας,
μηδ' ἐν ναύταις πώλιας πισεῖν ποτε
τὰς μηθεῖσα πτύκη, μὴ σθ' ἑρετμώσσω χέρας
αὐδῶν αἰρέσων, οἳ τὸ πάλλευτον θέρος
πελίαι μετῆλθον, ἐγὼ δ' οὐ δέσποιν' ἐμὴ,
μήδεια πύργως γῆς ἐπώλισσ' ἰωλκίδ',
ἔρωτι θυμὸν σπωλαγεῖσ' ἰάσονι.

Panici terrores qui vocentur, eoq; locupletissimi citatis testibus.

CAPVT XXVIII.

IN Ciceronis epistola ad Tyronem, quæ posita in extremo familiarium volumine, sic scriptum est *Et si Atticus noster, qui quondam me commouere πανικῆς intellexit, idem semper putat, nec videt quibus præsidiis philosophia septus sim, hercle quod timidus ipse est, προυδοπιεῖ. Panica* vocantur (vt arbitror) a Græcis repentini quidam terrores & consternationes, quales vtique lymphatici metus, vsq; adeo inreuocabiles, vt non ratione modo, sed mente etiam careant. Quo item verbo Cicero idem vtitur in epistola ad Atticum libro quinto. *Scis enim, inquit, quendam πανικῶ dici.* Facit item Hyginius *de Panico terrore* mentionem, quo loco de capricorno his verbis. *Hic enim dicitur, cum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus terrorem, qui Panicos dicitur, vt ait, Eratosthenes,* quam fabulam & Germanicus innuit in Arateo commentario. Euripides in Medea sic ait.

Κεἰ τὶς γεραιὰ φθορὰ πόλων δόξασι πᾶ
ἢ παῖδες ὀργαὶ ἦ πνὸς θεῶν μολεῖν
αὐολόλυξε.

Panos, autem vocat iras Euripides, sicuti est apud antiquissimum ipsius interpretem, τὰ παυικὰ δείματα, id est, *panicos terrores*, ὅτι τῶν αἰφνιδίων φόβων καὶ παραχρῆμα αἰτίων τὸ παυικὸν αὐχεῖται. *Quoniam, inquit, repentinorum terrorum, & consternationum caussam Deo Pani tribuunt.* Et apud Synesium in libro de prouidentia, hæc inuenio ferme, καὶ παυικοὶ δὴ ξυνεβοήσαμεν ἡμέραν τὸ στρατόπεδον καὶ πλάνησαν: *Et Panici tumultus interdiu exercitum occupauit.* Quo loco ampliter etiam cuiusmodi essent hi deniq; terrores, explicatur. Quin interpres etiã nescio quis, ita verba hæc ipsa Synesii enarrat, *vt Panicos appellari terrores dicat*, cum repente in exercitu viri equiq; perturbantur, nulla comparente caussa. Solent enim, inquit, fœminæ vi numinis instinctæ, Panos orgia clamoribus concelebrare, quibus vtpote repentinis metu audientes afficiantur. Sed & Niceres Choniates non aspernabilis omnino inter Græcos auctor, *Panicorum meminit phantasmatum*, in oratione quapiam sua Theon quoque Arati poetæ interpres, *milutasse* ait *Panã Deum aduersus Titanas, primumque eum vidisse conchã illam tortilem & turbinatam, qua pro tuba vtuntur inuenisse, quæ Græce Cochlos appellatur, fœtumque ipsius opera, vti se ad mandati socios interim fieret copia, dum sonitu quocunq; illo, qui Panicos vocatur, in fugam Titanes agebantur.* Sed & Nonnus poeta *Dionysiacõn x.* furentem describens Athamanta, *nunc insano Panos flagello furiatum ait, nunc intra ipsius aures bombum illum insonuisse Panici Saturnii flagelli.* Verba ita sunt.

Niceres rhetor.
Theon.
Cochlos.

οἰστρηθεὶς ἀβάκχοις μανιώδεσι παυὸς ἰμάσθλῃ,
ἀεὶ δ' οἱ ἔνδον ἀκουεῖς.

Et item.

παυικὸν δ' ὑπὸ μυχοῖς ἐπιβόμβεεν ἔμπεδον ἰμάσθλης.

Quo autem nunc piaculo Valeri Flacci, pulcerrimos poetæ versus taceam super hoc ipso positos, in libro Argonauticõn tertio, *Dant, inquit, æthere longe*

Signa tuba, vox & medium emissa tenebris.
Hostia habet portus, soliti redisse Pelasgi,
Rupta quies, Deus ancipitem lymphauerat vt bero
Migdonia Pan isse ferens saurissima matris,
Pan nemorum, belliq; potens, quem lucia boris
Antra tenent, patet ad medias per deuia noctes
Setigerum latus, & torua coma sibila frontis.
Vox omnes super vna tubas, qua cornus & enses,
Qua trepidæ auriga rotis, nocturnaq; muris
Claustra canunt, talisq; metus non Martia cassis
Eumenidumq; coma, non tristius ab æthere Gorgo
Sparserit, aut tantis aciem raptauerit vmbris.
Ludus & ille Deo, pauidum præsepibus aufert
Cum pecus, & profugi sternunt dumeta iuuenci.

Quin

Quin lib. etiam 6. apud eundem barbarus quispiam ad terrorem incutiendum simulacra Panos prætulit:

Hispidus inq, Dei latuit terrore Lycæi.

Sed & Sozimus historiæ Græcus auctor in lib. 3. *monstroso aspectu quempiam apparuisse, pellitum dicit, Albanis, Romanisq; prælium committentibus.* Etenim Deum Pana belligerum fuisse, vel ex argumento Nonni cognoscimus, vel ex Theocriti fistula, nam in ea sunt ista quoque verba de Pane Deo. *Sozimus historicus. Pan bell. ger.*

ὦ αἶθι πάν Φρίνας τέρμα σύνες.

Eundemque fuisse Athenienses auxilio contra Persas cum alibi legimus, tum in ea ipsa quam diximus fistula, his verbis,

ὃς σθένιν αὐορίαν ἰσωδία
πᾶσι πάσιν τελέσσε ἀφελίᾳ.

Vnde sint apud Ouidium Teuthrantia turba. Thespi vocata filia.

CAPVT XXIX.

OVidius in epistola Deianiræ ad Herculem.

Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba sorores,
Quarum de populo nulla relicta tibi est.

Notissima quidem fabula, etiamque a Diodoro prodita, super Thespi natabus ab Hercule compressis. Cur autem *Teuthrantia turba* vocentur, hoc tam plerisque incompertum atque ignotum est, vt audeant literatores pro illo *teuthrantia*, *Thespeia reponere*, nimis quam improbe insciteque. Nos de eo inuenimus apud Eustathium Homeri interpretem, vbi maxime Catalogum enarrat. *Teuthrantia turba.*

φησὶ δ' ὁ παῖς ἐθνικῶν συλλογεύς ὅτι κόσμιος ἦν ἡ Θέσπεια θυγάτηρ τοῦ Θεσπίου, ἧς τοῦ Θρᾴκα Διόνυσον. Ex auctoritate scilicet cuiuspiam, qui de gentibus conscripserit, Thespiam tradit a Thespiade fuisse conditam, sicut autem nonnulli scribant a Thespio Teuthrantis filio, Pandionisque nepote. Quare *Teuthrantia turba* Thespi vocatæ filiæ ab auo *Teuthrante*. Denique & Æschylus in tragœdia Agamemnone, Thespiam vrbem *Teuthrantis* appellauit. *Thespia. Teuthras.*

Vocabula inuentu rara nec tamen singularia, Cucuma, Proseucha, Scrutea.

CAPVT XXX.

VOcabula quæpiam sunt ita rara inuentu, vt si iterum in ea incidamus, ob id feciss operæ pretium videamur, quoniam singularia credebantur, sicuti est *cucuma* apud Martialem in hoc Hemistichio, *Cucumam fecit Oracilius.* Nam sic in Satyrico legimus Petroni Arbitri, *Tum illa carnis etiam paululum delibat, & dum cœquale natalium suorum synciput in carnarium furca reponit, fracta est putris sella, qua statura altitudinem adiecerat, anumque pondere suo deiectam super focum mittit. Frangitur ergo ceruix cucumæ, ignemque conualescen-* *Cucuma.*

tem reſtinguit, atq; totam faciem excitato cinere perfundit. Ex eoque
Cucumion. inclinatum diminutiuum *cucumion* inuenio apud Arrianum in libris de Epicteto, quo maxime capite κυνισμὸν, hoc eſt, de Cynica profeſſione loquitur, atque adeo verba Arriani ponam, ὃν ἐὰν ὦσιν κουκούμιον ἔχειν ὅπως θερμὸν ποιήσῃ τῷ παιδίῳ ἐν αὐτῷ λουσῃ. *Habe-* inquit, *eum cucumion oportet, vbi calfactet puero quo ipſum lauet.* *Cucumion dixit* Græca conſuetudine, quod nos *cucumulam* non
Proſeucha. inconcinne. Sed & Proſeucha tantum apud Iuuenalem inueniri vocabulum pro loco mendicabulorum putatur, cum tamen Cleomedes in ſecundo circularis inſpectionis libro aduerſus Epicurum diſſerens, ita propemodum loquatur: *Ex iis nonnulla e lupanaribus aſcita, quadam ſimillima his, qua in cerialib. a fœminis dicitantur, alia vero ex media proſeucha*, atque ab iis ipſis qui illic mendicant
Scruta. deſumta, Iudaica plane & retrita, longeque etiam reptilibus humiliora. Sed & ſcruta dixit Horatius quidem ſemel in hoc verſiculo:

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

Dixit iterum quantum videam Sidonius Apollinaris libro epiſtolarum ſeptimo per hæc verba. *Nunc quadam friuola, nunc lude apta virgineo ſcruta donabat.*

Quid ſit illud apud Iuuenalem, tanquam habeas tria nomina, *quodq; manu emiſſi patronorum ſibi nomina imponebant, deq; in nomen adoptando ex teſtamento.*

CAPVT XXXI.

ET ponere foris. ſi quid tentaueris vnquam
Hiſcere, tanquam habeas tria nomina.

Sane Domitius idem (nam ceteros omitto interpretes, cum ipſo vt præfractiore congredior) Domitius igitur ſic hunc ex 5. Iuuenalis ſatyra locum enarrauit. *Si velles*, inquit, *loqui, quaſi tu quoque vnus eſſes ex nobilibus, quaſi innuat, quod tantum his, qui nobi-*
Nomina tria quibus. *les ſunt loqui liceat. Nobilitas enim cognomine, agnomine, & nomine deſignabatur. C. Iulius Cæſar.* Hactenus ad verbum Domitius. Ceterum tria nomina, nec ſoli habebant nobiles, nec vniuerſi, ſed hi potius arbitror, qui e ſeruitio manumittebantur. Quocirca ſenſus quoque vel ob id acutior atque concinnior, vt conuiuator ne liberum quidem putet, neue pro libero fari æquum cenſeat, quem ſibi conuiuam vocauerit. Hoc ſi non auctores haud lubricæ fidei comprobant, vincor nihil eſſe Domitio penſitatius. Artemidorus igitur Epheſius, ſiue is Daldianus dici mauult in libro de ſomniorum coniecturis, primo, Græce ille quidem, ſed ad hanc ſententiam, *Noui autem quendam, inquit, ſeruum hominem, qui ſibi habere tria virilia viſus. Dein vero liber factus eo pacto tria pro vno habuit nomina, duobus aſſumtis patroni nominibus.* Hæc Artemidorus. Septimius quoque Florens Tertullianus in libro de reſurrectione ſic ad verbum, *Oro te, inquit, ſi famulum tuũ libertate mutaueris, quia*

eadem

eadem caro atq; anima permanebunt, quæ flagellis, & compedibus, & stigmatibus obnoxia retro fuerant, idcirco ne illas eadem pati oporteb[it] non opinor. Atqui & veſtis albæ nitore & anuli aurei honore, & patroni nomine, ac tribu. menſaque honoratur. Hinc illud opinor Perſianum: *Exit Marcus Dama.* Probat morem Cicero quoque epiſtolarum ad Atticum volumine 4. ſic ſcribens, *De Eutychidegratum qui vetere prænomine, nouo nomine T. erit Cæcilius, vt eſt ex me & te iunctus Dionyſius M. Pomponius.* Sed vt obiter hunc quoque Ciceronis, non inobſcurum locum interpretemur, noſſe oportet, etiam morem fuiſſe, vt heredes teſtamento in nomẽ, familiamq; adoptarentur. Sicuti eſt a Cæſare C. Octauius, quemadmodum ſcribit & Suetonius in Iulio. Quocirca poſt eam diem ſemper eſt ille Cæſar, vt in epiſtolis quoque Bruti ad Ciceronem, appellatus. Quemadmodum & Q. Scipio collega in conſulatu Pompei, qui cum filius Naſicæ foret, ex teſtamento in Metelli pii genus adoptatus, eius etiam nomine vocabatur. Sicuti libro hiſtoriarum xl. ſcribit Dion. Quare etiam T. Pomponius Atticus heres relictus a Q. Cæcilio ex dodrante, ſicuti ſcribit Cornelius Nepos in ipſius Attici vita, poſtea vt eſt apud Varronem in ſecundo de re ruſtica, ex T. Pomponio Attico Q. Cęcilius Atticus eſt appellatus. Quare Eutychidem manumiſſum T. Cæcilium Eutychidem vocauit, vetere prænomine ſuo nam T. Pomnius olim dicebatur, nouo nomine, quod haud pridem Q. Cæcilius vocari cœperat. Sic ſeruus Dionyſius, M. Pomponius Dionyſius vocatus eſt, aſcito Ciceronis prænomine, Attici nomine. Sed & Mileſius Alexander, cui Polyhiſtori cognomentum fuit, Cornelius eſt etiam a Cornelio Lentulo appellatus, a quo videlicet fuerat manumiſſus, ſicuti quæ Suidæ dicuntur collectanea, teſtantur.

Perſii locus.

Cic. locus.

Suidæ nomine collectanea.

Reſtituta Plinianis Codicibus abolita pridem vox, quidq; poppyſmos aut poppyſma ſignificent, quodq; mos poppyſmis adorandi fulgetras.

CAPVT XXXII.

COrrigendus apud Plinium locus, ex lib. 28. naturalis hiſtoriæ, cap. 2. quo tractatur, an ſit in medendo aliqua vis verborum, ſubducta enim vox vna, qua vetus indicatur conſuetudo, vetuſtiore quoque teſtimonio comprobata. Sic autem plerique codices habent, *Fulgetras adorare conſenſus gentium eſt.* Sed in vetuſtis duobus exemplaribus, ex ipſa Medicæ gentis nobili bibliotheca, ſic ſcriptum. *Fulgetras adorare poplyſmis conſenſus gentium eſt.* Quam lectionem vel Ariſtophanes facetiſſimus poeta confirmat in comœdia, cui ἐφῆβος inſcriptio. Nam apud eum Philocleo quidam ſenex ita loquitur, *vt ſe dicat poppyſſantibus* (liceat autem ſic verbo vti) *fulgurantium.* Tum interpres antiquiſſimus, *morem hunc eſſe ait, vti ad fulgetras poppyſſetur.* Verba Ariſtophanis hæc ſunt κἀγὼ ἀναβλέψω πᾶσαν ὑζόσαν. Tum interpres hæc, ἤθος πᾶς ἀσπαίρω πᾶσαν ὑ-

Plinii locus. Poppyſmi.

ζέν. Quemadmodum ergo apud Iuuenalem, Martialemque poctas poppyſma legitur, & poppyſmata, ſic apud Plinium poppyſmis a caſu recto, qui ſit poppyſmus. Eſt autem factitia de ſono vox, id ſignificans, quo maxime nondum perdomitis equis adulamur, vti Maximus in lexico, & Nicas item, & Suidas. Vtitur verbo etiam Sophocles. πωπύζεται ζευγη λάτεις. ſicut & Pollux meminit in ſeptimo Onomaſticõ. Quin idem quoque in primo, ſiſti equum poppyſmo decet, hoc ipſum vſurpans vocabulum, quod & Plinius, qui tamen etiam libro eiuſdem naturalis hiſtoriæ quinto trigeſimoque ſic ait, *Similis & Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi, ſimiliter ſpongia impacta ſequutus dicitur, cum pingeret poppyzontα, retinentem equum* Dexippus etiam Platonicus philoſophus, in dialogo, quem edidit in Ariſtotelis Categorias, ita ſcribit. ἡ ἵππος ἀναφέρος ψόφος, ὡς ἐπὶ πωπυσμάτων.

Cambre qua ſit apud Iuuenalem, ſuperque ea Gratum prouerbium.

CAPVT XXXIII.

Occidit miſeros Cambre repetita magiſtros.

Calderini de Cambre ſententia.

HVnc Iuuenalis verſum, Domitius idem Calderinus his verbis enarrat. *Cornelius de declamationibus ita ſcribit. Declamationes, aut ex hiſtoriis trahebantur, ſicuti ſane nonnulla vſque adhuc, aut ex veritate, ac re, ſi qua forte recens acciderat, itaq; locorum etiam appellationibus additis proponi ſolebant, & ſic certe collecta, editeque ſe habent. Cambre igitur inſcriptio eſt declamationis a loco. Nam oppidum eſt in Teuthrania Troadis, vt ſcribit Plinius & e proxima regione eſt Lesbos, in qua Mitylenen occupauerunt tyranni, vt auctor eſt Strabo, Nigeſilus & Megarogilus, Alcaus poeta eos carmine eſt inſectatus, vnde aureum plectrum habuiſſe dicitur auctore Fabio. De tyrannis electis Cambre declamatio ſemper erat repetenda a magiſtris. Hæc placet ſententia, vt conueniat cum eo quod dixit.*

Cum perimit ſæuos claſſis numeroſa tyrannos.

Quod alii a Cambre Scytharum rege, cuius meminit Diodorus, Cambren declamationem deducunt, nulla ex parte accommodatum eſt. Hactenus igitur Domitius, tortuoſa prorſus, & tergiuerſanti oratione, cuius ex verbis hæc denique colligitur, confuſa neceſſitate ſententia; *Cambren* declamationem ab oppido Teuthraniæ appellari, quod & a locis nomina declamationibus imponantur, & *Mitylenen* tyranni occupauerint, oppidum in Lesbo, vt id poeta verſiculo ſignificet,

Cum perimit ſæuos claſſis numeroſa tyrannos.

Nos igitur proponerentur necne a veteribus controuerſiæ, locorum appellationibus additis, non laboramus, quamuis hoc non Cornelius (vt ipſe dicit) ſed Suetonius Tranquillus ſcripſerit in libello,

bello, quem de claris grammaticis, rhetoribusq; compoſuit, eumque libellum, non vt Corneli, ſed vt Suetoni, Domitius quoq; ipſe ſuperius agnoſcit, & ſuo ſe laqueo (quod dicitur) implicat, exponēs (vt quidem ſibi videtur) verſiculum eiuſdem ſatyræ,

Parte alia ſolum vtſati pone lacerta.

Iam vero *Cambren* (vt quod nunc inſtat agamus) eſſe inſcriptionem, id nos plane pernegamus. Quin audacter pronuntiamus, neque tale quippiam apud idoneos modo ſcriptores inueniri, neque ſi maxime inueniatur, ideirco tamen ad tyrannos eos, qui *Mitylenen* occupauerint, referendum, cum oppidum Cambre non modo non in Lesbo, ſed ne in inſula quidem ſit vlla. Quare, quod pace *ſua dixerim*, nihil hac Domiti commentitia opinione, ſi quis modo eam diligenter excutiat, dici, fingique poteſt, aut abſonum magis, aut incōcinnum, & ridiculum, ſic vt ſeſe ipſa nullo impellente ſubuertat. Neque autem cauſſa fuit, cur *Mitylenen* ad Alcæū confugęret vt claſſis numeroſa tyrannos perimeret, quando inter primas controuerſiarum materias, tyrannicidarum præmia numerat Cornelius in eo dialogo, quem de claris edidit oratoribus. Ira ſibi omnia tenebrarum & caliginis ingenia Domitius offundit, quoties velut e naſſa piſciculus nequit exſinuari, quodque Ariſtotelem facere docet Atticus philoſophus, non inelegans Platonis propugnator, vt quemadmodum ſepia ſparſo ſub oculos ipſos, manumque piſcatoris ſuo ſibi ſucco, elabitur, ita ille deprehendi metuens, ſententias de induſtria obſcuritatibus infuſcet, hoc in hunc hominem potius conueniat, nunquam magis, quam cum pene tenetur, inuoluentē ſemet, obnubilantemque ambagibus, & quoddam ſicut atramentum perplexitatis interuomentem. Quod autem quidam vir alioqui doctus, & induſtria ſua bene de literis meritus, in commentario nuper edito, de Gambra, Anathoque affert ex Probo, vt ipſe inquit, Iuuenalis interprete, fateor equidē, nec ſcire me quinā ſit hic Probus, nec putare eū eſſe cuius Gellius, aliique ex veteribus meminerint. Fides ergo de eo apud auctorem ſit. Mihi tamen quod videtur, exponam breuiter, *nam*, vt ait ille neſcio qui tragicus, *veritatis ſimplex oratio eſt*. Græcum igitur hoc, arbitror, prouerbium Iuuenalis expreſſit *δὶς κράμβη θάνατος* quo ſignificatur, *bis poſita Crambe mors eſſe*. Crambe autem braſſicæ genus, vt faſtidium videlicet repetitæ ſæpius contrauerſiæ denotaret, cum vulgo quoque recalfacta braſſica iam in prouerbium faſtidii conceſſerit. Maluit autem Græcum vſurpare quam Latinum vocabulum poeta, vel quia tritius id Græcis quam Latinis prouerbium, vel ſane quia ſpecies etiam quædam braſſicæ proprie appellata *Crambe*, tenuioribus, vt eſt apud Plinium, foliis & ſimplicibus, denſiſſimisque, amarior ſed efficaciſſima. Ipſius vero Græci prouerbii mentionem Suida facit,

Pace ſua.

Atticus philoſophus.

Sepia natura.

Græcū prouerbium.

Crambe.

ponique etiam in conuiuiis, *Cramben* docet, quod sit ebrietati contraria, quemadmodum in libro de re rustica testatur Cato.

Vitiose quapiam in epistola Ciceronis, deq; vocabulo quod est Sciamachia.

CAPVT XXXIV.

RVsticum nimis & illepidum, sordidumque adeo plane vocabulum Ciceronis epistolam occupauit, eam quæ est ad Brutum isto principio. *Mirabiliter mi Brute lator*, sic enim in ea legimus, *Meaq; illa vehementes contentiones tanquam scientia ad nihilata esse videantur.* Quod quidam tamen hactenus corrigunt, vt dicant tanquam si iam adnihilatæ esse videantur. Consulant quæso eruditi, peritique idoneorum verborum veterumque lectionũ, consulant suum quisque iudicium sensumque, ac tum demum credere audeant, *adnihilatas contentiones*, scriptum fuisse a Cicerone. Nos in codicibus duobus Medicæ familiæ, quorum supra quoque fidem allegamus, mendose id etiam, sed tamen vt erroris adhuc vestigium non sit abolitum, sic reperimus, Tanquam *Sciamachalæ* esse videantur. Quare suspicamur legendum, *sciamachia.* Sunt enim *sciamachia* nihil sane aliud, quam vmbratiles pugnæ. Sentit enim Cicero hoc vtique frigere iam se plane in senatu, non succedentibus Bruto rebus, suasque illas vehementeis contentiones, sciamachias videri. Vocabulum ipsum, perquam est elegans apud Græcos, & magnopere vsitatum. Quin Galenus quoque medicus in libro secundo ὑγιεινῶν sic ait. μετεωαίνειν γ καιρὸς ἐπὶ τὰ πρόσχωρα δι' ὀνίας καὶ βίας, ὀρέμοι δ' ἂν ἐπὶ τοῦτο καὶ σκιαμαχίαν. Inter celeres exercitationes, quæ tamen attentæ violentæque non sunt, etiam cursus adnumerat, & sciamachias. Denique vel Eustathius in Odysseæ commentario Rhapsodiæ tertiæ, de verbo eo sic meminit. ὁμοίως γ καὶ ὁ μὲν, ὥσπερ σκιᾷ μαχόμενοι, φαῦλον δηλοῖ ἀδὲν. ὁ μέντοι καὶ τὸ συνθὲς σκιαμαχεῖν. Et M. Varro satyram vnam e suis illis Menippeis Sciamachiam inscripsit. Hæc enim est apud Gellium vera ex antiquis exemplaribus lectio, non vt quidam etiam scribunt *Criomachia.* Quin paulo etiam supra in epistola eadem Ciceronis, vocabulum alterum quod est ὄργανον, de Græca scriptura deprauatum migrauit in Latinam. Nam pro eo quod erat ὄργανον, factum iam *optanon*, neque autem hoc quoque ab vilo hactenus animaduertitur. Quare sic legeris, plane iam Brute frigeo. Organon enim erat meum senatus, vt quo pro organo Cicero, proque instrumento vtebatur.

Sciamachia.

Gellij locus.

Organon.

Locus in M. Varronis, & item alter in Columella libris rei rustica defensus a vitio, quadamq; super Euhemero imbi, & Iouis sepulcro, & Cretensibus addita, & locus apud Statium declaratus.

CAPVT XXXV.

IN M. Varronis lib. I. rerum rusticarum mendose legitur illud, *Aristæ*

Arista & granum omnibus fere notum, gluma paucis. Itaque id apud Ennium, solum scriptum scio esse in Ephemeridis versibus. Nam quod habent etiam, qui putantur emendatissimi codices, in Ephemeridis versibus, hoc ego in venerandæ vetustatis exemplari e publica gentis Medicæ bibliotheca sic inuenio, in Euhemeri libris versis. Neque autem dubium est, Ennii sacram historiam significari a Varrone *de Euhemero* in Latinum versam, quam videlicet & Lactantius identidem, & Eusebius citat, & Augustinus. Verba Lactantii de libro diuinarum institutionum primo sic habent. *Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit e ciuitate Messana, res gestas Iouis, & ceterorum qui Dii putantur collegit, historiamque contexuit ex titulis, & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iouis Triphyli, vbi auream columnam positam esse ab ipso Ioue, titulus indicabat. In qua columna gesta perscripsit, vt monimenta essent posteris rerum suarum.* Hanc historiam interpretatus est Ennius, & secutus, cuius hæc sunt verba: *Vbi Iupiter imperium Neptuno dat maris, vt insulis omnibus, & quæ loca sunt secundum mare omnibus regnaret.* Dein Lactantius idem locos Ennii nonnullos, de hac ipsa historia iterum atque iterum adducit, quos equidem breuitati studens præteribo. Quin ipsius quoque *Euhemeri* verba Sextus item allegat Empiricus, Pyrrhoniorum maxime volumine quarto, vocatumque ait Atheon, sicuti Melium Diagoran, Prodicum Ceum, Theodorum Cyrenaicum, complureisque alios. Ac de eo quoque Timon Phliasius (vt arbitror) sic ait.

Varr. loc

Euhemerus eiusq; libri.

Atheon.

Εὐήμερος γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχων.

Sed his omissis, illud vtique acrius inspiciendum est apud Columellam quoque libro x. Capite autem tertio, vbi de apibus agitur, bis Homerum citari pro Euhemero in peruulgatis codicibus, quod & vetustissimus indicat liber, de priuata familiæ Medicæ bibliotheca, literis Langobardis exaratus, & item alter e publica eiusdem gentis, quem de vetusto exemplari, Nicolaus Nicolus, vir doctus & diligens sua manu perscripserit, tum & ratio astipulatur, cui nulla resistunt claustra: siquidem apud Homerum fabula nulla istiusmodi de apibus reperitur, ac verisimile est, scriptam fuisse ab Euhemero potius, qui Iouis historiam composuerit, cuius apes illæ fuisse nutrices prædicantur. Quod autem apud hunc ipsum (vt arbitror) Euhemerum, de quo supra diximus, scriptum repererat poeta Callimachus in sacra eadem historia, Iouem in Creta vitam consummasse, atque inibi sepulcrum eius esse in oppido Cnoso, in quo sepulcro eius inscriptum fuerit antiquis literis Græcis ζεὺς κρόνου, id est, Latine, Iupiter Saturni, quod hoc inquam poeta doctissimus & scriptum ab illo cognouerat, & pro confesso a Cretensibus habitum, testatumque, ob id opinor in hymno ipso ad Iouem, *Cretenses*, in-

Colu. loc.

N. Nicolus.

Iouis sepulcrum.

quit, *semper mendaces, qui sint Iouis sepulcrum fabricati, cum nunquam ille obierit, perpetuoq; sit.* Versus autem hi sunt:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Propterque hoc ipsum denique, Statius quoque, opinor, in primo Thebaidos inquit. *Mentitaque manis Creta tuos.* Cyprianus etiam martyr, homo disertissimus, in libro de origine, & generibus idolorum, *Antrum Iouis ait in Creta mutitur, & sepulcrum eius ostenditur*, quanquam parum emendate scripta verba hæc in nouis codicibus reperiuntur. Porro Cretenses adeo mendaces habiti semper, vt Græco prouerbio, quod est, πρὸς κρῆτα κρητίζειν, nihil aliud significetur, nisi mendacio vti aduersus mendacem. Sed & Cretensis illius Epimenidis versiculus hic a Paulo etiam Apostolo citatus atque ob id etiam sanctificatus est:

Cypriani lib.

Prouerb.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί.

Id significat, Cretenses semper mendaces, mala bestia ventres pigri. Nam versiculi prioris hemistichion, de Epimenide sumsit Callimachus. Quocirca eleganter etiam hoc Ouidius in amoribus.

Cretes erunt testes, nec fingunt omnia Cretes. Et alibi.

Nota loquor, non hoc quæ centum sustinet vrbes,
Quamuis sit mendax, Creta negare solet.

Solutum hic & enodatum, quod ænigma de Varronis libro citat Gellius.

CAPVT XXXVI.

Au Gellii locus. Locus est lib. 12. cap. 6.

AEnigma illud ex Varrone, quod Gellius proponit, & inenarratum relinquit, vt legentium coniecturas acuat, equidem soluturum me meo quoque periculo profiteor. Est autem tale in tribus senariis *Semel minus ne, an bis minus sit, non sat scio, An vtrunque horum, vt quondam audiui dicier, Ioui ipsi regi noluit concedere.*

Terminus Deus.

Terminum significare videtur, qui Deus concedere Ioui noluit, cum capitolium exaugurabatur. Ouidius Fastorum secundo.

Quid noua cum fierent capitolia? nempe deorum
Cuncta Ioui cessit turba, locumq; dedit.
Terminus, vt veteres memorant, inuentus in æde
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.

Dubitat ergo hic scirpi auctor, semel minus, an bis minus fuerit, an vtrunque horum, ex vtroque autem, hoc est ex semel, & bis resultat ter. Quare non semel minus, non bis minus, sed Terminus fuit, qui Ioui ipsi regi noluit concedere.

Lapsum

Lapsum fœde Seruium super Oaxe fluuio, & Creta.

CAPVT XXXVII.

E Trapidum Cretæ veniemus Oaxem.

Hoc ex prima bucolicῶ ecloga, sic enarrat ad verbum Seruius. *Rapidum Cretæ inquit, lutulentum, quod rapit cretam. Creta alba terra dicitur, Nam Oaxis fluuius est Mesopotamiæ, qui velocitate sua rapiens albam terram turbulentus efficitur.* Oaxis. Hactenus ille. Sed enim ego Oaxem Cretæ insulæ fluuium intelligi crediderim potius. Nam Vibius quoque Sequester Oaxem Cretæ fluuium dicit esse, a quo & ciuitas Oaxia. Quare Apollonius, Cretam quoque insulam, tellurem Oaxida vocauit in primo Argonauticῶ his verbis.

δώκτυλοι ἰδαῖοι κρηταιέος, ὅσσοτε νύμφη
ἀργαλέη διάπλοον αὐλιάσσι φοιτήσῃσι
δαιδαλέην γαίης οἰηξὶ θ' ἑλώσῃσι.

Hoc autem postremum ita Varro transtulit, ille arbitror Attacinus alieni operis interpres:

Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis

Neque vero non conuenit rationi, vt qui dispersum iri toto orbe suos populares velit ostendere, de insula quoque in medio, veluti mediterraneo mari sita, tum autem & de altera tota penitus orbe diuisa meminerit.

Expositum Iuuenalis carmen, contra omnium hactenus sententias, super Laconico, & Pityismate.

CAPVT XXXVIII.

QVi Lacedæmonium pityſmate lubricet orbem.

Versus hic ex vndecima Satyra Iuuenalis, varie prorsus expositus est hactenus, atque (vt arbitror) indiligenter. Nam Domitius *Pityſma* dicit esse irrotationem e leui sputo, de verbo *Pitysso*. Lacedæmonium vero orbem pro anulo accipit, quoniam, inquit, *a Lacedæmoniis anulorum vsus manauit, vt senatores, & equites, per anuli mentionem significentur.* Iuue. loc. Porro alter eruditissimus homo, quem tamen nominare parcimus honoris gratia, qua parte ab eo dissentimus, salrationem putat esse Lacedæmoniam, sed ingenue tamen fatetur, nihil adhuc de eo se legisse, nisi tantum apud Pollucem, mentionem factam Lacedæmoniæ saltationis. Tertius denique vir ipse quoque doctissimus, *trochum* intelligit de arbore pinu fabricatum, quod *pitys* dicatur pinus, vnde sit *pityſma*. Nos e tribus his opinionibus, honorem præfati auctorum vellum plane probamus. Principioque negamus orbem Lacedæmonium significare anulum posse, quoniam nusquam legatur anuli origine manasse a Lacedæmoniis. Plinius autem quem Domitius adducit, tantum ferreo etiam tum anulo Lacedæmone vti refert. Quod si tollitur non posse Lacedæmoniũ or-

bem pro anulo accipi, sicuti certe tollitur, nihil profecto commẽtitia illa irroratio valebit. Neque tamen *a pityo*, quod nunquam verbum inuenias, sed *a pityzo* magis *pitysma* deducetur, quod apud Nicam Grammaticum declaratur. Qui vero saltationem putat esse Lacedæmoniam *pitysma*, cum de eo nihil inueniat, facile (vt esse ingenuus consueuit) potiori sententiæ cesserit. Quod item facturum credo, qui *trochum* putat e pinu factum *pitysma* esse, cum nec vsquam lectum, nec ad rem faciat, & syllabæ ratio pugnet, quoniam *pitys* habeat priorem correptam syllabam, vt ex primo liquet etiam Theocriti versiculo. Nos igitur *pitylisma* legendum credimus, vt inscitia librariorum syllabam de medio demserit. Quod haud mirum est in tantis tenebris. *Pitylisma* vero intelligimus exercitationem, de qua Galenus excellens medicus in secundo ὑγιεινῶν libro. Quamuis apud eum sit verbum potius *pitylizin*, quam nomen *pitylisma*. Ceterum recte *pitylisma* fit inde, etiam vsitatissima proportione. Neque adeo incongruum Galeni Græca verba prius adscribere, dein pro captu nostro interpretari. Cum igitur exercitationum varia genera noter, ac de iis etiam doceat, quæ veloces quidem, sed citra intentionem, violentiamque sint, inter quas & hæc ipsa sit, de qua nunc agimus, ita scribit ad verbum. τὸ δὲ πιτυλίζειν ἐπειδὰν ἐπ' ἄκρων τῶν ποδῶν βεβηκὼς, ἀνατείνας τὼ χεῖρε κινεῖ τάχιστα, τὴν μὲν ὀπίσω φέρων, τὴν δὲ πρόσω, μάλιστα δὲ τοίχῳ προϊστάμενοι γυμνάζονται τοῦτο τὸ γυμνάσιον ἵν' εἰ καὶ ποτε σφάλλοιντο προσαψάμενοι τοῦ τοίχου ῥᾳδίως ὀρθῶνται, καὶ οὕτω δὴ γυμναζομένων λανθάνει τε τὰ σφάλματα καὶ ἀσθενέστερον γίνεται τὸ γυμνάσιον. *Est*, inquit, *pitylizin, vel si mauis pitylissare, cum quispiam summis pedibus ingrediens, manus protendit, ocyssimeque mouet, alteram retrorsum scilicet, alteram prorsum, quo potissimum gymnasii genere ad parietes exercentur, vt sicubi lapsentur, apprehenso mox pariete facile resurgant, atque ita exercentium lapsus fallunt, & ipso sic exercitatio imbecillior.* Porro Lacedæmonium orbem, Laconicum ipsum acceperim, vt in quo solerent ad eum modum exerceri. Dion historiarum 53. libro, Laconicum in vrbe vaporarium, aut sudatorium (sic enim interpretari videmur posse, quod est apud eum *pyriaterium*) ab Agrippa ædificatum tradit. Dein *Laconicum* dicit appellatum, quoniam Lacedæmonii per ea tempora nudi, vnctique præcunctis exercebantur. Laconicum istud & Martialis innuit, ita inquiens:

Hæc videtur recantare Politianus epistola lib. xi. epistol. sexta.

Lacedæmonius orbis.

Pyriateriũ.

Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi.

Sed & Columella in libro de agricultura primo sic. *Attonique miramur gestus effœminatorum, quod a natura sexum viris denegatum, muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos spectantium.*

tium. Mox deinde, *vt apti veniamus ad ganeas, cotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus.* Iam igitur vel ex his Columellæ verbis constare cuiuis potest, quos iam potissimum poeta significet, nempe eos dubio procul, qui diem totum in Laconicis istis, gymnasiisque contererent, vncti, nudique. *Quare etiam lubricat,* inquit, *propter oleum & vnguen, quo defricti excerbantur.* Seneca etiam lib. epistol. 7. ad Lucilium nihil aliud prorsus, quam Laconica insinuat, ita narrans: *Quid mihi cum istis calentibus stagnis, quid cum sudatoriis, in qua siccus vapor corpora exhaustiora includitur, vt omnis sudor per laborem exeat?* Restat vti nunc, quoniam orbem dixit, etiam do- *Laconicorū figura.*
ceamus fuisse in orbem constructa *Laconica*, quod ex lib. 5. Architecturæ apud Vitruuium patet, in his verbis: *Laconicon sudationes, quæ sunt coniungendæ tepidario, æque quam late fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curuaturam hemisphærii, mediumque lumen in hemisphario relinquatur, ex eoque clypeum æneum catenis pendeat, per cuius reductiones, & dimissiones perficietur sudationis temperatura. Ipsumque ad circinum fieri oportere videtur, vt æqualiter a medio flamma vaporisque vis per curuaturas rotundationes peruagetur.*

Scirpus exsolutus Ausoni vatis, de Cadmi filiabus, Melone, Sepia, & Cnidiis nodis.

CAPVT XXXIX.

SCirpum quem Theoni Grammatico per dimetros iambos acatalectos proponit ingeniosus, & non ineruditus poeta Ausonius, sic nos tentabimus explicare. Sed ipsos prius versiculos ascribamus.

Aut adsit interpres tuus *Ænigmatum qui cognitor* *Ausonii loc.*
Fuit meorum, cum tibi *Cadmi nigellas filias,*
Melonis album paginam, *Notasq; furua Sepia,*
Cnidioq; nodos prodidit.

Ex his autem postremus versiculus, libris quidem vulgatioribus mendose legitur, *modos* habens, vel meos, pro eo quod nos reposuimus *nodos.* Sic autem inuenio cum in aliis nonnullis, tum in libro Ioannis Boccacii manu perscripto, qui nunc in bibliotheca sancti Spiritus Florentina seruatur. Ceterum nec ratio metri patitur alterutrum vel modos, vel meos. Quoniam iambum esse non pyrrhichium sede illa secunda oportet. Literas igitur Cadmi Phœnicis munus, & papyrum Niloticam, & attamentum scriptorium, & calamum librarium literatoris eius germanum instrumentum videtur mihi Ausonius sub hæc inuoluera complicasse. Cadmus enim literas primus in Græciam attulit e Phœni- *Cadmus in*
cia. Testatur Herodotus in Terpsichore, *Phœnicas eos,* inquiens, *Græciam li-* *qui Cadmo duce venere in Græciam, literas vernaculas, & patrias, tum attulit.*

hoc est Phœnissas ostendisse primitus Græcis, sed fluxu ætatis, ait, tum voces notæ quoque sensim mutatæ. Primique iis Iones usi. Quare etiam φοινίκεια sunt appellatæ. Cadmeas autem se quoque vidisse, scribit Herodotus, literas in templo Apollinis Ismenii, Thebis in Bœotia cælatas in tripodibus quibusdam, de quibus tria extat epigrammata, maxime (vt inquit ipse) Ionicis similes. Quamobrem si veteres Græcæ literarum notæ, non aliæ quam Phœnicum, Latinæ vero non aliæ fuere, quam Græcorum, sicut & Plinius indicat, citata ipse quoque Delphica (Nam illud tabulæ nouitium est, & ab ineruditis additum) manifestum est etiam Latinas literas, non alias esse, quam quas a Cadmo didicerimus. Quare ob id eas Cadmi filias vocat Ausonius, quoniamque attramento minusculæ imprimuntur, ideo suauiter nigellas. Ob id igitur Zeno sic in epigrammate,

Οἶδε πάτρα Φοινισσα λὶς ὁ φθὶς & ἐκ κρόδμ&
Κεῖν& ἀφ' ἑγγραπ&ν εἶναι ἐχθ σιλίδω.

Timon quoq; Pyrrhonius, vt apud Sextum legimus, libro Pyrrhoniorum quarto sic scripsit,

γραμματικὰ τῆς ὕλης αὐαπτυκτὴ ὁ δ' αὐάγνωσις
αὐδ' ἐκ δίδας κεδρίν φοινικικὰ σήματα κρόδμα.

Zopyrion vnus ex illis auctorib. e quibus constant collectanea, quæ nunc nomine circumferuntur.

Cadmi Phœnica signa, notas literarum vocitans. Omitto quod & Suidas, aut Zopyrion potius φοινίκεια vocatas literas ait. Omitto Plinium, ceteroſque permultos, qui dicant eas a Cadmo in Græciam allatas. Nam cum diuersi quæ legerant apud Herodotum passim meminerint, satis ipsi fecisse videmur, quod illa suæ reddimus auctoritati. Nec enim tam numeranda, sicuti putamus, veterum testimonia sunt, quam ponderanda. *Melonis vero albam paginam* ob id ait, quod papyrum Nilus producit, ex quo paginæ fiunt candidæ. Nilus autem a veteribus Latinis, nondum affectis Græcæ linguæ, Melo vocabatur, quemadmodum Pompeius in vocabulo, quod est *alumento* declarat. Quanquam habent plerique codices, non Melo sed milo, mendose inciteque. Quare vacillantem (si videtur) auctoritatem, adminiculo Serui subsidentabimus, cuius in primo Æneidos ita verba sunt. *Sane Atlas Gracum est, sicut Nilus. Nam Ennius dicit, Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem.* Sic ille. Denique pro atramento in literarum formas lito *sepiam* capimus etiam apud Persium,

Melo qui & Nilus. Pompeius.

Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.

Nilus.

Sepia.

Scilicet ob eius piscis ingenium, qui liquorem dicatur atrum profundere, quo fortassis olim que attramentum confieret. Ex quo Martianus: *Debinc que nigello puluere, qui ex fauilla confectus, vel sapa putaretur, illato per cannulas eadem resanari.* Furuum porro nigrum, de quo & furem dici putat Varro. Sed & Horatius ex eo quoque, *Furua* (inquit) *regna Proserpinæ.*

Furuum.

Et

Et fauus hostes Diripatri, Valerius Maximus, Sed & ante eum Varro nigras interpretatur. *Cnidios dein nodos accipe*, quoniam calami probatiores Cnidii, sicuti Plinius ait libro 16. historiæ naturalis. Affectauit autem imitationem Persianam, cum dixit nodos, quoniam & ille scripserat, *Nodi Cnidii*

Inque manus charta nodosaque venit harundo.
Scirpi simile vatis eiusdem epigramma, emaculatum, atque enarratum.

CAPVT XL.

QVem nuper vatis Ausonii scirpum enodauimus, redegit in mentem nobis tetrastichon eiusdem facilius intellectu fortasse, si quis & emaculatum habeat codicem & Græcæ literaturæ non sit ignarus, vt cui vel alterutrum desit, non minoris sane laboris futurum, quam hoc est ænigma superius Versus hi sunt, *Ausonii locus.*

Lau eros & ityς, chiron & eros ityς alter
Nomina si serbas, prima elementa adime,
Vt facias verbum quod tu facis Eune magister.
Dicere me Latium non decet opprobrium.

Nempe de primis singulorum ipsorum nominum literis seriatim interse coagmentatis Græcum dissultat hoc verbum λείχει, quod est Latine lingit, vt eo verbo (sit autem honor auribus) inguinum liguritor Eunus aut siquid tale addituinas, insinuetur. λείχει.

Quod in digestis Iustiniani principis diem diffusum male pro eo, quod est diffissum legitur, vt & apud Gellium, diffundi, & definitiones, pro illis diffindi & diffissiones, atque inibi de Pandectis Florentinis nonnihil.

CAPVT XLI.

DIffisionis vocabulum, & item quod dici solitum, in iudiciis diffindi diem, pene iam sublatum e medio, atque insciția quadam improba, importunaque bonis artibus exitiosa iam obliteratum restituere ipsi pro virili conabimur, & reuocare diligentia nostra. Vtitur ista loquendi figura etiam iureconsultus Vlpianus in 74. ad edictum, per hæc sane verba, quæ posita libro primo Digestorum sunt, sub hoc titulo: *Si quis cautionibus in iudicio sistendi caussa factis, non obtemperauerit.* *Si quis*, inquit, *in iudicio se sisti promiserit, & valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus, se sistere non potuit, exceptione adiuuatur. Nec immerito. Cum enim in tali promissione præsentia opus sit, quemadmodum potuerit se sistere, qui aduersa valetudine impeditus est? Et ideo etiam lex xij. tabularum, si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicii esse diffissum.* Hactenus Vlpianus. Diffisum autem legendum, non diffusum. quod omnes habent hi ferme libri, qui sunt in manibus. Atqui volumen ipsum Iustiniani Digestorum, seu Pandectarum, dubio procul archetypum, in ipsa caria Florentina a summo magistratu publice *Diffindi diem.* *Sistere* *Pandecta Pisana.*

adſeruatur, magnaque veneratione, quanquam raro id, etiamque ad funalia oſtenditur. Eſt autem liber haud quota ſpoliorum, præ-

Compendiaria nota.

dæque Piſanæ portio, ſæpe a cõſultis citatus, maioribus characteribus, nulliſque interuallis dictionum „nullis item compendiariis notis, quibuſdam etiam ſaltem in præfatione velut ab auctore plane, & a cogitante, atque generante potius, quam a librario & exceptore inductis, ex punctis, ac ſuperſcriptis, cum Græca epiſtola, Græcoque etiam pulcerrimo hoc epigrammate in prima fronte.

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο πηδὲ,
τὴν ῥᾳδίως βιβωνιανὸς μεγάλῳ κόμπ παμβασιλῆϊ
δῶκε δικαιοσύνης μεγάλοιο καὶ ἀστίδος εὐρύοπος,
ἣ ἐπὶ μαρμαίρουσιν ἀγαλλομένη πόντου θεμείλιον.
ἀνθρώποις δ' ἀσίης τε δορυκλύτου τε λιβύστης
εὐρώπης τε πίθοντ' ἀλόχου σημήνατο κόσμον.

Cuius tamen voluminis legendi, ac verſandi per otium mihi eſt vni facta copia, Laurentii Medicis opera, cauſſaqi, qui vir ſuæ reip. princeps, dum ſtudioſis obſequatur, etiam ad hæc vſque officia ſe demittit. Igitur in Pandectis his, non iam Piſanis, vt quondam, ſed Florentinis, in quibus pura ſunt verba, nec vt in ceteris plena maculis, & ſcabie, diffiſum reperio non diffuſum. Quod idem apud

Libri Auli Gel. inuerſi.

Aul. quoque Gellium video deprauatum, libro, qui nunc vulgo 13 cum ſit 15. emendatis codicibus. Nam vbi hæc verba legimus, *atque in rerum quidem definitionibus, comperendinationibusq;*, hic ego in codice Gelliano, ex bibliotheca publica Medicæ familiæ, quem vir haud indoctus, (vt tum ferebant tempora) ſed diligens tamen in primis Nicolaus Nicolus ex vetuſtiſſimo exemplari fideliter pro ſuo more deſcripſerit, ita inuenio. *Atque in rerum quidem diffiſionibus, comperendinationibusq;*. Quod ſi ſuſpicio libera mi detur, malim credere equidem, in dierum, quam in rerum, veram habuiſſe

Alius Gellii locus.

& incolumem ſcripturam. Quin eodem capite Gellius, *iuſſi igitur*, inquit, *diem diffindi*. Sic enim in eodem codice, quod in his peruulgatioribus, *diem diffundi*.

Pollices in fauendo premi, ſicut in denegando fauorem, verti ſolitos, ex eoque ſententia Horatii, Iuuenalis, & Prudenti declarata.

CAP VT XLII.

Hora. locus.

HOratius in primo epiſtolarum libro.

Conſentire ſuis ſtudiis, qui crediderit te,
Fauter vtroque tuum laudabit pollice ludum.

Vtroque, inquit, *pollice* Porphyrion, hoc eſt, vtraque manu, vt ſit tropos ſynecdoche a parte totum. Sed ne quem forte veteris ſcriptoris auctoritas infatuet, ei quoque aurem leuiter peruellemus. Scriptum eſt igitur apud Plinium libro 28. in hæc verba, *Pollices cũ faueamus, premere etiam prouerbio iubemur*. Ex quo Iuuenalis peritiſſime illud *Et verſo pollice vulgi, Quemlibet occidunt populariter*, Ceu ſi verſo pollice tollatur fauor. Denique etiam Prudentius in heroico

heroico aduersus Symmachū, ita contra Vestales, quæ muneri gladiatorio intererant declamauit:

Et quoties victor ferrum iugulo inserit, illa
Delicias ait esse suas, pectusque iacentis
Virgo modesta iubet conuerso pollice rumpi.

Pollicem vertere.

Nam vt fauere qui pollicem premerent, ita puto qui verterent de negare gladiatoribus fauorem credebantur.

Quam multas habuerint antiqui diphthongos.

CAPVT XLIII.

Diphthongi veteres.

DIphthongi apud Latinos non plures quatuor perhibentur, cum septem nos eas saltem inueniamus in antiquis vel marmoribus, vel nomismatis, quorum nobis copiam ingentem Medices Laurentius suppeditat. Nam præter illas vulgatissimas, quæ sunt *ae, oe, au, & eu*, est adeo inuenire etiam *ai, & ei, & item ou, pro illis a, i, u*, in veteribus monumentis. Et *ai* quidem pro *a*, nonnulli cum litera *i*, non *e*, Græcorum more semper efferebant, vt Quintilianus ostendit. Quidam singulariter tantum, cum in genitiuum vel datiuum casum incidissent. Vnde etiam Aimilius pro eo quod sit Æmilius, alicubi Romæ in antiquis spectationibus adnotauimus. Omnino autem cum supra testudinē Panthei ascendissemus, fragmentum ibi marmoreum cum eiuscemodi scripturæ vestigiis offendimus. Ex quo etiam diæresin videmus factam in illis quę vel apud Virgilium sunt, Aulai, pictai, & quod nunc mendose legitur, aquai. Porro autem diphthongus ei frequentius inuenitur, peneq; etiam in confesso est, quod & nomismata pleraque & marmora vetustissima declarant, & argumēta ipsa Plautinarum comœdiarum, quæ Captiui, quæ ve item Menechmi inscribuntur. Nam si versuum singulorum primas subinde literas cōnectas, *Capteiuei & Menaechmei* resultabit, vt sit vbique *ei* diphthongus. *Præterea fouri, non furi legimus in nomismate alio*, vt prima syllaba diphthōgo producatur. Qualis etiam apud Græcos est. Quid autem de eo dicam, quod & Quintilianus indicat, & nos aliquando obseruauimus, vt vocalem producendam geminarent, *cum in aureo nomismatio, felix per e geminum, in areo autem Galba princtpis virtus per i duplex* reperiatur. Iam illa ἄαγε, nonne etiam apud nos in Græcis saltem nominibus, vt in *Harpyia, Orithyia, Thyiadeque* reperitur? vt non iam septem diphthongos, sed decem quoque habuisse videri maiores queant.

Aquai.
Ei diphth.
Fouri
Vocales geminatæ.

Pegaseium nectar legi oportere apud Persium, non melos.

CAPVT XLIII.

Persii locus.

PErsius in Epigrammate, quod proœmii vice fungitur,

Cornos poetas (inquit) *& poetridas pios,*
Cantare credas Pegaseium melos.

Nos in vetustissimo commentario, literis, quas Langobardas vocant, perscripto, quod etiam publice nostris auditoribus exhibui-

mus, sic ad verbum inuenimus. *Pegaseum nectar*, in aliis *melos*, ex quo existimamus veterem, synceramq; scripturam nectar habuisse, nouitiam vero & mendosam, *melos*. Sed & Pomponius Lætus Romanæ princeps academiæ, diligentissimus homo antiquitatis, veterem se habere Persianum codicem, multis audientibus affirmauit, huic nostræ lectioni suffragantem. Quod & ratio tamen carminis euicerit. Nam cum oporteat nouissimum choliambi pedem, spondeum poni vel trocheum, melos autem nunquam, neque apud Græcos, neque item apud nostros, nisi breui priore syllaba accipiatur, mendum profecto fuerit in versu, si melos admiseris. Nam quod autumant nonnulli, λ literam vim producendi habere apud Græcos, quod omnino tacuit auctor metrorum singularis Hephestion, id ego inueniri quidem scio, sed in obscuris duntaxat quibusdam, & ignobilibus schedis, exemplumque afferri ex Homero, apud quem heloria prima intenta syllaba legamus. Id autem quam friuolum, quam leue sit, & nugatorium, vel hoc euidentissime declarat, quod vsu iam & auctoritate doctissimi cuiusque receptum est, vt id vocabulum apud Homerum quoque λ duplici notaretur. Ceterum si maxime concesserimus, fieri hoc solere aliquando apud Græcos, non tamen continuo credendũ est, illiusmodi vsum licentia Persiũ Græca vna appellatione, quã vix semel in tanta scriptorum silua Græci vsurpare ipsi reperiãtur, præsertim cum neque apud Græcos, quantum equidem obseruauerim, neque item apud Latinos, aliter quam breui priore syllaba melos inueniatur. Nam quantopere hanc solis concessam Græcis licentiam fugitarint Latini veteres, vel Martialis poeta declarat, cum se de nomine ipso *Earini* tantopere torquet, nec sibi saltem pro *Earino* εἰαρινὸν dicere permittit, vulgata apud Græcos licentia, id est literam interponendi, sicut apud Homerum ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν. Atque adeo Martialem ipsum audi,

Hephestion auctor metrorum.

Ἐλάρια primo Ilia.

Dicunt iarinon tamen poetæ,
Sed Græci, quibus est nihil negatum,
Et quos Ares Ares licet sonare;
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui musas colimus seueriores.

ἄρες ἄρες Iliadis.

Quare nihil dubitandum, quin sit illud melos in Persiano versiculo tanquam verruca deformis recidendum, restituẽdumq; nectar, ꝙ ratio nobis toto capite & vetusta pariter auctoritas adnuerunt.

Patroclo iuniorem Achillem, contra quam aut Æschylus prodiderit, aut vulgo existimetur,

CAPVT XLV.

DIsseminata inter omnes iam pridem, receptaque opinio, Patroclum fuisse Achille iuniorem, ab eoque velut adamatum, sicut ferme Hylan ab Hercule, tum innuere hunc ipsum Martialis creditur, sic inquiens,

Æacida

Æacide propior leuis amicus erat.

Quare etiam versiculo cuidam nequissimo ex Hermaphroditi libellis vulgo quoque applaudebatur. Ceterum Statius in Achilleide parem denique vtriusque ætatem prædicat, ita inquiens,

Insequitur magno iam tum connexus amore
Patroclus, tantisque extenditur æmulus actis.
Par studiis æuiq; modis, sed robore longe,
Et tamen æquali visurus Pergama fato.

Plato autem in Symposio, longe diuersum contendit. Nam & multo iuniorem fuisse Achillem declarat, & ipsum potius a Patroclo adamatum, vtpote imberbem adhuc, nec Patroclo ipso modo, sed heroibus etiam cunctis formosiorem *Quin ea caussa dii*, inquit, *illum honoribus egregiis affecerunt, vt ad insulas fortunatas mitterent, quod amatorem tanti fecerit, vt non pro eo solum mori, sed ei vel immori, quam in patria consenescere præoptauerit.* *Achilles patroclo iunior.*

Quin Æschylum Plato idem ceu nugacem taxat, quod is quoque Achillem Patrocli fuisse amasium prodiderit, testemque vtriusque ætatis Homerum citat, cuius si quispiam verba (nam hæc vtique Plato non posuit) sibi indicari postulat, legat in vndecima Iliados Rhapsodia sub Nestoris persona, quibus cum mãdatis Patroclum filium pater Menœtius ad bella demiserit.

Cacoethes apud Iuuenalem tetrasyllabon, non cacethos. Et condita pyxide Lyde, non incondita legendum. Simul enarratus apud Martianum locus, haud, arbitror, indiligenter.

CAPVT XLVI.

IN septima Iuuenalis poetæ satyra sic scriptum, *Iuue. locus.*

Tenet insanabile multos
Scribendi cacethos, & ægro in corde senescit.

Vocabulum autem quod est *cacethos*, neque a Græcis vspiam vsurpatur, neque a Latinis, sed neque ratio carminis admittit. Quare *cacoethes* legendum suspicamur, vt sit quod apud Græcos τὸ κακόηθες. Eo namque verbo frequentissimo vsitatissimoq; mala consuetudo significatur. Quod item in vetusto codice Langobardis exarato literis reperimus, cuius mihi potestatem legendi fecit Franciscus Gaddius Florentinus, summi magistratus a secretis, prudens, humanusque vir, nec Literis incultus. Sed & ille versus ita in eodem. *Cacoethes.*

Turgida nec prodest condita pyxide Lyde.

Quod alibi perperam sic est, *In pyxide condita Lyde.* vt anum intelligas *Lyden* illiusmodi medicamenta venditantem, crassam, & (vt inquit Plautus) *doliarem.* Quod & Capella fortasse spectans, & facetissime super ebrio Sileno ludens, ita inquit: *Ac dum mouere gressum cupit auocante Lyde.* Nam vt si *Cantharæ* vel *Pirrhiæ* nomina vel *Baucidos* inaudias, continuo suffarcinatas tibi, & vinosas, & pannucias, quasdam delectione cõfinxeris. Ita nomine audi- *Iuuena. loc.* *Lyde.* *Doliaris.*

to *Lysis*, mox hanc Iuuenalis turgidam recordaris, vt mirifice sint inductæ ad excutiendos cachinnos personæ, vino venas inflatus Silenus, & ventriosa *Lyde*, quæ titubantem, & lapsabundum etiam (si dis placet) auocet ab irriſu.

Quæ Plinius super titulis veterum artificum pendentibus prodiderit, ea de monumentis etiam veteribus agnita Romæ, sicutiq; speciem Vergilianæ ægidos.

CAPVT XLVII.

ROmæ nuper in atrio Mellinæ domus, marmoream quandam veluti basin aspeximus, in qua Græce sic erat, σέλευκος βασιλεὺς λύσιππος ἐποίει. Id Latine valet, *Seleucus rex Lysippus faciebat.* Erat ibi tum nobiscum Ioannes Laurentius Venetus, summi pontificis a secretis, homo linguæ vtriusque doctissimus, omniumque ingeniorum quasi lauticiarum studiosissimus. Is igitur nos submonuit, quod & statim arripuimus, agnouimusque non temere illic ἐποίει potius quam ἐποίησεν, hoc est *faciebat*, quam *fecit*. Siquidem, vt ait Plinius in præfatione librorum naturalis historiæ, Summi illi artifices, etiã absoluta opera pendenti titulo inscripsere, vt Apelles faciebat, & Polyclitus, tanquam incoata semper arte, & imperfecta, vt contra iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam, velut emendaturo quicquid desideraretur, si non esset interceptus. Quare, inquit, *plenum verecundiæ est illud, quod omnia opera, tanquam nouissima inscripsere, & tanquam aliquid singulis fato sit ademtum.* Tria autem non (vt ille opinatur) amplius absolute traduntur inscripta. Ille fecit, quæ suis locis reddit. Quo apparuit summam artis securitatem auctori placuisse. Et ob id magna inuidia fuere omnia ea. Ceterum etiam alibi Romæ similes inueniri titulos, idem Ioannes Laurentius Venetus asseuerabat. Vidimus item, quod etiam his Miscellaneis nostris putauimus inserendum, marmoreum quoddam in vrbe eadem Palladis simulacrum gestans Ægida squamoso draconum corio contectam, sic vt extremum ipsius ambitum dracunculi item ad limbi, aut fimbriæ vicem circuncluderent. Erat ibi tum nobiscum Iulianus Bononiensis, cui nunc ex re cognomen Antiquario factum, simulq; Georgius Italianus Genuensis, homo rerum abditarum inuestigator experientissimus, cũ statim Vergilianos versus recordati, quibus eam demum Palladi clypei cælaturam mire expressisse poeta incomparabilis videbatur, ita in octauo Æneidos libro scribens:

Ægis Palladis.

Antiquarius.

Ægidaque horrificam turbata Palladis arma
Certatim squamis serpentum, auroque polibant.
Connexosq; angues, ipsamq; in pectore diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.

De Megabyzo scripsisse alios, quod Plinius de Alexandro, ventitare in Apellis officinam solito.

CAPVT

CAP. XLVIII.

PLinius Secundus in volumine historiæ naturalis 35. ventitare in Apellis excellentissimi pictoris officinam solitum ait Alexandrum Macedonem, non artificio solum, sed comitate etiam hominis delectatum. *Qui & in officina*, inquit, *imperita multa differenti, silentium comiter suadebat, rideri eum dicens a pueris, qui colores tererent.* Hoc quod de Alexandro Plinius scribit, Plutarchus ad Megabyzum retulit, in eo volumine, quo disputat, quæ sint adulatoris & amici discrimina. Cuius si verba Latine interpretemur, hæc fere sunt. *Apelles*, inquit, *pictor assidenti sibi Megabyzo, superque linea, & umbra dicere nonnihil tentanti, viden', inquit, ut pueri molesta (coloris id genus) terentes taceant nuper tibi animos adhibebant, purpuramque demirabantur, & aurum? Sed idem te nunc deridentes, loqui super tis, qua haud didiceris, incipientem.* Quin Helianus quoque in libris historiæ multifariæ, ad Megabyzum & ipse, non ad Alexandrum retulit.

Plin. locus.

Megabyzus.

Contentio epigrammatum Græci Posidippi, & Latini Ausonii, super Occasionis imagine, tum pulcherrima ecphrasis Græci Callistrati.

CAPVT XLIX.

AVsonii poetæ celebre est epigramma, quo simulacrum describitur Occasionis. Nam sic vtique Deum, quem Græci καιρὸν appellant, interpretatus est. Sed enim longe miror, quid ita Phidiæ tribuerit, quod erat Lysippi. Exstat adhuc enim Posidippi Græcum comparis argumenti, de quo suum finxerit Ausonius, quanquam in Græco Lysippus Sicyonius artifex, in Latino Phidias perhibetur. Porro autem summis digitis Græcus auctor ingredi, Latinus insistere dicit rotulæ. Talaria vterque adnectit, vterque faciem crine tegit, vterque occipitium denudat. Nouaculam tamen dextra gerit Græcus ille καιρὸς, & Pœnitentia comes iungitur Latinæ occasioni. Figuræ sunt apud vtrunque poetam pariles, plus tamen aliquanto arridet Græcæ: nam in istis omnibus (vt ita dixerim) mangoniandis, nescio quo pacto Græci beliores, quam Romani nostri, tum velut ab antigrapho decidere apographon erat necesse. Sed & Callistrati legimus ecphrasin simulacri eiusdem mire festiuam, qua confirmatur a Lysippo id opus factum, publice Sicyonis spectabile. Porro autem ex ære hunc ait esse Deum Callistratus, puerum adhuc primæ pubis a capite florulentæ ad pedes. Tum formosum eundem, sparsisque fauonio crinibus, & multa frontis gratia, genarumque adeo & corporis totius pulcritudine, Dionysio maxime similem, quin & insistere pilæ suspenso gradu, pinnatis pedibus. Sed & capillos idem Callistratus in oculos pueri, genasque deflectens occipitium crinibus liberat. Cetera denique scriptoris huius condimenta, & lenocinia, delicias, festiuitates, argutiasque transmarinas, ex ipso vtique petendas auctore arbitror. Fit autem, nescio quo pacto,

Auso. locus.

Antigraphon.

Apographon.

Romana grauitas. *Nicephorus.*

lasciuiolas vt istas, & electatiunculas, quasi textam Mileti chlamydē, cane peius & angui, Romana reformidet grauitas. Illud haudquaquam præterierim, Nicephorum quoque non inelegantem scriptorem Græcum, sic ordiri, quam de virgine deipara composuit orationem, vt cum super imagine ista nescio temporis dixerim, an Occasionis loquatur, referat eam ad temporis illius, qui sit Græce chronos, fugacissimam celeritatem.

Locus in Plinianis exemplaribus emendatus super nomine Prætidum, atque inibi de ipsarum furore relata historia.

CAPVT L.

Plin. locus.

IN quinto & vigesimo naturalis historiæ libro verba Plini Secundi, quo capite de helleboro tractatur, ita in vulgatissimis codicibus reperiuntur: *Melampodis fama diuinationis artibus nota est, ab hoc appellatur vnum hellebori genus Melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari pastore illo animaduertente, datoque lacte earum sanasse parotidas furentes.* Ceterum *non pastore, sed pasto, non parotidas sed Prætidas* in codice vno vetustissimo, ex nobilissima ista Medicæ gentis bibliotheca inueniebamus. *Sed de pastore & pasto* facile est. *Sic Prætidas non parotidas* legēdum manifesta fides, eamque vel indubitatissimam, verissimamque esse scripturam, præterquam quod ratio docet in primis efficax (quid enim sint parotides furentes? aut quid parotidibus aurium vitio, cum veratro?) tamen & Dioscorides bonus auctor apertissime declarat ita scribens. *Veratrum nigrum, id alii Melampodium, alii ectomum, quidam polyrrhizum appellant. Melampodium vero quoniam eo Melampus quidam pastor Prætifurentes filias purgasse videtur, atque curasse.* Sic ille. Sed Atheniensis Apollodorus in bibliotheca (nam ita liber eius appellatur) purgationem Prœti filiarum potius ad vatem Melampoda, quam ad pastorem refert, *natasque ait ex Prœto & Sthenobœa filias Lysippen, Iphinoen, & Iphianassam, quæ vbi primum adoleuerint, vexatæ insania sunt, seu quoniam* (vt scribit Hesiodus) *Liberi patris ceremonias non acceperint, siue (quod est apud Acusilaum) quoniam Iunonis contemserint simulacrum. Postea autem quam furere occœperint, toto Argiuorum agro prius errabundas, dein vero etiam per Arcadiam Peloponnesumq; vniuersam sui decoris oblitas, locis solis excucurrisse, donec Melampus Amythaone, filiaque Abantis Idothea natus, vates scilicet, & qui primus medicamentis sanare, ac purgationibus inuenerat, curaturum se virgines spoponderit, si pretium sibi pars regni tertia transcriberetur, Cui cum Prœtus minime assentiret, videlicet mercede tam immani deterritus, magis magisque indies gliscere furorem illum virginum cœpisse, contagione etiam ad mulieres ceteras demigrante, sic vt vulgo suam quæq; domum relinquerent, filios occiderent, ac per solitudines vagarentur. Quare propagante se etiam atque etiam calamitate, cum daturum Prœtus postulatam mercedem*

Parotides.

Veratrum, Melampodium.

Prætidum furor.

Excucurrisse.

Melampus.

redem pacisceretur, iam vero non prius curaturum Melampus ait, quam cum alterum tantum agri fratri quoque suo Bianti adiudicaretur. Hic vero metuentem Prætum, ne si præsentem conditionem respueret, plus etiam subinde postularetur, consensisse in eam mercedem. Ac tum demum Melampoda valentissimum quenque iuuenum comitem sibi asciuisse, clamoribusque eas atque enthea quadam (sic enim inquit) chorea Sicyona vsque de montibus compulisse. Ceterum in persequendo, maximam natu Iphinoen exstinctam, reliquas purgatione vsas resipuisse. Tum Melampodi eas, & Bianti Prætum tradidisse, ipsumque deinde filium genuisse Megapenthen. Hactenus ferme Apollodorus. Helianus autem nomina Prœtidibus in omnifaria historia *Elegen facit, & Celinen.* Sextus porro Empiricus Pyrrhoniorum quarto, Polyanthum Cyreneum dicere scribit in libro de Asclepiadarum genitura, *Præti filias ab Æsculapio fuisse insania liberatas in quam Iunone irata incidissent.* Adiicit Ouidius purgamine mentis earum Biantem misisse in Citorium fontem, cuius potus abstemios faciat. Sed enim qui Probus vulgo putatur, haud improbus omnino Maronis enarrator, & ipse testem citat Hesiodum, fabulamque pene sicut hæc est Apollodori, quanquam breuissime perstringit. Hunc autem in eis errorem fuisse mentis, animique, boues vt se crederent, quod Vergilius, quoque in Bucolicis significat, neutiquam videri fabulosum debet, siquidem Ægineta medicus Græcus auctor in tertio Periodeutico de atra bile, deque insania ipsa narrans, vsu quoque venire ait, vti quidam sibi brutæ animantes esse, vocesque imitari illarum videantur. Prætereaque nonnullos arbitrari se vasa esse testacea factos, tum autem ob id metuere, ne confringantur.

Enthea chorea

Prætidum purgatio.

Prætidum nomina.

Probus Maronis enarrator.

Paulus Aegintea.

Cur in Ephesiæ Dianæ templo molles appellati honores a Martiale.

CAPVT LI.

CVr molles dixerit honores in Triuia templo Martialis, hoc est in Dianæ Ephesiæ, etiam hæc afferri possunt, scita (ni fallor) & arguta satis, sed quæ tamen interpretes omiserunt. Ac primo quidem de *multimammiis* possumus dictum existimare. Nam vt diuus Hieronym. in epistolam Pauli ad Ephesios scribit, *Erat Ephesi templum Dianæ, & eiusdem in ipso multimammia*, id est multarum mammarum effigies, qua cultores eius decepti putabant eam omnium viuentium nutricem. Possumus item ad pompam referre, de qua Xenophon Ephesius in primo Ephesiacorum libro scribit ad hanc sententiam: *Agebatur autem, inquit, solenne iis locis Dianæ festum, ab vrbe ad templum, quæ sunt stadia omnino septem. Celebrare pompam virgines omnes indigenas oportebat, splendide in primis ornatas, prætereaque ephebos, Abrocomi æqualis, qui tũ annũ circiter decimũ septimũ agebat, & cum ephebis aderat, velutiq; primas in ea põpa ferebat. Magna a. vis hominũ spectaculo intererat, vel popu*

Mar. locus.

Multimammia.

Festum Dianæ.

rium vel hospitum. Siquidem mos habebat, vti in ea celebritate, & sponsi virginibus, & ephebis vxores inuenirentur. Procedebat ergo ordinatim pompa, primo scilicet sacra, faces, canistra, & suffimenta, tum autem equi, canesq;, & venatoria arma, nonnullorum quoque bellica, sed pleraque tamen pacalia. Fœminarum se quaque veluti ad amatoris oculos composuerat, virginumque ordinem ducebat Antia.

Antia.

Xenophon Ephesius.

Sic vtique Xenophon scribit, non quidem Atheniensis ille, sed alter eo non insuauior Ephesius, qui paulo post etiam ita subdit: *Vt igitur peracta pompa, venere in templum sacrificatum multitudo omnis, atque ibi ornatus pompæ solutus omnis. Et conuenere eodem viri, fœminæque, ephebi, & virgines.* Non absurdum est autem propter Dianæ quoque sacerdotem molles honores audire, de quo etiam nonnihil Domitius ex Strabone. Ceterum Heracliti Ephesii summi philosophi, scilicet illius, qui ex obscuritate librorum Scotinos, hoc, est tenebricosus appellabatur, quique omnibus humanis actibus illacrymabat, illius inquam Heracliti ad Hermodorum exstat epistola, qua sic ferme in Ephesios cauillatur. *Quanto Ephesiis meliores lupi, atque leones. Non se inuicem mancipant, nec aquila aquilam emtitat, nec leoni leo ministrat pocula. Sed neque canem canis exsecat, vt vos Deæ sacerdotem exsecuistis Megabyzum, metu ne virgini vir consecretur & quo pacto impii aduersus naturã, pii, sitis aduersus simulacrum. Principio enim id agitis, vt diis primus imprecetur sacerdos amissa virilitate. Quin deam quoque impudicitiæ velut insimulatis, metuentes ne illi ministretur a viro.*

Heraclitus Scotinos.

Sacerdos castratus.

Quæ sit apud Martialem Cornibus ara frequens.

CAPVT LII.

Mar. locus.

IN superiori epigrammate locus est hic alter, neutiquam a Domitio, neue ab aliis, quantum videam cognitus.

Dissimuletq; Deum cornibus ara frequens.

Quod enim Domitius Hammonis templum in Libya accipit, nullo pacto procedit. Nam cum hic magnificentissima orbis terrarum ædificia memorentur, quæque inter miracula referentur, vt ex eorum comparatione, amphitheatri preconium crescat, ridiculum profecto fuerit de templo hic Hammonis audire, pauperrimo scilicet, vt Lucanus ait his versibus.

Hammonis templũ pauperrimum.

Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus vnum
Inculti Garamantes habent stat corn ger allic
Iuppiter, vt memorant, sed non aut fulmina vibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.
Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes
Templa, nec eois splendent donaria gemmis,
Quamuis Æthiopum populis, Arabumq; beatis
Gentibus, atq; Indis vnus sit Iuppiter Hammon.
Pauper adhuc Deus est, nullis violata per auum
Diuitiis delubra tenens, morumq; priorum
Numen, Romano templum defendit ab auro,

Neque autem aut ex Plinii, aut ex Maronis dictis colliges templum Hammonis apud Nasamonas insigne vel ædificiis, vel, opibus fuisse, si verba ipsa diligenter vtriusque pensitabis. Et quidem mentior nisi ara potius Apollinis in Delo accipienda, quod *Ceratinon bomō* dicunt, inter septem orbis spectacula, sicuti Plutarchus ait, celebrata, quæ tantum ex dextris cornibus sine glutino vllo, aut vinculo, coagmentata, compactaque sit. Hoc autem Plutarchus in eo scribit opusculo, quo tractat, vtra prudentiora sint, aquigena, an terrigena animalia. Deque ara eadem sic Ouidius in epistola Cydippes ad Acontium meminit hoc versiculo: Κερᾶτινος βωμός.

Miror & innumeris structam de cornibus aram.

Plutarchus etiam in Theseo de ara in Delo scribit, *non quidem ex dextris, sed ex sinistris tantum cornibus compacta*, quem κεραῶνα βωμὸν appellat, nisi mendum sit exemplarium. Laertius quoque Diogenes Ceratinæ aræ, hoc est, e cornibus factæ mentionem nonnullam facit in Pythagoræ vita. Quin & Callimachus poeta in Apollinis hymno, Quadrimum adhuc Apollinem scribit ex cornibus cynthiadum caprearum, quas soror Diana in venatu occiderat, aram compegisse, fundamentaque item, & parietem e solis struxisse cornibus, ipsius autem sunt hæc verba:

Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια φοῖβος ἔπηξε
Κυλλήνῃ ὀρτυγίῃ, περιηγέος ἐνδοθι λίμνης,
ἄρτεμις ὑρσώσασα κεραὸν κατὰ κῶπας ἀγυιὰς
κυνθιάδων φερέσπειν, ὁθ' ἑπλετο βωμὸν ἀποιρὼ
Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐὺ θέλια, πῆξε δὲ βωμὸν
ἐκ κεράων, κεράων δ' ὑπεβάλετο τοίχας.

Ob id ergo, inquit Martialis, dissimulet Deum, quasi non iam Dei esse id opus videri queat, quo alterum longe præstantius, hoc est amphitheatrum mortali manu factum. Sane neque per totum epigramma signatis vsus est verbis argutissimus poeta, qui Memphin silere iubet, quia barbara, nec iactari vult Babylona labore assiduo, quoniam ipsa quoque iactatio intellectum laboris habeat. Et negat laudandos ob id *honores Triuis*, quia molles, neque enim mollibus præconia debentur. Negat etiam quæ aere pendeant Mausolea, supra aera ipsum, hoc est, ad astra vsq; ferri oportere, vt sit hoc epigrammate nihil vtique pensitatius. *Martialis argutia.*

Quod positum nomen Agamemnonis in M. Tulli diuinationibus, pro Vlyssis est, tum in transcursu locus in epistolis ad Atticum, non inelegans, super miniatula cera, correctius & enarratus.

CAPVT LIII.

AVlus Gellius in noctibus illis suis, maxime candidis, errorem notat Ciceronis manifestissimum, non magnę rei, neque erralle eum miratur, sed errorem non esse postea, vel ab ipso animaduersum, vel a Tirone suo. Nam cum Homeri versus Cicero quospiam vertat in Latinum, dicere illos Aiacem scribit apud eum *Ciceronis erratula. Gell. lib. 17.*

poetam, cum reuera dicantur ab Hectore. Facit hæc Aul. Gelli libertas, vt ne ipse quidem vereat referre in his libris paululu quiddam compar huic eiusdem Ciceronis, penoque illi superiori germanum & geminum nisi forte (quod auidius crediderim tanto interuallo) mendum fuerit exemplarium. Quamuis etiam in antiquissimo quoque libro non dispariliter scriptum inueniamus, nec sane lubricus ex literarum vicinitate sit in alterutrum nomen lapsus. Verba sunt Ciceronis in libro diuinationum secundo. Nam illud mirarer si crederem, quod apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Troiani annos auguratum, de cuius coniectura sic apud Homerum, vt nos otiosi vertimus, loquitur Agamemnon:

Genuinum fortasse. leg.

Iliad. β.

Ferte viri, & duros animo tolerate labores,
Auguris vt nostri Calchantis fata queamus
Scire, ratos ne habeant, an veros pectoris orsus.

Ac deinceps versus quoq; ceteros Homericos, a se conuersos exponit. Quod igitur hæc Agamemnonem loqui apud Homerum Cicero tradit, si modo ita scriptum Cicero reliquit, hoc neutiquam verum probatur, cum apud Homerum ipsum in secunda Iliados Rapsodia, non Agamemnon, sed Vlysses istius sententiæ versus pronunciet. Neque est quod quisquam aut stomachetur, hæc apud Ciceronem quoque deprehendi, aut miretur, cum appareat ex ipsius epistolis, nonnunquam huiuscemodi errata memoriæ fuisse in Ciceronis libris, vel ab Attico, vel a Bruto animaduersa, atq; curata. Sicut illud in oratione Ligatiana de L. Cursidio, quod erratum fatetur esse suum: *Sed (vt aiunt) inquit μνημονικὸν ἁμάρτημα.* Sicuti quod in oratore arbitror, *Eupolim pro Aristophane Cicero posuerat.* Dein Atticus Aristophanen pro Eupolide reposuit. Itaque etiam vereri se Cicero dicit *aliquando, ne sua syntaxis miniata illius cerula pluribus locis notandæ sint.* Quod autem incidit vt de miniata cerula meminerimus, corrigendus obiter, & interpretandus nobis hic ex epistola ad Atticum libro penultimo locus est, in quo ita scriptum perperam inuenitur. *His literis scriptis, me ad syntaxes dedi, quæ quidem vereor, ne nimia tua pluribus locis notandæ sint, ita sum meteores, & magnis cogitationibus impeditus.* Ego legendum puto, *ne miniatula cera tua* pluribus locis notandæ sint, vt sit intellectus, ad libros componendos, id enim Græce syntaxis, Ciceronem se dedisse. Sed vereri tamen ne miniatula cera ipsius ad quem scribit Attici, quo sæpe vteretur emendatore, pluribus locis notandæ sint, quoniam meteoros, hoc est suspensus animi foret Cicero, & magnis cogitationibus (vt ait) impeditus. Consueuerat opinor Atticus, siqui parum absolute locus a Cicerone tractaretur, ei loco rubellas ceras affigere, quod nunc quoque solemus. In codice autem, quem fuisse aiunt Francisci Petrarchæ primitus, certe Colucci Saluiati dein fuit, & post hunc

Miniata cerula.

Locus epistolarum ad Atticum.

Superflue.

σύνταξις.

μετέορως.

hunc Leonardi Aretini, mox & Donati Acciaioli, virorum suæ cuiusque ætatis eruditissimorum, sic adhuc exstat, *ne miniata ceruia tua*. Quod si penultimæ dictionis penultimam literam paululum a summo produxeris, hoc est de i litera l feceris, omne procul dubio mendũ sustuleris. Sed & peruulgatis codicibus sic in extremo rursum volumine epistolarum adhuc earundem legitur, *Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam*, vt iam omnis hoc testimonio superior ambiguitas aboleatur.

Ceratinæ qui sint apud Quintilianum.

CAPVT LIIII.

Ceratinæ qui sint apud Quintilianum libro primo, non temere qui tibi explicet inuenias. Qui autem Græca voluerint Latinaque commentaria, plane intelligent ratiocinationis inexplicabilis esse eam speciem, quæ nescio quas ansas atque vncos arte dialecticæ perplexitatis inferret. Sic arbitror appellatam a materia ipsa, qua vterentur verborum, sicuti est apud Senecam libro epistolarum quinto ad Lucilium, *Sederem*, inquit, *otiosus, & eiusmodi quæstiunculas ponens, Quod non perdidisti habes. Cornua non perdidisti, cornua ergo habes, aliaque ad exemplum huius acutæ deliberationis concinnata.* Sed de hoc item in Atticis noctibus inuenias. Cerata autem Græce dici Cornua quis nesciat? Meminit huius etiam Lucianus in philosophorum Symposio, sicuti de Sorite atque Therizonte. Sed & in dialogo item mortuorum Castoris & Pollucis, ita ferme iniquiens: *Et cornua inter se producunt, & crocodilos faciunt, & eiusmodi perplexa docent interrogare, vt ex cornibus scilicet, hanc quam diximus Ceratinen ratiocinationem, nec ratiocinationem verius, quam tendiculã accipias.* Quin etiã in dialogo altero, cui vel somniũ vel Gallus est nomẽ. *Et docens* inquit *duabus negationibus, vnam consici asseuerationem, noctemque non esse, si dies sit. Interdum etiam cornua mihi esse dicebat, aliaque id genus.* Huiuscemodi autem dialecticis in percunctando quæstiunculis, quales frequenter ingeniorum acumen excogitat, etiam Milesius Eubulides plurimum vsus, sicut a Laertio Diogene in Euclidæ Megarensis vita ponuntur, vt Latine conemur interpretari *Mentiens, fallens, electra conuolata, acerualis, & ceratine, vel cornea, & item calua.* Ex quo in hanc sententiam est apud Comicum nescio quem, vt idem prodit Laertius: *Contumeliosius autem Eubulides Ceratinas interrogans, & mendacibus gloriosisque sermonibus oratores versans, abiit Demosthenis habens volubilitatem.* Quem etiam locum Suida citauit. Sed & Zenon ille Cytieus inter cauilla cetera dialecticorum, Ceratinas item & vtidas numerabat, sicuti idem in libro septimo de vitis philosophorum prodidit Laertius. Quin hoc ipsum postremo nobis insinuat Martianus Capella libro quarto, cum inquit. *Peratta nequa vnquam cornua fronti ferant.*

Quinti. loc Ceratinæ.

κέρατα.

Qui sint Crocodilitæ apud eundem.

CAPVT LV.

APud Quintilianum eundé libro item primo etiam de Crocodiline mentio fit, obscuro & ipso plerisque, ignotoque vocabulo. Ceterum de hoc inuenimus apud Aphthoni. Græcu enarratorem Doxapatrem, quamuis apud eum Crocodilites potius quam Crocodiline, quod & verius puto. Verba ipsius ita Latine interpretamur. *Serra, inquit, & Crocodilites sicuti est in Ægyptiaca fabula. Mulier quæpiam cum filio secundum fluminis ripas ambulabat, ei Crocodilus filium abstulit, redditurum dicens, si verum mulier responderet. Negauit illa fore vt redderetur, atque ob id æquum aiebat reddi.* Hactenus ille. Moxque idem, *Crocodiliten*, inquit, *hanc propositionem vocant*, Crocodili huius gratia, quam etiam πρίονα id est, Serram vocari a Græcis indicat. Adiuuat Lucianus in dialogo cui titulus, Vitarum venditiones, ita ferme Chrysippum loquentem inducens, eique respondentem quempiam, qui se profiteatur emtorem. *Considera igitur ita, Est ne tibi filius? Quorsum istud? Si forte illum iuxta fluuium errabundum Crocodilus inueniat, rapiatque, dein redditurum polliceatur cum verum dixeris, vtrum reddendus ei videatur nec ne. Quid eum sentire dices? Rem sane perplexam interrogas.* Ex his vt arbitror, liquet etiam Crocodiliten sicuti supra ceratinen, sophismatos esse parum explicabilis speciem, quo dialectici veteres, potissimumque Stoici vterentur. Quod genus eleganter Quintilianus exquisitas ambiguitates appellauit.

Crocodilites βιρίων.

Exquisitæ ambiguitates.

Cur Gemino Cornu Martialis dixerit in spectaculis, vbi de Rhinocerote, deque tauris Æthiopicis.

CAPVT LVI.

Mart. locus.

MArtialis epigramma est in spectaculis, de Rhinocerote, cuius extremi versus hi sunt:

Nanq; grauem cornu gemino sic extulit vrsum,
Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

Domitius ita enarrat. *Gemino, inquit, cornu forti, & vehementi. Vergilius: Gemino dentalia dorso. Vel quoniam Rhinoceros habet duo cornua, vt apud Pausaniam solum legi, quorum alterum insigni magnitudine ex naribus exstat, alterum superne erumpit, exiguum, sed validissimum.* Fatetur sane Domitius apud vnum se Pausaniam legisse Rhinocerotem duo habere cornua. Quid autem Plinium, quid Solinum, quid alios credimus vnum Rhinoceroti cornu tribuentis duntaxat? [illegible] videlicet ignorasse omnis, quod solus animaduerterit Pausa[illegible] Quid porro Septimio Florenti Tertulliano respondebimu[illegible] [illegible]istianorum omnium, quorum quidem Latine opera exstent, vt antiquissimo, sic ausim dicere in omni pene literatura diligentissimo, qui libro aduersus Praxeam tertio, verba illa enarrans de vetere instrumento *Tauri decor eius. Cornua vnicornis, cornua*

Tertulliani laus.

nua eius, in eis nationes ventilabit ad summum vsque terræ *Non vtique* inquit, *Rhinoceros destimabatur vnicornis, nec Minotaurus bicornis, & quæ sequuntur.* Ceterum de eo Pausanias in Bœoticis meminit, neq; autem omnino Rhinocerotas duo habere cornua, nam hoc manifesto refelli poterat, sed tauros dicit esse in Æthiopia, qui Rhinocerotes vocentur. ὅτι σφίσιν ἐπ' ἄκρῳ τῇ ῥινὶ sic enim illius verba sunt, ἐν ἐκάστῃ κέρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῇς κεφαλῆς οὐδ' ἀρχὴν κέρατι ἔοικεν *Quoniam*, inquit, *illis in summa naso singulis vnicum cornu, tum aliud supra non magnum, verum in capite, ne initio quidem cornua.* Non igitur Pausanias aut insigni magnitudine alterum cornu, aut alterum ait esse valid. ssimum, quod ob id eminiscitur fortasse Domitius, vt his facilius vrsus extollerentur. Neque autem de Rhinocerote ipso sentit Pausanias, sed vt diximus de Æthiopico tauro, qui similitudine quapiam & ipse Rhinoceros a quibusdam vocabatur. Quare nos ita putamus exponendum Martialem, vt vrsum videlicet a Rhinocerote cornu illo vnico elatum, erectumque sentiat, grauem gemino cornu hoc est grauem tauro futurum, cui sunt cornua gemina, vt cornu sit datiui non ablatiui casus. Nam cum tauri pilas cornibus ad astra euentilent, extollere vrsum tamen non poterant grauem gemino cornu, propterea que cum mirabilius quamlibet vno cornu Rhinoceros extulit.

Rhinoceros.

Tauri Aethiopici.

Quæ sint apud Suetonium Tetraones, correctumque erratum Plinianis exemplaribus.

CAPVT LVII.

TEtraones in Caligula Suetoni, quæ sint aues, omnino ignoratur. Verba ipsius hæc: *Hostia erant phœnicopteri, pauones, tetraones Numidiæ, meleagrides, phasianaqua generatim per singulos dies immolarentur.* Ceterum inuentu res erat haud difficilis, nisi Plinianos inemendatissimos habetemus codices. Nam quod apud illum legimus libro 10. historiæ naturalis, vbi de anseribus agit, *Decet Erythrotaonas sum nitor, absolutaque nigritia.* Hoc in illo vetustissimo Pliniano exemplari, de Mediceæ gentis bibliotheca publica, pene legitur emendate, videlicet vna tantum commutata litera, qualia multa in vetustis omnibus voluminibus interpolata vocabula. Nam cum ipsa quoque mendosissima plerisque sint locis, vestigia tamen adhuc seruant haud obscura veræ indagandæ lectionis, quæ de nouis codicibus ab improbis librariis prorsus obliterantur. In eo igitur sic est: *Decet & traonas*, vt si ordinem duarum primarum literarum inter se commutes, *tetraonas dissultet.* quare ita apud illum Politiano auctore legas: *Decet tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia. In supercilliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit. Quorum & colorem reddit, nec vlla auis excepto Struthocamelo, maius corpore*

Tetraones.

Plin. locus.

Erythrotaones.

Struthocamelus.

implens pondus, in tantum aucta, vt in terra quoque immobilis prehendatur. Gigantum eas alpes, & septentrionalis regio. Hactenus ille de tetraonibus.

Origo & ritus ludorum secularium, praeterea que ad id alia, citatumq; eo Sibillae oraculum, mox & obiter explicata quaedam, rursusq; alia refutata non inutiliter.

CAPVT LVIII.

Secularium ludorum origo.

ERit arbitror operę pretium colligere hic etiam secularium ludorum originem, causamq; nominis, & item quot annorum interiecto spatio, quotiesque facti, quo ritu, quibusque deis celebrati. Nam & res est ipsa per se cognitu nō indigna, cui studiū modo sit vllum vetustatis, & ad intelligendos poetarū locos nonnullos ingens attulerit adiumentū. Quum igitur bellum inter se Romani, Albaniq; gererent, & vtraq; in procinctu iam staret acies, exstitit repente quidam monstrosa specie, pelle amictus furua, vociferans iubere Ditem patrem, deamq; Proserpinam, fieri sacrū sibi priusquā prælium cōmitterentur. Quo perterrefacti viso Romani, protinus arā sub terra ędificarunt, & statim sacrificio facto, pedum 20 aggere contexerunt, vt esset omnibus praeterquā Romanis ipsis ignorabilis. Sed enim euenit, vt Valesus Valesius, vnde nomen & origo Valeriae familiae, clarissimus in gente Sabina & locuples, homo, rusticae vitae, atam hāc quam diximus, ita diuinitus inuenerit. Erat ei nemus ante villam proceris maxime arboribus, quae statim fulmine ictae, conflagrarunt. Nec multo post filii duo & filia correpti pestilentiae morbo, ad desperationem vsq; medicorum laborabant. Cum sese igitur laribus familiaribus aduoluens pater, pro librorū salute, suū, matrisq; puerorum capita deuoueret, vox e nemore, quod tactū de cœlo statim audita, saluos fore eos spōdens, si Tiberi ad Tarētum peruecti, calfactam, Ditis & Proserpinae foco, de fluuio ipso biberent aquam. Quoniam vero longissime abesse Tarentum scilicet in extrema Iapygia, nec proxime eam vbē reperiri Tiberim vllum fluuium sciebat, spem sibi deterrimā fingebat, etiam inde territus, quod inferarum potissimum vox illa potestatum meminisset. Sed impositos nihilo secius in lintrem filios, Hostiam pergens, mox ad campi Martii regionem deuexit, ibi recreare sitientes, & aestu febrique laborantes desiderans, qua placidissime amnis labitur, exponit in ripa aegrotos, ac dum tumultuariam sibi tegeticulam concinnat, extincto igniculo, admonetur a gubernatore petendum potius Tarentum (nam ita locus in proximo vocabatur) etenim fumum sese illic aspicere. Tum vero laetior audito Tarenti nomine Valesius, deos adorans, & salutē sibi liberorū iamiā propemodū bona fide spondens, agi prorsum iubet, & illuc maxime nauigiū appelli. Quo cū peruenisset, haurit aqua festinato de flumine fretusq; omine tenacius arrepto, fumigans ibidē solū flatu solicitat in flammā, calfactamq; mox aquā porrigit in calice pueris. Succedit autē potui somnus. Vident in quiete illi

Daemonum praestigia.

Valesus Valesius.

Origo Valeriae familiae.

Tegoticula.

Tarentus.

spongia sibi a nescio quo detergeri morbū. Tum præcipio, vt Diti patri, & Proserpinæ, furuæ ibidem mactarentur hostiæ, trinoctiumq; perpetuum choris & carminibus concelebraretur. Surgunt igitur recuperata valetudine, visumq; illud patri renuntiant. Is homo locuples, defodi iactundis alte fundamentis humum iubet. Inuenta igitur sic ara est ea quam diximus, cum titulo Ditis & Proserpinæ. Mactat ille (quod erat iussus) furuas continuo victimas, & trinoctium sacris frequentat, tot enim numero filios media de morte receperat, ex eoque Manius Valerius Tarentinus appellatus, quod a Diis manibus in Tarento liberorum suorum valetudinem impetrauisset. Ad hunc igitur modum quidam tradiderunt. At enim M. Varro libro de scenicis originibus primo, *Cum multa, inquit, portenta fierent, & murus ac turris quæ sunt inter portam Cohinam, & Exquilinam, de cœlo tacta essent, & ideo libros Sibyllinos Quindecemuiri adiissent, renuntiauerunt vti Diti patri, & Proserpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus, & hostiæ furuæ immolarentur.* Hactenus de origine. Seculares autem, non quia fierent anno vel centesimo denique, vel etiam centesimo decimoque, nuncupati, quod vtrunque sicut assertores habet, ita re ipsa penitus conarguitur. Sed ob id magis credi potest, quod plerunque semel hominis ætate fierent, vt multa alia, quæ rara sunt post seculum euenire loquentium consuetudo vsurpat. Tarentini autem a loco ipso qui Tarentus ob id vocatur, aut quod ara ibi Ditis patris (quemadmodum supra diximus) in terra occultaretur, aut quod ripam Tiberis fluuius eo loco tereret, ex quo etiam Rumon dictus a veteribus, & in Sacris Serra nominatus, quod ruminaret, hoc est, exederet, & secaret ripas. Vnde ait Maro:

Nanius Valerius Tarentinus.

Ludi Tarentini.

Seculares cur dicti.

Tarentus.

Rumon Serra.

Stringentium ripas, & pinguia culta secantem.

Ceterum de temporum interuallis, quibus isti ludi referrentur, fides in ambiguo est. Siquidem in carmine seculari Horatius *vnde nos decies per annos* fieri declarat, quod & commentarii Quindecemuirorum, & diui Augusti edicta, & ipsius denique Sibyllæ, quod adhuc exstat oraculum, confirmauerint. Contra vero centesimum redire post annum, tam Valerius Antias, quam Titus Liuius, & item M. Varro testati perhibentur. Quod enim legimus apud Herodianum trium spatio ætatum solitos instaurari, vereor vt emendata sit ibi lectio, nostramque ob id e Græco interpretationem cum venia legendam censeo. Nec autem (si tempora dinumeres) aut quanta interualla retro fuerint, aut quanta esse debeant, omnino colligas. Instituti autem primi seculares ludi post exactos reges a P. Valerio Publicola qui primus consul fuit, existimantur. Etenim laborantibus pestilentia ciuibus, apud hanc ipsam quam diximus aram, publice nuncupatis votis, atrum bouem Diti pro maribus, concolorem pro

Secularium tempus.

Secularium institutio.

fœminis iuuencam Proserpinæ mactauit, ludosque & lectisternia trinoctio fecit, & aram terra sicut ante fuerat exaggerata occuluit, inscriptam titulo isto: *P. Valerius Publicola frumentarium campum Diti & Proserpinæ consecrauit, & ludos Diti & Proserpinæ Romanorum salutis ergo fecit.* 2. Secundos autem secundo & quinquagesimo post Romam conditam factos anno, admonitu Sibyllinorum carminum, tradit Græce Zosimus, missis, occupata morbo ciuitate, lectis ad hoc viris, qui libros consulerent, ex quorum responso, denuo regesta humo apud aram hanc ipsam, in extremo campi Martii, de more sacra & ludi persoluti, restitutaque Romanis iterum est incolumitas. Consulem vero scriptor hic, vnum duntaxat exemplario fortasse mendo, M. Publium Quintium nominauit, cum Censorinus M. Valerium, & Spurium 3. Verginium consules prodat. Idemque tertios, & item quartos consulum temporibus, quos & nominatim citat auctoritatibus Antiatis Valerii. T. Liui, Varronis, Pisonis, Gellii, & Heminæ comprobat factos, etiamque commentarios Quindecemuirum sacris faciundis, in testimonium ascisci. At enim quoniam lubricus in propriis nominibus, & item in numerorum notis librariorum lapsus, vitiata ista (ni fallor) in Censorini commentario reperies. Ceterum diuus Augustus abolitus eos paulatim 5. *Augustus.* (sicuti quidam putant) atque intermissos instauratit, magno (vt Liuius ait) apparatu, L. Censorino, & M. Manlio Puellio consulibus, Atteio autem Capitone circumitum, spatiumque subiciente, ritum vero sacrorum libris indicantibus Sibyllinis. Porro sextos, 6. *Claudius.* Claudius se consule iiij. & L. Vitellio quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reseruatos, quamuis ipse in historiis suis prodidisse memoretur, intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem redegisse. Quare vox etiam irrisa præconis traditur, inuitantis more solemni ad ludos, quos nec spectauisset quisquam, nec spectaturus esset, cum supersent adhuc qui spectauerant, & quidam histrionum producti olim, tum quoque producerentur. Etenim *Stephanio.* Stephanionem, qui primus togatis saltare instituit, vtrisque se- *Alias Annos* cularibus ludis, Augusti videlicet, & Claudi, saltasse accepimus, qui lxxxiiii. non amplius anno interfuere, quamuis & postea ille 7. diu vixerit. Septimos Domitianus, se. xiiij. & L. Minutio Ruffo *Domitianus.* consulibus, computata ratione temporum ad annum, non quo *Stelographia.* Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. Denique in nomismatis variis apud Laurentium nostrum Medicem, stelographiam quoque istam vidimus LVD. SÆC. FEC. COS.XIV. Ac de his Papiniũ sentire in Syluula ad vrbis præfectum Gallicum, cui titulus Soteria, iam tum nostris auditoribus ostendebamus, cum volumen ipsum scilicet: bhinc nouennium publice interpretabamur. Verba ita sunt.

Nec

Nec tantum induerint fatis noua secula crimen,
Aut instaurati peccauerit ara Tarenti.

Quo loco Domitius noster, quanquam de Tarenti ara, disque ipsis manibus meminit, nihil omnino tamen super secularibus istis suspicatur. Iam vero apud Martialem, quam pene idem suæ literaturæ, ne dixerim ingenii quoque obliuiscitur, quem scilicet & tunc, & cum Fastos anno post enarrabamus, luculente (nisi fallor) coarguimus. Est autem Martialis epigramma de matrona, quę puto binis ludis, Claudi scilicet, Domitianiq; interfuerat, in eoq; etiam hic versiculus:

Bis mea Romano spectata est vita Tarento.

Quo loco parum cordatus homo hic, trigesimo quoque anno celebrari sacra ad Tarentum dicit consuesse, quod nec aliquis etiam fando audiuerit. Quin idem illos ex quarto eiusdem poetæ libro versiculos pertractans:

Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,
Et qua Romuleus sacra Tarentus habet.

Etiam posteriorem diuiungit a priore, & vt in illo seculares ludos, ita in hoc commentitia ista tricenaria sacra putat insinuari. Facit autem Tarenti huius etiam Varro in Latinæ linguæ commentario, etiamque vel iterum in Fastis Ouidius mentionem. Sed redeo vnde digressus. Centesimo decimoque post Domitiani ludos anno, instaurauit & eos imperator ille Septimius Seuerus, cuius etiam nunc Romæ pulcertimus spectatur triumphalis arcus, cum filiis, Antonino & Geta, Chilone & Vibone consulibus. Quos ludos & vidisse se memorat Herodianus, & Dion ætate sua factos memoriæ prodidit. Post Seuerum negat instauratos Zosimus, quoniam hic annorum centum & decem pene receptus auctoritate ambitus, in consulatum Constantini Christiani principis tertium, & Licini, quem dein bello ipse vicit, incurrisset. Nos tamen apud Eusebium in chronicis, & Eutropium in historiarum libro nono legimus, *Philippo imperante (quanquam primus fuisse Christianus Imperator creditur) millesimum annum Romana vrbis ingenti ludorum apparatu*, & spectaculorum fuisse celebratum, bestiasque in circo innumerabiles interfectas, & ludos in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus, populo peruigilante concelebratos, quibus ludis secularibus, etiam dicitur Philippus Iunior, is qui nunquam risisse creditur, patrem Philippum seniorem petulantius cachinnantem, vultu auerso fato notauisse. Restat vti de ritu carptim paucula perstringamus. Instantibus itaque ludis tota Italia præcones missitabantur, conuocatum ad ludos, qui nec spectati, nec spectandi iterum forent. Tum ætatis tempore, paucis antequam spectacula ædebantur diebus, Quindecemuiri sacris faciundis in Capitolio & Palatino templo, pro suggestu considen-

8. *Septimii Seueri arcus*

9. *Philippus Imperator Christianus primus.*

Philippus iunior.

Secularium ritus.

Piamina. tes, piamina diuidebant populo, quæ erant, teda, sulfur, & bitumen. Nec tamen ad ea seruis quoque accipienda ius vllum. Coibat autem populus, cum in quæ supra retulimus loca, tum præterea in Dianæ templum quod erat in Auentino, & cuique triticum, faba, hordeumque dari mos. *Ad instar.* Tum ad instar Cereris initiorum peruigilia fiebant. Vbi vero iam aduenit festus dies, triduum, trinoctiumque sacris intenti in ripa ipsa maxime Tiberis agitabant. Sacrificia vero Ioui, Iunoni, Apollini, Latonæ, Dianæ, prætereaque Parcis, & quas vocant Ilithyias, tum Cereri, & Diti, & Proserpinæ suscipiebantur. Igitur secunda primæ noctis hora, princeps ipse tribus aris ad ripam fluminis extructis, totidem agnos, & vna Quindecemuiri immolabant, & sanguine imbutis aris, cæsa victimarum corpora concremabant. Constructa autem scena in theatri morem, lumina & ignes accendi, & hymni concini, ad hunc vsum tum maxime compositi, & item spectacula edi solenniter solita, data celebrantibus hæc mercede, tritico, faba, hordeo, quæ supra inter vniuersum populum diuidi ostendimus. Mane vero capitolium ascendere, sacra ibi de more agitare, tum in theatrum conuenire ad ludos, in honorem Apollinis & Dianæ faciundos, consueuerunt. Sequenti die nobiles matronæ qua hora præcipitur ab oraculo, conuenire in capitolium, supplicare Deo, frequentare lectisternia, canere hymnos ex ritu, mos habebat. Tertio denique die in templo Apollinis Palatini, ter noueni pueri prætextati, totidemque virgines, patrimi omnes matrimique, græca Romanaque voce, carmina & Pæanas concinebant, quibus imperium suum & incolumitatem populi, diis immortalibus commendabant. Quod siquis fortasse quæsierit quod genus tunc aut ludorum fieret, aut sacrificiorum, sciat & ludos celebrari omnibus theatris, atque omne genus, & sacrificia templis omnibus consuesse, noctu pariter atque interdiu. Nam de scenicis & Circensibus minime dubitatur, cum Domitiani ludis histriones interfuisse meminerimus, prætereaque Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina legerimus correptos. Illud vtique in Augusto memorabile, qui ludis istis iuuenes vtriusque sexus prohibuit vllum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. Enimuero his prout in mentem de subito venerunt expositis, iam nec ille vatis Ausoni versiculus ambiguus relinquetur: Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo.

Iam nec obscura apud Horatium ratio exstiterit, cur Parcas, Ilithyan, Dianamq; ex Auentino, cur & puerorum vota, & Quindecemuiros memorauerit, & item Sibyllinos versus, qui nunc quoq; apud eundem Zosimum vetustissimis quidem codicibus citra vlla fastigia, qualesq; de industria subiecimus, inueniuntur.

Ἀλλ' ὁπόσαν μήκιστος ἵκηται χρόνος καὶ ὥρη πᾶσι,
ζωὸς εἰς ἕπαντα ἐκάστου δαίκυκλον οὐδὲν,
Μίμνηται δ' ἀμφοῖν, ἢ εἰ μάλα λήσεται αὐτῶ,
Μνημοσύνη τε δὲ πάντα θεοῖσι μᾶλ' ἀλανάτοισι
Ῥίζειν ἐν πόλῃ παρὰ θυμοειδέος ἄσπετον ὕδωρ
ἅπασι σεσοφισμένον, ὗξ ἡνίκα χαῖαν ἐπέλθῃ,
Ἠελίῳ κρύψαντος ἰὸν φάος εἰθ' ὑπορίζειν
Ἱερὰ παντοίοις μειρηκίς ἄρνας τε καὶ αἶγας
Κυανέας ἐπὶ πᾶσι θελειθύας ἀρίσασθαι
Παιδοτρόφους θυέσσιν, ὅπῃ θέμις· αὖθι δὲ χαίῃ
Πληθὺν ἀμφὶ κοίρης σῦς θηρεύουσα μέλαινα,
Παῖδ' εὐκηλ πάντα χρὶ δὲ θεὸς παρὰ δῶμα νέεσθαι
ἡμέρῃ μηδ' ἐπὶ νυκτὶ. θεοῖσι γὰρ ἀθανάτοισιν
Ἡμίεργος πέλεται θυέων τρόπος, ὡς δὲ καὶ αὐτὰς
Ἱρεύειν δαίκηλις δὲ βόων δέμας ἀγλαὸν ἤρης
Δέξασθαι νηὸς παρὰ σὸν καὶ φοίβε καὶ ἄνδρων,
Ὅς τε καὶ ἠελίῳ κικλήσκεις ἵππα διδέχθαι
Θύματα λιπτοειδὴς ἀειδόμενοί τε λαοὶ
Πάντες κούρῃς κούρῃσι τε νηὸν ἔχειν.
Ἀθανάτων χορὸς δὲ κάρη κόσμον αὐταὶ ἔχοιεν,
Καὶ χορὸς παίδων ἄρσεν γάνος. ἀλλὰ γενέων
Πάντων ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔα φῦλα
Αἰδὲ γάμου ζεύγλαις δεδεμένοι ἤπαπτε κεῖνο
Γηρὰς ἤρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἐδρίωσαι
Δαίμοσι λισσέσθωσαν. ἄπαπαὶ δὲ λύματα δοῦναι
Ἀνδράσιν ἠδὲ γύναιξι, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσιν.
Πάντες δὲ ξοίκοιο φρεσὶ σόων, οὐκ ἀκαμίζειν
Ἐπὶ θέμις ὀνητοῖσιν ἀπαρχομένοις βίοτοιο
Δαίμοσι μᾶλλ' ἀοιδοῖσιν ἱλασμάτα καὶ μακαρίοισιν
Οὐρανίδαις, πόδε πάντα τιθησαύρισμα κείδεσθαι
ὄφρα τε θηλυτέρῃσι καὶ ἀνδράσιν ἱδρύσωνται,
σοῦσιν παρσύνης μεμνημένοι. ἤμισυ δ' ἔχειν
ὗξι τε πασιτέρῃσι θεοπρεπέσσι τε καὶ δώμοις
Γαμαληθὴς ἄγγελε, σὺν θήτε γάλωτι μεμιχθαι.
τῶν τε τοι σὺ φρεσὶν ἧσιν ἀεὶ μεμνημένος εἶναι
Καὶ σοὶ πᾶσα χθὼν ἱτάλη καὶ πᾶσα λαπίνη
Αἰὲν ὑπὸ σκηπίεσσιν ἐπαυχένιον ζυγὸν ἕξει

Cur autem non & Latinos eos tentemus reddere si non eleganter, vtpote extemporales, ex fide tamen, seruato etiam quantum liceat incomtæ illius sed venerandę vetustatis colore nonnullo, aut squalore potius igitur ita qui volet eos togatis illis adhuc quidem rusticanis adscribat:

At vbi iam humanæ longissima tempora vitæ,
Orbis agens annos referet centumque decemq;
Sis Romane memor (licet alia obliuia tenent)

Sis memor, vt quas e nimium Tiberina coarctat
Ripa, feras dis in campo solemnia sacra,
Cum nox atra premit terras, tectusq; latet sol,
Agna, caprigenumq; pecus genitalibus parcis.
Hostia furua vtraq; cadant, tum numina placa
Lata puerperiis (quod fas fuat) Ilithyias.
Terra suem ferat, & scropham sibi fertilis atram,
Sed Ioui ante aram candenti corpore tauros
Luce feri, nam lux superis gratissima diuis.
Iunonis templum nitida ceruice iuuenca
Imbuat, atq; itidem Phœbus placetur Apollo,
Quem vocitant etiam solem, Latoa propago.
Peanas puerique canant, pueraque Latinorum
In templo. Sed enim pueri, pueraque seorsum
Concelebranto choros, verum hæ sit patrima proles
Matrimaque, at nupta genibus Iunonis ad aram
Orante innisa, diuamque in vota vocanto.
Februa quinetiam vir quisque & fœmina, quanquam
Fœmina præcipue, accipito, de hinc adibus omnes,
Primitias vitæ placidis placamina diuis
(Quæ fas est) & cœlitibus portanto beatis.
Ante domi tamen illa memor tibi habeto reposta,
Quæ dare mox vsui liceat pescente viriq;
Fœmineoque gregi, tum digna sedilia diuis,
Perq; dies iuxta & noctes multesima turba
Complento, & lepidis mistento seria ludis.
Quæ tibi si stabili sint omnia condita mente,
Cuncta tuo Italia tellus, cunctique Latini
Subdent colla iugo, & victoris sceptra timebunt.

Non Vergilium sed Ouidium videri Priapei carminis auctorem. Tum versiculum illum, qui sit apud Martialem, Ride si sapis o puella rides, Nasonis esse proculdubio, sed ex epigrammatis potius quam aut ex artibus aut ex tragœdia Medea videri citatum, moxque nouum quippiam & mirum de Medea Nasonis adscriptum.

CAPVT LIX.

QVæ Priapeia vocantur epigrammata, Virgilio plerique tribuunt, inter quos etiam est (arbitror) Seruius. Ceterum ego in Senecæ libris illis, qui iam diu delituerant, nuper in lucem, quãquam non admodum syncere prodiere, quibusque oratorum & rhetorum sententias, diuisiones, colores suasoriarum complectitur (nisi forte mendosum credamus, quod habetur exemplar vnicum) subditicia esse, nec Virgilii, sed Ouidii deprehendo. Siquidem illius in volumine secundo verba ita sunt: *Hoc genus sensus memini quendam pratorium dicere, cum declamaret controuersiam de illa, qua egit cum viro mala tractationis, quod virgo esset & damnata*

mnata. Postea petiit sacerdotium. Nouimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui etiam si primam virginibus timidis remisere, noctem, virinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantum disertissimus homo, sed venustissimus, qui nullius vnquam impunitam stultitiam transire passus est: statim Ouidianum illud:

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Et ille excidit, nec vltra dixit. Hucusque Seneca. Nouimus autem hunc esse versiculum in Priapeio epigrammate, cuius principium est:

Obscure poteram tibi dicere.

Sed & stylus ipse (ni fallor) & prorsus Ouidiana quæpiã in eis versibus germana lasciuia. Quatenus autem sit huic auctoriti fidendũ, legentium sit iudicium. Nos vt non pro vano scripsimus hoc, ita nec pro confesso. Certe sic Ouidio cõuenit etiam in ceteris obscenioribus: sic Virgilium contra dedecet, a virginea quoque verecundia Partheniam vocatum, titulus istius operis, vt quamlibet inuitato testi & suspecto, pudeat tamen profecto non credere. Sane illud in confesso, scripsisse epigrammata quoque alia Nasonem, de quis versiculum citat hunc Priscianus. *Partheniã vocatum Vergilium.*

Larte ferox caso Cossus opima tulit.

Et apud eundem ludentem legerat sane Quintilianus istud:

Cur ego non dicam furia te furiam?

Nec alibi certe crediderim quam fuisse in epigrammatis, quem citat hendecasyllabum Phalecium Martialis.

Ride si sapis o puella ride.

Nam quod præceptum respicit aliquod ex artibus Domitius, id vtique vel auctoritate refutatur Martiani Capellæ, qui videlicet in Satura pro versiculo Nasonis eum nõ pro Martialis agnoscit. Audiui etiam qui crederent de tragœdia esse Medea, quam Tacitus, quam laudat Quintilianus, & quam fuisse (quod miror) pene Vergilianis consutam versibus, auctor Terentianus est, & nos in Nutrice significauimus. Sed hoc mihi non fit verisimile. Quis enim vel in Græca vspiam, vel in tragœdia Latina phalecios legit, aut quid omnino tragicum sapit hic versiculus, a tetrica illa grauitate resiliens penitus, atque abhorrens? An vero non & Martianus ipse negat propemodum clare de tragœdia hunc esse, si verba modo ipsius fideliter recitata, diligenter quoque expendantur? An non ille Saturam suam, quod austera & censoria, quodque nimium tragici supercilii iussus castigauerat, quasi repercutiens, & ad frontem (quod dicitur) exporrigendam inuitans, *Peligni*, inquit, *de cetero tuumis versiculo respisce, & (ni tragicum corrugaris)*

Ride si sapis o puella ride.

Ni tragicum, inquit, *corrugaris*, id est, nisi frontem caperas tragica seueritudine. Quod significat rugarum tristitia & squalore asperas. Igitur si de tragœdia sit ipsa versiculus, quo reuocare vno *Caperare frontem.*

xime Saturã suam poeta hic ab austeritate illa tragica molitur, sane iocus hic (vt arbitror) frigidus hybernas cana niue conspuet alpes Iam si quis de synceritate lectionis istius ambigat, libros velim Martiani vetustissimos inspiciat e publica Medicæ gentis Florentina bibliotheca, sic enim profecto fidem nostram credo sua diligentia adiuuabit.

Agon verbum, quo victimarius vti solitus, de quo etiam in Fastis Ouidius.

CAPVT LX.

OVidius in primo Fastorum

Nominis esse potest succinctus caussa minister,
Hostia celitibus quo feriente cadat,
Qui calido stricto tincturus sanguine cultros,
Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit.

De hoc mactandæ victimæ ritu, deque item verbo quo sacerdotis minister vteretur, apud vnum duntaxat Senecam in libro eodem oratorum, rhetorumq; tertio, factam reperio mentionem per hæc verba: *Deinde cum scholasticorum summo fragore, & tu quisquis es carnifex, cum strictam sub stuleris securim, antequam ferias patrem respice.* Belle deridebat hæc Asinius Pollio. *Filius*, inquit, *ceruicem porrigat. Carnifex manum porrigat, deinde respiciat ad patrem & dicat, Agon'? Quod fieri solet victimis. Sed ioco quoque remoto, aiebat rem verissimam, non posse carnificem venire, nisi eo tempore, quo iam exorari pater non posset.* Hæc Seneca Quo colligitur, verbum quo victimarius idẽtidem vtebatur, Agon' fuisse, hoc est, agone. Quare belle Ouidius. *Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit.*

Agon'

Erratum in codicibus Plinianis super cicuta, vinoque, Quodq; mendose apud Macrobium Aconitum pro Conio.

CAPVT LXII.

Plin. locus.

VErba ex epistola Androcidis ad Alexandrum Magnum, clari sapientia viri, vitiose posita in Plinianis his codicibus reperiuntur hoc modo. *Vinum potaturus rex, memento te bibere sanguinem terræ. Sicuti venenum est homini cicuta, ita & vinum.* Leuis profecto sententia, nimisque violenta & coacta, addo etiam insipida, falsaque, vinum esse homini venenum, sicuti cicutam. Sed enim in vetustissimo illo Medicæ familiæ Pliniano codice, citato a nobis iam sæpe, sic inuenias. Cicuta homini venenum est, cicutæ vinum. Nam vt hominem cicuta, sic cicutæ virus meri potus exstinguit. Ex eoq; persuadere Alexandro nititur Androcides vt tanquam re potentissima parcius vtatur vino, quod veneni venenum sit. Vnde non dispari sensu terræ esse sanguinem docuerat. Quocirca de verbis eius ita Plinius concludit, neque viribus corporis vtilius aliud, neque voluptatibus perniciosus, si modus absit. Consimiliter etiam idem in lib. 5. & 20. de cicuta narrans vt homini exitiosa, *Remedium est*, ait, *priusquam perueniat ad vitalia vini natura excalfa-*

Cicuta vinum venenũ

Vini vsus.

ve ralsa facta. Quod idē Dioscorides prodidit. Diuus igitur Amb. in libro quem de vitibus ieiunii composuit. Etiam, inquit, *maior vis vini, quam veneni.* Deniq; venenum vino excluditur, non vinū veneno. Sed & Plutarchus in Symposiacis libris, eadem ferme quæ Plinius de cicuta. Tum eum locum, sicutique alios permultos, propediem verbum conatus exprimere est in Saturnalibus Macrobius. Quanquam in omnibus, quos quidem hactenus viderim Macrobianos codices, *Aconitum pro cicuta* reperitur, sicut invetustissimo etiam Bernardi Michelocii bene literati hominis, & amici nobis. Sed enim opinor mendum esse id exēplarium, nec enim mihi tam fuisse ineruditum Macrobium persuaserim, vt quod esset Græce Conion, ipse Aconitum verterit. Libentius crediderim, Græco vsum vocabulo, sicuti quoque Amb. in hexahemero Conium dixit, quod ex Basiliano paris argumenti libro & tituli cicutam Rufinus transtulit. Lubricus autem sane lapsus, in aconitum de conio.

Qui sint Arietini testiculi, qui digitus medicus, apud Tullium.

CAPVT LXII.

Rhetor Cicero.

Cicer. locus.

Medicus.

Cicero ad Herennium libro tertio, de memoriæ artificio tractans, ita imaginem quandam instruit. *Ei reum*, inquit, *ad lectum eius statuemus, dextra poculum, sinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenentem.* Quo loco video hęsitare literatores quospiam etiam haud extremæ sortis, quid sit quod legimus, *medico testiculos arietinos tenentem.* Medicus autem vnus e digitis quinq; vocatur, hoc est, vt arbitror, minimo proximus. Porphyrio enim super Horatianum illud ex vltimo sermone:

Quisi quid forte lateret,
Indice monstraret digito.

Digitorum nomina.

Sic ait, Hoc ideo, quia certis nominibus singuli digiti appellabantur, & sunt hęc nomina. Pollex, index, famosus, medicus, minimus. Quidā vero e Græcis credo iunioribus nomina digitorū ῥωμαΐζοντες ita esse scribit. ἀ̓́πιχειρ, δεικτικός, ἰατρός, δακτυλιώτης ἄ̓κρος, vt si dicas, *Pollex, index, medicus, anularis, auricularis.* Quod equidem nec affirmo, nec refello. Tantum notandum, medicum ab eo dictum, qui sit medius, aut famosus, non qui minimo proximus. Apud ipsos autem leguntur hæc nomina. ἀ̓́πιχειρ, λιχανὸς, σφάκελος, ἐπίβαλος, μυωνύμος. *De testiculis autem Arietinis* legis in vocabulo *Scortes* in Festi compendio sic. *Scortes, id est, pelles testium arietinorum, ab eis dempellibus dicti.* Tantum apud Festum. Sed enim Pedianus *sportas, sportulas, sportellas*, nummum esse ait receptacula, *& saccos, saccellos, saccellos, & crumenas, & vtellas, & scorteas, & manticas, & marsypia.* Vt nihil sit dubium quin e digito eo qui sit minimo proximus suspensas haberi velit *scorteas*, hoc est, *e testibus arietinis* pelliceas crumenas.

Testiculi arietini.

Scortes.

Sperto.

Loculorum nomina

Marsypia.

Auter citari a Varone Perenti verba, quam aut in exemplaribus habeatur, aut Donatus agnouerit.

CAPVT LXIII.

Terenti lo. Scortari.

MArcus Varro in libris de lingua Latina sic ait: *Apud Terentium, scortatur, potat, olet vnguenta de meo. Scortari est sæpius meretriculam ducere.* Sic ille, ac deinceps alia in eam sententiam. Ceterum Terentiani omnes ad vnum codices, *non sortatur habet*, vt Varro legit, *sed obsonat*, Locus autem in Adelphis est. *Obsonat, potat, olet vnguenta de meo*, Quam lectionem etiam Donatus agnoscit. Quid hic igitur dicemus? mendum ne esse in Terentianis omnibus codicibus, an (quod vix credere ausim) memoriola vacillasse Varronem quoq; ipsum πολυγραφώτατον a Cicerone appellatum, sicuti eundem Ciceronem Gellius deprehendit? Vt fateamur etiam, maximis quibusque ingeniis officere incuriam nonnunquam, prodesse vsquequaque diligentiam.

Diligentiæ vtilitas.

Declarati versus Ausoni, sed & Ouidii super Choliambo, aut Scazonte.

CAPVT LXIV.

Auso. lo.

AVsoni poetæ sunt trimetri versus ita,

Cui subiugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali saxa voluunt pondere:
Tripedes caballos, terga ruptos verbere.

Choliambi Scazontes.

Quid hic eum significare opinemur? Nempe, vt arbitror, versus illos, qui Choliambi vel Scazontes appellantur, vt si dixeris claudicantes, quales apud Persium in principio, qualis ille item Martialis, ab ipso nominatim citatus:

Apollinarem conueni meum Scazon.

Est enim Scazon trimeter iambicus, senis & ipse constans pedibus, sicuti rectus iambicus, hoc vno dispar, vt etiam scribit Hephestion quod rectus postremam sedem, iambo, pyrrhichioue occupat, in antepenultima cunctos accipit pedes, quorum modo id metrum sit capax, circa syllabarum quantitates indifferens. Sed claudus hic iambicus clausulam postulat spondaicam vel trochaicam prorsus. Penultimum autem pedem, non dissyllabum modo, sed iambum plane, vel spondęum. Quod vero ait Hephestion, Spondęum recipi sede quinta choliambi, nunquam equidem apud Latinos inuenire me commemini, ipse versiculum hunc adducit Græcum:

ἐπ' ἄκρον ἕλκων ὥσπερ ἄλλαντα ψύχων.

Et Quintilianus Aristides Græcus auctor in libro de Musica, super iambico loquens trimetro, *Claudum fieri ait quando in extremo spondeum recipit.* Denique Ouidius quoq; in priore libro de amorum remediis de vtroque iambo sic scribit:

Liber in aduersos hostes stringatur Iambus,
Seu celet, extremum seu trahit ille pedem.

Sunt autem vtrique ad maledicentiam, libertatemque facti truces & cruenti. Quare ob id stringendos etiam ait Ouidius in aduersos

hostes

hostes. Dionysius item Halicarnasseus in libro de interpretatione, *vehemens aut acre metrum esse choliambos ait.* Idemq; mox Hipponacten, cum lacessere conuitiis inimicos vellet, *infregisse ait de industria metrum, ac pro recto claudum fecisse & abnumerum*, hoc est, acrimoniæ consentaneum, conuitioque. *Nam sicuti dissoluta figura parat acrimoniam*, sic, vt ille inquit, *dissoluta compositio.* Quare caballos vtiq; choliambos eos Ausonius nominat, quorum tralationem duxerat ab essedo, & vehiculo, cui caballi adiunguntur & vt tardos ostenderet, *de molarum ambagibus captos dicit*, prętereaque *terga ruptos verbere*, tum eosdem *tripedes* vocauit, quia Græce trimetri, quamuis senos habeant pedes, nam bini quique pro singulis videntur in iambicis capi. Qui machinali saxa voluant pondere, propterea dixit, velut molas describeret, quas versare ipsos indicauerat, vel, vt eos violentos, ferocesque ostenderet allegoricos, quasi qui lapides ingentes torquent & voluunt in hostem. De trimetro item vtroque sic idem Ausonius alibi Græco versiculo,

Choliambi

Abnumerus

Caballi.

Trimetri.

εἰλιπόδην σκάζοντα καὶ οὐ σκάζοντα τρίμετρον.

Quod Latine sic vertas,

Loripedem Scazonta, & non scazonta trimetrum. De scazontibus eisdem sic in epistola quapiam ex libro quinto apud iuniorem Plinium, *Proinde aut rumpe moras, aut caue ne eosdem istos libellos, quos tibi hendecasyllabi nostri blanditiis elicere non potuerunt, conuitio scazontes extorqueant.*

Scazontes.

Qui sit habitus in statuis pacificator, deque eo sentire Statium in prima sylua.

CAPVT LXV.

STatius in Syluula prima, quæ in equum maximum scripta est.

Statii locus.

Iuuat ora tueri

Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.

Tum idem.

Dextra vetat pugnas.

Quem locum Domitius sic enarrat, *Dextra vetat pugnas*, hoc est, *inermis est in statua, vel ad dextram est templum Pacis, quod non placet inquit.* Ceterum sicuti placet hic sensus, Dextra vetari pugnas, quia sit inermis, aut item quod de tẽplo ipso traditur Pacis, quanquam nec auctori quidem placet suo, feram non moleste scilicet huic sententiam meam non probari. Nam ego notari habitum puto, qui pacificator in statuis diceretur. De quo ita legimus apud Quintilianum. *Fit & ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrũ capite, brachioq; ab aure protenso, manũ infesto pollice protẽdit, qui quidẽ maxime placet iis qui se dicere sublata manu iactant.* Hactenus Quintilianus. Exstat autẽ adhuc pacificatore habitu (ni fallor) statua illa Romæ, quæ pro ęde Lateranensi inter prima vrbis spectacula conuisitur.

Habitus pacificator

Quint. loc.

Locus in Plauti Mustelaria, & item alter in Milite, vindicati a vitio.

CAPVT LXVI.

Plauti loc. IN Mustelaria Plauti locus est mendose scriptus plerisque codicibus ad hunc sane modum. *Viden' ornamenta in foribus? video. Specta qua arte dormiunt. dormiunt. Ille quidem vt conuenit volui dicere.* Sed cum de his neque sensus eliciatur vllus, & festiuum Plauti dictum vitio librariorum pereat, faciam, vt arbitror, operæ pretium, si scripturam incolumem de Plautino codice citato a nobis, iterum reposuero. Est autem prorsus hæc. *Viden' coagmenta in foribus? video. Specta qua arte dormiunt. dormiunt. Illud quidem vt cõniuent volui dicere.* Nam quia conniuere dicuntur, qui dormitant, vt apud Cinnam lectus est versiculus:

Conniuere.

Iam grauis ingenti conniuere pupula somno.

Propterea cũ in foribus iuncturas esse minime laxas, id enim coagmenta sunt, Tranio seruus ostenderet, dormire eas ridicule prius, dein etiam conniuere, iocularitet dicit, ex oculis dormitantium ducta metaphora. Similiter corrigendum puto locum alterum ex Plautino Milite, qui sic vitiose legitur. *Mirus oleo victitare te tam vili tritico. Quid iam? quia lusciosus. Verbero adeo tu quidem cæcus non lusciosus.* Nam cum nullus hinc elici sensus queat, legendum arbitror sic. *Mirust Iolio victitare te, tam vili tritico.* Siquidem hoc vbique idem apud Plautum, *miru' st, pro mirum* est reperies. Atque Iolio vitiari oculos etiam ait Ouidius Fastorum primo:

Coagmenta.

Plauti loc. alter.

Miru' st.

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Fulgentius. Notat id Fulgentius quoque non contemnendus Grammaticus. Quare cum Sceledrus seruus lusciosum, vitiatisque oculis conseruum Palestrionem velit significare, mirum esse ait victitare cum Iolio, cum sit ipsum triticum tam vile. Lolio autem victitare eum, colligere se vel inde affirmat, illudens quod sit lusciosus. Lusciosi porro ceu luscicii, qui vitium hoc habent oculorum, vt clarius vesperi quam meridie cernant.

Lolio victitare.

Lusciosi.

Luscicii.

Cornicem videri apud veteres concordiæ symbolum, non vt omnes apud Iuuenalem existimant, ciconiam.

CAPVT LXVII.

PRo comperto iam habetur, ciconiam deniq; esse qua concordiæ repræsentaretur apud priscos effigies, atque ita versiculum Iuuenalis omnes interpretantur:

Iuue. locus.

Quæque salutato crepitat concordia nido.

De eo tamen nullum omnino afferunt testimonium, quod auctoritatis adminiculo sustentetur. Ego cornicem magis accipio, ductus Heliani Græci scriptoris testimonio, qui libro de animalibus tertio, de hac aui sic propemodum scribit. *Cornices*, inquit, *inter se fidissimæ sunt, & cum societatem coierint, maximo se opere diligunt. Neque id genus animalia videat quispiam licenter misceri, & temere.*

Cornicum concordia.

Quin

Quin hoc quoq; dicitant, qui res istiusmodi callent, altera exstincta, comparem viduam degere. Ceterum id quoq; audio, veteres in nuptiis post hymenæum, cornicem inuocare signumq; id concordiæ dare ita cōsuesse, qui liberum quærendorum gratia conuenissent. Tum qui seles auium & volatus obseruant, inauspicatum esse captantibus auguria dicunt, unius tantum cornicis obsequium. Sic ille. Sed & in nomismatis aureis duobus Faustinæ Augustæ, manifestam prorsus imagunculam nuper mihi Laurentius Medices ostendit cum titulo ipso concordiæ.

Versus ex Callimacho super crinibus reginæ Berenices, atque indemendum ex Catulli exemtum versiculo.

CAPVT LXVIII.

Catullus.

ELegiam Callimachi de crinibus Berenices inter sidera receptis mira elegantia vertit in Latinam linguam nobilis poeta Catullus, quamuis pleraque sint in ea corrupta, mendosaq; & temere scripta librariorum insciția. Sed argumentum ipsius partim apud Hyginum Latinum auctorem, partim etiam apud Theonem, neq; non Achillem quoque Græcos Arati enarratores inuenias. Græca sane ipsa Callimachi elegia non exstat ad nos quantū cōpererim, sed ætate intercidit. Apud Theonem tamen, Arati eiusdem interpretem principium illius tale reperio.

ἦ μεν κἀμὲ θέλεσκε σὺν ἡμέρᾳ τὴν Βερενίκης
βόστρυχον, ἡνίκα πᾶσιν ἐΰκλεες ἔσκε θεαῖς.

Apollonii cōmentarius.

Prętereaq; in commentariis super Apollonium Rhodium ex Lucilio Tarrheo, Sophocleo, ac Theone collectis, vbi de Chalybibus agitur libro secundo, sic adeo est inuenire. μείνητε αὖ ἰὼν κραναὸν κατὰ μακρὸν χαλύβων ὦ. Χάλοιτε γάρ θ' πλόθεν αὐτόλοντα κακὸν φυτὸν οἱ μὲν Ἄρηος. Ex quo verificatum sic illum legendum quis dubitet? *Iupiter vt Chalybon omne genus pereat*, Vt ait Chalybon Græce dictum. Atque hoc inscite legunt quidam Telorum. Vulgatissimi codices ceteri retinent contra etiam metri rationem. Sed hanc scio nostram obseruationem iam pridem esse peruulgatam, quam tamen a nobis ortam, vel ille ipse scit qui vulgauit, libenterque etiam fatetur vir doctissimus vndecunque Picus.

Orion syncriter esse apud Catullum, quod Aorion isti legunt, qui bonos violant libros.

CAPVT LXIX.

Catulli loc.

IN elegia eadem Catulli ex Callimacho, Orion legitur pro eo quod sit Orion. Quam quoniam integram adhuc inuiolatamque dictionem nonnulli temere attentare iam incipiunt, contra hanc sinistram imperitorum audaciam standum mihi est omnino, aiunt pede, vel Callimachi eiusdem auctoritate, qui sic in hymno ipso in Dianam, etiam nunc exstante, ait:

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μὰν Ὠαρίων ἀγαθὸν γάμον ἱμνήσαντο.

Sed & Nicander Theriacon libro consimiliter.

βοιωτῷ τεύχουσα κακὸν μόρον ὠαρίωνι.

Et Pindarus in Isthmiis.

οὐ γὰρ φύσιν ὠαριωνεῖαν ἔλαχον. Et alibi.

ὀρείαν πελειάδων μὴ τηλόθι ὠαρίωνα νεῖσθαι.

Quare putat Eustathius quinto in Odysseam commentario, παρὰ τὸ ὀαρίζειν appellatum. Non igitur Aorion, sed Oarion vera lectio.

Cuius in Bruti nomismate symbolum sint pileus & pugiones.

CAPVT LXX.

Bruti imago insignita pileo & duobus pugiunculis.

SI quis nomisma Bruti reperiat ipsius cælatum imagine, pretereaque pileo, & duobus pugiunculis, ne diutius in explicanda ratione caussaque laboret, legat historiarum Dionis librum XLVII. *Nam ex his*, inquit, *Brutus significabat, ab se, & Cassio patriam liberatam.* Sed enim pileum gestari ab his solitum, qui libertatem nacti, vulgatius, manifestiusq; quã vt sit auctoritatibus cõfirmandũ

Quæpiam vulgo legi adhuc apud Maronem contra regulam contraque rationem metri.

CAPVT LXXI.

Verg. locus.

PVdet referre quam manifestum, sed nondũ tamen a quoquam (quod sciam) nisi nobis indicibus animaduersum, mẽdum Vergilianis codicibus inoleuerit lib. Æneid. octauo:

Quod fieri ferro, liquidove potestur electro.

Ceterum in volumine illo, quod est in intima Vaticana bibliotheca, mire vetustum, & grandibus characteribus perscriptum, non potestur offendas, sed potest vsitatius verbum. Quæ etiam verior esse lectio, vel inde probatur, quod electrum vbique prima syllaba longa, tam apud Græcos ponitur, quam apud nostros. Neque quicquam interpretes super verbo postetur alioqui nouo, inusitatoque loquuntur. Haud tamen præterit me, veteres hoc quoque protulisse, sicut Pacuuium in Chryse, sicut etiam Lucretium, quemadmodum & poteratur lectum a Nonio Marcello est in Cæcilianis annalibus. Sed & alter locus itidem vitio consimili laborat, apud eundem poetam,

Electrum. Potestur.

Vergilii alter locus.

Sceptra Palatini, sedemque petiuit Euandri.

Cum in volumine eodem *non petiuit trisyllabum, sed petit dissyllabum* scriptum inueniatur, Quod & metri vis cogit, alioqui prima syllaba Euandri, contra omnem vel rationem, vel consuetudinem breuis foret. Est vero in vtroque versu spondęus quinta sede. In verbo autem petit syllaba ipsa posterior, vel quia sit in fine, vel quia coaluerit vna ex duabus, iure producta est. Martianus autem Capella syllabam docet vbiq; esse communem, quæ desinat in T. literam, sicut in illo cernimus Vergili,

Euander.

T finita syllaba communis.

Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

De Philyra & lemniscatis coronis.

CAPVT LXXII.

Philyra

PHilyra quid sit video nesciri a plerisque, peruerseque etiam a nonnullis interpretibus accipi. *Philyra.*

Nam vocabulo eo sic vtitur Horatius in primo carminum,

Displicent nexæ philyra coronæ. *Horat. lo.*

Et Ouidius item quinto Fastorum,

Ebrius incinctus philyra conuiua capillos *Saltat.*

Quo apparet vsum ipsius apud veteres in coronamentis fuisse percelebrem. Iam primum igitur si conferas quæ super philyra Theophrastus in tertio de plantis, quæ ue item Plinius in decimosexto natur. historiæ narrant, facile nimirum cognosces, eandem apud nos esse tiliam, quæ philyra sit apud Græcos. Ac sic etiam Theodorus Gaza quantumuis homo doctus & diligens interpretatur. Porro autem tuniculæ etiam quædam ex libro ipso tiliæ arboris, vel ad eius imitamentum factæ, quibus aut lemnisci fierent, id est, fasciolæ de coronis pendulæ, aut libelli, Græco vocabulo peculiariter appellatæ philyræ. Testatur partem ex his eodem libro Plinius his versibus: *Inter corticem & lignum tenues tunicas, multiplici membrana, e quibus vincula tiliæ euocantur, tenuissimæ earum philyræ coronarum lemniscis celebres antiquorum honore.* Rursusque idem libro I. atque XX. de lemniscis & philyris ita meminit: *Crassus diues primus argento, auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit. Accesserunt quoque & lemnisci, quos adiici ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscos, quibus iungi nisi aurei, non debebant. Puri diu fuere ij, cælare eos primus instituit P. Claudius pulcer, bracteasque etiam philyræ dedit.* Porro lemniscatas coronas, etiam (ni fallor) in nomismatis Laurenti Medicis identidem videmus, deque his mentio quoque apud Suetonium, sicuti item a Pompeio Festo lēniscorum vocabulum diligenter exponitur, deque lemniscis itidē nonnihil Tertullianus quoque in libro de corona militis. Nicas autem in commentario, quem per ordinem literarum cōposuit, Græce ille quidem, sed in hunc ferme intellectum philyram interpretatur, *philyra, inquit, planta librum papyro similem habens, ex quo etiam funes complicant.* Esse autem ductilē philyram lanicii modo, vel netilem potius, innuit & Tertullianus idem in libello eo, qui de pallio inscribitur. Quin Herodianus etiam Græcus auctor olim a nobis in Latinum conuersus, & Innocentio octauo pōtifici maximo dedicatus libro ipso historiæ primo mentionem libelli facit e philyra tenuissima vtroq; versum replicabili. Sed & Capella Martianus libro de Philologiæ nuptiis secundo, *Cernere erat*, inquit, *qui libri quantaq; volumina, quot linguarum opera ex ore virginis defluebant Alia ex papyro, quæ cedro perlita fuerant, videbantur. Alii carbasinis voluminibus implicati libri, ex ouillis multi quoque tergoribus. Rari vero in philyræ cortice subnotati.* Tum ista quoq; Vlpiani verba reperias in titulo digestorum, de legatis, & fideicōmissis. *Librorum appellatione continentur omnia volumina, siue in charta, siue*

Tilia.

Lemnisci.

Cælare.

Lemnisci.

Coronæ.

lemniscatæ.

Nicæ commentarii.

Philyra.

in qualibet alia materia. Sed & si in philyra, aut tilia, vt nonnulli conficiunt, aut in alio corio, idem enim erit dicendum. Denique etiam Eustathius in commentario secundo Homericæ Odysseæ, facta prius de nauticis rudentibus mentione, *corticem tiliæ dicit*, quam Græce *philyram nominat, plurimam in id genus funium suppeditare materiam.* Receptum autem videtur ex eo, vti coria quoque singula vel tunicas, aut membranulas etiã materiæ disparis a tilia, philyras vocent, aut philuras y Græca in u commutata, veteri & peruulgata Latinorum consuetudine. Sicuti de papyro agens Plinius libro 13. *Præparantur ex eo*, inquit, *chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quam latissimas philuras.* Nam illud vtique ad hæc enarranda neutiquam pertineat, quod idem ait Plinius lib. 14. *Philyra cocos, & polline nimium salem cibis eximere.*

Philura.

Salis exemtio.

Vocabulum quod est expernata, *Catullianis videri exemplaribus reponendum.*

CAPVT LXXIII.

QVOD nunc tradituri sumus, fortasse a nonnullis, vt incertum & vacillans, parumque adhuc exploratum deridebitur, & exsibilabitur. Sed ego mihi de eo dicendum putaui, ne vestigium istud antiquitatis pene iam abolitum, qualecunque sit, extingueretur. Ostendit mihi Romæ abhinc quadriennium Manilius Rallus Græcus homo, sed Latinis literis adprime excultus, fragmentum quoddam Sexti Pompei Festi (nam ita erat in titulo) sane quam vetustum, sed pleraque mutilatum, prærosumque a muribus. Quod me magnopere tenuit, siquidem reliquiæ illæ qualescunq; ex integro ipso volumine superabant, quod auctor Festus composuerat, non ex hoc autem compendiario, quod nunc in manibus coactum, violenter & decurtatum, scilicet ab ignobili, & indocto quodam, nec isto quoq; nomine, satis bene de literis merito. Nonnullas quoque ex eodem fragmento Pomponius Lætus vir antiquitatis & literarum bonarum consultissimus, sibi pagellas retinuerat quas itidem legendas mihi describendasque dedit. Ex lectione igitur ea suspicatus vtique sum, verbum me Catullianum, quasi postliminio in suas sedes reuocaturum. Siquidem vbi exponitur in hoc compendiario, vocabulum Supernati, quod eos significare ostendit, quibus fœmina sunt succisa in modum suillarum pernarum, atque ex Ennio versus allegatur:

Festi Pompei opus.

Pom. Læt.

Catull. loc. Supernati.

His pernas succidit iniqua superbia Pœni.

Hoc vtique loco vetus codex circunrosam plane habet expositionem, sed ita tamen, vt appareat ex reliquiis literarum male cohærentibus. Catullum quoque post Ennium adduci, citariq; cum versiculum qui nunc mendose sic legitur:

In fossa Liguri iacet separata securi.

Nam vt de carminis residuo nihil mihi arrogem temere, videbar sane tum syllabatim quæque olfactans, etiam pro explorato afferre posse

re posse, *expernata* legendum in eo, *non separata*, quantum ex pau- *Expernata.*
cis illis poteram veluti minutalibus, aut ramentis colligere, quan-
tumque etiam vel ex obliteratis pene iam vestigiis ariolari. Quod
si cui pendere adhuc veri fides videtur, ar pendeat equidem malo,
quam aut cadat, aut iaceat. Nos aliquod in eo certe, nec arbitror
iniuria, ponimus firmamentum.

Historia non illepida super Zeusi pictore, & Helena.

CAPVT LXXIIII.

ZEusis ille pictor Heracleotes adprime nobilis etiam Helenæ *Zeusis.*
pinxit imaginem Crotoniatibus nimis quam laudatam, de *Helena*
qua Cicero in rhetoricis contra Hermagoram, luculentissime scri- *imago.*
pit. Sed quod obiter in Hæliani libris omnifariæ historiæ superio-
ribus annis apud Ioannem Laurentium Venetum, magnæ quidem *Io. Laur.*
in pontificia curia auctoritatis, nec minoris tamen in literis eruditi- *Venetus.*
onis, sed & emunctæ naris hominem, Romæ legimus, id nobis
neutiquam indignum visum, quod hic etiam legeretur. *Neminem*
ait *spectatum Zeusi admittebat, nisi qui manu pretium dedisset.* Ex
quo vulgo etiam tunc Helena meretrix vocitata, quoniam quæ- *Helena cur*
stuaria. *meretrix.*

Emendata vox in Ibide simul explicata sententia nuttiquam nota hactenus.

CAP. LXXV.

ENarrauit Domitius libellum Nasonis in Ibin, præfatus ex A- *Domitius*
pollodoro se, Lycophrone Paulania, Strabone, Apollonio, *Calo.*
aliisque Græcis, etiamque Latinis accepta scribere. Multa in eo
cōmentario, vana, ridiculaq; confingit & cōminiscitur ex tempo-
re, cōmodoq; suo, quibus fidem facit, aut se frontem penitus ami-
sisse, *aut tam magnum sibi fuisse interuallum inter frontem, & linguā*
(sicut ait quidam) *vt frons comprimere linguam non potuerit.* Furor *Inter frontē*
est, adhuc aliquos tam cæcos istius hominis inueniri amatores, vt *& linguam*
ad ista nondum, suos qualescunque oculos, adaperiant. Furor est *interuallū.*
profecto, furor, dare occasionem impudentiæ ceteris fouendæ er-
roris etiam alicuius, quoniam fuerit interdum sententiæ non pœ- *Literationis*
nitendæ. Sed quid istis facias literationis, non literatoræ magistris, *magistri.*
qui nullo magis, quam talibus nugis supercilia tollunt, vt cochleæ
cornua, quorumq; plumbea prorius ingenia, quam magis excolū-
tur, tam magis obbrutescunt. At enim ne penitus ludamus operā,
dissimulatis his quos sua facit vtilitas contemnēdos, exsequemur
reliqua propositi. Mihi igitur ille vnus locus inter ceteros mouere
stomachum solet, qui sic mendose nunc legitur,

Vique loquax in equo est elisus gutture Agenor,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

Vbi sic ait Domiti. Agenor lapsu equi insertā ori manu exstinctus est.
Ita ne tandē vir doctissime? Sed oro te mi Domiti, Græcū proferi-
potes, aut Latinum modo idoneum fabulæ istius auctorem, nec re-
cusabo iam, quin me nō dixerim Græcales, aut admiratores tui, sed

viri quoque literati, quibus hic labor exsudat, pro indoctissimo iam prope etiam impudentissimo damnent, & quidem cunctis suffragiis, quoniam a te dissentiam. Mihi sane recta esse & emendata scriptura videtur, si rationi libera coniectura sit, non Agenor, sed Acerno, vt de Anticlo dictum accipiamus. De quo est etiam apud Homerum lib. quarto, Odysseæ. Nam cum ad equum illum Troianum, trabibus contextum, grauidumque militibus impulsu numinis accessisset Helena, voces imitari vxorum cuiusque occœpit, vt intibi delitescentium desideria euocaret, refricaret memoriam, respondi tentaret elicere. Sed enim reliquis patientiam, silentiumque præstantibus, cum solus Anticlus in respondendi lubrico, articuloque iam foret, statim est ab Vlysse præuentus, & manibus impressis suffocatus. Itaque intercepto, vel interstructo potius indicio periculum depulsum. Ceterum Tryphiodorus quoque Græcus auctor in poemate, quo de Ilio capta scribit, Anticlū hunc Ortygiden appellat, vxoremque eius nominat Laodamian, ita inquiens,

Ouid in Ibin loetu. Anticlus. Helena conatus.

Laodamia.

ὀρτυγίδης δ' ἄντικλος ὃν αὐτόθι πότνια Θέτις
ἱππιοχαρύσαντες ἐνεκτερέιξαν ἀχαιοί.

Et item alibi sic:

ἄντικλος δ' ὅτε κέντρον ἐδέξατο λαοδαμείης
Μέλπων ἀμοιβαίην ἀνιβάλλετο γῆρυν ἀοιδῆς
ἀλλ' ὀδυσεὺς κατέπαλτο,

Ambra Politiani.

Et alia deinceps addit, per quæ fabula omnis similiter ab Homero versibus permultis explicatur. Sed & nos in Ambra sic attigimus:

Indicisque metu præclusum pollice fauces
Anticlon Ortygiden.

Domitii licentia.

Consimilia vero istis apud Domitium multa, quæ facile arguant, quo fuerit illius processura licentia, præsertim sic inuitata fauoribus imperitorum, nisi morari apud superos adhuc quidem iuuenis desisset.

Non Antilochum ab Hectore sed aliter videri legendum in prima heroidum.

CAP. LXXVI.

Ouid in heroi. locus.

IN prima heroidum Nasonis epistola, sic legitur:

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.

Amphimachi cades.

Sed victum, necatumque ab Hectore Antilochum, profecto neutiquam reperietur. Quare aut *Amphimachum* crediderim legendum, aut non *ab Hectore, sed Memnone.* Constat enim ex 13. Homeri Rhapsodia, *occisum ab Hectore Amphimachum Cteati filium*, qui de Græcis ducibus vnus etiam in catalogo numeratur. Constat item

Antilochi cades.

interfectum *a Memnone filium Nestoris Antilochum.* Quamobrem vt in eo quod obtinuerat hactenus mendum deprehenditur manifestatū, sic his a nobis ita pro tempore suffectis, quæ lector velim boni consulas, aliqua ni fallor gratia si non veritatis, at certe veri similitudinis allentatur.

Quo argumento dicendum Vergilius, non Virgilius.

CAPVT LXXVII.

Vergilius. VErgilius dicendum ne sit, an *Virgilius*, vt nunc vulgo loquũtur, hoc est cum vocali secunda, an cum tertia potius in prima syllaba, video adhuc inter eruditos ambigi. Ceterum vt ego Vergilium dicam magis per e, quod iam placere quibusdam per nos etiam doctos incipit, quam Virgilium per i, quod vulgo omnes obtinuit, in causa sunt veterima aliquot monumenta, nostræ observationi patrocinantia, quæ libens equidem subij tam propter *Propudiosi Æruca.* propudiosos nescio quos, & æruginis plenos odo omni, fastidioque dignissimos, qui quanquam semper elementarii fuerint, vindicare tamen inter indoctos fautores audent sibi censuram literarum. Sic vt istam quoque qualẽcunque nostram vetustatis deprehẽdendæ, ac reuocandæ (si liceat) diligentiam, studiumque non cauillentur modo, sed & ita reprehendant acerbe quasi flagitium faceret putent, quod his otium oblectemus, vel (vt ipsi magis contemtim, quod ob hæc otio nostro inuideamus, dum in rebus adeo friuolis, & leuibus operam sumimus, quasique tempus, rem pretiosissimam, in superuacua erogamus. Qui tamen si legissent, aliquãdo maximos viros de singulis quoq; literis integra volumina composuisse, ac ne Cæsarem quidem ipsum veritum in hanc tenuitatem descendere, darent fortasse mihi veniam, non occupatissimo *Literarum illustratorem.* homini, siquando inter altiora studia, etiam res istiusmodi tracta *res.* rem, paruas quidem, sed quibus etiam magna iuuentur. Neque enim reprehendi me iure puto, si hæc etiã, sed hæc sola cõsectem, ad quẽ nõ vt ab otio ad studiũ, sed vt a studio ad otiũ me refero, & in quo non tam feror ex professo, quam casu incido, ceu si litoribus ex commodo inambulans, conchas interim colligam securus. Neque tamen in id ego supercilium subduco, nec inde me censeri, facile paterer, vt qui non *Apinas modo* hæc esse *& tricas*, vt in pro- *Apinæ. Tricæ.* uerbii iudicio est, verum etiam pene nihil & noui, & fateor. Sed tamen hoc ipsum tam nihil, præstat agere, quam longas ad ipsorum fortasse exemplum trahere oscitationes, & grunnire in cœno turpiter, aut quam omnino nihil agere, *nenihil prorsus agendo, male discamus agere* Reddenda igitur testimonia sunt nobis, necubi fides claudicet, ac ne quid non in expedito sit noscere volentibus. Inueries igitur Volsinis mensam quampiam marmoream, vetustissimis, peneque exoletis characteribus intra ædem Christinæ virginis, quæ prope ara est Apostoli Petri, vbi VERGILI legitur Inueries etiam Sutri nomen hoc Vergilius ita notatũ in mensa item lapidea qua videlicet & ipsa intra ædem virginis vice vtuntur altaris. Idque nos vtrunque non sine aliquot arbitris etiam de proximo inspeximus. Neque enim antiquarum duntaxat inspectionum auriti testes, sed & oculati esse concupierimus. Quin

in Pandectis quoque iis, quæ nunc Florentiæ publice asseruantur, libro ipso Iustiniani principis archetypo, non aliter quam per e notatur id nomen. Sicuti etiam in volumine Maroniano literis maioribus parato, qui Romæ in intima Vaticana bibliotheca, mire vetus ostenditur. Prætereaque commentarium Tiberi Donati nunc in manibus habet Landinus, homo & eloquens & eruditus, & Florentiæ iam diu doctor bonarum literarum celebratissimus, cui se præceptori adolescentiæ meæ rudimenta magnopere debent, & qui nunc in professione quasi dixerim collega, locata iam in tuto sua sibi fama, nobis adhuc in stadio laboriosissime decertantibus ita fauet, vt quicquid ipsi laudis acquirimus, quasi suum sibi amplecti atque agnoscere videatur. Is igitur (vt diximus) commentarium Tiberi Donati habet in manibus, & ipsum grandioribus notatum vetustis characteribus, cuius auctoritas hoc haud dubium reliquerit. Quod item in codice diui Aug. de ciuitate Dei ex publica Medicæ familiæ bibliotheca, neque non in Columellæ ex priuata eiusdem gentis, literis vtroque Langobardis exarato. Tum in Senecæ epistolarum libro peruetere, cuius mihi copiam fecit, Nicolaus Michelocius Laurenti Medicis a secretis, elegantis homo ingenii, multisque item aliis venerandis antiquitate voluminibus, identidem nunc Ludouico Modesto Pratensi familiari nostro, & studiorum adiutori, nunc aliis item nostris auditoribus, vtcunque aut res ferat aut exigatur, ostendimus. In collectaneis autem quæ nuperrime ad Laurentium Medicem Iucundus misit, vir vnus, opinor, titulorum, monumentorumque veterum supra mortales ceteros nō diligentissimus solum, sed etiam sine controuersia peritissimus, relata quoq; inuenio elogia duo, quæ Romæ (sicut ille indicat) in marmoribus inueniuntur. TI. VERGILIVS DONATVS. Et iterum. C. PAPIRIVS CESTVS VERGILIÆ OPTATÆ VXORI SVÆ BENE MERENTI DE SE. Quamuis autem monumenta ista tanta seculorum vetustate roborata, mihi satis ad præsidium sint, attamen res ipsa quoque astipulatur & ratio. Nam sicuti a vere dictæ vergiliæ stellæ, sic a vergiliis ipsis, vel item a vere proprium hoc nomen crediderim inclinatum potius hercle, quam a virga, quod quidam nugantur, laurea. Nam id cū apud auctorem minus idoneum inueniatur, tum refellitur hoc ipso, quod multi ante hūc editū poetam, eodem sunt appellati nomine. Quamdiu igitur aut non testimonium grauius, aut non ratio valentior exhibetur, vtiq; a vetusta magis consuetudine, quam a noua insciti a standum est, vnde hæc fartago loquēdi venerit in linguas. Etenim magna pars iuniorum caligamus ad veri conspectū. Quin vt reliqua exsequar, Verginius quoq; nomen huic finitimū, non Virginius in marmoreo nuper labro pro æde ipsa diuæ Mariæ Maioris insculptum Romæ animaduertimus.

Christoph. Landinus.

Iucundus Veronensis.

Additam falso negationem primo Digestorum volumine, quo capite de officio proconsulis agitur & legati.

CAPVT LXXVIII.

PAulus Iurisconsultus libro secundo ad edictum ita scribit: *Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius habet.* Sed hæc verba in primo Digestorum volumine, quo capite de officio proconsulis & legati tractatur, addita perperam negatione in plerisque codicibus inuenias, sic videlicet: *Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius non habet.* Ceterum in Pandectis istis Florentinis, quas etiam archetypas opinamur, negatio prorsus est nulla. Quo fit, vt interpres legum Florentinus Accursus, mendosum & ipse nactus codicem, pene dixerim miserabiliter, se torqueat.

Digest. loc.

Archetypæ Pandectæ.

Cur Lysimachi regis facies in nomismatis cornigera.

CAPVT LXXIX.

LYsmachi regis facies in nomismatis cornigera. Caussa eius apud Appianum in Syriacis. Namque ait ab eo ferum taurum de sacrificio Alexandri magni vinculis elapsum, retentum manibus ambabus, & occisum. Atque ob id inquit προσιθέασι ἐπὶ τοὺς ἀνδριάντας ἐπὶ τῷ ἔχειν κέρατα. Quod significat, ob id eius statuis denique apponi cornua.

Lysimachi facies cur cornigera.

Fabula ignotior de Tiresia & Pallado, qua sensus aperitur Propertianus.

CAPVT LXXX.

PRopertius in libro elegiarum quarto sic ait:

Magnam Tiresias aspexit Pallada vates,
Fortia dum posita Gorgone membra lauat.

Exstat adhuc hymnus Callimachi poetæ, cui titulus εἰς λουτρὰ τῆς παλλάδος. In quo fabula Tiresiæ multis elegiacis versibus in hanc ferme sententiam tractatur, fuisse nympham quampiam Thebis, cui nomen Chariclo, Palladi præ ceteris gratam, matrem Tiresiæ. Sed quum se Pallas aliquando & Chariclo item in Heliconio Hippocrene, nudæ per æstum lauarent, ac tum casu venator Tiresias ad eundem fontem sitiens accessisset Mineruam scilicet imprudens nudam conspicatus, statimque oculis est captus. *Nam ita Saturniis legibus cautum*, inquit, *vt qui Deum nuitum cernat, ingenti mercede cernat.* Cui simile quippiam de Dearum conspectu etiam Abammon Æpyptius, in epistola scribit ad Porphyrium philosophum, quam tamen existimat Proclus Iamblichi potius esse quam Abammonis, ex quo Vergilius: *Transque caput iace, ne respexeris.* Quod & Leucothea Homerica monuit Vlyssem. Sed & illuc vnde abiit redeam. Cum in hanc Tiresias calamitatem incidisset, mota lacrymis Chariclus Nymphæ Pallas, & vatem eum, & longæuum, & post obitum quoque prudentem, sapientemque præstitit, & baculo insuper donauit, quo veluti duce, vestigiis inoffensis graderetur. Quod & nos in Ambra sic attigimus, quum de poeta loqueremur Homero.

Propertii locus.

Chariclo.

Tiresias cur oculis captus.

Saturniæ leges.

Abammon,

Verg loc,

Baculus Tiresiæ.

Ambra loc.

Baculum dat deinde potentem
Tiresiæ magni, qui quondam Pallada nudam
Vidit, & hoc raptam pensauit munere lucem,
Sæpius incessus baculo duce tendere gressus.

Nutrix. Et item sic in Nutrice Tiresiam periphrasticos insinuauimus. *Quid cui posse vises nudata Palladis artus Cernere nil licitum?* Quin hinc apud Nonnum lib. v. Dionysiacōn, ita exclamans inducitur Actron, *vt felicem Tiresian dicat, qui citra mortem tantum amissu oculis Minervam aspexerit nudam, quæ etiam lumen ademtum in animum ipsius transtulerit.* Atque adeo sic ait,

ὀλβίσα τειρεσίη σὺ μόρῳ ἐδρακες οὐτιδανείρη
γυμνὴν αὐτομόρῳ δικτάμνου θ' εἵδ' ἀθήνης

Et paulo post,

ζώεις σῶν βλεφάρων ὀλίσας φάος. ὑμετέρων δ'
ὀφθαλμῶν ἀμαύρωμα νόῳ μετέδηκεν ἀθήνη.

Hactenus autem super hoc poetæ loco scripseramus, cum nobis Picus noster Mirandula, quasi Cynthius alter, in illo ipso quo iam hæc imprimenda fuerant articulo, autem vellit, & admonuit, vt elegiam quoque ipsam Callimachi, quæ videlicet vna exstat apud Græcos (quantum equidem sciam) sed & rarissima est inuentu, subiiceremus, & quanquam spatiis iniquis excluſi temporis, vertere eam quoque tamen in Latinum tentaremus. Ego vero qui nec scribere alieno stomacho libenter soleo, nec extemporalitati satis confido, non distuli tamen id onus quoquo modo subire. Quoniam cum quid a me Picus exigit, nec licet mihi nescire quod nesciam, nec non posse quod nequeam, vel quod homini me cariſſimum sentio, vel quod plus eum videre in rebus meis quam meipsum mihi persuadeo. Vertimus igitur pene ad verbū, & quod Græce dicitur παρεμπόδια, non sensu modo, sed numeris etiam quod est difficilimum, coloribusque seruatis. Tantumque nunc admonemus lectorem, paucula videri mihi adhuc mendosa in Græcis exemplaribus, quæ non erat pudoris nostri corrigere, sed & septimum ipsum a fine versiculum reliquo vno duntaxat vocabulo exoleuisse. Quem nos tamen Latinum pro coniectura suffecimus. Illud item scito est opus, nostrum hoc esse interpretamentum, & a nobis denique fluxisse, priusquam in vllius commentariis ebulliret, quod & Sylvæ per se ipsæ quas citauimus, tot ab hinc annos editæ probabunt, quarum videlicet alteram magno sumus olim conuentu publice multis excipientibus interpretati. Sit ergo nostri iuris, quod nostri fuit muneris, *ne quarta omnino luna* (sicuti prouerbium fertur) *nati credamur*, vt alius tantummodo ad Herculis exemplum laboremus. Iam illud quoque miror, cur & Domitius, & alii quidam post illum, quocunque momento, quacunque occasione scribere audeant hoc, aut illud imitatione Callimachi dictum fuisse a Propertio, cum præter hymnos paucules, nihil

Facetadictio.

Luna quarta nati.

nihil prorſus eſſet ad nos poetæ iſtius, nec autem plane quicquam quod amoris argumenta contineat. Sed aures ad Callimachi iam verſiculos ſubſcriptos veteri more fine vllis accentiuncu-lis arrigamus.

Καλλιμάχου εἰς λατρὸν τῆς Παλλάδος.

Οστις λωτροχόοις τοῖς παλλάδος ἐξέπεσαις
Ἐξίπετ᾽ ἐν ἵππων ἄρμα φερυσσοφόρων
Τὸν ἱερὸν ἐσύλησας· καὶ ἀφ᾽ ὁσίου ἱερῆ.
Ξεῖνε νύμφων ὦ ξανθὰ ξεῖδε πλαταγιάδες.
Οὐ πολὺ δὴ μέμφα μεγάλως ἀπιστίαν παυλῆς
Περὶ κόρην ἐπ᾽ εἶναι ἐξελάσειν λατρόν.
Οὐδὲ σκηδὴ λύθρῳ πεπαλαγμένα παντὶ φέρεσθε
Τοῦτ᾽ ἀγάλματα· ἀδίκων ἦνθ᾽ ἀπὸ χειρόνων.
Ἀλλὰ πολὺ πρόφρων ὑφάρμοσ᾽ ἀνέμοις ἵππων
Λυσιμβρία πάγους ἐκλύσειν ὠκέανε,
Ἰδρὼς καὶ ῥαθαμιγγὰς, ἐφολόσσειν ἢ παρύτα
Παντὸς χαλινοφάκων ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων
Ὡς τ᾽ ἀχαιάδες καὶ μὴ μυρῷ μὴ ἀλαβάστρῳ
Συβαρῖν᾽ ἀΐω φθονερὸν παξόνιον
Μὴ μυρῷ λωτροχόοι τᾷ παλλάδι μὴδ᾽ ἀλαβάστρῳ
Οὐ γὰρ ἀθωπεία χρῖμα τῷ μικκῷ φιλεῖ.
Ἴστε μὴδὲ κάτοπτρον· ἀεὶ καλὸν ἁμὰ τιθῆσθαι.
Οὐδὲ σκα ταὐτὸν φρυγὶ ἐδίκῳ ἔσεν ἔρευ.
Οὐδ᾽ ἐς ὀρειχάλκην μεγάλα θεὸς ἁδὲ σιμαῖνε
Ἐλλίψειν δίναν ἐς Διὸς ὠμβρίμου
Οὐδ᾽ ἔρη κύπτεις ἢ διαυγέα χαλκὸν ἐλοῦσα,
Πάλλαι τὰν κώταν δὶς μετέδηκε κόμαν
Ἃ ξ᾽ δὶς ἐξήκοντα Διὸς θρίξασα διαύλως
εἶσε πάρ᾽ οὖρον τᾷ ἐλακατὰ μάγιδι
Ἀστράς, ἐμπρέπομας ἐπιψαύοισα λιθοῖσι
χρίμασθαι θεᾶς ἰδίας ἐπιγόνα φυλίας.
Ὦ κόραι θ᾽ ἁ ῥοῦθ᾽ αἰδρᾶμε πᾶσιν, οἷαν
ἢ ῥόδον ἢ σιδόας κῆπος ἐχαρείσω
Τᾷ κρίνου ἀρτιτρὲ κάρισται μύσιον ἔλαιον
Ὧν κόπτε φ᾽ κἀ χρίστιν ἠρωελέης
Οἵτε καὶ πτεναοὶ παχύβρυτον ὡς ἀπὸ χαίτας
Πέξαντες λιπαρὸν σκιδνᾶμε πλόκαμον.
Ἐξιὸ μέμαμαι πτοᾷ θιάσῳ ἁμὲ θύμι· ἴλα
Παρθενικαὶ μεγάλων παῖδες ἀκεσταδᾶν.
Ὠθόα, φέρεται δὲ καὶ ἀσομάδι· ἄστις,
Ὡς εὖ· ἀργείων τὸ πάλαι στόμα.
Εὐμήδης ἰδίαις τέκν᾽ ἀγασσαμέν· ἰοῦς,
Ὅς ποτε βαλβοῖτ᾽ γνοὺς ἐπὶ οἱ θανάτῳ
Ἀμὰν ἐβιμάζοντᾳ φυγάς, τὰν ἱερὰν ἄγαλμα
Ὤιχετ᾽ ἔχων κρείσσων, εἰς ὄρος φάσιδᾳ

Κρῆον ὄρθ. στὴ δ' αἶμ' ὑπερβάσιν ἴθηκεν
οὐ πᾶσιν εὖ νῦν κῆμα παλαιτίδες
Ἐξιθ' ἑλανεία πᾶσ' ἐπὶ βλιχρυσιόπληξ
Ἵππων κ' συνίων ἀέθλημα παίδων.
Σάμιεργον ὑδροφόρει μὴ βαπίτε σαμίεργον ἄεργ.
Πίνετ' ἀπὸ κρανέων μεσόλ' ἀπὸ τῶν πέλεμων.
Σάμιεργον ὦ δῶλαι ἐς κηλπίδας ἐς φυσάδεσσιν
Ἧις ἀμυμωνίων σὺν πὸ τὸν ἀμιαῶ
Καὶ γὰρ δηρύσῃ, π κηρὶ αὔῃσιν ὕδατα μίξας
Ἧξ φορέων ἴναχ. ἐξ ὀρέων
Τἀθεναίας λόετρον ἄγων κηλέν. ἀλλὰ πέλασσα,
Φεῦσπο μὴ κ' ἐθέλω τὰν βασίλειαν ἰδῆς
Ὅσκεν ἰὸν γομιὰν τὰν πικάδα τὰν πολιῆχον
Τᾶρ γὰς ἰσυψεύτην τὸν παυσάμενον.
Ποτνί' ἀθαναία σὺ μὰν ἐξίδη μίσφαλ' ἰππ
Ταῖς σ' ἐρίω μυθ. σ' σὺν ἐμὸς ἀλλ' ἐτέρων
Παῖδες. ἀθαναία νύμφα μίαν σὺ πόκα δήοισας
Πάλυπ καὶ πεῖδη φίλαθ τὰν ἐμέραν
Μὴ τοῖς τειρισίαο κὴ κ πόκα χωλὲς ἐγλυτο,
Ἀλλὰ κὴ ἀρχαίων αὖτ' ἐπὶ μαστίων
Ἠπι κρεωνείας ἠὲς ἁλίας τὸν ἐλαύν'
Ἵππ ας βοιώτων ἔρια δὲ ἐρυθρόμια
Ἠπι κρεωνείας ἵνα οἱ τὸ γυώμμον ἄλσ.
Καὶ βωμοὶ ποτέμω κεῖντ' ἐπὶ κυρκλίω,
Ποὶ ἀπὶς ἀδαίμαν μὲν ἐὼ ἐπὶ θάματο δίφρ
Οὐδ' ὀαρρι νύμφαν ἐὸν χρησεῖσιν.
Ἀδεῖαν τελέσεσκεν οὐ ἄχγειτο χαλκ' ω.
Ἀλλ' ἐπ καὶ τίναν δάκρυα πὸκ' ἑρμῆ.
Καὶ πᾶς ἀθαναίας κωφυμίον δ' σὺν ἐπείραν
Δὴ ποτ' γὰ πέπλων λυσαμβία περάνας,
Ἵππων ἐπὶ κραίας ἑλικώνιδι κλαρόσιον
Λοῦσθ. μισαμένα δὲ ἐχρ. ἀσυχία.
Ἀμφότερα λαὸς θ. μισαμένα δὲ σ' ἴσων ὥρᾳ.
Γοῶσα δ' ἀσυχία τίνο κατεῖχεν ὀρ.
Τειρισίας δὲ π μὲν. ἄμμι κύσιν ἀρὴ γδυείω
Περκάζων ἱερὸν χῶρον αἰεὶ φίλο
Διψώσας δ' ἀφράδεσσι πυρρόεσσι κλυδῆ κρανέως
Σχίτλι., σὺν ἰθέλων δ' ἐὼν δ' ἐμὲ μὴ θέμιθεσ.
Τὸν γὰρ ὠσαμβία πᾶς ὁμως πεσσφασιν ἀθώα,
Τις σὲ τ' ὀφθάλμους σὺν ἐπεπισόμβρον,
Ὦ Κυπρείδα χαλκιπίων οὐδὲν ἄραχε δαιμόν,
Ἀμφ' ἰφα παιδὸς δ' ὁμιλία νυξ ἐδαλεν.
Ἐσαθῆ δ' ἀφθογ. σκοπάσασιν γὰρ αὐίην
Γω. αἰθ. κ' φωναὶ ἴσχεν ἀμ' χανία.
Ἀνύμφα γ' βοασι ἄμφ. τοι καρ. ἐριξας
Ποτνια. πιαῖ πὴ δαμάτ. ἐστ φιλαμ.

Ὄμμασί μοι γ' παιδὸς ἀφείλετο. τέκνον ἄλαστε
εἰδέτ' ἀθανάτοις ἤματα καὶ λαγόνας.
Ἀλλ' οὐκ ἀείλιον πάλιν ὄψεαι, οἰ ἐμὲ δείλαν
Ὤρσεν ὠλίκων οὐκ ἔλυ μοι πειρατ.
Ἠ μεγαλωσύλιγον ἔπραξε. δόρκας ὀλέσσας
Καὶ σφῶν καὶ πολλὰς, φάτνα παιδὸς ἔχεις.
Ἀμφὶ ἑπ' ἀμφοτέραισι φίλον σέθεν παῖδα λαβοῦσα
Μάτηρ μὴν χείρων εἶτον ἀνδρομέων.
Ἄγε βυρὺ κλαίωσα, ἰὰ σ' ἐλείπομεν ἐπὶ πάρων
Καὶ μιν ἀθανάτοις σφέσι τοῦσ' ἔλιξεν ἑπ'.
Διαγωΐην μιν ἐπὶ πατρὶ βάλευ, πάλιν ὄσσα δ' ὀργιὰ
Εἶπας, ἐγὼ σ' ἤπιον ἐξήκω λαόν.
Οὐ γὰρ ἀθανάταις γλυκερὴν πέλε ὄμμασι παῖδων
Ἁρπάζειν κρήτεσσ' ὥδε λέρνα νόμοι.
Ὄσκιλον, ἀθανάτων ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἑλίττῃ
Ἀθρήσῃ μιόθῳ τᾶτον ἰδεῖν μεγάλῳ
Ἀμφὶ γύναι τὸ μὲν ἤπιλιν ἀγρέτον εὐπλοκάμοιτ'
Ἔρρεν ἐπεὶ μεῖραν ὤσ' ἐπένωστε λίνα,
Ἰνίκα τὸ πρῶτον νιν ἐγείνατο. νῦν ἦ κομίζε
Ὦ σὺν ἐρείδα τέλεθ' ἐφιλόμβρον
Ὅσσα μὲν ἀκοὰ μνεῖς ἐσ ὕστερον ἐμπυρα καύσῃ
Ὁσσαισ' ἀερσὶν Ἦ τ μέγιον σὺ χόμβρι
Παῖδα τ' ἀδάταν ἀκτεωνα τυφλὸν ἰδίοις
Καὶ τὴν μεγάλως σιῶ ῥγια, ὀρτί μιδ'
Ἔστετην ἀλλ' οὐκ κὼ τὸν ὀτι ἀρόιο, αἶτ' ἐν ὄριστ
Ῥύσσυντιν ξυῶν πέμος ἐκηβολίην.
Ὁππότεσ' ὅπι ἐθίλων ἐλάθη χαλέπ' ἐλαύνοντα λοίτρα
Δαίμον'. ἀλλ' αὐτὴ τ πρὶν αὖακλα κιώσει.
Τᾶτακι δ' ἐπ' ἠνσύντ. πὰ σ' ὑεῖ' ὀστα μιτήρ
Λίξεισιν ἀρυσσῶς παυσῶς ἐπερχόμεια.
Ὀλοῖσαν ἐρίεσι κρὶ δύαινα χθονὸς
Ἐξ ὀρίων ἄλαον πυσὶ κατὰ δεξαμένων.
Ὦ ἐτάρα τᾶ μὴ π μινύρεο, τᾶ ἦ γὰ ἄλλα
Τᾶ χάρλι ἐξ ἐμέθεν πολλὰ μνεῦν πρέπει.
Μαί πν πεῖ ἦσσο νιν ἀοίδιμον ἐσσομένοισιν
Ἠ μέγα τῶν ἄλλων δὴ π ἀθέσιστότερον.
Γνώσεσθε σ' ὄρνιθας ὀσσι', οἵτε πέτονται
Ἠλίῳ κρὶ ποίων σὺν ἀγαθαῖ πτέρυγες.
Πολλὰ ἦ βοιῶσι θοάσσοπα πολλὰ ἦ κἀδμεῖ
Χηνὸς κρὶ μεγάλοις ὕστερα λαοδάκιδ' αἰς.
Δῶσω κρὶ μέγα βάκτρον ὁἰ ποδὸς ἐς δέον ἄξει,
Δῶσω ἦ βιότᾳ πέρμα πολυχρόνιον,
Καὶ μόν' δύπε ἦτην πτανύμβρ' ἐν νεκύεσσι
Φοιβάσῃ μεγάλῳ, ἥμι' ἀγασσάμ,

ὡς Φαίδρα πατὶ δύσι θ' ἁ τλὶς ὧκ' ἐπινάσση
παῖδας ἐπεὶ μάτα ζόὺς τὰμὰ ἦρωτέρων
δῶκεν ἄθανα ἁ πατρώϊα παῖ πὸ φέρτας
λωτιχόει μοῖρ ἐ ἀπὶ ἔπατ ἦϊσο.
ἀλλ' ἄγε δίος κορυφᾶ, κορυφαῖ & ὧκ' ἐπινάσει.

Iugatin.

In alia Bibliotheca reperitur.

ἔρχατ' ἄθανα ἁ νιῶ ἀπεικὲς. ἀλλὰ δ' ἔχεθε
τὼ ἦϊον ὥκαρ τᾶρ & ἐσας μέλη),
Σωῖ' ἀλαθείας σωτάδε μάτερσωῖν ὁλολυγᾶς.
χαῖρε θεὰ κῆδός ἄρχε & ἀναξίε.
χαῖρε κὴ ἐξελάοισα κὴ ἐσ πύλιν αὖ τις ἰλάοσας
ἵππους καὶ δαίμων κλάρον ἔπαρξα σίω.

Iam nostros quoq; legito, qui male collocare horas volet, attamen cum venia quaso, & connuentibus oculis.

Politiani ex Callimacho in Palladis lauacra.

ITe foras agedum, quæcunq; loquentibus vndis
Membra lauatura Pallados, ite foras.
Ipsa venit fremitus sacrorum audimus equorum.
Ite agedum flauæ, o ite Pelasgiades.
Non prius ingentes iuuit sibi diua lacertos,
Ilia quam abstersit puluere compedum.
Nec tum quando armis multa iam cæde cruentis
Venit ab incusto horrida terrigenis,
Tum quoq; equum subducta iugo fumantia colla
Perfudit largi fontibus Oceani,
Dum fluit, & guttæq; putres, dumq; omnia abirent
Spuma feri circum mansa lupata rigens.
Ite o Achiuæ, sed non vnguenta, aut alabastros,
Audio certe ipsam stridulum abaxe sonum,
Palladi lotrices non vnguenta, aut alabastros,
Nulla etenim diuæ hæc vngina mista placent.
Ferte nec huic speculum, vultum est pulcerrima semper,
Nam nec in Ida olim iudice sub Phrygio,
Sed vel orichalco magna hæc dea, vel Simoentis
Spectauit, quanquam vertice perspicuo.
Nec Iuno, sed ipsa Venus, se splendido in ære
Vidit, eandem iterum dispositq; comam.
Bis sexaginta spatiis verum inuicta cursu,
Stellæ apud Eurotan ceu Lacedæmonia,
Perfricuit tantum pinguis se diua liquore,
De buxeo, arbor quem sua protulerat.
O pueræ emicuit rubor illico, matutina,
Quem rosa, quem grano punica mala ferunt.
Ergo marum hunc tantum olet quoq; ferte liquorem
Quo se vnguit Cæstor, quo Amphitryoniades.

Fe

Ferte etiam solido ex auro, quo pectine crines
Explicet, & pinguem cæsariem dirimat.
Exi age iam o Pallas, præsto tibi virgineus grex
Nata magnorum carus Acesloridum.
O Pallas, quin iam clypeus Diomedi & ipse
Fertur, vt Argiuum mos vetus obtinuit.
Eumedes docuit, meditans tibi grata sacerdos,
Cum in se composito cerneret interitu
Ire malam sortem fugit quippe ille, tuamq;
Ad montem Crion substulit effigiem.
Ad montem Crion, tum abruptis impositit te
Cautibus, hasq; vocant nunc quoq; Pallatidas.
Exi age qua expugnas vrbes, cuiq; aurea cordi
Cassis, equumq; fremor, cum sonitu clypeum.
Vos hodie vndifera ne tinguite, vos hodie Argos
Fontibus ex ipsis, non fluuiis bibite.
Vos hodie ancillæ ferte vrnas ad Physadean,
Aut ad Amymonen progeniem Danai.
Nanq; auro & multis permistus floribus vndas
Diffluet e latis Inachus ipse iugis,
Et purum feret huic laticem, cauete ergo Pelasge,
Ne nudam imprudens aspicias dominam.
Aspiciet nudam qui Pallada, qua tenet vrbem,
Vltra iam hoc Argos cernere non poterit.
Iam veneranda exi Pallas, dum quiddam ego istis
Dicam, nec meus hic sermo, sed alterius.
Vnam olim puerã Thebis dea Pallas amabat
Nympham, præ cunctis quas habuit comites,
Matrem Tiresiã, nunquamq; fuere seorsum,
Sed siue ad veterum mœnia Thespiadum,
Siue Coroneas, seu tenderet illa Haliarton
Bœotum visens vecta iuguis populos,
Siue Coroneas, vbi pulcer odoribus halat
Lucus, vbi ara ipsi Curalium ad fluuium.
Sæpe illam curru sicum dea vexit eodem,
Nullaq; Nympharum colloquia, aut Thyasi
Grata fuere satis, nisi præferet ipse Charicle.
Verum & ei multæ debitæ erant lacrymæ,
Quamuis cara comes magnæ foret vtiq; Minervæ.
Nam se olim peplis vtraq; deposuis
Dum lauat in lymphis Heliconidos Hippocrenes,
Vtq; die vacuus mons tacet in medio,
Dum lauat ergo vtraq;, & mediæ sunt tempora lucis,
Dumq; est in toto plurima monte quies,

Tiresias vnus canibus comitantibus ibat
Per loca sacra, leui flore genas nitidus,
Immensamq; sitim cupiens releuare, petito
Fonte, videt quæ non cernere fas homini.
Hic irata licet sic illum affata Minerua est,
Quis te non vllis iam rediturum oculis,
O Euerida malus hæc Deus in loca duxit?
Sic ait. at pueri lumina nox pepulit.
Astitit, obticuit, dolor illi vt glutine vinxit
Genua, sonum tenuit vocis inops animus.
At Nympha exclamans, quid nato ait o dea factum est?
Nunquid vestra deæ talis amicitia?
Lumina mi pueri rapuisti, pectora nate
Vidisti infelix Pallados iliaq;,
At non & solem cernes iterum, heu misera o mons
O Helicon rursum non peragrande mihi.
Magna nimis paruis mutas, qui lumina nati
Pro ceruis paucis dorcadibusq; habeas.
Sic puerum ambobus charum complexa lacertis
Mater flebilium carmen Ædonidon
Triste gemens iterat. sed enim miserata Minerua
Tunc sociam verbis talibus alloquitur,
Dia, inquit, mulier verte hæc quæ protulit ira.
Non per me captus luminibus puer est,
Nam pueris auferre oculos haud dulce Minerus,
Verum Saturni legibus hæc rata sunt,
Vt quicunq; Deum aspiciat, nisi iusserit ipse,
Mercede ingenti scilicet aspiciat.
Dia igitur mulier fieri hæc infecta nequit res,
Quippe ita Parcarum fila voluta manu,
Editus vt primum puer est sed tu accipe contra
O Euerida quod maneat pretium.
Munera Cadmeis pro quanta adolebit in ignes
Quanta & Aristeus, votaq; suscipient,
Natus vt impubes Acteon, vnicus illis
Tantum oculis careat. namq; erit & Triuia
Concursor, sed non cursus, non æmulus illum
Tela arcus iaciens montibus eripiet,
Cum diuam (licet inuitus) se fonte lauantem
Viderit. At fiet qui modo erat Dominus,
Esca suis canibus. Sed enim nemora omnia lustrans
Dum genitrix nati colliget ossa sui,
Tunc te felicem, tunc dixerit esse beatam,
Cui mons vel cæcum reddiderit puerum.
Parce queri mea grata comes, nam plurima contra
Huic ego te propter præmia contribuam,

Esse dabo egregium vatem, quem protinus omnis
Perpetuo celebret nomine posteritas,
Cognoscet volucrum quæ prospera, quæq; volatu
Irrita, cuius item triste sit augurium.
Plurima Bœotis oracula, plurima Cadmo
Hic canet, & magnis plurima Labdacidis.
Huic ingens baculum dabo, quod vestigia ducat
Qua velit, huic vitæ tempora longa dabo,
Mox & honoratus Diti, colet infera regna,
Inter & exstinctos vnicus hic sapiet.
Adnuit his Pallas dictis quodq; adnuit illa
Perficitur, soli Iuppiter hoc tribuit
Natarum e turba, quæ sint patris omnia ferre
Lotrices, mater nulla deam peperit.
Immo Iouis vertex, vertex Iouis omnia nutu
Perficit, & natæ prorsus idem licitum est.
En vere nunc Pallas adest. Eia ergo puellæ
Quis Argos curæ est, ite deam accipite,
Cumq; bonis verbis, & cum prece, cumq; vlulatu.
Salue o diua, vrbem protege, & Inachiam,
Salue hinc abscedens, iterumq; huc flecte iugales,
Ac rebus Danaum sis precor auxilio.

De Ocno, & Asello, quodque apud Propertium mendose legitur orno.

CAPVT LXXXI.

APud Propertium eundem quarto elegiarum libello, ita duo versiculi leguntur: *Propertii locus.*

Dignior obliquo funem qui torqueat orno,
Æternusq; tuam pascat asellefamem.

Diu fateor animum meum stimulauerat, ac pupugerat quidam quasi scrupulus, donec eum codex vetustus euellit, quem mihi Bernardinus Valla celeber iureconsultus, & primæ homo nobilitatis Romæ abhinc ferme quinquennium commodauit, vbi non *orno*, sed *ocno* legi, legisseque me statim duobus eruditissimis iuuenibus ostendi, qui me domi commodum salutauerant. Liquet autem insinuari, a Propertio Socraticæ illius pictutæ argumentum, de qua sic Plinius libro naturalis historiæ 35. narrat. *Et piger*, inquit, *qui appellatur Ocnos spartum torquens, quod asellus arrodit.* At enim piger hic Ocnus (vt video) multorum inuitamentis vagus repente factus, & desultor, cottidie iam sedes mutat. Quapropter vt certo in siliquastro conquiescat aliquando, petenda fides est ab eo maxime codice, quem citauimus, hoc est, (vt vere dixerim) a stirpe, de qua istius coniecturæ pululauit occasio. Sic enim quiuis intelliget, neutiquam me

Bern. Valla

Commodũ.

Ocnos spartũ torquens.

mihi asserere aliena, sed mea duntaxat, inque meis libris nil prius esse fide.

Quod in Digestis titulo de edendo legatur ad alium, legi ad album conuenire.

CAPVT LXXXII.

Digest. loc. IN titulo *de edendo*, qui secundo Digestorum volumine legitur, verba Vlpiani sunt ita libro quarto ad edictum: *Eum quoq; edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstret quid dicturus est.* Sic etenim scriptum in Pandectis ipsis Florentinis. Atqui codices omnes, qui sunt in manibus, *nō ad album, sed ad alium habent.* Vnde multa videlicet Accursii hæsitatio. De albo autem prætoris intelliges.

De Harpocrate.

Catulli loc.

CAPVT LXXXIII.

EPigramma est Catulli:

Lalius audierat patruum obiurgare solere,
Si quis delicias diceret, aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdidit ipsam
Vxorem & patruum reddidit Harpocratem.
Quod voluit fecit, nam quamuis irrumet ipsum
Nunc patruum, verbum non faciet patruus.

Quæsitum diu quinam is foret Harpocrates, de quo mentionem & hoc loco faciat Catullus, & item in altero epigrammate, sic inquiens:

Si quidquam tacito commissum est fido ab amico,
Cuius sit penitus nota fides animi,
Me vnum esse inuenies illorum iure sacratum
Corneli, & factum me esse puta Harpocratem.

Nos tamen & Venetiis, & item Veronæ (quod diximus) abhinc annos octo ferme de eo studiosis aliquot publice responsitauimus, quorum nunc testor fidem, conscientiamque, si cui forte aliena adscribere, ac non mea potius mihi videor vindicare. Plutarchus igitur in libro quem de Iside fecit & Osiride, *Harpocratem* scribit *ex Iside ipsa natum & Osiride, qui cum illa iam mortuus rem habuerit, sed natum tamen præmaturo partu, debilitatisq; cruribus.* *Harpocrates.* *Eius significatio.* *Porro editum eundem circa bruma tempus minus absolutum & rudem, præflorentibus puta, prauirentibusq; terræ fœtibus, quocirca etiam lenis primitiæ illi offerri. Neq; tamen, inquit, aut imperfectum esse Deum, aut infantem, aut deniq; legumen aliquod existimandum, sed rudis imperfectiq; sermonis, minimeq; articulati præsidem quendam potius ac moderatorem. Ex quo etiam digito labra comprimit, argumentum taciturnitatis & silentii. Quin mense eo, quem vocant Mesorem, primitias leguminum offerentes, ita dictitant, lingua fortuna, lingua damon. Deque egyptiacis arboribus, Persicam in primis ei sacratam ferunt, quod fructus cordi, frons lingua persimilis.* *Persica arboris typus.*

Hacte-

Hactenus ex Plutarcho de Harpocrate, carptim, vellicatimque, & per interualla. Meminit eiusdem Lucilius quoque poeta Græcus in epigrammate ad Dionysium, monens vt siquem habeat inimicum, nec Isin ei, nec Harpocraten, aut qui cæcos Deus faciat iratos precetur, cogniturum quid Deus, quid Simo valeat. Sed & Tertullianus in Apologetico sic ait, *Serapidem, & Isidem, & Harpocratem, cum suo cynocephalo, capitolio prohibitos inferri, idest, curia deorum pulsos, Piso & Gabinius consules, non vtique Christiani, euersis etiam aris eorum abdicauerunt, turpium & ociosarum superstitionum vitia cohibentes, his vos restitutis summam maiestatem contulistis.* M. autem Varro in libro de Latina lingua ita scribit: *Calum & Terra, hi dei iidem qui Aegypti Serapis, & Isis, & si Harpocrates digito significat vt taceas.* De hoc igitur intellexit Ouidius libro Metamorphoseon nono. *Serapis & Isis.* *Ouid. loc.*

Sanctaq; Bubastis, variisq; coloribus Apis,
Quiq; premit vocem, digitoq; silentia suadet.

Et item Augustinus libro de ciuitate Dei 19. *Et quoniam, inquiens, fere in omnibus templis vbi colebantur Isis & Serapis, erat etiam simulacrum, quod digito labris impresso, admonere videretur, vt silentium fieret, hoc significare idem Varro existimat, vt homines eos fuisse tacerent.* Hactenus Augustinus. *Aug. loc.* Sed in epistola Abammonis Ægyptii ad Porphyrium, quam aut in Græcam vertisse orationem, aut certe composuisse Platonicus Iamblichus existimatur, de Deo quodam veluti secundo fit mentio, cui nomen Ægyptiaca lingua fecerit Icheon, hunc ostendit silentio coli oportere. Quod idem etiam de summi Dei cultu prolixe Porphyrius ἐν τῷ περὶ ζώων ἀποχῆς. Quin Dauid item propheta psalmum ita quempiam incoat. *Icheon.* *Dauidis loc.*

לך דומיה תהלה אלהים בציון

Lecha dumia tehila elohim bezion.

Id Latine significat, *Tibi silentium laus, Deus in Sion.*

Quod aliter tamen interpretes septuaginta verterunt, hoc est, *Te decet hymnus Deus in Sion.*

Quare Harpocratem puto Ægyptii suis adhibebant sacris, qui silentio colendum ostenderet summum Deorum. Plinius quoque de Harpocrate in libro naturalis historiæ xxxiii. hactenus meminit. Iam vero etiam Harpocratem, statuasque Ægyptiorum numinum, in digitis viri quoque portare incipiunt. Vt ergo ad Catullianum Lælium redeamus, scite ille quidem, ne obiurgaretur a patruo, posthabita illius quam comprimebat vxore, ipsum iam cœpit irrumare patruum, eoque pacto tacere coegit, quoniam loqui fellator non potest.

De libertinis, qui vocentur dediticii.

CAPVT LXXXIV.

Iustin. loc.

INstitutiones hæ quæ vocantur in iure ciuili, Iustiniani principis nomine editæ, sed a Triboniano tamen, doctisque aliis viris compositæ, etiam Græce scriptæ sub eodem prorsus intellectu reperiuntur. Nisi quia ritus quidam, consuetudinesque Romanorum veteres, vberius aliquanto, & laxius in Græco ipso, quam in Latino codice referuntur, vt peregrinis hominibus atque a Romanorum more, consuetudineque alienis, res tota penitus innotesceret. Sed quod *de libertinis*, *qui dediticii* vocabantur, strictius breuiusque, in nostris institutionibus, non alienum visum est ex Græci voluminis sententia, prolixius hic, atque ob id etiam dilucidius explicare. Qui igitur apud antiquos manumittebantur, modo maiorem, & iustam libertatem consequebantur, & fiebant ciues Romani, modo minorem, & Latini Iuniani ex lege Iunii Norbani fiebant, qui illorum quasi fœtæ fuerit inuentor, atque auctor: modo etiam inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia *dediticii*. Nam si quisquam diu seruiturem seruierat, supplicium ex delicto dedisset, vt aut inscriptus fuisset, hoc est, vt notas & stigmata inusta fronti accepisset, aut in publicum carcerem coniectus, aut ex delicto verberatus, & se deliquisse confessus fuisset, dein gratia inita a domino manumitteretur, *Libertinus dediticius* vocabatur, ad exemplum videlicet peregrinorum *dediticiorum*. Nam cum aliquando peregrini quidam Romanorum vectigales, elatis animis bellum repente aduersus eosdem suscepissent, tum victi vi, abiecti armis se victoribus dedissent, hactenus humane tractati sunt a Romanis, vt vitam quidem impetrarent, sed hac velut ignominia notarentur, vt *dediticii* deinceps vocati sint, quia se dedidissent. Quare etiam libertinorum hoc genus *dediticii* sunt ab Ælio Sentio nuncupati, vt qui in admittendo crimine velut iidem fuissent, eodem quoque nomine appellarentur.

Libertini. Latini Iuniani. Dediticii. Peregrinus dediticius.

Cuiusmodi apud Iuuenalem Cereris ludi accipiantur, deque Cerialium auctore Memmio.

CAPVT LXXXV.

Iuuen. loc.

IVuenalis in Satyra 14 sic ait.

Ergo omnia Flora,
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas.

Nemo ex iis poetæ huius interpretibus, super ludis Cereris quippiam locutus, non quo nomine appellarentur, non quæ fierent in eis, non item a quo primitus celebrati, non vbi de his facta mentio. Quæ singula tamen a boni, doctique interpretis officio non abhorrebant. Quocirca totum id nobis farciendum, ne curæ illius nostræ scrupulositas in paruulis etiam momentis desideretur. Ludi igitur *Cereris*, quorum hic est memoria, *Cerialia* dicti, quibus equorum cursus in circo celebrabantur, primusque eos C. Memmius Ædilis Curulis fecit. Cornelius Tacitus in libro historiarum

Cerialia.

tiarum sextodecimo, de Nerone principe loquês, *Tandem*, inquit, *statuere Circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exequi destinata, quia Cæsar rarus egressu, domoque, aut hortis clausus, ad ludicra Circi veniitabat.* Et paulo post: *Vtque Circensium Cerialium lucrum pluribus equitum cursibus celebraretur.* Ouidius in quarto Fastorum. *Circenses.* *Ouid. locus.*

Circus erit Pompa celeber, numeroque deorum,
Primaque ventosis palma petetur equis,
Hic cereris ludi non est opus inde caussa.

Dion quoque historiæ scriptor in libro 42 narrat, *potito iam rerũ Cæsare, Ædilis tum primũ duos ex patritiis, quatuor ex plebe creatos. Sed duos illos superiores, a Cerere fuisse denominatos idque ab illo initio scribit ad suam vsque ætatem permanere.* Idemque etiam Dion, libro 47 ante deiectum Brutum euenisse ait, *vt Ædiles plebei gladiatorum certamina pro equorum cursibus Cereri exhibuerint.* Præterea Laurentius Medices, vir omni laude præcelleus, nomismata compluria nobis ostendit, quæ faciem viri barbatam, & intonsam habeant, cum duplici titulo, Quirinus & C. Memmi. Altriusecus autem Cereris imagunculam draconibus vehentem, cum titulo huiusmodi. *Memmius Æd. Cur. Certaba Preimus fecit.* Vbi etiam preimus non primus cum d phõgo in priore syllaba notatum obseruauimus. Hunc nos putamus autem C ipsum Memmium fuisse qui prætor cum L Domitio fuerit, quique Cæsari obiecerit etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse, cũ reliquis exoletis, quique eundem Cęsarem asperrimis orationibus lacerauerit. Mox reconciliatus, etiam suffragatorem in petitione consulatus habuerit. De quo sic in epistola ad Atticum Cicero libro 4. *O virum, o eidem Memmium. Cæsaris omnes opes confirmant, cum eo Domitium consulem iunxerunt, qua pactione, epistola committere non audeo.* Ad eumque puto, vel certe ad filium, liber poetæ Lucreti de rerum natura scriptus. Siquidem & dignitas hominis, & tempora congruũt, nisi tamen arbitrari malumus, filium potius eiusdem C. Memmi, cognominem patri, ædilem Curulem tum factum a Cæsare. *Ædiles Cereal.s.* *Vehentem draconibus.* *Preimus.* *Memmius.*

De fluctu decimo seu decumano, cuius permulti poeta meminerunt

CAPVT LXXXVI.

OVidii poetæ versiculi sunt in primo Tristium volumine:

Quo venit hinc fluctu, fluctus supereminet omnes
Posterior nono est, vndecimoque prior.

Decumanum intelligit fluctum, qui fieri maximus dicitur, sicuti ova quoque decumana dicuntur, quæ maxima. Nam & ouum decimum maius nascitur. Ex hoc scuta quoque decumana, quæ essent amplissima, sunt appellata. Et decumana in castris porta, ab hoste auersa. Sicutique *decumanus in agro limes* ab oriente ad occasum, nõ mihi propterea videtur dictus, quon ã *quasi duodecimanus.* *Decimum seu decumanum.* *Ouid. locus.*

vt M. Iunius Nypsus opinatur, id enim nimis durum, & coactum, sed quoniam longissimus. Nam cardo ipse iam dimidiatus decumano scilicet anticipante, consideratur. Sed de fluctu decimo, siue decumano, etiam in vndecimo Metamorphoseon poeta idem meminit his verbis:

Vastius insurgens decima ruit impetus vnda.

Et Silius Italicus libro 14.

Non aliter Rhodopes Boreas a vertice praceps,
Cum se immisit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras.

Sed & Seneca in Tragœdia Agamemnone:

Hac onere sidit, illa conuulsum latus
Summittit vndis, fluctus hanc decimus tegit.

Valerius etiam Flaccus Argonauticōn secundo sic ait:

Quanta quoties & Palladis arte
Incassum decima cecidit tumor arduus vnda.

Lucanus quoque in quinto Pharsaliæ:

Hac fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Intulit da cum puppe leuat.

Vt vel hoc ipsum notabile sit, atque insigne, tantopere decimum istum fluctum velut a conspirante poetarum choro celebrari.

Quod erat in Ciceronis epistola vocabulum Philotheoron, corruptum dein improbe in nomen, quod est Philoctetes.

CAPVT LXXXVII.

Cicer. locus.

IN Ciceronis epistola ad Trebatium, cuius initium, *In equo Troiano sciis esse, in extremo. sero sapiunt*: ita scriptum fere cunctis exemplaribus inuenitur. *Deinde quod in Britannia non minus quam Philoctetem te præbuisti, plane non reprehendo.* Diu me torseram, maceraueramque eliciendo sensu de verbis his, neque procedebat. Quorsum enim de Philoctete hic Cicero? Sed enim postea codicem illum vetustissimum, Laurenti Medicis opera sum nactus, quē & superius citaui, minus multo quam ceteri deformatum, inquinatum, peruersum, conturbatum. Nam in eo sic erat: *Deinde quod in Britannia, non minus philotheorum te præbuisti, plane non reprehendo.* Nam *philotheorus* is est, qui spectationum studiosus, qualem se Trebatius in Britannia præbuerat, dum prælium fugitans otio se affert, in armis mediis. Ex quo Ciceroni materia loci, & cauilli.

Philotheorus.

Vnde illud tractum, fuimus Troes, quaque exstent in literis, super Lacedæmoniorum choro, & cantico.

CAPVT LXXXVIII.

Fuimus Troes Virg. locus.

FVimus Troes, hic loquendi color tam efficax, de consuetudine chori illius Lacedæmonii ductus, quasique in adagium ascitus. Nam vt est scriptum apud Plutarchum in libello, cui sic est titulus, *Quo pacto laudare se quispiam citra inuidiam valeat*, Chorus erat Lace-

Lacedæmoniorum trifarius, senum, puerorum, iuuenum. Canebant autem senes ita, ἄμμες πότ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι. Quo significabant fuisse quondam se robustos iuuenes. Pueri vero sic ἄμμες δέ γ' ἐσόμεσθα πολλῷ κάρρονες. Ex quo se futuros longe his meliores ꝓfitebãtur Iuuenũ autẽ cãtio hæc. ἄμμες δέ γ' εἶμεν ἂν δὲ θέλεης αὐγάσδεο Indicans ipsos iam id esse, ꝙ vel illi fuissent, vel hi futuros sperarent, eiusque rei paratos facere periculum. Quod item scriptum in Diogeniani collectaneis. Consimile prouerbium de Milesiis ponit Aristophanes in comædia Pluto.

πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι.

Vt iam non esse eos viros fortes intelligamus, quos olim fuisse dicamus. Hoc intellectu Cicero de coniuratis agens, Vixerunt, inquit, exstinctos, ea voce nescio quo pacto significantius declarans, minusq; multo inuidiose quam si plane dixisset occisos.

Quod Seruius Grammaticus Bucolicos Maronis versus, tam mendose legit quam falso enarrat. Notataque ibi & relata quædam super initiandis pueris, superq; Diis aliquot veterum, maximeq; Geniis & Iunonibus.

CAPVT LXXXIX.

IN Bucolicis Vergilianis hi duo sic versiculi leguntur, *Verg. locus. Seruius notatur.*

Incipe parue puer, cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Quos enarrans Seruius haud inceleber grammaticus, & veram lectionem (quod eius pace dixerim) contaminat, & fabulam sibi ex tempore, commodoque suo confingit cõtra omnem veterum auctoritatem. Neque enim cui, sed qui legendum, hoc est, non casu datiuo, singularique numero, sed plurali nominatiuo, quanquam vtrobique apud veteres eadem vox, iisdemque notata literis, sicuti in primo Quintiliani de Institutione oratoria, non oscitans lector inueniet. Ex quo etiamnum versiculus in 7. Valeri Flacci Argonauticωn libro.

Curaque cui profuga forsan tenet alta carinæ.

Etiamnum, inquam, iste versiculus, cui retinet, non qui, tam scilicet in vetustissimo codice, de quo reliqui fluxere, quã in his quoque peruulgatioribus. Quod autem dicimus qui legendum, non cui, docet idem Quintilianus in nono, figuram esse declarans hic in numero, sic vt plurali singularis subiungatur. *Ex illis enim, inquit, qui non risere, hunc non dignata.* Quis autem dubitet, quin de Vergilianę, lectionis incolumitate Quintiliano credendum sit potius, quam Seruio, pręsertim qui manum quoque Vergili citet aliquando & Ciceronis? Quocirca manifestum est quod diximus, mendose locum a Seruio adduci. Fabulam autem sibi eundem ex proposito, commodoq; finxisse quis non videat? cum nusquam ob id pręcipitatum fuisse Volcanum legamus, quoniam deformis natus, quoniamque ei non Iuno arriserit. Etenim poeta Homerus *Vulcanus cur præcipitatus & quod sit Iouis natus.*

obid ait, quod matri contra Iouem patrem suppetias tulerit. Natus enim ex Ioue & Iunone secundum Homerum Volcanus, licet ex Iunone sola fingat Hesiodus in Theogonia, sicuti ex solo Ioue Minerua dicitur. Vnde ἄπατωρ a Theocrito vocatur in ænigmatio, cui βαρὺς inscriptio. Quare parentes ad Iouem, Iunonemque vix satis etiam proprie referentur. Sed & illud sane quam frigide Seruius idem, quod neque admissum ad epulas deorum Volcanũ dicit, neq; diuinos honores meruisse, quem Varro etiam *inter selectos Deos numerat septimum*. Tum ne processerit quidẽ vel isto pacto quod molitus Seruius, quando non obid ait præcipitatũ, quod haud riserit, sed quod ipsi haud arrisum. Viderimus, vtrum ne ipse mox credibiliorã suspicer, certe iam Seruius verissimis reuincitur. Et quidem sic ego legerim, sic enarrauerim: Patẽtes Salonini pueri de quo nunc agitur, vt sit *parentes vocandi casu, hunc qui non risere, neque deus mensa dignatus, neque dea cubili*, hoc est, nec Genius nec Iuno viralibus auris dignum putauere hunc, ex illis, *qui non riserc*, vt sit figurate dictum, Quintiliano teste, pro eo quod est tũc, qui non risit, vel qui e numero est eorum, *qui non risere*. Credebatur enim habere quisque suum deum, suamque deam, hoc est, suum Genium, suamque Iunonem vitæ præsides. Hos igitur indicauit Maro Catexochen. Mensa enim Genio conuenit, vt *Funde merum Genio, Iunoni lectas*. Quod Iunius quoque Philargyrius docet, hunc ipsum ita interpretans locum, *Pueris*, inquit, *nobilibus editis, in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponitur Herculi mensura*. Sed & apud Varronem lectum est, *initiari pueros Educa, Potina, & Cuba, atque edendi, potandi & cubandi, vbi primum a lacte, & cunis transferunt*. Quam Varronis auctoritatem Donatus in Phormionem Terentianam adducens, etiam hunc ipsum citauit Maronis versiculum, atque idem Probum quoque retulit adnotasse. Mensa igitur & lectus argumenta vitalitatis, quod initiis ipsis adhiberentur. Ceterum habet homo suam sibi ridendi proprietatem. *Qui vero non rideat, ei qui potest esse vita vitalis*? vt ait Ennius. Deum vero, deamque ad has referre Varronis Educam, Potinam, Cubamque nequeas, quod hæ fœminæ omnes, vt Augustinus etiam in libro de ciuitate dei sexto declarauit, sed ad Pilumnum ratione pari & Pitumnum, coniugales deos, quibus vt ait Varronem scribere Martianus in secundo libro de vita patrum, natus si erat vitalis, sin ul ab obstetrice fuerat sublatus, & in terra stratus, vt esse rectus auspicaretur, sternere etiam in ædibus lectum consueuerunt. Restat igitur vti quod de Genio & Iunone diximus, auctoritatum quoque tibicinibus fulciatur. Plinius itaque nat. historiæ 1. *Cum singuli*, inquit, *ex semetipsis totidem deos faciant Genios, Iunonesque adoptando sibi*. Seneca epistolarum ad Lucilium vndeuigesimo: *ita tamen, ait, hoc seponas volo, vt memineris maiores nostros, qui crediderint, Stoicos fuisse. Singulis enim & Genium & Iunonem dederunt*. Vnde arbitror Iuuenalis.

Deus selectus Vulcanus.

Loci enarratio.

Genius. Iuno.

Initiandi puerorum superstitio.

Ridere hominis principium.

Iuue. lotus.

Et

Et per Iunonem (inquit) domini turante ministro.

Hoc enim reprehendit Satyricus poeta, quod non per Genium, sed per Iunonem domini ministeriuraret, videlicet more muliebri. Quocirca sic illa apud Petronium Arbitrum Quartilla loquitur. *Iunonem meam iratam habeam, si vnquam meminerim virginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum, & subinde protuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc aetatem perueni.* Hinc etiam puto natum prouerbium illud, dicatur vt posse taurum tollere, qui vitulum sustulerit. Ceterum si detur modo, non iniquum plane a nobis peragi reprehensionem, labascereque iam commentum istud Seruianum, quod antequam talia prodebamus, pro indubitato obtinuerat, reliqua in medium (ne nobis blandiamur) libera opinaturis relinquemus.

Qui vir Theodorus Gaza quantumque tamen lapsus in Aristotelis problemate verso

CAPVT XC.

NOn recuso, quin sub censuram, sub aleamque veniat, quale cunque hoc erit, de quo scribam, dum ne sint in hoc albo duæ mihi maxime suspectæ literariæ pestes, inscitia, inuidiaque, dum ne quis mihi amusoteros (vt verbo vtar quo Symmachus) dum ne quis opicus, dum ne quis durus, & contumax, & in hominis verba, quam in veri fidem iuratus, contingat iudex. Quod si iudices etiam nuncupandi, non Tarentinos equidem, & Consentinos, & Siculos mea ista legere, sicuti sua quædam Lucilius, sed Latinos homines, Græcæ literaturæ non ignaros, non Iunium Congium volo, sed Scipionem? sed doctissimum omniam Persium, atque Rutilium, hoc est siqui sunt illis compares, macti prudentia, ingenio, doctrinaque viri, ad quorum iudicium iure sit elaborandum, qualis puta, si liceat, is ipse est, qui mihi instrumenta studiorum tam multa, otiumq; altissimum suppeditat, auis atauisq; potens, Medices Laurentius, Florentinæ reip. cõ lumẽ cuius, cũ iudiciũ illud circumspectissimum, & naturalem quandam mentis altitudinem maxime quæque in actu rerum, vel ciuitates experiuntur, vel principes, cum eundẽ in literis, & humanitatis, ac sapientiæ studiis ei deniq; non admirantur, qui non penitus vt ipsi, qui non introrsus inspexerunt. Quale est itẽ Ioannes Picus hic meus e Mirãdulanis principibus absolutissimum naturæ opus, a quo philosophia Latine iam meditans loqui, summum puto fastigiũ accipiet. Quales præterea duo illi, sed vna deuincti amoris copula, Venetti patricii sunt, Hermolaus Barbarus, barbariæ hostis acerrimus, qui Latinæ philosophiæ velut arma, instrumentumq; verborũ sic aut aure diligentissima terget, aut incude noua fabricatur, vt ob ipsius industriam iam nunc pene in isto quidem genere, vel nitore, vel copia viuamus ex pari cum Græcis: Et Hieronymus Donatus, vir nescio vtrum grauior an doctior, an etiam humanior, certe

Tarentini Consentini.

Laurentii Medicis laus.

Pici Mirandula laus.

Herm. Barb.

Hie. Donatus.

omni lepore affluens, omni venustate, cuius tamen ob id vereor, ne leuior cuiquam censura videatur, quoniam me pulcerrimo carmine, sed & epistola vna atque altera mire laudauit. Licet enim tantum boni de me ipso, qui multum a tolerabili, nedum a perfecto absum, pudeat credere, magis tamen tanto viro pudet non credere, talia de me, sic (vt apparet) ex animo affirmanti, dum nostra hæc qualiacunque sunt, arriserint, floccipendo iam nunc imagines penitus, vmbrasque laruarum, quibus natura esse dicitur (vt sancti viri verbis vtar) *terrere paruulos, & in angulis garrire tenebrosis.* Theodorus igitur Gaza vir Græcus, & vt doctis etiam videtur eruditissimus, Aristotelis problemata vertit in Latinum. Sed in quo problemate quæritur, cur homines, qui ingenio claruerunt, vel in studiis philosophiæ, vel in rep. administranda, vel in carmine pangendo, vel in artibus exercendis, melancholicos omnes fuisse videamus, & alios ita vt etiam vitiis atræ bilis infestarentur, in eo manifestius vtique (ni fallor) insigniusque exstitit interpretis erratum quam vt excusari iam, dissimulariue possit. Nam cum illic exempla subiiciat Aristoteles heroum, qui laborasse dicantur atra bile, primumque de Hercule agat, fuisse illum nimirum tali habitudine, signis, argumentisq; colligit istiusmodi, quod & Comitialis morbus sacer ab eo sit dictus, & filios occiderit vecors, vt in Senecæ tragœdia tractatur, & antequam obiret, scarentium vlcerum eruptione laborauerit. Vnde illa puto Nessea tunica venerit in fabulam, nam hoc quoque vitium atræ bilis est. *Ex quo etiam Lysandro Lacedæmonio proximo ante obitum, genus* id, inquit, *vlcerum emersit.* Theodorus itaq; quod ad filios, & ad vlcera Herculis attinet, ita denique interpretatur. *Puerorum quoque*, inquit, *motio mentis idem hoc explicat, & eruptio vlcerum, qua mortem interdum antecedit.* Cum sit ita Græce. κρὶ ἡ περὶ τοὺς παῖδας ἔκστασις κρὶ ἡ πρὸ τῆς ἀφανίσεως αὐτοῦ ἐν τῇ ἑλκῶν ἔκφυσις γενομένη.

Gaza erratum.

Atra bilis.

Her. furor.

Comitialis morbus sacer.

Nessea tunica.

Vlcera Herculis.

Neque autem dubitem ex vsu esse, antequam ipsi locum vertimus, perpendere diligentius, quid sibi illud velit ἐν τῇ, quod ille dissimulat, quæ ve de præpositione, articuloq; illo abiuncto sententia elici possit. Et quidem ego sic arbitror legendum corrigendumq; ἐν οἴτῳ, vt sit ad verbum sensus. *Et in liberos suos pauor, seu mauis dicere mentis excessus, & ante obitum ipsius in Oeta vlcerum eruptio.* Quod autem pauorem maluimus, aut mentis excessum vertere, quam vt iste, motionem mentis, quæ Græce *sit Ecstasis*, auctorem sequimur in priore, quem psalmorum probat interpretem Pictauiensis Hilarius in posteriore Hieronymum, qui tamen alicubi solitarium quoq; illud excessus Latine pro illo Ecstasis reddidit. Nam pauorem Cicero quoque, *metum definit esse mentem loco mouentem* Séd de nomine alias. Nunc quod instat. Profert exempla Aristoteles, per quæ manifestum fiat, Herculé quoq; atra bile vexatũ, sicuti dein Aiacẽ, Bellerophontẽ, ceterosq; ostendit, vt sensus

Ecstasis.

Hilarius.

Atra bile vexatus Hercules.

ordo

ordo, ratio, prætereaque veritas inexpugnabilis, & vinci nescia, nostræ prorsus interpretationi suffragentur. Quorsum enim hic de pueris mente motis in mediis agatur heroibus? aut quæ magis ætas a bile hac atra, quem furorem dicimus, quam puerilis abest? Quid autem generalem hanc vlcerum ante obitum eruptionem accipit, quod neq; verba significant Aristotelis, & plane illius proposito, voluntatiq; contrarium? Nempe qui probare nitatur ex argumentis quibuspiam, atque exemplis, non pueros, non quoslibet atra bile, sed heroas, maximosq; viros inquietari. Quin illud etiam diligentius cogitandum, *facere ne tantum morbus, vt Aristoteles*, ait, *an etiam Herculeus*, quod de suo Theodorus adiicit, *appelletur*. Atqui locum eundem male versum a Petro etiam Aponensi, cui cognomentum, ex re Conciliatori factum, naturæ rerum, ac medicinæ consultissimo, sed vt tum fuere tempora, parum linguæ vtriusque perito homine minus equidem indigner. Is autem errantem suo semet indicio prodit, in commentario quodam super hæc ipsa problemata composito. In eas enim se coniecerat angustias, vt explicare nil posset, ac stuporem, siue quod ait ipse, congelationem quæ pueris accidat, denominari inde cogatur dicere, hoc est (vt arbitror) ab Hercule. Quod ego illi tum dedero, cum denominationis istius vox quæpiam indidem pronuntiabitur. Sed enim Theodori caussam facile iam quiuis impulsam, prostratam, constrictam sciat, etiam si nihil adiiciamus. Quin ipse credo, si reuiuisceret, & de hoc admoneretur, neutiquam pro recto defenderet, si plus vero daret, quam studio potius, vt in duodecim scriptis adsolet. Quoniam moti semel pœniteret, concedi sibi postulatet, vt calculum reduceret. Nec autem nos hæc de eo notaremus, si non plurimi faceremus. Non enim sic dementis otii sumus, vt incolumi dignitate nostra velimus eo abuti contra recentem, nimiumque iam triuialium nugamentorum prouentum, contraque ista pene dixerim mendicabula & propudia garrulorum, nescio risu ne explodēda magis, an silentio dissimulanda, quo perpetuo ignobiles, inter suas ineptias delitescant. Hoc autem duntaxat attulimus, non quidem obstrigilandi, quod dicitur, caussa, sed admonendi potius studiosos, qui scribendi onus hoc laborioſissimū pariter, iuuidiosissimumque susceperint, ne quid vnquā de intētione remittant, neu parcant industriæ, operæque, neue indulgeant sibi, aut oneri cedant. Circumspiciant vndique, librent, pendent, exigantq; singula, nihilque non ofactent, non excutiant, non examinent, non castigent etiā atq; etiā, ac sub incudē sæpius reuocent. Consulantq; interim vel minus eruditos, & tenuiorum (vt ita dixerim) viriculas non aspernentur. Quando ita ferme comparatū est, vt in alienis erratis Lyncei simus, in nostris lippi, cæciq; ac non videamus, vt Catullus ait, *Mantica quod in tergo est*.

Petrus Aponensis.

Paraneſis bona.

Sed inprimis caueant hoc tamen, qui scribunt, ne dū nimis ad vo-

ta laudum properant, cruda adhuc in publicum sua studia propellãt. Illud in Theodoro mirari me fateor, quid ita scripserit in præfatione librorum de animalibus Aristotelis, quibus vnis præcipue cõmendatur, *admirũ sese a nullo, nec certare adeo cum ceteris interpretibus, quos* inquit *vincere nullum negotium est*, cum libros eosdẽ sic Georgius Trapezuntius ante ipsum luculente verterit, vt vel redditis quæ apud veteres inuenerat, vel per se denuo fictis, excogitatisq; vocabulis, Latiam profusus indolem referentibus, vitio factũ, nostro, primus opinor iuniorum, docuerit, cur ipsi minus multas, quã Græci rerum appellationes habeamus. Hos igitur siquis libros diligenter legerit, minus profecto Gazam laudabit, pene illius vestigiis insistentẽ, quin si homo erit ingenuus, credo stomachabitur, hic a Theodoro dissimulatũ, per quem maxime profecerat, sic habitũ pene contemtui ludibrioq;, cuius potissimũ laboribus insidiabatur, nobis vero etiam fortasse habebit gratiam, quod ista reddere suis auctoritatibus contendamus. Nam quantum sibi Georgius in eo placuerit opere, vel illa de præfatione verba significant quibus sese libros eos *Latinis* ait *non minus elegantes, emendatosq; dare, quã apud Græcos habeãtur*. Sed & hoc ad se trahere Theodorus conatur, vt item quæ de mensibus Græce prodidit, ex huius potissimũ de qua loquimur interpretationis procemio sublegũtur At enim fuere, sicut apparet, acerbissimæ inter hos Græcos inimicitiæ, sic vt in grammatico quoq; suo cõmentario Theodorus Georgium vocet hunc pornoboscon, quod alentem scorta significat, alludens iam bitrorem ad Georgiũ veterum grãmaticũ, cui cognomentũ Græci Chœroboscon dixere. Cetera porro, quæ Theodorus hic edidit, vbi modo nõ repetundarũ sit accusandus, sicut eruditione, diligentiaq; non careat, ita sunt, vt mihi quidẽ videtur, ad examen quoddam strictius, curiosiusque reuocanda. Nos hoc loco nec doctorũ nitida nomina tentamus apud imperitorũ decolorare iudicia, nec tamen dissimulare, quid in quoq; desideremus, aut in honoratũ transire volumus, cui veritas patrocinetur. Vt autem habere stilũ quam maxime ingenuum, paratumq; volumus, ita quam minime accusatoriũ, quam minime licentiosum & noxiũ. Nec n. tam vafritiã profitemur, quã exhibemus in iustriam. Quid autem nos olim de doctrina æstimauerimus ingenioq; Theodori, Græcis aliquot & Latinis epigrammatis testati sumus, quorũ nunc vnum duntaxat, idq; Græcũ iubiciemus. Si quis tamen hæc quoque, si quis captus amore leget. Igitur sic est.

Georg. Trapezuntius.

Lib. quarto sub finem.

Pornoboscos.

Κἆτα μίγας ποτ' ἀγὼν γαζῆθεν ὠρσεν ἀμφὶ
μουσαις αὖτ' ἀυσονίαις ἠδ' ἑλικωνιασι.
Ταῖς μὲν γὰρ ἡμῖν, ταῖς δ' ἀυθρισπίκρι' ὀφειλεν
ἱππας ἡ τίπις τὸν γ' ἀυσονιὴν δ' ἐτρεφεν.
Ἴσον δ' ἀμφοτέρων σοφίην γλωττίην τ' ἐκέκασο,
τὸν δ' ἐυτ' ἀυτὸς ζῶν σ' ἀρίκρις θανών

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ ἰταλίης μεγάλῃ ἐπὶ ἑλλάδι κεῖσθαι
εἵλετο, ὄφρα κλέος ξυνὸν ᾖ ἀμφοτέραις.

Quo pacto vir ide Græce transtulerit, quod est apud Ciceronem, Suadæmedulla, positiq; Eupolidos versus de Pericle, tum indicatũ, quibus, deniq; dea Pitho Latinis appellationibus censeatur.

CAPVT XCI.

LIbellum Ciceronis aureolũ de Senectute Theodorus idem Gaza non incõmode profecto, nec infeliciter vertit in Græcã linguam, sed est in eo quoq; (ne quid grauius dixerim) paulo nonnũquã indiligentior. Illud interim pro argumento sit, quod ait strictim Cicero, M Cethegũ ab Ennio *Suadæmedullam dictũ*, vocabulum illud *Suadæmedulla*, μελίγηριν Theodorus, quasi tu dixeris *dulciloquum* interpretatur. Cum Cicero idem in Bruto locũ hunc Enni, verbaq; sic ampliter exponat: *Suadæmedulla*, inquit, *Pitho quam vocant Græci, cuius effector est orator, hanc Suadã appellauit Ennius. Eius autẽ Cethegum medullam fuisse vult, vt quam deam in Pericli labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorẽ fuisse dixerit.* Hactenus in Bruto Cicero. Quo apparet vtique non intellectum a Theodoro locũ. Neq; enim μελίγηριν debuerat, sed πειθοῦς μυελὸν interpretari. Neq; id pluribus tamen arguemus, quia verborũ disceptationis res non est arbitro eius & cognitore Marco Tullio. Quoniã autem Marcus Tullius etiam Eupolin citat, qui deam scripserit hanc persuadendi sessitauisse in Pericli labris, quam Pitho vocet ipse, Suadã vero Ennius, agedũ (si placet) ipsos ex Eupolidos δήμοισ (id enim comœdiæ nomen) versiculos subiiciamus gratũ puto futurum studiosis, si ceu spicilegium racematio-nemq; faciamus, aut si tabulas velut quaspiã ex hoc literarũ naufragio collectas in corpus aliquod restituamus. Sunt autem quos inueniamus hi.

Suadæmedulla.
Pitho.

κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν
ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς
ἐκ καίδεκα ποδῶν ᾔρει λέγων τοὺς ῥήτορας.
ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δὲ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν,
οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητρόων
τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε σοῖς ἀκροωμένοις.

Neq; autem istos Eupolidis poetæ versus, ex ipsius statim fontibus hausimus, vt cuius opera ętate interciderint, sed eorũ partim ex interprete quopiã Aristidæ rhetoris accuratissimo, partim ex epistola Plini Iunioris accepimus. Quin Aristides ipse oratione quæ pro Pericle inscribitur, comici eiusdẽ testimoniũ aduocans, ita loquitur: μόνου δὲ πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐν τοῖς χείλεσιν. Quã autem vocauit Ennius Suadã, puto eandẽ Suadela Horatius. *Sed bene*, inquit, *nummatum decorat Suadela, Venusque.* Neque enim assentiam Porphyrioni, Veneris id epitheton existimanti. Nam Cicero in lib. de Oratore tertio, cum de Pericle loquatur, *Lepore maluit*

Suadela.
Horat. loc.
Lepor.

nuncupare, quã Suadam, sic inquiens, *Cuius in labris veteres comici etiam cum illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo vim fuisse, vt in eorum mentibus qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret.* Cõtra autem Quintilianus ne enuntiare quidem istius deæ Latinum ausus nomen, ita in decimo scribit Oratoriarum institutionum: *Et quod de Pericle veteris comœdia testimoniũ est, in hunc transferri iustissime potest, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam.* Porro Martianus, modo Suadam, modo Pitho nuncupat. Nos eandem in poematis Manto, Ambraque nostris, modo Suadam, modo Leporem, videlicet Ennium, Ciceronemq; secuti.

Qui sint apud Liuium Caussarii.

CAPVT XCII.

Liuii locus. Caussarii.

LIuius in septimo ab vrbe condita, *Tertius*, inquit, *exercitus, ex caussariis ſenioribusq; a T. Quintio scribatur, qui vrbi, mœnibusq; præsidio sit.* Caussarii qui sint, nõ temere qui tibi explicet inuenias. Sed id ex verbis tamen Vlpiani iureconsulti lib. 6. ad edictum facile colliges. Ea sunt in tertio scripta digestorum volumine, quo titulo de his agitur, qui notantur infamia. Verba ita sunt. *Ignominia causa missum, hoc ideo adiectum est, quoniam multa genera sunt missionum. Est honesta, qua emeritis stipendiis, vel ante ab imperatore indulgetur, & caussaria quæ propter valetudinem laboribus militiæ soluit* Ex quibus verbis ratiocinari possumus, caussarios proprie dici milites, valetudinis caussa missos.

Vindicata Iustiniani Principis præfatio quapiam a vitiis, mendisque aliquot.

CAPVT XCIII.

PVdet me seculi nonnunquam istius, in quo sum natus, indocti nimis, & arrogantis, versantem animo identidem, quæ monstra rerum verborumq; libros etiam ipsos legum, quibus regimur, occupauerint. Sicuti quod nuper, dubiũ tidens, an stomachans, adnotabam in epistola Iustiniani quæ posita est ante Digestorum libros, Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isidoro, & Anatolio, & Thalleleo & Cratino viris illustribus, anteceſſoribus, & Salaminio viro disertissimo scripta. Nã cũ doceat illic Imperator anni quarti studiosos Græco vocabulo *lytas* appellatos, & item quinti *prolytas*, vt in Pandectis extat illis archetypis, cuncta nunc habent exemplaria *hirtos* in priore, *coloritas* in posteriore loco, nihili vocabula, sed quæ tamen ab Accursio pro maxime idoneis enarrentur. Quin primi anni auditores, non *dispendii* (quod vulgo) sed *dupondii*, sicut in Archetypis inuenio, *tam friuolo*, vt idem ait, *quam ridiculo cognomine appellabantur.* Sed & in eadem epistola (vt in transcursu hoc quoq; ostendam) desiderantur verba de sexta Iliados Rhapsodia cum Glaucum & Diomedem nominat Imperator inter se dissimilia permutantes. Etenim post id verbum, sequi statim debet hic Homericus versus, si Archetypo credimus:

Lyta. Proclyta.

Dupondii.

χρύσια χαλκείων ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων

Lepidum Seueriani commentum, de lunæ factura & solis, deque menstruis diebus & annuis.

CAPVT XCIIII.

PErcurrimus aliquando ego & Picus hic Mirandula, nunquam satis homo laudatus, subcisiuis horis, antiquos exactores instrumenti sacri fœderis, Græcos maxime, Diodorum, Philonem, Gennadium, Aquilam, Origenem, Basilium, Didymum, Iliodorum, Apollinarem, Seuerianum, alios id genus complures, quorum ille sicutiq; Latinorum sententias omneis, quam diligentissime cū Iudæorum & Chaldæorum interpretum conferens opinionibus, nihil non euentilat, & pensiculat, vnde modo aut veritas eliciatur, aut obscuritas tolli, aut roborari fides, aut refelli possit impietas. Sed quod apud Seuerianum superioribus diebus, auctorem lucubratum, memini nos legere, visum est haud ingratum, quod in hunc acciperetur gregem. Solem factum a Deo primitus, & lunam legisse Hebræus prodit, quarta mox vt orbem inchoauerat die, quitamen quoniam alterum diei, noctis alteram præfecisset, etiam illum in orientis credi potest, hanc in occidentis posuisse confinio. Nec autem debuit (quemadmodum quidem hic opinatur) hæc principio statim lunā fingere Deus, vt detrimento affecta, vt decerpta, vt gracilescens, vt discriminata, vt inanis, vt diluta, vt exhausta foret lumine, qualem nunc esse eam vel nascentē, vel intermenstruā, vel senescentem, vel in coitu, vel in ipso quoq; deliquio videmus. Quin orbe pleno potius, integroque circulata, non gibbosa, non prætumida, non sinuata, non corniculans, nō diuidua, non silens. Etenim ista dein multiformitas temporum erat, & noctium & dierum velut interuallaris & discriminatrix futura. Quocirca edito recens, & matutinos ingrediente carceres sole, luna prorsus e regione metam finitoris radebat occiduam, mum fextum primum orbis & in suo quasi dixerim tyrocinio. Sed vt ad occidentem ipse circumactus est, etiam inuicem peruecta luna suo curriculo est ad orientis collimitium. Sic igitur audientes dicto, diu pariter præfuerunt, noctique. Cur autem non se tum potius, quartæ lunæ facies exhibuerit, quota est edita die? quoniam summum, inquit, luna quarta tenere occidentis limitem nequiuisset. Ita rotundata specie, plenoque prorsus ore quintamdecimam pro quarta exhibens, vndecim sibi dies velut arrogauerat, ac totidem plane dierus luna solem natura præuertitur. Ex quo fit vt soli etiam iure dies illos reluna quasi bona fide restituat. Nam cum sit vndetrigināta & semissis dierum menstruus lunæ calculus, dissultat hinc annarius duodecim mensiū numerus e diebus omnino 354. Quæ summa vndecim sibi alios agglutinans, quos a primordio luna sicut auctuariū præsumserat annū constituet lunarem solarem 300. & 65. dierum. Tantū Seuerianus, lepidiore tamen puto quam veriore cōmento,

Veteris testis enarratores.

Pici diligentia.

Lunæ & solis factura.

Luna quarta.

quo etiam creſcere in immenſum poſſit fabularis illa de Arcadum vetuſtate ſuperlatio, qui proſeleni, quod eſt ante lunares appellati, ſi fuerit in confeſto diebus eſſe vndecim lunam, non tam mundo ipſo, quam initiali quoque die maiuſculam.

Arcada proſeleni.

Græcum elegans adagium ſuper xeniis, Digeſtorum exemplaribus reſtitutum.

CAPVT XCV.

LIbet in gratiã iureconſultorum reſtituere Græcũ quoq; prouerbium ſublatum plane de ipſorum libris, ſed integrũ adhuc in Archetypo, ſicut in epiſtola quapiam diui Seueri, & imperatoris Antonini reperitur, ea citatur ab Vlpiano in primo de offi. proconſulis, eodemq; titulo ponitur in digeſtorum lib. 1 Verba ſunt hæc epiſtolæ, quę quoniã elegantiſſima & plena bonæ frugis, ediſcenda iis cenſeo, qui remp geſturi. *Quantũ*, inquit, *ad xenia pertinet, audi quid ſentimus. Græcum prouerbiũ eſt* οὔτε πάντα, οὔτε παντὸς οὔτε παρὰ πάντων. *Nã valde inhumanũ eſt a nemine accipere, ſed paſſim vbiſſimũ eſt, & per omnia auariſſimũ*, Sic illi. Porro Græca verba poſſis ad hunc interpretari modum. Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus.

Proverb. Græcum.

Quanta in muribus ſalacitas, & Æliani verborum interpretamentum, atq; inibi locus apud Martialem correctus & enarratus.

CAPVT XCVI.

IN ſeptimo epigrammaton vulgatis quidem codibus ita eſt apud Martialem:

Martia. loc.

Nam cum me vitam, cum me tua lumina dicis.

Sed enim vetuſtiſſimi quique ſic habent:

Nam cum me murem, tu cum mea lumina dicis.

Quod tamen a nullo eſt hactenus animaduerſum, aut emendatũ. Quæri vero poteſt, quo intellecta puella blandiens amatori, murem eum vocet? An eodem quo etiam paſſerculum ſolet, quia mures quoque perhibentur ſalaciſſimi, ſicuti ſcriptum inuenio libro Æliani duodecimo de animalium proprietate, verbis ad hanc ſententiam. *Ferunt autem mures* (inquit) *ſalaciſſimos eſſe, teſtemq; adducunt Cratinum ſilicet in Fugitiuis. Age nunc tibi de ſereno aduerſus mollitiem muris fulgurabo Xenophontis. Sed enim fœminam quoq; murem narrant ad venerea eſſe prærabidam. Rurſumq; apud Epicratẽ in choro. Fabula enim hæc Epicratis eſt. Poſtremo iubet me deteſtabilis lana, deierans per puellam, per Dianam, per Perſephatam, eſſe vitulam, eſſe virginem, eſſe pullam indomitam. At illa cauus erat murinus. Superiectione eam ſalaciſſimam dicere voluit, cum Cauum prorſus murinũ vocitauit. Et Philemon, Mus albus, cum quis eam. Sed pudet fari, Clamauit adeo ſtatim deteſtanda lana, vt ſæpe latere non eſt.* Hactenus Ælianus, auctoritatibus etiam magni nominis comicorum ſuccenturiatus.

Mures ſalaces.

Automaton legendum in Suetonio, quod nunc vulgo aut ornatum, quidq; ea voce ſignificetur.

CAPVT XCVII.

LOcus apud Suetonium in Claudio ita perperam legitur in pleriſq; voluminibus: *Si aut ornatum, aut pegma, vel quid tale aliud parum ceſſiſſet.* Cum veri, integriq; ſic habeant codices *Si Automaton, vel pegma.* Inſpice vel Bononiæ librum ex diui Dominici: vel item alterum Florentiæ ex diui Marci bibliotheca, quam gens Medica publicauit, veterem vtrumque. Sed & vtroq; vetuſtiorem, quem nunc ipſi domeſticum poſſidemus, vt taceam complures alios, ne fortaſſis ambitioſior & nimius citandis teſtimoniis deprehendar, vbiq; hanc nimirum poſteriorem ſcripturam inuenies. Apparet ergo *automata* appellari ſolita, quæ ita mechanici fabricabantur, vt ſua ſponte efficere quippiam, velut ignara cauſſa viderentur. Qualia nunc aut horologia ſunt, aut verſatiles quæpiam machinæ, in quibus imagunculas, occulta vi curſitantes, udibundasq; miramur. Quales etiam vel fontes, vel ignes ipſi, quodam artificioſo temperamẽto, ſpecieq; noua, certis interuallis, aquas, flãmaſue iaculantes. *Automatum* enim velut vltroneum, & ſpontale poſſumus Latine interpretari. Sic Homerus in 2. Rapſodia, veniſſe ad dapem Menelaũ dicit *automaton*, ſponte ſua ſignificans, non cuiuſpiam vocatu, quaſi a ſemet impulſum. Sicut Euſtathius quoque exponit, qui deinde ait a iuuioribus αὐτόματα vocari, quæ forte quadã fiant, quaſi μάτην, hoc eſt temere, ὡς ἔτυχεν. Et paulo poſt idem ſic addit propemodum: *Talis autem ſententia etiam illa mechanicorum nominauit automata.* Ceterum philoſophus Heron in Pneumaticis, *Aquam exprimi* ait *in ſublime automaton*, id eſt ſpontalem, de ſphæra concaua, quã deſcribit, ſicuti cornicẽ quoq; cõfingit, quæ ſe ad auiculas itidem fictas conuertat αὐτομάτως. Quin ædiculam quoq; docet conſtruere, cuius accenſo igni fores item αὐτομάτως, id eſt, ſponte aperiantur, exſtincto eludantur. vt omnia quo diximus intellectu ſint audienda.

Sueto. locus.

Automaton.

Automata.

Perſi locus, & item Seneca declarati, deque manumittendis feſtuca ſeruis, & circumactu.

CAPVT XCVIII.

PErſius in ſatyra ſexta ſic ait:

Non in feſtuca lictor quem iactat ineptus.

Vbi poeta diligentiſſimus manumiſſum hominem ex vetere conſuetudine ſignificauit. Eſt enim a Plutarcho traditum in libello de iis, qui ſero puniuntur a Deo: *Morem fuiſſe Romanis, vbi quem manumitterent, vt eius corpori tenuem feſtucam inicerent.* Ex quo illud apud Plautum in Milite, *Quid ea ingenua an feſtuca facta, ſerua an libera eſt?* Quoniam autem & circumagebantur, qui liberatem nanciſcebantur, fortaſſe vt oſtenderetur licere iam ipſis, pro ſuo arbitrio, quorſum vellent, moueri, quod & ſupra dixerat Perſius:

Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama.

Perſii locus.

Manumittendi mos.

Circumagitur, id est liber fit.

Et a prætore plerumque vindicta liberabantur, *propterea & iactat* inquit, *& lictor.* Nam lictores seni prætoribus apparebant. Circũagi autem solitos, qui manumitterentur, etiam Seneca docet in 8. 1. libri ad Lucilium epistola: *Philosophiæ*, inquit, *seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subiecit & tradidit. statim circumagitur.* Hoc enim ipsum philosophiæ seruire, libertas est. Circumagitur hoc est manumittitur, liberaturq;.

Cur Muri partem disiicere quod ait Suetonius, Hieronicæ soliti.

CAPVT XCIX.

Suetonii loc. Hieronicæ.

SVetonius in Nerone, *Reuersus, inquit, e Græcia Neapolin, quod in ea primum artẽ protulerat, albis equis introiit, disiecta parte muri, vt mos hieronicarum est.* Ita ille. Nemini autem est dubium, sacrorum certaminum victores, hieronicas appellari. Sed moris istius caussam tãtum adhuc inuenio apud Plutarchum, libro Symposiacon 2. in hanc sententiam. *Quod autem*, inquit, *victoribus curru vehentibus permissum partem muri diuidere, atq; deiicere*, hunc sane habet intellectum, non magnopere ciuitati muro opus esse, viros habenti, qui pugnare possint & vincere.

Vehentes. Murorum deiectio.

Quæ sint apud Maronem silentia lunæ, quæve tacita virgo apud Horatium, super iis Seruiana & Acroniana refutatæ sententiæ.

CAPVT C.

Verg. loc.

VErgilius Æneidos secundo:

Tacitæ, inquit, *per amica silentia lunæ.*

Seruius igitur, *Sciendum autem est*, ait, *septima luna captam esse Troiam, cuius simulacrum apud Argos est constitutum. Hinc est quod dicit: Oblati per lunam. Et alibi: Per cæcam noctem Tacitæ lunæ, aut more poetico noctem significat, aut physica ratione dixit. Nam circuli septem sunt, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. Et primus hoc est Saturni, vehementer sonat, vel qui secundum ordinem minus. Sicut audiuimus in cithara, cuius vltima chorda minus sonat.* Hactenus Seruius. Libenter igitur ab eo quæsierim, cur amica, Luna, latere, ac fallere conantibus, aut num Lunam quoque silentem apud M. Catonem, & item apud Plinium, ad eandem referat harmoniam planetarum. Quod autem *citharæ vltimam chordam sonare* ait *minus*, hoc ita denique procedet, si vltimam non iam pro ima, sed pro summa capiat, quæ Græce hypate vocatur, vnde grauior excitatur sonus. Sicuti ab extima altera, & tenuissima, quam equidem libentius vltimam dixerim, acuta vox profertur, quæ plus sonare ob id videtur, quia prorsum tenditur, vt in libro de Musica secundo scribere ait Theophrastum Porphyrius in commentariis illis, quos in harmonica Ptolemæi scriptos reliquit, *Sicuti grauis ob id*, inquit, *minus auditur, quia circa diffunditur.* Quod autẽ & apud Macrobiũ legimus & item apud alios, Saturni

Hypate. Chordarum sonus.

Macro. loc. Saturni cursus.

orbem

orbem, cuius conuersio sit concitatior, edere acutissimum sonũ, minime hoc arbitrora Platone, vel in Timæo, vel in rep probabitur, qui tardissimũ scribit esse Saturni orbẽ, quanquã hoc fortasse ad longiorẽ sui cursus ambitũ referetur. Sed Aristoteles certe in libro secũdo de cœlo, tardiores ob id ait esse superiores orbes, quod impetu stelliferi octaui orbis, magis retardentur. Vt ergo vel Alexandri, vel Simplicii, vel item iuniorũ de eo opinionẽ prætermittã, si veram plane Macrobii sententiã vis colligere, ad cursum referas diurnũ, qui sine dubio celerrimus in superiores, & concitatissimus inuenietur. Sed nos hac ablegata cõmentitia (vt arbitror) Serui, minimeq; necessaria subtilitate, potius accipimus tacitæ lunæ silentia. Lunam ipsam, quã vocant silentẽ, hoc est, minime tum quidem lucentẽ, vt latere insidiæ magis possent, pulera nimirum, & eleganti tralatione ab auribus ad oculos. Nam sicuti silentio nihil auditur, ita nihil tenebris cernitur. Plinius igitur libro nat. historiæ 16. *Diem* inquit, *coitus Lunæ ab aliis silentis luna, ab aliis interluneum appellari.* Tum idem libro duodeuigesimo & hoc ait, *silente Luna seri iubent.* M. Cato etiam in lib de re rustica. *Nunc stercus euehi Luna silenti, nunc item silente Luna, ficos, oleas, mala, pyros inseri.* Postremo etiam prata primo vere iubet eadem Luna silente stercorari. Ridiculũ autem fuerit aut hæc Catoniana, Plinianaq; referre ad siderũ musicam, aut in vetustissima, vsuque receptissima locutione desiderare istiusmodi ambages. Equidem Lunam hic silentẽ, vt dixi, pro minime tum lucente accepetim, quod fuerat tempus Græcis obseruandum. Neq; ita tamen interpretor, vt ad viuũ resecem, atq; ipsum deniq; Lunę coitum plane intelligam, cum nox tota tenebricosa, nam hoc vtiq; refellitur, quoniã poeta mox ait: *Oblati per lunam.* Nondum igitur luna lucebat, cum illi a Tenedo sub vesperam nauigabant Sed lucere tum cœpit, cum iam vrbem occupauerant. Non igitur, aut sera fuerit, aut per nox Luna, tum nec Lunæ quidem omnino coitus, sed tempus arbitror potius, quam diu illa non luceret. Etenim plura sæpe quam videatur, vox apud poetas aliqua complectitur. Ob hoc igitur illud in nostra Rustico:

Tacita luna silentia. *Luna silens.* *Mala.*

Lo. in Rust.

Quidq; silens moneat, quidq; intermenstrua Phœbe.

Amica silẽtia Luna.

Nec absurde tamen, præter epitheti rationem temporariam, lunæ acceperis amica silentia, quoniam in auspiciis quoq; silentium vocari Cicero scribit, ꝙ omni vitio caret. Iam apud Acronem quam pulerum, quam ingeniosum, qui enarrans Horati locum, libro carminum secundo:

Silentium in auspiciis. *Horat. loc.*

Dum capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.

Tacitã virginẽ intellexit quasi clarã sacerdotii nobilitate, & vt hoc ineptis persuadeat, auctoritate etiam abutitur Maronis, qui dixerit, *Tacita per amica silentia Lunæ.* Ceu si *tacita Luna* sit hic etiã pro clara accipienda. Videlicet nõ & apud Dionysium saltem Romanæ

Tacita virgo.

hiſtoriæ auctorem & apud Plutarchū, aliosq; permultos Acro legerat ignorari prorſus ab omnibus quibus deniq; vel factis vel ſimulacris Veſtales virgines tuendis præforet, vt ob hoc ipſum quod præſtabat ſilentium, Tacita vocetur virgo, Troianam ſoli cui fas vidiſſe Mineruam.

SEd vt hic liber, quanquā ſic quoq; nimis longus, aliqua tamen veluti coronide cumuletur, & nihil ſit omnino intrepercuſſum, ſcire lectorem volumus, poſteaquā de magno quaſi populo, iam tū anno ſuperiore, Centuriam hanc vnam, ſicuti nunc eſt, niſi tantum pauculis ſubinde (vt fit) interſpersis floſculis adornaueramus, & ſpectandā publice amicis aliquot exhibueramus, emanaſſe in vulgus fabulam, non ſatis certo auctore, quæ ſuſurris aures iſtiuſmodi compleuerit, nihil eſſe mirū, ſi quædam noua & inſignia vel antea dictauerit Politianus, vel nunc referre in literis incipiat. Olim iam iſtæc omnia diligentiſſime perſcripta a Nicolao Perotto, qui fuerit Sipontinus pontifex, in eo maxime libro, cui titulū feciſſet Copiæ cornu. Nam quoniā plurimum auctoritate (ſic enim quicūque illi aiebant) apud Vrbinatē ducem cui dicatus is liber, Medicea ſuus Laurentius & gratia valet, per eū videlicet operis iſtius, & quidem Archetypi facta eſt Politiano poteſtas. Ergo ille nunc rapinator, vt hunc ſemel inuncauit librum, velut inſtar quoddam viri gulæ diuinæ, publicam prorſus materiam priuati iuris facit, & vt alter Æſopi graeculus aliena ſuperbit pluma. De his itaque per aliquot iam conciliabula iactatis, euentilatisq; rumuſculis, cū mihi neſcio quid, vt eſt officioſiſſimus homo, Robertus noſter Saluiatus renunciaſſet, non literarum modo, ſed literatorum quoq; omniū velut alba linea magnus amator, agnoui ſtatim inuidiæ mores, q̄, dum cui nocere molitur, in omnia ſeſe vertit, & vt ille apud Licentium Proteus:

Alius literas.

Nicolaus Perottus. Cornu cop.

Rapinator. Virgula diuina.

Alba linea.

Spumat aper, fluit vnda, fremit leo, ſibilat anguis.

At n. quod ad ipſius ictus occalluerā, nō ſum propterea ſtudiis iratus meis, tantū laboris tali mercede rependentibus, nec ipſe me damnaui, quod non hanc tetertimā peſtem deſidia magis placaſſem, nec, vt nonnulli forſitan cupiebant, concerpſi librū, ſed eū potius ſepoſui paululū, & omiſſa in præſens edendi cura, tantumq; ſulcis velut interciſiuis, ita librū nonnunquā ſicut hortū rigans, plenioré tamē cogitatū velut a ſiliquis ad panes, hoc eſt, a ludicris ad Philoſophiæ ſeria tranſtulit. Sic igitur verſare altiora quæpiam animo ſtudia, & operæ grauioris inſtitui, quæ ſuo & ipſa tempore (ſi lecta potenter erit res) in publicam vtilitatem, quo magis argutatoribus iſtis oculi doleant apparebunt. Etenim ego tenera adhuc ætate, ſub duobus excellentiſſimis hominibus, Marſilio Ficino Florentino, cuius longe felicior quam Thracenſis Orphei cithara, veram (ni fallor) Euridicen, hoc eſt, ampliſſimi iudicii Platonicam ſapientiam, reuocauit ab inferis, & Argyropylo By-

Marſilii Ficini laus.

Argyrop.

Io Byzantio Peripateticorum sui temporis longe clarissimo, dabam quidem Philosophiæ vtrique operam, sed non admodum assiduam, videlicet ad Homeri poetæ blandimenta natura & ætate procliuior, quem tum Latine quoque, miro vt adulescens ardore, miro studio versibus interpretabar. Postea vero rebus aliis, negotiisque prementibus, sic ego nonnunquam de philosophia, quasi de Nilo canes, bibi, fugique, donec reuersus est in hanc vrbem maxime Laurenti Medicis cum beniuolentia, tum virtutis & ingenii similitudine allectus, princeps hic nobilissimus Ioannes Picus Mirandula, vir vnus, an heros potius omnibus fortunæ corporis, animique dotibus cumulatissimus, vtpote forma pene diuina, iuuenis, & eminenti corporis maiestate, perspicacissimo ingenio, memoria singulari, studio infatigabili, tum luculenta, vberique facundia, dubium vero iudicio mirabilior, an moribus. Iam idem totius philosophiæ consultissimus, etiamq; varia linguarum literatura & omnibus honestis artibus supra veri fidem munirus, atq; instructus. Deniq; vt semel complectar, nullo nō præconio maior. Is igitur continuo me, cum quo partiri curas dulcissimas, & nugari suauiter interdum soler, & quem sibi studiorū prope assiduū comitem (qui summus honor) adlegit, is me instituit ad philosophiā, nō vt antea somniculosis, sed vegetis vigilantibusq; oculis explorandam, quasi quodam suæ vocis animare elassico. Quocirca talē ego illum, tantumq; vel auctorem nactus, vel ducem, neutiquam occasioni defui, quin occurri potius & arripui, sic vt assiduo propemodum summorum tractatu auctorū, velut attrito crebrius silice pauculas saltem veri scintillas videar excudisse, tātumq; flammæ rapuisse fomitibus, vt in nocte cœca & illuni, iamiam mihi aliquid profecto fulgoris sublucescat. Sed ecce tibi interim, dum totus in hoc ego, repente Cornu istud in vulgus. Fit concursus. Est in manibus. Effunditur. Excutitur. Quid multa? Calumnia me liberat. Vidisses continuo nonnullorum vultus lugubre quiddam tacentes, & quod antea nunquam soliti, nescio tum quo pacto (sicut ille apud Platonem Thrasymachus) erubescentes. Sed isti quidem Cornu, quanquam certe non vacuo, quid ineſſe tamen videtur, non est huius temporis iudicium. Tantum constiterit impræsentiarum non idem spectasse me, quod eius voluminis auctorem, nec par vtriq; destinatum, præstitutumq; fastigium. Quod sicubi locos eosdem pro re nata forte vterq; tractauimus (id autem incidere alicubi fuit necesse) crassior tamen inter nos, quam inter Piramum, Thisbenque, paries. Argumento sit interim vel illa Iuuenalis *Cotytto*, quæ tamen apud ipsum *Cocytos* est, de qua tanquā de paupere regno cum Domitio digladiatur, *vel Ara item Martialis frequens cornibus*, *vel Philyra*, vel siquid aliud istiusmodi, quod optes cum meis manipularib. accensisq; cōmittere. Quin illud euenit, vt hoc ipso quo Miscellanea cessabāt interuallo, centū quędā

Pici laus.

Illuni nocte.

Cornucopia.

De republ. lib. a.

Accensi.

adnotationes dictæ me Hercules (quis enim neget?) & laboriosæ ab homine amicissimo nobis, nec huius ignaro propositi, tum bene etiam literato, non sine beneuola, grataque nostri mentione publicarentur. In quis vnum calu credo vel alterum pari ferme atque apud nos argumento, compluscula certe germana illorum propendodum, quæ vel cum Fastos Nasonis abhinc nouennium ferme, vel postea cum Flacci satyras interpretabamur, quanta nostrum omnes frequentia publico auditorio dictaueramus. Per sancte (si sit opus) deierem, tenens aram, cogitasse me statim, si non de meo certe de communi iure concedere amico penitus, nec aliquid ex eis agnoscere. quorum sibi ille titulum, haud opinor iniuria vindicauisset. Nõ enim sic fastu turgeo, sic mihi ipse faueo, vt videri velim tam docti hominis in aliquo doctor, ne mihi illud in os iaciatur, sus Mineruam. Sed quoniam sic ea se principem demũ reperisse narrabat, vt ignorata prorsus (ita credo putauit) & inenarrata ad eam diem ceteris assecuerat, coactus fateor sum, quod & ipse pro ea quam profitetur humanitate, facile patietur, simpliciter, ingenueque professionem meam suspicionibus istis communis ignorantiæ absoluere. Nam sicut haberi iure vel inciuilis possim, vel arrogans, si non ei quoque, qui tam sit & diligens, & eruditus, doni & ista & meliora nasci putem (quandoquidem medio potuit Deus omnia campo) sic e diuerso patrocinium famæ deferre, non solum dissoluti, sed etiam (ni fallor) in semetipsum pene crudelis videri possit. *Et pereant*, Donatus aiebat, *qui ante nos nostra dixerunt.* Nos ei prospera, faustaque precamur & cupimus, qui nostra post nos aut inuenit, aut certe dixit. Tantum rogamus, ne pigeat in eorum consortium, quæ tanto ante, tam multi sub nobis exceperunt, & in quibus pro virili parte laborauimus, et am nos, sicuti partiario admittere, ne non amicorum sint (quod ait Euripides) cuncta communia.

Donati dictum dum.

Miscellaneorum finis.

Quod ira in pueris optimæ sæpe indolis est argumentum.

Angelus Politianus Laurentio Medici Salutem

CVm poeta Accius Tarenti forte apud Pacuuium grandi iam ætate, & morbo corporis diutino affectum, multo ipse iunior diuertisset, eique tragœdiam suam, cui Atreus nomen est, desideranti lectitasset, dixisse Pacuuiũ ferunt, *eorum quidem illud scriptorum ac poetici spiritus magnificentiam laudare se, duriora tamen illa, pauloq; acerbiora sibi videri.* Atque Accium id *quidem ita se habere respondisse, neque se tamen pœnitere, quippe qui meliora se deinceps scripturum speraret. Ingenia enim humana prope vti poma esse, quæ si duriuscula, ac gustatu acerba gignantur, tempestiue tamen maturescunt, fiunt que mitia, & iucunda. Sin vero statim mollia, atque vnida, præcoci usque similia enascantur, prius multo*

quam

quam matureſcant, vieta fiant, & putria. Itaque ingenio tanquam pomis relinquendum eſſe, quod ipſa die, atque ætate mitiſcetur. Quorſum nam iſtuc inquis? quoniam pleraque profecto Laurenti Medices, humano in ingenio ſimilia exſiſtunt, quæ cum ſpeciem vitioſæ deprauatæque naturæ præ ſe ferant, futuræ tamen virtutis indicia, optimæque indolis ſpecimen a ſapientibus iudicentur, quale forſan & hoc ipſum ſit, quod tuo nuper in filiolo, noſtroque diſcipulo iram, quæ quidem ex increpatione, acceptaque ignominia proueniret, minime improbandam eſſe præ me tuleram. Cuius quoniam iudicu noſtri rationem requiſiſti, non alienũ certe fuerit, paucis ea de re in præſentia diſputare. Neq; vero iram hoc tempore laudare propoſitum ſit nobis, quamuis & illam Peripatetici non inutiliter a natura nobis adhibitam putent, vtpote qua tum quibuſdam (vt aiunt) calcaribus fortitudinem inciter, tum vero a nonnullis id quod etiam Ariſtoteles inquit, in ipſius fortitudinis partem referatur: ſed cum ex omni vitiorum genere, id certe minimum ſit habendũ, quod a rationis orbita quam minime aberret, ira autem, ſi quidem Ariſt. credere oportet, vel ipſam quodammodo audiat rationem, eiuſq; quantum in ipſa eſt veſtigiis inſiſtat, omnium merito vitiorum minimũ eſſe illam credi par eſt. Quoniã vero, vt eſt apud Flaccum, *vitiis nemo ſine naſcitur, atq; optimus ille eſt, qui minimis vrgetur*, iram profecto in puero haud omnino deteſtabilem eſſe, fatendum eſt. Contra vero affectio illa animi, quæ ira omnino vacet, quamq; *ἀοργησίαν* Græci vocant, haud mihi ſecus in puero, quam in equo adoleſcente tarditas, vituperanda videtur, quippe quæ infirma adhuc, imbecillaq; ætate cum a ratione proficiſci nequeat, a ſtupore certe, atq; animi hebetudine proficiſcatur neceſſe eſt. *Nam in quis permulta & frigida bilis eſt atra*, vt Ariſtot. in problematis ait, *ii ſtolidi ſunt, attoniti, ignaui, in quis permulta & calida, ii perciti, ingenioſi, acres, propenſi ad omnem excandeſcentiam.* Calorem enim phyſici longe magis quam frigus, naturæ conſentaneum putant. Cuius profecto argumentum, cum aliis permultis, tum vero ex anni temporibus perſpicue intelligitur. Cum enim *ſolutur acris hyems grata vice veris, & fauoni*, mox pulcerrima illa mundi, naturæque ornamenta reuiuiſcunt, ſyluæ frondib. veſtiuntur, campi floribus omnifariam herbiſq; diſtinguũtur, e quib. & odorum incredibilis ſuauitas afflatur. Hinc auicularum blandiſſimis concentibus aer iam ſerenior demulcetur, hinc lymphæ riuis obſtrepunt manantibus, omnia oculis arridẽt, omnia auribus ſubblandiuntur. Prata, arua, colles, ſyluæ, conualles, ferarum & eicurum omne genus, ipſum præterea cœlum, ipſa (vt ita dicam) rerum natura ad pulcerrimum atque admirandum ſui ſpectaculum, aures, oculos, menteſque conuocant. Omnia pubeſcunt, [illegible] omnia denique ludus habet. Venit æſtas vt callidior multo, ita & frugum, ſeminumq; omnium prouẽtu vberior.

Aorgeſia.

Hanc insequitur *autumnus calcatis sordidus vuis.* Qui fortunatum illud Amaltheæ cornu, fructuum, pomorumque copia scaturiens, diuiti manu gestat. Quæ tandem omnia exstinguit mox *glacialis hyems canos hirsuta capillos.* Sed redeo vnde digressus sum, qui illam inquam affectuum omnium vacationem, & quam Græci ἀπάθειαν vocant, tãtopere extollunt, ii mihi nõ hominis, sed trunci certe, aut lapidis, quæ nulla omnino sit, vitam fabricari videntur. An vero ego eum mihi amplæ, atq; optimæ spei puerum deligam, qui præcipientem somniculosus obaudiat, cui sit auris iugiter vellicanda, qui excutiendus manu sit, cui iurgia, cui verbera, cui faces sint admouendæ? Inspiciendum inprimis Laurenti est, vt est apud poetam, & quis *cuiq; dolor victo, quæ gloria palmæ.* Qui enim recenti adhuc ætate ita esset affectus, vt neque is laude, neque ignominia moueretur, nihil ab eo quicquam egregium sperandum fore Lacedæmonii iudicabant. At vero Quintilianus magistrorum ille excellentissimus, eum sibi puerum dari postulat *qui victus ploret, victor insultet.* neq; vero eum in puero lusus offendit, quippe qui non secus, atq; hæc ipsa, de qua agimus ira, vegeti cuiusdam animi, erectæq; naturæ sit argumentum. Quapropter & apud veteres illos philosophantes, vt est apud Plutarchum, in prouerbii iam locum concesserat, quod dici solet: *Iram non habere, qui mentem non habeant.* Hinc illud fortasse est, quod cum ex oris habitu, morum quoque aspectus Aristoteles iudicat, *quibus*, inquit, *frons lata est, stupidi, quibus rotunda, iracundi sunt.* Manifestum videlicet argumentum naturam quoq; ipsam, vel ex oris lineamentis nos admonitos velle, nihil tam maxime a stupore differre, quã iracundiam. At vero cum duo diuersi inter se affectus ab vno quasi capite, & fonte emanantes diuersa quoque appellatione comprehendantur, alter quidem qui vt primos impetus remissiores habet, ita diuturnior multo, permanentiorq; est, radicesque altius in animos agit, alter vero acrior quidem primo & concitatior, sed suo sibi tempore placabilior, priorem illum quem Græci nunc μῆνιν, nunc κότον, nostri vero rancorem puto appellent, illiberalis cõtumacisq; naturæ signum esse, sapientes arbitrantur. Tendit enim ad odium, ad vltionem, ad iniuriam, ad contumeliam. Neque vero is recta vlciscendi via grassatur, sed dolo sæpius, atque insidiis nititur. Vbi maxime deferbuit, tum maxime est implacabilis. Si deprecere, exulceratur. Si supplices, recrudescit, occasiones nocendi obseruat & tempora, serpit quotidie latius, augescit indies. Quodque Homericus ille Achilles instar Plutonis portarum habebat inuisum, *aliud in pectore clausum, aliud in lingua promtum habet, altera* (vt inquit Plautus) *manu fert lapidem, panem ostentat altera.* Hic in mulierculis, hic in vulpecula, hic in iis qui abiecto sunt animo præ ceteris viget. Hunc diuine Homerus noster in rege regum Agamemnone adnotauit. Eique deinceps recta quasi

Id est indolentiam.

quasi analogia plurimorum turpiumque vitiorum, ac facinorum perpetua stigmata inurit. Hoc nihil tetrius, nihil virtuti & bonitati infensius, nihil humano ingenio perniciosius est. At vero ille alter, incitatior primo feruidiorque, mox tamen placabilior motus animi, qui a Græcis θυμὸς, a nostris vero excãdescentia appellatur: in iis plerumque eminere videtur, qui ingenuo sunt animo, & liberali, iidemque & misericordes, & placabiles præ ceteris sunt, qui ad excandescentiam propensiores. Neque vero ii vel in medio irascẽdi furore a rationis imperio penitus abhorrẽt. *videtur enim* (quod præclare Aristot inquit) *audire illam quidem, obaudire tamen, ministrorum præcelerum more, qui antequam totum quod imperatur audierint, excursant præ studio, ac deinceps in agendo aberrant, similesq; sunt canibus, qui audito tantum strepitu, priusquam illi an veniat amicus consideraverint, venientibus omnibus sine discrimine allatrant.* Hic ille est impetus, qui (vt Homerus ait) *bellatorum animis robur iniicit*, hunc tubæ, hunc cornua, hunc classica, hunc militaris illa inuicem adhortatio, & clamor, hunc Imperatoriæ excitant cõciones. hunc vt cetera non accesserint, vnica veritas, & laudat & præcipit. *Irascimini*, inquit, *& nolite peccare, sol non occidat super iram vestram.* Hinc & illa ab Hesiodo laudata contentio orta est, quæ & ad virtutem & ad decus capessendum calcar eximium habet. Omnem hæc ipsa ex animo mollitiem, languorem, hebetudinemq; omnem exterminat. Hæc infirmos, sopitosque animos erigit, & maiores ad rem gerendam facit. Quid tu illam in egregiæ indolis puero conuitiis ignominiaque affecto iram præter gloriæ & virtutis studium interpretare? Non incusseras puero verbera, non minis perterrefeceras, verbis tamen lacrymas excussisti, quid plorat Petrulus meus? quid queritur? Nempe id ipsum ferme, quod & Myrmidones illi generosissimi Achillis commilitones, quod eius quam animo agitabant, bellicæ laudis gloriam non assequerentur. *Erubuit* inquit *comicus. salua res est.* An tu hanc puerilem iracundiam non eandem esse & pudorem putas? Simillima sunt ista Laurenti, eosdem si recte æstimentur pariunt effectus. Pedissequæ ambæ sunt, & comites virtutis. Talem mihi Homerus Achillem effingit. Talem se mihi ostentat pius ille Aeneas, cum immortalitatis splendoris que stimulis accensus:

Terribilis sæuam nullo discrimine pugnam
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas.

Talis & Acheloum Ouidianus Hercules *iamdudum lumine torue*
Spectat, & accensa non fortiter imperat ira.

Talem denique & Vergilianus ille generosus equuleus futurę virtutis indolem præ se fert.

Tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

Quod

Quod si cui forte naturæ rationis ignaro, nimis hæc iræ laudatio absurda esse videatur, vt cetera volentes concesserimus, nunquam mihi certe hoc extorquebitur iram in puero ingenuæ, erectæ, liberalisque naturæ esse argumentum. Accedent anni, literæ, disciplina. Omnia fient indies mitiora, ad maturitatem suo tempore ante quam marcescat natura huiuscemodi peruenient. At non laudas in æratæ iam constanti iracundiam. Esto, sit etiam flagitiosa, ac detestanda. Et gladius certe idem, si carnificis manu gestetur, detestabilis videatur. Si ad latus militis, aut imperatoris sit virtutis egregiique facinoris imaginem præ se ferat.

Pululant sæpe generoso in animo vitia virtutibus admixta, non secus atque vber solo, cui nondum manus agricolæ accesserit, rubi innascuntur, & sentes. Neque tamen qui agricolationis studio insudant vberem illam fœcundi soli speciē minus probant. Quamuis semihominis *vesano gramine fœtu Mādragoræ pariat flores, mœstamque cicutam, Nec manibus mitis ferulas, nec cruribus æque Terga rubi spinisque ferat paliuron acutis.*

Quapropter vt boni agricolæ, nihilominus noxias illas frugibus plantas, herbasque conuellere atque exstirpare solent, quod fœcundi soli ingenium ex illis animaduerterint, ita profecto parentes ac magistros nihilo magis teneris adhuc vitiis indulgere oportet, quod ea optimæ ingenuæque naturæ documenta præbuerint. Principiis obstandum, & quæ eminent, retundenda sunt. Tarquinique instar papauerum summa capita virga demetenda, semperque valentioribus resistendum est. Neque tamen interim a naturæ bene institutæ ratione alienum esse putādum siquidem *reddere qui voces iam scit puer, & pede certo Signat humum, gestit paribus colludere, & iram Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.* Vale.

M. ANTONII SABELICI ANnotationes in Plinium.

M. Antonius Sabellicus Dominico Grimano philosopho & equiti clarissimo S.

FAcis quod & nostrorum hominū pauci, ac nescio an versus nemo dixerim Dominice eques splendidissime: qui philosophiæ studia complexus: nostratia hæc oratoria quæ vestris illis tum natura: tum consuetudine olim arctissime cohæsere: non vt leuia & parum sapienti viro necessaria: quod plerique faciunt: aspernaris: longaque per interualla respicis: sed vtriusque rei curas tecum ex æquo partitus sedulo das operam: vt tā tibi in hac parte quam in illa succedat studiorum profectus. Sisque per hæc iampridem facile consecutus, vt iam orator non minus eminens quam philosophus habearis

bearis. Rara me hercule laus: ac quo rarior eo certe pulcrior. Sed in tuo isto præclaro instituto nihil perinde aiunt te ac historia delectari: nec immerito: alit illa, vt Fabius scribit, molli quodam & dulci succo orationem. Sed cum hanc quoque varie tractare dicaris, qua te diutius in sui admiratione detineat, præ naturali illa, quam Plinius sex & triginta complexus est voluminibus audio esse nullam. Verum quo amoris illius studio teneris, eo te iniquius ferre certum habeo, quod ex verissima hac recentiorum hominum fruge nemo adhuc exstiterit, qui lectionem ipsam a vitio partim temporum iniquitate, partim librariorum inscitia contracto sit vindicare adortus. Adfuerunt qui sparsim paucissima quædam velut in transcursu subnotarent, fuitque illud intra hostium vallum iaculari non statariam conserere pugnam. Nos vero non quia plus virium quam illi haberemus, sed maiore quadam fiducia freti, tertio ab hinc anno Plinium eo consilio interpretandum suscepimus, vt non rerum solum, sed quantum in me esset omnis etiam verborum explicaretur ratio: fuit fateor certamen illud longe acerbius quam ab initio conceperam. Ita vt non vbique nobis immota steterit acies. Sed turbatus interdum aut pedem retuli: aut magnitudine rei deterritus terga pœna dedi, vici tamen vicique constantia magis quam viribus, ex longaque & varia observationum serie locos quosdam manuscriptorum conspectum cunctanter mehercule & cum rubore nonnunquam dedi. Sed adolescentes plerique, qui tum nobis forte operam dabant, immoderatius id facere, vulgoque talia velut mancipia bello capta in aperto proponere: quæ res efficit vt amicorum quidam, & in his Antonius Moretus homo, vt nosti, nostrarum literarum perbelle eruditus, studiorumque fautor maximus, nunquam postea effluere a me destiterint, vt Plinianas eiusmodi annotationes quam pressissime possem in ordinem redigerem, redactas in apertum referrem. Quod ipsum ne magis sua causa noluisse me quam non potuisse crederent, ex omni numero qui sane ingens fuit, pauca admodum atque illa ipsa nuda nulloque verborum apparatu breuiter collegi. Et in his nonnulla, quæ quoniam virum, in auctoritate laborarent, censui in medio relinquenda: Sed cum duas ferme ex eodem genere centurias scripsissem essentque altera adhuc semiplena, impetus cœpit eam ex extrario quodam & quasi euocatorum numero sparsim hinc inde locis accersitu explere. Quod ipsum ex sententia aeptus, cum iã prospicere cœpissem cui potissimum hanc obseruationis formam cognoscendam traderem: Tu vnus omnium vir præstantissime maxime dignus mihi visus es quem in primis tali munere impertiremus. Sciebam enim ita fore vt in tua ornatissima bibliotheca emendanda: quamquam nihil sit illa emendatius, nostram industriam non modo non aspernaretur, sed etiam daturus esses operam: vt duæ hæ nostræ Centuriæ a me tumultuose conscriptæ: si non multa vi: apparatu saltem aliquanto honestiore prodirent in medium processuræ, quod ipsum vt præstes rogo te vehementer & hortor. Vale.

Ex C. Plinii secundo libro, Capite primo.

ET ne ociosè nimis Plinium adiremus: in ipso pene vestibulo obiicitur locus animaduersione dignus: *alios*, inquit, *rursus occasione hinc sumta, aut his data innumerabiles tradidisse mundos*: vt totidem rerum naturas credi oporteret: aut si vna omnes incubarent totidem tamen soles. Sic & vetera & recentia Plinii, de iis duntaxat loquor quæ adhuc vidimus, habent exemplaria, at tu vide ne *vni* sit potius legendum: vt ad naturam referatur: nam si vna innumeros mundos incubare intelligas: frigide nimis ac parum (vt sic dicam) considerate a Plinio id dictum nemo non altius singula rimatus dixerit.

Cap. 7. Potest & in dubium venire quid sit quod ad *eadem larium Orbonæ dea* Plinius dicat, aram fuisse: sed Macrobius auctor est pro familiarum incolumitate olim pueros Maniæ larium matri sacrificari solitos, nimirum sublato diro sacrorum ritu, quod ipse auctor affirmat a Bruto factum. Matronæ ad arcendam orbitatem hic Orbonam propitiarunt, vbi infando sacrorum instituto orbari consueuere. Eodem sane capite, *diuus*, inquit, *Augustus prodidit sibi calceum præpostere indutum, quo die editione militari prope afflictus est* Ceterum Tranquillus Augustum scriptum reliquisse ait, *si mane sibi sinister calceus pro dextro induceretur*, qua Tranquille lectione datur intelligi *inductum*, esse potius legendum, quam *indutum*: nec eo inficias iæpius id verbum ab eodem vsurpari, quale est illud *calciamentum dextri pedis* antequã induatur. Verum hoc loco *inductum* eo citius legerim: quo propius vero est, vtrumq; Augusti verba libentius quam sua posuisse.

Cap. 8. Nec omnino inepte aliquis quæsierit quid sit quod Plinius dicat *tertium a Saturno sydus*, quod idem est quod & Martis a quibusdam *Herculis* vocari, & mox proximo loco *Mercurii stellam Apollinis*, at Macrobius subtili admodum dissertatione *Herculem & Martem solem esse demonstrat Apollinẽ, & Mercurii* eundẽ. Ego in caussa esse crediderim potius, quam illud & Iginius ait Mercurium perpetuo signis quatuor nonnunquam cum sole esse.

Cap. 10. *Neq; Luna excedat latitudinem*: Verborum credo similitudo effecit, vt librarii *latitudinem* scripserint, *cum altitudinem* scribi oportuisset, & Plinii verba, quæ proxime subiiciuntur perspicue demõstrant: *Vmbram*, inquit, *terræ Lunaris orbis altitudine non transcendere*: idq; argumento esse quod reliqua sydera, quæ sunt supra lunam terrestris vmbræ interuentu non obscurentur, sed solis vt alibi perspicue ostendit appropinquatione.

Cap. 41. Higinius *inter huius tauri*, inquit *finitionem & caudam arietis stellæ sunt, quas nostri vergilias, græci pleiadas dixere, est q; tauri figuratio in eo talis vt caudã arietis spectet, tauri caput*. Gelliusex *hyadibus siue succulis* credidit tauri caput figurari reliquas corporis partes *vergiliis*, quas græci *pleiadas* dicũt: Plinius in tauri cauda esse

alt

ait septem, quas appellauere *vergilias*, in fronte *succulas*, vsq; adeo diuersi in eadem re explicanda abeunt auctores.

Cap. 49. Inoleuit mendũ Plinianis codicibus librariorũ incuria ni fallor ortũ, in quib. *a Mamertinis & Tudertibus legitur pro Amerinis*, sunt etenim *Ameria & Tudertum* Vmbriæ vrbes haud multũ inter se distanes: *Mamertini* Campani fuerunt, qui Messanã in Sicilia *vt Polibius scribit* occuparunt. Plutarchi ad hæc lectio nobis astipulatur: is de eodem prodigio: *Ex Ameria*, inquit, *& ex Tuderto Italiæ vrbibus renũciatum est noctu per cœlum hastas ardẽtes, & scuta in principio errantia fuisse visa, Deinde inuicem irruentia more hominum pugnantium, acies impetusq; faciebant.* quibus Plutarchi verbis vtra sit verior lectio facile potest colligi.

Cap. 65. Affirmabam ego constanter omni libraria fide aduersus reclamante tam vulgo quam mẽdose loco haud multũ inde diuerso *eruditur* legi, pro *truditur*, aut quod libentius dixerim *eluditur*, proximo inde capite multo maxime pro vulgo maxime. Item vnde septuagesimo *Africani*, pro *Affranii*, & longa inde intercapedine septimo supra centesimum capite *fons calidus tamen fluit*, pro *tamen vere fluit* Ego hæc rimabundus antea sæpius ad disquisitionem vocabam. Vetustioris inde codicis testimonio confirmatus seueriori censuræ subiicere sum ausus.

Cap. 61 In nullam Plinianæ historiæ partem licentiosius grassata est librariorum inscitia, quam in eam, quæ numeros contineret cuius cladis argumenta toto opere cõspersa lectoris oculos quantumuis cæcutientes crebra lancinant occursatione. Etenim quid tam a vero diuersum dici potest, quam quod vulgo legitur, *octogintaquinque millia, & sexaginta octo millia terræ longitudinem patere.* At sic habent omnia, in quæ incidimus exemplaria. Ex Macrobio tamen & Ptolemæo colligitur, *stadiorum illam esse non passuũ millia*, vt emendata lectio *octoginta quinque stadiorum millia, & sexaginta octo.* Eritque sensus terræ longitudinem quinque & octoginta habere millia stadiorum, ac supra eum numerum octo & sexaginta vt Arthemidoro placuit, vt autem Isidoro stadiorum millia nonaginta octo, duoque deuiginti.

Eod. Cap. Pari quidẽ deprauatione, sed errore adhuc magis pudendo eodem capite legere est a Gange ad vrbẽ Syriæ Myriadrum in Issico sinu positam, *quinquaginta quinque millia passuum decẽ & nouem esse.* Quasi vno die a Gange in Syriam decurri possit, quod ne Philonides quidem Alexandri cursor, per multos dies ne menses dicam, verum cõfecisset iter. Scribendum igitur *quinquaginta quinq; millia* stadiorum, cui numero si mille adiiciantur stadia septuagies centum millia passuum id spatium habere reperies.

Eod. C. Auget ad hæc lectoris solicitudinẽ locus, ab eo quẽ dixi numero quidem diuersus: sed offensa perq̃ simili. In eo quidem est mensura. Adeo mari efficit *nonaginta octo millia passuum*, vbi nisi

stadiorum pro *passuum* legas, neque mensura, neque numerus constabit. Et nisi id ipsum feceris in iis, q̃ ex eodem capite, subiiciam, ridicula erit lectio alia inquit: *quæ certior itinere terreno maxime patet a Gange ad Euphratem. l. millia passuum*, 19. vbi *stadiorum millia* illa esse *non passuum*, nemo est nisi & geographiæ sit idem expers, qui non plane intelligat.

Eod. Cap. Grauarer ego plura huiusmodi errata ex eodem fonte manantia vnum in locum congerere. Satis enim ex iis quæ diximus poterat diligens lector monitus videri, vt reliqua per se prospiceret, nisi illud Thucydidis succurreret ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἐξήτησις τῆς ἀληθείας. Ne igitur aliis: qui id laboris suscipere fortassis recusabunt in medio relinquatur: pauca ex eodem capite subnectam. *Quem mensura*, inquit, *Artemidori nonaginta efficit & sexaginta nouem*, vbi nisi post nonaginta continuo *stadiorum millia* adiicias, nihil sequitur. Sed huiusmodi error tam frequens inde credo est quod Plinius nunc *per millia passuum* mensuras colligit, mox diuersa ratione *per stadia*.

Eod. Cap. *Isiodorus adiecit*, inquit, 12. *M & L. vsque ad Tylen*: est fateor mensura parum ob incognita terrarum & pelagi interualla illustris, quia tamen ex Herodoto discimus quindecim dierum itinere Sarmatas supra Meotidē habitare, haud ita iudicii sumus expertes, vt non perspicue intelligamus mendose 12 *M. legi*, quin. 12. *potius stadi.* millia esse legendum, quæ lectio si non omnino sit vera, videbitur tamē vero similior ea, quæ Plinianis inoleuit codicib.

Ex 3 Lib. Cap. 2. Habent in Bethicæ descriptione omnia Plinii exemplaria Sexabdera dictionem coniunctim notatam. Ptolomæus tamen duo esse nomina perbelle demonstrat. Ex illius secundo verba subieci: vt magis perspicuus esset error: *manoba*, inquit, *sex: selambina abdera*: Strabo. *Exinatorum*, inquit, *ciuitas est a qua salsamentaria præcipuum sunt nomen adepta: Dein Abdera*, quibus verbis plane colligi potest *abderam* legi oportere, non *sexabderam*. Vbi illud interim monebo, persuasum me habere *sexitanorum* ex Græco verti oportuisse, non *Exitanorum*. Etenim ex eo ꝙ illi ἐξ dicunt, nostri quidem sex non aliter vertere consueuerunt.

Eod. cap. *Ille ocyor refugit Scipionis rogum dixisset*. At Liuius auctor est, Gn. & P. Scipiones paucis diebus in Hispania secundo bello Punico oppressos, Publicumque post fratris interitum ab hostibus in turri quadam circumuentum flamma a barbaris iniecta cū paucis in ea concrematum. Vide igitur an hic sit locus, quem rogum Plinius appellauit.

Eod. Cap. Scio ad hæc plura exemplaria inueniri: *quæ Mauritania habeant* pro *manentaria*. *Deitania* pro *editania*, *Pelleodeones* pro *pelendones*. Ptolemæus, & Plinii vetustior, ob idq; emendatior codex, lectorem veræ lectionis admonent.

Eod. Cap. *Oppidum Laurentum locus indigetis*. Sic in Plinianis exem-

exemplaribus vulgo reperio, verũ ego Dionysii verba secutus, *lucum* libentius legerim: *Latini*, inquit, *ei cum de Æneta interim loqueretur, templum constituxerunt inscriptione tali traditum: patris diui terrestris qui fluuii numici undas gubernat.* Inde hęc subiicit: *est enim ager exiguus, circumque arbores consita ordine spectatu digna*, quibus Dionysii verbis, locum ipsum Æneæ cõsecratum, nil aliud quã lucũ fuisse demõstratur: nec video quid frigidius dici potuisset, quã lucum scribere, cum aut templũ, aut locum, aut sepulchrũ, aut aliud simile exprimi oportuisset: Quod Æneam Iouẽ Latii incolæ dixerint, Liuius est auctor: *Situs est*, inquit, *quemcunq; eum dici ius fasque est supra Numicum flumen Iouem indigetem appellant: Iouem* fixit non solem, vt Plinius, nisi diuersum potius lucum eum fuisse intelligas. Sed res auctoritate caret.

Cap. 5. *Vbi*, inquit, *a medio discursu Cynthos vocatur*, Polybius *Cocynthon non Cynthon* locũ appellat. Verba ex secundo illius sunt quæ subiecimus: *Hac* ait *latera inuicem copulata, apicem trianguli faciunt propositii Italiæ promontorii, quod Cocynthon incolæ vocant.*

Eod. Cap. Quærebamus quod esset *miliarium* in capite Romani fori, cuius Plinius eodem capite meminit, eoq; impensius in ea occupati eramus indagine, quo plures eiusdem rei auctores meminissent, nec expedirent *miliarium* quid esset. Tranquillus, & Tacitus Cornelius præterquam quod in Romano foro vterque statuit, *aureum etiam miliarium* appellauit. Sed Plutarchus homo in explicanda historia supra quam dici possit diligẽs, perspicue docuit. *Per ædes*, inquit, *quæ Tyberii vocabantur gradiebatur in forũ, vbi steterat columna aurea, in qua incisa omnes Italiæ viæ fuerunt*, quibus verbis quid *miliarium* esset haud obscure demonstratur.

Cap. 11. *Diomedes ita deleuit gentes Nomadorum Bardorumque & vrbes duas, quod in prouerbii iudicium verterit apinã, Metaticram*, Sic vulgo Plinianis exemplaribus notatum reperies. Sed *apinam & tricam* legendũ esse cõtenderim. Martialis vrbaniſſimi poetę, carmẽ veræ lectionis admonet. *Sunt*, inquit, *apinæ tricæq;, & si quid vĕluistu*, quibus verbis haud dubie colligitur per *tricam & apinam* id quod pene nihil esset olim significari solitum.

Cap. 13. Qui Plinianæ historiæ libros in capita diuidere primũ adorti sunt, fecerunt hi quidẽ rẽ tumultuario lectori non ingratã, feciſſentq; proculdubio & aliis haud parum vtile, si paulo accuratiore vsi essent partitione, pleriſq; enim locis incuria credo potius, quam rerum ignoratione id accidit, vt dimidiata periodus in duo mẽbratim abierit capita, quale illud: *Iam tamen Colonia diui Claudii Sabaria & oppida Carambis Iulia*: vbi haud dubie ostẽditur hæc omnia cũ verbo quod in fronte est alterius capitis ordinari oportere, oppida enim, non syluas & glandifera dicuntur loca inhabitari, nec est cur in iis, quæ sequuntur quicquam desideres, cum possit id substantiuum verbum præstare.

Ex Lib. 4. c. 3. Insedit perquam multis Plinianis codicibus mendum: vt *Taulis* pro *Daulis* legeretur, in qua sane emendatione illud succurrit, esse apud eundem Plinium *in Thracia relationes intus Bizia arx Regum Thraciæ a Therei nefasto crimine inuisa hirundinibus*, cui Thucydides tradat: Thereum Dauliam terræ Phocidos tunc a Thracibus habitatam tenuisse: vbi fœminæ circa Ithim notissimum facinus patrauere, Ait ad hæc Therem quendam. Sitalcis patrem magnum Odrysarum in Thracia regnum tenuisse, sed nihil huic necessitudinis cum Thereo fuisse. Hæc in trascursu attigisse volui: quia non potui non mirari Plinium vanam vulgi persuasionem potius, quam grauissimi auctoris opinionem, sequi voluisse, præsertim cum Thucydidis opinionem in Phocensium rerum relatione non obscure repræsentet.

Cap. 11. *Mons Serium & Zonerum.* Hæc Plinius, si Plinii & non librariorum, potius sunt verba existimanda: Pomponius inibi *Seriphion & Zona* distinctis refert dictionibus, *promontorium*, inquit, *Seriphion, ex quo canentem Orphea secuta enarrantur nemora: Zona, tum schœnos*, hęc posui vt in vtram lector magis inclinauerit veniamque duxerit. sequatur lectionem, nos quando vtrinq; auctoritate laboratur, in medio relinquimus.

Ex Lib. 5 Cap. 4 Adeo quædam librariorum vel incuria, vel insciticia, Plinianos libros inuertit, vt ne ipse quidē historiæ auctor si ad superos reuocari possit, valeat interpretari, quale est illud in Africæ descriptione *liberum Clupea in promontorio Mercurii. Item libera Curubis ne Apollinis*: sic omnia Plinii quæ vidimus habent exemplaria: sed nos Strabonis & Ptolemæi auctoritate freti *Neapolis* pro *Apollinis* legimus, vt sit lectio *Curubis: Neapolis*: apparet enim vnius syllabæ mutatione locum deprauari contigisse.

Eod. Cap. Nec in eo minus ille de quo loquor offendisset, si sua recognoscens hæc quæ subiiciuntur perlegisset. Inde sic enim apud plures legere *est Thena Auesinacō madesta cape*: Sed nos Ptolemæi vetustiq; exēplaris lectione adducti ita emēdauimus: *Theene Macomada, Tacapa*, vel vt quidā habent: *Auesma, Comade, Stacape.*

Cap. 5. *Terminatur*, ait, Ptolemæus *Marmarica ab oriente ab Anthedone vsq;, est & Paretonium haud multū idem diuersum.* Quid sit igitur quod Plinianā lectio *Pharendonē* habet viderint alii. *Accolunt*, inquit, ille Marmaridæ a *Pharedoni ferme regione.* Cetera ex illo si libet require.

Cap. 5 Non essent quædam obseruanda, si eruditorum tantum rationem haberemus, sed ea est quorundam vel insciticia, vel inertia, vt ne ea quidem, in quibus insigniter est alioquin erratū, aduertāt, quo fit vt velut alia pleraq; *Catabathmum* mēdose haud pauci legant, vbi *Catabathynun* sit legendum. Salustius ab ortu solis decliuem latitudinem, quem locum *Catabathynon* incolæ appellant. *βαθυνὸν* enim græci profundum dicunt.

Cap.

C.14. *Arabiæ vero & Ægypto proxima per ea asperis dispersa montibus*, hęc Plinius Ptolemæus, his finibus petream celebrat Arabiã, & in ea Petram vrbem. Vnde terræ videri potest nomen inditum.

Cap.24. *Ita naturæ dimicatio illa* ait Plinius *æquatur hoc eũte, quo vult illo prohibente ire, qua velit.* Quæ Plinii verba nisi altius fuerint inspecta, credantur sibi aperte repugnare, ita vt alterum oporteat esse falsum: *sed sic sane* vt ille ait, *esse deprehendas si non omnia ad euentum referas.*

Cap.27. *Nunc mõtana Gage Corydola.* Strabo non *Gagen*: sed *Cracum* vocat. Ptolemęus *Cogram*, verũ non tam hoc me mouet quam illud, quod proximo capite Indum flu. in Cibaritarum iugis ortũ, lx. dicat perennes fluuios recipere, torrentes amplius centum. Sed Indum in his terris, quod sciam, nemo posuit, nec de orientali illo potest intelligi. Quare vide ne *Nilum* sit potius legendum.

Cap.19. *Caricæ minus quod primo condidisse Iones narrantur Athenis profecti.* At *Mius* non minus legendum contenderim: *Miuntem* Iones duce Cydrelo Codri filio, vt Strabo tradidit, in Ionia condiderunt.

Cap.32. *Telostobogorum pissimnis.* Sic mendosi quidam Pliniani codices habent. Alii complu culi *Pisinus* Strabo *Tectosages*, inquit, *Phrygiam maiorem versus iuxta Pisinuntem* & paulo: *Pisinus emporium est eorum, qui in hac regione sunt, & templum maximum habet magna venerationis matris deum*, quibus Strabonis verbis apparet *Pisinus* dici, qua & *Selinus* forma.

Eod. Ca *Nunc reliqua in ora a Rio*, sic plura exemplaria. Sed vnũ cõclamatæ propemodum fidei ratio: quasi vna sit dictio. Ptolemęus *in ora Bithyniæ Heraclea*, inquit, *post Persiliũ*: Tion: quod ita sane esse Plinii quoque verba demonstrant, *in ora*, inquit, *a Tio & non a Rio.* diuisimque non coniunctim.

Eod. Cap. Nullam Plinianæ historiæ partem magis librariorum lãcinauit iniuria, quam hanc, quæ ad Geographię attinet rationẽ: ecce vel vno capite plura occurrunt, tam aut inuersa, aut mutilata vt somnulentissimum possint lectorem excitare, etenim quid inemendatius scribi potuit *quam Galeadon* pro *Galcedon*, & nõ multum infra *galeadonis*: quod nusquam terrarum quod sciam reperire sit *pro Calcedonis.* Plinius: Strabo: & Ptolemæus *Calcedonem* in Thracii bosphorii angustiis statuerũt, *Galeadonem*, neq, ibi neq; alibi scriptorum quispiam: quod sciam me legisse retulit.

Eod Cap. Sed quo propinquitate vocis pronius in vitium fuit hoc ꝙ dicã, eo maiore est studio ab iniuria vindicãdũ. Postea inqt græcorum oppidum: vbi contra omnem librariam fidem *Cæcorum* non *Græcorum* legendũ contenderim Strabonis auctoritate secutus, qui vno atque altero loco haud dubie demonstrat, Calcedonis cõditores *Cæcos* ab Apolline iudicatos: quia cum vrbem ipsam conderent locum eligere nesciuissent: Astipulanturque nostræ

opinioni ipſius Plinii verba quæ continuo ſequuntur: *Cacorum* ait *oppidum, quia locum eligere neſciuiſſent*, quod ſi græcorum legas nil certe ſequetur.

Ex lib. 6. *Gens Macrocephali oppidum Cæſaris portus*: Sic vulgo. Sed *Ceraſus* legendum docet Ptolomæus *Iſcopolis Ceraſus pharnaciæ*. Seruius. *Ceraſus vrbs Ponti: quam cum Lucullus deleſſet, genus hoc pomi inde auexit, & a ciuitate ceraſium appellauit*: Illud interim ſuccurrit mirari, quod cum emendatius exemplar, nec fidei obipſam vetuſtatem contemnendę, *Ceraſus* haberet, quidam *Ceraſſūtum* fecit, quaſi vnum eſſet nomen. Ptolemæus *Ceraſus* ait *pharnacia iſſi portus rap eſos* quibus aperte ille demonſtrat diuiſa eſſe hæc, non coniuncta.

Cap. 1. *Ad Helleſpontum*, inquit, *octingentorum x x v. millium paſſuum*, qua ſane lectione haud vnum deprehenditur mendum. Etenim *Helleſponti* latitudo ſeptem habet ſtadia. Ceterum idem Plinius alibi: *Helleſpontus ſeptum vt diximus ſtadiis, Europam ab Aſia diuidens*: Herodotus. *Iunxit Xerxes Seſtion Abydo. ſpatiū medium eſt. vij ſtadiorum*. Septē ſtadia paſſus habēt octingentes. lxxv. emēdata igitur erit lectio *octingentorum. lxx v. paſſuum*, idque non ſolum auctoritate ſed ratione etiam probatur.

Cap. 17. Age vero quā ridicula, quam voce ipſa veritati proxima eſt deprauatio illa: *Alexādri*, inquit, *comites eo tractu indicę, quę ſubegerāt ſcripſerūt. x v. oppidorū fuiſſe nullū, cominus gentium notū*. Quæ ſane lectio ne Plinio quidē ipſi ſi ſic ſcripſiſſet ſenſu & ordine conſtare potuiſſet: Siquidem *Cominus* diſtinguas oportet legaſq; *Cominus* id Strabonis demonſtrat auctoritas, is de Alexandri victoria locutus. *Ciuitates* ait *quinque millia non minores Co Meropide, qua profecto multitudo per exceſſum nouem nationes dicuntur*, quinq; millium igitur opidorum cortige nullū Co minus. Eſt enim Cos oppidum vt Plinius docet in Calimna inſula Carpatho haud multū diſtans, eſt & inſula vt idem auctor alibi Hippocrates genitus in Inſula Co.

Eod. Cap. Quid ſit præterea non video, quod eodem capite a *Libero patre ad magnum Alexandrum Indos*, ait, *reges cliij. & annorum. vj. ac ſupra eum numerum. cccc. duos colligere* quod fieri nō poteſt, ſi ad Semeles filiū id referas. Sed aut in numero erratum dixeris, aut quod magis credo ad vetuſtiſſimū illum, quem Ægyptii ab initio ſunt commenti alluſit. Herodotus auctor eſt Græcos Bacchi nomē ab Ægyptiis audiuiſſe, *vt Neptuni* a Lybibus. Ceterum ſi ad annum ſolſtitialem eum numerum referas, tempora parum cōuenient cum iis, quæ diuinæ literæ de mundi origine continent.

Cap. 18. Sunt fateor hæc quæ vno loco colligam, haud magni alicuius momenti, ſed quibus lectorem minus ſolertem facile hallucinantem videas, quale eſt illud in extremo capite *de Gangi altitudine nuſquam minus. xx. millium paſſuum, quaſi ad ima tartara ſit*

vnus

vnus ille fluuiorum vado depressus. Sed, *xx. passuum* qui nō videt legi oportere. Et in proximo ab eo capite: *Darda* legūtur pro *Herba*, & *Pacale* insula pro *Pactale*: Si vera vtrobique est Strabonis lectio.

Cap. 23 & 25 *Patet oppidum stad. xxx. multoq; pulerius sicut Attacinus aut Artacabane*: Verum vetus codex *antiquitus* pro *Attacinus* habet. Ceterum Varro *Atracinus* a Plinio citatur quod ex ipsius Epitomes haud dubie percipitur. Sic in eo capite quod vno interiecto est huic proximum *Parthitas & Calymus*: pro *Parrithus* & *clymax* legere est. Præterirem ego hæc vt dixi, nisi errores apud imperitos errorum genitores essent.

Cap. 27. *Mox vasto alueo perfusus dextra Caracis oppidi infertur mari persico decimo ore*. Pōponius auctor est *Tigrim* eo modo quo oritur in mare volui. Herodotus & Plinius aiunt singulari eum alueo fluere. Superest vt non ad numerū sed magnitudinē id referas, obseruatum est enim *decimū quēq; fluctum, decimum quodq; ouum* precipua esse magnitudine, vnde & *decumanus* pro magno accipitur, & *decumana porta* quæ in castris maxima fuit. Vide igitur ne *decumanos* sit potius legendum *siue decumano*.

Cap 28. Est & *Rarum* insulam legere pro *Bathum* in exemplaribus compluseulis: & *stelle* pro *stele*: est enim græce στήλη columna. Hoc haud sane attigissem nisi vulgo fere alteram dictionem duplici liquida librariorum insciti notatam offendissem.

Cap. 29 *Cassii montes longe absunt ab Ægypto & Arabia: quippe qui circumari, quod alioquin Hyrcanū dicitur nomē fecere*, mēdosū igitur illud apud Plinium. *Alterum duobus millibus passuum vltra Cassium montem*: vide igitur ne *Cassium sit* potius legendū: est is mons in Ægypti, & Arabiæ confinio: quidam in deserta Arabiæ statuunt, in qua nihil præter ipsum sit memoria dignum. Liuius, Strabo, Polybius, & Apianus meminerunt. Quod cassium sit legendum, Plinii verba pene arguunt: *vltra*, inquit, *Casium montem quod a xl. millibus passuum redit in Pelusiacam viam*.

Cap. 30. Operæ pretium est breuiter referre quot modis locum, quem proxime subiiciemus librariorum deprauari insciti, vsque adeo licentia, temere corrumpendi sæpius incumbit in iis, q haud ita vulgo sunt nota, quasi tutius sit in tenebris, quā in aperto mendacium locare. Habēt Pliniana quædam exemplaria: *Quo Sanneti quum fugerēt* distinctis dictionibus, alii *ipsa Meticum* fugerint: atque aliter alii, verum quæ emendata sit lectio Herodotus docet, quo inquit, *Psammeticum* fugerēt. Fuit is Ægyptiorum rex, ob cuius sæuam regni administrationem cc. & octo millia hominum ex Ægypto in Æthiopiam migrarunt.

Ex lib. 7. C. 11. *Etsi dē* inq;t. *familia Scipioni post. Gn. cognomē Salūt eminus dedit*: si Trāquillū quādoq; legissent: aut Plutarchū, qui ex duabus vocibus vnam fecere, facile a lapsu seruari potuissent: v-

terque illi Salutioni cognomen viro fuisse tradidit. *Salatio* igitur *minus*, non *Salumtonius* legēdū contenderim *minus* dico, quando alia vox *magis* propositæ materiæ conueniat nulla.

Eod. Ca. Sed qualis desultoria illa in elementorum syllabarumque in vno nomine reddendo depravatio, & Vibius quidam e plebe perquam similis Pōpeio fuisse a Plinio dicatur: si *Vicius* ille scriptum reliquit. Valerius enim bis eundem *Iunium* non *Vibiū* appellat. Nisi forte nomē potius hoc fuisse aliquis dixerit, illud vero cognomen.

Cap. 20. Ideo M. Varro vix in huiusmodi leues & otiosas observationes descenderem, nisi adeo multi ita somnolenta inertique lectione veterū scripta versarent, vt quoquo modo sit aliquid scriptum, tanquam nefas sit id mutare, indifferenter arripiant, cuius generis est illud, quod in fronte posui, in quo omnia Plinii exēplaria pro *idem* habent *ideo*: atque ita esse si quis altiusculè Plinii verba attenderit, facile deprehendet.

Cap. 23. *Armodium & Aristogitonem tyrannicidas*: Thucydides in primo historiarum æque indigenas exteræ sq; arguit scriptores: & veri inquirendi desidia: *Armodium* & *Aristogitonem* Tyrannicidas appellarint, quippe qui non Hippiam Tyrānum: sed Hipparchum eius fratrem adhuc priuatum ad Leocorium in Panathenaica pompa ornanda obtruncarunt.

Cap. 23. Credat, quis non videt inepte facere, si Plinii scripta mihi ex professo assereuda oppugnare incipiam, sed lectorem admonere, hoc est, ne omnibus temere assentiat: nō quicquam corrigere, aut mutare. *Anarchides*, inquit, *illi qui simili de causa præciderit*, an *Anaxarchides* in quæstione cōiurationis in Tyrannum initę sibi linguā præciderit haud facile dixerim. Illud cōpertum habeo *Anaxarchum* Abderitē a Nicocreonte Cypriorum Tyranno, quem apud Alexandrum in discrimen capitis adduxerat, postilliusobitū in potestatē redactū, in pilamq; coniectū cum ferreis malleis tunderetur. Tundite pilam Anaxarchi dixisse, *Anaxarchum non tundis*, qua hominis cōstantia cōmotus Tyrānus, cū præcidi illi linguam iussisset, vitro mordicus sibi in Tyranni sinum conspuisse.

Cap. 24. Adiiciam nunc translatitium vnum: Simonide *medico*: pro *melico* in Plinianis esse exēplaribus. Fuit Simonides lyrici carminis scriptor. Cuius Cicero, Fabius & Papinius in syluis meminerunt: græci a suauitate carminis περὶ τὸ μέλη, ἢ τὸ μέλος, *Melicum* dixere.

Cap. 26. Magniq; nomine inde capto Tiāquillus auctor est, Cæsarem cū subito accessu Pharnacis Regis copias fudisset, *ut sunt, qui te magnū facere Pōpei Exclamassent*: quibus ille verbis significasse videtur nō ex Africa, sed ex Ponto magni cognomen Pompeiū reportasse. Plutarchus ex Sicilia reuersum a Sylla eū Magnū ait appellatum, nec supprimit tamen fuisse, qui illū eam in Africa appellationem

tionem adeptum tradiderint, posui ego hæc, nequis Tranquillo temere accedens, Plinio hoc nomine calumniam intenderet.

Cap. 43. *Mulionem castrensem Suffranium*, sic habent compusculæ Plinii exemplaria, alia non pauca *Suffraneum*, sed vide, ne *Sufferaneum* sit potius legendum, a suffero, suppono. Plautus. *Intro ad vxorem vt tergũ sufferam ob iniuriam*, id est, supponam: Sed propius vero est *sufforaneum* reliquisse Plinium scriptum, vt quemadmodum *circumforaneum* dicimus, ita pari ratione. *Sufforaneum*, eritque in hoc semiplenus sensus, in illo plenior: sed hæc omnia coniectura magis quam ratione constant.

Eod. cap. *Ex quibusdam felicitatis inductus argumentis.* Nullo modo adduci possem, vt tam leuia observarem, nisi viderem huiusmodi errata non minus legentium, quam librariorum incuria inolescere. Quis enim tam expers est iudicii qui accuratius hæc intuitus non videat *quibusnam* esse legendum, non *quibusdam*. Etenim inficiatio illa est, & cum stomacho per parenthesin legenda, vt sit sensus: Sylla vnus ad hoc æui sibi Felicis nomen adoptauit, quibusnam felicitatis argumentis? quasi dicat, dii boni quam turpibus & ab omni felicitate alienis, an quia tot ciuium millia proscribere potuisset?

Ca. 44. Et hoc dicebat *iam Balearicis & Creticis diadematis iam Macedonicus erat.* Cuum hæc in ordinem redigeremus, forte apud me Palladius Niger, homo Plinianæ lectionis perquam studiosus, tum ille quoniam in hunc locum tanquam scopulum impacti hęseramus, obseruasse se aiebat apud Plutarchũ in Coriolano: Metellorum quendam quia diutius frontem vitta obligatus ob diuturnum vlcus in medium processisset Vittati cognomen adeptum, verum quia diadematis insigne vitta constare non ignorabamus, suspicari occæpimus ne *diadematus* sit potius legendum, quam *diadematis* Nec ita multo post ex Cicerone propemodũ sum adeptus quod cõiectura indagabamus, Is in ea Oratione quam ad populũ habuit *non vt pro Quint. Metello* ait *viro clarissimo iam spectata ætate filius no. L. Diadematus consularis, summa auctoritate, non Quintus Metellus Censorius.* Verum quum *diadematus* reliqua exemplaria haberent, vnum duntaxat satis spectatæ fidei *diademator* habuit. Ceterum ille quem Plinius *diadematum* appellasse videtur: Quint. non Lucii prænomen habuit, facilis variatio.

Cap 45. *In summa ille Deus cœlumq; nescio adeptus magis an meritus herede hostis sua filio excessit:* Ridiculũ est, ne propudium dicam vulgo ita receptum, vt suæ hostis filio herede Augustum decessisse scripserint ad hunc diem omnes, velut Liuia Augusti fuerit hostis, cum quo an ad extrẽum vsq; vitæ coniunctissime vixerit Tranquilli verba perspicue demonstrant: *Repete*, inquit, *in osculo Liuiæ & hac voce defecit: Liuia nostri coniugii memor viue & vale:* Quin meminisse oportuit Tiberii patrem aduersus Augustum L. Antonii pat-

tes olim secutum. Atque vnum omnium post Perusinum bellum pertinacissime in partibus perstitisse, hostis it. q; sui non suæ si pudor est legere incipiant. Ceterum si non vere, melius tamen fecere illi, qui cum viderent id non recte ad Liuiam referri posse verbis & ordine inuersis, herede non suo filio excessit: scripsere.

Cap. 60 Facerem ego adhuc plus inuidiæ nostri seculi hominibus, nisi codices facie satis vetusta, & ob id forte fide conclamatiore sæpiuscule & ipsi claudicarent, nam quid a prisca illa scribendi diligentia magis alienum dici potest, quam *Greces thasim* diuisis dictionibus scripsisse, pro *Gracostasim*, id certe in causa fuit vt minus ægre tulerim in aliis qui argeorum sit thesim: Sed quis ille Romæ aut vbi locus esset, Varro docet.

Ex lib. 8. Cap. 10. *Hæc vbi in ipso amne canali se fixit intolerando afficit dolore*, sic in multis: vetustior tamen codex ipso amne carnali. *Sed anima canali melius*, id est, per quem meat anima, id est, spiritus. Nam quum duæ sint quasi canaliculæ, seu fistulæ ab oris faucibus deorsum tendentes: per earum vnam Plato & Philistion Locrus, Dioxippus Hyppocraticus, humores pulmoni rigādo fouendoque necessarios defluere crediderunt. Hanc eandem esse τραχειαν ἀρτηριαν, id est, *asperam arteriam* vocant, per quam spiritus a summo ore in pulmonem, atque inde rursus in os & in naris commeet, quanquam Herasistratus medicus negauerit per asperam arteriam quicquam potus aut cibi defluere: sed illi aliter, vt dixi, statuerunt, vt sine cunctatione affirmare possis *anima canali* esse legendum, qua spiritus & potus commeent. Altera *canalicula ea est*, per quam esculenta omnia, & vt soli Herasistrato placuit, item & poculenta ad stomachum defluunt.

Cap. 7. *Pugnauere & Cæsari dictatori tertio consulatu eius, xx. contra pedites quingentos. Tranquillus quinquagenu peditibus ait pugnatū elephanis vicenis, tricenis vero equitibus.* In hoc igitur aut illo numero erratum esse oportet: Sed propius vero est Tranquilli numerum parum fideliter a librariis redditum, qui cum scriptum quingenis inuenissent, syllaba interposita quinquagenis fecerint: etenim quingenos dicimus, & quingentenos, vt sexcenos, & sexcentenos. Ceterum vtroque versu potuit vitium inclinare. Locum in medio relinquimus.

Cap. 17. *Magnitudini fatorum accepta ferri æquius quam ferarum natura arbitror.* Sic vulgo notatum reperio, verum qui non ignorant, quid inter *fero & refero acceptum* interfit, *referri* vt elegantius ita libentius legerim.

Cap. 36. *Miror adictum Numidicos vrsos cum in Aphrica vrsos non gigni constet.* Hæc Plinius. Verum si in Numidia tantum vrsos non generari dixisset, fuisset eius sententia adhuc æquius ferenda, at tota Aphrica feræ genituram exclusit. Quod an verum sit alii viderint. Illud non dissimulabo Herodotum rerum Africanarum

auctorum diligentissimum tradere, Libyam inter multa & varia animalia vrsos quoque alere.

Cap. 44 *Nec pontes transeant per raritatem plantarum translucentibus fluuiis.* Tu vide ne *plancarum sit* potius legendum Sunt enim *planeæ* tabulæ planæ a planicie dictæ, quanquam non eo inficias & *palangus* legi pro teretibus fustibus qua item materia solent pontes insterni. *Palangarum* auctor est Festus.

Ex lib. 9. Cap. 18. *Mullum. 80. librarum in mari rubro captum Licinius Mutianus prodidit, quanta mercatura cum luxuria sub vrbanis litoribus inuentum est, & hæc natura vt alii alibi pisces principatum obtineant*: Sic vulgo legere est: Ex qua lectione non verbis solũ, sed periodis quoque inuersis nullus quidem rectus potest elici sensus, tu vero *quanti* legito pro *quanta*, & est pro *cum*, verbumque substantiuum cum sequentibus iungito, erit itaque emendata lectio, *quanti luxuria mercatura*, id est, *luxuriosis hominibus mercaturis eum captum sub vrbanis littoribus*, id est, *vrbi propinquis. Est & hæc natura vt alii pisces principatum obtineant*, quasi dicat: Comparatum est natura vt alii pisces alibi suauiores iudicentur, ac per hoc maiore pretio digni, vt mullus qui si sub vrbano sit mari captus, melior sit gustu quam alibi. Estque ni fallor *mullus*, quem indigena: magis, quam exotica lingua Veneti *Barbionem*, Roani *triliam vocant*.

Cap. 25 *Estq; admodum paruus piscis assuetus petris Echeneis appellatus* Præteriissem hunc locum silentio, vtpote parum necessarium, nisi viderem quendam nostri temporis singulari alioquin doctrina, præstantique ingenio virum incuria credo, aut certe vocum similitudine deceptum, *Echinnum* pro: *Echeneide* accepisse simul, vt & locum in Anneo Lucano deprauatum corrigeremus. Ita est enim ferme receptum, vt carmen in eo legatur: *In mediis Echinnus aquis*, quum vel metri necessitate sit Echeneis legendum, prima enim in *Echinno* breuis est: quod Martialis carmen demonstrat: *Cortice deposito mollis Echinnus erit. Echeneis* ad hæc non *Echinnus* carinæ inhæret: quod Plynii verba haud dubie declarant. *Hoc carinis*, inquit, *adhærente naues tardius ire creduntur. Et rursus Caligulæ imperatoris ab astura antium remigantis quinqueremem quadringentis remigibus aduersum nitentibus retentam scribit captamque ab vrinatoribus gubernaculo herentem magnæ limacis similitudinem principis & aliorum oculis subiecisse. Quod Echinnus & Echeneis* re & voce differant eiusdem Plynii auctoritas demonstrat, *Scorpio inquit lædit dum manu tollitur Erythimus, Echeneis Echinnus.*

Ex lib. 10. Cap. 3. Homerus inquit & *parcnon* vocat, alii & *placum* quidam codices habent & *planoum* sed πέρκνον Græci nigrum dicunt, & πλακκοῦντα errantem quare percnon libentius, & placunta legerim.

Cap. 6. *Vmbritius aruſpicum in noſtro æuo peritiſſimus parere tradit ouа tredecim*, ſic vulgo notatum reperias: ſed quam ſit emendata lectio Ariſtotelis verba demonſtrant, qui *bina* ait *ouа vultu rem parere*. Tria igitur legas, non *tredecim*, vt vno abiecto, quemadmodum Vmbritius credidit, duo fœturam impleant, quod & Ariſtoteli videtur placuiſſe.

Cap. 23. *Pithonoſconam vocant, in Aſia patentibus campis vbi congregata inter ſeſe commurmurant*: ſic vetuſtus ille noſter codex, recentiores alii *Pithonis Cumen*. Strabo ex *Phritio Locrenſi* veniſſe ait, *qui locum non longe a Caiſtro condiderunt Cumen nomine*, quibus apparet *Phritionis Cumen* legendum non *Pithonis*.

Cap. 64. *Ex omnibus, quæ perfectos fœtus vel tantos & numeroſos edunt*: Si quis non verba ſolum, ſed verborum ſenſum altius attendat, contuleritq; cum iis, quæ ſunt in alterius capitis fronte, haud dubie iudicabit, hinc non aliunde caput ipſum incoari oportuiſſe.

Ex lib. 2. cap. 24. *Non ad hoc videtur pertinere crebra tapexitas*, in pluribus exemplaribus ſic repetio, in quibuſdam vero *crebrate pexit aſcile*, ſed neutrum meo iudicio conuenit. Coniectura igitur magis quam auctoritate fretus *cribrata pexitas* libentius legerim, vt demonſtrare voluerit ex aranearum textura cribri rationem, & formam imitari. Ceterum videbitur fortaſſe alicui *pexitas* tam dura quam noua forma dictum, ſed a Pliniana verborum figura non multum abhorret: ſit tamen cuique volenti integrum ſi poterit in hunc & reliquos locos meliora comminiſci.

Ca. 29. *Quod maxime miremur famem quoq;, quapropter heſterna pabula præterquã ſciunt imminere, nos petant*: Quæ emendauimus: aſtipulaturq; nobis propemodũ vetuſtioris codicis lectio, in quam multo poſt incidi, qui *petere* habet *pro prater*, niſi tu quoque *petere* malis legere, vtſit ordo: Miremur, quod ſciunt imminere famem qua propter & *petere* externa pabula: Sed prior lectio vt verior, ita tutior.

Cap 37. *Diuo Auguſto equarum modo glauci fuere, ſupraq; hominem albicantis magnitudinis, quam ob cauſſam diligentius ſpectari eos iracunde ferebat*. Hæc Plinius. Tranquillus contra: *Oculos*, inquit *habuit claros ac nitidos, quibus exiſtimari volebat ineſſe quiddam diuini vigoris, gaudebat ſiquis ſibi acrius tõtuenti, quaſi ad fulgorem ſolis vultum ſubmitteret*. Quid magis diuerſum vterque ab altero tradere potuiſſet, in re ob temporum propinquitatem, prope oculis admota. Ceterum vter illa verius tradiderit, videbunt alii.

Cap. 27. Scio ego quantas in ſe his paucis annis conciuerint procellas, duo haud obſcuri nominis viri, dum hæc Plinii verba quæ ſubiiciam diuerſo ſenſu diſtraherent: *Antiqui abdomen vocabant priuſquam callere id ſcientes occidere non aſſueti*, vbi *callere* non ad ho-

ad homines puto referendum, sed ad *abdomen* ipsum, vt sit *callere callum habere*, quemadmodum *rubere*, & *pallere*, dicimus, *pallore rubore q; esse praditum*, Id ego admonui quia illi aliter omnino sensisse videntur.

Cap. 43. *Thracio enim studioso in C. Cæsaris ludo notum est dextera fuisse procliorem*: Sed tu *Thraci* potius legas. Quid Thrax in gladiatorio sit certamine notum est, fauet huic lectioni spectatæ fidei codex, in quo *Thraci* est non *Thracio*.

Cap. 45. *Camelo tali similes bisulcis se maiores paulo. est enim bisulcis discrimine exigue pessimis vestigio carnoso, vt vrsi, qua de causa in longiore itinere sine calciatu fatiscunt*, de qua verborum forma nullus quod videam elici potest sensus, si *pessimis* legas, quare verior, nam sanior erit lectio, aut certe vero similior, si distinctis vocibus *per Simiis* pro *pessimis* legatur.

Cap. 46. & 49. *Sues ex vtroq; genere existimantur, ideo fœtus earum hominem existimarunt habere facile conuicti*, sed vide ne *omen* potius quam *hominem* Plinius scripserit, & tertio ab hoc capite ne *Trederico* sit mendose pro *Treuerico* notatum.

Ex lib. 13. cap. 4. *Folia cultrato mucrone lateribus in sese biffidatis bellas primum monstrauere gemmas*: Posset video in dubium venire quid sit, quod Plinius dicat, bellas gemmas a palmis monstrari solitas, sed ad illud credo alluſum, quod ex palmis scopæ fieri olim consueuere. Id Martialis carmen haud obscure demonstrat:

In pretio scopas testatur palma fuisse. Scopis igitur diuitum pauimenta verruntur, quæ an luxurioso illo seculo pretiose fuerint instrata, Papinius docet, *labor est*, inquit,

Memorare figuras: Aut ebur aut dignas digitos constringere gemmas. Et rursus:

Dum vagor aspectu imprudens q; per omnia duco
Calcabam nec opinus opes.

Ca 44. *Frutex est & cythisus ab Antimacho Athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo omnium*: Tu vide ne *omnium* sit legendū: nam si animalium subintelligas falsum est, si minus, quadrupedum addendum fuit: quanquam sic quoque vix crediderim omnibus indifferenter quadrupedibus ex vna herba optatissimum quæsitum pabulum, cum aliæ aliis delectentur. Sed facta ita esse quadrupedum aut pecudum, aut aliud id genus addi oportuit, cum supra nullius generis animantium aut speciei meminisset. Nec obstat quod non multo post iumenta dicat eo pabulo pinguescere, potest enim ita natura comparatū videri, vt alia pleraq; animalia eo pabulo pinguescant, sed vt ouibus sit quam commodatissimū.

Ex lib 14. cap. 1. *Vt vindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat*: id sane dicere voluit tantam esse vlmorum proceritatem, vt is qui ad eam vindemiam conducatur, præter diurnam mercedē rogum etiam & tumulum excipiat, q. d. si tam eminenti arbore

lapsus exstingueretur, is cui locata erat opera rogi ac funeris persolueret inpensam, aut certe funus & rogum mortuo repræsentaret.

Eod. Cap. *Atq; in delictis etiam pœnam honorat*: quid esset quod Plinius *pœnam* in delictis vitem honorare dixisset, petierunt a me apud Moretum bibliopolam sedente, patricii quidam adolescentes. Sed siue serio, siue tentandi gratia id illi facerent, breuiter occurri, quoniam vitis centurionis esset, non carnificis, aut lictoris gestamen, subiecique continuo illud Iuuenalis: *Nodosam nosti hac frangebat vertice vitem: Si lentus pigra muniret castra dolabra*, Mox & Martialis alterum *Vare pares bonitas lata modo vite per vrbes*, honorificentior enim pœna quæ a Centurione quam quæ a lictore esset illata iudicata.

Cap. 4. *Magna fama fuit vetuleuo Ægialo perinde libertino hoc in Campania rure veliterno maiorq; etiam fauore hominem, quam ipsum Africani colebat exilium.* Sed *liternino non Veliterno* legendū, hoc a *velitris* est illud a *literno* oppido, vbi Africanus exulauit, Liuius & Valerius sunt auctores. Distat Liternum a Velitris plura millia passuum, vocum tamen similitudo in causa fuit, vt error semel receptus lectorum incuria ad hunc diem inoleuerit.

Eod. cap Pudet me maiorum negligentiæ qui tantum librariorum vel incuriæ vel insciticæ indulserint: vt quæcunque illi scripserunt, velut mysteria quædam, aut corrigere aut mutare nefas duxerint: Sed plus omnino nostrorum hominum recentiorum dico qui eiusmodi vitia turpiter recepta aliquanto turpius adhuc diem fouerint, neque enim ingenium his, aut eruditio, sed voluntas defuit. Adde quod pleraque adeo nuda occurrunt, vt nemo tam hebeti sit ingenio, cui sub primum occursum non ipsa in notescant vitia quorum genus est hoc quod dicam *Anno inquit fuit omnium generum bonitas. L. Opimio consule: quum G. Grachus. Tribl. seditionibus agitatis interemptus est ea cœli temperies fulsit, quam coctiuram vocant solis opere natali vrbis. Dc. xxxiiii. duratque adhuc vinea ducentu fere annis in speciem redacta mellis asperi, durant* non *durat* legendum est, *vina* non *vinea*, quod ita esse, vel ex eo percipi potest, quia in mellis speciem dixit *vina redacta*, quasi similitudinem aliquam cum melle vinea haberet, quanquam si sic esset, quod dicere ridiculum est, cur vna potius vinea quam alia asseruata, si omnium generum fuit bonitas. At sic habet vt dicitur, prona omnia in lapsum, reuocatu vero difficilia.

Ca. 6. *Liuia Augusta octoginta duos annos vita Punico vino rettulit acceptos*: Sed *pucino* non *punico* legendum esse Ptolemæus docet *pucinum* inquit *pinguendum forum Iulium concordia, Aquileia.* Et Plinius ipse *castellum* inquit *nobile vino Pucinum*, id ego Pucinum esse crediderim, quod hodie in maritima Istriæ ora Carnis finitima *Prosecum* corrupto nomine vocant, Est inibi græci mitis laudibus

Picta-

Pictanum appellauerunt: tu vide ne *Puhanum* sit potius legendum πύανον Græci probabile appellant.

Ex lib. 15 Cap. 4. *Notum est magistratus honori eius octingenis sestertiis strimenta olei vendidisse*: Ego *honorario* libentius, *quam honoris etus*, vnde nihil sequitur, legerim. Erant *honorarii ludi* sic n. Festus appellat quorum spectaculis plures dies impendebantur. Tranquillus ne quod maleficiū negotiumue impunitate vel mora eluderetur triginta amplius dies, qui *honoratis* seu honorariis occupabantur ludis actui rerum accōmodauit. Quod ea quæ ludis superessent vendi consuessent, idem auctor demonstrat, *auctione* inquit *proposita reliquias omniū spectaculorum hasta subiecit & venditauit exquirens per se pretia*, et rursus inibi: *Nec dicendi finem fecit quoad tredecim gladiatores sestertiū nonagies ignoranti addicerētur.* Erit igitur sensus: *notum est magistratus honorariis ludis vendidisse strigmenta, oleum scilicet quo arletæ stringuntur octogenis sestertiis.* Scio ego nō defuturos nō qui ita facile nostræ huic opinioni accedant, verum meminerint illi nos non legē scribere, sed quæ sit integrum cuique vel probare vel si minus probanda duxerint, apertere pudiare, nitimur enim in plerisque coniectura, non ratione.

Ex lib. 16 Cap. 2. *Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia, captumque manibus lutum ventis magis quam sole siccantes* At *lotum* emendatior erit lectio, vt ad piscem captum, *lotum* id participium referas: Vt enim nimius astus: ita frigus nimium arefacit omnia. Alii *lutulentis manibus* habent, qui esset, quod non placet & lutum eiccari solitum interpretari aliquis. Sed quæ primo rettulimus loco, aut vera sunt, aut certe a vero non multum distantia.

Cap. 14. *Epicea resina ferruminibus conecta lapidibus in alueis validi roboris, aut si alnei non sint, striis congerie velut in carbonis vsu*: sed *vsu* vt verius ita liberius legerim non *vsu*, ex qua lectione nihil sequitur vt sit velut cum carbones fiunt tunc enim ligna in congeriem quandem sternuntur, vt diligentius vrantur. Qui *vsu* legunt ipsi quid sibi Plinius velit si possunt dicant.

Cap. 35. *Sed tria maxime insignia genera herbacea ac virens, quæ plurima est, altera candido folio, tertia versicolor quæ Thracia vocatur etiam num herbacea tenuiora folia in ordinem digesta densioraque in alio genere diuersa omnia*, hæc inualuit lectio. Sed si tria genera, quo pacto alio dixit quum de secundo genere loqueretur? Præterea ad vtrum reliquorum generum id referri oportere dixeris, id certe intelligi non potest. In *albo* igitur, non *alio* legendum esse contenderim, quod *candido* folio supra secundo loco rettulit. Hanc veram esse lectionem is recte iudicabit, qui squis elocutionis legem diligenter fuerit rimatus.

Cap 45. *Durant a Veliterno Africani prioris manu sata oliua. Item myrtus conspicua magnitudinis subest specus, in quo manes eius custodire Draco traditur.* Hoc quoque loco error haud dubie corrigendus vbi *Veliterno* pro *Liternino* est, qualis sit emendationis ratio supra ostendimus.

Cap. 45. *Vicina luco est ilex & ipsa nobilis, 35. pedum ambitu Caudicis, 10. arbores metiens singulas magnitudinis visendæ syluamque sola facit:* sic plures habent, alii vero 10. *arbores amiciens*: Sed neutrum probo. Nam si, 10. arbores vnius magnitudine amicirentur, haud vtique visendæ fuissent magnitudinis, nec si metiens legas, quicquam propterea sequetur. *mentiens* igitur legendum contenderim, vt ilex sua magnitudine, & ramalium euagatione, 10. arborum speciem procul spectantibus exhiberet, quas ipsius ilicis præalta lateque diffusa cacumina mentirentur, quod ne mirum quidem auditu fuerit, huic qui illius caudicem se, 30. ambitu collegisse pedes, non ignorauerit.

Eodem Cap. Quid illud? suspicandum ne est aliud quam vocis similitudinem librarios in ridiculum errorem traxisse, vt cum *tempe Thessalica* scribere debuissent, *templa* pro *tempe* mendose scripserint, quod vitium ita Plinianis codicibus tenaciter hæsit, vt vulgo hodie in illis ita non aliter sit legere. Quid *tempe* sint satis quidem notum est, ac omnino notius, quam vt de ea re maior nunc sermo habeatur.

Ex lib. 17. Cap. 4. *Punica vina in saxo coquuntur, Cecubæ vites in Pontinis paludibus madent, qui Punica vina* pro *Pucinis* hoc quoq; loco fecerunt, hebetiore quam lacertæ fuisse memoria arguuntur: Plinii verba, quæ ex quarto illius, alio loco recitaui, debuissent eos admonere *Pucina* non *Punica* scribi oportere, Castellum dixerat vino nobile *Pucinum*, quod vinum nobile ex Africa sit quandoque delatum, ipsi si possunt dicant.

Cap. 5. *Homerus in armis ab eo cælatam dixit: addiditque miraculum increscentis*, sed *a Deo* verius emendatiusque scripsissent, vt a Vulcano intelligas, qui Achillis arma fabricatus dicitur: Homerus est auctor, si *ab eo* legas, ad quem id potissimum referatur, cum nullius interim meminerit, non erit.

Cap. 22. *Pedamenta optima, quæ diximus aut radice robur oleaque.* Quo minus vox est nota: eo maiore videntur multi fuisse venia digni, illi *qui radice*: scripserunt *pro ridicæ*: est enim *ridica* vt Varro ait pedamenti genus. Eius verba vt omnia magis perspicua essent subieci: *Pedamentum* inquit *quatuor generum robustum, quod optimum solet afferri in vineam e quercu aut iunipero, & vocatur ridica.* Idem mendum rursus in eodem capite corrigendum.

Eodem Cap. *Si vinea ab vite caluata erit, sulcos interponito: vbiq; viuam radicem serito:* quasi duæ sint dictiones, tam vetera quam recentia exemplaria diuisas vtranque ab altera voces habent. Sed viui ra-

ui radix dicitur vitis, quæ iampridem humi defixa radicatur, quod ex ipsius Plinii lectione haud vno potest loco intelligi.

Cap. 23. *Æmylia via in radices Arborum Ambitur frondem earum fugiens*: hæc quidam habent Pliniani codices, alii vero complures in *radice satinarum ambitur*: sed in *radicis* vt semel atque iterum monuimus emendatior erit lectio. Est quidem *radica* furca ad vites sustinendas, vt sit sensus in Æmylia regione, qua via nobilis ab vrbe Bononiam ducit, ea ratione vineæ putantur, vt vites in radicis suspendantur circa Arnias vlmos, quæ adeo frondosæ sunt, vt si vitem applicatam habeant vmbratili complexu.

Ex lib. 18. *Augurio coronario augendo dies constituantur*: Dion & Tranquillus auctores sunt: Augurium salutis longo tempore intermissum ab Augusto pace terra marique parta restitutum. Augurii ratio fuit, vt si Deus permisisset, salus populo a diis deposceretur. Obseruabatur ad idipsum dies vna quotannis, qua nullus ad bellum exercitus mitteretur, nemo se ad pugnam expediret, nemo pugnaret: hinc certe fuit, vt cum in longa tam externorum, quam ciuilium bellorum serie talis dies haud facile obseruari potuisset, sit vetus illa Augurii ipsius cerimonia celebrari desita.

Eodem Cap. *Minutius Augur qui Spurium Melium coarguerat, farris pretium intimis nundinis ad assem redegit vndecimus plebis tribunus: qua de caussa statua ei extra portam trigeminam a populo stipe collata statua est*: Hæc Plinius, in quo illud primum quærebamus, quid esset: quod farris pretium dixerit, & non tritici. Cui quæstioni occurritur, trecentis post vrbem conditam annis populum Roma. farre tantum vt verius Flaccus prodidit vsum: Veniebat & illud in dubium quare, *vndecimus tribunus plebis* cum annullo is tribunorum numerus tradatur? Sed Liuius per cooptationem id semel euenisse videtur innuere: Quod ad statuam attinet, idem auctor auratam bouem extra portam trigeminam Minutio positam a populo prodidit.

Cap. 80. *Aut cum contemtus ignis e se fauillam discutit: scintillam vt emittit.* Ego *contectus* libentius legerim. Nam quid frigidius dici potuisset quam semiextinctum, ignem sopitumque contemtum appellare: at *contectus*: quod sæpius euenire solet, vt subito & inopinato crepitu ex eo scintillatio erumpat, meo iudicio verior erit lectio. Sed ego vt pleraque alia hoc quoque in medio relinquo.

Ex libro 19. Cap. 1. *Stupuerunt littora flatu versicoloria splendente*: tu vide ne impellente sit potius legendum, flatus enim impellit nec sub oculorum sensum venit.

Eodem Cap. *Mox Cæsar Dictator totum forum Romanum intexuit, viamque sacram ab domo sua ad clivum vsq; in Capitolium.* Non

attigissem hunc locum, nisi omnia Plinii exemplaria sic haberent. Dure nimis, ne inepte dicam, rem sane perspicuam Plinius tradidisset, si ad cluuum vsque in Capitolium dixisset, cum *cluus* nil aliud sit, nisi ipse Capitolii ascensus, & nō locus a colle diuersus. Sed Capitolinum cluum video ab omnibus vulgo appellatū. Aut igitur ad *cluum vsque Capitolinum* emendata erit lectio, aut quod magis placet, quodque vetus habet codex *viam sacram & cluum vsque* in *Capitolium*. Sicque pro Iouis templo *Capitolium* positum inteligas.

Cap. 4. *In medio satyrica signa, quanquam hortos tutela veneris assignantes Plauto.* Et ad nomen, & ad naturam satyrorum allusum videri potest. Etenim veteres Græci σάτυρον virile membrum dixere, vnde satyros dictos arbitrati sunt quidam, quod sit pronum in libidinem id animal.

Cap. 5. *Sunt qui & allium & vlpicum inter Compitalia ac Saturnalia seri aptissime putent*: At *Compitalia* feriæ erant vt Macrobius ait conceptiuæ, quæ a magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur in dies certos vel incertos, vt & Latinæ feriæ sementinæ. Sic *Pagnalia & Compitalia*. Haud igitur certum statuisset Plinius tempus, si per dies Compitalibus proximos allium & vlpicum seri iussisset. Sed locus vt plerique alii vocis est similitudine deprauatus, legendumque non *Compitalia, sed Opalia*, quæ feriæ statæ erāt ac tertio die post Saturnalia celebrari solita, Auctor est Varro.

Cap. 7. *Quamobrem appositas non memini degustare religio est*, Sic vulgo illud Plinii legitur, nos *non neminī* id est *alicui* emendatius credo legimus.

Cap. eodem *Mentha nemen suauitas odoris apud Græcos mutauit, cum alioquin mintha vocaretur.* At illud, ni fallor, subest, quod ἡμίνθη mentha est, ὀμίνθος stercus, quare vide ne *minthos* sit legendum potius *quam mintha*, vel si ita sit legendum, aduerte ne quasi ἀπὸ τοῦ μίνθε, *mintha* esset literam in dictione mutari contigisse.

Ex lib. 20. Cap. 4. *Praxagoras & ilios dandos censet phistonicis & colicis*, alii *phistonicis* habent, neutrum tamen emendate dicitur, at *Phistonicus* vera erit lectio, vt sit auctoris nomen, id ex Pliniana epitome facile condiscitur.

Cap 9. *Quin & vrinam eius, qui brassicam potandam æstimauerit labefactamque, neruis remedio esse.* Sic omnis vulgo Pliniana habet lectio, ex qua vt pote inuersa, nullus integer elicitur sensus. Catonis verba, vnde hæc ille mutuatus est haud dubie demonstrarant, *non æstimauerit* esse legendum, sed *æstauerit*: Ex illius re rustica hæc sunt: *Lotium* inquit *conseruato eius qui brassicam æstauerit*, hoc est comederit.

Ex lib. 21. Cap. 19. *Contra flos alba suppurata aperit ipsa discutit*, quid *sibi ipsa* illic velit haud video: Scio tamen ἴψιπος id est, *ipsipos* vermis speciem esse, quare vide ne *ipsa* sit citius legendum.

Cap.

Cap.34. *Hemina*, quam noſtri *Minam* vocãt, *pendet drachmas Atticas centum*. Pudet me negligentię quorundam, qui cumin emendandis codicibus ſuam operã ad hunc diem locarint, tam ſomnu'ẽte deprauamenta quædam admiſerint, vt propemodum appareat non tam neſciuiſſe eos, aut non potuiſſe locos quoſdam a mendo vindicare, quam noluiſſe. Iraſcerer ego adhuc magis illis hoc loco, niſi viderem ſpectatæ quoq; fidei codices illorum incuriæ, ne inſcitiæ dicam aſtipulatos. Etenim tam vetera quam recentia exemplaria, quæ vidimus, *Hemina* habẽt, pro eo quod *Mna* ſcribi oportuit, quaſi vero id pueri ignorẽt, quæ a Græcis *Mna* dicatur, Latinos *Minã* dicere: Priſcianus *libra* inquit *vel mna graia drachmas habet nonaginta ſex*. Et quod rurſus ad nomen attinet: *Accipe præterea* inquit *patrio, quam nomine Graii Mnam vocitant, Noſtri, Minam dixere priores*. Quibus perſpicue colligitur *Mnam* eſſe legendum nõ *Heminam*, quæ eſt menſuræ genus ſextariique dimidium.

Ex lib 22. Cap. 17. *Cuius effigies ex ære fuſa, & nobilis ille ſparginoptũ*: Scilicet σπαρτανίζω faſtia inuoluo καὶ ὄπτω video, *ſparganoptis* credo non *ſparginoptis* dicitur.

Cap. 22. *Vt quem Theſeo apud Callimachum apponat Hecate*. Plutarchus in Theſeo: At quæ de *Hecale* inquit, *deque eius hoſpitio fabulantur, aut omnino a veritate abhorrere videntur Hecaleſiumque ab Hecalo*, & mox paulo *Hecale, nam per diminutionem vocantes, quod cum inuenis admodum hoſpitio inuitaſſet Theſeum*, quare *Hecale* vera erit lectio, & nequis id translatitium putet, Veneta Academia vbi tertio ab hinc anno hæc publice interpretabamur, emendatę a me lectionis deferet teſtimonium.

Eodem Cap. *Quorundam ex his facile noſcuntur venena diluto ruboreo rancido aſpectum liuido intus colore rimoſaſtri pallidoque per ambitum labro*. Quærebamus quid Plinius cum rimoſaſtri inaudito pene verbo ſibi vellet, ceterum parum rei, quæ tractabatur accommodato: ſed cum verbi nouitate permotus ad vetus exemplar confugiſſem, *rimoſaſtra* ſcriptum inueni, eo & ſi parum integro coniectare cœpi ea, quæ nam verior videri poſſet lectio, vt non *rimoſaſtri* ſcripſerit Plinius, ſed *rimoſaſtro* potius hoc eſt labro rimoſum aliquid imitante, niſi diſiunctim *rimoſa ſtria* quaſi politie aliquis malit legere, quod non placet, ſiquidem & *ſtriatas columnas* & *ſtriatas conchas* legimus, & ab eo *quod ſtriare* polire eſt, ſed *ſtriam* pro politie ipſa non memini me legiſſe.

Cap. 25. *Tremulis plane ex aqua eſſe ieiunis ſtatim a balneis demonſtrat*: Hic *demonſtret* non dicitur, nec eſt ad quem referre poſſit: Sed ex epitome ipſa intelligi poteſt vnde error ſit ortus. Eſt inibi Damio medicus quare coniectura haud inepta adducimur ſcriptum a Plinio fuiſſe *Damio monſtrat*, librariorum tamen incuria aut inſcitia potius demonſtrat; auctoris nomine magna ex parte detrito eſſe factum, ſed qui in emendatoria incident

exemplaria: accuratius fortasse locum illustrabunt.

Ex lib. 24. *Spissatur succus ex folliculis cælesti aqua perfusis, mox in pila tusis exprimitur Origanis.* Ego *Organis* potius legerim instrumētis, ab Organorū similitudine maiora pōdera molientiū dictis.

Cap. 25 Herbas certe Ægyptias ab Regis vxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud *Nepenthes* obliuione tristitiæ veniamque afferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum. Medicamentum id fuisse plane constat, quod Helene apud Homerum Telemacho ad leniendos animi affectus propinat. Sed ne quale idipsum esset ignoraretur, Poetæ carmen subieci:

αὐτὰρ ἄρ εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον
νηπενθὲς τ' ἄχολον τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων
Et paulo post, τοῖα διὸς θυγατήρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
ἐσθλὰ, τὰ οἱ πολυδάμνα πόρεν θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη τῇ πλεῖστα φέρει ζάσθωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ μηγρὰ

Sequuntur & alia plura quæ si quis cupiat cognoscere: ex quarto Odysseæ poterit.

Cap. 7. *Est & alia Nymphea in Thessalia amne Peonio, radice alba,* At *Peneio* potius quam *Peonio* legendum contenderim, in Thessalia enim *Peonium* quod sciam amnem ad hunc diem nō legi. Quid quod eodem capite *Geruli* etiam pro *Getuli* in quibusdam reperio codicibus scriptū? Sed tam hoc quam illud, meo iudicio vitio non caret.

Cap. 9. *Si verū est vbi sata sit nihil nocere mala medicamēta amuletum vocent, Amuletum* remedium contra veneficia, ab *amoliendo* dictum: alii a *Vase*, quo conderetur, quod non ita probo, appellatum credidere.

Ex lib. 28. Cap. 1. *At vulnera nodo Herculis prælibare.* quærebamus qnalis esset Herculis nodus, qui vulnerib. vtilis esse diceretur, breuis is esse constitit, quē Dracones in Mercurii caduceo complicati suo nexu imitarētur.

Cap. 8. *Dextra pars Proboscidis cuti Lemna rubicata alligata impetus libidinum stimulat.* Verum non *Lemna*, Sed *Lemnia* legendū: est enim vt Dioscorides ait terra exsiccandi vim habens, in eaq; caprinū sanguinem misceri, & idcirco rubricam appellari, Quidam *Lemnam* recte dici, & *Lemniam* arbitrati sunt: Eodem capite codices quidam *Adipeasio* habent pro *lapide*: est *Asius* lapis vt idem auctor ait medicæ opis, candidi coloris, & vt pumex præcipuæ leuitatis, & rursus mendose inibi *Rupta*, pro *Rubeta*, in exemplaribus quibusdam scriptum reperio.

Cap 9. *Proxima in cōmunibus laus est adipi sed maxime suillo apud antiquos etiā religiosus erat, certe noua nupta intrantes etiamnum solemne habet postes eo attingere.* Iure mirari possis Plinium hæc affirmare,

mare, cum non multum infra ex Massurii auctoritate *Lupinam* dicat *Axungiam*, idcirco principatum apud maiores obtinuisse, quia nuptæ ea postes inungerentque, atque idipsum ne quid mali medicamenti inferretur, sed siue hoc siue illo sint vsæ, satis constat, ab ea vngendi ratione *vnxores* quasi vxores esse dictas.

Cap. 10. *Lardum quoque pingue, Pingue* Plinius dixit, quasi & *Macrum* dici possit, quo colligi potest *Lardum* a veteribus pro suilla carne quoquo modo salita vsurpatum, idipsum & satyrici carmen videtur significare:

Et natalitium cognatis ponere Lardum.

Credibile est solemnibus cœnis maiores non tantum pinguem carnem salitã, sed & macram apponere solitos: Iulius Capitolinus & ipsum *Lardum & Posicam* inter cibos refert militares. Hæc collegi, quia video vulgo persuasum lardum tantum pingue esse, cum ex his & macrum esse appareat.

Eodem Cap. Quæsiuimus a plerisque Physicæ professionis viris multæ quidem celebritatis, quod morbi genus esset *Opisthothon*, vnde & *Opisthotonici*, nec repertus est qui fateretur se id vspiam legisse, verum Plinius vno duntaxat loco, cum sæpius alioquin eius morbi meminerit, *Opisthothon* esse ait *dolorem inflexibilem*, hæc ille tantum.

Ex lib. 30. Cap. 5. *Tyria vero mactato corpore potæ*: Sed *Phthiria* potius legerim, est enim φθεῖρ. ὁὸν *Pediculus*, vt sit sensus Pediculi occisi si potui dentur, aut certe pediculi mactati corporis, ex corpore scilicet peremto sumti.

Cap. 10. *Podagricis in balneis vti folia Nitri prodest*: ex qua verborum salebra nihil quod videam sane potest elici: Tu vide ne verior sit lectio, *si vngi* pro *vti: & folia* pro *folia* legatur, vt sit ordo *prodest Podagricis vngi folia Nitro in balneis*, sed alii viderint, possit ne aliqua lectio verior accommodari.

Ex lib. 33. Cap. 1. *Et qui primus instituit cunctanter id fecit, leuisque manibus ac latentibus induit, cum si honos secutus fuisset dextræ fuerit ostentandus*, hæc Plinius: Gellius quia a corde ad medicum leuæ manus digitum vena quædam decurrere credatur, eum honorem ab initio datum tradidit. Macrobius vt gemmarum deliciæ tutiores essent, non dexteræ, quæ magis operaria est, sed leuæ annulum a maioribus inductum, opinionum earum vnam tantum veram esse oportet, cum singulæ veræ esse possint.

Eodẽ Cap. *Inter Scipionem q. & Drusum ex annulo in auctione inimicitiæ cœpere.* Tu vide ne Cepionẽ sit legẽdũ, quippe qui cũ Druso inimicitias exercuit nõ Scipio. Ci in ea oratione quam ad pontifices habuit: *M.* inquit *Drusus clarissimus tribunus plebis Pontifex fuit, ergo si is. Qu. Cepionis inimici sui postem adium tenuisset, & pauca verba fecisset ædes Cepionis essent dedicatæ v:* quibus verbis apparet, *Cepionem* cum fuisse cum quo Dru-

ſus inimicitias exercuit non *Scipionem*, vt omnes Plinii codices quos vidimus habent.

Cap. 3. *Libra autem pondus æris imminutum bello Punico primo cũ impenſis reſpublica non ſufficeret conſtitutumq; vt aſſes ſextantario pondere ferirentur: ita quinta parte facta lucri diſſolutum æs alienum. Sextantario pondere* vulgo Plinianis exemplaribus legitur, quod ſi ſic eſſet: non quinta pars lucri facta eſſet. Sed ex ſex partibus quinque lucre factæ, nec imminutum dixiſſet, ſed pene ad nihilum redactum, ſi cum libralis antea feriretur duarum vnciarum percuſſus fuiſſet, videndum igitur ne verior ſit lectio, *Dextantario pondere* decem videlicet vnciarum, vt duæ ſint vnciæ, in nouo aſſe lucre factæ.

Eodem Cap. *Vtpote cum ſapius Claudius C. Gracchi familiaris auro repenſum caput eius exciſum ad Opimium tulerit*, hæc inualuit lectio *cum ſeptum vlcus* pro *ſapius* ſcribi oporteat: Appianus & Plutarchus ſunt auctores.

Ex lib. 34. Cap. 4. *Sed illi Celatas tantum dicabant in ſacris victores. Celetas* tamen non *Celatas* vera eſt lectio: Græce κίλητας equos deſultorios vocant. Sunt qui deſultorios equos vocent, quia nudi agitentur, & expediti ab habilique ſeſſoris deſultu. Alii vt in Tranquilli paraphraſi diximus, quia duo equi nudi ſimul agitarentur, ac medio curſu mira celeritate agitatores ipſi, nunc huius, nunc illius inuaderent tergum. Nobis Manilii & Liuii auctoritas aſtipulatur.

Cap. 6. *Equeſtrem ſtatuam contra Iouis ſtatoris in veſtibulo ſuperiore domus Valeriæ fuiſſe publice conſulis filiæ*: Et ſi omnis libraria fides ſtet contra, quia veritas eſt oculis admota, miror locum non prius animaduerſum ab iis, qui ſuã impreſſoribus mercenariam locant operam, quis non videt *Publicolæ conſulis* non *publice* eſſe legendum. Fuit Valeria Publicolæ filia, quo conſule cum obſes data eſſet Porſenæ, ob clarum facinus in obſidibus ſeruandis patratũ, equeſtris illi ſtatua, vt Dionyſius & Plutarchus ſcribunt, publice eſt decreta.

Cap. 8. Sequens philoſophus *cœlites* fecit, alii *cœlites* habent, ſed vide ne ſit *celetas* potius legendum.

Ex lib. 35. Cap. 9. *Sunt in eis exemplaribus nobiles paluſtri acceſſu villæ ſub collium ſponſione mulieres labentes, trepidaque ferentur plurima.* Inoluit ſatis ſuperque hæc lectio, ſed ex qua nullus redundet ſenſus: nos vetuſti codicis collatione ſuccollantibus ſponſione mulieribus correximus, vt ſit ſenſus: *fuiſſe circa villam figuratas fœminas ſe ſponſione quadam paluſtri tractu ſuccollantes*, quæ geſtandi ratio, tam portantibus, quam iis quæ portarentur eſſet formidoloſa.

Ex libr. 36. Cap. 16. *E Macedonia conterminat Bonatam locatum petentibus dextra*, ſic plerique codices habent, alii Bobnea neutrum

trum tamen mēdo caret: Ego *Bœbeida* locum legendum credi-derim Plinius in Theſſalicæ relatione: *Fons Neſſeis Bœbois lacus*, eo-dem auctore correximus apud Lucanum locum, in quo *Bœtida* pro *Bœbeida* fuerat notatum.

Ex lib 37. Cap. 2. *Licet æſtimare ex multitudine, quæ tanta fuit, vt auſerente liberis eius Nerone Domitio theatrum peculiare trans Ty-berim hortis expoſita occuparent, hoc a populo impleri canentes, & dum Pompeianus præludit etiam Neroni ſatis erat*: Hæc Pliniana ha-bet lectio: Sed ea mendoſe quidem & corrupte, vt neque ordo ne-que ſenſus vllus lectori conſtare poſſit: Nos vero ita digerimus *vt canente*, ſe pro *canentes* legatur, *& Popeianus*, pro *Pompeianus*, vt ſit ordo: Murtini vnius fragmenta tam multa fuere, vt illa filius Conſularis viri, qui id vas poſſederat, a Nerone adem ta impleue-rint eius hortos, vbi ſibi Theatrum compararat, cum publice ca-nere cœpiſſet. Eius rei Tranquillus eſt auctor. Theatrum dico non paruum: ſed tam amplum, vt ſatis fuerit Neroni, quāquam in ea laude ambitioſiſſimo idipſum impleri a populo ſe canente, cum dico maxime placere cuperet Popeiæ amoribus addictus: Quod Popeiam Nero perdite amarit, prius quam vxorem duxerit, Tran-quillus, & Cornelius ſunt auctores. Hactenus noſtra: Nunc pauca translatitia ſparſim ab aliis obſeruata ſubiiciam, vt Plinium recognoſcentibus non ſit opus ea aliunde quærere.

In tertio Plinii.

Vbi carmen erat: Beroaldus Bononienſis Varronis, Liuii, & Ser-uii teſtimonio, potuiſſet & Ciceronem citare *Carnem* emendatius repoſuit. Libro 5.

Tabracham pro *Tachabracam*: Iuuenale, Pompeio, & Solino au-ctoribus. Libro 7.

Ithyocollam pro *Iithocollam*: Plinio, & Celſo. Libro.

Aueiis pro *habenas*: Plutarcho, & Solino. In eodem.

Viuerris pro *Interris*. Libro 10

Phalangia pro *Phalanges*: Plinio & Celſo Libro 14.

Cerretano & *Ceretano*: Mar. Trab. & Columella. Libro 18.

Æs pro *aras*: Plutarcho Libro 19.

Haredium pro *adium*: Feſto auctore, & Columella Lib. eodem.

Saccis pro *ſuccis*: Plinio, Varrone, Horatio. Libro 25.

In Venatu pro *Venenato*. In eodem.

Pyram pro *Epyrum* Theophraſto. Libr. eodem.

Sanguine anatum Ponticarum, pro *: anatum Ponticarum* Gellio. Libro 28.

Pityocampes pro *Phitocampes*: Columella, & Diodoro. Libro 33.

Gracaſtoſim pro *Gratotaſium*, Cicerone & Varrone. In Eodem.

Marcipores & Lucipores pro Marcifere, & Lociferes. Libro 35.
Pausiæ pro Pausiani, & Plinio, & Horatio. Ex Politiani commentariis Libro 28.
Adorare Poppoysmis consensus: pro adorare *consensus*, Aristophane, Sophocle, Polluce, Desippo. Libro 25.
Pyœtidas pro Parotidas, Dioscoride. Libro.
Cicutam esse homini venenum Cicutæ vinum, pro *vinum esse homini venenum. sicuti Cicutam*. Plinio, Dioscoride, Plutarcho auctoribus.

Et hi quidem pauci manipli Dominice vir clarissime ex ingenti disertorum numero insigni animaduersione digni sunt a me iudicati. Ceteram multitudinem in qua minus Pliniana offensa esset maiestas, satis habui cum ignauiæ exprobratione, ad signa reuocare, superest vt de iis vir clarissime, quos ad tuum tribunal constitui, boni cõsulas, in qua animaduersionis forma ne quid reformides, duorum illustrium virorum in eadem caussa prejudicia tibi cognoscenda subtexui: Præstiti ego id libenter, cum ob id quod dixi, tum ne lateret, quid ad hunc diem in Pliniana militia corrigenda profecerit Romana lingua. Nunc sparsim ex nõ vno auctore paucas admodum obseruationes tibi subiiciam, exeunt equidem scitu ni fallor satis dignæ, & quod tute facile iudicabis, relatu omnibus iucundissime.

EX PRIMO LIVII.

PErhumane vt solet a me quæsiuit Lodouicus Reginus iuuenis nostratium literarum studiosus nec a Musis, vt dicitur, & Gratiis alienus, *quid esset quod Rom. historiæ auctor grauissimus Liuius eo libro vnum res Quiritium scribere est orsus, Neptuno solemnes consualia dixerit appellatos*: Cui id ego in caussa fuisse me arbitrari dixi, quia vt Seruius & Plutarchus scribunt equestrem Neptunum eundem. & *Consum* veteres credidere, & si non mihi excidisset, Dionysium nusquam Gentium credere Neptuno terræ domitori aram poni consueuisse, cum in parte vrbis Conso genio alioquin veteri religione dicata offenderetur. Quibus ille verbis innuere mihi videret Consum a Neptuno equestri genium fuisse omnino diuersum. Sed neq; temere me illi accedere, identidem præfatus Strabonis & Macrobii testimonium celebratam, quorum hic circa Corynthiacum Isthmum nobile Neptuni templum illi in Delo aram fuisse memoriæ prodidisset: Nisi aliquis ita occurreret alium Neptunum Marinum esse, alium equestrem, quod Aristophanis carmẽ significare videatur, μὴ τοῦ ποσειδῶ τοῦτον τὸν ἵππιον per Neptunũ hunc equestrem siue equorũ domitorẽ. Et rursus τὸν θαλασσικὸν ποσειδῶνα, id est, *Marinum Neptunum*, quo fieri potest vt in Delo & Isthmo alterius Neptuni, fuerit hic ara, illic templum, sic propiora vero videri possint, quæ Dionysius, quam quæ Seruius & Plutarchus tradidere.

Eodem

Eod.lib. Conscenderamus forte cœnaculum domus, ego & Marosticanus hospes meus, vt inde Pisauranas ædes magnifico apparatu ex propinquo constructas, contemplaremur, cum Liuii decadas ea cœnaculi parte, quæ ædibus obuersa est, a puero temere relictas ille intuitus, confestim arripuit. Hic vero Liuii locus illi per quam obstrusus, tanquam ita euenire voluisset, est oblatus. Verba ex historiarum primo fuere *Intercalares*, cum ille de Numa Rege interim loqueretur, *mensibus interponendis ita dispensauit vt vicesimo anno ad metam eandem solis, vnde orsi essent, plenis annorumq; spatiis dies congruerent.* Tum ille ad me conuersus, quid sibi Sabellice hoc Liuius velit loco, vt ingenue loquar, haud sane intelligo. Tu vero si quid habes, quo scrupulum hunc possis exsoluere, fac ne diu desideremus. Tum ego quæris inquam, rem hospes minime vt sentio vulgatam, & quę, si quis quod multi temere faciunt præsenti acquiescas lectioni, nullo modo lectori constare possit. Etenim Græci, quos Numa haud dubie imitatus est, octauo quoque anno tres menses intercalandos constituerunt, hoc est, nonaginta dies, qui ex numero. xi. dierum & quadrantis octies multiplicato superabant. Nam cum annum illi ex. xii Lunæ cursibus statuendum putassent, superessentque ad solstitialem annum, dies. xi. & sex horæ, quarta. s. diei pars, eum dierum numerum octauo quoque, vt dixi, anno placuit intercalari, quare Græcos Numa imitatus videri non potest. Quin illud vide potius, quod subtilissima Macrobius dissertatione demonstrat, ne non *vicesimo* Liuius scripserit, Sed *vicesimo quarto quoq; anno.* Idque ex Numæ constitutione comparatum. Nam cum ad eum numerum dierũ, quem ad Lunæ cursum Græci constituerant, erant enim trecenti Liuio, vnum in imparis numeri diem Numa adiecisset. Romani simpliciter Græcorum intercalationem secuti, ob diem vnum, cuius obliti erant, non ea, quæ & Græcis constare potuit intercalandi ratio, quo postea errore cognito, Numa ne adhuc regnante parum compertum habeo, satis constat huiusmodi emendationem inductam, vt in tertio quoque octennio, id est, quarto & vicesimo quoquo anno nõ nonaginta, sed sex & sexaginta dies intercalarentur. Siquidem nonagenariũ numerũ explebant quatuor illi & xx. dies, qui quotannis singuli in honorem imparis numeri adiiciebantur. Etenim ille dies, vt dixi, neque lunari rationi ascribi potuit, neque Græcorum intercalationi erat insertus. Sed superuacuus, nec intellectus aliquandiu Romanis fluxerat. Erit igitur ni fallor vera Liuii emendataque lectio *vicesimo quarto anno.* Nec obstat, quod Liuius intercalationis illius Numam auctorem dixerit, cum Macrobius emendationem illam quandam fuisse innuat. Siquidem talis intercalãdi ratio ab eo profecta est, sed siue Numa, siue alii postea emendarint, iure id tutum auctori referas acceptũ.

Eod. li. Inter celebres & illustres familias, quæ ex diruta Alba Tulli

Hostilii regis temporibus Romam commigrarunt. A pud Liuium Tullios relatos reperio. Dionysius in earum relatione non *Tullios* sed *Iulios* memorat, cuius lectio eo mihi verior videtur, quo magis constat Iuliam gentem Tulliam longa Alba fuisse oriundam.

Eod. lib. *Tullius*, inquit Liuius, *ad Fœroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos a Sabinis querebatur:* Quibus Liuii verbis haud dubie apparet in Sabinorum potestate Feroniæ fanum ea tempestate fuisse: Nec desunt qui scribant circa Soracte montem & vrbem Feroniam & deæ templum religiosissimum fuisse: ipsamque a ferendis arboribus ita appellatam. Sed Dionysius in Latio haud procul Circeiis in Pometinis campis Feroniæ templum a Spartanis conditum tradidit, nomenque datum Genio ab æquorea latione, Maroque vetustatis peritissimus *Circeiumq; iugum quis Iuppiter Anxuris arua Piusidet, & viridi gaudens Feronia luco.* Vide igitur ne vtrobique deæ templum fuisse dicendū sit. Cui opinioni siquis grauate accedat, perbelle fateatur necesse est, alteram opinionē esse falsam: Accedit & his tertia quædam, quod Ptolemæus *inter Lucam & Pistoriam Feroniæ lucum:* in Hetruria retulit, de quo nunc loco, an intelligi possit, viderint alii.

Eod. lib. Videbam ex Liuianæ historiæ studiosis, sollicite quosdam requirere, quæ esset *Murtia dea*, ad cuius ædem priscis Latinis Romam traductis, sedes ab Anco rege datas, Liuius tradidisset: Horum curiosæ indagini Pliniana opitulatur auctoritas: *Ara*, inquit, *ille fuit Veneris Myrteæ nunc Murtiam vocant:* Quibus verbis nemo non plane colligit, ea appellatione, quæ a Myrto facta esset, Venerem in parte vrbis quandoque cultam, sed res omnino notior, quam vt de ea prolixior habeatur sermo, idcirco quæ *de Murtia* alii tradidere, consulto missa fecimus.

Eod. lib. Inoleuit incuria magis, quam inscitia mendum, vt *Aruns Tarquinius* legatur *& Tullia minor prope continuatis funeribus, cum domos vacuas nouo matrimonio feciſſent*: quæ lectio si vera esset, & fratrum & sororum minores natu periisse oporteret, vir. s. & vxor, si quidem Aruns quod Liuius haud obscure demonstrat, L. Tarquinio fratre, minor natu fuit, cui & iuniorem Tulliam matrimonio locatam, credere æquum est, quanquam eiusdem verba id perspicue demonstrant. Si vir igitur cum coniuge exstinctus esset, haud quaquam nouo opus fuisset connubio, verum sic habet, vt *maior Tullia & Aruns* Tarquiniorum fratrum minor, paucis diebus vita decesserint, quorum interitu, sceleratæ sunt postea superstitibus nuptiæ conciliatæ, *maior igitur Tullia non minor*, vt omnia quę vidimus habent exemplatia, vera emaculataque erit lectio.

Eod.

Eod. lib. Dionysius quod ad præsentem locum attinet, valide eorum refutat opinionem qui. *L. & Aruntem Tarquinios, Prisci fuisse Tarquinii filios* prodidere: In his est & Liuius Romanos secutus scriptores. Sed Dionysius non auctoritate solum, verum coniecturis & ratione nititur, quanquam huiusmodi historiæ variationes plurifariam apud veteres est obseruare. Cuius & id genus (etenim pauca subiiciam) dici potest, quod de Tarthesso longe diuersa ratione Plinius & Strabo scripsere. Sub corona venire aliter Festus, aliter Gellius: Dionysius *curru Romulum triumphasse* prodidit, Plutarchus *pedibus*. De muliebri saltatione diuersa Seruius & Macrobius senserunt: Appianus Calphurniam Cæsaris a Cluadio adulteratam Tanaquilli Pompeiam dixit. Tanaquil Prisci Tarquinii vxor a Liuio & aliis traditur Anci Martii, & Valerio. Liuius ob Cannensem cladem Cereris sacrum intermissum tradidit: Valerius ait ne intermitteretur ante tricesimum diem omnem luctum publico decreto absterssum. Mitto reliqua, quæ si numero exsequeremur, maius ex ea re tædiũ quã gratia scribenti oriretur.

Eod. lib. *Itaq; Pontina manubia quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant.* Sic omnia quæ vidimus, Liuii habent exemplaria, sed locorum situm librarii secuti, particulam deprauarunt, nam & *Pontina palus* eo Latii tractu est, vnde manubiæ quæsitæ. Verum *Pometinæ* Liuium scripsisse, vel ex eo admoneri potuerunt, quod proximo ille loco dixerat, *Sueſſam Pometiam ex his vi cepit, vbi quum diuidenda præda. xl. talenta argenti aurique cepisset: concepit animo eam amplitudine Iouis templi.* Mitto reliqua. Dionysius & ipse *Sueſſam Pometiam* appellatam scribit. *A Pometia Pometinum* duci non *Pontinum* vel triuialibus imbuti literis intelligunt.

Lib. 2. *Mouebant consulem hæc sed tergiuersari res cogebat, adeo in alteram cauſſam non collega ſolum præceperat ſed omnis factio nobilium:* Frigide nimis, ac nescio quid diuersum ab eo, de quo interim agebatur, dixisset Liuius, si credibile est ita eum scriptum reliquisse: Admonendus proinde lector. Videat *ne præceps eat* aut quod magis placet *præceps iuerat* Liuius potius scripserit, quas duas particulas in vnam verterit librariorum insciția.

Eod lib. *Tito*, inquit, *Latino de plebe homini somnium fuit*: Plutarchus Dionysius & Valerius in relatione nominis Liuio astipulantur: Lactantius *Tyberium Atinium fuisse* tradit. Sed in eo haud magnum vertitur discrimen: Illud interim haud reticendum duxi, ludos, quos Liuius inibi magnos appellauit, Valerius nunc *Circenses*, nunc *plebeios* vocat: Lactantius & ipse *Circenses* fuisse ait. Vnde colligitur, *Circenses plebeios & magnos* eosdem fuisse: Pedianus post exactos reges pro libertate plebisue reconciliatione institutos tradidit. Dionysius significare mihi videtur, *Circen-*

les fuisse eos, quos Romulus in Sabinarum assimulauit raptu. Adiicio illud, quod ad loci emendationem attinet *Acronio*, vel, vt alii aiunt, *Atronio* patri familiæ nomen fuisse, qui seruum sub furca ludorum die ceciderat.

Eod. lib. Est in plerisque rerum scriptoribus quædam obseruare, quæ inter se omnino sint contraria, maximeque repugnare videantur, quale est illud, vt vno contenti simus loco apud Liuium: *Ad duo, inquit, bella exercitus scribitur ducendus, Fabio in Veientes, in equos spurio datur, in Equis nihil dignum memoria gestum est, Fabio aliquanto plus negotii cum ciuibus quam cum hostibus fuit.* Quibus perspicue verbis potest intelligi, Fabium in Veientes contendisse, proditumque a suis in acie. Verum non multo post: *Consensu* ait *exercitus traditam vltro victoriam victu equis, signa deserta, imperatorem in acie relictum & rursus nec Veiens hostu Hetruscaque legiones detrectant, prope certa spes erat non magis secum pugnaturos, quam pugnauerint cum equis.* Ecquid magis repugnans dici potuit, quam Fabio Veientes prouinciam datam scribere, cui maius fuerit cum ciuibus negotium quam cum hoste, & in equis nihil memoria dignum actum, mox paulo & in publico consilio & in procinctu Hetruscum proclamare in Equis rem Romanam a militibus proditam, quid præter memoriæ lapsum possit excusare, si Liuius citatus adsit, habebit vt opinor nihil, alii vbi in vtramque partem recte omnia rimati fuerint, boni consulant, Liuiumque si possunt a calumnia vindicent.

Eod. lib. *Id publicum consilium fuerit, an muliebris timor parum inuenio.* Hæc Liuius. At Dionysius *Valeriam Publicolæ sororem auctorem eius consilii* fuisse monstrat, Plutarchus ad hæc non *Volumniam*, quod ad narrationem illam, de qua nuper diximus, attinet, sed *Vergiliam* tradit *Coriolani coniugem appellatam.*

Eod. lib. *Consules inde Posthumius Albus, Sp. Furius, Fusios Furios Fabios scripsere:* Sic ille, si Liuium credibile est scripsisse ea, quæ ne ipse quidem, si ad superos reuocari possit, valeat interpretari. Sed videat lector, nam coniectura sæpe agimus, ne emendatior vetiorque sit lectio: *Posthumius Albinus, Spurius Furius seu Fusius, Fusios Furios Fabius & quidam scripsere*, vt de Fabio pictore intelligas, qui rerum Romanarum vetustissimus, vt Dionysius ait, fuit scriptor, cui sane opinioni Fabii Quintiliani, verba aliquid omnino fidei adiiciunt, *Valesii*, inquit, *& Fusii in Valerios Furiosq; venerunt. In Fabiis eam mutationem factam*, nec ille, nec quod sciam alius, prodidit quisquam.

Eod. lib. Age vero quid illud? Inde ait ad multitudinem oratione conuersa *si vos vrbisque, si vestri nulla cura tangit. At vos veremini Deos*, nemo est lectionis structuræque Latinæ tam imperitus & expers, qui non vltro intelligat illud, *si vos vrbisque si vestri*

vestri nulla cura tangit, parum emendate lectitari, quis enim locus post *vrbis* coniunctiuæ dari possit particulæ haud sane perspicio, cum neque ordo id pati videatur neque sensus. Videbunt itaque alii, an recte aliquis dixerit, Liuium, *si vos vrbis quirites si vestri nulla cura tangit*, scripsisse potius quam *vrbisque*, sed siue inscitia siue incuria *quique* paucioribus elementis dictionem notatam offenderant, *que* pro *quirites* fecerunt, errorequè semel recepto mendum Liuianis exemplaribus tenacius hæsisse credere æquum est.

Ex lib. 1. Sunt velut minores in alto scopuli, qui eo nauigantibus habentur infestiores, quo & minus prouideri possunt, sic & offensacula haud parum crebra, similitudine quadam verborum Liuiana lectione latitantia, pro syncteris & emaculatis recepta, incautius currentem tam sæpe, quam turpiter fallunt, vt illud in primo ab vrbe condita, *lex erat*, inquit, *horrendi criminis, dum viri perduellionem iudicet a Duumuiris prouocarit, prouocatione certato si vincent, caput obnubito infelici arbori reste suspendito*. Verum *carminu* non *criminis* Liuium scripsisse, cum pleraque alia, tum imprimis Ciceronis verba plane arguunt, *Tarquinii*, inquit, *superbissimi atq; crudelissimi Regis ista sunt cruciatus carmina, caput obnubito, infelici arbore suspendite*, Mitto reliqua.

Eod. lib. Obscure nimis ne frigide dicam Liuius locum in primo perstrinxit, in quem si quis pendiculantibus, vt dicitur, oculis incidat, aut hallucinabundus inibi hæreat, oportet aut manifesta ignorationis confessione victus abeat. In censu enim, quem Seruius Tullus egit, referendo, cum suffragiorum explicaret rationem, *non*, inquit, *vt ab Romulo traditum ceteri seruauerunt Reges virtim suffragium, eadem in eodemque iure promiscue omnibus datum, sed gradus facit, vt neque excluſus quisquam suffragio videretur, & vis omnis penes primores ciuitatis esset, Equites enim vocabantur primi, octoginta inde prima classis centuriæ peditum vocabantur, ibi si variaret quod raro incidebat, vt secunda classis vocarentur, nec fere vnquam infra, ita descenderent, vt ad infimos peruenirent*. Ex quibus verbis, quæ suffragiorum esset ratio, haud intelligi potest. Etenim demonstrari oportuit, qua ratione comparatum esset, vt suffragium primæ classis ita polleret, vt si nihil in illis variaretur, non esset opus ad reliquos ordines peruenire. At centum nonaginta tres centuriæ, vt Dionysius demonstrat, Iuniorum seniorumque tamen scriptæ sunt, quo apparet octoginta centurias non potuisse id præstare, cum centuriarum dimidium non expleret, non modo superaret, nec si centuriarum numerus aliquanto minor fuerit, vt Liuio placere video, id accidere potuisset. Sed certe sic habet, vt ex Dionysii lectione condiscitur: Ascripserat Tullus decem & octo equitum centurias primæ classi, copulauit dico illorum suffragia, ita vt

octo & nonaginta essent centuriæ in primo ordine, quibus si in ferendo suffragio conuenissent, quia supra dimidium suffragiorum contineret, non erat opus ad inferiores classes deuenire. Hæc eadem Liuius, sed concise, vt dixi, & obscure nimis.

Lib. 2. Ne quæso grauentur docti aliqua his obseruationibus a nobis conspergi, quorum paulo prouectiores ne admoneri quidem velint: Nam, vt in missilibus spargendis nulla principis largitio populo grata esse potuit, si in Orchestra, aut intra equestria tantum, non in popularia concidissent: Sic literatorum vulgus in me reclamabit ex hac nostra lucubratione ad se nihil peruenisse, nec dubitabit in ambitionis suspicionem nostrum deuocare officium, quasi peritioribus ostentare id sit, non in medium scribere. Quanquam certo scio, non defuturos, vt delicato sunt plerique stomacho, qui hæc in publicum proiecta, indigna iudicent: quæ non modo non digniores ordines, sed ne ipsum quidem cupiat vulgus colligere: adeo in locando magis quam parando nobis laborandum fuit officio: At sint tutabula hæc, marræ, farcula, & alia id genus, viliora pandant ad eorum casum pagani, & rupices sinum, videantque num emendata sit lectio apud Liuium: *tulit ad populum, vt Plebei magistratus tribunitiis comitiis fierent*: an verius *tributis comitiis pro tribunitiis* sit legendum: & mox *paulo insignem annum comitia tribunitia efficiunt*, pro *tributa*. Lælius Felix Gellio auctore tria comitiorum genera fuisse tradidit. *Curiata*, cum ex generibus omnium suffragium ferretur: *Centuriata*, quum ex censu & ætate: Cum vero ex regionibus & locis *tributa*, quibus Lælii verbis vtra sit emendatior lectio, facile est legentibus iudicare.

Eod. lib. Est eodem libro ita scriptum, *hos ignominiosa fuga domum se recipientes Rom. Consul in Algiolo consecutus ad vnum omnes occidit: Victor ad Columen, id loco nomen est, exercitu relicto castra locat*, vbi nemo non intelligit *relicto* nullo modo incolumi sensu stare posse. Quare videbunt alii *ne reducto*, aut quod æque placet *reliquo* sit potius legendum.

Ex lib. 21. Vellem ego librariorum inscitiam, veternosumque illud hominum genus, quod nostram proxime ætatem præcessit, vt post flebilem iacturam illam, quam Gothica tempestate Latina lingua in Liuiana fecerat historia, fragmenta hæc teterrimi illius naufragii posteris incorrupta tradidisse, nihil sane iniuria illa vetus nobis reliquum fecit, quod non hominum socordia vitiarit, vt nullibi fere sit Liuianam altius rimari historiam, vbi non domestica iniuria sua altius impresserit vestigia. Sed quo in primis illis voluminibus, quia omnia ibi magis ab hominum memoria remota, maior errori venia dari potuit, eo hæc, quæ subiiciam acerbiore accusatione digna. Lapsus in lubrico & in obscuro hallucinatio haud tam turpis quam in plano & aperto. En quis in nobi-

lissima

lissima maximeque celebri historiæ parte crederet, tam multa inuersa, lacera, mutilata legentibus occursura, vt non dubitem in vniuersum opus affirmare, nullũ esse in tam spatiosis voluminibus folium, in quo non vnum atq; alterum sit acrius intuentibus mendum deprehendere. Etenim quis est tam veteris historię expers: qui cum in secundi libelli Punici primo legerit: *quatuor & viginti peditũ Romanũ millia sunt scripta & octingenta equites*: non intelligat legitimum equitum numerum legionibus non esse redditũ, cum ea potissimum tempestate terna millia peditum legionem explerent: perspicue apparet habuisse eum delectum sex legiones, quibus singulis, quia ducenti, vt Polybius scribit, equites ascriberẽtur, necessum est fateri, ita Liuium aliter scriptum reliquisse. Cui opinioni præter rationem Polybii quoque, vt dixi, astipulatur auctoritas.

Eod. lib. Quam inscite somniculoseque illi locum, cuius modo memini vitiarunt, tam certe segniter, nec minus hunc, quem proxime subiiciam: *quadringentos*, inquit, *quinquaginta sociorum peditum pro quatuordecim millia*. Et continuo post *mille equites socios* ꝓ *mille & quingentos quiquaginta equites*. Eadem ratio & auctoritas præsentem locum ab iniuria vindicant.

Eod. lib. Receptum semel proximo loco vitium, tam tenaciter hæsit, vt vulgo Liuiana habeant exemplaria illa dũtaxat dico, quæ ad hũc diem videre cõtingit *Lybii Phœnices* duabus diuisim dictionibus pro *Lybophœnices*, tam Polybii auctoritas, quam Liuii verba, quę sequuntur, licet corrupta, id arguunt, *Lybophœnices*, inquit, *mixtum Punicum Afris genus*.

Eod. lib. Vbi verborum affinitas librariorum vulgus semel in errorem traxit, ita ferme euenire solet, vt mendacii vestigium tenacius impressum facilis eruditorum non reformidet sequela: Est apud eundem: *Hannonem Amilcharis filium vigilia prima noctis, cum parte copiarum maxime Hispanis aduerso fluuio ire iter vnius diei iubet*. Sed Hanno Amilcharis filius, qui idem erat & Hannibalis frater, quod paulo solertiorem potuit lectorem mendacii admonere, in Hispania fuerat ab Hannibale fratre relictus: At *Bomilcharis filium* nõ *Amilcharis* scripsit Liuius, quod Polybii lectio quẽ ille in historia sequitur, haud obscure demonstrat.

Eodem lib. *Calius*, inquit, *per Cremonis iugum dicit transisse*: hæc Liuius, si ea Liuius scripsit. Verum quia id iugi nomẽ apud eos qui de ratione terræ scriptum reliquere, nõ reperio: suspicari libet *Cẽtronis* esse potius legendum: Strabo *via*, inquit, *per Salassos ad montes bifariam scinditur, vna quidem Potamum*, sic enim dicitur, *ducit per alpium summitates iumentis inaccessibiles: altera per Centronis prolixior*: Sed id ego in medio relinquo, alii fortassis siue in aperto sit veritas, siue in profundo, vt Democritus credidit, demersa melius viderint.

Eodem lib. *Iunonique hospitæ Lauinii maioribus hostiis sacrificaretur.* Semel atque iterum dixi, vocum affinitatem præter cetera librariorum temeritatem per æqua & iniqua præcipitem egisse, sed cum in plerisque digni quodammodo sint venia, hoc quidem loco proculdubio dignissimi sunt habendi, quæ enim vox tam arcte voci cohæsit vnquam quam *Lanuuium Laumio*? haud igitur mirum si cum Liuius *Lanuuii* scriptum reliquisset: notioris similitudine vocis decepti illi *Lauinii* fuerint. Quod autem *Lanuuii* ille scripserit, Cicero præclare docet. *Date*, inquit, *Lanuuio municipio honestissimo, quod in hac tota caussa frequens mœstumque vidistis, nolite a sacris patriis Iunonis hospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticum & suum consulem potissimum auellere.* Quibus Ciceronis verbis haud dubie apparet, quæ in hac parte sit emendata lectio.

Eod lib. Age nunc quam prona res fuit in lapsum ita Liuium vitiari contigisse, vt *insuper* pro *Insube* mendosa sit in eo receptū, *Donec*, inquit, *insuper eques ducario nomen erat, faciemque noscitans consul hic est*, inquit, *popularibus suis, qui legiones nostras cecidit.* Quod Liuius *Insuber scripserit*, Polybii arguit auctoritas. Is in historiis tradit, C. Flaminium, qui ad Transimenum periit priore consultatu *Insubrum* legiones ab Abduam flumen cecidisse, eorum agro prius fœde populato. Eram ego adhuc locos perpaucos ex primo alteroque Macedonici belli pari exemplo in apertum relaturus, vt ex iis, quæ in frontibus totius summæ mendosa occurrerent, facili coniectura lector indipisceretur, quid in recessu partium spei superesset, sed nostri pollitici memores, vt desultoria commentatione alterius centuriæ dimidium expleremus, a Liuianæ lectionis assertione digressus, quę si tota ab iniuria vindicanda sit, non centutiæ, sed plenissimæ scribēdę essent cohortes, ex aliis carptim pauca subiiciam.

Ex Primo Valerii.

EST leue omnino offensaculum, sed quia in ipso pene Vestibulo Valerii historiam adeuntibus occurrat, indignum duxi, non admonere lectorem, ne eos sequeretur, qui cum ad præclarum aliquod ædificium interius spectandum admittuntur, dum per aurum & ebur, vagos oculos cœco sequuntur gressu, quicquid humi dissectum sit, cespitabundi offendunt. *Tam*, inquit, *illemhercule quam. Quint. Lemnii legati Scipionis.* at Liuius haud vno loco illum *Pleminium* non *Leminium* appellat. Et rursus Tarquinus rex ait *M. Tullium Duū virum, quod librum secreta ciuilium factorum continentem custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino scribendum dedisset.* Dionysius. *M. Atylium eum* non *Tullium* appellatum scribit, sed vter verius nōmen reddiderit, alii viderint.

Eod. li. Si sincera & emaculata Cicer. lectio, *Lanuuiique fuit Iu-*

nō

uenit sospita templum, cui omnes consules facere patrio instituto oporteret, mendum apud Valerium inoleuit nihil ab eo diuersum quod Liuianis exemplaribus non multo antea a vitio vindicauimus. *C.* inquit, *Hostilius Mancurus uesana perseuerantia subsequitur, qui consulit Hispaniam ituro, haec prodigia acciderunt: Cum Lauini sacrificium facere uellet, pulli cauea emissi in proximam syluam fugerunt.* Si consulum fuit, Iunoni sospitæ facere, quis est tam a vero alienus, qui inficiari audeat, *Lanuuii* legi oportere vbi *Iunonem sospitam* Ciceronis testimonio, a consulibus constet propitiari solitam.

Lib. 2. *Habitabat in villa sua prope vicinum Sabinæ regionis fretum.* In nullum adhuc Valerii exemplarium incidimus, quod non *fretum* haberet. Sed quo pacto id fieri possit vt Sabini agri villa vicina esset freto, cum Sabina tota mediterranea sit, qui vitiose locum hunc legere perseuerarunt, ipsi, si possunt, dicant. Ego quod et Strabone & Liuio didici, haud cũctanter affirmare possum *Eretum* non *fretum* Sabinæ regionis celebrem fuisse locum Tyberi proximum, de quo haud dubie videtur mihi Valerius scribere. Intendant igitur isti animum, videantque ne quod diligentissimus auctor *Eretum* scripsit, recentiorum inscitia, vno duntaxat elemento inuerso, *Fretum*, vt cœcum esset multis offensaculum, fecerit.

Ex Lucani vj.

PLacuit, erratica vt dixi, salariaque, quam scataria annotandi ratione vti. Erit fortasse, si non, vt Pliniana, conducibilis, at relatu, vt spero, nihilo iniucundior. Nulla enim vt video lectio minus est lectori infesta, quam quę aut rerum sit, aut verborum varietate referta. Sed quid, magis aut varium, aut diuersum, videri possit quam Pollucis testibus repente abiectis, Cyllari tergum insilire, aut quid minus exspectatum, quam ex apertis historiæ campis, in poeticos saltus, nemorosaque vatum cacumina, solicitæ huius indaginis impetum conuertere? Offeruntque se mihi epicam molem subeunti duo velut anfractus, continuis pene locis Lucani pharsalidos sexto, librariorum credo inscitia, parum animaduersi, mihi namque *Euneos* pro *Eunus* vulgo legere est. *Citharedusque* pro *Tutharœus*. Alterutrum quidem mendum, vel mediocriter Geophragię peritus, ne admonitus quidem, per se facile deprehendat.

Lib. 7. Haud multum ab his diuersum illud in septimo. *Ire per ossa rapidus Boetida sanguis.* Verum nisi Strabonis lectio mendosa esset, *Bocheida* potius legendum dixerim. Sed Pliniana vox syncerior, quem secutus *Bœbeida* Anneum Lucanum non *Boetida* aut *Bocheida* scripsisse contenderim.

Lib. 10. *Lanigerum placidis compellat uchorea dictis,*
O sacris deuote senex:

ſic haud aliter habent omnia Lucani exemplaria, quæ ad hunc diem vidimus. Sed tu vide *ne linigerum* ſit potius legendum. Ægyptiaci *vt Plinius ſcribit* ſacerdotes lineis vtebantur veſtibus. Ouidius quoque:

Nec fuga linigeræ Memphiticæ turba iuuencæ.

Ritus enim ille ſacrorum ex Ægypto translatitius fuit. Maro:

Linigeri fugiunt calui ſiſtratáque turba

Prætereo Herodoti & aliorum teſtimonia, quæ ſponte huic inhærent opinioni.

In Primo Syluarum Papinii.

VElles Papiniũ Statiũ, tam dextro genio, Thebas, fortiſſimũq; Achillẽ quam ſyluas decantaſſe: ſi non maius nomen, maiorẽ certe gratiam inde haud dubie reportaſſet: nulli vnquã, quod ſciã, poetarum, magis proprium fuit, ſubito œſtro incaleſcere ac vbi incaluiſſet fortius feliciuſq; debacchari, vt quantumcunq; Phœbũ hauſerit ac neſcio an etiam maiorem eodem calore confeſtim reddat. Sed conſilium in materiæ delectu defuit. Cuperes, dixi, omnem eius operam in ſyluis locatam: nihil eſt illis amabilius, floridius, magiſq; poeticum, ſed quo lectio ea plus genii eſt ſortita, ex eo maiore eſt ſtudio ab omni iniuria vindicanda, quanquam non defuit, qui propemodum effecerit, vt non multum in illis deſideraremus, ſed quia & ipſe homo haud ſane vidit omnia, quale eſt illud ſub primæ ſyluæ exitum:

Optaſſetque nouo ſimilem te ponere templo,
Atticus Olei ſenior Iouis & tua mitia,
Ora tonans tua ſydereas imitantia flammas
Lumina, contemto mallet Rhodos aſpera Phœbo:

vbi ſi *mitis tonans* legas, præterquam quod frigide nimis dictum videri poſſit, parum recta ſimilitudine vſus eſſet poeta, ab *Phidia* ad *Iouem* & ab eo rurſus ad *Rhodum* tranſgreſſus: quare vide ne *Tara* ſit non *tonans* legendum, vt conditoris nomen ſit inibi pro *Tarento* poſitum: vbi Lyſippus, Plinio auctore, Coloſſum lx. cubitorum ingenioſe fabricatus eſt. Quæ ſane opinio eo videtur vero propior, q̃a ſtatim & Rhodũ ſubiecit, q̃ & ipſa Phœbi eſt Coloſſo nobilitata.

Lib. I. *Iam nũc Cibeleia mouit Limina & Euboica carmen legit illa Sibylla*: ſcio ego q̃ de *Megaleſiacis ludis* alii ſuſpicentur, quos Prætor ſtella inſtruxerit: Nec quid Cicero de loco, & ratione tradat, ignoramus: ſed vix Papinius aut poetarum quiſpiam, tantum poeticę figurationi indulſit, vt cum inſtructos dicere voluiſſet ludos, *recluſa dea limina* dixiſſet, cũ *aditumi* id ſit, nõ *prætoris*: verũ videdũ eſt ne *Cibeleia ſit flumina* potius q̃ *limina* legẽdũ: Etenim in *Almone fluuio* ex Sibyllinorũ librorũ reſponſis, *Cibeles* numen placabatur, q̃ ſignificanter Lucanus duob. viſus eſt carminib. exprimere.

Et qui fata deum diuumaque carmina ſeruant.
Et lotam paruo reuocant Almone Cibellem:

niſi

Nisi quis sensum distinguat, hocq; ad Gallos, illud ad eos qui Sibyllinis præerant libris, potius referat.

Eodem libro. *Quod in templa darent alias Tyrinthia sortes.*
Et Præneſtina poterant migrasse sorores:

Quod Herculis templum Tyburi esset, multorum declarant testimonia, sed quod inibi darentur responsa, nisi sum memoria lapsus, adhuc non reperi. Videat proinde lector, ne ad *Sibyllam*, quæ *Albunea* nomine vt Varro tradidit, Tyburi culta est, id totum referatur. Sed hoc ipsum vt pleraque alia in medio relinquo, coniectura enim hæc est, non ratio.

Libro tertio. Illud si vacat æquiore suspendant lance, Papiniani carminis studiosi, vera ne sit omnino lectio in tertio syluarum?

Merito surrexit in arcus.
Nondum stelligerum senior demissus ad axem

Claudiue: An longe verior sit, *in Arctos* & non *in Arcus*: vt ad expeditionem illius Britannicam Poeta alluſisse videatur. Nec quia merito dixit, aliquo modo obstat, quo minus in eum sensum accipias, quum ad nepotis meritum id haud inepte referatur.

Eodem libro. Quid illud? nonne reclamante syllabæ natura, conuitiumque lectori identidem faciente: in eadem receptum est syluaiut ita carmen legatur:

Rubentesque rosa primos moriuntur ad Austros.

Ego quando libraria fide laboramus *rumpentes* libentius legerim, id est tum primum florere incipientes. Sed hic aliquis quin magis seria scribis? Ast ego vulgo Papinianis codicibus sic reperio. Parū mehercule ciuiliter agit, qui id superuacuum putet, quod pluribus sine controuersia sit profuturum.

Eodem libro. *Et festinantia sistens,*
Fata salutifero mitis Deus incubat angui:

Quærebamus cur anguem salutiferum Papinius appellasset, nec interim ignari eramus eorum, quæ ab aliis in eum locum traderentur. At succurrebat illud quod apud Aristophanem legere est, qui ait *anguem* in Aesculapii templo nocturnis horis lambendo curare solitum ægrotos, vt ad anguis officium alludens potius, quam quod sub salutiferi pedibus esset Dei, aut quia sub simulachro salutis figurari consuesset, salutiferum poeta dixerit.

Libro primo. Reuocant me iam longe progressum, ad loci disquisitionem, qui in primo est volumine: *nocturna ad Æsculapii adeuntiones*: Quo sane tempore seculares ludi & ipsi spectari consueuere: estque Papinii carmen:

Nec tantum induerit fatis noua secula lustris.
Aut instauratis peccauerit ara Terentis:

Vbi miror fuisse, qui ad Deos manes, alterius carminis sensum referendum putarent, & non ad seculares ludos potius. Quum non solum prioris carminis intellectus, vnde alterius ratio pendet?

Sed Martialis illud, quo veri sensus lectorem admonere possit, vbanissimi poetæ, carmen subiecit:

Te colat Albanos deuntia secula lustros,
Et qua Romuleus sacra Terentus habet.

Quare vide ne annum summa alioquin religione præditum, secularibusque ludis insignem, Rutilii morte funestari vetet Papinius potius, quam a Diis manibus illius caput seruari.

Libro 2. *Quicquid refert ingens iterata vocabula perdix*: Quod perdix effinxerit vnquã humanam vocem, nullus quod sciam in historia tradidit. An satis apte *Cornix* legi possit, alii viderint. Illud quod ad præsentem opinionem attinet, affirmare possum, Plinium auctorem esse, *Cornicem* sua tempestate, hoc potissimum nomine, in delitiis habitam.

EX CATVLLO.

SVbtexam nunc ex lepidissimi Catulli carmine quam paucissima, nec ipsa (vt aperte dicam) magni admodum momenti, quando ad hunc diem nõ defuerunt, qui sedula in vetustissimum poetam opera, consecuti sint, vt non adeo multa in eo desiderarentur, atque ex illis ipsis quædam, quæ consulto præterita videri possint. Sed sint illa quantumlibet leuia, quia ad lectionis emendationem attinent, pro appendice alteri centuriæ adiiciam, eritque hoc ipsum admonere lectorem, non docere. Etenim quæ in coniectura posita sunt, sciebam non temere recipi solere: nemo enim non libentius si opinione certandum sit, suo, etsi minus sit probabile, quam alterius optimo acquieseit iudicio. Sed quidquid hæc inciderint, boni consulant. Nunc videat lector, an præter celebres aliorum opiniones, in fronte operis *Patrõa virgo Diana* intelligi possit, cui & Apollini *seculare* carmen decantari solitum satis superque constat: vt *sit Patrõa* dicta, quasi patris nomen habens: est *enim Diana, quasi Iouiana*. Sed hoc ipsum ita probo, vt eam non omnino eorum repudiem, opinionem qui *Patronam* legi posse contendunt, vt ad *Mineruam* videatur alludsum, quam Cicero in ea oratione, quam ad Pontificem habuit, *custodem vrbis* appellat: *vt operis æternitatem Dea* Catullus commendet, quæ etiam vrbis & ingeniorum patrona crederetur. Sed vt hoc in ambiguo est, ita illud affirmare non dubitarim, parum accurate a plerisque coniunctim legi proximum epigramma, cum eo, quod totius est summæ principium: *Lugete o iuuenes*, quod & materia vtraque ab altera diuersa, & suum in vtriusque calce acumen, altius intuentibus demonstrat.

Mirabar, quæ tanta librariorum fuisset incuria, imo quæ peritorum seu ignauia, seu negligentia, quod locum insignem passi essent contra metri rationem diutius versiculis illis hærere, quos in Phaselum suam lepidissimus poeta edidit: *Nouissem* enim vulgo in his notatum video, sed videant alii an *nouissime* aptius legi possit

possit, cui sane lectioni neque sensus neque syllabæ repugnat natura.

Legitur adhæc in Hendecasyllabo, qui in procacissimum Varri scortum, perquam lepide scribitur, *lecticam hominis*: sed vt *hominum* legatur desiderat metri ratio. Et in eodem carmine *Cinnæ est grauis*, vbi pro *grauis* carminis lege compulsus *Caius* libens reposueram: quod & fidei minus profligatæ, codices quidã habent.

Quid illud? num metricæ rationis gnatus quispiam in Sapphico illo Hendecasyllabo ad Turium & Aurelium tam leuiter librariæ fidei accesserit? vt seu *saccas* legat *sagittiferosq; Parthos*: quẽadmodum omnia habent Catulli exemplaria, an potius illud sequetur: *seu saccas Partosq; feros sagittis?* Sed video illud obiici posse, quod non multo post *ait* subiicit, pari vt videtur licentia: *Pauca nuntiate meæ puellæ*, vbi an nunc *aite* pro *dicite* reponi posset, lectorem admonendum duxi: vt *ai* modo imperatiuo, veteri forma, dictum suspicetur aliquis. Et ad Caluum non multo post: *Cur me tot malis perderes poetis*, vbi syllabæ natura commoti, *male* vt verius, ita libentius repositum iri velim, vt sit vera & emendata lectio: *Cur me tot male perderes poetis.*

Transeo quod ad Thallum scribens: *cum Diua*, inquit *mulier aues ostendit oscitantes:* Vbi eadem ratione aliquis adductus, citius *mater* quam *mulier* legat, & vt citius ita fortasse rectius *ales* quam *aues*: Vt sit sensus, postquam *Alcyon Diua ales mater pullos habens ostendit oscitantes filios iã pene adultos*, sic *Alcyonios* præteriisse dies periphrasticos innuat.

Sed vt illa, quæ proximo loco dixi, in medio relinquantur, num tam secure & odiose aliquis Catulli carmen adierit, vt *amariores calices* arbitretur vetustissimum poetam a Pincerna sibi misceri, in resoluta voluptate petierit, quasi *amarum* pro *suaui*, aut *famoso* metri necessitate coactus sit scribere. Ego quia neque Flaccum Horatium, neq; Martialem, aut alium quempiam vrbanorũ eiusmodi vsurpatione vsum reperio, haud inepte vt mihi videor ausim, *meraciores* inibi pro *amariores* reponere, tum quia vocis ratio est frequentior apud illos, quorum modo memini, tum etiã ob ea, quæ e vestigio subiiciuntur: *at vos quolibet hinc abite Lymphæ vini pernicies.* Ceterum id quoque admonere sit, non legem cuiquam scribere, integrum erit per me, omnibus vtrum libet, tenere.

Vix tamen illud quod proximo cap. in communem locum cõieci, tam a poetæ sensu iudicari potuit diuersum, quam hoc, quod dicam, ab eiusdem lepore & genio alienum. Est in famoso carmine, quod ille in Cæsarem scripsit, ita vulgo versiculus notatus:

Vt ista vestra diffutura mentula: Cum nihil minus sale, & vt sic dicam eleganter dici potuisset; quam si ad vnum Cæsarem scribens *ista vestra* pro *tua* dixisset: vide igitur ne ille *vesca* potius

quasi edax scriptum reliquerit. Et illud παραπίπτοντος vim habuerit videri eodem loco duo epigrammata simili figura, & in vnius inuidiam profecta, librariorum inscitia in vnum coaluisse.

Liquisset campos & videre te in tuos: Sic in trimetro iambico ad sermonem versiculum scriptum reperio. Cui, ni fallor, lectioni, syllabæ ratio & sensus repugnant, vel certe alterum; quare ne grauetur lector aduertere: an *in tutu* sit potius dicendum; vt eadem qua *& obtutu* forma enunciandum intelligas.

Habet & ad Dianam seculare carmen hos versus:

Quam mater prope Deliam deposuit oliuam: In qua historia repræsentanda duo grauissimi, vt video a quibusdam committuntur auctores, velut eorũ alter in re trahenda sit ridiculo hallucinatus. Sed videant illi præter alia non pauca quę satis argute in medium contulere: ne *Delia oliua* de qua Epidilsimus Poeta loquitur, sit alibi quam *in Delo* aut *Ionia*. Plutarchus in Pelopida auctor est *haud procul Orchomeno Protigrim profunda valle fluere Melonem amnem, cuius vnda ad radices montis frangantur, qui Delos cognominetur, esseque proximũ fluuio templum Apollinis, quod medicis temporibus adhuc vaticinijs floreret, vltra templum duos esse fontes, quorum alterum vsque ad sua tempora palmam, alteram oliuam dicerent, non ex duabus in medio plantis, sed quia filium Deapeperit: Nam prope esse dicunt, præcipitem locum vnde ipsa cecidit subito apparente apro: & ea qua ad Pithonem pertinet: & quod factum est in ipsius Dei generatione huic tribuunt.* Hæc ille: quibus recte suspicetur aliquis hanc esse *oliuam illam Deliam* iuxta quam sit Latona partu leuata.

Qui in Hendeca syllabo ad Licinium Caluum legunt:

Multum lusimus in meis libellis: Verioris admoneri lectionis, ex eo quod sequitur potuere, nam statim hæc subiicit:

Scribens versiculos vterque nostrum
Ludebat numero, modo hoc, modo illoc,
Reddens mutuo per iocum atque vinum.

Quibus apparet Catullum poetam non *in meis*: sed *inuisem* potius scripsisse.

Nisi exploratum haberem, ita omnino futurum, vt leuia hæc nimis, omnique obseruatione pene indigna, multi iudicaturi essent; quorum ne in ipsa quidem carminis explanatione, vel mediocriter prouecti, in scholis velint admoneri, adiecisse iis quæ diximus non pauca id genus alia, quę parum ni fallor emendate Catullianis inoluere codicibus, vt in Pelei & Thetidis nuptiis:

Illa inquit *atque alia viderunt luce marinas. Mortales oculi.*

Et mox paulo: *Teque adeo eximia Thetidi felicibus auctæ.*

Cæterũ si quis altius sensum carminis metitur priore loco *haud que alia* potius quam *atque alia* legerit, vt sit sensus: illa luce nec vlla, mortales oculi, viderint Marinas Deas. In altero vero tædis

quam

quam *Theiodis* quia *felicibus* continuo sequatur. Et rursus in eodem carmine:

Aut cornigeram sudanti cortice pinum: Vbi nemo non *conigeram* legat potius. Nam & Maro *Cyparissum* ipsam *conigeram* appellauit. Addo & illud:

Cum primum inflati conspexit lintea veli: At constat se Ægeum præcipitasse, non quia vela viderit inflata, & secundis plena ventis, sed potius quia infecta, ac talia vt luctum præ se ferrent. Nam ille ita filium supra alloquitur:

Indè infecta vago suspendam lintea malo
Nostros vt luctus nostræq; incendia mentis:

Quibus verbis planum pene sit, veriorem esse lectionem *infecti* quam *inflati*. Per hoc enim secundæ auræ, per illud, luctus & tristitia significatur. Plutarchus *nigrum velum* filio ab Ægeo datum scribit, Simonides vero *puniceum*. Nec multum ad hæc inepte fecerit, si quis locum eodem carmine, fronte satis quidem perspicua, sed recessu caliganti & obscuro, intentius intuebitur: Verba sunt Ariadnes in Naxo a Theseo relictæ:

Si tibi non cordi fuerant connubia nostri
Saltem abhorrebas priscet præcepta parentis.

Quod Ægeus pater præceperit Theseo vt rei vxoriæ studeret, nullo quod ciam loco legere est, quid quod ne *tristum* quidē poeta elegantiarum studiosissimus, eum appellasset qui adhuc in humanis ageret. Superest igitur, vt ad Cecropem antiquissimum Atticarum Regem aliquis non inepte id referat, qui vt Trogus prodidit *biformis* fuisse traditur, quia primus maris & fœminæ connubium in ea terra conciliarit. Sed hæc tam leuia, vt dixi, quam multa sunt, a quibus referendis, quia exiguum operæ videbam inesse precium, simul quod abunde satis sit alteri centuriæ factum, quæ extrariæ huius euocationis genere explenda fuit, consulto abstineo πλοῦς.

M. Antonius Sabellicus Francisco Fortunio Salutem.

IVSI totum triduum Fortuni, his proximis feriis, nec nucibus lusi, non enim tam damnosam ludit aleam Sabellicus, sed chartis hisque lusoriis, sed Poeticis, Historicis, Oratoriis. Collusores affuere. C. Plinius, Cicero, Anneus Lucanus, & qui Argonautica scripsit Flaccus. Cum his tres integros egi dies, ac totidem noctis peruigil, dum loci ex illorum marginibus linea apice asterisco, seu cauterico notati, per iocum & lusum repetuntur, magnus chartarum crepitus, crebra & tumultuosa foliorum volutatio. Quaris quid actum sit tercentum & amplius locos in ordinem redegi, quos velut libello vno complexus ita digessi, vt quoto quisque sit capite librorum obseruatus, facile cognosci possit. Caterum exscripsi ego hos locos nullo verborum apparatu, cum ea causa, cui a principio in animo habui breuem hanc lucubrationem inscribere, ne forensibus causis vehementer occupatus, prius quā

rem cognoſceres vt nimis verboſam faſtidires, mouit me & illa ratio, quod ita perſuaſum habeo, in nulla re homines iuſtius rideri, quam eã ſi in parua pueriliter oſtentant. Quod plerique hodie inepte faciunt, qui ſo magnum aliquid præſtare arbitrantur, cum vnum aut alterũ verbum, in poetis aut hiſtoricis repoſuere, & quod adhuc maiore ſit dignum riſu, tum impenſius id faciunt, cum emendatiore codice adiuti, locum reſtituerint, tanquam parum intelligatur non ingenii aut iudicii id eſſe, ſed fortunæ. Videntur mihi eiuſmodi homines pueros imitari, qui cum argentea careant pecunia ſibi plumbeam conflant, vt pecunioſi videantur: Omnis oſtentatio odioſa: ſed in friuolis odioſiſſima. Quod cum ita ſit, nullã in re tam parua exſpectes a me verborũ copiam. Cæterum quando, in iis, qua nunc mittuntur, in multis, libraria fide & auctoritate laboratur: tantum peto abs te, vt Paraneſim hanc putes nõ oraculum, quin potius ſi tibi integrum, volo de ſingulis, & vniuerſum de tota re iudicare, non enim legem ſcribo, ſed Campanus eques in via cauterii oſtendo. Quid quod in re tam tenui, non ſolũ non exquiſito aliquo ſum vſus verborum fuco, copia ve orationis, ſed ne iudicium quidem vllum recens adhibui, præſenti recognitioni, omnia ad priſtinam illam cenſuram referens. Satis credo tibi nota eſt, verecunda illa profeſſionis ratio in tuo Sabellico, qui in obſcuris & ambiguis nihil mutat, nihil reſtituit, niſi iudicio fretus & auctoritate, vbi vtraq; re laboratur, aſteriſcum margini affigit, cum vero ſolo iudicio ſtatur, tum priſtina lectione integra, & ſi quid eſt, quod rectius reponi poſſit, particula in fronte ponitur ſubiuncta linea, monetq; interim lectorem, videat an eo modo rectius legi poſſit, in quo genere tota propemodum hæc obſeruationum ratio qua ad te mittitur poſita eſt. Vtris itaque tuo iudicio, & ſi qua eiuſmodi videbuntur quæ tuto recipi poſſint, poteris, his vti, ſi voles, in tua bibliotheca emendanda, quanquam nihil ſit illa emendatius. Nec tu Fortuni contemnas hoc ſcribendi genus, quo & ſummi viri vſi ſunt, & humana ſcientia nihil repugnat, quippe qua magis in falſi refutatione ſita eſt, quam in confirmatione veri. Sed quid tam multa, quicquid hoc eſt, tibi vni datum puta, ſolum me cum ſolo loqui exiſtimes, amicum cum amico, in nullis fidem meã obſtringo. omnia in medio ſint. Ego quod ad officiũ attinet, ſatis me Fortunio placuiſſe arbitror, ſi in omnibus diſplicuero. Vale.

OBSERVATIONES M. ANTONII SABELLICI ex varia Auctorum lectione ad Franciſcum Fortunium.

PRIMVM omnium illud apud te teſtatũ relinquam, Vir amiciſſime, eſſe locos quoſdam, de iis loquor qui ad Plinium attinent, qui etſi priora illa noſtra obſeruatione in ordinem venere ſunt nunc iterum tractandi, ne aliquid vidiſſe credantur, qui illos labefactare conati ſunt, non vt veriora dicerent, ſed ne noſtro acceſſiſſe iudicio viderentur. Sed alii penſitent quæ vtrinq; afferun-

tur ac boni consulant. Nam & ad primam illam calumniam attinet, ubi parũ apte in 1. cap. operis dicimus reposuisse *vni* pro *una*, vt legendum sit *vni naturæ*, scili. *Incubent mundi*, & non *vna*, id est *simul*, vt vulgo legitur, nemo est tam iudicii expers qui non videat. Quod si *vna* legatur, nugatio quædã videri possit, vel frigida potius & otiosa loquendi ratio, quando non sit ad quod referri possit illa mundorum incubatio. Sed ab eiusmodi vitio nemo tam diuersus abiit quam Plinius.

Cap. 1. Adiicio illud, quod eodem cap. ac loco propemodum cõtiguo, neq; tunc est a me animaduersum, neq; postea ab vllo quod sciam. *Cætera etiam in vno & immensa & innumerabilia.* Sic enim vulgo legitur. Ego particulam: *vt* reponendam censeo: eritq; meo iudicio emendata lectio. *Cætera etiam vt in vno mundo* hoc videlicet qui nobis notus est. Scrutare altius locum, & statues quid sequamur.

Cap. 3. Cæterum quando iudicio nitimur, non veteris alicuius codicis collatione, in quo genere obseruationis, multi, vt video, inepte gloriantur, putantq; se aliquid magnum præstare, si emendatiorem librum nacti, ex illius collatione castigent librariorum errata. Sed quæ mea sit de ea re sententia, quantum dico eiusmodi exemplaribus sit credendum, testatus sum sæpius, nunc vide, non enim legem scribo, vt non relinquam omnibus integrum sentire quæ quisq; velit, *contentus* ne sit legendum 3. cap. an vt omnes hodie legunt *concentus*, secuti videlicet ea quæ procedunt. Verum si quis attentius sequentia conferat cum præcedentibus multo plenius *contentus* implebit aures, quam *concentus*.

Cap. 5. Scribitur 5. cap statim in fronte *ignitum*. Ego *igneum* libentius scripserim, referens præsertim ad elementum. Quid *ignitum* ab *igneo* distet liquido patet.

Eod cap. *Eadem, vniuerso cardine.* Inoluit hæc lectio, magis re non animaduersa, quam non intellecta. Ceterum. *Vniuersi* vt verius ita libentius legerim: vt terra *vniuersi* cardo intelligatur.

Cap. 8. Videbitur, scio, res parua, sed quia mendose legitur, non negligenda est macula quæ 8. cap. ceu nocturnum offensaculum, transmittit properantes, *inuentionibus* inquit *non dilatis*, cum *inuentoribus* haud dubie scripserit Plinius: id argumento est quod Anaximandri, Cleostrati & Atlantis nomina statim subiiciuntur.

Eod. cap. Nec ita multo post eodem capite legere est: *Tertius Martij quod qui dam Herculis vocant ignea ardentis solis vicinitate.* Sic habent omnes codices quos vidimus, tu vide ne nugatio hæc quædam sit, *ignea ardentis solis vicinitate* satis erat dixisse *ignea vicinitate solis, aut ardentis solis vicinitate.* Sed procul abest Plinius ab eiusmodi vitio, nihil itaq; temere faciet qui *vi ignea legerit*, vt sit: *Tertiũ Martis quod Herculis vocant vi ignea*, vt ad syderis naturã referatur, inde naturę causa referatur scil. ardentis solis vicinitate.

Eod. Cap. Miror & illud non esse animaduersum, quod eodem capite omnia quę vidimus exemplaria, *tricenis* habent *pro trecenis*: & in calce *maioresque alios* legitur, cum *illis* non *aliis* vera & emendata sit lectio.

Cap. 9 Ideo *molliore* inoluit hæc lectio Plinianis exemplaribus: Sed *mollire* verius legatur: vt sit *mollire & soluere*. Pene pari incuria scribitur *eodem* pro *eadem*. Et mox in calce pluribus fere codicibus *violare* est pro *volitare*. Sunt parua hæc (quis nescit) Sed quia post tot censorias curas pertinacius durant, tollenda sunt.

Cap. 10. *Defectus suos & solis*: Nisi hæc, & quæ sequuntur vsque ad extremam periodum, cum iis quæ sunt in calce proximi capitis legantur, vaga & soluta erunt, nec erit quo referri possint.

Cap. 11 *Tertio ex vtraq; vastitas*. Sic pleraque exemplaria, quædam vero *certior* habent. Sed *tertia* si quis rem altius rimetur, vt verius forte sse, ita libentius legat.

Eod Cap. *Sicut paruitatem terræ ipsa deficiens*. Sed *ipse* vera est lectio, nam ad solem particula haud dubie refertur.

Cap. 15. Radiorum eius *contactu*: tu videne *contactu* scripserit Plinius.

Cap 20. *Patet plerosq; magna affectione cœli*. Sic statim in fronte capitis legere est. Verum sua lectio est *latet* non *patet*.

Cap. 23. *Eius patere appareat circulum*: Expende totam periodū ac libentius *circuli* lege: Et post paulo: *diametros* pro *dimetiens* audaculus aliquis reponat, non inepte. Nec loco multum diuerso *sextam vero partem* legunt alii. Sed qui Macrobium audit *sexagesimam* arbitrabitur a Plinio proditum.

Cap. 35. *Ac sine vllis radiis*: Sed *illis* emendatius: perpende locū & astipulaberis verbo.

Cap. 39. Inscribitur caput *de æstatis* tempestatibus: Sed tu *æstatis* reponito: dicuntur enim non magis æstiuæ, quam hybernæ tempestates, verum statis temporibus redeuntes.

Cap. 42. *Nec imbribus tantum tempestatibus, sed multis & corporum rarū experimentis*. Nisi totum hoc superiori capiti restituatur, vaga sit lectio & omni vinculo soluta.

Eod. Cap. *Bootem quæ sequitur Septentrionem*: Vel pueri intelligunt *qui* esse oportere post Bootem: non *quæ*. Ceterum quum res tam facilis sit deprehensi omnia tamen Plinii exemplaria quæ vidimus ad huc in damno sunt, adeo pronum est cum multis errare.

Cap. 48. *Transitus fame tenentibus*: Haud dubie *ferme*, aut certe *fere* scripsit Plinius. Caute explora vt æque iudices.

Cap. 49. *Hebeti, mox iudicatu*: Hoc magis placet quam quod quidam reposuerunt *hebetius: mox iudicatum*: Vt sit sensus: hebes ratio fuit illa secundo loco: initia, cum ea dico collata, quæ postea secuta. Pulta & ad sensum iudica.

Eodem Cap. Nec illud credo superuacuum sit obiter notare omnibus

nnibus Plinianis exemplaribus *Traciam* legi & *Argeſtem* duorum ventorum nomina, cum ſemper *Argetam*, niſi mendoſus ſit, codex. & *Treciam* non *Traciam* Ariſtoteles ſcribat: Etſi quid ἀργέστης quid ἀργέτης: quid τρίχω ſignificent ſatis liquido patet, vnde eſſe videri poſſunt voces illæ, mendo itaque altera eſt lectio vindicanda, & fortaſſis in altero nomine vtraque. Vocat idem auctor Eurum *Apheliotem* quem noſtrorum plerique *Subſolanum* qui ab ortu ſpirat æquinoctiali *Apheliotem* vocant. Legat in eodem capite aliquis fortaſſe libentius *molluri* quam *mollire* vt nunc vulgo legitur.

Cap. 50. Reponat hic idem ſequenti capite haud inepte: *Ecnephiam affert* pro eo quod inoluit: *deferet*.

Cap. 56. Nec illud tacitum feret lector, ab hoc neſcio quo, verborum penſiculatore videndum eſſe, ne *depreſſa* verior ſit lectio quam *deprehenſa*: Et in eodem capite *conniuentibus* verius ſcribatur quam *contuentibus*. *Contuentibus & patentibus* quod ſequitur, paria ſunt, cum diſcrimen in euentu notetur a Plinio.

Cap. 61. Nec abſit pretium operæ (niſi quid aliud agens Plinium legat) decernere, ſtandumne ſit veteri lectioni, quæ *nec pluuio* habetur an *namque pluuios* malit legere? Et mox Capite 67. *nullam* eſſe vt tenet conſuetudo an *nullum* libentius ſequatur. Et paulum infra *qua non alia probat?* vt legitur, an potius *quanam alia?* Friuola ſunt hæc ſcio, ſed niſi animaduerſa ſint, arguunt haud dubie in lectore negligentiam.

Cap. 69 Ad illud in medio relinquitur quod quemadmodum. C. *Affranii* lectio ob inſolens prænomen non placet, ſic. C. *Africani* non nihil auribus blanditur.

Cap. 72. *Nobili* inquit *apud Arabiam victoria*: Nec Alexander vllam inſignem pugnam in Arabia aut circa Arabiam depugnauit, nec ſi depugnata ab eo eſſet, *apud Arabiam* dixiſſet Plinius elegantiarum obſeruantiſſimus: Sed *in Arabia*, vt arbitror, ſcripſiſſet, vel *non procul ab Arabia*. Quid quod Arabica expeditio fuit Macedonibus parum læta ob cœli intemperiem, ſi Curtius verus eſt auctor? Sed apud *Arbelam* emendatior erit lectio: Eſt is vicus non multum diſtans a loco vbi Darius ingenti prælio eſt ab Alexandro victus, qua pugna Perſarũ opes prorſus conciderunt. Sub id tempus, quo eſt hoc euentu non procul ab *Arbella* dimicatum, Luna inſigniter obtenebrata eſt. Idem Curtius eſt auctor.

Eod. Cap. Sed vt Plinii lectio, hiſtoriæ teſtimonio, ab inueterata labe ſuperiore loco vindicatur: Sic qui ſequitur nihil ocioſe prætereundus, ne vnum Plinius ſcripſerit, aliud librariorum incuria legatur: Eſt enim eodem capite *neq; aliũ*: quum plane appareat Plinium *non aliũ*: ſed *aliter* ſcriptum reliquiſſe.

Cap. 73. Non multum ab hoc diuerſum, quod proximo capite ſcribitur: *eidem eſt vſui*: quum *eadem* ſcribi oportuerit, niſi multũ opinione fallor.

Cap. 77. *Ceu tenuis linea in longum porrecta ſpatium*: Hęc inoluit lectio, ſic certe eſt, vt Flaccus inquit: *decipimur ſpecie recti*, Blanditur hęc lectio prima fronte lectori, vt venuſta & recta, ſed ſtructuram intentius ſpectantibus, inæqualis appareat neceſſe eſt, quin *linea* potius ſit quam *linea* vt quadret ordo, & ſenſus procedat.

Cap 87. Iam vero neq; illud integre ponitur, vt arbitror: *Mireq; pars Ægypti.* Id etſi plus nimio vſu inualuit, *maior* tamen pro *miro* reponere audeat, qui Herodotum audit.

Cap 90. *Abſtulit Euboea Atlantem & Macriam*: Sed *Atlantem* emendatius ſcribi, alius Plinii locus demonſtrat. Et mox cap. 94. *In Phœnice* inquit: *Agros, & cum ipſis Phegium Æthiopia iugum.* Vide ne *Iopes* ſit legendum, nam *Iope*, in Phœnice eſt, contra Æthiopia valde procul. Pari cura, capite vndecentesimo locus eſt a labe vindicandus: *Attollente ſecum ea mundo*, vulgo legitur. Ceterum ſi quis *attolente ſe ea, cum mundo* legat, erit lectio meridiana luce clarior. Poſſit & detrita etiam particularia *ea* legi *ſe cum mundo*, vt ſint duæ partes orationis, omnis copulæ expertes.

Cap. 600. Legis hæc ſcio contractiore fronte, ac iam dudum fortaſſe videris tibi operam perdere, cum pene inutilia ſectemur, ac parum digna, quæ a docto homine legantur. At omne quod dicitur ex re & verbis conſtat. Non minor meo iudicio verborum ratio, quam rerum in omni ſermone habenda eſt, ſunt enim verba velut imagines rerum, quibus confuſis, confundatur & totum ſchema neceſſe eſt. Quid, quod ne placere quidem poteſt oratio, niſi barbariſmi & ſolœciſmi vacet fœditate, a quibus vitiis nihil abſunt hæc verborum coinquinamenta, quæ ſuccincta indagine annotamus: Quale eſt illud, quod capite centeſimo ſexto tenacius hæſit incuria hominum, (quis neſcit) non ignorantia: *Hi trans alpes* habẽt omnia Pliniana exemplaria. Verũ cum appareat ad *vnũ Rhodanum* id referri qui *trans alpes* eſt, tollenda eſt fœditas ſolœciſmi, atq; *hic* pro *hi* reponendum. Et mox infra *in Italia* legendum eſt non *Italiam*, nam & lacuum qui in ea terra ſunt, ſupra mentio facta eſt.

Eod. cap. Mollis in eodem capite rectilineus ordo videri poteſt, vbi vulgo legitur in *Archadia Stimphali*, & tamen eſt locus a vitio vindicandus. Ineſt enim error deprehenſu facilis, ſi quis non obliuiſcitur *Stimphalum* vbique a Plinio enuntiari. Quod ſi *Stymphali* ſit patrius caſus, ſtetque pro locali aduerbio, *in Archadia* quis non videt vera & emaculata lectio eſt, vt ſit ordo: *In Archadia Stymphali*, perinde ac dicat aliquis: in Italia Mediolani vixit, in vibe videlicet Mediolano, vt *in* ad *Archadia*, non ad *Stymphalum* referatur.

Cap. 108. *Ferunt a Media Pellicem:* Mirum eſt quantopere humana iudicia caligent interdum ad veritatem oculis admotam. Quid notius eſt, quam quo ſit euentu Medea Iaſonis repudium vltæ,

vlta, & cum vel pueris nota sit fabula *a Media*, & non *Medea* omnes Pliniani codices quos vidimus habent, nisi forte aliquod inest rei mysterium quod profana mens non capiat.

Cap. III. Nec probo omnino quod in proximo est: *Extingui vero terra aut fœno Gnidus Cresias tradit.* Videat argutulus ille qui tam solicite omnia rimatur, *an fimo* malit: quam *fœno* legere.

Cap III. *Gnidum octoginta quatuor millia passuum quingenti cum 25.* Ceterum *Con* (est enim insulæ nomen) non *cum* legendum. Strabo *Cyprum*, *Rhodum*, *Con*. Numeri qui eodem capite ponuntur: multo maxima sui parte mendose leguntur.

Extertio Plinii. cap. 1. Inualuit vt arbitror error in primo capite tertii libri, vbi legere est: *Persas & Pœnicas.* Qui hominum fuerint *Pœnices* non legi adhuc, quod sciam, satis tamen constat in Hispaniam *Phœnices* venisse. Tyrii Phœnices sunt quorum est colonia Gadis. Plinius & alii plerique id prodiderunt. Videat lector ne *Phœnicas* scripserit Plinius, non *Phœnicas*. Nam quod aliquis dicat, *Pœnicas & Phœnicas* dici quia *Pœni* dicti sint quasi *Phœni* per belle decipiatur, in quo vado multi Latinorum hæsitarunt, si verus est Auctor Herodotus, qui *Pœnes* & *Getulos* credidit antiquissimos Africæ indigenas, quod si sic est, vel ante *Phœnicum* in Aricam accessum. Pœni in ea terra fuere. Adstipulantur huic opinioni qui *Libophœnices* vocant eos, qui circa Carthaginē habitarunt. manifesto argumento appellationis eorum, qui cum Didone in Lybiam venere.

Cap. 4. *Montibus Gebenna & Iuribus.* Alii *vrbibus* habent, sed neutrum procedit, quin *Gebenna & Iura* legendum. Nam quod ad nomen attinet montis, idem Plinius in 4. cum suos reddit Comatæ Galliæ fines ac montes, inquit: *Gebennam & Iuram*, quibus Narbonensem Galliam excludit.

Eodem Cap. *Octauianorum colonia.* Ego vt fortasse verius ita libentius legerim *Octauanorum*, ea videlicet ratione, qua & *Decumanorum*. Sic milites octauæ & decimæ legionis dicti. Pari ratione eodem capite: *Saluiorum* siue *Saluyum* audacius, quam *Salubirum*, *aut Salubium*, *& Salorum*, vt alii habent. In eadem enim terra *Saluyes & Saluij* leguntur, non *Salubij* quod sciam, aut *Salubres.*

Eodem Cap. Admonendus est lector ne oculis vt dicitur pendiculantibus illud prætereat, quod proximo loco legere est *Exobiorum Longuanorum*. Videat ne verior sit lectio *Albigauorum*: Plinius *Albiganorum* meminit, *Igaunorum* Strabo. Sed locus in medio relinquitur.

Cap. 5. Sunt proximo capite quędam in medio relinquenda, sed quędam lapsu fortassis vindicanda sint, vt illud: *Populorum claritas tenet.* Videat lector ne *terret* verbum magis quadret. Et mox paulo: *Gremium terrarum commercio patens*, cum *pandens* scripsisse Plinius

Plinius videri possit actiua significatione, sequitur enim procurrens. Et vbi Valerius *Solanus* est videne *Soranus* pro *Solano* reponi possit. Subit quod ad idē caput attinet illa reputatio, parū Plinio in quibusdam cum Dionysio & Liuio conuenire: Quale est illud quod inibi legitur *ex Apiolana praeda iacta esse a Tarquinio fundamenta templi Capitolini*: Cum duo illi *Sinuessanam* nam *Sinuessa* Pometia cognominata est, fuisse, non *Apiolanam* significent. Sit etiā paranesis hæc pro appendice capitis: vt quando inibi legere est *Meraria* & *Triquadra patria Hannibalis* videas ne *Indibilis* qui Hispanus Dux clarissimus fuit, rectius legatur. Quæ autem fuerit Hannibalis patria, multo notius est, quam vt scribi oporteat.

Cap. 18. *Venetorum matri Ateste*: Quod Ateste sit in Venetis nulli est dubium. Cæterum quid *matri* sibi velit, parum vt video fuit aliis curæ cognoscere. Vt cui dedimus hæc omnia pensiculatius cognoscenda, aduerte ne *atria* sit vera lectio non *matri*, vt facta sit librarii oblicinatione, versura quædam in dictione, vt. *m.* elementum ex prolatu præcedentis dictionis, astruxerit in fronte, amiseritque in calce *a* quod in sequentis particulæ vocem abierit. Multo conspectior locus qui sequitur ac cognitu facilior: *longitudinem* inquit *alpium 10. millia passuum patere*: Quæ lectio tam mendosa, quam quæ mendosissima, tutum sit credo reponere *decies centum millia*. Lege quæ sequuntur, & æque iudica.

Cap. 20. Sæpe vnū testatus sum, nec desinam identidem testari, esse adhuc Plinium in damno. Occurrunt enim, non pauca numero, quæ altius timantibus, arguunt inhærere adhuc labem Plinianis codicibus temporum & hominum iniuria semel affusam. En vulgata est lectio & pro verissima recepta, vt Cap. 10 legatur. *L. Æmilio & Statilio Regulo*. Polybius tamen demonstrat non *Statilium*, sed *Attilium* Regulum fuisse Æmilii collegam Gallico tumultu.

Cap. 12. Ex libro quarto. *Insula ex aduerso Thesprotia*: Videne *Insula* sit verior lectio, vt cum Cocyra quæ sequitur iungatur: Nā *si Thesprotia Insula* legas, ex aduerso particula superuacua fit, & *Corcyra* dictio vaga quidem, & omni vinculo soluta. Iam & illud parum procedit quod scribitur: *Cea quingentū sit stadiis longa: mox quatuor*: Verius fit, vt arbitror *quadringentis*: Nam incredibilis facta esset mutatio. Ex mox paulo *Eubœa & ipsa auulsa Bœotia*: quibus verbis haud inepte coniicias *Ceam* Bœotiæ auulsam: non *Eubœæ*: Sed res in medio sit. Paria sunt quæ sequuntur loco haud multum diuerso: *Irrumpunt* inquit *in terris septem stadia, vt dictum est interuallo*. Sed aduerte ne *inter eas* rectius legatur, cum & Europæ, & Asiæ, proxime meminerit. Neque hoc quod sequitur multū implet aures, si ex vulgi opinione ordo māserit. *In arctū* inquit *coit laxitas*: At vera lectio sit credo, *coit æquor in arctum: laxitas* sum sequentibus iungatur.

A sut-

Cap.13. *A succino militia appellata*: *Miltos color est*: cur igitur nō *militia* emendatius sit, Aut cur non eodem capite *prodentium discordia* id est *scribentium*, quod peculiare est Plinii, ab eo proditum credamus, & non *prudentium* vt omnia habent exemplaria.

Cap.15. Vide præterea ne *vno ore* multo rectius scribatur *quam chore*: *Custodiente* quam *custodiens*: vt auferendi casu sit Plinius vsus, non recto. Sed tu vtrunque locum expende, & amice iudica.

Cap.22 *Hinc Oceanus*: tota prima periodus superiori capite restituenda est, atque inibi audacius, *Oceanus* legerim, quam *occasus*: potest & *vocatus* videri a Plinio proditum. Sed tu statue vtrum malis, vel relinque si placet locum in medio.

Ex libro quinto Cap.1. *Aliquanto excelsiores non tamen est*. Si ad vnam Insulam vox referenda est, non video cur non *celsior* singuli sit numero Plinius vsus; vt sit *Insula ceteris aliquanto celsior tantum par est fluctibus Oceani* Sed tuus esto.

Cap.2. Sunt scio hæc parua, sed quia eiusmodi sunt, vt nisi obseruata fuerint, & cum opus est in melius mutata, lectio inoffensa procedere non possit, adhibenda est mens, maturequeiudicanda, nam tota hæc censura non mea, sed lectoris est. Videat igitur sit ne vera. *In Abila* quoque *monte* vt nunc legitur: an potius *inde Abila* mons: nam ad *fert* verbum quod præcedit, non est cur referas.

Cap 6. *A mari Atlantico cum inferiore Ægypto, 86. millia passuum*: Quod nefas propemodum sit credere, ita Plinium colligere: Verius igitur videri possit: *80000. passuum, vt sit octogies sexies centum millia passuum*: quamquam hic quoque numerus in dubium venit, non minus quam ille qui sequitur. *16. millia* pro *16.* (vt libet credere) *centum millia*. Sed hæc tutius in medio erunt.

Cap.28 *Amnis Indus Cybaritarum*: Quia priore illa nostra obseruationum editione, locum hunc indiscussum reliqui, nam de Indo flumine celeberrimo id a Plinio scribi ridiculum sit credere, quā longissime distet a terra, quæ nūc scribitur, hāc nactus ansam vir alioqui egregie doctus vt plus vidisse crederetur, aliud nomen pro *Indo* astruxit in Plinii recognitione, haud dubie oblucinatus historiæ ignoratione. Liuius auctor grauissimus in bello Macedonico perspicue demonstrat, hunc quoque fluuium Indum nuncupari, adiicit & nominis causam. *Ad Tabusion* inquit *castellum vētum imminens flumini Indo*: *Cui fecit nomen Indus ab Elephante deiectus haud procul a Cybara*: Tale fuit & illud de quo mihi litem intendit, negans *petream Arabiam*, tanquam parum constet, vnde *petrea Arabia* sit dicta. Tale & illud de *Tio oppido in Bithynia*. Est & illud haud absimile, quod negabat *mentiri* pertinere ad inanimata, cum Plinius non vno loco ea vratur figura. Et Virgilius:

Discret & in pratis mentiri lana colorem. Et Anneus Lucanus:

Pholoe mentita bimembres. Sed cum laruis id certare

est. Illud dicam, nihil esse quapropter homo longius recedat a recto veroq; iudicio, quam cum aut nimium inuidet, amicus sit necesse est, qui recte vult iudicare, vt præclare scribit Aristoteles.

Ex lib 6. Cap 23. *Ad similitudinem* inquit *atq; imaginem tali mari etiam circumfusa eadem etiam cœli parte nulla differentia spectat:* Quasi vero sit certus aliquis *talus* aqua circunfusus, & ad quandam cœli partem insigniter obuersus, vt terra de qua nunc agitur. Accedat fortasse somnolentus lector huic lectioni, imo accesserunt omnes ad hunc diē, nam nisi accessissent, curę fuisset alicui, locum ab inueterata labe vindicare, quare vide tu an pro *tale* recte *Italiæ* reponi possit, vt regio de qua agitur similis Italiæ sit positura, & cœli tractu, vt a septentrione inter diuersa maria exeat in meridiem.

Cap. 29. *Quid illud Agrippa* inquit *quatuordecim passus:* Nomen vel cæcis apparet id stare non posse. Sed verius fortasse aut certe vero similius sit legere, *quatuordecies centum millia passuum.* Pari cura videndum an ibidem *affuerunt* rectius legatur quā *auferunt*, & *Aegypti* emendatius sit quam *Aegyptius.*

Ex lib. 7 Cap. 11. Nec graueris cognoscere, an 2. cap 7. libri *Baltelibus* cum vulgo te legere oporteat, an *Balteolis* potius, nam quod *ad saltum* ibi est, haud dubie *assultim* magis probabis. Et in proximo capite, magis *quinos quater enixa* quam *binos*, vt nunc legitur, sequens lectio, vtrum rectius sit, facile demonstrat. Et mox sexto capite, libentius credo audies *suspirauere*, quam quod nunc vulgo probant *respirauere*, nam sequitur illud *oscitatio letalis.* Et capite octauo vide ne *secessu* sit reponendum, pro *accessu.* Et in decimo *alias* pro *alios.* Et duobus post capitibus, vbi illud est *maiori similem*, multo propius vero sit, nisi opinione fallor, *matri similem.*

Cap. 16. Haud minoris facienda quæ sequuntur. Capite enim sextodecimo *priusquam* in supera parte scribitur pro *priusque.* Et mox infra, vbi est *multo primum*, vide ne *prius* rectius legatur. Et pro *Iulia Augusta* ne *Liuia* sit scribendum, nam Iuliarum nulla, tulit Augustæ nomen.

Cap. 17. Nec ꝙ sequenti cap. scribitur demū recipies, si pensiculate rem totam spectes: *Nec nunquam* inquit *id in fœminis*, tanquā fœminarum nulla magis sinistra polleat manu quam dextra, quod omnino falsum sit, tum est videre an sic malis legere: *ne id vnquam vi*, vt sic accipias quod nullus vnquā vi, operosior fiat dextra quā sinistra, post vero sequatur fœminis mares præstare pondere, defuncti viuentibus.

Cap. 30. *Prima in orbe ab Asinio Pollione.* Sed tu *vrbe* reponas, licet alioqui falsum sit, cum hic bibliotheca illa non sit omnium prima in orbe posita. Et octauo post capite *Mediam & Aiacem*, vbi *Medea* scribi oportuit, de Timomachitabulis alia certior relatio.

latio. Et capite duodequinquagesimo, *togatus* libentius credo leges, quam *togatus*. Et mox quinquagesimo capite tertio, *perduellium reos*, vide an *millibus* subiicere velis, nam sic melius fortasse. Inde altero a quinquagesimo vbi *funeribus* est, *funebribus* satis honeste reponas. Iam & illud, quod supra scribitur, parum placet *heredem maiorem funeri instituisse*, quin *fratrem* magis probabis, si locum altius inspicias.

Ex lib. 8. Cap. 1. *Visique sunt fessi egritudine, quando & illos infestant morbi, per horas supini in cœlum iacentes, velati tellure precibus alligata.* Ex quo verborum complexu nihil sequitur, tu qui sapis perspice, an verior sit lectio: *Herbam supini in cœlum iacentes veluti precibus, id est, ad preces alligata.* An nulla, præterquam vno loco, mutatione facta, *ablegata* potius malis legere, expende locum, & amice iudica. Nec illud contemnito, quod quinto capite legitur: *miretur Aristophani gratam*, vide an magis placeat, *mire etiam Aristophani gratam.*

Cap. 16. *Et vbi sæuit in viros prius, quam in fœminas fremit. Infantes nõnisi in magna fame.* Qui ordo si recipiatur sequens periodus vaga erit, & omnibus vinculis soluta, nisi *fremit* verbum resumatur, quod ridiculum sit dicere leonem in magna fame fremere. At emendatior lectio sit credo, aut certe emendatæ propior, si vbi legeris, *in viros prius quam in fœminas sæuit*, inde non *fremit* verbum sequatur, *sed perimit infantes non nisi a magna fame.* Qui primum in vera lectione deflexit, *premit*, pro *perimit* fecit, vt credere par est, inde vt prona sunt omnia in lapsum, vox ex parte vna corrupta, abiit in alienum sonum, librariorum incuria.

Ex lib. 20. Cap. 4. *Centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopes. Afri fustes phalanges vocant.* At vide quia *faceles* Græce sit *fascis* an *fascelos* legi possit. Sed id tutius in medio relinqueris.

Ex lib. 14. Cap. 16. Vide in transcursu an satis integre legatur in calce 16. cap. *resistendum.* Quod si parum placeat, poteris fortassis rectius *insistendum* legere. Vt in sequenti capite, nescio an in *Italico genere*, malis legere, pro eo, quod est *in altero genere*, nam & *Italicam Celtim esse* dixit Plinius. Et mox capite 21 videbis, an apte *est*, pro &, reponi possit, vbi illud scribitur: *Et similis Oleastro.*

Ex lib. 15. Cap 6. Nihil est, in quo crebrior sit lapsus, quam in eo, quod recto & vero affine est, capimur namque specie recti. Iam vero, quod *oleum acerbissimum*, legitur cap 6. quintidecimi libri, satis vere scribi nemo non existimat, & tamen si intentius locum speces, magis fortasse laudabis *acerbissima*, vt *ad oluam* referatur.

Ex libro 16. Capite 30. Vides credo quantum tibi tribuam, quod hæc tam multa, & ab aliis non animaduersa, & a quibusdã fortasse parum intellecta, tuo subiiciam iudicio, proinde non graueris

ſi qua viſa fuerint, non ita magni ponderis hæc quoque cognoſcere, & de his recte iudicare: Quale eſt quod libro. 16. Cap. 5. & 30 legitur in alio genere, vbi ſi tibi videtur *albo* pro *alio* reponens. Et poſt paulo *vtcunq;* pro *vtrumq;* Et mox 7. & 30. cap. *Salicis ſatiua*: Si intentius locum tractes libentius credo legas: quam *Salicis ſtatim*, vt nunc eſt. Et 4 poſt cap. *Intra oppidum* emendatius tibi videbitur, quam *infra oppidum*. Emendatius: *Iſpinum* quam *ipſum*: eſt enim *Iſpinum* Hiſpaniæ oppidum.

Cap. 46. Eſt & illud non indignum de quo tecum ſtatuas, ſcribendum ne putet *dulcior in* punicis an *dilutior* potius. Et mox altero ab hinc cap. ab *eo celatam*: vt vulgo legere eſt: an *Deo calatam*: vide Homericum carmen.

Ex. lib. 17. Cap. 11. *Coriorum officinis*: At *Coriariorum* ſunt officinę in quibus *Coria* conficiuntur, ſtatue igitur vtrum velis. Et capite tertio & vigeſimo haud dubie *Varicinu* corrupte legitur pro *Aricinu*.

Et lib. 18. Cap. 8. *In Ægypto* inquit: *ac Syria Ciliciaque & alia ac Græcia parte*: ſi me audis *Æolia* multo rectius legas *quam alia*. Conſidera terrarum tractum, nec Parenæſim hanc repudiabis. Et quinto deinceps cap. *Luna* inquit *procedente*: verum *præcedente*: qui locum percipit audacter reponat. Et libri eiuſdem Cap 15. pro eo quod per *eum* ſcribitur haud grauate *eruum*, de quo genere leguminis agitur. Et capite duodeuigeſimo *humorum* lectio durat pro *humorem*. Et mox ſequenti capite *vilitatem* librariorum facit incuria, cum Plinius *vtilitatem*, potius ſcripſerit, vt credere eſt. Et demum illud vide an. 30. huius voluminis capite recte reponi poſſit pro *pendunt pandunt*.

Ex lib. 19. Cap. 1. *Linumq; vere & viris decorum*. Sic omnia Plinii exemplaria. Vbi tu probes neceſſe eſt, quod pro *vere* libuit mihi *nere* verbum reponere. Et quod ſequenti capite *parti* pro *petit*, quamquam & *petit* ſi quis legat, non multum meo iudicio diſcedet a vero. *Solio* pro *folio* cum libeat. Habet & quintum caput *defecti* ad eas modice diſtantes, vide inquā: ne *defecti* verior ſit lectio. Et loco non multum diuerſo: *Iulia Auguſta*: legitur pro *Liuia*. Et mox infra: *tunicis earum*, pro *tunicarum* indubitato librariorum errore. Nec abſit precium operæ. ſi 7. cap. vbi *non memini eſt*, tecum deliberes an *non neminis* malis legere, Et loco eiuſdem capitis diuerſo, *ac eruatim* magis placeat quam *aceruatis*.

Ex lib. 21 Cap. 8. Eſt labes vt reor non ferenda, capite octauo vigeſimi primi libri: tu an locus emaculatione indigeat per ocium conſidera, *& tamen colorem commendat*. Sic habet vulgata lectio: vbi audaculus aliquis non dubitet pro iis, quæ inibi nunc ſunt *tacumen: colore commendatur* reponere.

Ex lib. 42. Nunc aceruatim quæ ſequuntur ſunt tibi cognoſcenda, ne Paranæſis hæc plus nimio creſcat, Vide igitur an libro 22. vbi

vbi *de cocco* scribitur sit ne sua lectio hæc quæ inoluit. *Aphrica Lusitanis granus cocco*, an verius *graminis* pro *granis* legit possit, an loco diuerso Cap. 21. Cum *sola iterum* an potius *eum solaturum*. Et capite primo quarti & vigesimi libri *potione & fœtu* legendum sit, an *pottone & fotu*. Libro sexto & vigesimo *Soachum* rectius legatur, an *Stomachum* Et *succu* pro *suctu* ibi est indubitato errore. Libro octauo & vigesimo capite nono. *Exitio his esse seruos* nunquam legas credo, sed *ceruos*. Et si pro eo quod est capite. 11 *singulare & remedium* vide an *singultus* reponi possit, pro *singulare*. Libro vndetrigesimo, quia capite. v. fienda legi non potest *findenda* ni fallor libenter repones. Parti iudicio libro trigesimo primo capite tertio, nunquam figularis *certa* quod legitur placebit, sed *creta* Nec capite eodem, *ppida*, sed *oppido* quod est valde. Quin altero & trigesimo libro, capite sexto, nunquam *subent* legendum censeas, sed *subent*. Et mox illud xxxiij. libro capite, nunquam vt arbitror adduci poterit tua ista Minerua vt *ferendum erat* citius legat quam *ferreum erat*. Vt *arcte vestes* libentius quam *hirta* Et capite vndecimo videbis, an *Catum Elium* sit vera lectio, cum *Elium Tuberonem* scribat Plutarchus. Nec in calce capitis probabis credo, quod legitur, neque enim scribi debuit *orator Marius*, sed *arator*, nõ *rapinas* sed *Arpinas*, nec *manipularis*, sed ex *manipularis Imperator*. Illud ad hæc cognosce, an mendose quarto & trigesimo libro scribatur *Cœlie* pro *Clœlie*, & *Lucretia & Bruto*, pro *Lucretio* & *Bruto*. Nam Spu. Lucretius & Brutus auctores fuerunt asserendæ libertatis, non *Lucretia*, quæ ante exactos reges sibi manum intulit Et demum illud aduerte an pro *Alcamene*, vt nũc habet, sit vera lectio *Alcmene*.

In Valerium Flaccum.

PRogressa est paræneſis hæc, cum operis enarratione, ad quartum vsque & trigesimum naturalis historiæ librum, si quæ deinceps obseruabuntur, non grauabor mi Fortuni annotare. Nunc quę ex Valerii Flacci lectione tibi subiecimus, attende, ac si qua digna videbuntur quæ recipiantur, vtere his, quando in hunc vsum tibi mittuntur in tua bibliotheca emendanda, cetera pro non missis habeto.

Ex primo Valerii Flacci.

Iam grauis & longus populis metus illius omnes,
Ionium quicunque petunt.

Tu vide ne melior sit lectio *amnes* quam *omnes*, nam sequitur illud *Otrym & Hemum*, vt accolas fluuiorum, & montium incolas formidoloso Peliæ imperio fuisse obnoxios, dicat poeta. Expẽde carmen & boni consule:

Peliacas etiam comes exit ad undas. Ego *umbras* libentius legerim, nam in Pelio, vt Neuii carmen demonstrat, cæsa est materies ex qua nauis Argo compacta est, Et mox illud statue, malis

ne legere *omnia habet*, vt nunc omnia habẽt exẽplaria, an ꝙ rectius credo sit, *tremia auet*. Sit ne verius ꝙ alii legũt. *Viridi totus de fronte*, an *viridique thorus*, quod magis heroicum est. Et Satyra astipulatur, cuius illud est:

Syluestrem montana thorum cum sterneret vxor Frondibus.

Et hoc vide, scripserit ne Poeta:

In solum hunc sauiet Æsona pontus: An potius *num sauiet*, quasi dicat ne in solum *Æsona*, sed & in *Peliam*. Nescio præterea an probes, quod videndum esse censui, legi non oporteret: *Frugnoscere diuum omina* an *omina* potius. Est enim omen vt scis, & verborum & rerum. Et vbi, *dirumque procul fuit*, vide an *dirimique procul* malis legere. Et sequenti carmine *Discedere* potius quam *descendere*. Et vbi est *leuiore tolum* non inepte facias, si *Pholum* reponas. Est id Centauri nomen, vt scis. Iam vero poteris & illud decernere, vt vbi scribitur:

Celantque tua mea facta iuuenta. An *cedant* sit verior lectio. Et infra vbi illud est hemistichium: *Lucebit in ordine remum*, si placet lugebit potius legas. Sed tuum est statuere vtrum velis. Vtinco quod sequitur.

Cantus in Æoo voluit quem barbara cuspis. Vbi vide an *Heoo* melius legi possit. Est *Heoa* littorale oppidum Africæ, in Lybien enim venit nauis Argo vt Orpheus scribit, vbi Canthus periit. Vbi præterea legere est:

Mea pectora tangunt: Etsi non ineptire credi possit qui pignora pro *pectora* reponeret, in medio tamen relinquas si me audis. Audacius fortasse quia tutius, aliquis infra *fulsere* legerit potius quam *fluxere*, vbi est illud:

Ceu pices fluxere poli: Non enim multum diuersum sit ab eo quod Poeta eminentissimus scripsit in primo Æneidos:

Ponto nox incubat atra: Et post paulo:

Micat ignibus æther: Et alibi non minus audacter, hic idem: *Magneque nepotem*, non *magno* statuet legendum, sed tu in his tuus esto. In his quæ sequuntur facilior deliberatio, quod & tute perbelle fateberis, nemo est enim qui, vbi scribitur:

Quantumque truces: si locum diligenter spectet, non *quantiuntque truces* malit legere. Cunctantius forsan accedat, vt vbi *patere dolores* passim legitur, malit ipse *paterere*. Sed Fortunii Minerua viderit hæc. *Ex Secundo Valerii.*

Age nunc & illud quod est in fronte propemodum secundi libri considera, statueque vna malis ne legere *erectat adesi*, an *auctat* quia magis aures impleat. Et post paulo *enecta* an *euecta* vel potius *erecta*. Et alibi *descendere tergo*, an *distendere*, vel quod adhuc verius sit, *defendere*. Et vbi. *Non fama non arte colus* est, *forma* malis quam *fama* esse. Vbi *hic cruor in thalamis*, *Item* quam *hic* magis placeat. Et quin & illud *miserere tene*, cui satis fiet per se sen-

tẽ-

sus, tamen vide an *miser ecce tene*, rectius scriberetur, vt ad præsentem statum rerum referatur. Sed parænetica meditatio hæc est, non legis latio. Plura sunt præterea modico carminum compleru, etsi non magni ponderis, non tamen puerorum, coruos lapidibus insectantium, more præterecunda. Nam vbi *Et fuga*, est, *Ac fuga* libétius legas. Et vbi *pube domos: puppe*. Vbi *reddere puppi, credere puppi* Vbi *hau secũ, heu serũ*. Sed de his tu videbis. Quod sequitur maiusculi cuiusdam est ponderis, ac videndum, an mutare libeat locum, non multum ab his diuersum, vt vbi *Instratis erens* scribitur: *stat mœrens* malis legere. Et vbi *Immemoret terra* est, tu *Immemor & terra* esse malis. Et sequenti versu *referant* non *referet*. Video quid sibi velint qui scribunt: *Tunc tenuis ut Lemnos*, vt ad nauigantium opinionem referatur. Et quod aliquis statim a cœna, *cum fatis* legerit, ne postridie ieiunus *qua fracta* legat. Et *qui flamina* a prandio, *flamea* malit vesperi nondum cœnatus. Et cui prius *fugeret fortuna* placuit, ne *fregit* pro *fugeret* postea placeat Et qui contiguo pene loco, *auxerat* probauit, ne *hauserat* postea probet. Qui *orbi*, & *fastis* ne *vrbi* & *fatis*.

Ex tertio libro Valerii Flacci. Vides credo quantum tibi tribuam, quod nihil horum est, siue facile sit iudicatu, siue interpretatu difficile, quod non libeas tuo subiiciam iudicio, vt in alterutram partem sit tibi integrum de omnibus statuere, nam quod ad me attinet, in iis duntaxat videbor mihi non omnino desipere, si qua fuerint abs re recepta. Cetera pro non scriptis habiturus. Quare attende cuiusmodi sit illud in principio tertii libri, vbi *Tundace Pŏto* scribitur, quod si quis & *rindace* legerit, num delirus is tibi videbitur. Sed tu vide an aliud melius reponi possit, nisi forte libeat nihil mutare: *Audacius* credo, patrium casum mutabis in rectum in eo carmine:

Torua coma sybila frontis: Vt *cœma* malis legere quam *cœma*: Et mox alio loco *Rœthus* libentius legas, quam *Cœthus*. Et minus cunctanter *Nubbe meri geminam*: quam quod scribitur. *Nube eri geminam*, vt si non ab eo dissimile:

Et geminis assurget mensa lucernis: Ceterum vt in hoc quod dicam nihil fortasse mutabis, vt pro eo quod nunc est *desiecit cernice tenus, dissecuit* aut *desecuit* reponas. Ita ne admonitus quidem vbi *deficit* nunc est *disiicit* scribi velis, aut certe *diffindit*. Et vbi *Vesubius, Vesuius*. Est is mons Campaniæ incendio olim nobilitatus. Nec in hoc quod dicam nisi vt probes, volo quippiam a me mutatum videri. Sed cur non probes? quod vbi antea legere erat: *veluti cum cessit in imi ego cenus processit*: legendũ putaui: Et sequẽti carmine: *vincla Iouis* pro *vinda*. Teneas si placet hæc mecũ, quo ad meliora inueneris. Nec illud prius reiicias quã locũ diligentius inspexeris, quod vbi: *si tanta Iouis fuit antea*, ego admonui vt lector videret *ne titanu* id est, *aurora* scripserit Flaccus. Et vbi *fortuna fuit*,

videret ne *furtiua* esse deberet. Et qui non putet verius scribi, *tuna inde* quam *nunc inde*. Videbit etiam, an vbi *aduersos montes descendere*, vt nunc est, possit ne satis honeste *auersos* pro *aduersos* legi, & *discedere* pro *descendere*. Sed tu scio hæc in medio relinques. Et rursus. Vbi *pratulerit est*, cur non *perculerit* reponas, vbi *pondere vetus, pudore iuuentus*, vbi *cecidere, rediere*. Sic infra vbi est *fallit*, vide ne *fallor* esse debeat, vbi *adductu*, melius sit *abductus*. Vbi *mixtu, mixtus*, vbi *arenis, abenis*, vbi *vna, ima*, & vbi *Thebe* est, ibi melius fortasse sit *Phœbi*, vbi *pergere* est, nescio an *porrigere* repositurus sis: vbi *nos odiuum*, *vos odium*, vbi *atque ea mira furentis* pro *eadem tra*.

Ex quinto Flacci.

Quod manibus nunc penset abimi, Vide (nam tua est hæc deliberatio) ne *vnis* potius quam *imis* velis legere. Nam quod inibi *mox* parum emendate legitur, pro eo quod est *mors*, vel cæci vident. *Et vna ferunt*, pro *vana ferunt Teto* pro *tuto*. Et *rite mouet*, pro *monet*. Iam & illud quod non multum diuerso loco *recipit* legitur, vide ne *recidit* legi oporteat. Et vbi *Erythrea* est, ne *Erythina* esse debeat. Vbi *modum*, ne *medii* verior sit lectio. Vbi *premsa est*, ne *pressa* esse debeat. Vbi *Phrixe fane*, ne *fotus* reponi possit. Vbi *præcipit atque*, ne *præcipitatque* scripserit Poeta. Ne *ferentem* fecerit librariorum ineuria, vbi esse debuit *ferentem*. Ne *rapta eris*, pexus aliquis & vnguento delibutus legat pro *rapta thoris*. Et *stupefacta* pro *stipata*. Illud identidem considera, an vbi illud est *frater & amento nantes*, recte reponi possit, *amne sequi nantes*. Sed melius hæc in medio relinquuntur. Nam quod loco dein diuerso *habet* pro *hebet* est, ne me quidem monente tua sponte quod verius apparet secutus esses. Et infra *in ima* pro *in vna*. Et *Rex fore* hic pro *feret, ater* pro *ater*, id est, *fumidus* & ambustus. Et *torto* pro *toto*. *Extantum* pro *extabat*. Et alibi *sub nomine Phœbi*, vide ne parum emendate legatur pro eo, quod esse debuit *lumine Phœbi*. Et *quem te horrifero* pro *quam te*. *Sortitus* pro *tutus, hostis* pro *hospes* & *arena* pro *habena*.

Ex libro 6. Flacci. Quo pluribus scatet offensaculis Flaccus, eo breuior esse cupio in te vel monendo, vel consulendo: Tu Fortuni quando ad tuæ bibliothecæ cultum pertinet inprimis meditatio hæc, ne graueris quæ adhuc restant, dicenda, mecum cognoscere. Ad illud omnium primum vide, an modico versum complexu censeas ex iis quæ dicam, aliquid mutandum. Nam *argus* videtur mihi inibi esse pro *angor*. Et mox *dictus* pro *mos ductus*. Et *Michael*, pro eo fortassis quod *Metlete*. Et mox a tergo aduerte, ne vbi *conti* est *canthi*, id est, currus esse possit. Vbi *flumine est*, ne *fulmine* emendatius legatur. Et vbi *aruus* ne *antiis*. Et *torax* erigit imbres, *torrens* fortassis plus placeat quam *torax*. Sed non ita rem probes, vt non attendas, vt cum temere, *torax* tolla-

tollatur nam video & illud quoque ſtare poſſe. Multo tutius ſit fortaſſe pro *attet, aet* reponere, pro *fidaſmeni hydaſmeni*, an *tothryndace* ſit melius, quam *thotrindace Tranſfigit* quam *tranſfigitur*, vt *bonis exuuias*, quam *& vobis exuuias*. Et *arte manu* quam *ante manu*. Ingerunt ſe plura breui complexu, quæ niſi attendas oſcitantem & velut aliud agentem facile tranſmittant lectorem. Vt *ſqualentium*, pro eo *q ſqualentem* debuit eſſe, niſi coniectura fallor. Et qualis, pro aquilis, vtrumque pro *vtrinque*, *arcus* pro *artus tenduntur*, pro *ceduntur*. Et illud vide, an *primus* ſit verior lectio quam *prima: Sauus querelis* verior *au m ſeris*. Et *qua viſo Atracio*, ne tam emendatum ſit, quam quod tu fortaſſe tua ſpōte reponas. *quamuis Atracio*, ne tam *ad ſpiramina*, quam *aſpiramina* vt vna ſit pars orationis non duæ. Iam qui *habentibus* legit pro *labantibus* nullam habet metricæ rei rationem. Nec multum fortaſſe a barbariſmo differt qui *pertulit* malit legere, quam *perculit*. Vide vtrumque. Et a terga *vibrata* aliquis paulo argutior magis probet credo, quam *vibratam*. Magis *errantes* quam *orantes*. Magis *prior* quam *precor*. Magis *Cyteos* quam *citatos*. Magis *impulit* quam *intulit*. Magis *imber* quam *liber*, Citius *tunc* quam *nunc*: *notat* quam *rotat*. Expende ſingula & amice iudica. Qui ſi alius audaculus vbi illud eſt *Aprioris*, malit *his* ibi eſſe. Vbi *excelſis* nunc eſt, velit *celſis*. Nec loco multum diuerſo pro *patruum patrium* reponat. Et a tergo, quid ſi *tam* qui in *tamque* vertat. Et vbi eſt *ſubit* malit idem *ſubito* ſcribere. Et vbi *lucu, lux*, vt rectum caſum pro patrio reponat. Die rogo a aſtipulaberis huic? an inaliquibus, an potius in cunctis diuerſus abibis.

Et lib. 7. *Gracia quondam*, ſic prius erat legere. ego admonui videret lector ne *quoniam* pro *quondam* rectius legeretur. Et longo mox interuallo vbi *pateter* fuit, ne *pariter* eſſe deberet. Sed noſtra parænesis eſt, iudicium ſit turum. Et in his quæ ſequuntur boni conſule, an emendatius ſit legere *eetis* quam *etati*, *audiat*, quam *audeat*, *pati* quam *petit:* Scio illud nō diſpliciturum quod pro. *Qua reduntque dies. Qua reditur. Itque dies* reppoſui. Tenebis credo hęc quo ad melius reperias. Nec illud fortaſſe reiicies, *q* eodē verſu *ponata o nata* repoſui, & vbi *humiles* erat, *habiles* feci, & vbi *de me* fuit, *da me*, vbi *me mea*, nunc *mea*, vbi *vulgata, iugulata*. vbi *te quoque mox*, vt *te quoque* eſſe feci, vbi *obruit, obſtruit* melior lectio viſa eſt. Nec dubitaui inepte facere, ſi lectorē admoniſſem vt vbi *infectis* fuit, videret ne *intectis* ſatis apte reponi poſſit, vbi *cælo*, ne *cedo* eſſe deberet, vbi *tenuiſſem, renuiſſem*, vbi *non mea, nunc mea*. Et a tergo, vbi *quē* ſit, vide ne *q n* rectius ſcribi poſſit, vbi *ſteti* melius ſit *ſtetit*, vbi *illuditur melius illuditur*. Et infra vide vbi *gelu* eſt: ne *genu* ſit ſcribēdū vbi *tribaca*, ne *thoraca* ſit verior lectio. Vbi *ſequenti, Secanti*. Sed hæc omnia in medio ſint. Poſtremo illud aduerte, an vbi *aduāt* legere eſt, *ne ruunt* melius ſit vbi *clamore* ne emendatius ſit

clangore scribere. Et in imo margine vbi *fico* est, *siculo* esse debeat.

Ex Lib. 8. Hoc demũ perpende, an vltimo libro, pro eo quod nũc *quor est* possit ne honeste reponi *vocor*. Et longo post interuallo melius credo sit *fremens* scribere quam *tremens*.

In Pharsaliæ Lucani.

ET hæc sunt Fortuni, quæ ex duorum illustrium scriptorum lectione obseruata, tuæ exactissimæ Mineruæ pensitanda libens subieci. Nunc vt tuam locupletissimam bibliotheca huiusmodi pleniore adhuc officio demerear, adiiciam pauca ad Annei Lucani recognitionem pertinentia. Quæ qualia sint iam hinc cognosce.

Ex primo Annei Lucani.

Age nunc & quale sit illud in primo Pharsalidos considera, & si lectio, admoneberis, aliquanto mollior visa fuerit, ac vero propriori priore illa quę adhuc durat, da operam vt ne extremo saltẽ margine videatur excluſa.

Iussa (inquit) *mihi tam posse sequi quam velle necesse est.* Multa quidem volunt homines quæ obire non possunt, sed multo plura sunt quæ quia homines possint, velle debent, præsertim sit honesta sint. Quare vide ne conuerso ordine emendatior sit lectio, vt sit *tam velle mihi quam posse necesse est.* Nec multo post scribitur:

Castraque Vogesi curuam super ardua ripam: Referuntque omnes ripam ad Mopsam fluuium, qui ex Vogeso monte labitur, cum nulla interim fluminis fiat mentio. Dic rogo non multo melius sit *curuam rupem* legere, vt mons decliuus & rupibus præditus intelligatur. Iam quod le co non multum diuerso legunt: *Cohibebant iungones armis* si attẽtius spectes id verbum, sine recto casu est, quare vide ne *cohibentia* sit veriot lectio, vt ad signa referatur. *Nũc inter Rhenum*, neque *nunc* legerim neque *tunc*, quod quidam faciunt, sed *hunc*, vt ad Cæsarem referas. Nec siquis *Nemeum Phœbe Leonem* legat, satis eruditate id faciat. *Nemea*, vnde vox est, primam corripit Martialis *Nemeæ fondasa Leonem*, nisi forte pentimemeri factum defendat, tu vide an *Nemeeum* multo rectius legi possit. *Quem tela manusq*: Sed *minas* fortassis melius sit, nisi ad externa auxilia id referas quæ Pharsalicæ pugnæ interfuerunt.

Ex secundo Pharsalidos.

Desiluit percussus humo: Sit haud dubie ordo & sensus durus nec multum distans a nugatione, si sic scripsisset Poeta quasi desiliens fuerit in cœlum arbiturus, & non ad ima. Præterea cum *desiluit* nondum percussus humo est. Sed cur non potius *dessiluit* reponat argutulus hic, pro *desiluit*, vt vnus aliquis percussus & afflictus solo, examinatus sit desilientibus viscribus. Virgil. *Æraque dissiliunt.* Perpende vim verbi, & statue vtrum velis. Quid illud

Iudi: *illinc Dalmaticii*: nonne & videbis libeat ne *Delmaticis* potius legere quam *Dalmaticis*. Apianus a *Delminio Dalmaciam* nominatam existimat, cuius opinioni astipulatur vetus epigramma in ipsa terra nuper refossum, vbi prima syllaba nominis cum e litera notatur. Nec illud multum quadraret Poetæ, si Poeta sic scripsisset vt legitur vulgo, eodem libro:

Vt maris Ægei medias si celsus in undas:
Depellatur, Erix. Erix Siciliæ mons secundum Ætnam omnium qui in ea insula sunt maximus, vt Polybius scribit: At Sicilia procul ab Ægæo est Ionii maris & Cretici vastitate interiecta. Vide proinde ne Anneus Lucanus *Athros* & non *Erix* scripserit qui ad Ægeum pertinet: Est is in ora Macedoniæ qua Ægeo alluitur. Quid quod ne hoc quidem placebit: *in medium differret Athon*: quin vt tua est solertia reponas fortassis *deferret*, nec inepte arbitror.

Ex 3. & 4. Pharsalidos. *Quo te Fabritius regni non vendidit auro.* Ego non *regni*, sed *regi* Pyrrho videlicet proditum a Lucano suspicor, quanquam haud multum a vero distet id quod hodie legitur, tu vtrum malis videas. Talis quidem haud nō multum diuersa videri possit particulæ inflexio in eo quod supra est:

Nullasq; feres sine sanguine sacro, *Sparsas raptor opes.*

Vt sit ordo: nullas feres opes sine sacro sanguine, quod si recipias, non erit quo sparsas referri possit, multo proinde verior sit lectio si vbi *sine* est *nisi* reponatur, quadret enim haud dubie multo melius ordo si dicas, non feres opes nisi sacro sanguine, id est tribunitio sparsas. Vides credo qualia hæc sint, tu quid sequi velis tecum statue, admonere est hoc, non legem ferre. Potes etiam ni graue est, & illud pensitare quando ita receptum est, vt quoniam dictio carminis vnius inoluit eodem libro, legitur enim:

Ora tot immensa comites missura ruina.

An *mixtura* æquior sit lectio: Enimuero qui venerant nō erant *missura* sed *mixtura comites immensa ruina*. Potest & illud venire in dubium, scripserit ne Poeta loco non multum diuerso: *conferta cadauera puppes* an *conferta* potius, etsi vtrumque stare potest, laudabis fortasse magis *conferta*. Multo audacius possis in hoc quod sequitur tuum interponere iudicium, vt vbi contiguo pene loco legere est: *descendit in undas, desedit* malis esse, sed nō tam hoc q̄ q̄ sequitur videbis, pbes ne magis *abductum quoties*, an quod recepta nunc habet lectio *adductum*. Et mox in quarto *abducto* fiat libentius audies quis nescit quam *adducto*.

Ex 5. lib. *Parua quies miseris*: cognosce quæ sequantur totumque locum altius rimare, placebit haud dubie magis, *parta* quam *parua*. Et infra magis fortasse probes *ventis pereuntibus* id est remittentibus *quam patientibus*.

Ex lib. 6. *Pompeiana canat nostri modo militis vmbra.*

Vide ne *noti* sit magis probabile, nam cur *nostri* si ad *Ericto* referatur? Iam & in septimo vbi illud est *per varias fortuna notas*: nisi casus & tempestates intelligantur, verior lectio videri possit *natura*: attende quæ sequuntur, & boni consule. Velis præterea libro eodem *non mixta plebe* vt vulgo legitur tenere, an *commixta* potius, videbis postea si quod ceteri teneas, sentire videaris tantum nobiles concidisse, quod fieri non potuit.

Ex lib. 8. *Et totum mutare diem*: Dic rogo putas ne ab vllo fando auditum aut lectum aliquando, *muto vestem* pro eo quod est *moueo aut executio*? *muto vrbem* pro *concito & commoueo*? neges credo, quod si sic est, cur non *motare* plus placeat, quod a *moueo* est, nisi forte malis accipere mutationem pro exilio, vt dicat Pompeius se in aliam mundi plagam iturum, vbi exul esse velit, quod omnino diuersum sit ab eo de quo nunc agitur. Par quæstio incidit ex eo quod eodem libro scribitur: *At magni cum terga sonent*: quam apte dicantur *pectora sonare ferro*, vides credo: Cur proinde non libeat suspicari librariorum incuria esse factum *sonent*: pro eo quod poeta *fouent* scripserit, vt sit, *dum magni pectora fouent ferrum* & non *ferro* permansisse in eo decus oris. Nec illud multo magis placeat, vt ingenue dicam quod ab *Icario littore Cypri* legitur, cum *Icarium* mare nihil ad Cyprum pertineat, suspicabar a poeta *Idalio* fuisse scriptum, non *Icario*: sed tu de his maturius statues. Tale est propemodum illius: *Aurora præmissa dies*: sed *Aurora* diei præmittitur, non dies *Aurora*, quare verior lectio videri possit *promissa* non *præmissa*, vt ab Aurora intelligatur dies promitti illius splendore. Legas præterea si totum locum spectes eodem libro *inuersa tellure sedent* non *inuisa*, etsi plane apparet quid sibi velint huius lectionis assertores. Sed hi parum diligenter pendunt totum locum, sic enim ille loquitur, *si nondum ossa sedent subrutu flucta inuersa tellure, id est, euersa.*

Ex lib. 9. *Qua niger astriferis connectitur axibus aer*:

Vix sanæ mentis aliquis credat poetam astrorum scientię peritissimum, *astrorum axes* cum de planetis haud dubie loquatur, dicere maluisse, *quam apsides*, quæ sint extremæ partes & velut circumferentiæ orbium, quibus planetæ vehuntur. Vide igitur *ne astriferis apsibus* scripserit poeta *pro apsidibus*, vt *strilibus* pro *strigilibus*: De *apsidibus* Planetarum vide Plinium, Quid quod proximo loco libentius legerim *internos* quam *æternos*, sed vtrumq: tibi integrum relinquo. Inquit ille alias *post te fata sequar*: vide ne parum vere sic legatur sitque popularior lectio quia verior *post tua fata sequar*, vt *te* dicat quisquis fuit ille quem poeta facit loquentem, *nullum sequar ducem* post tuam mortem o Pompei te solum secutus in bella. Et hoc demum perspice an *attulit* pro *abstulit* recte reponi possit, vbi illud est:

Qua pelago nomen Hephelias abstulit Helle:

Audio

Audio quid *abstulit* sibi velit sed verius videtur *attulit*, vt sit: *Hella suo appulsu morte obita nomen attulit pelago.* Sed hæc vt sæpe testatus sum parænesis est.

In M. Tullii orationibus emendanda. Exspectas scio iam dudum, quo demum noster hic euadat sermo tac. tusque mihi irasceris, quod nequeam his nugis modum imponere, pertæsus scilicet ineptam lectionem, & vt ipse ais, minime vtilem. Sed tu Fortuni eo processisti vnde iam metam spectes, turpe sit credo decursa stadii parte multo maxima, a cursu desistere aut quia plus non possis, aut non posse videri velis, in omni reliteraria vitiosa est lectoris inconstantia, sed in breui lectione vitiosissima, sed nihil est (scio) te vno constantius, nihil magis assiduum & industrium, perge itaque proculite, & hæc pauca quę ex M. T. orationibus huic Parænesi adiiciuntur, in morem Laconicæ canis transcurrens, per lege.

Pro Pompeio. Admonui auditorem in nobilissima oratione illa, quam pro Pompeio ad populum habuit. M. Tullius, videret ne vbi illud est, *in ea prouincia pecunias magnas collatas habent* an emẽdatior lectio esset *collocatas*, sed tu multo melius statues vtrum malis legere. Et illud *vide insolita inflammatum victoria* sit ne vera lectio an multo verior *inflatum* præsertim cum non dicatur ad quod victoria regem inflammarit. Nam quod *alibi inimicum* edictũ vulgo scribitur, etsi a veri specie eiusmodi lectio non multum abhorret, delicatiores aures fortasse *iniquum* libentius quam *inimicum* audiant: Et in aduersa fronte *atqui* potius quam *atq;*, & magis *veturis* quam *tacturus* probet qui altius rem inspexerit.

Pro Milone. Quid illud quod statim in principio pro Milone *sapientissimi & illustrissimi scribitur.* Vide ne *iustissimi* potius quam *illustrissimi* legi oporteat, sequitur enim *neque iustitia sua putaret esse neque sapientia vt singula singulis referantur. Longo enim interuallo, quo a senatu dimissus est*, vulgo scribitur. vt haud dubie magis probabis *quoad senatus dimissus est* Nosti quid ni? quæ fuerit ratio dimittẽdi senatus apud maiores. Nec illud sine stomacho feres sæpius vna actione *Lauinium* legi pro *Lanuuium*: cum diuersa essent oppida, hoc a Diomede si Appiano credimus, illud ab Ænea conditum Et vbi est *deprehendi posse iudicabatur*, nescio an *indicabitur*, repositurus sis: Et loco inde nõ multũ diuerso librariorũ haud dubie incuria, oblucinatio occurrit haud absimilis vt *indicãtur* legatur *p iudicantur*: Et mox *fuisse* legere est *p fugisse*, & vbi est *iudiciis* vel vt alii habẽt, *consilio iudicandi*, videbis an rectius *indicio q̃ iudicio* legi possit, videbis & illud an diuerso loco *vbi est vita vestra se fecisse commemorat*: possit nerecte scribi *flexisse* pro *fecisse*, sequitur. n. illud *fecteret*. & mox *vbi suis inimicis* legitur, legi ne possit *sauius* pro *suis*: & infra *festos & actos dies* sit ne verior lectio *atros q̃ actos*, simile est illud *mecum temporum* pro *meorum temporũ* vt arbitror: Et in perorãda oratione *patefeci prolui, exstinxit*, multo fortasse emẽdatius

sit *propuli*: ne sit palilogia quædam in *patefeci & protuli*: Sed tu tecum id per otium considera.

Pro Plantio. *Qua metuendum*, ita enim scribitur in fronte orationis. Certo scio te *quare* repositurũ pro *qua*: nam mutaturus sis illud tum respondebo, non habeo cur affirmem vide tamẽ an magis quadret cum respondero. Et in aduerso margine *an tamen* pro *tantum* reponi possit. Et mox vbi est *malum iudicium* an *maius* verior sit lectio ne pro *inuentitia familia iuuentia* honestius scribatur. Celebrat id nomen Catulli carmen. Dein folii interuallo, *Granius preco* vera sit ne lectio non *grauius* vt nunc est. Et aliquot post versus, *Tribuaria* libentius aliquis legat quam *tributaria* vt sit a *tribu tribuaria*, vt ab *vsu vsuaria, tumultu tumultuaria*. Illa vero leuiora videri possunt, & tamen vix in illis ausim quippã mutare vt didicam *inscio* ꝓ in *sicco* legi oportere *inimicos* ꝓ *iniquos*. Et infra vide ne parũ recte legatur, *nõ enim* pro *nos. n. reficiendum* &, *reiiciendum*.

Pro. P. Sylla Nec vbi pro. P. Sylla duobus foliis a fronte *memorẽ* vulgo legitur, magis probes *quam neminem*: Et duo post folia *intercessorem* inquit *fore perpessus est* vbi licet credo *professus* pro *perpessus* reponas.

Pro responso Aruspicum. *Idem per rempu.* scribitur non *per* vt arbitror legi debet sed *semper*. Et mox sequenti versu *ludus* ꝓ *ludius* & vno post folio *aduersis vulneribus cedere* pro *cadere*.

Pro. L. Muræna Vide ne in progressu orationis pro Muræna ne *alienus* legatur pro *alienatus*. & prior lectio non vsque adeo suspecta sit. Et ne aliquanto supra *licet* legatur pro *scilicet*: Sequitur inde haud magno post interuallo *certarem* pro *certamen*. Et *numerabant* vel vt alii habent *muniebat* pro *nominabat*. Et in aduerso margine *confirmare* pro *conformare* & in calce orationis *Lauinio* pro *Lanuuio*.

Pro Ruscio Amerino. *Remniam legem* pro Roscio interpretari haud ita inexpedito est, liberet suspicari ne, qui *Remniam* scripsit *remminimam* scribere debuerit, sed multo libentius hoc totum reliquo tibi pensitãdum: Et trigesimo post versu vbi *consensu* est, legas fortasse non inepte *consessu*, vbi *administer administerium*, & in calce orationis *probatum* vide ne multo aptius *orbatum* legi possit.

Pro Cornelio Balbo. Probes ne ꝙ primo folio, pro Balbo Cornelio scribitur *protendemus*. Incertũ habeo, ego ꝙ ad me attinet *perpendemus* multo libentius legerim. Et loco mox nõ multũ diuerso *mutatũ esse* legere est, vbi tu videbis an *multatum* esse legere sit, aut quod non multum diuersum videri possit *multauisse*: Vt & folio pene vltimo plura a tergo in vnum propemodũ locum congesta, quæ tua opera indigent, etsi sunt eorũ quędã quę sua sponte se produnt quale est illud, *L. Cominius Tybur* ꝓ *Tyburis* & *Coponiis vestris* pro *Coponios nostri*, & *damnatos* ꝓ *dãnato*, Nã *velis ne extremo folio magis sellam* legere q̃ lectio rectior mihi videtur *an sententiam* nunc vt est, si *præfectum fabrum* an *præfecturam fabrum* per otiũ videbis.

Pro. P. Sextio Iam illud pro Sextio satis credo ingenioſe repones: vt vbi *ita illa eſt* tu ibi *Italia* eſſe velis, & vbi *hoc homine, huic homini*, vbi vno poſt marginie *contemſi*, vide an *comti*, videlicet conſulis poſſit recte legi, & hæc ex narrationis progreſſu.

Ex primo officiorum. Nunc locū attende in officialibus libris, quanq̄ nefas propemodū duxi, quicq̄ in his mutare, in quib. Petrus Marſus vir doctiſſimus ſit magna induſtria maiore cū laude verſatus, quia tamen nemo vt arbitror reptus eſt cui conſtiterit hæc ſcribendi ratio inoffenſa, non mirum, ſi vnū aliq̄ pterierit omnia tractantem, quanq̄ non ſum tam arrogans, vt q̄ dixero velim p̄ oraculo haberi, tanq̄ non aliud verius eſſe poſſit. Et in primo Officiorum: *Hic Rhetorum campus de Maratone, Salamine, Plateis, Thermopylis, Leutris, Stratocle*, miror referri ſenſum ad *Stratoclem* neſcio quem Græcorum ducū, cum *locorū* inſigniū ibi fiat mentio, non *ducū*. quare vide mi Fortuni ne *ſtratoq̄* ſit verior lectio. Thucydides auctor eſt octo hoſtiles gentes vno tempore circa Stratum vno populo vinci contigiſſe.

Ex 4. ad Herennium. Et in 4. eorū quæ de Rhetorica arte ſcribūtur ad Herennium, nunc quis ea ſcripſerit non q̄ritur, cū grauis figura demonſtratur, *propinqua eſt* inquit *ea fugiēda eſt. ſi recte ea vitabitur appellata ſic, ſuffulta nominabitur.* Quid *ſuffulta* ſignificet, nemo eſt qui nō p̄ſpicue videat. Sed quia illud ſequitur: *grauis oratio ſepe impetu videtur quæ turget & inflata eſt*, vide ne ſupra rectius *ſufflata* ſcribatur q̄ *ſuffulta*, ſed inſpice locū & æque iudica. Et loco hinc lōge diuerſo, ōnes quos vidimus codices *in dignitate expolitionis excuſationē habēt*, vbi vide ne *excuſcitationē* verius legatur. Et nūc retro impetu auerſus videbis an in ſecūdo ad eundē Herenniū *in legitima conſtitutione tractanda legum & ſtipulationum breuiter exceptarum* malis legere quod vulgo legitur, an *exſcriptarum* potius, Sed tua eſt deliberatio hæc. *F.* x 3. Liuii ab vrbe condita.

Euoluebam nuper quartum Liuii ab Vrbe condita, aliud quiddam ſecutus, cum tranſcurſu tres loci, vnus poſt alium modico interuallo oblati palam fecere id de quo iam antea dubitabā, eſſet ne adhuc Liuius in damno, cum pleriq: noſtratiū literarū aſſectatores, in ea lectione caſtiganda multum operæ inſumſerim. Sed patū proſpere vt video res ab iis tentata maiore induſtria opus eſt vt Liuius rectus & ſarctus ſuis reſtituatur. *Hinc prohibitur, eſtis* inquit *vos telis hoſtium indefenſi multi.* Ex quo verborum complexu cum aut nullus aut durior quidā ſenſus ac pene ruſticus eſt elicere, curæ fuit pleraq; exemplaria conferre, quæ cum vno exemplo omnia legerentur, tibi integrum velles ne vbi *prabituri* eſt *peritur*, Et *vbi multi, inulti.* Et quarto poſt folio vbi eſt *inter aliquot tribunos plebis antiſtiti, tribuni plebis*, quia nullus rectus poſſit ſenſus ex ea lectione elici, vide ne multo melius *tribunitios* quam *tribunos* ſcribi poſſit, id eſt *viros plebeios* qui tribuni aliquando fuerint, ſed tunc priuati eſſent. Et folio poſt vno vbi eſt, quam noxam

cum se consensu omnium equorum defensuros sperassent: at videre est & tu emet forsitan altius rimatus mecum sentias vt non inepte facturus sit aliquis qui ꝑ *consensu* quæ dictio inoluit *contemtu* malit legere. Sed iam plus nimio euagatus defatigaui te sequentē Fortuni, nūc tantū habeto huisumodi obseruationes quę ad triū annorū lectionem pertinent, sine delectu a me tibi ex librorū marginibus excerptas, nullo verborum cultu, nulla copia imo ne iudicio quidē vllo adhibito. Omnia ad pristinā censuram referūtur quare, nihil minus a te peto quā vt in apertū referas si qua digna videbūtur quæ abs te recipi possint; vtere illis nam tua sunt, cetera supprime rogo, aut subito conscinde. Vale.

Ad Magnificum ac ornatissimum adolescentem. D. Vldricum Rosensem Boemum Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

Porcius Cato ille Censorius, & omniū bonarū artiū Magister, scriptū reliquit: nō minus otii quā negotii reddendā esse rationem. Quo saluberrimo documento nos monuit, quædā esse negotia, quæ otiosi agere debeamus, quæ non minori nobis sint futura emolumento atq; ornamento, quam tumultuosa negotia, laboriosæq; occupationes. Quid autē otio literario iucundius? quid præstabilius excogitari potest: qoud huic otio negotiū est anteponendū? quid deniq; pulchrius nihil agentes agere possumus, quā otiari in suauissimo musarū diuersorio? vbi mētes recreātur, animi pascuntur, vbi beatæ vitæ felicitas reperitur. O dulce otiū: & expetibile bonū: sine quo vita vitalis non est sine quo otiū mors esto (vt inquit verissime Seneca) viui hominis sepultura: hæc est illa (vt opinor) quies, quā D. Augustus sibi in tāta negotiorum mole precari nō desinebat. Hoc est illud otium, quid quia vsu non poterat, cogitatione præsumebat. Hæc est illa vacatio, quā a Repub. petebat: vt scil. aliquando ad desideratissimum literarū oblectamentum deuolutus vitā degeret trāquillissimam beatissimamq;. Ego itq; Catonianū oraculum secutus rationē otii mei hac tibi epistola adolescens ornatissime reddere constitui, ne forte credar Epimenidis dormire somnū, neue videar inter illos esse annumerandus, qui totos dies per desidiam otiantur, qui in star gliriū torpentes maiorē æui partē somno conterunt, & vt ait Lucre. viui atq; videntes vitā perdunt. Quicquid igitur nobis otii datur a publicis lectionibus, quas tu non minus diligenter audis quam libenter, id omne conferimus ad cudendas annotationes, quibus partim loca apud Latinos scriptores obscura illustrare, partim mendosa emendare, & in verā hoc est suam lectionem transducere pro virili parte elaboramus, partim quæ a recentioribus veterū poetarū interpretibus non satis pensiculate enarrata existimantur, ea inquisitius exactiusq; explicare contendimus. Et iam id genus sexcēta in luculentū quoddam quasi corpus redacta sunt, quæ ex multiiuga priscorum scriptorū lectione curiosissime obseruauimus. Quod opus quoniā nondū temerario præcocis editionis honore inuulgandū esse decreuimus: memores illius Horatiani documēti, quo præcipitur ne editio præcipitetur, interea libellum hunc quasi cursorium, & (vt Græce dicitur) prodromon emisimus, quo anno-

tationes centum continentur, inter quas loci poetici non pauci a nobis secus explicantur, quam recentiores commentatores explicauerint. Sunt illi quidem eruditi & non modica in studiis literarum existimationis. Sed quis esse potest tam circumspectus, vt non aliquando labatur? quis tam Lynceus vt nihil vnquam incurrat? Ego vero ne videar caninam (vt inquit Appius) exercere facundiam, id quod abhorret a meis moribus, legem illam hisce commentariis dabo, quam libellis suis festiuissimis dedit epigrammaticus Poeta, vt. s. nouerint parcere, personis dicere de vitiis. Dicemus enim quid nobis videatur, citra alienam detractionem, quamquam non detrahit ille qui verum dicit, & nullius scriptoris quoad fieri poterit nomine abutemur. Non enim ad maledicendum sed benedicendum nati sumus, nec vlli obesse volumus detrahendo, sed pluribus prodesse cupimus commentando ea, quæ neq; in scholis decantata, neq; in schedulis triuialibus protrita sint, hoc vnum mihi studium est, hic labor, hoc curamus, hoc molimur. In hoc deniq; vires omnis neruosq; contendimus, vt pro facultatibus de Latina lingua bene mereamur. In cuius Gazophylacio cum alius offerat argentum, alius aurum, alius lapides preciosos, nos quibus dapsiles diuitiæ non sunt, offeramus quod possumus, minutulos videlicet æreos quadrantes, qui quamuis contemptibiles prægemmarum auriq; fulgore videantur, sunt tamen portiuncula thesaurorum. Sicuti nummus, qui in Crœsi diuitiis obscuratur, pars tamen est diuitiarum. Ceterum hæc quantulacunq; sunt quæ succisiuis temporibus mussitauimus, tibi Vldrice scholasticorum nobilissime dedicamus. Qui facis id quod perquam rari tui ordines hominis facere consuerunt, vt. s. in magna fortuna collocatus bona animi amplexeris, quæ philosophi prima & maxime honoranda bona esse prodiderunt. Non vis tu quidem degenerare a maiorum tuorum nobilitate, quæ talis ac tanta est, vt non solum in latissimo Bohemiæ regno transalpinisq; nationibus familia Rosensis sit memoratissima, sed etiam in Italia vnde oriunda traditur, clara sit, & pii Pontificis maximi præconio celebrata. Qui Ioannem patrem tuum patruumque Henricum inclytos principes maximo cum honore verborum, posteritati commendauit, nec immerito: fuerunt enim illi haud dubie omnium in Bohemia procerum florētissimi honoratissimique, & a Rege secundas dignitatis partes facile tutabantur, qui Christianæ religionis assertores acerrimi, hæreticos continenter insectati sunt, internecius aduersus illos odio belligerantes, quorum rediuiua plantaria vix vnquam radicitus euelluntur. Fuit iampridem peculiare familiæ Rosensis, ex qua tanquam ex equo Ttoiano innumeri proceres exierunt, vt hæreticis inimicitias sempiternas indixerint, hostiliaq; bella denunciauerint, etenim hac potissimum laude Rosenses reguli gloriantur, quod hæreticorum sectæ in Bohemia sobolescentis euersores exstinctoresq; dicantur. Et medius fidius qui pure Deum colit, is non solum Dei cultores diligit, sed etiam digladiatur aduersus pseudo religiosos qui instar scorpionum arcuato vulnere feriunt, dogmata ve-

nenata fundentes, & iuxta Plautinam sententiam, altera manu lapidem ferunt, panem ostentant altera. Hac autem tempestate clarissimi fratres tui Vocus & Patruus, quos honoris caussa nominamus paterni auitiq; imperii habenas concorditer fauorabiliterq; moderantur, maiorum virtutis amulatores, quorum vestigia sequi honestissimum est, vt sapientes dixerunt, si modo recto itinere praecesserint. Tu veromi Vldrice adhuc adolescentulus, imo puer, relicto genitali solo patriisque deliciis sequestratis peregrinabundus Bononiam commigrasti, vt apud nos ingenium disciplinis excoleres, linguam facundia expolires, polluti eos Italicorum mores nosci tabundus inspiceres. Ceterum quia litera sine moribus male discuntur, tu studiis morum honestamenta copulasti domi forisq; modestissimus, & quia dominorum mores ex comitum moribus plerumque iudicantur, in comitatu tuo nemo non bene moratus beneque institutus agnoscitur. Habes virum rectum eundemque eruditum Alexandrum, qui tibi tanquam Achilli Phœnix comes praceptorque datus est, quo nihil sanctius, nihil simplicius, nihil melius noui. Domus tota exposita est patetque munificentiæ atque hospitalitati. In te nihil barbaricum, nihil reprehensibile conspicitur, qui iam id indolis specimen dedisti, vt virtuti maiorum splendoriq; familiæ haud dubie respondurus videaris. Summa bonitate summa humanitate praeditus, nec minore modestia, liberalis in primis qua medius fidius dotes sunt in adolescentulo maxime plausibiles, iisque potissimum popularis fauor acquiritur, quamobrem tu quidem sicuti par erat metuisti apud Bononienses, tam summates quam infimates & diligi & honorari. Ego autem inprimis cuius auditorium iugiter frequentasti, quo doctore vti voluisti, te semper reuerenter colui, sumque pia beniuolentia prosecutus, cui vt aliqua ex parte satisfacerem opusculum istud sub tuo nomine publicaui, tibique nominatim dedicaui, vt cum in patriam ad tuos remigraueris, habeas hoc quasi quoddam mei erga te amoris monumentum. Sane has annotationes nullo seruato rerum ordine confecimus, vtpote tumultuario sermone dictantes, & perinde cuiuslibet loci veniebat in mentem, vt quilibet sumebatur in manus, ita indistincte atque promiscue excerpentes annotantesque. Fœtus hic plane præcox fuit, vtpote citra menstruum tempus & conceptus & editus. Quod si id genus annotamenta studiosis iuuenibus, tibique potissimum placuisse cognouero, ad alia mox edenda non inuitus accingar, quæ ad iucundiorem gustum tota condimtur. Vale decus scholasticorum, & me perinde dilige ac bonus doctor ab optimo discipulo diligi meretur.

Philippi Beroaldi Bononiensis Viri clarissimi annotationes.

VErsus sunt Ouidii, vt hinc ordiamur, in secundo Fastorum notissimi.

Nec tibi qua cupida matura videbere matri
Comat virgineas hastarecurua comas:

Qui plus habent difficultatis, quam in fronte polliceantur, his enim

enim ritus vetustissimus a Poeta significatur, quo in nuptiali cerimonia Romani veteres vtebantur, namque loquitur hoc in loco de hasta, quæ connominata est antiquitus *calibaris*, cuius cuspide caput nubentis comabantur, quæ in corpore gladiatoris stetisset occisi. Vt quemadmodum illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro noua nupta sit copulata, vel quia nubentes in *Iunonis Curetis* tutela sint, quæ ita appellabatur ab hasta, quæ lingua Sabinorum dicitur *curis*, vel quia signum est prima connubia violenta fuisse Sabinis, a Romulo raptis, vel quod viris fortibus coniunctæ, virilem ceptum auspicantur & viros fortes se genituras ominantur, Auctores Festus & Plutarchus in Problematis. Sensus itaque est Ouidii monentis, super sedendum esse connubiis, dum per mensem Februarium fiunt parentalia, vt neque viduæ neque virgines illo tempore nuptias auspicentur, nec capillos comant hasta cælibari, quæ nubentes comam discriminare solebant propter causas antedictas. Hallucinantur qui *hastam recuruam* exponunt pro *calamistro* cum nulla proportio sit inter *calamistrum* & *hastam*. Qui aure hebetiore non sunt, neque a studiis literarum penitus retorridi, hi facile diiudicabunt triuialem esse atque protritam illam de calamistro enarrationem, quæ vero a nobis dicuntur Ouidii sententiæ esse accommodatissima, & de antiquitatis consuetudine de promta.

Apud Eundem in quinto Fastorum versus est scite docteque conscriptus, & ab ipso Poeta ita editus:

Frigidus Argestes summas mulcebit aristas. Vbi *Argestes* pro *vento* occidentali accipitur, & sensus est manifestarius. Hunc ventum scribit Plinius in xviii. naturalis historiæ flare ab occasu solstitiali & occidentali latere Septentrionis. Eiusdem meminit in secundo his verbis: *Ab occasu æquinoctiali Fauonius, ab occasu solstitiali Corus, Zephyron & Argestem vocant.* Aristot. id est, secundo meteororum refert: Argestem flare aduersus Eurum. Gellius in secundo noctium Atticarum, auctor est, cum flare aduersus, Aquilonem. *Frigidus* optimo epitheto pronunciatur a Poeta quoniam (vt tradêre Plinio didicimus) ex frigidissimis ventis & *ipse, Argestes est*, sicuti omnes qui a septentrionis parte spirant, hunc Latini modo *Caurum* modo *Corum* appellitant. Qui Ouidium *frigidus Agrestis* dixisse putant, in libros. s. de corruptis exemplaribus factos inciderunt, & perinde frigidam atque agrestem interpretationem attulerunt.

Idē in sexto Fastorū commemorans priscorū frugalitatē inquit:

Nec Latium norat quam præbet Ionia diues. Quem versum commentatores enarrantes aiunt, Nondum aduecti erant in Latium Cygni ex Ionia Asiatica. Non inuenio apud scriptores idoneos quod *Cygnea* caro inter delitias ganeæ, & luxuriosas dapes a præfectis popinarum commēdatur, cum auctore Alberto Magno

libro de animalibus. xxiii. dura sit & nullo iucundo sapore lautorum cœnis expetenda, quocirca eo versu *de Attagene Ionico* Ouidium intellexisse, indubitanter asserimus, qui inter esculentiores aues præcipuo sapore censetur, vt indicat epigrammaticus Poeta cuius hi sunt versiculi:

Inter sapores fertur alitum primus,
Ionicarum gustus Attagenarum.

Et Horatius in Epodo inquit:

Non Afra auis descendat in ventrem meum,
Non Attagen Ionicus iucundior.

Quem locum enarrans Porphyrio ita scribit: Attagen auis est Asiatica inter nobilissimas habita, Ionicus vero ab Ionia dictus quæ est regio Asiæ. Sententiam hanc nostram Plinii quoque verba corroborant ita de Attagene scribentis in. x. naturalis historiæ. *Attagen maxime Ionius celebratur vocalis ales captus vero obmutescens, quondam existimatus inter raras aues.* Præterea ab Aulo Gellio in septimo Noctium Atticarum: *Phrygia Attagena numeratur inter edulia laudatiora.* Diuus quoque Hieronymus non minus grauiter quam eleganter ad Saluinam scribens sic ait: *procul sint a conuiuiis tuis Phasides aues crassa, turtures. Attagen Ionicus & omnes aues quibus amplissima patrimonia auolant.* Ab eodem alibi dictum est *tu Attagenem voras, & de aciperisere comesto gloriris.* Idem in libro contra Iouinianum, 2 *Apud vos*, inquit, *Attagen & ficedula Mullus & Scarus in delitiis computantur.* Igitur volens Ouidius ostendere priscorum victum fuisse simplicem atque pabilem, ait, *auem quam mittit Ionia*, hoc est, Attagenem fuisse ignotam mensis antiquorum, qui nullas delicatiores dapes vestigabant, qui nullas peregrinas lautitias conquirebant, sicut posteri indulgentia fortunæ luxuriantis helluari, & saporibus pretiosis palatum suum oblectare cœperunt, vltra Phasim & Ioniam ventris causa nauigantes, quorum gulam seueriissimus vitiorum castigator, Anneus Seneca, censoria oratione frequenter insectatur.

In eodem luculento Fastorum opere scriptum est:

Ebrius incinctis philyra conuiua capillis Saltat, Ad cuius loci enarrationem sciendum est *philyras* esse membranas tenuissimas inter corticem lignumque arboris tiliæ, quæ vt docet Plinius in. xvi. in coronis celebres fuere antiquorumque honore. In hoc significatu accipitur *philyra* ab Ouidio demonstrante conuiuas saltare coronatos illis coronis, quæ ex philyra contexuntur, de qua dixit Horatius in Lyrico carmine scribens: *Dissplicent nexa philyro corona.* Idem Plinius auctor est in. xxi. Claudium pulcrum celare lemnischo, quæ sunt coronarum ornamenta instituisse, bracteasque etiam *philyra* dedisse. Idem *philyra* accipit pro capillamentis filisque tenuissimis cum sic inquit in. xxiv. *philyra crocei nimium salem cibis eximunt.* Idem ita scriptum reliquit in. xiii Pra-

paran-

parantur ex papyro chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quam latissimas philyras. Quidam tamen Pliniani codices non *philyras* habent, sed *philuras* qua dictione significantur membranæ siue capillamenta tenuissima. Nusquam apud Plinium *philyra* significat nomen proprium fœminę coronariæ, sicut nõnulli arbitrati sunt. Martianus in libro de nuptiis *philologiæ philyram* accipit pro mẽbrana tenuissima, de qua diximus, cuius hæc verba sunt: *libri philyræ cortice subnotati.*

Apud Eundem in primo eiusdem operis hi versus passim ita leguntur:

Nec defensæ iuuant Capitolia, quo minus anser,
Des iecur in lances Inache laute tuas.

Menda est (vt ego existimo) in secundo versu, & illud *Inache laute* expungendum est, & in eius locum substituendum *Inachi vacca.* Ita hunc locum audentius emendaui nactus reuerendæ vetustatis codicem, in quo ita scriptum legimus *Inache vacca*, vbi vnius tantummodo literæ immutatione versus emendandus fuit, & in Nasonis familiam redigendus, quo significare voluit, iecur anserinum in sacris deæ Isidis adhiberi, quæ *vacca* nuncupatur, ob fabulam notissimam, & patronymico nomine *Inachis*, hoc est, *Inachi* filia vocitatur, & de hac intelligere malim quam de *Inacho*, cum illius Deæ nomen & ceremoniæ monumentis historicorum ac poetarum sint cognitissimæ, *Inachi* vero nomen inter celebratos Deos ignotum. Exta autem anserum grata fuisse in sacris Ægyptiacis insinuare videtur illud Satyrici Poetæ carmen:

Vt veniam culpæ non abnuat, ansere magno. Herodotus quoque scribit in Euterpe, sacerdotes Ægyti vesci carnibus anserinis. Et Diodorus auctor est regum Ægyptiorum mensis, nihil prętet anserem & vitulum inferri solitum.

Eiusdem Poetæ versus est in Fastorum libris vulgatissimus:

Pontibus infirmos præcipitasse senes. Ex quo vt opinor irroborauit conualuitque falsa vetus opinio, tanquam apud priscos Romanos sexagenarii de pontibus præcipitati necarentur. Sicut apud Caspios inclusi fame senes necabantur cum sexagesimum annum excessissent, sicut Herbices soliti fuisse dicuntur iugulare eos, qui septuaginta annos nati essent. Sicut Bactriani (vt auctor est Onesicritus) senio morboue confectos adhuc viuentes obiiciebant canibus. Sed hæc haud incredibilia dictu sunt, in Scythicis barbaricisque nationibus ab omni penitus humanitate sequestratis, quibus nullus mos, nullus cultus, nulla fuit mansuetudo: de Romanis vero istud existimare nefas est, a quibus omnium virtutum omnisque pietatis clarissima exempla fluxerunt. Dum itaque mecum scrutor caussam huius inuulgatæ opinionis, probabilem apud Nonium Varronemque reperio Romanos, qui lx. annos habebant, liberos fuisse a publicis negotiis, neque suffragia

tulisse in creandis magistratibus, quæ per pontes ferebantur. Ideo in prouerbium res deducta est, vt diceretur sexagenarios de pontibus præcipitari, quoniam scilicet a latura suffragii remouebantur, quæ per pontes fiebat, non in Tyberi fabricatos, sed in campo Martio suffragiorum ferendorum caussa, de quibus intellexit Cicer. sic scribens in primo Rhetoricorum: *pontes disturbat, cistas deiicit.* Idem alibi ait: *Nempe tu & populum suffragii & magistratum cõsilio priuasti, cum pontes disturbasti.* Et apud Tranquillum in Iulio Cæsare, id genus pontes significari asseruimus, cum illum locum publica enarratione explicaremus contati: *Vtrum ne illũ in campo per comitia, tribus ad suffragia vocãtem partibus diuisis, e ponte deiicerent atq; exceptum trucidarent.* Inde *depontanos* eleganti vocabulo senes appellatos esse legimus, ab ista videlicet põtis deiectione, hoc est, ferendi per pontes suffragii ademtione. Hinc illud est eleganter nimis & scite dictum a Macrobio in primo saturnalium: *Adimere ius doctis viris in verborum comitiis ius suffragandi, & tanquam sexagenarios maiores de ponte deiiciens.* Et hoc est, quod egregius Poeta Ouidius significauit in Fastis sic scribens:

Pars putat vt ferrent iuuenes suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes:

Qui duo versus toti referendi sunt ad illum ritum antiquorũ, de quo iam diximus, & non ad illas ineptias, quas semidoctũ vulgus existimat. Cicero quoq; in oratione pro sexto Roscio Amerino ad hanc rem illudens ait: *Habeo etiam dicere quem cõtra morem maiorum minorem annis lx. e ponte deiecerit.* Sunt qui dicant post vrbem a Gallis liberatam, ob inopiam cibatus cæptos sexagenarios deiici in Tyberim, ex quo numero vnus, filii pietate occultatus, sępe profuerit patriæ consilio suo sub persona filii, quo cognito, illi ignorũ est, & mos talis abolitus. Scribit Festus quo tempore per pontẽ cœperunt ferre suffragium, iuuenes cõclamauisse, vt de ponte deiicerentur sexagenarii, qui iam nullo publico munere fungerentur, vt ipsi potius, quam illi, deligerent magistratus. Opinionem de ponte Tyberino, confirmauit Afranius. Propter hæc apud Tranquillũ in Cæsare dictatore potes intelligere de ponte Tyberino, quamuis aliter paulo ante tradiderimus. Nam cum inuidorum referta sint omnia, cauendũ nobis est, ne calumniandi ansam calumniatoribus præbeamus.

Apud eundem versiculus est in 4. Fastorũ, qui & perperam legi & perperam enarrari solet:

Pallade sit Titio doctior ille licet. Hunc versum nos emendantes ita legimus vt pro *Titio, Tychio* pronuntiemus, & de *Tychio* artifice dictum esse asseramus cerdonum peritissimo, qui Aiacis clypeũ mirando artificio fabrefecit, de quo ita scribit Homerus: *Aiacis clypeum Tychius construxerat olim, Cultor Hyles, habitus cerdone peritior omni.* Et huius carminis Homerici testimonio vsus est

Strabo

Strabo in vi. Geographiæ, & in xiii. vbi disputat ex ciuitate ne *Hyde* an *Hyle* fuerit *Tychius*, cum *Hyda* sub Tmolo in Lydia sit, *Hyle* vero in agro Bœotio.

Quæstio est apud Aulum Gell. lib. Noctium atticarum. xviii. *Quam ob caussam patricii Megalesibus mutitare soliti sunt?* quæ quæstio, quoniam ab ipso inenarrata relinquitur, me facturum operæ pretium æstimaui, si eam cum Nasonis carmine explicarem, & verbum illud *mutitare* quod rarum inuentu est, enodarem. Romani Hannibale Italiam vexante, sacra magnæ matris accita ex Phrygia Romæ collocauerũt, quæ accepit is vir, qui optimus a senatu iudicatus est Scipio Nasica, sicuti Liuius, Cicero, & Syllius Italicus memoriæ prodiderunt. Diem qui dicatus erat ipsius Deæ cerimoniis *Megalesi*: nuncuparunt, vt docet Marcus Varro: Ludos quoq; celebrari voluerũt ante templũ in ipso magnæ matris cõspectu, qui & ipsi *Megalesia* dicuntur: dictio græcanica. Vnde Cicero in Orat. de Aruspicum respõsis loquens. de *Megalesib.* ait *qui ludi me vno quidẽ verbo appellãtur Latino*, vt vocabulo ipso, & appetita religio externa, & matris magnæ nomine susceptæ declaretur. Sed hæc tanquã nota tranſeunter attingere satis est. Præterea antiquo Romanorũ ritu fuit institutum, vt ludis *Megalesib.* mutua inter se conuiuia patritii agitarent, propterea quod ipsa Dea sedem bene mutauisset ex Pessinunte Phrygiæ Romã transportata, quæ domicilii permutatio, numẽ magnæ matris fecit augustius & venerabilius, atq; ita patricii vicissim ineunt cõuiuia, & vt inquit Ouid. in Fastis: *Captant mutatis sedib. omen idem.* Et hoc significat ipsum verbum *mutitare*, h.e mutua inter se cõuiuia agitare, sicut idem Gel. in secundo apertissime declarat, apposita ipsius verbi interpretatione, nimirũ istæ sunt illæ sodalitates, h. e. sodaliũ inter se mutua conuiuia, de quib. ait M. Cato Censorinus apud Ciceronem, cuius hęc sunt verba. *Primum semper habui sodales.* Sodalitates *autem me Quæstore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis, epulabar igitur cum sodalibus omnino modice.* Ouid. verbũ illud, quod est mutitare, circumlocutione quadam Poetica expressisse videtur in quarto Fastorũ, vbi historiã Cybelis luculente memorans, ait, *Cur vicib. factis meunt cõuiuia quæro.* Et quoniam hoc in loco incidimus in mentionẽ *Megalesiorum* non est prætereunda illius satyrici carminis enarratio: *Atq; a plebeis longe Megalesia*, quo Iuuenalis haud dubie signat duo genera ludorũ, videlicet *ludos Cybeleios*, qui dicuntur *Megalesia*, atque *plebeios*. Ludi autem *plebei* dicti sunt, quos exactis regib. pro libertate plebis fecerunt, aut pro cõciliatione plebis post secessionẽ in Auentinũ prout docet Pedianus Asconius. De his ita loquitur Liuius in 24. *Plebei ludi. M. Aurelio Cotta & M. Claudio Marcello cõsulib. ter instaurati sunt.* Plebeiorũ ludorũ crebra mentio est apud eruditos, de quib. intelligens Poeta satyricus ait, mulieres Romanas, quæ ludis & histrionibus vehementer oblectãtur: tristes esse &

mœstas quotiens ludi cessant, quotiens post plebeios ludos longo temporis interuallo *Megalesia* subsequuntur. Ita a *Plebeis* exponendum erit a *ludis*, hoc est, post ludos qui *Plebei* nuncupantur, & hic est verus Poetæ sensus. Qui aliter sentit, an bene sentiat, viderint eruditi.

Apud eundem Oui. versus est in iii. Fastorum deprauatus, quem errorem esse possit agnoscere quiuis vel mediocriter eruditus, quem non esse animaduersum ab his, qui doctrinæ nomine plurimum gloriantur, vehementissime admiror, ita enim in omnibus ferme codicibus scriptum est:

Is decies senos tercentum & quinq. diebus
Iunxit, & expleno tempora quinta die.

Hanc lectionem multi sequentes interpretationem implicatissimam attulerunt, nec se vllo pacto explicare queunt, quocirca tu illud *tempora quinta die*, ita corrige, *tempora quarta*, prout scripsisse Ouidium haud dubie credimus. Et sensus effecitur manifestarius: significat enim Poeta id quod manifestissimū est, Iulium Cæsarem dictatorem annum ad solis numerum accommodasse, qui CCC. sexagintaquinque diebus, & quadrante cursum confecit, & ita annus tercentorum & sexaginta quinque dierum, effectus est. Et ne quadrans deesset, statuit vt quarto quoque anno sacerdotes diem vnum intercalarent, quem *bissextum* censuit nominandum. Cuius rei auctores sunt Macrobius, Solinus, & Tranquillus. Itaque Ouid. quadrantem illum, hoc est, sex horas, quæ anno ciuili supersunt *quarta diei tempora* eleganter appellat, qui xxxiiii. horarum spatio terminatur. Et pro illo quadrante diei, qui annum verum suppleturus esse videbatur, instituit Iulius Cæsar, vt peracto quadriennii circuitu dies vnus in mense Februario post terminalia intercalaretur. Ex quo scribit Censorinus *annos* ad suam vsque memoriam *Iulianos* vocitatos.

Apud Ouidium in Ibida versus hic est:

Comicus vt liquidis periit dum nabat in vndis. Quo versu Terentii comœdiarum scriptoris significauit interitum, qui teste Donato cum nauem conscendisset Græcia reuertens naufragio periclitatus occubuit, cum centum & octo fabulis conuersis a Menandro. Quidam tradunt Terentium, postquam sex populo edidit comœdias, iter in Asiam fecisse, & cum nauē cōscendisset, nusquam deinceps visum fuisse. Vnde vehementer illorum doctrinam desidero, qui in huius loci enarrationem interpretamenta nugatoria commenti sunt. Sicut in eo quoque loco parum curiose historiam pensitauerunt:

Vt quos dux Pœnus mersit putealibus vndis. Eo enim versu significatur Hannibalis crudelitas, quam vnus scriptorum maxime expressit Appianus in eo libr. cui titulus est Libycus, apud quem Publius Cornelius Hannibalis ducis Pœnorum truculenta fa-

ta facinora memorans ait: *Carthaginenſes Senatum Nucerinorum intra balnea concluſum, adhibito igne necauerunt, cuius abeuntes telis infecuti ſunt: Acerranorum praterea Senatum per inducias fidentem puteis merſere, ora ſaxis obruentes*: Nec multo poſt inquit: *Captiuos Hannibal partim foſſis obruit, partim fluminibus immerſit, per quorum corpora tanquam per pontes ductaret exercitum.* Scribit Seneca libr. 2. de ira: Hannibalem cum foſſam ſanguine humano plenam vidiſſet, dixiſſe, *O formoſum ſpectaculum!* Sed iam ab Ouidio ad alios Poetas tranſeamus, pauca quædã prout memoriæ ſuppetunt annotantes, quæ interpretationis indigere videantur.

Pene præterii locum illum Ouidii, qui non fuit diſſimulanter prætereundus, qui eſt in primo de remedio amoris:

Ingenium magni liuor detractat Homeri,
Quiſquis es exillo Zoile nomen habes.

Exiſtimant plerique omnes grammatiſtæ triuialeſque doctores Ouidium his duobus verſibus ſignificare voluiſſe inuidum, qui detrahebat Homero, ab illa Homerica detractione fuiſſe *Zoilum* nominatum, tanquam *Zoilus* liuidus detractorque ſignificetur. Sed longe aliud eſt, quod ſenſit Ouid. qui hiſtoriam vetuſtiſſimam ſignauit, quæ talis eſt: Zoilus libros ſcripſit aduerſus Homerum, eoſque tanquam rem luculentam attulit regi Ptolemæo, qui cum videret indigne capi vexarique omnis philologiæ ducem omniſque doctrinæ parentem, nullum Zoilo reſponſum dedit, quem mox ad egeſtatem redactum patibulo affecit. Hic cum eſſet Homeri æmulus atque obtrectator, adoptauit ſibi hoc cognomentũ, vt *Homero maſtix* nominaretur tanquam *Homeri flagellum*, *maſtix* enim Græce ſignificat *flagellum*: vnde comici Poetæ verberones *maſtigias* identidem appellant, & inde factum eſt, vt omnibus detractoribus hoc cognomen accommodemus. Plinius in proœmio naturalis Hiſtoriæ: *Vt obiter caueam iſtos homeromaſtigas*, ita enim captores ſuos nuncupat. Illud attende, quod docti ſcriptores vſurpant, obtrectatores omnes eleganter *maſtigas* vocitari, addito illius nomine, cui obloquuntur, vt exempli cauſſa: *Ciceromaſtix* nominetur qui detrahit Ciceroni *Vergiliomaſtix* qui Vergilio. Inde ait Aulus Gel. quendam librum ſcripſiſſe aduerſus Ciceronem, qui infando titulo erat inſcriptus *Ciceromaſtix*. Igitur Oui. oſtendere volens maximos quoque Poetas & extra omnem ingenii aleam collocatos, eſſe obnoxios inuidiæ & obtrectationibus: dicit liuorem *Zoili* exarſiſſe in Homerum, qui eſt diuiniſſimus Poetarum, a quo liuore atque detractione Zoilus nomen inuenit, vt. ſcil. *Homeromaſtix* nomine deteſtando paſſim cognominaretur. Hiſtoria traditur a Vitruuio in 7. de Architectura. Huius Zoili teſtimonio nititur Strabo, quem vocat *Homeri vituperatorem.*

Apud Horatiũ in primo epiſt. vetus eſt verbũ & docte & eleganter collocatũ, q̃ non paucos alioquin eruditos fefellit, ſic. n. ſcribitur:

Nec semel irrisus triuiis attollere curat
Fracto crure planum:

Vbi *planus* accipitur pro *scurra & sycophanta*, sicuti Cicero & Laberius acceperunt. & obseruauit. Aul. Gel. in 25 Noctium Atticarum. Qui existimant, *planum* apud Horatium nomen esse adiectiuum syllabæ ratione facile coarguuntur, quæ in *plano* prima, quando significat sycophantem corripitur, quando adiectiuum nomen est producitur. Clarum est quod a nobis dicitur, & quod ab aliis, adeo vt res ipsa seipsa fulciat, atq; corroboret citra aliena adminicula. Vnde hoc & id genus alia indicasse satis erit ac super.

Apud eundem in eodem epistolarum libro versus ille notissimus est:

Sed nimis arcta premunt olida conuiuia capræ. Quo significat conuiuas & coepulones nimis arcte discumbentes, nimisq; ob numerosam multitudinem constipatos, in mensa lædi fœtore molestissimo, qui modo *hircus*, modo *caper*, modo *tragos* nominatur a Poetis. Namq; vt auctor est Censorinus in secunda annorum hebdomade, vel incipiente tertia, vox crassior fit & inæquabilis, quod antiqui Latini dicunt *hirquitallire*, & inde ipsos putant *hirquitallos* appellari, q' tũc corpus *hircum* olere incipiat. Arist. id quod Latine *hirquitallire* dicitur, Græce vocat *τραγίζειν* lib. 7. de anim. lib. quam dictionem interpres Aristot. in Latinum vertens *caprire* dixit. Idem Arist. in problematis auctor est, virus hirci illos redolere, qui rem agunt veneream, quiq; ea ætate sunt, quæ Veneri sufficiat, inde fœtorem alarum hircum vocitamus, quæ omnium maxime partium nostri corporis male olent, propterea quod immobiles inexercitateq; habentur. Hinc est illud ab Horatio dictũ eleganter in epodo *cubat hircus in alis*: Catullus *caprum* appellat illo versiculo: *Valle sub alarum trux habitare caper.* A Mar. *tragos* Græce nũcupatur: *Inde tragos celeresq; pili mirandaq; matri Barba.* Et quoniã hircus maritum significat capellarum, & accipitur pro graueolentia, luculente & festiue dixit Ouid. *Offendat nares virq; paterq; gregis*, cum fœtorem hircinum significare voluisset, & ita ab Horatio Poetica quadam venustate olidæ capræ appellantur, male olentes conuiuæ. Ab hirco hircosus deriuatur, Persius: *Hic aliquis de gente hircosa centurionum.*

Idem ait in 2. Epistolarum. *Diuersum confusa genus Panthera Camelo.* Quo versu plane *camelopardalin* Poetica circunlocutione descripsit. Est autem *Camelopardalis* collo similis equo, pedibus & cruribus boui, capite camelo, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, vnde appellata, *camelopardis*. Nabuna æthiopes vocant, vt auctor est Plinius in 8. natura. histor. Hoc est illud animal, quod Italici lingua vernacula *giraffam* appellant. Scribit Albertus Magn. libro vigesimosecundo de animalibus, suis temporibus Federicum imperatorem *Camelopardalin*, secum habuisse,

habuisse, & hac tempestate Florentiæ visa est dono missa Laurentio Medici a rege Ægyptiaco. Sensus Horatii est, risurum fuisse Democritum cui omnia mortalium ridenda videbantur, sicuti Heraclito flenda, si populum Rom. stupere vidisset aspectu *Camelopardalis*. Et hoc ideo dictum est, quia Plinio atque Solino auctoribus primum visa fuit Romæ ludis Circensibus Cæsaris dictatoris. Auctor est Iulius Capitolinus fuisse Romæ sub Imperatore *Camelopardales decem*. Errant qui existimant ab Horatio significari *Camelum* cum *Panthera* coeuntem, cum *Panthera confusa genus Camelo* doctissima periphrasi pro *Camelopardali* accipiēda sit, quę (vt diximus) ex maculis Pantheræ & capite camelino formatur, & ita cum Camelo genus Panthera confundit.

Apud eundem in eodem epistolarum lib. scriptum est: *Ibit eo quo vir qui zonam perdidit inquit*: Vbi non simpliciter dictum esse existimare debemus, *qui zonam perdidit*, sed morem priscorum exprimere voluisse, qui zonas nummis aureis refertas habebant, quod probatissimorum testimoniis comprobatur, in primis Tranquilli, qui scribit: *Vitellium zonam se aureorum plenam circumdedisse*. Et Apulcii, cuius hæc sunt verba ex lib. vij. de Asino aureo: *Plotina pretiosissimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta*. Præterea Caius Gracchus fortis Orator in oratione, quam habuit ad populum, sic scriptum reliquit: Itaq; *Quirites cum Romam profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli*. Tradidit Plutarchus in Demetrio: *Sosigenem aureos nummos, ccc. habuisse in cingulo militari pro viatico*. Spartianus quoque auctor est Pescennium Nigrum iussisse, *ne milites in zonis nummos aureos vel argenteos portarent ad bellum, sed publice commendarent repetituri post prælia quod dederant*. Quin etiam Lampridius Alexandrum Imperatorem Rom. dicere solitum ait: *Miles non timet nisi vestitu, armatus & calciatus, & satur, & habens aliquid in zonula*. Et talis est Horatiana sententia, induxit enim militem Lucullianum, qui factus erat dives & bene nummatus, recusantem ire ad castellum oppugnandum, & ita Imperatori Lucullo respondentem: *Ibit ad omne periculum rusticanus miles & inops, & qui zonam perdidit*, hoc est, qui aureos amisit, quos in zona milites portare consuevuerunt, propterea quod mendicitas militaris ad omnem desperationem vocat armatum, qui vero satur est & aliquid habet in zona, timet pericula subire. Ad hanc veterum consuetudinem referendus est ille satyrici poetæ sensus:

Obrutus & zonam luna morsuque tenebit: Quem inue. explanatores præterierunt, namque significare voluit Poeta Zonam a naufragio teneri, non solum manu, sed etiam mordicus, propterea quod zona erat monetali auro referta, quam ne perdat omnibus neruis viribusque contendit. Ecclesiastica sententia præcipit, ne æs, hoc est, pecuniam in zonis habeamus.

Idem in Epistola ad Mecœnatē scripta sic, inquit,

Designatorem decorat lectoribus atris. In cuius loci enarratione labuntur interpretes, & quid *designator* significet nō satis diligenter exponunt, sed nos omissis aliorum interpretamentis nostra probemus. *Designare* vetustissimo significatu est rem nouam facere, in vtramque partem & bonam & malam, sicuti docet Donatus enarrans illud Terentianum in Adelphis, *modo quid designauit.* Inde *designatores* dicti sunt curatores funerum, qui ludis funebribus præsunt ob eam caussam, quod in his ludis multa fiant noua & spectanda. Scribit Iurisconsultus de iis, qui notantur infamia, *designatores ministerium non artem ludicram exercere, ideoque ignominiosos non haberi.* Et sane locus iste a principe, vt verbis Iurisconsul. vtar, *hodie non pro modico beneficio datur.* Ad hocidem pertinēntia verba Senecæ subiecī ex libro de beneficiis sexto, quæ hæc sunt: *An tu Aruntium & Aterium & ceteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quæ designatores & libitinarios vota? illi quorum mores optent nesciunt, hi familiarissimum quemque, ex quo propter amicitiam rei plurimum est mori cupiunt.* Hactenus Seneca. Sensus autem Horatii hic est, dabis inquit mihi, Mecœnas veniam diutius villicanti, & in agro commoranti, quam promiserim, quoniam ægrorare Romæ formido per dies autumni pestiferos, dum *designatores* hoc est præfecti ludorum funebrium lictoribus atratis decorantur, & per multorum mortes munia sua frequenter vsurpant funebribus ludis præsidendo.

Scribit idem Horatius in primo Epistolarum:

Mancipiis locuples eget aris Cappadocum Rex: Quo versu significat quosdam esse famulosos & famulitio numeroso copiosos, sed rei nummariæ egentissimos, & ita *Rex Cappadocum* non accipitur *pro Rege Cappadocia*, sed pro eo *qui maximam habet familiam seruorum.* Rex enim alias dominus, alias regnator, alias diues significatur. Et ita apud luculentos scriptores frequenter significat diuitem atque potentem, quia a clientibus colitur & parasitis. Et in hoc significatu Iuuena. Martial. & Plautus accipiunt, & alibi ab Horatio dictū est. *Siue reges sine inopes erimus coloni.* Columella quoque libro primo de salutatore loquens ait, *somnium regis sui rumoribus auguratur.* Scribit eruditissime Donatus, regem nomen esse ad aliquid, vt dialectici loquuntur, vt enim libertus est patroni, ita rex parasiti, & parasitus regis. Cappadocas vero seruos appellamus a nomine regionis, ex qua venales optimi deportabantur, sicuti *Lydum* & *Syrum* prisci nuncuparant: sicuti *Dauum* & *Getam* vocitamus a *Getis* populus & *Dacis*, quos olim *Daues* vocitatos esse existimat Strabo, ex quo apud Athenienses *Dauorum* & *Getarum* nomina seruilia in vsu erant frequentissimo, & inde apud Poetas Comicos identidem reperies seruos *Getas*, & *Danos* appellitari. De Cappadocibus mancipiis meminit Persius: *Cappadocas rigida pinguet*

pingues pauisse catasta. Et Martial. inquit. *Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat?* Ad mancipia quæ ex Cappadocia bona deferebantur alludens Apuleius in libr. vij. de Asino aureo ait: *At ille Cappadocum me & satis forticulum nunciat.* Ita ab Horatio *Rex Cappadocum* dicitur *Dominus mancipiorum*, quorum legiones a nonnullis Romanorum locupletissimis habebantur, vt luculenter tradit Plin. qui in xxxiij. ait, *seruorum caussa nomenclatorem esse adhibendum.*

Scribit idem in primo sermonum: *Vin tu curtis Iudæis oppedere.* Quod verbum vetus est, & significat *contra pedere*, nam a *pedo pedu*, cuius significatio notior est, quam vt egeat interpretationis, formatur *oppedere.* Id quod docet Priscianus in decimo, vtens istius versiculi testimonio. Erant qui existimant *oppedere* dici quasi *pedem pedi* opponere. Nam præter auctoritatem Prisciani syllabæ repugnantis ratione refelluntur, quæ longa est in verbo *peuo*, breuis in *pede.*

In secundo sermonum scriptum legimus, *Foris est Promus, & atrum defendens pisces hyemat Mare.* Vbi *Promus* non pro pisce accipitur, sed pro eo qui præest *promendis cibariis.* Etenim in familia potentiorum & luculentiorum alius est *Condus*, alius *Promus*, alius alii ministerio assignatus. *Condum* vero illum appellauerunt qui recondit in cellam penuariam, ipsa penora. *Promus* vero is dictus est qui depromit ea quæ vsionis gratia depromenda sunt, vt docet Fulgentius Placiades. Inde est illud Plautinum: *Sum Promus Condus & Procurator peni.* Et facete dictum est ab Ausonio: *Promus, quam condus magis.* Et Apuleius eleganter in Apologia *Promum librorum* appellat eum, qui libris promendis & exhibendis præest: Sensuriaque Horatii hic est. Eum qui multiplici corporis labore exercitatus ac delassatus est, esurientem non aspernaturum vilia cibaria, & si domi non erit *Promus*, hoc est, ille qui promat conditos in cellario cibos esculentiores, & si pisces haberi non poterunt mari hyemante & vndabundo, libentissime tamen panem cum sale in esca sumturum, ad sedandam murmurantis prę inedia stomachi esuritionem, namque, vt dicere solebat Socrates, *potissimum obsonium est fames*, vnde cum esurienti olim Ptolemæo cibarius panis in casa datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Ab eodem in eo sermone:

Gulonum gula digna rapacibus Harpyis, Speciose nuncupatur, significante videlicet helluonum ingluuiem mereri, vt ita cibaria illis luxuriosa Harpyiarum raptu de mensa eripiantur. & cōtactu fœdentur, quemadmodum *Phineo* cibos arripiebant, & immundo ore dapes polluebant. Poeticam elegantiam non penitus inspexerunt illi, qui existimarunt ab Horatio dici, *gulam dignam Harpyis*, per ea quæ voretur *ab Harpyis* vel quæ sit voracissima *vt Harpyia.* Qui in Poetarum lectione infrequens non est, is facilime

cognoscet poeticum morsum ad id esse referendum, ad quod nos referri debere censuimus.

In secundo sermonum Damasippum introducit sermocinantē, qui ostendere volens se ære alieno & fœneratorum vsuris, omne patrimonium perdidisse, perquam eleganter ait, *postquam omnes mei Ianum ad medium fracta est.* Nam Romæ in regione Basilicæ Pauli consistebant fœneratores, qui locus Ianus dicebatur, quoniam scilicet in eo Iani simulacra collocata visebantur. Cuius rei meminit Porphyrio, vt alibi signat Horatius sic scribens in primo epistolarum, *hæc Ianus summus ab imo perdocet*, Cicer. enim 7. Antonianarum *Ianum medium* sicuti Horatius nuncupauit, & pro eodem significatu accepit, cuius hæc verba sunt: *Non possem sine risu dicere, Luc. Ant. Iano Medio, ita ne Ianus Medius in L. clientela fit, quis enim vnquā in illo inuētus est, qui Lucio Antonio mille nummum ferret expensum.* De hoc eodem intellexit Ouid eo versu,

Qui putat Ianumque timet celeresque Calendas. Ad *Ianum* igitur *medium* ait Damasippus, se rem suam, hoc est, patrimonium fregisse, quoniam sub fœneratoribus corruerat in vico Iani consistentibus. Qui *ad medium Ianum* pro *mercatura* exponūt, quid sibi velint ignoro.

In eodem sermone perquam scite dictionē diuisit, ita vt partem in fine superioris, partem in principio inferioris carminis collocaret. Sic enim inquit *stramentis incubet, vnde octoginta annos natus.* Ibi illud *vnde octoginta* pro vna tantum dictione dictum accipere debemus, sicuti *vndeuiginti, vndetriginta* veteres dictitarunt. Et *vnde octoginta* dixit Horatius, id est, lxxix. annos habens ætatis, hoc est octoginta, vnde vnum deest, sicuti interpretantur Priscianus in libro de ponderibus, qui hunc Horatianum locum curiosissime obseruauit, & cum diligentia retulit. Nec mirandū est dictionem compositam duos in versus fuisse distinctam, cum etiam simplicia verba diuidantur, vt in sapphico Catulliano:

Gallicum Rhenum, Horribiles & vltimosque Britannos

Et ab Horatio in ij. carminum dictio ista *venale*, diuiditur eo versu.

Grosphe non gemmis neque purpura venale nec auro.

Quæri solet ab eruditis quid significet apud eundem in secundo sermonum *Pyrgus* eo versu. *Mitteret in Pyrgum talos.* Namque non pauci ex eruditioribus *Pyrgum* esse dixerunt *alueolum*, hoc est, tabulam lusoriam, quam & *fritillum* appellari existimauerunt, in quo duplici labuntur errore, cum neque *Pyrgus* significet *alueolum*, neque *alueolus* pro *fritillo* accipiatur. Nos autem, *Pyrgum* esse dicimus illud vasculum, quo coniecti tali agitati mittuntur, cuius effigies instar turriculæ est, vnde nomen mutuatur. *Pyrgos* enim græce *turris* latine significatur. Marti. Latino verbo vti maluit & *turriculam* appellauit, namq; in apophoretis *lemma* est turricula,

quæ

quæ in eodē significatu accipitur, quo *Pyrgam* accepit Horatius: sic enim ipsa loquitur.

Quæsit compositos manus improba mittere talos,
Si per me misit nil nisi vota facit:

A Persio per quandam similitudinem eleganter *orca* nominatur ita scribente.

Scire erat in voto damnosa canicula, quantum
Raderet, angusta collo non fallier orca.

Hæc est illa *turricula* siue *pyrgos* quæ alio nomine *fritillus* a Poetis identidem appellatur, neque vnquam significat *tabulam lusoriam*, quæ modo *alueus*, modo *alueolus*, nonnunquam *latruncularia tabula* nominatur. *Fritillum* autem esse idem, quod *pyrgum*, ostendit aperte Porphyrio, qui apud Horatium *pyrgum* dicit significare, quod nos *fritillum*, dicimus, in quo coniectæ tesseræ agitatæque mittuntur. Nil esse potest hac interpretatione manifestius, nil lucidius, nam dicit tesseras conuici fritillo tanquam vasculo, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. Hoc idem indicat versus ille Iuuena. *Pariterque eadem mouet arma fritillo.* Illud enim epitheton *paruo*, haud dubie demonstrat de *turricula* dictum esse, nō de *tabula lusoria*, quæ lata & spatiosa esse consueuit. Seneca quoq; in libello, quem de Claudii ludo composuit, sic ait: *Æacus iubet Claudium ludere percusso fritillo.* Et mox:

Nam quotiens missurus erat resonante fritillo,
Vtraque subducto fugiebat tessera fundo.

Vbi haud dubie *fritillum* accipimus non pro *tabula lusoria*, sed pro *pyrgo*. Resonat enim *fritillus* concussione tesserarum quas ait subterfugisse de vasculo, priusquam emitterentur in tabulam lusoriam. Sed hæc hactenus, iam ad alia festinet oratio.

Apud Martialem in Epitaphio Matronæ, quod libr. x. continetur, legitur hic versus:

Bis mea Romano spectata est vita Terento.

Quo eleganter significare, voluit matronam, quæ loquens inducitur, se annos centenos vixisse. Nam per *Terentum Romanum*, ludos seculares intellige, quæ instituto veterum Romanorum centesimo quoque anno fiebant, sicuti Censorinus affirmat, ostendens, seculum eo annorum spatio terminari, quamuis Horatius Flaccus in carmine, quod secularibus ludis cātatū est, 100 & 10 quoq; anno ludos seculares celebrari designauerit. Iidē ludi. *Terētini* cognominabantur, quoniam in campo Martio fiebant in eo loco, qui *Terentus* dictus est, quod eo loco ara Ditis patris in terra occultabatur, vt inquit Festus. Originem ludorum secularium refert Valerius libro secundo capite de institutis antiquis, qui docet quemadmodum in *Terento Romano*, hoc est, campo Martio, Valerius aram effodit Diti patri & Proserpinæ consecra-

tam , & hostias saruas Terenti immolauit, ludosque fecit continuis tribus noctibus, qui ob hoc *Terentini* appellantur a Censorino, de quibus eleganter dixit Ausonius:

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. Martialis igitur volens ostendere matronam diutissime vixisse, dicit eā bis spectasse *Romanum Terentum*, hoc est, ludos seculares, qui in Terento campi Martii fiebant, quos nemo bis spectare potest, nisi qui supra ætatem vixerit centenariam. Vnde eruditi autumant seculares dici potuisse, quod plerumque semel fiant hominis ætate. Potest & Epigrammaticus Poeta videri historiam suorum temporum significasse. Namque Domitianus (vt auctor est Tranquillus) fecit ludos seculares computata temporum ratione, ab anno non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. Claudius enim ludos & ipse fecerat seculares, inter quos & diui Augusti ludos sexaginta tres non amplius anni interfuere, vt tradit Plinius in 7. Quocirca inter seculares Claudii & Domitiani non legitimum seculi spatium interfuisse cognoscimus, sed annos plus minus xl. medio interuallo esse colligimus, cum a secularibus Augusti ad seculares Domitiani ratio temporis legitimi computata conueniat. Et ita hic erit Martialis sensus, vt matrona in epitaphio dicat, se bis interfuisse ludis secularibus scilicet illis quos Claudius, & his, quos Domitianus ediderunt interuallo annorum circiter xl. Vnde proculdubio asserimus Martialē significare voluisse matronam tamdiu vixisse, vt bis seculares ludos spectare potuerit, inter quos non longa secula interfuerunt. Sicuti idonei scriptores affirmāt, quosdam histriones saltasse vtriusque secularibus ludis, & diui Augusti, & quos fecit Claudius Cæsar. Non possum non vehementer admirari viros eruditos, & magnę in literis auctoritatis, versum Martial. ita exposuisse, vt intelligant sexagesimum annum significari, & aiunt trigesimo quoque anno sacra celebrari solita in *Terento Romano*. In qua interpretatione duplex est error manifestarius: vnus, quod nullo idoneo auctore confirmant *ludos Terentinos* fieri solitos singulis tricenis annis: alter, q⁹ esset, si id verū esset quod affirmant nō tamen versus Epigrammatici Poetæ id significaret, quod interpretantur. Nam si verum esset, quod minime verum esse concedo, vt trigesimo quoque anno ludi fierent in Romano Terento, nō tamen necessum esset eam expleuisse annum sexagesimum, quæ bis id ludicri genus prospectasset. Nam postquam nata fuerat adhuc infans, potuit vidisse, & deinde post annos xxx. iterum spectasse, adeo vt quæ sexagesimum expleuerit annum, potuerit non bis, sed ter interfuisse spectaculis, quæ trigesimo quoque anno fieri consueuerunt. Sententia Poetæ hæc est, matronæ vitam bis spectatam fuisse in ludis secularibus, siue Terentinis, vel quod tot annos vixerat, quot inter binos ludos seculares intersunt, vel quod verius esse existimo, quia seculares ludos spectauit

&

& quos Claudius, & quos Domitianus fecerit, non obseruato seculi interuallo. De hoc *Terento* meminit Papy. in syluis illo versu: *Aut instaurati peccauerit ara Terenti.*

Hendecasyllabon eiusdem poetæ sic incipit: *Ride si sapis o puella ride, Pelignus puto dixerat poeta.* Existimant Martialis enarratores hoc dictum esse propter illam Ouidii sententiam, quæ est in libris de arte amandi: *Sin modici risus parueq; vtrinq; lacunæ.* Ego vero legi apud Martianum Capellam in libro de Astrologia hoc Hendecasyllabon ipsius esse Nasonis. Verba Martiani hæc sunt: *Peligni de de cetero iuuenis versiculo respice, & in Tragicum corrugata, Ride si sapis o puella ride:* His Martiani verbis perspicuum est, versiculum istum ab Ouidio fuisse ita perscriptũ, sicut a Martiale repetitus est, & (vt opinor) in tragœdia Ouid. cui titulus est *Medea* legebatur, q̃ scripsit magna cum laude q̃ ita laudat, Quinin 10. Medea Ouidii mihi videtur ostendere quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset.

Eiusdem est ille Phalæcius: *Iuro per Syrios tibi tumores.* Quæri solet quod per *Syrios tumores* sit iusiurandum. Nota sunt, quæ ab interpretibus traduntur, asserentibus illud, *tumores* referendum esse ad Syriorum naturam, qui sunt tumentes. Ego vero existimo iusiurandum esse per illos *tumores, atque vibices,* quæ in corporibus deæ Syriæ sacerdotum, partim ex prospectu gladiorum, partim ex ictu flagrorum conspiciebantur. Graphice enim & luculente Apuleius in 8. Asini aurei fanaticam religionem deæ Syriæ describit, quæ *omnipotens & omniparens dea* cognominatur. Cuius sacerdotes erant semiuiri effœminati cinædi, qui brachia renudata gladiis, securibusq; sibimet desecabant, & morsibus musculos incursabat & flagro tali ouium tesserato tumentia membra cedebant, per illos nunc *tumores* iurat poeta, quos in sacris deæ Syriæ sacerdotes fanatici suismet corporibus quisque inferebant, quemadmodũ etiam iurat per *Berecynthios furores*, hoc est per illam furibundam bacchationem, quam *Galli, id est sacerdotes Cybeleii* lymphata mente agitabant, virilia sibimet amputantes. Sunt enim communia & fere eadem numina *Cybele* & dea Syria. Et vt inquit Augustinus in 7. de ciuitate Dei, *non absurde multas Deas reuocant ad vnam, vt non tam sint deæ multæ, quam multa vnius nomina.* Quocirca existimo Ouidium in Fastis has deas appellasse *Palæstinas* perinde ac *furias.* Quæ scilicet in Syria, vbi Palæstina est colebantur, vbi dea Syria furorem incutit suis cultoribus, vbi sacra omnia fiunt plena furibundæ bacchationis. Interpres Ouidii nescio quid dictum minimemeque conueniens tradit de deabus Palæstinis.

Apud eundem in Apophoretis, Lemma est graphiarium, cui subiicitur hic versus:

Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro:

Vbi *graphiarium*, & *graphiaria* nō sunt pro stylis ferreis accipiēda, quæ *graphia* nuncupantur. Sed pro *repositoriis graphiorum*: quēadmodum *panarium panis* & *granarium*, in quo grana recondūntur, & *armamentarium*, vbi naues reponuntur, eadem ratione *graphiarium* dicimus thecam, receptaculumq; graphiorū, id quod & ipsius poetæ versus, siquis penitus introspexerit, aperte significat: Nam cum inquit *graphiaria armata esse suo ferro*: nonne indicat ipsum (vt ita dicamus) loculamentum, quo *graphia* reconduntur futurum armatum atque instructum *suo ferro*, hoc est *stylis ferreis ia est, ipsis graphiis*, quæ instar armorum sunt, ita vt olim Cæsar Dictator brachium Cascæ percussoris graphio traiecerit. Absurda & illepida mediusfidius foret poetæ locutio, si *graphiaria* pro *graphio* acciperemus. Quid.n. tam absurde, atque inuenuste dici pōssit, quam stylos ferreos hoc est *graphia* armari suo ferro, cum non ipsum *graphium* eleganter armari dicatur semetipso, sed id quod *graphium* continet venustissime suis telis armatum esse dicatur. A Tranquillo repositoria graphiorum *theca graphiaria* appellantur.

Illud quoque distichon: *Non sum talorum numero par tessera*: non satis erudite, qui eruditionis nomine plurimum gloriantur, enarrauerunt, non enim Poeta eo in loco loquitur de numero punctorum, tanquam in talo plura, in tessera sint pauciora. Sed de numero talorū & tesserarum, quo in alea veteres vtebantur. Nam cum tribus tesseris luderent, sicut etiam hac tempestate in foro aleatorio ludere consueuerunt, talos quatuor iaciebant in ludo talario, id quod ex Ciceronis lectione obseruauimus, ita scribentis in primo de diuinatione: *Quatuor tali iacti casu venerem efficiunt, nam etiam centum venereos si quadringenta talos ieceris, casu futuros putas*, idem alibi ait: *dixisti multa de casu. Vas venereum est ab* Horatio, *venus* dicitur eo versu: *quem venus arbitrum dicet bibendi*, & dixit Augustus: *Qui venerem iecerat tollebat vniuersos nummos. Tessera* Græce *cubus* nominatur sic vt Græci *talum astragalum* dixerunt, quamuis *astragalus* in alia quoque significatione accipiatur, sicut apud Homerum, qui scribit in 10. Odysseæ: Elpenora lapsu scalarum exanimatum esse, cum fregisset *astragalon*, hoc est *ipsam iugali coniuncturam*. Polycletus auctore Plinio lib. 34 fecit talis pueros ludentes, qui vocantur *astragalizontes*. Celebratur illud Lysandri Spartani apud Græcos scriptores apophthegma: *viros fallendos esse iureiurando, pueros vero astragalis*. Sed de talis & Venere dictum a nobis quoque est in commentariis Propertii satis copiose.

In quibusdam Plinianis annotationibus, quas pene puer edidi *Ceretanas pernas* a Martiale nominari scripsi, non propter *Ceritas Hetruriæ* populos, sicut tradi solet. Sed propter *Ceretanos*: quos Plinius

Plinius & Strabo in Hispania esse dixerunt, a quibus multifariam pernæ condiuntur, Cantabricis per quam similes prouentum, nō mediocrem hominibus exhibentes, apud quos vina quoque generosa nascebantur, de quibus dixit idem Martialis. *Ceretana nepos ponat festina putabis*: De quo genere vini loquitur Plinius. 14. quem locum mendosum ita emendauimus, nam cum in omnibus passim codicibus legeretur *Ceterano* inter Gallias consistit auctoritas, nos emendauimus *Ceretano*, & ita *Ceretanas pernas & vina Ceretana* nominari scito a Martiale, non ab *Hetruscis Ceretibus* sed ab Hispanis *Ceretanis*.

Apud Iuuenalem in Satyra: Quis nescit, Volusi versus est, qui tāquam facilis & manifestus ab enarratoribus præteriri solet, in quo tamen sensus est arcanus ex prisca Romanorum consuetudine traductus. Verba poetę hęc sunt: *vel terra claudatur infans, & minor igne rogi*. Enimuero nemo est qui existimet huic loco vilum sensum occultiorem subesse, cum tamen subsit: namque vatica Plinii sententia hunc locum declarari obseruauimus, qui scribit in septimo naturalis historiæ *morem genitum non esse hominem priusquam genito dente cremari*. Ex quibus verbis hoc Satyrici poetæ dictum interpretamur, quod natura iubente gemimus, cum infans humatur, qui nondum genito dente cremari non meruit, & ob hoc *minor igne rogi* eleganter nuncupatur, quia scilicet nondum ad id peruenit ætatis. quæ rogali flammæ comburi possit, *ideoque minor igne rogi est*, nō vt quidam autumāt, quod flamma crematus in cineres diminutus redigatur. Et hoc poeta furtim innuisse videtur, cum dixit: *vel terra claudatur infans*: quomodo scilicet infantes humabantur, hoc est, humo contegebantur, nec eorum cadauera, sicuti virorum cremabantur. Scribit Placiades; quod huic loco conuenit *suggrundaria* dicta fuisse antiquitus sepulcra infantium, qui nec dum 40 dies compleuissent, cum nec bulla dici potuerint, quia ossa quæ comburerentur nō erant, nec tanta magnitudo cadaueris, quæ loco tumesceret. Sed in his & id genus aliis, opus est iudicio, quo nil in omni doctrinarum genere præstantius est, cui primas, secundas, & tertias in studiis literarum merito concesserim, id quod Demosthenes in eloquentia pronuntiationi tribuebat.

Illud in prima Satyra: *criminibus debent hortos*: non id significat, quod vulgo dici solet, sed hoc, homines qui per virturem diuites efficiuntur debent eas diuitias virtuti, qui vero per flagitia & crimina fiunt opulenti, illi criminibus debent illas opulētias. Iuuenalis igitur significare volens virtutem Romæ fuisse contemtibilem, per scelera vero diuitias parari, adeo vt mali diuitiores essent bonis, ait *criminib. debent hortos*: hoc est, hi, qui habēt hortos excultos, magnifica prætoria, mensas citreas, & id genus bona luculenta debent criminibus, quia sunt illa per fraudes & crimina assecuti.

Qui *criminibus* exponunt pro *hominibus crimineſis*, elegantiam e. locutionis non ad amuſſim penſitarunt. Talis eſt locutio apud Lucanum, apud quem ita ait in quinto Cæſar ad Amiclam nautã. *nõ vltra cuncta carina debebit*: Et alibi a Iuuenale dictum eſt: *prater honores, quos illis damus ac dedimus, quibus omnia debes.* Translatio eſt ſumta a debitore, qui debet creditori pecuniam, quam ab illo mutuo accepit. Scribit Cornelius Tacitus, Tigillinum vitiis adeptum eſſe præmia virtutum, ergo Tigillinus vitiis debebat præfecturam vigilum, & prætorii, aliaque ornamenta quæ vitiis erat conſecutus. Apud eundem in ſatyra. *Et ſpes & ratio.* Verſus hic eſt

Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen.

Cuius hanc ego arbitror eſſe ſententiam, vt dicat poeta. Cauſſidicos magna ſonare, cum a debitore, qui acrior eſt creditore, conducuntur, qui quidem debitor venit ad debitum dubioſum diluẽdum, cum codice ſcilicet accepti & expenſi, & ita nomen hoc in loco pro debito accipimus. Sicuti apud Horatium.

Cautos nominibus certis expendere nummos. Et alibi

Nomina ſectatur modo ſumta veſte virili
Sub patribus duris tyronum.

Nomina dicuntur tituli debitorum præſertim in his debitis, in quibus hominum *nomina* ſcripta ſunt, quibus pecuniæ commodatæ ſunt, & ita *nomina* debita, vel debitores ſignificare docet Aſconius. Apud Iuriſconſultos *nomina* ſæpiſſime leges pro debitis, debitoribuſque vſurpari. Fœnerator Alphius, vt induit luculente Columella, dicere ſolebat *bona nomina interdum fieri mala, ſi nunquam interpellas* & Cicero in oratione pro Roſcio eodem modo in eõdem ſignificatu *nomina* accepit. ſic ſcribens *non refert parua nomina in codices, imo omnia ſumma.* Idẽ in epiſtola quadã ad Atticũ, *profecti* inquit *vt Salaminii totum nomen perſoluerent. Codicẽ* veto non pro *volumine legũ* in hoc ſatyrici poetæ loco dictũ eſſe exiſtimare debemus, ſed pro tabulis in quib. accepti & expẽſi rationes perſcribuntur, de quo ita loquitur Cicero; *Quomodo ſeſtertia 353 in codice accepti & expenſi non ſunt?* Idẽ alibi ait. *vtrũ cetera nomina in codice accepti & expenſi geſta habes an non?* Debitor igitur qui in ius vocatur a creditore, venit cũ grandi codice, in quo accepta & expenſa perſcripta ſunt, ad nomen, hoc eſt, debitũ explicãdũ, q̃ dubiũ & in certũ erat. Illud quoq; q̃ paulo poſt ſubſequitur in eadẽ ſatyra, ita paſſim legitur *Parte alia ſolùtus ſati pone lacerta*: ego exiſtimo legendũ eſſe *rus Siſapone lacerta*, & ita in vetuſto codice ſcriptũ deprehendi. Eſt autẽ *Siſapo* locus in Hiſpania, vbi minii celeberr. naſcebatur, q̃ docet Plinius lib 33. laudans *miniaria Siſaponenſia*. verba Plin. hæc ſunt. *Celeberrimũ minii ex Siſaponenſi regione Bethyca miniario metallo vectigal b. populi Rom. nullius rei diligentiore cuſtodia.* Idẽ alibi ait, *Siſaponenſi b miniariis ſua vena arena ſine argentea excoquitur*, ſenſus poetæ eſt: rus exiguũ non in Italia ſed in Hiſpania & eã q̃dem longinqua, hoc eſt, regione *Siſaponenſi* tantunde vale-

re, quantum patrimonia centum caussidicorũ, ex quo colligimus Iuuenalem demonstrare voluisse, caussidicos Romæ tenuissimum quæsticulum, lucellumque suis fecisse temporibus.

Apud eundem versus est hic cunctis in ore: *Translatus subito ad Marsos mẽsamq; Sabellã.* Quẽ versum ex aperto obscurũ, ex explicato implicatissimũ (vt mihi videtur) cõmentatores efficiunt, historiã de Curio dentato significari existimantes, cum poetæ sensus sit simplex, nec ad vllam historiam referendus, qui ad hunc maxime modum enarrandus est: Romæ pudet homines cœnare fictilibus, qui si repente ad Marsos, aut ad Sabellos trãsferantur, minime hoc sibi esse turpe existimabunt, quoniam scil. Romæ delicatius, apud Marsos & Sabellos frugalius viuitur atque rusticius. Et ita vulgo loqui consueuimus, vt dicamus pudere nos vti vasis fictilib. in vrbe, quibus ruri si vteremur, nulli turpitudini & probro essemus obnoxii. Quæ de Curio dicuntur nec apud historicos leguntur, nec huic loco sunt accõmodata. Multa sunt apud eundẽ, non difficili sed subtili enodanda interpretatione. Sicut illud: *prædo caballorum prætor sedet*, vbi satyrice & vrbane prætorẽ, qui p̃sidet ludis exhibẽdis *caballorum prædonẽ* appellat, ꝓpterea ꝙ palma p̃mioq; fraudat meritos equos, & non ex equo, sed ex animi libidine hunc & illum iudicat esse victorem, qui minime brauium meruerunt, vnde p̃do quasi spoliator ipsorum equorũ, quibus non dat meritos honores eleganter appellatur.

Illud quoq;: *Mittentur braccæ, cultelli, fræna, flagellũ* nõ ita exponere cõsueuimus, tanq̃ dicat hæc munuscula puerilia mitti ei, qui Romæ factus sit impudicus & effœminatus, sed potius existimauimus sensum esse contrarium, qui vnico illo verbo *mittentur*, totus continetur: Namq; significare volens cõmercio Romanorum peregrinos adolescentulos contaminari, ait illos Romæ corruptos effœminatosq; factos, & amatoribus indulgentes omissuros esse patrium habitũ, & suæ regionis exercitationes, & ita *mittentur*, exponemus, pro *omittentur*, sicut apud eruditos sępissime vsurpari solet: & hic erit sensus omittẽtur & relinquãtur *braccæ*, hoc est, vestimẽta quib. vtuntur in patria, & *cultelli, fræna, flagellum*, hoc est, studia exercendorum equorum, & virilis disciplina dediscetur & ꝓ moribus patriis, atque virilibus institutis in patriam Romanos mores reportabunt, qui sunt perditissimi & profligatissimi.

Illius quoq; in præsentia versus in mentẽ venit: *Turgida nec prodest in pyxide condita Lyde*: quo versu existimo significatur fœmina nomine *Lyde*: quæ medicamenta gestabat in pyxidibus instar pharmacopolarum, eaq; venditabat matronis sterilibus tanq̃ accõmodata ad fœcunditatem iuuandã. *Turgida* eleganti epitheto cognominatur, quasi corpulenta & ventricosa. Sicut Plauto nuncupatur *doliaris Clauda, crassa*, a Terentio *Cantara suffarcinata*, a Persio *Pannutia Baucis*: ab Horatio *Pyrrha vinosa*, hæc n. epitheta anibus

& vetulis sunt accõmodata, vt inquit Donatus. *Conditã pyxidẽ* vocat medicamentis refertam, quæ dictio a *condio*, non a *condo* deducitur, ideoq; pronunciandum est, media syllaba producta, & ita versus legendus. *Turgida nec prodest condita pyxide lyde*: vbi *condita* septimus est casus, & cũ *pyxide* copulatur. Ego nupertime versum istum ita scriptum legi in vetustissimo codice, & olim Angelus Politianus latine græceque doctissimus mihi retulit, se ita locum istũ in synceræ fidei libro scriptum animaduertisse. Quę de aranea dici solent, neq; traduntur ab auctoribus idoneis, neq; conueniunt, & nimis affectate ne dicam subabsurde *turgida lyde* pro *aranea* diceretur, cum neq; epitheton conueniat, & nomen sit remotissimum.

Illud quoq; prætereundũ non est, q̃ ab eodem dictũ est, & peręq; docte & pq; elegãter. *Occultum veteges vt curta Martis arenis*: signat. n. quasi trã seunter motẽ Areopagitarũ, q taciturni iudicia peragebant, id q̃ obseruauimus ex Macrobii lectione, cuius verba sunt hæc ex libro nouissimo Saturnaliũ: *Nam sicut apud Athenas Areopagita tacentes iudicant, ita inter epulas oportet superfluere*: Ad hoc alluqens Iuuenalis dixit: *Arcanum esse occulendum & tegendum*, sicuti cum silentio occuluntur & reguntur iudicia Areopagitarum.

Apud Papinium Statiũ hendecasyllabon est multiugæ eruditionis refertissimum, in quo illud in primis indiget interpretationis: *Nunquam turbine conditus ruenti prunorum globus atq; cotanorum*: quem locũ, vt pleraq; alia (q̃ arroganter minime dictũ velim) nos primi enodauimus. Voluit enim Poeta ingeniosus quodam verborum inuolucro, circumscribere vasculi illius formã, quo pruna & cotana inter saturnalitia xeniola missitabantur; nam *turbinis* recti figura (vt docente Plinio didicimus) *meta contraria est*, quę cum ab imo lata in acutũ cacumen fastigietur, econtrario *turbinis* effigies in imo est angustissima, in summo latissima, qualis est figura pyrorum, *cotana* autẽ quæ sunt genere ficorũ mittebantur in vasculis, quorum forma instar *metæ* est, q̃ indicat distichon illud Martialis: *Hæc tibi quæ tota venerunt condita meta.*

Si maiora forent cotana ficus erat.

Vbi *torta meta* significat receptaculum *cotanorum*, ad effigiem *metæ* figuratum: Neq; *menta* legendum est sicuti pleriq; omnes legere consueuerunt. Papinius ergo volens ostendere potuisse sibi g̃ munusculo saturnalitio ab amico mitti globum cotanorũ prunorumq; conditum in vasculo ad instar metæ figurato, non *metam* aperte nominauit, vt Martialis, sed *turbinẽ ruentem* pro *meta* intelligi voluit, quod sub obscure quidem, sed eleganter & venustenimis dictum est. Nam cum *turbo* rectus contrarius sit *metæ*, *turbo ruens* proculdubio erit *meta* simillimus. Scribit Plinius in secundo, quod in primis nostræ sententiæ adstipulatur: *figuram vmbræ terræ similem esse metæ ac turbini inuerso, quãdo mucrone tantum ingruat.* Et ita Martialis atque Papinius, vtpote syncroni alter aperte alter per

per circuitum verborum loquentes, idem tamen dicunt. Econtrario Columella significare volens figuram *turbinis recti* dixit in 10. *Saccus inuersa meta similis*, qualis est quo vinum liquatur. Quæ dicuntur a commentatoribus de *turbine ruunti* plane ruunt, & ab opinione Poetæ dilabuntur. Sicut in eadem Sylua illud non satis pensiculate editum est: *charta Thebaica ue, Caryceue*, autumant enim *Thebaicas* epitheton esse chartarum & pro Ægyptiacis exponunt. Ego opinor a Papinio trium rerum in eo versiculo fieri mentionem, videlicet *chartarum & caryearum* quæ duo nota sunt & *Thebaicarum* quod ignotius est. Sunt autem Thebaicæ generosiores palmæ. Plinius in quinto decimo: *Crusta Thebaica placent, succo una & caryca*. Idem in 23. *succum decoctarum antiqui prò hydromelite dabant ægris ad vires reparandas, sitim sedandam, in quem vsum præparabant Thebaicas*: Ab eodem alibi *Thebaides* nominantur, qui 13. de palmis scribens inquit: *in totam arentes Thebaides*, & alibi: *Thebaidu fructus in cados conditur*. Præterea structura ipsa textusque verborum in hendecasyllabo Papinii insinuare videtur, non esse *Thebaica* pro adiectiuo accipiendum, sed pro substantiuo. Huc adde quod inter munuscula saturnalitia palmæ in primis mittebantur, id quod epigrammatarii Poetæ versibus notum est, & Ouidii testimonio ita scribentis: *Quid vult palma sibi rugosaque caryca dixi*. Itaque cum in tota Papinii sylua pleraque omnia enumerentur, quæ in saturnalibus vltrocitroque mitti solita erant, neque vsque *dactyli* aut *caryotides* qui sunt palmarum fructus nominentur, proculdubio nomine *Thebaicarum* palmas significasse contenderim. Plura tamen ad hoc asserendum dicere supersedeo, cum euidens sit, & quid ab interpretib. dicatur, & quid a nobis, vtrum ergo videbitur cuique probabilius, eo vtatur. Illud vero haudquaquam oculis connuentibus est transeundum, quod in eadem sylua *cothleas* pro testudinibus interpretantur, vbi hominum alioquin eruditorũ desidero diligentiam, nõ animaduertentium *cochleas* eo in loco nequaquam posse accipi pro testudine, etiam si *cochlearum* nomine testudines significarentur: Nam cum Poeta amicum sordidæ auaritiæ criminari vellet, vtpote nulla munuscula remittentem, respondit nec ea quidem, quæ vilissima sunt, & nullo pretio censentur, sibi missitasse, qualia sunt oua, pilea, lardum, perna, lucanica, & id genus multa, inter quæ *cochleas* quoq; enumerat, q paruo cõstant, quæ a clientib. ad patronos mittebãtur, vnde ait Martialis saturnalitia munuscula recẽsens *cum bulbis cochleisq, caseoq;*. *Testudo* vero *testudinisq, putamina* erãt in magna æstimatione, & solis vsurpata diuitibus, q a luxuriosis in matiq̃ rebantur, q secabantur in laminas & his lectos & repositoria vestiebant, sicuti docet Plin. in 9. & in 16. cuius verba hæc sunt: *Placuit materiẽ in mari quari, testudo in hoc sectanoperq, portento-*

sis ingeniis. principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderet se, pluriſq; veniret imitata lignum, ſic lecti pretio quærūtur, ita lignum, emi teſtudinem facit. Hactenus Plinius, inde ſcriptum eſt a Iuriſconſulto Digeſtis de ſupellectile legata, nunc ex ebore & *teſtudine* ſupellectile vtuntur. Hæc eſt illa luxuries quam ſatyrice Iuuenalis Inceſſit his verſibus: *Qualis in Oceani fluctu teſtudo nataret Clarū Troiugenis factura & nobile fulcrum.* Idem alibi ſupellectilem nobilem ſignans, ait: *atque ebore & lata teſtudine*, & a Martiale dictum eſt, *teſtudinem exachnon*, vt opinor, a luxurioſo putamine, ex quo conficiebantur. Quicquid igitur in hoc loco referunt enarratores de teſtudine mecum facit, & aduerſus ipſos reclamitat, cum poeta illic vilia tantummodo munuſcula nominet, qualia ſibi conueniebant. *Teſtudines* autem inter pretioſa munera antiquitus enumerabantur. Dum vero ait: *Cynipheu rigata campis cochleas* a regione laudauit, intelligens Africanas quæ ſunt laudatiſſimæ, quarum cibus ſtomacho medetur. Poſſt Africanas laudantur Aſſypaleſcæ cochleæ, & Siculæ, & ex inſulis Campearū auctor Plinius in 30. naturalis hiſtoriæ. In eodem hendecaſyllabo error eſt non magnæ rei manifeſtus. Quem errorem eſſe, potent agnoſcere non aliquis eruditorum, ſed qui tantūmodo rationem metricam calluerit, ita enim legunt hunc verſum commentatores: *Quantū vel dare cereos arentes*, ex qua lectione phalæcius aperte claudicans efficitur in penultimo pede, quocirca emendādum ita eſt, ſicut etiam in bonis codicibus ſcriptum legimus: *Quantū vel dare cereos olentes*: quod epitheton *cereis* accommodatiſſimum eſt, & nulla efficitur phalæcii carminis præuaricatio.

Apud eundē tertio ſyluarū, ſylua eſt plena eruditionis & indigna interpretationis, in cuius enarratione interpretes eruditis auribus non ſatisfaciunt, & in eo potiſſimū loco, vbi de Nilotico incremēto loquēs inquit. *Cur vada deſidant & ripa coerceat vndas Cecropio ſtagnata luto.* Quem locum omiſſis aliorum interpretamentis, ita enarrabimus prout a Franciſco Puteolano præceptore noſtro viro eruditiſſimo didicimus, qui primus vt arbitror hunc nodum enodauit, qui Bononiæ literas literatas profeſſus eſt exploſis trivialibus nugatoriiſque grāmatiſtarum præſtigiis, quæ melius eſt nō didiciſſe. Igitur ꝙ & ingenio maximo & doctrina nō mediocri prēditus, & in rebus diiudicandis dubiis excellit, ita verſum Papini enarrare ſolebat, vt diceret id ſignificari a poeta, ꝙ ſcribit Plinius in 10. qui loquens de nidificantibus auibus, luculentiſſime refert: *quemadmodum hirundines in Ægypti Heracleotico oſtio molem continuatione nidorū euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt, ſtadii fere vnius ſpatio, quod humano opere perfici non poſſet. In eadē Ægypto iuxta oppidū Copton inſula eſt ſacra deæ Iſidi, quam ne lateret idem Nilus hirundines mununt opere incipientibus vernis diebus, palea & ſtramento noſtro firmantes.* Ex his Plinii verbis planū fit, vt dicere ſolebat

lebat præceptor meus, cur a Papinio dicatur, quod *ripa Nilotica undas coerceat, stagnata luto Cecropio*, hoc est, munita nidis hirundinum luteis, quæ propter fabulam notissimam *Cecropia & Attides* cognominantur. Illa itaque continuatio nidorum, qui ex luto contexti sunt in ripa, euagantem Nilum coercet, per vnius stadii longitudinem, id enim spatium occupant nidi hirundinini. Subsequitur in eodem Papinii versu: *Cur inuida Memphis*. Causa quæri solet inuidiæ Memphiticæ? Commentatores nescio quid de Api memorant minime consentaneum. Inuida nuncupari videtur, propterea quod sacerdotes Memphitici, qui philosophiæ & Astronomiæ dediti erant in rerum scientia cœlestium cerimoniisque mysticis præcellebant, fuerunt incommunicabiles, nec dogmata disciplinasque aliis communstrabant, imo plurima occultabant, Auctor Strabo libro vltimo Geographiæ. Præterea libri sacerdotũ Ægyptiacorum literis ignobilibus erant prænotati, vt a curiositate profanorum muniti essent, sicuti docet Apuleius libro vltimo de asino aureo, qui & ipse initiatus cerimoniis Isiacis, annunciare non vult sacrorum arcana ad intelligentias profanorum. Ob hoc dicta est, vt opinor a Papinio *inuida Memphis*, quoniam scilicet Ægyptiaci sacerdotes, tanquam inuidentia & liuore agitati, nolint communicare cum externis suas cerimonias disciplinasq; sacrorũ, quamuis alioquin exorati nonnullos Græcorum viros in philosophia præstantes docuisse ferantur, sicuti Pythagoram, Eudoxum, atque Platonem.

In epigrãmatis Catullianis, carmen est in Cæsarẽ, quo vetus proverbium exprimitur, si probe legatur q̃ pleriq; viri alioquin eruditi sic legunt: *Nec si orem vtrum sis saluus an alter homo*: Nos vero ita legendũ esse affirmamus, vt in probatissimis codicib. legimus: *Albus, an ater homo*: Per quæ verba proverbialiter significat Catullus, se nihil facere, vtrũ Cæsar bonus sit, an malus, nã *albus* bonus & liberalis, *ater* malus & sordidus significatur, sicuti interpretatur Porphyrio apud Horatium, qui & ipse in secundo epist. vsus est hac prouerbiali elocutione illo versu. *Mortalis in vnum quodq; caput vultu mutabilis albus & ater*. Et hæc est illa Catulliana mordacitas q̃ signauit subobscure Quintilianus in 11. cuius verba subieci: *Negat se magni facere aliquis poetarum vtrum Cæsar sit ater, an albus homo, insania verte, vt id Cæsar de illo dixerit, arrogãtia est*. Ex his Quintiliani verbis colligimus hoc dictũ fuisse a poeta Catullo in Cæsarẽ, isto versiculo, & ita legendũ: *albus, an ater homo*, q̃ prouerbiale dictum apud eruditos frequens est, sicut apud Apuleium, qui ita scribit in Apologia. *etiam libenter te nuper vsq; albus an ater esses ignorani, adhuc hercle non satis noui*. Et apud diuum Hieronymum, qui non minus diligenter Ethnicorum libros lectitauit, quam ecclesiasticis dogmatibus incubuit, scriptum legimus in libro contra Heluidium Quare balbutis & erubescis, albus, vt aiunt, aterne sis? nescio.

Quare balbutis & erubescis? albus vt aiunt, ater ne sis nescio.

In eiusdem poetæ hendecasyllabo, hi duo versiculi lectitantur:

Non est sana puella, nec rogare, Qualis sit solet hæc imaginosum.

Quibus venuste & festiuiter poeta significat, puellam vtpote sanę mentis minime compotem, nusquam speculum contemplari, vt ex eius inspectione cognoscat, qualis ipsa sit. *Specula* enim ob hoc inuenta sunt, sicuti scribit Seneca libro primo quæstionum: *vt homo ipse se nosceret, deformis in speculo, vt sciret reddendum esse virtutibus, quicquid corpori deesset. Speculum* nouo quidem sed eleganti vocabulo, *imaginosum* Catullus appellat ab imaginibus scilicet, quæ in speculo numerose visuntur. Vnde q *speculo* vno, imagines vnius rei plures appareant, inde imaginare dicitur *speculum*, quo verbo in hoc significatu vsus est Gellius, sic scribēs in decimoquinto Noctium Atticarum: *Speculum in certo loco positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines.* Illa igitur dicitur rogare *speculum*, quæ illud consulit, illud interrogat subinde spectaculo, qualis sit, & verum formosa an deformis appareat. Verba autem Catulli sic ordinantur, *non est sana puella, nec solet hæc rogare imaginosum*, hoc est, consulere *speculum*, qualis sit verum formositate conspicua, an deformitate monstrabilis. Apud eundem etiorem leuiculæ rei, quem cognoscere possit quis, qui modo regulas metricas percalluerit: namq; in hendecasyllabo claudicat ille versus claudicatione secūdi pedis, manifestaria: *Cinna est grauis, is sibi parauit.* Igitur legendum: Cinna est Caius is sibi parauit. Et intelligendum *de Cinna*, cuius præco erat Caius: Et ita sodalis Catulli significatur, qui dicebatur Caius Cinna. Quod autem *Caius* dictio trisyllaba sit, & faciat dactylum, etiam pueri sciunt, & docet illud Martialis carmen: *Non minus quam ter Caius esse tuus.*

Apud Tibullum, quæri solet super eo versu:

Etiam Phœbo gratissima dona,
Cres tulit.

Quisnam intelligēdus ille *Cres sit*, qui Phœbo gratissima dona dicauerit, nos vnico Ausonii versiculo diligentissime pensitato indubitanter de *Dædalo* dictū esse affirmamus, qui vt carminibus poetarū notum est, & potissimū Virgilii, remissum alarū Phœbo Cumano consecrauit. Sed non pauci reclamant asserentes, Dædalum Atheniensem fuisse non Cretensem. Nos vero nō inficiamur, eum Atticum fuisse, id q historici & Diodorus in. v. testantur. Sed *Cretem* dicimus a Tibullo nominari, quia *Creta* vixit, *Creta* floruit, *Creta* architecturam in primis exercuit, labyrintho illo memoratissimo exædificato, vnde & *Cres* dictus est ab Ausonio, Cuius auctoritate fulti hunc locū Tibulli ad Dædalū referri debere asseueramus. Versus Ausonii hic est in monasyllabis:

Prepetibus pennis super aera vectus homo Cres.

Apud Lucanum in tertio Pharsaliæ, versus est, quem nos primi sicut multa alia enodauimus: quod tamen sine arrogantia

dictum sit. Lucani versum subiecimus, vt facilius nostra interpretatio, qualis sit percipiatur:

Pontus & Herculeis aufertur gloria metis. Qui hactenus Lucanum professi sunt sic exposuerunt, vt dicerent, ita ab Alexandro Magno positas fuisse in Ponto Euxino aras, pro metis terminisque expeditionum, sicuti ab Hercule in mari Gaditano columnæ positæ fuisse feruntur, nec quisquã est, qui non existimet hoc a Lucano significari, & hanc sententiam optime quadrare. Sed profecto longe aliud est, quam quod opinantur. Voluit enim, Lucanus illorum scriptorũ opinionem significare, qui maria omnia interiora nasci existimauerunt non a freto Gaditano, sicuti plerique omnes affirmant, sed a Ponto Euxino. Cuius opinionis haud improbabile argumentũ est, quoniam æstus semper e Ponto profluens, nũquam reciprocatur ad eundem, sicuti Solinus & Plinius tradiderunt. Sensus itaq; Lucani hic erit: Põtum Euxinum auferre illam gloriam metis Herculeis, quæ scil. est vulgatissima: Herculẽ Abylam, quæ in Africa est, & Calpen, quæ in Hispania, iũctos olim colles diremisse, atque ita maria mediterranea admissa fuisse. Ideo autem *Pontus Euxinus* auferre dicitur hanc gloriam Herculi, quia maria omnia interiora illo capite nascuntur, non a Gaditano freto, & ita hæc gloria admissi intra terras Oceani, erit Ponto Euxinio, non Herculi ascribẽda, quod expressius significare volens Lucanus subiunxit: *Oceanumq; negat solus emittere Gades*: Hanc vnicam esse veramque Poetæ sententiam, diligens & subtilis lector agnoscet, si modo non sit aure neq; hispida neq; agresti

Idem ait in primo, *mensasq; priores asperuata fames*, quem locum grammaticaliter exponentes *mensas* pro *cibariis* interpretantur. Nos vero dicimus a Poeta luxum Romanorum acerbe castigari, qui fastiditis frugalitatis priscæ moribus, mensas pretiosas, vsque ab extrema Mauritania petebant, quæ *Citre* a scriptoribus cognominantur, quarum existimationem auro æquiparat, vel potius anteponit Epigrammaticus Poeta, qui de *mensa Citrea* loquens ait:

Accipe felices Atlantica munera siluas,
Aurea qui dederit dona minora dabit.

Hæ sunt illæ mensæ, quas fœminæ viris contra margaritas referebant. Et olim Cethegus *mensam Citream* libris quatuordecim permutauit Lucii fundi taxatione, siquis prædia tanti mercari maluit: Vnde a Plinio *harum mensarum insania* festiuo Epitheto dicta est, qui in 13. multa de *mensis Citreis* luculentissime præscribit. De his intellexit Strabo, sic scribens libro vltimo Geographiæ: *Mauritania arbores & multas & magnas habet, & omnia fere, & mensas ex vno integroq; ligno ac varias Romanis suppeditat, pedes mẽsarum citrearum eburneos facere eadem luxuria demonstrauit.* Vnde ait Plinius in 12. *Iure luxuria eodem numinum ora spectabantur, &*

mẽſarum pedes: Et idem ſæpe Martialis oſtendit. Et a Iuuenale eleganter dictum eſt de menſis Citreis, eburnicos pedes habentibus: *Latos niſi ſuſtinet orbes, grande ebur*. De menſis Citreis intellexit idẽ Lucanus in nono cum ait: *Extremo menſas epulaſq; petiuimus orbe*. Et idem alibi *Citreas menſas* appellat periphraſticos *orbes ſectos Atlantide ſylua*. Erant & *menſæ* antiquitus inter laudatas e *bruſco* nigreſcente. Argentearum quoque menſarum vſum apud Romanos bonis fortunæ luxuriantes frequens fuit. Quales autem eſſent menſæ illæ priores, *quas fames delicatorum* (vt inquit Lucanus) *aſpernabatur*, docet Iuuenalis his verſibus:

Illa dominatas noſtraq; ex arbore menſas
Tempora viderunt, hoſ l gnum ſtabat in vſus.
Annoſam ſi forte nucem eiecerit Eurus.

Quæſtio eſt inter eruditos quamnam hiſtoriam ſignauerit idem Lucanus his verſibus:

O fortunati fugiens, quos barbarus hoſtis,
Fontibus immixto ſtatuit per rura veneno.

Multi multa commenti ſunt, ſed nullo idoneo auctore conſiſtentia. Nos exiſtimamus hos verſus ad Iubam, & Curionis milites eſſe referendos. Scribit enim Appianus lib. 2. bellorum ciuilium, cum Curio, qui Cæſarem in bello ciuili ſecutus eſt, ex Sicilia in Africam nauigaſſet, Africanos quibus Iuba imperitabat veneno aquas infeciſſe, quas cum biberent milites Curionis, repente ægrotare cœperunt, & quædam quaſi nebula illorum viſum obducebat, ſomno caput inuadente, mox vomitus, deinde ſpaſmus totum corpus affligebat, ex quo debilitatus eſt non modice, atque vexatus omnis pene Curionis exercitus. Lucanus ergo huiuſce hiſtoriæ conſcius *barbarum hoſtem* appellat Iubam & illos Aphros, qui fugientes aduentantem Curionem veneno fontes letiferas atque aquas exitiales crediderunt. Non abſurde etiam referri hoc poſſet ad Iugurtham regem Numidarum, qui cum venturum Metellum Romanum imperatorem, hoſteſque Romanos audiuerat, pabulum & aquarum fontes corrumpebat, ſicuti docet Salluſtius in Iugurta. In illo quoque Lucani Poetæ verſu: *Treſq; petunt veram credi Salamina carinæ* exiſtimo ſubeſſe ſenſum occultiorem eruditioremq;, quam a grammaticis enarretur, qui talis eſt, Olim inter Athenienſes & Megarenſes de proprietate Salaminis inſulæ, vſque ad interitum armis dimicatum eſt, tandem poſt multas vltro citroque illatas clades & acceptas, Lacedæmonii iudices diſceptatores electi fuerunt, qui rem controuerſioſam, hoc eſt, Salamina adiudicarent Athenienſibus, quo quidem in iudicio Megarios ab Athenienſibus victos fuiſſe Homeri verſu traditum eſt, qui ſignificat Aiacem Salaminum naues ſuas Athenienſibus iunxiſſe, quem verſum Solon ex induſtria tanquam ſubditicium inſeruiſſe fertur Homerico poemati, vt ipſius Poetæ teſtimonio comprobaret, inſulam

sulam Salamina Athenienſium a primordio fuiſſe: Verſus Homeri ſunt: *Bis ſenis Salamine Aiax cum nauibus ibat Cecropidum quo caſtra loco poſuere, phalanges.* Hæc a Plutarcho, Strabone, & Diogene Laertio traduntur. Meminit huius quoque exempli Quintilianus in v. docens auctoritatem Poetarum non eſſe repudiandam. Igitur Lucanus volens hiſtoriam hanc magis ſignare quam ſcribere, dixit, tres naues Salaminiorum remanſiſſe in Pyræo portu Athenienſium, quæ docent, Salamina credendam eſſe veram & nō ambiguam, hoc eſt, eſſe & antiquitus fuiſſe ſub dictione imperioque Athenienſium, non autem Megariorum. Qui non cutem Poetæ ſed ſanguinem quoque ipſum ac medullam (ſicuti dici ſolet) introſpicere voluerit, is profecto cognoſcet hanc noſtram interpretationem poeticæ ad amuſſim conuenire ſententiæ.

Apud eundem in quinto Pharſaliæ ſcriptum eſt:

Nec cœlo ſeruare licet tonat augure ſurdo, Quo verſu plane ſignat Poeta omnem augurum diſciplinam omnemque ritum priſcorum in creandis magiſtratibus fuiſſe ſublatum, poſteaquam ad vnum Cæſarem cuncta delata fuerint, qui dictator, qui conſul creatus eſt, præuaricato omni iure auſpiciorum. In commentariis enim augurum ſcriptum erat: *Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas.* Hoc vt Cicero autumat, reipub. cauſſa conſtitutum eſt, comitiorum enim non habendorum cauſſas eſſe voluerunt. Itaque ſalmen vitium ſolum eſt comitiorum: quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habebatur, ſi ſiniſtrum fuiſſet. Quando igitur comitia Romæ habebantur, cauſſa magiſtratuum creandorum, ſolebant augures de cœlo ſeruare, hoc eſt, diligenter inſpicere, ſi aut fulmen vidiſſent aut tonitrua audiuiſſent: qua re per augures nunciata, illi magiſtratus vitio creati eſſe dicebantur, & ita ſe abdicare cogebantur, namque vitium teſte Donato ſecundum augures eſt, ſi tonet tantum: vitium & calamitas ſi tonet, & grandinet ſimul & fulminet. Inde vitioſi magiſtratus vitio creati dicuntur apud Hiſtoricos. Et hoc eſt quod ait Liuius *expugnatum eſſe, vt vitioſus dictator per augures fieret.* Et alibi inquit, *Marcello conſulatum ineunte cum tonuiſſet, vocati augures vitio creatum videri pronunciauerunt.* Mendum eſt manifeſtarium in codicibus Liuianis impreſſis, vnius literæ immutatione, nam pro *tonuiſſet* impreſſum eſt paſſim *tenuiſſet.* Cicero in Antonianis *vitioſum conſulem* appellat, hoc eſt, vitio creatum, ex augurū diſciplina, qui nuntiationem habebant, qua comitia auſpiciis vel impedire vel vitiare poſſent. Et proprie hæc *obnuntiatio* dicebatur. Et *obnuntiare* dicuntur augures, qui aliquid mali ominis ſæuumque viderint: *Obnuntiatio* enim quaſi mali ominis nuntiatio eſt, id quod etymologia verbi ſignificat. Inde apud ſcriptores idoneos identidem reperies mentionem fieri *obnuntiationis*, & hoc eſt, quod ſæpiſſime legimus apud Ciceronem: *Clodium tuliſſe legem, ne quis de cœlo ſeruā-*

ret, ne quis obnuntiaret, propter quam rogationem *obnuntiatio* (vt inquit Asconius) *qua perniciosis legibus resistebatur, erat ablata*. Et de hac *obnuntiatione* apud Tranquillum docuimus esse intelligendum in eo loco, lege Agraria promulgata, *obnuntiantem collegam armis foro expulit*. Senius Lucani hic est, non licet Cæsare dominante & consulatum per vim occupante, comitiaque consularia ex animi libidine habente, seruare de cœlo, nec *obnuntiare* per augurem, si vitium & calamitas interueniisset, hoc est, *si fulminasset aut tonuisset*, imo augures surdos se esse simulant, si tonitrua in comitiis audiuerint, nec Cæsari *obnuntiare* audent. Ex quo docet, nullis auspiciis Cæsarem creasse se consulem, calcata polluta que omni augurū disciplina. Illud ad *despectionem* in auguralibus poni antiquitus pro *inspectione*. Quia ius sacrorum auctore Festo, augures habuerunt *inspectione*, vt videlicet auspicio rerum, quas vidissent rem gerent Olim augurib. *spectio* data fuit sine *nuntiatione*, qui mox nuntiationem habuerunt de qua dudum dictū est.

Legimus in codice Festi Pompeii vetusto: ex quo epitoma, quod passim legitur, circumscriptum fuit: *Manium consecrasse Dianæ Aricinæ lucum Aricinum*, quem Tranquillus appellat *nemorensem* in Iulio Cæsare. A quo *Manio* multi & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt. Vnde prouerbium inuulgatum est, *multi Manii Aricia*. Ad hoc prouerbium alludens clanculum Persius in nouissima satyra dixit: *Accedo Bouillas, Clitumq; ad Virbi, præsto est mihi Manius hæres*. Nam cum de *clino Aricino* loqueretur, *Manium* potius, quam *alium* non temere dixit, sibi heredem præsto futurum. Sed memor prouerbii, quod est: *Multi Manii Aricia*, vt iam docuimus, eleganter & erudite *Manium* nominauit tanquam nomen apud Aricinos vulgatissimum, qui locus a grege triuialium doctorū incuriose ac negligenter magis contaminari solet, quam explicari Illud addamus, quod antiquitus is *Manius* appellabatur, qui auctore Varrone *mane natus* diceretur, sicuti qui *luce*, *Lucius*.

Quæri solet inter eruditos quid significet illud apud Plin. lib. 1. epist. *Omnino Marci nostri lecythus fugimus*. Ego existimo illis verbis significari nitores & floscules amœnasq; egressiones. Quibus Cicin orationibus sæpe vsus est, cum laude. *Namq; lecythus* Græce vas olearium nuncupatur, quam dictionem Latini quoq; scriptores vsurpant. Vnde Hieronymus Testamenti veteris luculentus interpres hoc verbo vsus est in lib. Regum 3. cuius hoc est interpretamentum: *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vsq; in diem, in quam dominus daturus est pluuiam super faciem terræ*. Idem alibi ait: *Paulum olei est in lecytho*. D. Cyprianus, qui inter scriptores Ecclesiasticos latinissimus est, pro *lecytho* capsacen, est interpretatus. Ita enim scribit lib. Epistol. 2. *Fidelia farris non deficiet, & capsaces nō minuetur*. Itidem Hieron. in Epist. ad Eustachiū *Capsacen pro lecytho appellatur*. Cur autem per *lecythus* apud Plinium intel-

Intelligi existimem *flosculos & nitores* Tullianæ facundiæ Ratio hæc est: Romani veteres balnea petētes oleo vngebantur, cuius liquor foris gratissimus est humanis corporib. sicut intus vini, ideoque Græci vitiorū omnis genitores (vt vtar verbis Plinianis) olei vsum ad luxuriam verterunt in Gymnasiis publicando. *Ampullam vnctariam* appellat Apuleius in 2. floridorum, quam Græce dicimus *lecython* vocitari, eamq; numerat inter balnei vtensilia. Cum ergo in balneis oleo vngerentur, & *lecythus*, hoc est, *ampullas olearias* vsurparent, ad corpus emaculandū nitidumq; efficiendū, elegantes & perquam scite Plinius appellat *Lecythus* illos nitores & amœnitates, quibus oratio nitida & ornata fieri soler, quemadmodū corpus in balneis oleo ex Capsace infuso perunctum fit nitidius atque splendidius, videturq; Plinius imitatus esse ipsum Marcum Ciceronem. apud quem vno tamen in loco hoc elocutionis genus obseruaui, Sic enim scriptum reliquit in libro sexto Epist. ad Atticum: *Quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego variis meis Orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, nostis illas lecythos valde grauiter pertexuit.* Vbi haud dubie Cicero per *lecythos* intellexit pigmēta exornationesq; oratorias, sicut alibi se *Myrotheciū* isocratis totum consumsisse in commētatio consulatus sui scribendo significat. Nam per *Myrotheciū*, quod significat vnguentorum repositoriū, intelligi vult metaphoricōs *pigmenta oratoria, & id genus ornamenta dicendi.* Plinius ergo librum se scripsisse dicit, qui prope totus in contentione dicendi versabatur, *non tamen*, inquit, *ex omni parte fugi lecythos Marci Tullii Ciceronis*, hoc est, illas exornationes nitoresque & amœna diuerticula inserui, quibus Marcus Tullius orationes suas quibusdam quasi pigmentis condecorat atq; venustat.

Idem Plinius in epistola ad Caluisium sic scriptum reliquit: *Habes climatericum tempus, sed euades.* Quæ verba sunt legibus similima, quarum scriptum (vt inquit Seneca) angustum est, interpretatio diffusa. Etenim quid significet *climatericum tempus*, interpretatione latissima est explicandum. Chaldei appellant *climateras* pericula vitæ fortunarumque hominum, vt memorat Gellius in 3. quæ fieri grauissima dicuntur in septenariis, Et vt eruditissime tradit Censorinus in libro de die natali, adparet per omnē vitam septimum quemq; annum periculosum & veluti *crisimon esse* hoc est, iudicialem & *climatericon* vocari. Sed genethliaci ex his alios aliis difficiliores esse dixerunt, & nonnulli eos potissimum, quos ternæ hebdomades conficiunt putant obseruandos, hoc est, vnum & vigesimum, & quadragesimum secundum, & sexagesimum tertium. Postremum octogesimum quartum, in quo stas finis terminum vitæ fixit. Alii autem non pauci vnum omnium difficilimum *climaterā* prodidere anno, scil. vno de quinquagesimo, quem cōplent anni septies septeni, & quadrati numeri qualis hic est, potentissimi dicuntur. Quidam *climaterā* periculosum esse

dicunt annum sexagesimum tertium, qui ex septenatio ac nouenario permixtus est. Namque eum hebdomades nouem & enneades septem conficiunt. Et Gellius auctor est lib. 14. obseruatum esse sexagesimum tertium vitæ nostræ annum, cum periculo & clade aliqua euenire senioribus fere omnibus. id quod diuus Augustus in epistola ad Caium nepotem optime expressit, his verbis: *Nam tu vides climatera communem seniorum omnium tertium & sexagesimum annum euasimus.* Si *climatericon* Latino vocabulo enuntiare velimus, commodissime interpretabimur *scalarium, climax*, enim Græce *scala*, *siue gradatio* nominatur, & Quintilianus figuram, quæ dicitur *climax* Græce *gradationem* appellat. Plinius quoque *Climateras* elegantissime nuncupauit legem *scansilem* libr. vii. naturalis historiæ. Cuius hæc verba sunt: *scansili annorum lege occidua quam climateras appellant.* Ex his omnibus (vt arbitror) abunde declaratum est, quid significet illud Plinianum, *habes climatericum tempus.* Hoc est, periculosissimum & maxime pernitiosum, siue annus ille fuerit sexagesimus tertius, siue quadragesimus nonus, siue quadragesimus secundus, siue qui cunque alius *climatericus*, qui ex septenariis (vt dixit) maxime conficitur.

Idem in lib. v. scribens ad Flaccum ait, *Recipies epistolas steriles, simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantis.* Ne diu & maxime quæras, quæ fuerit Diomedis illa solertia in muneris permutatione, scito exemplum hoc sumtum esse ex Poemate Homerico. Namque in vi. Iliados scribit Homerus Glaucum ac Diomedem in medium processisse, vt singulari certamine confligerent, Glaucum deinde post enarratos suos natales inuitatum a Diomede, vt ex hostibus hospites fierent, & hospitii necessitudine inuicem copularentur, *quod vt ceteri*, inquit, *intelligant, armaturam permutemus*, & ita inter se arma permutarunt, Glaucus aurea quæ centum boum pretio taxabantur Diomedi dedit, a quo accepit ærea, quæ nouem boum tantum æstimabantur, vnde ex hac tam impari armorum permutatione Glaucus stupidus & demens iudicatus, Diomedes vero solers & astutus, cum ille iacturam fecerit, hic lucrum. Hoc exemplum, quotiescunque de muneris, aut alterius rei comparatione dissimili fit disputatio, commodissime vsurpant Latini scriptores, adeo vt iurisconsulti in proœmio digestorum, concinniter & eleganter hoc vsi sint sic scribentes: *Nostris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homerum patrem omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes.* In cuius loci interpretatione meras nugas blactit Accursius. Plinius quoque in xxxiii. cum de commercijs loqueretur, meminit huiusce permutationis armorum Glauci cum Diomedis armis, Aulus Gellius in 2. cum de Menandri atque Cecilii dispari comparatione caput conscriberet, dixit. *Diomedes hercle arma & Glauci non dispari magni*

pre-

pretio æstimata sunt: Aristoteles in quinto Ethicorum. *Qui sua* (inquit) *donat vt Homerus de Glauco scripsit, dedisse eum aurea pro ferreis, centeni pretii pro nouenis, huic iniuria non fit, nam in ipso id donare.* De hoc intellexit Martial. illis versibus:

Tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce fuisti,
Chalcea donanti chrysea qui dederas.

Cæsus Plinii est Flaccũs: a quo acceperat optimos turdos, recepturũ epistolas suas penitus steriles, & sine vlla remuneratione, ex quo nec quidem imitaturum se dicit solertiam Diomedis, quod pro armis pretiosis dedit vilia, nam cum ille aliquid saltem pro remuneratione tradiderit, se nihil penitus remissurum esse festiuiter iocatur.

Liuius libro ab origine vrbis primo ita scriptum reliquit: *Ad Murtia data sedes.* Quibus verbis nõ solum subobscurus, sed etiam solœcismus videri potest apud grammaticastas, ideirco explicanda sunt luculentissimi scriptoris verba, quibus *Murtia nomine Deæ Veneris* significatur, quam prisci *Myrteam* nuncuparunt, *a myrto* arbuscula, quę Veneri dicata est, vt auctor est Plinius in xv. *Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant:* De qua dea cum loqueretur Plutarchus in Problematis ita scripsit. *Quam nunc Venerem, Murtiam vocant antiquitus, vt videtur, Myrteam nominare consueuerunt.* Vnum genus Myrti *coniugulum* appellat Cato, a *coniugio* videlicet, vt interpretatur Plinius, quia coniunctioni, & arbori præest Venus, *Murtia* deæ sacellum erat sub monte Auentino, qui antea *Murcus* vocabatur, vt dicit Festus. Huius sacelli meminit Varro, a quo Venus *Myrtea* nuncupatur. Ad hoc alludens Apuleius dixit eleganter in sexto de Asino aureo. *Conueniat retro ad matas Murtias Mercurium prædicatorem.* Declaranda sunt igitur verba Liuij hoc pacto, vt exponamus datas esse sedes, Latinis in ciuitatem acceptis, ab Anco rege habitandas iuxta eædem siue sacellum *Deæ Murtiæ*, vt iungeretur palatio Auentinus. Et hic honestissimus loquendi modus est apud antiquos vt absolute dicatur, *ad Dianæ, ad Vestæ, ad Apollinis:* vt extrinsecus subintelligamus, templum. Ita Horatius libro primo sermonum: *Ventum erat ad Vestæ:* id est, templum vel ædem. Terentius in Adelphis: *vbi ad Dianæ veneris, ito ad dextram,* id est, ad Dianæ tẽplũ. Et hunc antiquitus fuisse loquendi morem, optime declarant Porphyrio, & Donatus. Quo etiam decenter vsus est Cicero in epistolis ad Atticum his verbis: *Senatus ad Apollinis datus est.* Est præterea altera dea nomine *Murcea*, quam ita prisci nominarũt, vt ait Pomponius quod præter modum faceret hominem murcidum, id est, nimis desidiosum. Cui contraria erat Dea *Strenua*, cui sacra faciebant, vt homines faceret strenuos, cuius rei meminit Augustinus libro quarto de ciuitate Dei.

Apud eundem libro octauo, in omnibus codicibus hæc verba

leguntur: *Telo super quod stans consul precatus est hostem potiri fas non potest, si potiatur Marti suo lue, & aribus piaculum fieri.* Mendosa est nouissima clausula, & verbis semihiulcis male coagmẽtata, adeo vt nullus verus sensus percipi queat. Nos vero ita emendauimus, *si potiatur Marti Solitaurilibus piaculum fieri.* Sunt autem *Solitaurilia* sacrificia, quæ (vt docet Asconius Pedianus) censores vrbem complero quinquennio lustrantes, *de sue, oue, tauro,* faciebãt, a quibus tribus particulis nomen ipsum compositum esse existimant Quintilianus in primo, ita tamẽ vt non tam ex tribus quam ex particulis trium Solitaurilia coagmententur. Et hoc est illud sacrificii genus, quod circumscripsit Liuius his verbis. *Ibi instructum exercitum omnem Seruius sue, oue, taurisque lustrauit, idque cõditum lustrum appellatum. Solitaurilia* ad agrum lustrandum circum agi docet M. Cato in libro de re rustica. Sensus itaq; Liuii hic erit: Cõsulem Romanum Marti *Solitaurilibus* hoc est *sue, oue, tauro* immolatis, sacrificaturum pro piaculo, sin hostis telo potitus fuerit quo cum potiri nefas est. Quod autem Marti Solitaurilibus sacra facerent, docet M. Cato, qui sic ait: *Mars pater eiusdem rei ergo macte hisce Solitaurilibus lactentibus esto.* Idem alibi, ita verba mystici sacri concipienda esse præscribit: *Mars pater si quid tibi illisce Solitaurilibus lactentibus neq; satis factum est his Solitaurilibus piaculo.* De *Solitaurilibus* item ait Festus *Solitaurilia* hostiarum trium diuersi generis immolationem signant, tauri, arietis, verris, ꝙ omnes integri solidiq; corporis sunt, *solum* enim lingua Oscorum significat *totũ & solidũ.* Vnde apud Liuiũ *tela soliferrea* vocantur *tota ferrea.*

Apud eundẽ scriptũ est lib. 4. ab vrbe condita: *Posthumiam virginem vestalem, ampliatam, deinde absolutam pro collegii pontificũ fuisse sententia:* Vbi ampliatam intelligimus dictum esse ex consuetudine Romanorũ iudiciorum, quæ hoc modo peragebantur. Nãq; aut statim sentẽtia dicebatur a iudicibus, si absoluendus esset reus, aut amplius pronuntiabatur, si videretur esse dãnandus, & tũc iudices dicebãt, *non liquet,* hoc est, obscura caussa est. Et vt eleganter docet Asconius Pedianus ampliandi signũ erat. *N. L.* quod significabat *non liquere:* Vnde *ampliatio* nascebatur, quæ appellata ab eo videtur, quasi amplius dicendi pronuntiatio, quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendam caussam redibat. De hac *ampliatione,* intelligendum est apud Pliniũ ita scribentẽ in libro, cuius titulus est de viris illustribus: *Manlius reus factus, & ex conspectum Capitolii ampliatus:* sensus Liuii est, virginem vestalem, cum de incestu accusaretur, fuisse *ampliatam,* hoc est, per ampliationem in secundã actionẽ, interposita dilatione protractã vt scilicet bis caussam dicere posset, ex ritu Romanorũ iudiciorum. De hac *ampliatione* intelligit Cicero in tertia in Verrem his verbis: *Et si lex ampliandi faciat potestatem,* tamen isti sibi turpe existimẽt nõ primo iudicare. Idẽ in oratione pro Cinna, inquit, *cum ampliandi*

potesta

poteſtas eſſet, dixiſſe ſibi liquere. Idem ſcribit libro vigeſimo ſexto: *Inter maiorum rerum curas comitia magni Curionis vetus excitauerũt certamen, vbi maximus Curio ſignificat ſacerdotem, cuius ſacerdotii petitionem antiquitus nemo niſi ex prioribus habebat.* Sunt autẽ *Curiones* dicti a *Curiis*, in quibus ſacerdotes ita res diuinas curant, ſicuti ſenatus res humanas in Curia hoſtilia curare ſolebat, vt ſcribit Varro. Inde ſacra quæ in Curiis fiebant *Curionia* priſci nuncupauerunt, & *Curionum es* dicebatur, quod dabatur Curioni ob ſacerdotiũ *Curionatus*. Dionyſius Halicarnaſſeus hos *Curiones* ſignare videtur, dũ ſcribit in ij. *Duces Curiarum factos eſſe ſacrificulos a Romulo imitato Græcorum cõſuetudinem*, apud quos inſtituta fuerunt *Prytanea*, in quibus ſacra fiebant ab his, qui maxima prædiți eſſent maieſtate, qui græce *Prytanes* nuncupantur, quẽ magiſtratũ ſignificat Seneca ſic ſcribens in Epiſtolis ad Luciliũ, *Non vis niſi Cerix, aut Prytanis, aut Suffes adminiſtrare Rempublicam.* Princeps Romanorum Curionum *maximus* cognominabatur, quẽadmodum in collegio *Pontificum*, is *maximus* dicitur, qui præeſt. De *Curione maximo* locutus eſt Ouidius, qui ſic ait in ſecundo Faſtorum:

Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit.

Itaque de hoc ſacerdotio *Curionis maximi*, qui per ſuffragia creabatur, cum loqueretur Titus Liuius, dicit comitia *Curionis maximi* creandi cauſſa concitauiſſe vetus certamen, videlicet competitorum. In alia ſignificatione *Curiones* pro *præconibus* accipiuntur apud opinatiſſimos ſcriptores, apud quos identidem reperies *Curionem* pro *miniſtro atq; præcone* vſurpari. In hoc ſignificatu accipe apud Plinii ita ſcribentẽ libro ſeptimo: *Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies accenſo Conſulum id pronuntiante cũ Curio inter roſtra & Argeorum theſin proſpexiſſet, talem ſolem a columna anea ad ad carcerẽ inclinato ſidere ſupremã pronũciauit.* Iulius quoq, Capitolinus in Galienis inquit. *Ille per Curionẽ dici iuſſit, impoſturã fecit, & & paſſus eſt.* Idẽ alibi *per Curionẽ*, inquit, *dici iuſſit tam ũ totiẽs non ferire difficile eſt.* Apud Apuleiũ ſcriptũ eſt in primo de Aſino auteo *non quidẽ Curio ſum ſed qui velim ſcire vel cuncta, vel certe plurima:* vbi *Curio* accipitur in hoc ſignificatu Quamuis incurioſi parũ curioſe verba Apuleii pẽſitantes, iunctim legãt *Curioſum*, vt ita duas dictiones in vnã in docte cõpingant. In hoc ſenſu *Curio* accipitur a Martiale ita ſcribente: *Epigrammata Curione nõ egent.* Et interpres Euſebii in 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ita interpretatus eſt: *Miſſo igitur Curione ad populum iubet voce maxima proteſtari Polycarpum tertio confeſſum Chriſtianum ſe eſſe.* Plautus vero in Aulularia feſtiuiſſime agnũ, *Curionem* appellat *macilentum*, tanquã ob curã ſit emaciatus. Vnde a contrario Apuleius in floridis, *agnum opimum, & pinguem* dicere volens, appellauit perquam diligenter *incurioſum.*

Apud eundem *lautitia* pro *lautia* in omnibus codicibus impreſ-

sum est, ita enim libro vigesimo octauo scriptum est, *Locus inde lautitiæque legatis præberi iussa*, nos correximus *Lautia*, secuti auctoritatem sententiamque Plutarchi, qui tradit in problematis, quod Romani Quæstores legatis exterarum nationum munera mittebant, quæ *Lautia* dicebantur. Iidem ægrotos curabant, qui si morbo Romæ interiissent, impensa publica funerabant. Præterea (vt auctor est Festus) *Lautia* epularum magnificentia nuncupatur, quod nomen a *lauatione* dictum autumant, quia apud antiquos elegantiæ, quæ nũc sunt, non erant, & raro aliquis lauabat. Ob hæc *Lautia* apud Liuium legere malim: quam *lauticia*, quamuis non nesciam quid *Lautus*, & *lautitia* passim significet, & quod farina ex tritico a qua consperso antiquitus *lautitia* appellabatur, sed nil ista conueniunt cum Liuii sententia, qui *Lautia* accepit in consignificatu, quo Plutarchus & Festus acceperunt, vnde & ab eodem alibi dictum est *Lautia* Atalo fuisse decreta.

Ille quoque versus apud eundem mendosus est in libro vigesimo secundo. Cuius hæc verba sunt: *Testibus da is Tribuni populũ summouerunt, super re illa, qua lata est vt sortirentur, vbi latini suffragium ferrent.* Nos illud *super re illa, qua lata est* ita emendauimus, *sitelaq;* allata est. Est autem *sitela* cistula qua suffragia populi creandis magistratibus legibusque ferendis, colligebantur, de qua ita scribit Cicero in oratione pro Cornelio de maiestate. *Neque matus est legere codicem, cum intercedatur, quam sitelam ipsam cum ipso intercessore deferre.* Idem alibi pro *sitela*, *cistellam* appellat. Vnde in primo rhetoricorum ita scriptum legimus: *Saturninus legem ferre cœpit, collega intercedere, ille nihilominus cistellam detulit.* Idem libro primo de natura Deorum *sitela* meminit his verbis: *Aut igitur Tiberium Gracchum cum video concionantem in Capitolium de Marco Octauio deferentem sitelam, tum eum motum animi dico esse manem.* Plautus quoque in Cassina *Situlam* atque *sitelam* crebro nominauit accepitq; pro vasculo, in quod sortes coniiciũtur. Sensus Liuii est, sitelã, hoc est, cistellã fuisse, vt in eam sortes coniicerent, & inde sortirentur, in qua tribu Latini suffragia ferre deberent. Hactenus de Liuio. Iam prout instituimus ad alios scriptores transeamus, satis est enim in præsentia pauca quædam degustare, & hinc inde centena annotamenta colligere.

EX AVLO GELLIO.

AVlus Gellius libro secundo Noctium Atticarum, in eo capite, quod de vocabulis regionibusque ventorum luculentissime scribit, ita tradit: *Præter hos quos dixi, sunt alii pluriformiam venti commentitii suæ quisque regionis indigena, vt Oronus quoque ille ad Apulos.* Quid significet *Oronus ille ad Apulos*, hominem scire arbitror neminem, nec ipsum Gellium, si reuiuisceret hæc verba satis percepturum, quocirca nos sensum & ipsos literarum apices curiose speculati, ita emendauimus, & ita perscriptum fuisse a luculento

lento scriptore asseueramus: *Horatianusque ille Atabulus.* Est enim *Atabulus* vētus ita peculiaris Apuliæ, vt Atheniensibus Sciron, vt Eubœæ Olympias, vt Narbonensi Galliæ Circius, sicuti docet Plinius in xxvij. Quem totum locum transtulisse videtur a Seneca ita scribente libro quarto quæstionum naturalium: *Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Galliam Circius.* Hunc *Atabulum* Horatius Apulus tanquam Apulum & indigenam celebrat, cum ait libro primo sermonum:

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi quos torret Atabulus:

Ob hoc ergo Aulus Gellius scienter & eleganter inter commentitios ventos *Atabulum* cognominauit *Horatianum*, quoniam ab Horatio peculiariter celebratur, vtpote *Apulus* ventus ab Apulo poeta. Existimo hanc nostram emendationem etiam iniquo iudici non displicituram, cum nil possit esse accommodatius, cum hoc solum dicere voluerit Gellius, si quis diligenter attenderit. Scribit Porphyrio Atabulum ventum esse in Apulia feruentissimum, græca appellatione dictum quasi τὴν ἄτην ἢ καὶ τὸν λοιμὸν, hoc est, nocumentum pestilentiamque inferentem. Nam Atabuli flatus nimio calore Apuliæ pestifer est & grauis.

Apud eundem locus est deprauatus vnius literæ inuersione, quæ quamuis sit parua corruptio, totam tamē obscurat elocutionem. Ita enim libro decimoquarto scriptum est: *Cum deinde subeuntes montem Caspium conspicimus insulam quandam occupatam igni:* Quid absurdius dici potest, quam quod illi, qui Romæ sunt, subeant *montem Caspium*, quem ab Italia tot regiones, tot maria dispescunt atque disterminant? Nos vero pro *Caspium Cispium* emendauimus. Est autem *Cispius* mons in Vrbe Roma in regione Exquilina, de nomine Cispi hominis dictus, vt autumat Sestus. De hoc *Cispio* ita scribit Varro in libro primo latinæ linguæ: *Cispius mons suo antiquo nomine, etiam nunc in sacris appellatur.* Idem in eodem: *Exquilinus est Cispius mons sexticeps, apud ædem Iunonis Lucinæ, vbi æditimus habere solet.* Dicit itaq; Gellius, se cum subiret hūc montem Romanum nomine *Cispium*, conspexisse insulam flagrātem, hoc est, domum ab aliis domibus sequestratam, tales enim domus insulæ appellantur, quia instar insularum sunt. Inde crebro leges apud historicos, insulas Romæ fuisse incendio consumtas. Et olim (vt inquit Iulius Capitolinus) *imperante Antonio Pio, incendium tercentum quadraginta insulas absumsit. Germani*, auctore Tacito, *suam quisque domum spatio circundant nullis cohærentibus ædificiis more insularum, quæ nusquam continenti cohærent, sed mari vndique ambiuntur.*

Apud eundem lib. xix. menda pertinax inueterauit. Ita enim in omnibus codicibus scriptum legitur: *Eliuorum quoque oculi ad easdem vices Lunæ maiores fiunt, aut minores.* Ex quo genere anima-

lum *Eluri* sint, ignorare me non inficior, & cum diu anxie q; quæsiuissem apud idoneos scriptores, nullam *Eluorum* mentionem factam esse cognoui, nec vsquam *Eluros* reperiri arbitror, quorum oculos minui & augeri, prout luna senescit & adolescit Gellius opinatur, quapropter ex literarum similitudine, locum mendosum ita emendandum censeo, vt pro *Eluorum* legas, *Æluorum*. *Æluros* autem a Græcis appellari, quas latini feles nominant, nemo vel mediocriter doctus ignorat, de quibus scribens Plinius ita ait lib. x. naturalis historiæ: *Feles autem quo silentio, quam lenibus vestigiis obrepunt, quam occulto speculatu in muscolos insiliunt, excrementa sua effossa obruunt terra, intelligentes odorem illum inimicum sui esse.* Varro & Columella *felem* accipere videtur, p eo genere animalis, q vulgus *fouinum* appellat. Plinius vero pro domestico animali, quod mures capit, quam Albertus Magnus modo *catum* modo *muriligũ* nuncupat, indocti *muscipulam* appellant, cum muscipulas eruditi nominent ipsa *decipula*, quibus mures capiũtur. Vt Varronis & Senecæ lectione facile cognoscimus. *Æluron*, hoc est, *Felem* Ægyptii venerabantur.

Apud eundẽ lib. 15. nomen Dei Romani depranatũ legitur, nam p o *Aium*: *Aius* ab impressoribus scriptum est, corrupto nomine vetusto & sensu. Antiqui enim, *Aium* Deũ appellauerunt ab eo, q niebat & loquebatur, nãq; olim Romę audita vox est silẽtio noctis, clarior humana voce, q iuberet & magistratibus nũtiari Gallos aduentare, vt prouiderent ne Roma a Gallis caperetur, ex eo dictus est Deus *Aius loquens*, vt docet Cicero in secundo de diuinatione. Liuius huic Deo templum factum fuisse in noua via, auctor ẽ, eũq; appellat *Allocutium*, quasi ab alloquẽdo nuncupatũ. Mihi videtur legendũ esse apud Liuiũ, pro *Allocutione*, *Aio loquenti*, vt cũ Varrone, Gellio & Cicerone concordet, a quibus hic Deus vno consensu *Aius* loquens nuncupatur. Quidã codices Liuiani habent *Allocutionem*: tanq nomen Dei fœminino genere in casu recto sit pronũtiandum *Allocutio*. Qui apud Gellium legunt *Arrius*, hi profecto trioboli sunt, a Theologia Ethnicorum abhorrentes.

Apud eundẽ menda est manifestaria vnius tantũ literę inuersione, namq; vbi nominat carmẽ *Melici Poetæ* emendandum est *Melici Poetæ*. Dicimus enim *Melicos* Lyricos Poetas, & ita a Plinio Simonides, qui scriptor fuit *Lyrici* carminis *Melicus* nuncupatur in septimo naturalis historiæ, quãuis in peruulgaris codicibus nõ *Melicum* legerimus, sed *Medicum* Ausonius: *Tu Melicos lyrico q; modos.* Ita apud Gellium nomen *Melici* Poetæ nõ pro nomine proprio accipiendũ est, sicuti semidoctũ vulgus existimat, sed pro nomine generali vniuscuiusq; Poetæ, qui *Melicus* sit, hoc est, Musicus, & Lyricus, nam antiquitus teste Fabio musici, idem vates & sapientes iudicabantur, vnde ait Martianus in libro de nuptiis Philologiæ. *Tu vatum Mela dulcibus camœnis* Et teste eodẽ: *Tertia symphonia diapason*

passon in melis prohibetur, quasi tu dicas *in Musicis*. Idem *in Musicis*, inquit, *quæ ad melos pertinent, harmonica dicuntur*. Aristoxenus Musicus vocis ratione diuidit in *Rhythmon & Melos*, quorū alterū modulatione alterū canore actione cōstat. Cēsorinus in li. de die natali Poeticā cognominat *Melicā*, cū Poetica veluti legitima Musica licētior, magisq; modulata inualuerit, vnde omnes Poetas accommodato generalique epitheo *Melicos* appellare possumus. Igitur quando dixit Gellius, apud mensam leg. solitū fuisse vetus carmen *Melitti* Poetæ, tu emenda *Melici*, & expone generaliter pro quolibet Poeta modulato & absoluto, vel pro Lyrico. Non me præterit *Melitum* nomen esse viri proprium, qui fuit vnus ex accusatoribus Socratis, & Socrati ob Poetas infestus, vt ostendit Plato in Apologia, sed in hoc loco Gelliano nequaquam de isto *Melito* intelligere debemus, scilicet corrigere & exponere prout nos & correximus & expositimus. Marcus Cicero in epistolis ad Atticum vsurpat vetus prouerbium, quod minime inuulgatum est, sic enim scribit: *Omnes enim Corycæi sub auscultare videntur, quod loquor*. Vbi *Corycæi* pro *curiosis* accipiuntur ex vetustissima historia. Nam tradunt historici totam Cretici montis Asiatici præternauigationem latronibus plenam fuisse, qui *Corycæi* dicuntur, qui nouo genere insidiarum vtentes, dispersi per portus ad mercatores, qui applicuissent furtim accedebant, & sub auscultabant, quid rerum ferret, & quo nauigarent, postea illis oram soluentibus congregati eos adorebantur, ac diripiebant. Ex quo omnes curiosos, & occulta ac secreta auscultantes *Corycæos* appellamus & in prouerbio dicimus *Corycæus auscultabit*, cum quis facere vel dicere secreto videatur, q̄ minime lateat, ppter eos qui speculātur, & scire studēt, q̄ōu cōueniat. Huius historiæ & prouerbii meminit Strabo in decimoquarto.

Apud eundē pertinax menda irroborauit libro Epistolarum ad Cælium Ædilē: in omnibus enim codicibus hæc verba passim leguntur: *Erat enim in eadē epistola veteranus ciuitatis*. Cuius clausulæ cū nulla sit sententia, nulla sit cōstructio, nos obseruatis curiosissimē his epistolis, quas Cælius ad ipsum Ciceronē scribit ita emendauimus, vt pro *veteranus* legas *veternus*. Nā Cælius in quadam epistola cum Ciceroni significare vellet, omnia Romæ frigescere, & penesopita quiescere, sic scripsit. *Nisi ergo cū tabernariis & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupasset*. Ad hanc epistolam respōdens Cicero dixit: *Erat in eadem epistola veternus ciuitatis*, hoc est, hanc clausulam epistola tua continebat, quod ciuitas Roma veterno occupabatur, hoc est marcore & somno. Nemo enim vel mediocriter eruditus ignorat *veternum* morbum esse, in quo inexpugnabilis est pene dormiendi necessitas (quem lethargū Græci nominant) q̄ genus morbi acutum est (& vt inquit, Celius) nisi succurratur celeriter iugulat. Reperies identidē fieri mētionē *veterni* apud veteres scriptores. Auicenna & medici recentiores hanc

ægritudinem *subetum* appellitant, *a veterno veternosus* deriuatur. Cato *veternosum hydropicum* intelligi voluit, cum ait: *Veternosus quam maxime bibit*, tam maxime sitit. Igitur legendum est apud Ciceronem: *veternus ciuitatis*, non autem *veterantes*: vt epistola epistolæ, res rei, verbum verbo Cæliano, respondeat.

Scribit Cicero in principio Antonianarum, se vsurpasse verbum græcum, quod in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas Atheniensium. Quæri solet quodnam fuerit hoc verbum, & ad quas discordias sedandas id vsurpauerint Athenienses? Ego reperio hoc verbum a Græcis dici *amnestiam*, quo obliuio iniuriarum significatur, de quo luculēte hæc scripta est historia apud scriptores idoneos. Thrasybulum ciuitatem Athenarum oppressam a triginta Tyrannis in libertatem vindicasse, cum Atticos palabundos atque dispersos, quos sæuissimi Tyranni ex genitali solo expulerant, in patriam reduxisset, qui non minus prudentia ac moderatione vsus est, quam fortitudine ad cuncta pacificanda, pacemque reconciliandam. Namq; is legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur, ne qua præteritarum iniuriarum mentio fieret, ne quis molestaretur. Et hanc Athenienses *Amnestiam* vocauerunt, hoc est, legem obliuionis, qua concussus & labans Atheniensium Reipub. status in pristinum habitum est reuocatus. Cicero igitur cum post interfectum Iulium Cæsarem iacere conaretur pacis fundamēta inter Romanos tumultuantes, dicit, se vsurpasse vetus verbum, hoc est, *Amnestiam*, vt ita obliuione sempiterna memoria discordiarum deleretur, quemadmodum apud Athenienses Thrasybuli consilio factitatum fuerat, & se vetus exemplum Athenienſium renouasse commemorat, videlicet illud, quod iam de Thrasybulo retulimus. Scribit Flauius Vopiscus in Aureliano: *Amnestiam fuisse decretam exemplo Atheniensium*. Deinde subiungit: *Cuius rei & Tullius in Philippicis meminit*: haud dubie lorum illum signans de quo iam diximus: nunquam enim alibi Tullius in totis Philippicis vllam mentionem facit de *Amnestia*. Præterea auctor est Paulus Orosius Claudium Imperatorem Romanum in principio sui status vltronea clementia oliuionem omnium dictorū factorumq; sanxisse, & præclaram illam Athenienſium *Amnestiam* confirmasse, quam Romæ inducere Iulio Cæsare interfecto senatus Ciceronе suadente tentauerat. Meminit illius quoq; obliuionis Tranquillus a Claudio sanctæ omisso *Amnestiæ nomine*.

Cicero in quadam ad Atticum epistola sic ait: *Habes Scytalam Lacoenicam*, quo prouerbialiter dicto significare voluit, epistolam breuissime concinnatam, & occulto significatu obscuratam, sicut Lacedæmonii veteres facere consueuerunt, qui occultare volentes literas publice ad Imperatores suos missas, ne ab hostibus exceptæ, consilia sua reuelarent, epistolas mirando commento scriptas mittebant, namq; lorum tenuissimum furculo tereti, atq;

oblongo

oblongo complicabant, in eoq; loro literas per transuersas iunctarum oras inscribebant: id lorum deinde ex furculo reuolutum Imperatori suo mittebant. Qui huiusce commenti conscius, furculo compari, quem habebat lorum, consimiliter circumplicabat, atq; ita literæ per ambitum eundem furculi coalescentes rursum coibant, & ita integram & incorruptam epistolam, & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Græce *Scytale Laconice, hoc est, Scytala Laconica* nuncupatur. Auctores Gellius & Plutarchus in Lysandro. Præterea in scribendo Lacedæmonii stylo breuissimo vsi sunt, qui *Laconismos* nuncupatur, quo in primis delectatus est Brutus. Vnde ait Cicero in epistola ad Brutum: *sed quid ago, non imitor Laconismon tuum* Igitur Cicero cum exēplū epistolę Marci Ant. ad se missæ inseruisset epistolæ ad Atticum, dixit, habes *Scytalam Laconicam*, hoc est, epistolam breuitate Laconica perscriptam, & super rebus arcanis compositam, sicut Lacones componere consueuerant. Possumus & ita commodissime exponere, vt dicit, Atticum posse facilime intelligere, atque percipere sententiam illius epistolæ Antonianæ, quam ad eum miserat, tanquam habeat furculū illum Laconicum, in quo circūplicantes epistolas illo loro perscriptas, vt supra dictum est, facile percipiebant, quicquid in epistola arcani absconditique contineretur. Namq; *Scytala* vtrumq; significat, & epistolam & baculum illum tererem, cui epistola circumplicatur. Subnectamus huic loco illud, cuius adeo nuper in mentem venit, quod deprauatum est apud eundem Ciceronem in secundo de Oratore, in quo hæc Crassi verba referuntur: *Sed dices te cum ædes venderes, ne in ruptis quidem & cæsis solum tibi paternum reliquisse.* Vbi non *nuptis* & *cæcis* legendum est, sed *ruptis* & *cæsis* quę verba cum non ab omnibus perciperētur, errorē perpererunt, mendamque fecerunt frequentissimam, in codicibus Ciceronianis. Antiqui enim *rupta cæsa* dixerunt, quæ venditor possessionis sui vsus gratia concidit, tuendoque contraxit. Illud quoque apud eundem in tertio de Oratore emendandum est, vt pro *ceram emendes terram:* Ita enim scriptum legitur: *Magis laudari vnguentum quod ceram, quam quod crocum olere videatur*, nos docēte Plinio non *ceram* sed *terram* didicimus esse legendum, qui libro trigesimo septimo loquens de generibus terrarum huius loci Ciceroniani meminit, eumque elegantissime declarauit, docēs, qualis sit terræ odor ille, qui in vnguentis a Cicerone probatur. Ait enim terram tunc emittere illum suum halitum diuinum ex sole conceptum, cui odori comparari nulla suauitas possit, cum arcus cœlestis capita sua deiecerit quiescente terra sub occasu solis, & cum aliecitate continua immaduerit imbre.

Idem Cicero in sexto Verrinarum, cui titulus est de signis ita scriptum reliquit. *Habe Canephoras deorum simulacra restitue.* Vbi verbo Græco *virgines Canephoras* appellat, quæ more Attico sacra

in ciſtulis repoſita capitibus ſuſtinebant. *Cana* enim græci dicunt quæ nos *Caniſtra* & per diminutionem *Caniſtella*, vnde *Canephoræ* appellantur, quæ ſacra huiuſcemodi vaſculis recondita capite ferebant, de quibus ſenſiſſe Horatium autumat Porphyrio, enarrãs illud in primo ſermonũ. *Perſape velut qui Iunonis ſacra ferret.* Nam *Canephorarum* lentiſſimus erat gradus portantium ſacra Iunonis. De Canephoris, ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus in primo, cuius interpres pro *Canephora* interpretatus eſt *Caniſtrifera*. Idem in ij. air, ſic: *Quæcunque hæ, quæ Canephoræ, & Arrhephoræ dicuntur, miniſtrant in ſacris gracis.* Hæ quoque apud Romanos ſic appellatæ. Scribit Plinius libro trigeſimo ſexto ſcopam feciſſe Apollinem Palatinum, Veſtam ſedẽtem laudatam in Scruilianis hortis, duaſque Chamatheras circa eam, quarum partes in Aſini monumentis ſunt: Vbi & *Canephorus* eiuſdem Plinius *Canephorum* accipit, pro eo, qui capite geſtat ſacra, vt iam docuimus. *Chametra* autem id quoq; ſcire deſideras, dicuntur humiles depreſſæque imagines, *Chame* enim græcorum aduerbium *humi* ſignat latine, vnde *Chamatræ* derivantur. Senſus igitur Ciceronis hic eſt: Verrem admonet, qui ex ſacrario Heii Mamertini abſtulerat imagines Deorum, cũ duobus aliis ſimulacris ſacra in capite ſuſtinentibus, vt reſtituat ſimulacra Deorum, quæ religionis cauſſa comparauerat, & ſibi habeat *Canephoras*, hoc eſt, illa duo ſigna, quam eximia venuſtate habitu-que virginali Polyctetus fabrefecerat quæ Heius Mamertinus in ſacrario ornamenti cauſſa collocauerat.

Apud eundem in Oratione pro Roſcio Amerino mẽdoſum verbum, quo tota ſententia obſcuratur, emendauimus. Verba Ciceronis hæc ſunt: *Decem horis nocturnis, ſex & L. millia paſſuum ciſiis peruolauit*: Nos pro *Ciſtis* correximus *Ciſiis*. Eſt autem *Ciſium* genus veniculi bituti vt inquit, Nonius, a quo *Ciſiarius* dictus, ipſe *Carrucarius* ſiue *Rhedarius*: hoc eſt, ipſius *Ciſii auriga*: quo verbo vſus eſt Iuriſconſultus, qui ſic ſcribit libro digeſtorum, xx. in titulo locati & conducti: *Si Ciſiarius, dum ceteros tranſire cõtendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit vel occidit, puto ex locato eſſe in eum actionẽ. Ciſii* meminit Auſonius illo verſiculo: *Vel Ciſio triuges ſi placet inſilias*: quãuis impreſſores non *Ciſio* impreſſerũt, ſed *Ciſo* corrupto vocabulo & ſenſu. Hanc dictionem vſurpat ipſe Cicero in ſecunda Philippica ſic ſcribens: *Delituit in quadam cauponula, atque ſe ibi occultans perpotauit ad veſperum, inde ciſio ad vrbem celeriter aduectus domum venit capite inuoluto.* Hic quoque impreſſores peccauerunt, nam vbi ſcribendum erat *ciſio* impreſſerunt *caſſia*, qui tamen error non tam impreſſoribus eſt ascribẽdus quam correctoribus, qui per *viam Caſſiam* exiſtimantes ad vrbem Antonium peruolaſſe. Non me præterit *Caſſia via* mẽtionem fieri apud luculentos ſcriptores quam ſtrauit Caſſius, ſed in eo Ciceronis loco, *Ciſio* legendum eſt, quod etiam Nonii auctoritate corrobora-

robatur. Iam clarum est, vt opinor, quid significare voluerit Cicero dicens: *Nuntiũ velocem eius peruolasse*, qui scilicet in curru vehebatur expeditissimo. Quod autem vehiculo nuntius ille tãtum itineris vna nocte confecerit, idem paulo post apertius significat his verbis: *Non audiit ille Titus Roscius, non suis manibus in curru collocat Autumedontem illum, sui sceleris, acerbissima nefariaque victoriæ nuntium.*

Aulus Gellius libro noctium Atticarum 9. describens ceremonias Flaminicæ Dialis, ita inquit: *Cum is ad Argæos, neq; comit caput, neq; capillos deponit.* Quæri solet a studiosis Gellianæ doctrinæ quid significet *Argæos*, quæ dictio cum nodum habeat, enodanda est a nobis, prout ex mutis (vt aiunt) magistris accepimus. Apud Romanos antiquitus Pontifices ac virgines Vestales cum Flaminica Diali aliisque religione initiatis, simulacra ad imaginem hominum fabricata præcipitabant in Tyberim ex ponte Sublicio, idque fiebat Idibus Maiis, appellabantq; talia simulacra *Argæos*, vt Dionysius Halicarnasseus docet in primo, & auctor est Plutarchus in problematis, qui quærit quare eiusmodi imagines *Argæ* nuncuparentur, traditque antiquis temporibus barbatos ea loca incolentes, Græcos quos cœperant, in Tyberim præcipitare consueuisse. Hercules deinde, quod etiam memorat Dionysius illos edocuit, vt pro hominibus simulacra in flumen abiicerent, qui *Argæi* nominabantur, quoniam veteres Græcos omnes, Argiuos communiter appellauerunt. Historiam Macrobius paulo immutare videtur in primo Saturnalium his verbis: *Epicadus refert Herculem occiso Gerione cum victor boues per Italiam duxisset, ponte (qui nunc Sublicius dicitur) ad tempus instructo, hominum simulacra pro numero sociorum quos casu peregrinationis amiserat, in fluuium demisisse, vt aquæ in mare deuecta pro corporibus defunctorum, veluti patriis sedibus redderentur.* Hactenus Macrobius. De *Argæis* ita scriptum est apud Festum: *Argæos votabant scirpeas effigies, quæ per virgines Vestales iaciebantur in Tyberim.* De his intellexit Liuius sic scribens libro de vrbe condita primo: *Multa alia sacrificia locaque sacris faciendis, quæ Argæos Pontifices vocant dedicauit.* *Argæorum* meminit Marcus Varro, cuius hæc sunt verba ex Latinæ linguæ libris scripta: *Argei fiunt ex scirpeis virgultis, simulacra sunt hominum, 30. ea quotannis ponte Sublicio a sacerdotibus publice deiici solent in Tyberim.* De *Argæis* intellexit Ouidius in Fastis, quamuis *Argæos* non nominauerit, his versibus:

Tunc quoq; priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo, scirpea ponte solet.

Vbi *simulacra scirpea* haud dubie pro *Argæis* accipiuntur, & pro *ponte roboreo pons Sublicius* significatur, hoc est, *ligneus*, quoniam sine ferro, clauo cõstructus fuerat, vt meminit Plinius libro 36.

Apud Plinium libro secundo naturalis historiæ verbum vetus est, neque protritum, neq; inuulgatum, ita scribentem: *Nisi terra in medio esset, æquales dies noctesq; habere non posse deprenderunt & dioptra.* Vt autem intelligas, quid *dioptra* significent scito *dioptras* esse regulas, quibus antiqui vtebantur ad aquas librandas, vt docet Vitruuius architectus, qui sic scribit lib. 8. de architectura, *libratur aqua dioptris, aut chorobate.* Ideo alibi ab eodem *dioptræ libratiuæ* cognominantur. *Chorobates* autem, si id scire desideras, est regula longa circiter pedes 20. quæ habet transuersaria. Ait itaq; Plinius ex *dioptris*, hoc est, regulis illis libratinis deprensum esse, terram habere non posse æquinoctia, nisi esset mundi media.

Idem in 7. ait: *Grammatica Apollodorus enituit, cui Amphyctiones Græciæ honorem habuerunt.* Siqui sunt, qui nesciant quid significent *Amphyctiones*, illi ex nobis discant *Amphyctiones* esse publicum Græciæ concilium, vt scribit Cicero in Rhetoricis. Et meminit idem Plinius in 35. Vnde *decreta Amphyctionum* citat Demosthenes in Oratione pro Ctesiphonte. Constabat autem conuentus *Amphyctionum* iurisdictiones declarasse, & ciuitates decreuisse, quæ ad id concilium communiter accederent. Quidam non 7. sed 12. ciuitates conuenisse tradunt ad *Amphyctionum* commune *concilium*, quæ bis in anno singulæ legatum mittebant ad consilium, quem *pylagoram* vocabant. Postea etiam plures conuenere ciuitates, synodus etiam ipsa *pylea* nuncupabatur, quoniam ad *pylas* congregabantur, hoc est, ad portas, quæ nunc *thermopylæ* dicuntur. *Pylagoræ* autem, hoc est, ipsi legati, Deæ Cereri sacrificabant. Vnde autem *Amphyctionum* nomen ductum sit, docet Dionysius, qui sic ait in 14. *Amphyctionem Heleni filium commentum esse Amphyctionicum concilium, cui ab ipsius nomine nomen indiderunt.* Idem leges constituit, quas *Amphyctionicas* vocant, quibus ad cõcordiam amicitiamq; inter ipsos colendam inuitabantur. Deniq; quotiescunque *Amphyctionum* mentionem fieri reperies apud veteres scriptores, reperies autem sæpissime, in hoc significatu semper accipito.

Apud eundem hæc verba passim leguntur libro. 7. *magna propter venatum eorum in terris gratia est.* Nos dictionem vulgariam, & in hoc loco Pliniano nihil significantem expunximus, & in eius locum latinissimam vetustissimamque substituimus, Nam pro *in terris* emendauimus *Viuerris.* Sunt autem *Viuerræ* rusticæ mustelæ, quas Græci *Ictidas* vocant, quibus ossea sunt genitalia, sicut docet Aristot. 2. de animalibus: Et repetitum est a Plinio in 11. qui in 29. mustelas syluestres a Græcis vocari *Ictides* tradit. *Ictida* autem Theodorus Gaza interpres Aristotelis doctissimus *Viuerram* interpretatur. Sensus itaque Plinianus hic erit: *Viuerras* esse in magna existimatione apud Balearicos propter venatum cuniculorum. Namque, vt subdidit idem Plinius iniiciunt *Viuerras* in specus

eus, qui sunt multifores, atque electos superne capiunt. Legatur ergo *Viuerrii*, quæ sententia est luculenta & Plinio accommodata, & illud *in terris* deleatur, quo & elocutio & sensus dehonestantur.

Apud eundem lib. 15. Locus est reconditus, nec a quo intellectus fuerit hac tempestate, satis animaduerto. Verba Plinii hæc sunt de ficis scribentis: *Ex hoc genere sunt, vt diximus, cotona, & carice, quæque consecendenti nauim aduersus Parthos omen fecere, M. Crasso venales prædicantis voce Caunea.* Historia quam signat Plinius a nullo historicorum, quod quidem sciam, tradita est, nec ex ipso Plinio percipere possumus, quomodo *fici Caunea* omen fecerint M. Crasso proficiscenti ad Parthicam expeditionem. Ego ab vno Cicerone hunc locum declaratum esse perspexi his paucissimis verbis, quæ sunt ab eo scripta, lib. 2. de diuinatione: *Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in porticu caricas Cauno aductas vendens Cauneas clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum caueret ne iret, non fuisse periturum.* Hæc Marci Tullii verba, siquis diligenter pensitauerit, & iudicio præsentissimo perspexerit, profecto Plinianam sententiam alioquin subobscuram perspiciet, cuius hic est sensus: E genere ficorum sunt *Caunea* ex Insula *Cauno* aductæ, quas venditor *Cauneas* clamabat, quando Crassus ex portu Brundusino nauem conscendere cum exercitu meliebatur. Hoc nomine *Cauneas*, vēditor intelligebat se habere ficos venales ex *Cauno* deportatas: Qui vero omina obseruant, id verbum, *Cauneas*, malum nomen portendere Crasso dixerunt, quasi significare vellet, *Cauneas*, *Caue ne eas*, & ita interpretabantur ob hanc vocem, *Cauneas*, monitum esse Crassum ab eo venditore ficorum, caueret ne iret scilicet ad Parthicum bellum. Hoc est ergo, quod ait Plinius, *Cauneas* venales voce proclamantis fecisse omen Crasso, quia *Cauneas* significare videtur *Caue ne eas*. *Caunus* autem, vnde fici *Caunea* nuncupantur, ciuitas est & æstate & autumno pestilens, propter æstus ac pomorum copiam, vnde Cauni coloni admodum virides pallentesque exsistunt, in quos olim Stratonicus cytharœdus versu Homerico ita iocatus est: *Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.* Fuerunt *Caunii* Rhodiis subiecti, a quibus aliquando descciuerunt. Molo Orationem scripsit aduersus *Caunos*. Scribit Plinius in *Cauno* gigni homines leuosos.

In 25. vbi de Helleboro loquitur menda est his verbis, *Aliqui pastores eodem nomine inuenisse tradunt capras purgari, pastore illo animaduertente, datoq; lacte earum sanasse parotidas furentes.* In hoc enim loco dictio illa *parotidas* adulterina est, & ab incuriosis suppositia pro *Pratidas*. Namque Plinius eo in loco intelligi vult, *Pratidas* illas, hoc est, *Prati filias* carminibus Poetarum celebratas, cum furore agitarentur fuisse sanatas Helleboro a Melampode diuinationis arte clarissimo, a cuius nomine vnum Hellebori genus

appellatur *Melampodion* De hac Melampodis curatione meminit Vitruuius in 8. de architectura sic scribens: *Apud fontem Clitorium Melampus purgauit, Prati filias, restituitq; earum mentes in pristinam sanitatem*: Et Ouidius in 15. metamorphoseos, cum de *fonte Clitorio* loqueretur, cuius aqua epota facit abstemios ita subiunxit:

Siue quod indignæ memorant Amythaone natus
Pratidas attonitas postquam per carmen & herbas,
Eripuit furiis purgamina mentis, in illas,
Mistit aquas, odiumq; mori permansit in vndis.

Seruius quoque enarrans illud. Virgilianum:

Pratides implerunt falsis mugitibus agros: fabulose scripsit illas Iunonis iracundia ac insania fuisse vexatas, vt se vaccas putarent, adeo vt plerumque gemerent, & aratra formidarent, quas Melampus postea purgasse perhibetur. Addit Probus *Pratidas* ob hanc dementiam patriam Argos reliquisse. His itaque argumentis subnixi asseueramus, legendum esse *Pratidas* non *Parotidas* apud Plinium tradentem qua medicina sanauerit *Melampus Pratidas furentes*: Cuius rei etiam meminimus in Propertii commentariis. Non inficior *Parotidas* identidem ab eodem memorari pro *tuberculis*, quæ vt auctor est Celsus in sexto, sub auribus oriri solent. Sicut & nomen ipsum declarat. *Para* enim Græce *apud* signat, & *Ota, aures* dicuntur, vnde *Parotides* nuncupantur, sed haud quaquam in hoc loco apud Plinium *Parotidas* legere debemus, sed vt iam docuimus *Pratidas*. Solent etiam iuxta dentes in gingiuis oriri *dolentia*, quas Græci *Parotidas* appellant, quarum remedia diligentissime scribit Celsus.

In eodem 25. eodemque capite mendosa dictio est his verbis: *Plurimum Helleborum nascitur in Oeta monte optimum vno eius loco circa Epirum.* Nusquam legimus locum esse in *Oeta monte Epirum nuncupatum, nec Epirotica regio Oeta* propinqua est, quo circa Theophrasti auctoritate confisi *Pyram* pro *Epirum* emendauimus, a quo Plinium hunc locum transtulisse facile cognoscas, si Theophrasti librum nonum de plantis, cum hoc Pliniano conferis, in quo cuncta ferme leguntur de helleboro, quæ memorat Plin. & hæc inprimis: *Plurimus helleborus optimusque eo prouenit loco, non tamen vbique sed parte vna tantummodo Oeta quam Pyram vocant.* Ex his liquido apparet *Pyram* legendum esse, non *Epirum*. Cur autem locus ille in *Oeta monte Pyra* nuncupetur, docet Liuius libro 36. Cuius hæc sunt verba: *M. Attilius Oetam ascendit, Herculique sacrificium facit in eo loco, quem Pyram (quod ibi mortale Dei corpus crematum sit) appellant*: Fabula est *Olyram* fluuium Herculis rogum exstinguere conatum esse, vna cum altero fluuio nomine *Mella*: Cuius rei meminit Strabo

nono

in nono Geographiæ. Sed hactenus de Plinianis mendis & obscuritatibus, quæ omnia ferme peculiari volumine priuatim annotamus, quod (vt speramus) neq; inutile neq; iniucundū erit sectatoribus Plinianæ eruditionis: Sed iam ad alios transeamus.

Apuleius Madaurensis plurimis scatet mendis, propterea quod plurimi eius lectionis sunt infrequentes, quæ res scriptorem luculentum atque eruditum non solum reddit scrupulosum, sed etiam in dies magis mendosum facit. Etenim vt in præsentiarum pauca ex plurimis deprauata attingam, quę succurrunt. Nonne in primo de *Asino aureo* mendum est, quod correctores dissimulanter præterierunt? Verba Apulei hæc sunt de Theseo scribentis: *Non est aspernatus ales anus hospitium tenue.* Truncatum verbū est *ales*, cuius nullus est, sensus nulla exstat historia. Nos *pro ales Hecales* emēdauimus, secuti scriptores idoneos, qui tradunt vetulā rusticam nomine *Hecalen* hospitiolo Theseum susceptisse, q̄ illo ad bellum proficiscente vouit, se Ioui immolaturam si incolumis redisset in patriam, verum ante reditum illius exstincta est. Cuius cadaueri dum in rogo semiustulatum esset, Theseus superuenisse fertur, vnde a Poeta in Priapeis, *Hecalen* hanc significante dictum est: *Æquales tibi quam domū reuertens Theseus repperit in rogo iacentem De Hecale* scribit Plutarchus in Theseo. *Hecales* hospitium apud Græcos celebrat Callimachus, qui scripsit *Hecalesia* cuius testimonium citat Plinius in 22. quo in loco impressores, nequid acerbius dicam incorrectores, pro *Hecale, Hecate* impresserunt. Plin. verba subiecī, quæ hæc sunt: *Est ur, & fontes, vt quem Theseo apud Callimachum ponat Hecale, caule vtroque albus & niger.* Idem Plin. 26. cū *de Crethmo* herba loqueretur q̄ inter eas est q̄ eduntur syluestriū herbarū, ita subiunxit: *Hanc certe apud Callimachum apposuit rustica illa Hecale.* Cū de hac igitur intelligat Apuleius, legendem est *Hecales* anus, & illud *ales* obelo confodiendum.

Apud eundē, pro *lanuina lanien* passim legitur, nullo sensu nulla cōstructiōe, nulla latinitate seruata, ita. n. impressērūt: *Ne nefarius homicida totam ædium lanien, quam cruenter exercuit, impune commiserit.* Quis non videt dictionem esse inuersam? & *lanien* pro *lanuinam* fuisse perscriptum? quæ dictio peculiaris est ipsius Apulei, & signat quandam quasi *laniationem.* Auctor est. M. Varro libro primo de Analogia *Lanienam* locum esse vbi caro venditur, quod vulgo *macellum* appellatur. Sicut *Pellesninam* antiqui vocitarunt, vbi pelles veneunt, videturque dicta esse *lanuina* a *laniando*, vnde & *lanii* dicti qui laniant pecora, & *lanistæ*, qui laniandis præsunt gladiatoribus.

Idem libro floridorum primo ita scribit: *Si inimus est riseris, fueres plus timueris, si comœdia est faueris, si philosophus didicerit*

Fateor me ignorare qd significet funere *plus timueris*. Quod si ita legatur, Apuleius ipse talia se scripsisse inficiabitur, & inuenustã insulsamq; elocutionẽ aspernabitur, nos ꝓ *funere plus* emẽdauimus *Funepeus*. Significat. a. *Funepeus* cũ, qui graditur p funes, quẽ latini vocãt *Funambulũ*, Græci *Schœnobaten*, q vox iam ꝓ Latina recepta est. Primus Messala (vt autumat Porphyrio) pro *Schœnobate* dixit *Funambulum*, qua dictione vsus est & Terentius in Hecyra. Sensus est Apuleii: Spectatores ridere si minimum in Theatro spectauerint Histrioniam exercentem, timere vero si *Funepeum* animaduerterint per funes cum periculo ambulantem, tanquam iam iam lapsurus sit. Alibi idem Apuleius vsus est hac dictione scribens: *Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, Funepeus periclitatur.*

Illud quoque indiget interpretationis, quod ab eodem in Epilogia scriptum est ex Homero translatum: *Nec Vlysses scrobem, nec Æolus follem, nec crateram aliquo pisculento medicauit.* Ad horum verborum enarrationem inspicienda sunt illa, quæ de *Vlysse*, quæ de *Æolo*, quæ de *Helena* tradit Homerus, apud quem legimus in 11. Odysseæ *Vlyssem*, Circes consilio ad inferos demeasse, & scrobem effodisse mensura quoquouersum cubitali, atque in ea manibus defunctorum sacrificasse mulso, vino dulci, aqua, polentaque commixtis, quæ ouium mactatarum cruore repleuerit, atque ita facta est manium euocatio per scrobem. Et hunc Homeri versum æmulatus Sylius luculente scribit libro 13. Scipionem ad euocandos manes iussu Sibyllæ Cumanæ fecisse scrobem, & humo refossa desuper mella, vinum & lac fudisse cum immolatione bidentum: Hactenus de Vlyssis scrobe. *Æolus* vero quem non solum poetæ, sed & historici ventorum regem esse dixerunt, vtrem *Vlyssi* dedit ventosissimum, quo scilicet ventos omnes incluserat præter Zephyrum, vt illo flante domum classe sociisque superstitibus deportaretur. Hunc autem follem catena argentea arctissime alligatum Vlyssis socii resoluerunt thesaurum inclusum arbitrantes, vt cecinit in 10. Odysseæ, & ab Ouidio repetitum est in 13. metamorphoseos. Quod vero ad *Helena* crateram pertinet, propter quem locum ad hæc accessimus enarranda, scire debes, quemadmodum apud Homerum in 4 Odysseæ, *Helena* Telemacho Vlyssis filio desiderio patris comploranti crateram propinauit, in qua nobile illud Pharmacum vino commiscuit, quod *nepenthes* appellant quasi sine luctu: *ne* enim priuationem significat, & *penthos* luctum. Huius enim efficacissima vis est ad tristitiam animi auferendam, & obliuionem mœrorum omniũ conciliandam. Hoc autem luctus medicamentum Helenæ dono dederat Polydamia Thonis Regis Ægypti coniunx, qui Menelaum & Helenam hospitio suscepit. Huius pharmaci ab Homerica Helena Telemacho propinati, meminit Plinius lib. 25. his verbis

bit. Herbas certe Ægyptias ab regis vxore traditas sua Helena pluvimas narrat Homerus, ac nobile illud nepenthes oblivionē tristitiæ veniamq; afferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum. Idem in 23 *nepenthes hoc mellitum nil aliud fuisse, quam vinum sentire videtur, quod curas dissipat, & securitatibus est accommodatum. Vnde de vino ita scriptum est, iamque dudum hoc fuit, quod Homerica Helena illa ante cibum administrauit.* Macrobius veto hoc remedium mœroris quod Helena vino miscuerit, interpretatur esse *dulcedinem fermocinationis*, quæ non minus hilarare solet conuiuium, quam vini suauitas. Verba Macrobii ex libro Saturnalium nouissimo hæc sunt transcripta: *Si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius, delinimentū illud, quod Helena miscuit, non herba fuit, non ex India insecta, sed narrandi opportunitas, qua hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudium.* Meminerunt huius quoque *nepenthis Homerici Herodotus in Euterpe.* Diodorus in secundo, & Strabo libro vltimo Geographiæ. Igitur Apuleius, vt iam illius eruditissimi scriptoris verba explicemus, ad refutanda argumenta accusatorum, qui pisces eum quęsisse ad magiam exercendam obiiciebant, ostendit auctoritate Homeri pisces magiæ celebrandæ adhiberi non solere, cum Homerus scribat nihil pisculentum adhibitum fuisse ab *Vlysse* ad scrobem illam, qua manes euocauit, nec ab *Æolo* ad follem illum, quo ventos inclusit, nec ab *Helena* ad craterem illam, qua Telemacho *nepenthes*, hoc est, luctus delinimentum propinauit, & ita docet falsam fuisse accusatorum criminationem, cum nihil negotii sit mago cum piscibus.

Idem in nominum similitudinem iocabundus ita scripsit: *Potest cancer ad vlcera alga ad Quercetum.* Quod primo loco posuit satis apertum est, quod postremo non satis, quocirca scito *Quercetum* dici frigidum cū tremore, qua dictione rarenter vsi sunt recentiores scriptores, frequenter vero vetustissimi, vt Lucilius & Plautus. Præterea ita scripsit Aulus Gellius libro vltimo noctium Atticarum: *An tu forte morbum appellari hic putas ægritudinem grauem, cum febri rabida & Quercera:* Quibus verbis febrem significat frigidam cum horrore, quando totum corpus intremiscit, quæ grauis est ægrotatio. Præterea antiqui auctore Festo *Quercetum* dixerunt grauem & magnam. Alga vero remotissima est, cuius meminit Plinius in 25. Scusus Apulei hic est, si ex vocabulo suspiciones ducuntur, poterit similiter propter nominum similitudinem *cancer marinus* accomodari ad vlcus, qui *cancer* nuncupatur, & *alga* quæ ab algore, hoc est, frigore denuari videtur, accommodabitur ad *Quercetum*, hoc est, febrem frigidam, & grauem, quemadmodum & *calculus* hac ratione posse videri idoneus ad vesicam hominis calculosi. Si in manum sumseris ipsum Apuleium, facilius percipies, in quem sensum ista

dicantur. Nobis satis sit declarasse quomodo *alga ad Quercetum* accommodari posset. Sed antequã ad alios transeamus illud quoq; quod est in primo de asino declaremus: *saccariam faciens merebã*. Lego apud Iurisconsultos libro Digestorum. 16. *Saccariam negotiatione* nuncupata a nomine *saggorum*, quando scilicet *saga & id* genus vestimenta mercamur, vt in distrahendo lucrum faciamus, ille itaque eleganter dicitur *facere sagariam* qui exercet hoc genus mercimonii, vnde existimo apud Apuleium legendum esse *sagaria* ab huiusmodi negotiatione. Quod *si saccariam* legis significabit mercaturam *saccorum*, & ita accipitur pro negatione viliori, *siue saccariam* legas vt impressi codices habent, siue *sagariam*, vt mihi legendum esse videtur, & ita *sagaria* absolute dicetur. Sicut *argentariam & pyraticam*, & *fabricam* dicimus, quamuis an *pyratica* ita dici possit, vt *fabrica*, dubitauerint Quintiliani præceptores.

Apud Pedianum Asconium doctissimum Ciceronis interpretem, multa mendosa & mutilata reperiuntur: Sed interim illius loci venit in mentem, qui legitur in oratione contra Pisonem: *Minimeque in Sicilia cum equitatu transiuerat ad nos, ciuitatem Romæ datam, adesque & pecuniam ex ærario.* Historia haud dubie hoc in loco significatur, sed illa dictio *minime*, valde lectorem perturbat, sententiamque corrumpit, quis enim quæso vnquam legit ciuitatem Romanam donatam homini nomine *minime*, cum aduerbia nusquam pro nominibus propriis mortalibus imponantur, nos autem re diligenter pensitata pro *minime* correximus *Mutina*. Sicut ab Ausonio traditum esse proculdubio existimamus. Fuit autem *Mutines* vir impiger, & sub magistro Hannibale omnem belli artem edoctus, cuius virtus cum in Sicilia contra Romanos maxime enituisset, formidolosa esse cœpit Duci Pœnorum Annoni, cuius famæ Mutinis gloria officiebat, vnde cum iniuriis afficeretur præfectura spoliatus transiuit ad Romanos tradito prius *Agrigento*, quæ causa fuit, vt omnis repente Sicilia ad Romanos inclinaret ob hæc merita *Mutina* in senatum Romanum introducto, honores habiti sunt, & ipse ciuis Romanus factus est, hæc traduntur a Liuio dispersim libro 25. 26. 27. ab origine vrbis: Et de hoc *Mutine* hoc in loco intellexit Asconius illum quoque locum qui est in oratione pro Scauro: *Capistro sub toga cinctus* emendauimus *campestre* super quo affatim scripsimus in Propertii commentariis. Idem in interpretatione orationis cui titulus est *toga candida* mendosus est his plane verbis: *Quod in Æmilitate, quam annuam non gesserat, Vertias non habuerat dedit gladiatores. Vertias* verbum est absonum, & absurdum citra aliquem significatum, nos pensitato sensu, & literis non multum immutatis, correximus *varias*. *Varias* autem *Pantheras* appellant,

lant, a macularum (vt arbitror) varietate, quibus sunt spectabiles. Vnde ita scribit Plinius in octauo in capite *de Pantheris, nunc varias & Pardos, qui mares sunt appellant, in eo omni genere crebrissimo in Africa Syriaque, quidam ab his Pantheras solo candore discernunt, nec adhuc aliam differentiam inueni.* Hęc Plinius, cuius auctoritate subnixus, *Varias* pro *Vertias* apud Asconium emendaui, qui significat ædilem dedisse spectaculum gladiatorium cum *Varias* hoc est *Pantheras* non habuisset, quas ædiles in ludis ædilitiis dabant. Sicut olim Scaurus in ædilitate sua centum. L. *Varias* exhibuit.

Deinde POMPEIVS MAGNVS quadringentas decem, Diuus Augustus quadringentas 40. Alia nomine *Panthera Africana nominantur*, in quo significatu accipiendum est illud apud Suetonium in Caligula: *Edidit & Circenses plurimos a mane vsq; ad vesperam, interiecta modo Africanarum venatione, modo Troiae decursione.* Male literati secuti libros impressos *Africanorum* legunt, cum legendum sit *Africanarum* & de *Pantheris* intelligendum, quarum venationem inter Circenses interposuisse Caligulam, signat Tranquillus. Senatusconsultum fuit verus ne liceret *Africanas* aduehere. Idem Tranquillus auctor est: Claudium exhibuisse Africanas conficiente turma equitū prætorianorum. In interpretatione eiusdem orationis, apud eundem, ex literarum transmutatione dictio vetusta corrupte legitur, impressores enim pro *seplasia* impressere *selasia*. Fuit autem *Seplasia* forum Capuæ in quo vnguentarii negotiabantur. *Seplasia* delitiis contulam fractamque fuisse Punicam ferociam testatur Valerius libro nono dictorum factorumque memorabilium. *Seplasia* meminit Cicero in Oratione legis Agrariæ contra Rullum his verbis: *Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum in Alba, & Seplasia*, vbi *Albanam* intellige pro altero foro Campano, cuius sit mentio quoque apud Valerium. Hæc est illa *Seplasia* de qua ita scribit Plinius in 34. *Credunt Seplasia ea omnibus quidem modis corrumpenti.* Idem in 16. loquens de *resina* arboris piceæ: *Hinc* ait, *est fraus Seplasia*, vbi impressores non *Seplasia* impresserunt, sed sæpissime *Asia. A Seplasia Seplasiarius* deriuatur, accipiturque pro est fœminā vnguentario. Lampridius in Heliogabalo, pinxit se vt cupedinarium, *vt Seplasiarium*, vt popinarium, propter vnguenta, quæ *Seplasia* conficiebantur. Dictum est ab Ausonio: *Ære Seplasia decipere caue*: Quo versiculo pro *Ære Seplasia* odorem vnguentorum atque fragrantiam intelligi voluit.

Apud Quintilianum in decimo institutionum oratoriarum turpe mendum deprehendimus inter legendum, & etiām emendauimus, ita enim scriptum est: *Sed non quicquid ad aliquam*

partem scientiæ pertinet, protinus ad faciendam etiam Apharesin, de qua loquimur accommodatum. Ex librariorũ impressorumque incuria menda facta est in eo verbo *apharesim*, cum legẽdum sit *phrasin*, sicut & nos correximus, qua dictione tanquam latinitate donata vsi sunt Latini, vnde alibi idem dixit Quintilianus: *Macer & Lucretius, legendi quidem, sed non vt faciant phrasin, hoc est, corpus eloquentiæ.* Hieronymus in prologo Galento: *Secundus Maccabeorum liber Græcus est, quod ex ipsa phrasi probari potest.* De hac itaque loquens Fabius, inquit, non omnia esse accommodata ad faciendam *hanc phrasin*, hoc est, elocutionem absoluendam, quæ ex aliqua parte sunt erudita.

Apud eundem in tertio pro *Tyberium Cæsar*, impressum legitur in omnibus codicibus *Titus Cæsar*: Quæ nominis depravatio historiam peruertit, & tempora? Verba Quintiliani hæc sunt: *Theodorus Gadareus qui se dici maluit Rhodium, quem studere se audisse, eũ in eam Insulam secessisset, dicitur Tyberius Cæsar.* Sensus verborum istorum manifestarius est, sed ab historiæ fide dissentiens, si legatur *Titus* Cæsar. Namque Theodorus, de quo loquitur Quintilianus, docuit præcepta Rhetorices Rhodii per id tempus, quo *Tyberius* in eam Insulam secessit, vbi circa scholas & auditoria professorum assiduus fuit, & inprimis audiuit Theodorum, mansitque illic annos octo, de quo *Tyberii* secessu multa scribit luculente Tranquillus. Dictus est autem *Gadareus Theodorus a Gadaribus* ciuitate *Syriæ*, quam Iudæi sibi vendicarunt. Vnde ait Strabo lib. 17. cum de *Gadaribus* loqueretur, *hinc fuit Theodorus orator, qui ætate nostra vixit.* Strabonem autem ætate *Tyberii* scripsisse, clarum est ipsius testimonio, qui in sexto memorat, se *Tyberii* tempore floruisse Qui legit, apud Fabium *Titus Cæsar* is, prorsus & historiæ, & temporum, ignarus est De hoc *Theodoro Gadareo* intellexit Iuuenalis illo versu: *Artem scindens Theodori.* Illud quoq; in eodem scriptore, quod adeo nuper legimus, indiget emendationis vnius literæ immutatione. Nam in primo: *Marcipotes Publipotesque* scriptum est, pro *Marcipores Publiporesque.* Maiores enim nostri a prænominib. dominorum seruos in familia nominabant, vnde a *Marco* & *Publio* dicti sunt *Marcipores* & *Publipores* quasi pueri, hoc est, serui Marci & Publii. Sicut *Quintipor* nomen seruile frequens fuit apud antiquos a prænomine domini, ita *Marcipor* & *Publipor* a *Marco* & *Publio* nominatur, vnde & emendandus est locus apud Plinium depravatus: Namq; libro 33. naturalis historiæ incuriosi scripserunt, *Marsiferos Lucifereseue*, vbi scribendum erat, *Marcipores Luciporesue*, pro seruis Marcii & Lucii. Et hoc est, quod ait Plinius, id genus seruos dominorum fuisse gentiles, id est, eodem nomine appellatos, quo domini appellabantur. *Gentilis* enim præter notam significationem dicitur is, qui simili nomine appellatur, id quod Cicero in Topicis, & Festus tradiderunt. Verba Prisciani ex libro sexto tran-

transcripta subiecimus, quibus aperte significatur quod dicimus. *Vt a puero composita, Publipor Publiporis. Marcipor Marciporis.* Sic Probus. Ita enim antiqui pro *Publipuer & Marcipuer* dicebant. Quidam apud Plinium *Marsiferes* & *Lociferes* dici existimant, tanquam *baiulos marsupiorum, & loculorum*, sed male.

Æmilius Probus, qui vitas Græcorum Imperatorum luculento sermone conscripsit, *Aristidem* tradit a *Themistocle collabefactum esse testula*: Quæ sententia cum non solum tyronibus, sed etiam veteranis sub obscura videri soleat, hoc in loco a nobis copiosissime explicabitur, qui studia iuuenum, & imprimis tui, fouere ac iuuare proutili parte contendimus. Ciuitates antiquitus quæ populari statu regebantur, eos qui super excellere videbantur, vel propter amicos, vel propter aliquam aliam potentiam extra ciuitatem relegare solebant ad tempus, sicuti docet Aristot. libro 3. Politicorum. Athenienses vero exilio decennali mulctare consueuerat potentes nimis ac excellentes gloria viros, & hoc exilii genus *Ostracismon* appellauerunt, qui repertus est, non ad castigandam improbitatem, sed ad potentiam moderandam. *Ostracismus* autem ab *Ostrato*, id est, *calculo*, siue *testula* nomen sortitus est, qui in hunc maxime modum Athenis peragebatur. *Ostraci*, id est, calculi viritim in consilio dabantur, in quibus quisque nomen illius perscribebat, quem vrbe cedere voluisset. Magistratus vero qui huic negotio præerant vniuersos simul, calculos recensebant qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esse iudicabatur, vbi vero legitimus numerus repertus fuisset, eum 10. annorum exilio afficiebant, quem pluribus calculorum sententiis damnatum esse cognoscerent. Hoc *Ostracismo* multi proceres Athenienſium inexilium e ciuitate electi sunt, vt Aristides, Themistocles, Cimon, aliique compiures. Nemo autem sordidus, nemo ignobilis, nemo famosus, vt Plato Comicus inquit, consuetus *Ostracismo* mulctari, vnde id genus exilii apud Athenienses cessauit. Postquam Hyperbolus homo sordidus *Ostracismo* mulctatus est, qui nobilissimorũ & potentissimorum hominum, non autem sordidorum & humilium causa fuerat institutus. *De Ostracismo* multa scribit Plin. in Aristide, & Alcibiade. Hoc Latini *testularum exilium vocant*. Vnde etiam dixit Plutarchi interpres in Pericle, quod Pericles cum iuuenis esset veritus *testa* exilium nulla ex parte rempub. attigit. Sensus itaque Probi Æmilii est Aristidem a Themistocle electum fuisse ciuitate collabefactum *testula*, hoc est decennali exilio *Ostracismi* mulctatum: Quam historiam copiose scribit Plutarchus in Aristide, qui in Themistocle sic ait, *testarum exilio* Aristidem ciuitate eiecit. Quotiens cumque leges *testarum* suffragiis electum fuisse aliquem ex principibus Athenienſium, scito *Ostracismon*, de quo diximus, hoc est exilium decennale significari.

In quarto apud Gellium locus est partim mendosus, partim præpostérus, ita enim scriptum est. *De Myopo peri nodu quoque, qui lusitiosus Latine appellatur dissensum est.* In his paucis verbis multiplex error est, quem nos ita emendauimus, & ita Gellium scripsisse opinamur: *de Myopo qui luscosos Latine appellatur peri nodu quoque dissensum est.* Et antequam sensum scriptoris explicemus, prius verba ipsa quid significent declaremus. *Myopas* Græci vocant in die parum videntes, quæ dictio composita est a verbo Græco *myo*, quod signat *claudo*: & *ops* quod dicitur *oculus*, quasi *myopes* propter visus hebetationem clausis oculis intueri videantur. Latini id genus homines *luscosos* appellitant, a *luscatione* quadam, vt opinor, quod scilicet *lusci* imitentur. Alio nomine Græci *luscosos nyctelopas* vocant a nocturno videlicet aspectu. Plinius libro 28. ita scribit: *sanguine hirci sanari luscitiosos, nyctilopas appellant Græci.* Idem in octauo, in scriptum reliquit: *Traduntur capræ non minus videre noctu, quam interdiu, & ideo caprinum iecur, si vescatur, restituit pristinam aciem his quos nyctilopas vocant.* Scribunt Iurisconsulti Digestis de ædilitio edicto: *Eum hominem morbosum esse qui neque matutino videt, neque vespertino, quod genus morbi Græci vocant myopa.* Auctor est Nonius *Myopes*, qui Latine *luscosi* vocantur, ad lucernam non videre. De luscioso facere, vt semper Plautus dixit in milite: *Ædepol tu quidem cæcus, non luscosus es.* Et eodem loco, inquit *Mirum te lolio victitare, & tam vile triticum, quid ita? quia luscosus.* Vbi impressores pro *lolio* impresserunt *oleo*, & ita Plautinam eruditionem deprauarunt. Dicunt enim (vt inquit Placiades) quod lolium comedentibus, oculi obscurantur. Cuius rei etiam testis est Ouidius illo versiculo:

Et carent lolio oculos vitiantibus agri.

Festus pro *luscioso, nuscioso* scribit, tanquam a nyctilopa hoc est a nocturno aspectu deriuatum sit, nisi forte a libriariis confusa sunt, quæ Festus ipse ex ordine literarum optime digesserat. *Nodos* vero Græce Latine dicitur *edentulus*, hoc est ille *qui dentibus caret.* Erit itaque sensus Auli Gellii, talis: Dissensisse eruditos de *Myope*, hoc est eo, qui parum videt, qui Latine luscioso appellatus, an redhiberi debeat tanquam morbosus. Similiter de *edentulo* quod ipse Græce dixit *peri nodu*, quæsitum est an sit *morbosus.* De quo scribens Paulus Iurisconsultus: *cui dens abest*, inquit, *non est morbosus, maxima enim pars hominum dente caret, neque ideo morbosi sunt, præsertim cum sine dentibus nascamur, nec ideo minus sani simus donec dentes habeamus, aliquin nullus senex sanus esset.* Sed iam ad Diuum Hieronymum transeamus, apud quem non minus eruditionis reperio atque facundiæ, quam apud Ethnicos scriptores.

Diuus Hieronymus in epistola ad Paulinum, quę in liminari est

pagina

pagina testamenti veteris, scribit *Apollonium philosophum perrexisse ad Æthiopiam, vt Gymnosophistas & famosissimam solis mensam videret in fabulo.* Quæri solet a curiosis Hieronymi sectatoribus, quæ nam fuerit *solis mensa*, quam vt videret Apollonius ad Æthiopas accessit. De qua quid tradiderint luculenti scriptores eloquamur. Auctor est Herodotus in tertio historiarum fuisse in Æthiopia *pratum omnium quadrupedum carne refertum*, quam per noctem magistratus illic ponere festinabat, & vbi illuxisset, cuilibet licebat illuc accedere epulatum, indigenæ existimabant copiam epularum diuinitus suppeditari, & hanc solis mensam nuncupauerunt, ad quam inspiciendam olym *Cambyses* misit legatos in Æthiopiam. Solinus Græco vocabulo nuncupat *Heliotrapezam* hoc est solis mensam ἥλιος enim Græce *sol*, & *trapeza* mensa nominatur. De hac mensa solis ita scriptum reliquit Pomponius Mela: *Est locus in Æthiopia paratus, semper epulis refertus, & quia vt libet vesci, vescentibus licet, Heliotrapezam appellant, & passim apposita sunt, quia affirmant innasci subinde diuinitus.* Interpretamenta quæ super hoc loco scribuntur a Nicolao de Lyra alioquin erudito, sunt mera deliramenta, neque sententiæ Hieronymi, neque historiæ accomodata.

Apud eundem libro secundo contra Iouinianū in peruulgatis impressisq; codicibus hæc verba leguntur: *Nunc restat vt Epicurum nostrum sudantem in hortulis suis inter adulescentulas & mulierculas alloquamur.* Ego vero illud *sudantem* emendandum esse censeo, & vnius tantū modo literæ immutatione legendum *subantem.* Namque *subare* vocabulo antiquissimo dicuntur sues cum libidinātur, vnde translatio quoq; facta est in cetera animalia, vt docet Porphyrio enarrans illud Horatianū: *Iamq; subando tenta cubilia tectaque rumpit.* Et vt auctor est Aristoteles libro sexto de animalibus, ita *subare* dicitur in *subus*, quemadmodum *equa* libidine stimulatæ dicuntur *equire.* Vnde & Columella: *mulam* appellat *equientem*, hoc est desiderio libidinis equum appetentem. Et hinc maledictū trahitur in mulieres libidinosas. In hanc sententiam loquitur Plin. cuius verba subieci ex lib. 10: *Verrē subantis audita voce nisi admittatur, cibū non capere vsq; in macie. Vbi subantis* accipitur pro *libidinātis & Veneri inhiātis.* Ita Hierō. taxare volens Iouinianū, eū appellat *Epicurū subantē*, hoc est in coitum ruentē, & in coitus voluptate summū bonū collocantē. Et hæc erudita & pinde venusta sententia. Quod si *sudantē* legerimus, vt passim legitur, sensus erit plane frigidior atq; vulgarior. Hac dictione vsus est idem alibi in epistola contra diaconū Sabinianū, ita scribens: *sic subantem te & lasciuiātem, huc atq; illuc, rapiebat voluptas.* Et apud eundē plurimis locis hoc tanquam peculiare verbum deprehendes, sed fere semper librariorum impressorumque incuria, pro *subantem sudantem* leges.

Apud eundem contra Ioannem Hierosolymitanum dictio deprauata est in his verbis: *Rogo quæ tanta est cæcitas Cinericiis, sicut aiunt, tenebris inuoluta.* Ego vero pro *Cinericiis* tenebris correxi *Cimeriis*, quod ex historia prisca veterique prouerbio depromtum est. Nam *Cimerii* populi fuerunt Scythici, a quibus Bosphorus *Cymerius* nominatus est. In cuius hostio fuit oppidum *Cimerion*, quod alio nomine *Cerberion* vocabatur, vt auctor est Plinius in quinto. Existimat Strabo in septimo dictum esse *Bosphorum Cymerium, quasi Cymbricum a Cymbis, qui incertis errabundi sedibus vsque ad Mæotim paludem militiam agitarunt.* Cimeriorum clima obscurum est ac tenebrosum, vt idem memorat in primo, cuius rei etiam meminit Homerus sic loquens de Cimeriis.

Illis sol nunquam Phaethontia lumina spargit,
Perniciosa super nox semper tenditur istis.

Tibullus Homerici carminis æmulator, ita cecinit in heroico poemate:

Cimmerion etiam obscuras accessit ad arces.
Quis nunquam candente dies apparuit ortu?
Siue super terras Phœbus seu curreret infra.

Cum itaque Cimeriorum regio esset tenebricosa & aer caliginosus, deductum est inde prouerbium: *Tenebræ Cimmeriæ*, quod vsurpat Lactantius sic scribens in quarto diuinarum institutionum: *O cæcum pectus, o mentem Cimeriis (vt aiunt) tenebris atriorem,* Lactantium (vt opinor) imitatus est Hieronymus, cuius verba ita emendanda sunt, prout emendauimus, & sic legenda: *Rogo quæ tanta est cæcitas Cimmeriis, sicut aiunt, tenebris inuoluta.* Qui *Cinnericiis* legunt, sicut semidoctum vulgus lectitare consueuit, hi iudicio sunt plane *cinericio*, & omni penitus scintilla viduato. Ephorus auctor est, *Cimmerios* in Italia quoque fuisse iuxta lacum Auernum, eosque in subterraneis habitasse domiciliis, quorum morē patriū esse, vt nemo solem aspiciat, noctu vero egrediantur. De *Cimmeriis* ita scribit Festus: *Cimmerii dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in ea regione, in qua conuallis satis imminenti iugo circumdata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore sole contegitur.*

In Cæsaris secundo commentario ita scriptum est: *Sectionem eius oppidi vniuersam Cæsar vendidit.* Vbi *sectio* dictio est, vetus sicut & *sector*. Dicuntur autē *sectores* qui spem sui lucri secuti (vt docet Asconius) bona damnatorum emebant in auctionibus, ac postea pro compendio venditabant. Inde a Cicerone. M. Antonius sector Pompeii appellatur, quantum scilicet in subhastatione bona Cnei Pompeii redemerat, ideoq; ab eodē dictū est: *Inflāmanter expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam diis hominibusq; hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere? inuētus est nemo præter Anton.* Vbi *sectionē* in eo significatu accipit, quo

Cæsar

Cæsar, pro illa scilicet iuris persecutione, qua sectores vtuntur in auctionibus. Alibi a Cicerone eleganter dictum est in Oratione pro Roscio Amerino: *Nescio per ista tempora eosdem fere sectores fuisse bonorum & colorum.* Cornelius Tacitus: *Vbiq; hasta & sector & inquieta vrbs auctionibus.* Denique crebra mentio est *sectorum* apud eruditos, qui pro emptoribus his accipiuntur, qui auctionantur bona hastæ subiecta. A Lucano dictum est *sectorq; fauorus ipse sui populus.* Vbi *sector* scienter & eleganter dicitur populus Romanus, quia fauorem suum vendebat candidatis spem lucri secutus. Sensus est Cæsaris venditam fuisse oppidi sectionem, id est, Cæsarem bona ciuitatis vendidisse sub hasta, his qui sectionem facere dicuntur. Et in hoc significatu *sectiones* accipiendæ sunt apud Tranquillum ita scribentem in Vitellio: *Cuius filius sectionibus & futuri vberius compendium nactus.* Scribit Festus *sectionem* significare iuris persecutionem, quæ interpretatio non multum abest ab ea quam tradidimus significatione, *sectores* enim facta in auctionibus *sectione*, ius suum persequuntur.

Hieremias Propheta ita inquit: *Cum pinxeris stibio oculos tuos frustra componeris.* In Ezechiele quoque legimus. *Circumlinisti tibi oculos tuos stibio, & ornata es modo muliebri*: Et libro quarto Regum scriptum est: *Depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum.* Denique hæc dictio *stibium* scaturiens est apud Ecclesiasticos scriptores, & in primis apud Hieronymum. Quid autem sit *stibium* tam nescit Nicolaus de Lyra, quam nescire curauit. Vt autem studiosi sacrarum scripturarum intelligant, quid proprie *stibium* significet, quo ad venustandos oculos peculiariter vtebantur, sciant in argenti metallis inueniri lapidem spumæ candidæ atque nitentis, quem alii *stibium*, alii *alabastrum*, aliqui *turbasim* appellant, Cuiusuis principalis est circa oculos, quos dilatat, quorumq; fluitiones inhibet exulcerationesque Ideo id *Graci Platyophthalmon* appellauere, ab oculorum scilicet dilatatione, auctor Plinius libro trigesimotertio. *Stibio* ergo oculos fœminæ pingebant, vt ita formosiores viderentur, quod viris, & maxime religiosis turpissimum est, & maximo olim probro dabatur Vnde ait Apollonius. *Dic mihi crinem fucat Prophetes, stibio oculos linit?*

Idem Hieremias ita inquit: *Facit laquearia cedrina pingitq; sinopide.* Cum interpretes quid sit *sinopis* non explicent, a nobis explicandum est. *Sinopis* color est vnus ex coloribus natiuis, cui nomen inditum est vb vrbe Ponti *Sinope*, vbi primum inuenta est. Nascitur teste Plinio in Ægypto, Balearibus, Africa, sed optima in Lemno & in Cappadocia. *Sinopide* vsi sunt veteres pictores ad splendorem. Rubricæ genus in ea voluere intelligũt quidam, vnde a Vitruuio libro septimo, rubrica *sinopica* nuncupatur, de qua ita scribit Strabo libro duodecimo Geographiæ: *In Cappadocia nascitur ea, qua Sinopica* rubrica dicitur, omnium optima, quæ cum Iberica

decertat, iccirco *sinopica* appellatur, quod eam mercatores eo deferebant, priusquam Ephesiorum emporium tam celebre esset.

In Daniele dicit Susanna ad puellas: Afferte mihi *oleum & smigmata*: Interpretes scribūt: *Smigma* esse aquam hordaceam ad faciem abluendam, ego quemadmodum nescio an *Smigma* sit ex hordeo & aqua, ita hoc scio *Smigma* appellari omne quod purgat, emaculat, abstergit, a *Smicho* verba Græco deriuatum, inde ita scribit Plinius: *In arariis officinis, & Smigma fit iam liquato ære atque percocto.* Idem alibi: *Smigmata mulieres faciunt ex his.* Idem in vigesimo secundo: *succus lupini smigma fit, quo solum fouere gangrænas.* et frequens est hæc dictio apud eundem, accipiturque pro vocabulo generali, quo medicamentum omne significatur, quod valet ad emaculandam faciem, & abstergenda corporum dehonestamenta. A *smigma* deriuatur *smicticus*, vnde a Plinio idem dictum *vis smictica* vsurpatur accipiturque pro efficacia tali, qualem habet *smigma* ad purgandum scilicet & emaculandum.

Apud Tranquillum in Galba dictionem deprauatam correximus, & pro adulterina vera venustamq; substituimus, verba Tranquilli hæc sunt: *Vt siquid scanici, aut histrici donatum olim vendidissent, auferretur emptoribus*, Nos pro *histrici* emendauimus *xystici*, Dicūtur autem *xystici* athletæ, qui per hyberna tempora antiquitus exercebātur in porticu quæ *xystos* apud Græcos appellatur. Auctor Vitruuius in libro quinto de architectura, qui docet quemadmodum facienda sunt *xysta*. Vsus est hac dictione idem Tranquillus in Augusto sic scribens: *Nec tamen eo minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit*, Vbi *xysticorum* nomine athletas intelligit. Apud iurisconsultos, digestis de his qui notantur infamia duæ dictiones iunctim locatæ patitet mēdosæ leguntur, vbi ita scriptum est: *Neq; theomilici neq; xestistici ignominiosi habeantur*, Nam pro *Theomilici Thymelici*, pro *xestistici, xystici* corrigendum est. Et in eo significatu *xystici* accipiuntur, quem iam declarauimus. *Thymelici* vero vt hoc quoq; iurisconsultorum verbum explicemus, significant histriones, & Græci *thymelen* pulpitum & histrionicam appellant. Vnde a Vitruuio dictū est *scanici* & thymelici. Græce separatim nominantur. Et Ausonius festiue scripsit, *Nos Thymelen sequimur*. In decretis quoq; distinct. vltima de con. sacerdotes admonentur de conuiuio surgere debere antequam *Thymelici* ingrediantur. Sed vt ad Tranquilli sententiam explicandam reuertamur, dicit ille liberalitates Neronis a Galba fuisse reuocatas, vt id quod olim *scanicis* aut *xysticis*, id est, athletis donauisset id exigeretur. Hāc historiam Plutarchus apertioribus verbis explicat, quibus plane sententia Tranquilli fit manifestior, ita enim scribit in Galba: *Quas largitiones in Galba dederat scenam palæstramq; agitantibus, eas vehemētius repeti iussit præter decimam partem.* Eadem historia traditur a Cornelio Tacito omissis

omissis *scænicorum xystlicorumq;* nominibus. Præterea *xystici* dicuntur, qui *xysto* ludunt. Significat autem *xystos*, *hastile vel speculum*, vnde *xystophoros* Græce nominatur, Latine *speculator*. *Xystos* quoq; præter iam dictas significationes accipitur pro ambulatione, in qua arbusculæ sunt in plurimas species effigiatæ, & talis significatur a Plinio libro quinto Epistol. ita scribente: *Ante porticu xystus concisus in plurimas species distinctusq; buxo.* Et vt auctor est Vitruuius Latini *xysta* ambulationes appellant, quas Græci *Paradromidas* dicũt. De *xysto* ait Cicero in Bruto: *Nam cum ambularem in xysto & essem otiosus domi.* Legatur igitur apud Tranquillum *xystici* potius quã *histrici*, & pro athletis accipiantur. Non ignoro *histriones* dici posse *histriones*, cum a Plauto in Pœnulo Imperator *histricus histrio* nominetur, & ab eodem alibi dictũ sit: Hæc imperata sunt pro *imperio histrico*, pro eo qui *imperio histrionico* videatur; q; alludere Plautus *ad Histriam*, regionem, ex qua primum histriones venisse, & inde nomen sortitos esse autumat Festus, cuius auctoritati Liuius Valeriusque refragantur, scribentes nomen histrionibus fuisse inditum, quia *ister* Tusco verbo *ludio* vocabatur. Verior est prior significatus, & historiæ accommodatior.

Idem in Vespasiano inquit: *Publicum quadragesimæ in Asia egit.* Ego existimo *Publicanum* potius quam *publicum* legendum esse, vt sit sensus, Sabinum de quo loquitur, fuisse Publicanum in Asia ad quadragesimas exigendas, hæc est enim elocutio & luculenta & erudita, vt ita dicamus: *agit Publicanum*, agit *senatorem*, *agit amicum imperatoris*, pro eo quod est facit officium publicani, senatoris, & amici imperatoris. Et hic mos dicendi apud eruditos est frequentissimus. *Quadragesima* vero est tributum & exactio sicut vigesima, & quinquagesima, centesima, & ducentesima, & id genus alia publicanorum fraudibus exercitata. Vnde ita scribit Cornelius Tacitus: *Manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæque, & quæ alia ex auctionibus illicitis nomina Publicani mouerant.* Ita Cicero *Decumanos* in Verrinis appellat principes publicanorum, a quibus decimæ exigebantur: Et a Liuio *vigesimarium aurum* dici videtur, quod ex vigesimis exigebatur, quamuis in mendosis Liuianis codicibus non *vigesimarium aurum*, sed *incensimarium* legatur. De *vigesima* scribit Plinius in Panægyrico luculentissime. A Seneca *sanguinolenta centesima* eleganti epitheto appellantur. *Ducentesimas auctionum* Italiæ olim Caligula remisit.

Idem in Augusto scribit: *Octauium Augusti patrem inter diuisores operasq; campestres proditum.* Quę verba cum a multis perperam intelligantur, a nobis in hoc loco explicabuntur. *Diuisor* criminis nomen est, hique antiquitus *diuisores* vocabantur, qui pecuniam inter tribus viritim diu debant nomine candidatorum hoc est magistratus petitorum, quos Plautus magistros curiarum in

Aululariavocat his verbis: *Nam noſter noſtra qui eſt magiſter Curia, diuidere argenti dixit nummos, in viros.* Quærit Aſconius vtrum legitimos habeant tribus omnes *diuiſores* ſuos. *Diuiſoris* autem nomen criminoſum fuiſſe, vtpote tribulium corruptoris in ferendo ſuffragio, docet Cicero in Orat. pro Plancio his verbis: *Quam tibi commodũ eſt vnam tribum delige tu, doce id quod debes, per quem ſequeſtrum, quo diuiſore corrupta ſit.* Idem alibi ait: *Qui ſi erat diuiſor præſertim eius, quem tu habebas reum, cur abs te reus non eſt factus?* Idem alibi: *Docet inquit diuiſiſſe* pro eo quod eſt *diuiſorem fuiſſe* pecuniæ, inter ſuffragatores, vt libentius candidato ſuffragarentur. *Operas* vero *campeſtres* appellat eos, qui in *campo Martio* ſeruilem operam candidato impertiebantur, & pro eo laborabant, vt ſuffragatoribus ſuffragantibus magiſtratum conſequeretur. Nam cum *opera* fœminino genere, ſignificet teſte Vlpiano *diurnum officium*, accipiaturque pro operatione, ſignificat etiam ipſam perſonam quæ aliquid facit, ſicut docet Seruius, & ita accipitur frequenter apud Ciceronem, qui pluribus in locis *operas* contumelioſe appellitat ſordidos & abiectos, viliſque conditionis homines, vnde ait in Oratione pro Sextio: *Cum per Tribunũ aliquem & ſexcentas operas ſe fortunis ſpoliari videant.* Et alibi: *Operarum inquit ſuarum gladiis & lapidibus obiecerit.* Et in oratione pro Flacco: *Operæ faceſſant, ſeruitia ſileant.* Horatius quoque nomine *operæ* ſeruum ſignificauit illo verſ. *Accedas operæ agro nono Sabino.* Idem Tranquillus alibi *mancupem operarum* nuncupauit, quem intelligi voluit conductorem redemtoremque ſeruorum. *Manceps* enim vt hoc quoque declaremus, ſignificat eum qui a populo aliquid emit conducitue. In hoc ſignificatu accipiendum eſt illud Plinianum: *Coriũ manceps proxime ſutrina examinauit.* Cicero *mancupes* appellat Romanos, publicanorum principes, qui quæſtus ſui cauſſa decumas redimunt a populo Romano. *Mancipii* nomen a *manucapiendo* dictum eſt, vnde & ius mancipii deriuatur de quo ait Cicero in Orat. pro Aruſpicũ reſponſis: *Iure auctoritatis iure mancipii iure nexi. Campeſtres opera* dicũtur a Tranquillo ab eo, quod in campo Martio pro candidatis ſatagebant, & operabantur.

Legebamus nuper oblectamenti cauſſa Plautinam fabulam, cui titulus eſt. *Miles.* Inter legendum correximus locum mendoſum, & penitus deprauatum, adeo vt nullus ſenſus percipi poſſet, ſed priuſquam emendationi noſtræ applaudamus, verba Plauti, quæ in omnibus codicibus mendoſe perſcripta ſunt, referamus: *Cauſſa hanc habeas furugenet.* Quæ ſunt hæc portenta verborum, ipſe medius fidius Plautus talia nõ interpretaretur? Nos vero penſitatis curioſiſſime & verbis, & ſententia paulatim demutantes, ita correximus: *Cauſiam habeas ferrugineam. Cauſia* autem dictio eſt vetuſtiſſima, qua ſignificatur tegumentum capitis calori aptum, vnde & nomen accepiſſe videtur. *Cauſis* enim Græce dicitur, Latine

tine *combustio*, & *causon* æstus: Inde ab Hippocrate & Auicenna *causon* febris æstuans appellatur. Hac dictione vtitur Valerius libro quinto scribens in capite de clementia: *Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput suum, more Macedonum habebat.* Scribit Plutarchus in Antonio: Ptolemæum Antonii & Cleopatræ filium ornatum fuisse chlamyde & *causia* cum diademate, qui erat habitus regum Macedonum ab Alexandro. Apud Martialem lemna est *causia*, accipiturque in hoc eodem significatu, quod declarat distichon subiectum:

In Pompeiano tectus spectabo theatro.
Nam ventus populo vela negare solet.

Ferrugineam causiam optimo epitheto Plautus appellat, quam intelligi vult subnigram, cæruleique coloris, hoc enim significare *ferrugineum* carminibus Virgilianis & Grammaticorum interpretationibus manifestissimum est. Igitur velens Plautus describere ornatum hominis *naucleri*, vult, vt habeat pro capitis tegumento *causiam ferrugineam*, qui color est marinis fluctibus similis. Vnde ab eodem Plauto is color in eadem fabula *Thalassicus* nuncupatur, hoc est, *marinus*, quamuis impressores pro *Thalassico, Thessalinũ* impresserint, corrupto verbo & sententia, Græci enim *Thalassan* mare appellant, vnde *Thalassicus* detiuatur, idcirco dixit idem alibi: *Nescio quis tecum incedit ornatu quidem Thalassico.* Hunc colorem *Venetum* scienter appellat Vegetius libro quarto de re militari, scribens: nautas veste *Veneta* esse induendos, & vela nauium exploratoriarum colere *Veneto* esse tingenda. Est autem *Venetus* color cæruleus, & vt inquit idem Vegetius, similis marinis fluctibus. Auctor est Lampridius Heliogabalum pisces comedisse coctos conditura *Veneta*, quasi in marina aqua cum colore suo. Hic est ille color, a quo Aurigarum factio *Veneta* nominatur, quæ factio apud scriptores memoratissima est, cui ita fuit addictus Vitellius, sicut Prasinæ factioni deditus erat Caligula, ita nuncupatæ a *Prasino*, hoc est, viridi colore Et olim Verus Antoninus auctore Iulio Capitolino passus est iniurias a Venetianis, quod Prasinæ factioni contra eos faueret: vbi Venetianos appellat *Aurigas Venetæ factionis.* Et hic est ille *Prasinus Venetusque pannus*, de quo ita scribit Plin. lib. 8. Epist. *Nunc fauent panno, pannum amant, & si in ipso cursu non mediocri certamine hic color illuc, illuc hic transferatur, studium fauorq; transibit, & repente agitatores illi, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina relinquet tantagratia, tanta auctoritas in vna vilissima tunica.* Hæc Plinii verba quidam neoterici interpretes perperam allegauerunt, parum diligenter animaduertentes Plinium in hoc loco ostendere voluisse inane studium Romanorum inanemque fauorem, qui non hominibus ipsis fauebant, sed colori quo erant induti, vnde ait: *si color panni ab vna factione ad alteram factionem transferatur, simili-*

ter ſpectatorum fauorem tranſiturum, qui ſi perſonis ipſis fauerent, non rei actæ illis pannum ſequeretur.

Scribit D. Hieronymus in prologo Paralipomenon, quod ſæpe culpa ſcriptorum, vnum nomẽ in duo vel tria vocabula diuiditur, quod veriſſimum eſſe in compluribus aliis ſcriptoribus, tum in Plautino poemate deprendi, vbi ſæpe duo vel etiam tria nomina ſubtractis e medio ſyllabis, in vnum vocabulum coagmentata deprendes, vel e regione vnum nomen propter latitudinem ſuam in duo vel tria vocabula diuiſum. Legebam adeo nuper Perſam Plautinam fabulam, in qua ſic loquitur *Toxilus* ſeruus: *Hunc ego hominem hodie intra ſemina doctis ducam dolis*, vbi illud *intra ſemina*, ita emendandum eſt, *in trãſenna*. Significat autem *trãſenna* extentum funem, Salluſtius *tranſenna demiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam Metello imponebat*. Cum ergo ex fune laqueũ intendantur ab his qui inſidiantur feris capiendis, facete Plautinus ſeruus (in comœdiis enim ſerui fallaces inducuntur) dicit ſe dolis circumuenturum lenonem ducturumque *in tranſennam*, tanquam laqueos ex fune fraudulenter intenderit: Alibi in eodem ſignificatu dixit Plautus in Baccidibus: *Nunc trafenna hic turdans lumbricum petit.* Impreſſi codices pro *turdus* habent *tardus* Idem in Rudente ſententialiter loquens ait: *O Gryppe Gryppe in ætate hominum plurima fiunt tranſenna vbi decipiuntur dolis, atque adeo in eas plurumque eſca imponitur, quam ſiquis auidus poſcit eſcam auariter decipitur in tranſenna auaritia ſua.* Ex his Plauti verbis aperte colligimus *tranſennam* ſignificare decipulũ & laqueum ad decipiendum concinnatum. In alio ſignificatu, ſi Nonio credimus. *Tranſenna* accipitur pro *feneſtra* apud Ciceronem libro primo de Oratore ita ſcribentem: *Quaſi per tranſennam tetereuntes ſtrictim aſpeximus. Verba Saluſtii*, cuius auctoritate paulo ante diximus *tranſenna* nomine funem ſignificari, allegat Nonius & accipit pro feneſtra. Sed Seruius enarrans illud Vergilianum, *volucrem traiecto in fune columbam*, *Traiecto* expoſuit pro extento, & ſubiungens ait, *vnde tranſenna dicitur extentus funis*, & citans Salluſtium teſtem illius verbis ſuam nititur de *trãſenna* fulcire ſententiam: Idem exemplum Salluſtianum refert ur a Macrobio in tertio ſaturnalium. Exempla Plautina, quæ iam recenſuimus, cum Serui, opinione conueniunt.

Illud quoq; apud eundem in mentem venit, quod indiget modicæ caſſigationis, *vincere tu cursum curſu*, vel *glabatorem gradu*, vbi *gralatorem* legendum eſſe Feſtus Varroque notificant, qui ambo hæc Plautina verba allegantes *gralatorem* dici demonſtrant a gradu magno: Et hi proprie ſunt *gralatores*, qui perticis ſuperſtantes magnis paſſibus gradiuntur. Has vero Plautinas mendas aliaſque compluſculas dubio procul impreſſoribus adſcribimus, non autem correctori Georgio Alexandrino, qui in memoria noſtra vir doctiſſi-

doctissimus est, in cuius ingenium eruditionem q; eruditissimam, tam turpia errata non cadunt.

In Penulo introducitur seruus lenonis nomine *Syncerastus*, qui ita loquitur: *Si herus meus me esse locutum cuiquam mortali sciat, cõtinuo is me exsyncera fecerit.* Iampridẽ didici Varrone docente *Syncerastum* esse, omnem medullam antiquo vocabulo Græco. Ex qua Varroniana doctrina ita hunc Plautinũ locum interpreter, vt dicat seruus *Syncerastum* se futurum *exsyncera*, hoc est, *sine syncerasto*, id est, medulla & pinguedine, propter verbera q̃ sibi irrogabit herus leno, si resciuerit eum esse cum aliquo collocutũ, & ita facetissime in nomen suum iocatus est, qui dicebatur *Syncerastus*, quasi medullosus. Quod si ita legas me *exsyncerastum fecerit*, nõ absurde leges, *vt exsyncerastus* dicatur nomen contrarium *Syncerasto*, quemadmodum ab eodem Plauto *expeculiati* dicuntur serui *sine peculio*. Et hæc erit sententia vrbanissima Plautini serui tanquam dicat, *ego qui nunc Syncerastus quasi medullosus & pinguis vocor*, male mulctatus ab hero perdam pristinũ nomen, & fiam *exsyncerastus*, quia factus macer & emaciatus flagris domini, melius nominabor & verius *exsyncerastus* quam *syncerastus*. Et ita sales Plautini ex nominis significatione ducuntur, sicut in Persa parasitus Saturio cum esuriret, ait *esurio venio, nõ aduenio Saturio*, tanquam qui esurit & famelicus sit, non vero nomine vocetur *Saturio*, quod a *Saturitate* deriuatur, meliusq; *esurio* tanquam ab esuritione sit nominandus. Sed hæc hactenus. Interdum vnius tantũmodo literæ atque inuersio totã immutat inuertitq; sententiam, sicuti licet intueri in his verbis, quæ apud Curtium dicit Alexander militibus ad concionẽ vocatis. *Vestram virtutem rerum quas gessurus sum, vadem prædamque habeo*, sane immutatio est vnius literæ in ea dictione *prædam* cum *prædem* legendum esse & ab ipso Curtio ita scriptum fuisse procul dubio credamus. *Præs* autem significat sponsorem, qui obligat sequeque a magistratu interrogatus, vt præstet, quod promittit, respondet se *prædẽ esse*. *Prædes* vero differunt *vadibus*, quoniã vas appellatus est, qui pro alio vadimonium promittebat, vt docet Marcus Varro, quamuis de *vade* aliter tradiderit Laurentius Vallẽsis. Quantum ex Ausonii lectione intelligi datur, hæc est, differẽtia inter *vadem* & *prædem*, quod *vades* dantur in re capitali, *Prædes* vero in lite numaria. Versus Ausonii, quibus hæc differentia tradita est mox monosyllabis hi sunt. *Quæ subit in pœnam capitali supplicatio? vas. Quod cum lis fuerit nummaria quis dabitur? præs.* De *prædibus* idem scribit Festus q; Varro. *Prædes* poposcit Tribunus Plebis a Scipione Asiatico, cui mulctã irrogauerat, *vt auctor est Gellius*. De p̃dibus in significatu crebra mẽtio est apud scriptores opinatissimos. De p̃dibus ita scribit Asconius *Prædes* dici *fidetiussores*, quorũ bona p̃dia dicũtur. Igitur Alexãder magnus dicit apud Curtiũ, se habere virtutẽ militarẽ p̃ *vade & prade*, tanq̃ militũ virtus satisfecerit &

fideiusserit pro rebus, quas Alexander gesturus erat, quemadmodum *prædes* & *vades* promittunt pro alieno, hi in re capitali, illi in lite nummaria.

Corrige illum, cuius quoq; locũ nunc in mentem venit. Namq; apud eundem scriptorem *petram, dorinin* nominari leges, *In aornin* emẽdato. Fuit n. apud veteres *Petra idos* pceps & inuia monumentis historicorum celebrata: *quæ Aornos* nominatur, quasi auibus inaccessa. *Vnde locum Graii diverunt nomine Aornon.* A enim priuationẽ significat, & ὄρνις auẽ. Hanc olim frustra ab Hercule obsessam fuisse fama vulgauit. Hanc Alexander maximo cum periculo occupauit, a quo arẽ in petra locatæ sunt. Mineruæ, Victorięq;. De hac petra ita scribit Strabo lib. xv. *cum Alexander petram quandam nomine Aornin primo adortu cepisset, gloriabundi dixerunt Herculem petram adortum perinde repulsum esse.* Scribit Plutarchus Alexandrum, cum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse: *nunc locus iste facilimus est captu.*

Apud Ausonium Poetam Burdegalensem ex minutulis literarum immutationibus maximæ difficultates emergunt, sicut in illo, quod quia præ manibus est referemus: *Dum cicton coctonq; putas communis odoris, vbi* pro *cicton cyston.* pro *cocton coston*, legendum est, κύστις enim Græce dicitur Latine *vesica. Costos* autem frutex est odoratus. Igitur cum inter *cyston* & *coston* nulla sit differentia syllabarum, cum parua literarum sit immutatio, iocatur Poeta in Eunum cunilingum, quam *cyston*, j. vesicam locosque fœmineos & *coston* putabat esse communis odoris, quia vtroq; pariter delectabatur, nam *cyston* lingua lambebat, & *coston* naribus olfaciebat. Quamuis ergo sit magna nominis similitudo inter *cyston* & *coston*, tamen maxima est odoris differentia, cum alterum exhalet mephites fœtoresque, alterum odorem spiret olfactu iucundum. Et quoniam incidimus in hoc Ausonii epigramma, ille quoq; versus, qui indiget emendationis, corrigatur, dicens *Hanc mediam lambere non videre.* Expungas illud *videre*, quod neque sententiæ conuenit, neque metricę rationi quadrat, & in eius locum substituas *molere.* Est autem *molere* verbum vetus & significat subagitare, quo vsus est Horatius in sermonibus sic scribens: *Huic iuueni æquum est descendere, non alienas permolere vxores.* In passiuo significatu alibi Ausonius, inquit. *Deglubit, fellat molitur per vtram & cauernam.* Vnde molitores subactores dicuntur, in qua significatione accipitur apud eundem alibi sic scribentem: *Cum dabit vxori molitor tuus & tibi adulter.* Igitur Poeta mordax, & perinde facetus significare volens Eunum fuisse cunilingum, & non subactorem mulierum dixit, illum *fœminam mediam*, hoc est, cunnũ *lambere*, quod lingua fit, non autem *molere*, quod fit mentula.

AEnigma est apud Ausonium in epistolio ad Theonem, quo literas symbolice & obscure *Cadmi filius* appellat papyrum Niloticam

tam *melonis paginam*, apices atramento formatos *notas furua sepia*, & pro versiculis amatoriis *Cnidios modulos* dicit. Ideoque autem, vt figillatim singula explicemus, obscuritatemque hanc illustremus literas *Cadmi filias* vocat, quoniam Cadmus literarum inuentor fuisse perhibetur, qui e Phœnice in græciam sexdecim numero attulisse fertur a Plin *lib. vij. de natu. histor.* Vnde antiqui græci literas Phœniceas cognominauerũt, *vt auctor est Herodotus in Terpsichore.* Ait idem scriptor, se vidisse in templo Apollinis *literas Cadmeas* in tripodibus quibusdam incisas magna ex parte ioni cis literis cõsimiles. Quin etiam Cornelius Tacitus Cadmum auctorem literarum fuisse autumat, rudibus adhuc græcorum populis. Non me præterit alia ab aliis scriptoribus de origine literarum cõmemorari, quibus in præsentia supersedebimus, cũ ad rem nostrã non pertineant. *Nigellas* optimo epitheto literas cognominat, propterea quod ex atramento scriptorio conficiuntur. *Melonis* vero *paginam* papyrum nuncupant, quæ peculiariter nascitur in paluſtribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, *vt docet Plin. lib. xiij.* Vnde *Niliaca & Niliotica papyrus* appellatur ab idoneis scriptoribus. *Melo autem*, apud antiquos Latinos dictus est *Nilus*, sicut Telamon Atlas, *vt tradit Seruius & Festus.* Per notas *furua sepia* ipsas literarum formas atramento scriptas intellige. *Sepia* enim pro sanguine habet atramentum, quod vbi apprehendi se sensit effundere consueuit, & ita in fuscata aqua abscondit, *vt meminerunt Plin & Aristot.* Inde *sepiam* accipimus pro atramento, & ita accepit Persius eo versu: *Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.* Quod autẽ ait *Cnidios modos* intelligit versiculos amatorios propter Venerem reginam Cnidi Paphique, *vt ait Horatius.*

In Epistola ad Symmachum loquẽs de *grypo* ternarii numeri ita inquit: *Hunc cum velut gallinaceus Euedionis, situ cartei puluerisuſſum excussum relegi.* Mendum est in illo *Euedionis* pro quo nos emendauimus *Euclionis*, & ita emendandum esse iudicabit, quicunque legerit vel solam Plauti *Aululariam*, in qua inducitur senex ille nomine *Euclio* omnium mortalium auariſſimus, qui gallum gallinaceum domesticum, & Staphilæ anus peculiarem fuisse obtruncauit, propterea quod eum viderat occipientem *scalpurire vngulis*, vt vtar Plautinis verbis, vbi defossa erat aula illa auri plena. Itaque adhunc gallinaceum Eucionis alludens Ausonius ait se ita a suo puluereo, qui cartas infestat, eruisse librum, velut gallinaceus Euclionis scalpebat vngulis terram, tanquam eruere vellet thesaurum senis, in aula defossum.

Eiusdem in monosyllabis est iste versiculus: *An Lybia ferale malum sit Romula vox, ses.* Menda est in nouissimo verbo, quam nos sic correximus vt pro *ses*: emendes *seps.* Est autem *seps* serpentis genus ex cuius ictu membra percussa putrescunt. Vnde & nomen mutuatum videtur, *sepo* enim verbum græcum significat *putrefacio*, &

sepsis

sepsis dicitur putrefactio. De id genus serpētibus ita scribit Solinus in Polihisto: *ictus sepiū putredo sequitur*, Lucanus in nono Pharsaliæ hoc versu naturam sepis luculenter expressit. *Offensique diffluens cum corpore tabo ficus seps*, vbi epitheto elegantissimo & Etymologiæ accommodato vsus est. Idem decentissime narrat *ictu sepiū* exigui sabellum militem Catonianum fluente cute fuisse consumtum, eiusque cuncta viscera in terram effluxisse. Ausonius *sepem* vocat *ferale malum Lilyæ*, quoniam Africa serpentibus adeo fœcunda est, vt mali huius merito potissimum palma illi detur. Sēsus est Ausonii per interrogationem quærentis, an *seps* sit Romula vox, hoc est, latina dictio, nam Græca potius esse videtur vel Græcanica cum a verbo græco deriuetur, de quo iam diximus.

Apud iurisconsultos in titulo ad *legem Cornelium de sicariis*, duę sunt iunctim dictiones deprauatæ, & ex Latinis per incuriā librariorum ad barbaras dictiones traductæ. Nam in omnibus codicibus *Pyctuocarpas* aut *Bubustrum legimus*, cum legere debeamus *Pythi campas* aut *Cupressin*, Nam *pythiocampæ* sunt erucæ venenatæ in pino nascentes. Vnde & nomen mutuantur: Græce enim *πίτυς* vocatur pinus. Vnde & Pityusę insulæ a Græcis dictæ a *frutice* pineo monumentis scriptorum inclytæ. Campe vero significat *brucum sine erucam* a flexura, quæ Græcæ dicitur *καμπή*: *Pityocampe* quæ sint docet Plin. luculentissime paucissimis verbis: quæ sunt ex 23 transcripta. *Vsus sape contra Cantharidas Bupreſtin pinorum erucas, quas Pityocampos vocant salmandras & contra venenata mordentia.* Idem in 29. scribens de Cantharidibus inquit. *Vis earum adurere corpus: crustas abducere, eadem Pityocampis picea nascentibus.* Scribit Columella lib. 12. hæc verba *Bestiolæ quæ a nobis appellantur erucæ grace campæ nominantur*: Idem docet in lib. de cultu hortorum: *Has bestiolas occidere omnes, & mori, si mulier quæ menstruis est solutis crinibus: & nudo pede ter circum areolas horti ducatur.* Versus Columellæ hic est: *Volutur ad terram distorto corpore Campe.* Palladius quoque de iisdem vermiculis ita scripsit in primo de re rustica. *Campas nonnulli siculneo cinere persequuntur. Bupreſtis autem animal est similimum scarabeo longipedi, earum in Italia fallit inter herbas bouem maxime, vnde & nomen inuenit, deuoratumque tacto felis ita inflammat, vt rumpat.* Plinius libr. xxx. a quo idem *Bupreſtis* mentionem fieri reperies, multaq; ab eodem tradi remedia aduersus *Bupreſtis* venena. Igitur iurisconsultus scribit pigmētarios, si cui temere dederint *Pityocampas aut Bupreſtin*, quæ ambo venenata sunt, teneri pœna legis *Cornelię de sicariis & veneficis.*

In titulo *de auro & argento legato* vetus verbum & elegans depriuatum est, vnius literæ adiectione, quæ menda quamuis leuis esse videatur, tamen significatum vocabuli corrumpit elocutionemq; dehonestat. Ita enim scriptum est: *Certe si cacabos argēteos legauerit*

habebat vel militarium argenteum, dubitari poterit, an escario contineatur. Illud *militarium* litera vna detracta corrigito *miliarium*, significat enim *Miliarium* vas ad coquendum accommodatum, de quo ait Cato in libro de re rustica. *Inter orbem & miliarium vnum digitum interesse oportet.* Qua figura sit *miliarium*, significare videtur Palladius libro quinto ita scribens: *Vas enim miliario simile, id est, altum & angustum, vespere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accensum.* In alio significatu *miliarium* dicitur columna aurea in capite Romani fori statuta, in qua inscisæ omnes viæ Italiæ terminabantur. Et hoc *miliarium* Plinii. Tranquil. Plutarch. atque Taciti monumentis est celebratum, iuxta hoc *miliarium* constalutatus Otho fuit Imperator. In alio significatu accipitur *Miliarensis porticus* apud Flauium Vopiscum in Aureliano, & apud Tranquillum in Nerone: *Porticus Miliaria*, de qua dictione alibi plura dicemus.

Dixit iurisconsultus digestis *de legatis, seruos obsonatores non videri negotiationis appellatione contineri*, exposuit Acursius *obsonatores esse, qui custodiunt dominum in lecto, vel qui resonant & cantant domino in mensa.* O interpretationem ex pœnitentissimis doctrinarum sacrariis depromtam, o miseram & miserandam conditionem mortalium, qui Acursio ita addicti, ita mancipati sunt, vt cum illo errare malint, quam cũ aliis vera sentire. Cuius interpretationẽ si quis ausus fuerit improbare, ille anathema sit, sed (quod cum bona venia dictum sit Acursiii sectatorum) vbi quæso legit? vbi didicit Acursius hanc obsonatoris significationem? profecto nusquam, suum est inuentum, ipse peperit, ipse excogitauit, ipse cum suis hanc doctrinam tanquam filiolam exosculetur, nos certe tuales non habebit, qui legimus *obsonatores* dici eos, qui *obsonant*, hoc est, *obsonia*, quibus vescimur, scienter emũt, quod a verbo *obsono* deriuatur. Vnde ait Plaut. in Bacchidibus, *obsonate pollucibiliter*, & alibi *cœna obsonauit*, i. *obsonium emit.* Et hoc verbum frequentissimum est apud veteres. Seneca lib. epistolarum ad Lucilium sexto inquit: *Adice obsonatores, quibus domini palati notitia subtilis est.* Apud Mar. distichon est, cuius lemma est *obsonator*, quo manifestedeclaratur, quis nomine obsonatoris intelligatur. Sic enim ait: *Dic quotus es, quanti cupias cœnare nec vnum, Addideris verbum, cœna parata tibi est.* Igitur iurisconsulti sententia hæc erit: *obsonatores* i. eos qui præsunt emendo obsonio atque cibariis negotiatorum nomine non contineri. Sexcenta sunt id genus apud iurisconsultos ab Acursio perperam enarrata. Sed cũ scire leges sit, non verba earum tenere, sed vim ac potestatem (vt iurisconsulti tradunt) ab Acursio *medullas*, vt aiunt *ac sanguinem legum* exigamus, interpretamenta verborum ne petamus. ego de huiusce modi rebus pluribus non inuitus dicerem, nisi iam me numerum centum annotationum excessisse conspicerem. Quo circa receptui

canendum est. Alibi alia plura & vberiora scribemus. Satis sit hæc feriarum menstruarum spatio composuisse, quæ vt festinantius absoluerentur, & vt apud te clarissime Vldrice ex ipsa celeritate commendarentur, non scripsi, sed dictaui, excipiente Rainaldo nostro (vt optime nosti) viro probo, & mearum, quantulæcunque sunt literarum studiosissimo. Ego linguam, ille articulum, pariter mouebamus. Quamobrem si non eos flosculos, eamque venustatem in hac nostra tumultuaria dictione deprehendes, quam desiderabas, imputato dictanti, cū nō eodem dictemus lepore quo scribimus, nec orationis fila, tam apte tam cōcinne cūtexantur aliena, quam nostra manu. Ceterum hæc ideo concinnauimus, vt ex his rerum doctrinam colligeres, non verborum elegantiam sectareris. Quare me feciſſe operæ pretium exiſtimabo, ſi tu, ſi reliqui literarū bonarū ſtudioſi, in annotationibus noſtris aliquid inuenietis, quod tibi, quod illis, ſit vſui legiſſe & voluptati meminiſſe.

Habes adoleſcens ornatiſſime has tanquam primitias frugum mearum, deinceps maturiores fructus accipies. Vale, & noſtrum hunc libellum boni conſule, & hoc hendecaſyllabon ſi non ſordeſcit, ediſce.

Vldrici nitidos lares adite
Centena ſimul annotationes,
Atque a limine protinus ſalutem
Centenam, date regulo Roſenſi,
Quo nil candidius dedere terra
Arctoa, populis diu Latinis.
Qui comis facilis, libens, benignus,
Vos vultu excipiet ſereniore:
Vos larga premet oſculatione:
Vos & perleget & manu tenebit.
Illi nomine mox meo agminatim
Hæc mandata referte diligenter.
O gentis decus inclytum Roſenſis:
O rara probitate nominande,
Auceps phaſianos dabit volucres,
Venator capreas lepuſculoſque,
Piſcator maris ammiumque prædam,
Merces inſitor, horculanus herbas,
Sic mittet ſua quiſque, ſic Philippus
Noſter conditor: & parens patrono
Nos donat tibi: tu nouos clientes
Sub patrocinio tuo tuere.
Vni nos tibi mittimur, dicamur,
Vni ſcribimur, omnibus legemur.
Vldrici nitidos lares adite
Centena ſimul annotationes.

Phi

Philippi Beroaldi Bononiensis, contra Seruium annotationes. Ad Franciscum Cæsatum Mediolanensem.

Consuetuerunt religiosi agricolæ primitias frugum diis immortalibus dicare. Consueuerunt eruditi scriptores elucubrata volumina principibus quos venerantur inscribere. Quorum ego secutus exemplum, te unum ex omnibus potissimum delegi vir præstantissime, cui mearum lucubrationum, quas nuper exeuderam, primitias dedicarem. Enimuero ego te præ omnibus literarum literatorumque studiosissimum amantissimumq; cognoui, te summo ingenio, summa prudentia præditum, ac singularibus animi dotibus ornatissimum, summa admiratione prosecutus, tuam in iuuenili ætate Nestoream sapientiam suspexi, iam pridem colui, adamaui, quæ cum Illustrissimis tuis principibus esset cognitissima, tibi haud immerito honoratissimam prouinciam iniunxerunt, vt hic apud nos Ducalis Oratoris munere quam amplissimo fungeris in qua quidem Præfectura virtutes tuæ singulares in dies magis elucent, cum omnibus nostratibus, tam facilis comis tam vrbanus semper occurras, vt omnes te certatim ament ac venerentur, vt tu sic nobis possis, non sine te viuere nequeamus, vt magus vir Ioannes Bentiuolus, qui Bononiensium caput est & columen, incredibile te beniuolentia prosequatur, de te honorificentissime loquatur & sentiat, & profecto omnia quæ maximo futuro viro sint optanda, tibi superssint. Cupiunt ceteri Oratores vestigia tua sequi, sed pauciissimi assequuntur. Sed hactenus ne ineptus sim, qui tam stricte virtutes tuas eximias memorando magis obscurare videar, quam illustrare. Nec epistolicus character permittit me effusius vagari. Accipe ergo vir circumspectissime lata fronte libellum a Philippo tuo in commentarios Seruii concinnatum, & succisiua tempora, his annotationibus perlegendis quæso impertiaris. Res est leuicula, nec inficior, sed quæ tamen æquo iudici displicere non possit. Quicquid, id est dii faxint vt monumentum sit meæ erga te obseruantiæ sempiternum. Vale decus meum, & Philippum tuum perinde ac soles ama.

SEruius, qui doctissimus a Macrobio nũcupatur, commentarios scripsit in Vergi. maximæ elegantiæ, nec minoris eruditionis. Vnde inter commentatores auctoritatem sibi summam comparauit. Verum (vt inquit) Varro *nemo vnus omnia potest scire*, & iuxta illud Horatianum, *quandoque bonus dormitat Homerus*. Iam cum plurima a Seruio bene & erudite dicta sint, nonnulla tamen reperiuntur parum curiose pensiculata, & ab historiæ fide discrepantia, idque potissimum in his rebus, quæ ad Geographiam pertinent licet animaduertere, namque ea scripsit Seruius, quæ eruditorum aures ferre nec possint, nec debeant. Quapropter cum errores commentatoris non minus obsint legentibus quam prosint bonæ interpretationes, institui summatim breuiterq; annotare loca quam plurima, quæ apud Seruium magis obeliſco asterico digna esse existimaui, quod negotium, dum Vergilianam

Poesim publico auditorio ꝓfiterer, suscipe nō recusaui, vt auditoribus id a me efflagitatib. gratificarer. Quibus ista excipietib. dictaui nō eruditionis ostētādæ gratia, sed vt ꝓ virili parte iuuarē Latinæ linguæ studiosos, & potissimū Vergiliani poematis amatores. Non ego is sum, q obstrigilādi gratia Seruio vel tātillū derogare velim, aut hominis doctrinam vellicare, imo Seruiū vtpote optimum cōmentatorem laudo & lectito. Sed quandoque deficientem ac minus recte enarrantem emendare contendi, studio *sut cisiuo* & opera (vt aiunt) *tumultuaria*. Existimaus me facturum esse operæ pretiū, si ea, quæ partim manca, partim inerudita apud Seruium legebantur, nostra industria integra & erudita legerentur. Proinde lectores rogo, quæsoq; vt hæc qualiacunq; sunt boni consulant, nec prius improbare moliantur, quam improbatione ac cēsoria nota digna esse cōperierint, & hoc potissimū peto, ne quispiā cupiditate mordendi existimet, me solicitatum ista scripsisse, qui profecto stylum in manes defuncti stringere supersedissem, nisi mihi persuasum foret commentarios Seruii incuria temporum fuisse deprauatos mutilatosq; nec tales ab ipso, quales nunc passim leguntur fuisse publicatos. Hoc autem in primis obseruaui, vt cōmodissime, quid mihi videretur, explicarē, idq; fulcirē ac roborarē auctoritate excellentissimorū scriptorū, quibus fides ab eruditis maior adhiberi solet, quam Seruio, & ne prolixior prologus fastidium pariat, hinc ordiemur, præponentes verba Seruii, deinde nostra subiicientes.

Seruius. *Latium duplex est, vnum a Tyberi vsque fundos, aliud inde vsq; ad Vulturnum.*

Philippus A Seruio dissentit Plinius scribens in iij. naturalis historiæ libro: *Latium antiqui a Tyberi vsque Circeios fuisse seruatum, deinde vsq; ad Lirim fluuium processisse*, quod etiam refert Solinus in collectaneis.

Seruius. *Genus vnde Latinum. Nouimus quod victi victorum nomen accipiunt.* Potuit ergo victore Æneа perire nomen Latinum. Sed volens sibi fauorem Latii conciliare, nomen Latinum non solum illis non sustulit, sed etiam Troianis imposuit.

Philippus. Melius & vetius locum Vergilianum declarant verba Liuii ita scribentis: *Æneas quiuersus tanti belli terrorem, vt animos Aborigenum sibi conciliaret, ne suo eodem iure solum, sed etiam nomine omnes essent, Latinos vtramque gentem appellauit.* Hoc idem a Strabone in v. refertur, & Iustinus quoque in xxx. sic inquit, *Quid Latinos populos qui ab Æneа conditi videntur.* Ex his manifestissime apparet, cur Poeta dixerit, *Genus vnde Latinum.* Non inficior tamen a Vergi. Latinos populos appellari tanquam ita nuncuparentur ante aduentum Æneæ, cuius rei vel ille versus argumento sit: *Nec vetus indigenas nomen mutare Latinos.* Quod si verum, id est, quod Liuius, Iustinus, ac Strabo memorant, apparet non Latinos ante Æneam fuisse nuncupatos, sed *Aborigeneti*

ter ac *Laurentes*, quos postea Æneas *Latinos* nũcupauerit. Præterea apud scriptores idoneos non memini legisse, quod victores victa nomina immutarent. Id quisque secum poterit pensitare & sequi, quod probabilius iudicabit.

Ser. *Vnius ob noxam. Noxam* pro *noxiam. Noxia* culpa est, id est, peccatum. *noxa* autem pœna.

Phil. Apud eruditos & idoneos scriptores *Noxa* pro culpa reperitur frequentius, quam pro pœna, quod Iurisconsul. apertissime ostendit scribens de verb. sig. *Noxa appellatione omne delictum continuri.* Inde *noxales actiones* nominantur a noxa, hoc est, maleficio & peccato seruorum. Quint. in declamationibus inquit: *Manifestissima quaq; noxa*, id est, *delicto*. Ouidius: *Inuidiam noxa detrahit illa mea*, id est, culpæ. Liuius: *Ob quam meam noxam*, id est, *delictu*, & ita passim apud eruditos *noxa* accipitur. Vnde Vergilius proprie locutus est *Vnius ob noxam*, id est, culpam, nec exponendum est, prout exponit Seruius *noxam* pro *noxiam*. Quin etiam *noxa* significat dãnum & periculũ ac detrimentum, in qua significatione iæpissime apud priscos reperitur. Ouidius: *Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibũtur.* Columella, *Nebulas ac pruinam sine noxa perfert.* Et alibi: *Omnẽ iniuriam sine noxa patitur.* Suetonius: *Sine vlla sua noxa adesseni Idus Martias.* Noxia vero sæpius adiectiuum est, quam substãtiuum, & significat *nocẽtem*, cuius rei plena sunt omnia, & *noxij iontes* nuncupantur. Curiosus profecto lector ex frequenti antiquorum lectione cõperiet, id verissimum esse, quod a nobis traditur, & differentiam illam Seruii, vtpote futilẽ ac prærancidam esse repudiandam.

Ser. *Nouem sunt insulæ Æoliæ post fretum Siculũ.*

Philippus. Geographi omnes scribunt *insulas Æolias* esse numero septem, non nouem, quarum nomina hæ sunt *Lipara, Hiera, Strogyle, Didyme, Eriphusa, Phœnicusa*, & nouissima *Euenymos*. Strabo in sexto, Plinius in tertio, Solinus: Mela de Æoliis quę aliis nominib. *Vulcania, Liparea*, Ephestiades, nuncupantur, scribentes numero tantummodo septem esse dixerunt, quibus vtpote orbis situm describẽtibus credere malim, quam Seruio Grammatici partes vsurpanti.

Ser. *O terq; quaterq; beati*, id est, sæpius, finitus numerus pro infinito.

Philippus Eruditis auribus non satisfacit Seruii interpretatio, perinde ac vulgaris & frigidiuscula. Elegantius & eruditius Vergiliani carmẽ interpretatus est Macrobius, qui in primo in somniũ Scipionis, cum septenarium numerum esse perfectissimum docuisset, deque eius vi ac potestate multa disseruisset, ita subiũxit: *Vnde Vergilius nullius disciplinæ expers & per omnia beatos exprimere volens ait: O terque quaterq; beati.* Hactenus Macrobius, cuius sententiæ astipulatur Tibullus illo versu: *O mihi felicem terque quaterq; diem.* Qui quidẽ versiculus nõ secus a Tibullo pnũciatus est,

quam a Virgilio: *o terque quaterque beati*, quod æmulatus est (vt opinor) Syllius sic scribens: *Fœlix o terque quaterque frater*: Non me prætetic Strabonem enarrantem illud Homericum, terque die reuomit, scribere, quod talis superlatio ab omnibus vsurpatur. Vnde Homerus ait *ter beati Danai ter exorabiles & terq; quaterq; beati.*

Ser. *Maturate fugam*, cum *maturitate*, id est, cum *tranquillitate discedite.*

Phil. Insulsa mediusfidius, hæc est expositio, tãquam *maturitas* significet *tranquillitatem*, & *maturare tranquillum facere*, magis itaque Macrobio credendum est, qui in sexto Saturnaliũ illud Virgilianum declarans sic scribit: *Maturum est quod neque citius neq; serius sed medium quiddam & temperatum est.* Et paulo post. Sic *ergo & Virgilius induxit Neptunum discessum ventis imperantem, vt & tam cito discedant tãquam fugiant, & tamen seruata mediocritatem in regressu teneant, tanquam mature, id est, temperate abeuntes.* Apud Gellium caput est elegantissimum, quo quid *mature* & *maturare* significet, abũde mõstratur. Cuius verba imitatus est Macrobius.

Ser. *Heros vir fortis dicitur plus ab homine habens.*

Phil. Nimis concisus est Seruius in explanatione Heroum, nec absolutam expressit rem, non parua significatione. Audiatur itaq; Augustinus copiosissime docens qui sint Heroes libr. x. de ciuitate Dei his verbis: *Nomen Heroum a Iunone dicitur traxisse, quod Graece Iuno Hera appellatur, & ideo nescio quis filius eius secundum Graecorũ fabulas, Heros fuit nuncupatus, hoc videlicet mysticum significante fabula, quod aer Iunoni deputetur, vbi volant eum dæmonibus Heroas habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum.* Idem vij. *Inter Lunæ gyrum nimborum ac ventorum cacumina nerea esse animas, sed eas animas nõ oculis videri, & vocari Heroas & Lares & Genios.* Ex his liquido patet qui sint *Heroes*, & vnde nomẽ sortiantur. Trimegistus quoq; auctor est, *Heroas* habitare inter aetis puriss. imã partẽ supra nos & terrã, vbi nullus est nebulis locus. Minime prætereundũ est id quod Martianus Capella tradit in nuptiis Philologiæ *Heroas* videlicet ab *Hera* quæ terra dicitur, esse nũcupatos. Ista curioso interpreti fuerãt investigãda & enarrãda, nisi forte Seruius existimauit satis superq; esse, id quod tractabat mutilatum tradere atq; concisum, cũ boni tamen Grãmatici officium sit Etymologias, verborum significataque vbertim explicare.

Ser. *Ex Illyrico venit quidam Henetus rex, qui Venetiam tenuit, a cuius nomine Henetiam dictam, posteri Venetiam nominauerunt.*

Phil. Admiror, Seruiũ in tã manifestariũ errorẽ incidisse, idque scripsisse, q̃ a nullo historicorũ tradiũ sit, cum omnes idonei scriptores consono ore conscribant, in Paphlagonia regione Asiatica fuisse populos *Henetos* nominatos, a quibus in Italiã oriundi sint cognomines eorum Veneti. Hoc Liuius in primo, Plin. in vj. Cornelios Nepos, &, Quint. Curtius memoriæ prodiderunt. Strabo

vero

vero opinatur *Venetos Italicos*, a Venetis Galliæ populis, Coloniam fuisse deductos, illorum omnium (vt arbitror) merito Seruii est explosa sententia.

Ser. *Iulius Cæsar dictus, quod cæso matris ventre natus est.*

Philipp. Celeberrimi scriptores & potissimum Tranquillus ac Plutarchus scribunt, Cæsarem matri *Aurelia* olim dixisse: *Mater aut Pontificem, aut exulem filium hodie videbis.* Eadem laudatur quod nurum semper obseruauit, & singulari pudicitia fuerit prædita, atque vixerit, floruerit que viuente atque florente filio Cæsare. Præterea non ipse Iulius Cæsar dictator apud Romanos primus hoc nomine decoratus est, sed Scipio Africanus, vt auctor est Plinius, cuius verba hæc sunt ex libr. 7. *Auspicacius enecta parente gignuntur sicut Scipio Africanus prior natus, primusq; Cæsar, a cæso matris vtero dictus.* Solinus idem scribens Plinii verba corroborat. Hoc in loco memorandum est id, quod a Spartiano de *Cæsarum* nomine refertur, qui in Ælio Vero Imperatore tradit, eum qui primus Cæsar appellatus sit, hoc nomen esse sortitum ab elephanto, qui lingua Maurorum *Cæsa* dicitur, in prælio *Cæso*, vel quia mortua matre *cæso* ventre sit natus, vel cum magnis crinibus sit vtero parentis effusus, vel quod *oculos cæsios* habuerit.

Seruius *Compago* vsurpatum est, *compaginis* autem nemo penitus dicit.

Philip. Sententiam Seruii refellit Manlius in primo Astronomicon scribens: *Interdum æquali laterum compagine ductus.* Idem in eodem: *Aeriam in nebulam clara compagine versus*: Et Ouidius in primo metamorphoseos: *Atq; ita disparibus calamis compagine ceræ.* Et Seneca in 14. Epistolarum ad Lucillium cuius hæc verba sunt: *Sius flammarum violentia compaginem soli rupit, siue vetustas.* Inde *compaginatio* & *compaginatus* deriuatur, qua dictione vtitur sæpius Hieronymus, Augustinus, & Iosephi interpres Ruffinus.

Seruius *Augustus in primo Quirinus dictus est, & inde Cæsar, postea, quod obtinuit Augustus, sicut Suetonius probat.*

Philip. Cum talia in commentariis Seruii lego, in eam sententiam pedibus vado, vt existimem eos fuisse adulteratos, & in plurimis locis corruptos, mutilatos, inuersos. Etenim Suetonius nusquam hoc refert. Ceterum sic scribit in Augusto: *Infanti cognomen Thurino inditum fuisse, postea Cati Cæsaris, deinde Augusti cognomen assumpsisse, alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatii Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis prænaluisse vt Augustus potius vocaretur. Thurinus autem vocatus fuerat a pago Thurino.* Nulla mentio, nullum verbum a Suetonio fit, quod *Quirinus* fuerit nominatus, nisi fortassis credere velimus in aliis a Tranquillo scriptis opusculis huiusce rei habitam esse mentionem, quod exi-

ſtimare ridiculum eſt: namque in commentariis Seruii etiam Plinius ſæpiſſime allegatur, ſed perperam. De his rebus, quarum nulla penitus apud Plinium fit mentio, quemadmodum de *Lyciſca* ſcribens Seruius ait: *Lyciſca ſunt, vt etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis & canibus.* Hoc nuſquam apud Plinium reperitur, nuſquam in Plinio lectum eſt, qui quidem refert *canes in Gallia e lupis concipi, ſicut apud Indos e Tigribus*, ſed appellari *Lyciſcas* minime tradit. Idem *Crocutas* nuncupat ex cane lupoque conceptos. Quin etiam dicit Seruius a Plinio in nat. hiſt. mentionem fieri; de *lauandis cadaueribus & conclamandis*, cum apud Plinium nullum ſuper hoc verbum ſic ſcribentem de his, qui dicti ſunt reuixiſſe. Libuit hæc duo exempli cauſſa ponere, cum ſæpiſſime (vt diximus) Plinium falſo citet Seruius, qui Ouidii quoq; allegat metamorphoſin referens fabulam *Phyllidis*, cuius rei nulla penitus mentio in eo opere facta reperitur. Ex his itaq; ego cõiecto aut mutilatos fuiſſe Seruii commentarios, aut non fideliter exſcriptos: non enim auſim affirmare tantum alioquin virum, tam pueriliter deliraſſe, niſi fortaſſis idem Seruio crimini damus, quod Senecæ dat Quintilianus, videlicet quod ab his, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus fuerit. Nos ad propoſitum inſtitutum redeamus.

Seruius: *Hiſtoria eſt eorum temporum quæ vidimus vel videre potuimus: Annales vero ſunt eorum annorum, & temporum quæ ætas noſtra non nouit.*

Philippus. Etſi Seruio in hac re, Iſidorus libro primo etymologiarum ſuffragatur, tamen apud me pluris eſt auctoritas Ciceronis & Gellii, qui (vt opinor) & Seruio & Iſidoro doctiores exſtiterunt. Etenim Gellius in 5 eos arguens, qui de *hiſtoria & annalibus* idem quod Seruius tradiderunt, inquit: *Annales omnino id eſſe quod hiſtoria ſint. Hiſtorias non omnino idem eſſe quod annales ſint, tanquam alterum ſpeciale nomen ſit, alterum generale. Itaq; hiſtoria erit rerum geſtarum expoſitio: Annales vero libri ſunt, id, quod factum quoq; anno geſtumue ſit continentes. Hiſtoria quo conſilio qua ratione res geſtæ ſint demonſtrat, affectus habet, auditorem commouet. Annales autem nudi ſunt, nihil habent incitamenti, nec commouere quicquam poſſunt ſimpliciter ſine vllo ornamentis, ſine fuco, ſine affectibus res geſtas continentes.* De quibus annalibus ita ſcribit Cicero lib. 2. de Orat. *Erat hiſtoria annalium confectio, res omnes ſingulorũ annorũ mandabat literis pontifex maximus, efferebat q; in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi, quã annales maximi nominãtur.* Vergilius itaq; omnium rerũ peritiſſimus ex perſona Æneæ tanquam pontificis dixit in primo: *Et vacet annales noſtrorum audire laborem.* Nam cum Pontifex annales conficiat, & Æneas a Poeta perinde ac Pontifex inducatur, merito *annales* appellat hiſtoriam rerum ſuarum. Et hic Maronianus verſus a Macrobio cum diligentia lectus eſt, & eruditiſſime expoſitus enu-

enucleatusque, a Seruio autem parum curiose examinatus penitatusque.

Ser. *Incusare proprie est superiorem arguere. Accusare vero vel parem vel inferiorem.*

Phi. Quis nō videt falsam ac penitus inanem esse differentiam, quam Seruius nobis persuadere contendit: nemo fere eruditorū in Latina lingua ita loquitur, nemo hanc differentiam obseruat, quinimo sæpissime secus legitur: *Cæsar in primo commentario omnium ordinum adhibitis ad id consilium centurionibus vehementer eos incusauit.* Certe Cæsar militibus suis maior est, non minor, & tamen contra Seruii disciplinam dicit se illos *incusasse*: Et profecto latinissime locutus est. *Incusare* enim significat reprehēdere vel culpare sine aliquo discrimine. Hinc Cor. Tacitus inquit: *Intemperiem cœli incusantes.* Et apud Diomedem legitur: *Incusante Ciceronе Catilina conuictus est*: Quod quidem exemplum de maiore in minorem dici nemo inficiatur, cum consul Cicero fuerit, & Catilina priuatus. *Accusare* vero ab auctoribus idoneis vsurpatur, nusquam obseruata fetutina illa & rancida Seruii obseruatione, quadere exempla ideo ponere supersedeo, quia talibus scatent scriptorum cuncta volumina

Ser. Dixit Terentius: *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ordo est quod omnes faciunt adolescentuli, vt animum ad aliquod studium adiungant: plerique equos alere, plerique canes.*

Phi. Isthæc morosa nimis Seruii distinctio Terentiana verba obscurat, & ex apertis facit operta, ex nitidis sordida, ex manifestis ambigua: namque modus loquendi est apud eruditos, vt ita dicant *plerique omnes* pro vna parte orationis, quod diligenter animaduertit Donatus apud Terentium & curiosis auribus demonstrauit, scribens, quod *plerique omnes* pro vna parte orationis dixerunt veteres, vt *plusquatis*, allegatque illud Neuianum. *Plerique omnes subigunt subsuum iudicium.* Hoc locutionis genus vsurpant locupletissimi scriptores, inter quos haud dubie numeratur Gellius, qui ita scriptum reliquit in primo: *Versus istos ex Georgicis plerique omnes sic legunt.* Et alibi: *pleraque omnia veterum literarum quæsita*: Et Macrobius: *Vultis ne diem sequentem, quem plerique omnes abaco & latrunculis conterunt.*

Ser. *Apparet errare eos qui triclinium dicunt, ipsam basilicam vel cœnationem.*

Phi Errauit ergo Quintilianus, qui in vndecimo *triclinium* pro *cœnatione & conclaui* posuit sic scribens: *Vix eo limen egressio triclinium illud supra conuiuas corruit.* His verbis haud dubie Quintilianus *triclinium* appellat id, quod Cicero *conclaue* nominauit in secundo de Oratore, vbi idem quod Quintilianus, exemplum referens, inquit: *Hoc interim spatio conclaue illud vbi epularetur Scopas, concidisse.* In eodem quoque exemplo enarran-

do Valerius Maximus ita scribit: *Eo momento temporis triclinium in quo Scopas epulabatur collapsum est.* Vbi *triclinium* pro *cœnatione* apertissime ponitur. Quod si vera est opinio Seruii, erraunt etiam Vitruuius architectus, qui in 6. docet, quemadmodum *Triclinia* partim æstiua, partim hyberna sint ædificanda, & in quam cœli partem vertenda. In expositione itaque *triclinii* Seruio in parte suffragor, namque in eo quod ait *triclinium* sterni solitum fuisse, quoniam antiqui tribus stratis lectis epulabantur, homini assentior. Vnde & apud Plinium legimus *triclinia* Romæ fuisse argentea & ærata, quæ proculdubio pro *ipsis lectis discubitoriis ac triclinaribus* accipiuntur. Nam & Liuius idem referens ait: *Lectos aratos ab exercitu Asiatico Romam adductos.* Quod autem inficiatur, Seruius, nusquam *triclinium* pro *cœnatione* repetiri, in hoc ab eo apertissime dissentio, & vt dissentirem, monuit me vetustissimorum scriptorum auctoritas, quos testes citaui, quibus magis profecto credendum est, quam Seruio. *Triclinium* itaque vt breuiter concludam, ipsos *lectos discubitorios* significat, & ipsam *cœnationem*, & in vtraque significatione eleganter & erudite vsurpabimus.

Seruius. *Inter penum & cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, penus vero longi temporis.*

Philip. Conueniebat erudito Grammatico diffinire quid sit *penus*, deinde differentiam *peni* & *cellarii* demonstrare. Enimuero ex verbis Seruii nemo intelligit quid significet *penus*, quod profecto interpretatione dignissimum est, cum in eo non pauci per inscitiam a veritate deerrauerint, qua quidem in re, eandem castigationem meretur Seruius, qua apud Gellium quispiam insolens ac ostentator Grammaticus taxatur, qui de variis generibus *penoris* variisque declinationibus insolenter differens, a Phauorino interrogatus, quid esset *penus* mussitabat, atque hallucinabatur, quocirca cum Seruius quid *penus* sit non dixerit, nec satis erudite a *cellario* distinxerit, existimaui me facturum operæ pretium, si illa quæ de *penu* legi, quæ didici, quæ vigilando deprehendi, quæ a Seruio non traduntur, in medium afferrem, & his commentariis interexerem, ad iuuandam studiosorum scholasticorum eruditionem. Est itaque *penus* (vt Cicero in secundo de natura Deorum elegantissime docet) *omne quo vescuntur homines.* Cui suffragatur Festus scribens, *penora* dici res necessarias ad victum quotidianum. *Penarium vero* (vt inquit Varro) *appellarunt locum in quo penus seruabatur.* Ciceronis ac Festi auctoritatem corroborant verba Sceuolæ Iurisconsulti, qui ad demonstrandam *penum* ita scripsit: *Penus* est, inquit quod *escamentum aut potulentum est.* Ceterum vnde ipsum *penoris* nomen deducatur, commodissime declarat Phauorinus apud Gellium his verbis: *Quæ longæ visionis gratia contrahuntur & recondunturex eo quod non in promtu sint, sed intus & penitus habeantur penus*

nus dicta sunt: Et apud Iurisconsultos titulus est de *penu legata* vbi quæ appellatione *penus* intelligantur, copiosissime disputatur. Præterea officium fuerat diligentis commentatoris illud quod a Grammaticis ac literatoribus quæri solet de Virgiliano versu, non tacere, vtrum scilicet, legendum sit, *quibus ordine longo Cura penum struere*, an *longam penum*, Vtrunque enim legi solitum est. Huc adde quod *Cellarium* vix vnquam in ea significatione quam tradit Seruius reperitur, videtur enim *Cellarium* ea figura dici qua *panarium, granarium, penarium*, vt pro cella ac repositorio potius accipiatur, quam pro ipsis rebus reconditis, quemadmodum inquit Varro: *panarium dicitur vbi panis seruatur, granarium vbi granum reconditur, & penarium vbi penora custodiuntur*: Hoc ita esse docet Donatus scribens *cellarium* dici a *ponendis celandisq; rebus esculentis & potulentis*. Quin & Iurisconsultus digestis de legatis apertissime ostendit, *Cellarium* ipsum esse locum non res. Cuius verba hæc sunt: *Item Cellarium iunctum eidem Ditæ ab hærede meo ei concedi volo*. Apud Columellam titulus est *quemadmodum villica tractare debeat penora siue cellaria*. Quæ quidem inscriptio si non est subditicia, indicat *cellaria* idem esse quæ *penus* & fere congruit cum significatu Seruii. *Cellarius* vero masculino genere dicitur is, qui præest *cellario & penoribus recondendis*, de quo videtur intellexisse Plautus inquiens: *Sum promus, condus, procurator, peni*. De hoc Martialis: *Hic Cellarius experitur artes*. Et Columella in 13. *Quibus* inquit, *studium fuit pistoris & cocinon minus Cellarii diligentiam suis præceptis instituere*: Et alibi: *Vt cibus*, inquit, *& potio sine fraude a Cellario præbeatur*.

Ser. *Cum responsum fuisset, illic imperium fore vbi & Palladium, adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt*.

Philipp. Nemo scriptor idoneus quod equidem sciam tradit hoc, imo omnes consono ore referunt: *Peltam de cœlo lapsam, in Numæ manus decidisse*: Ad cuius similitudinem & formam vndecim alias *peltas*, hoc est, breuiora scuta Mamurius inter opifices solertissimus fecit, tanta arte, vt vera *pelta* vix dignosceretur, hoc scribit Plutarchus in Numa, hoc Ouidius in Fastis, hoc Dionysius Halicarnasseus in secundo. Hæc fuerunt illa celebratissima *Ancylia* quæ per vrbem tripudiantibus saliis in honorem Martis circumgestabantur. Atque id Seruius ipse confinxit, ipse peperit, ipse solus excogitauit, nulla fretus auctoritate, quod de Palladiis a Mamurio factis fabulatur.

Seru. *Barba singulari numero hominum, plurali quadrupedum dicitur*.

Philippus. Auctoritatem Seruii eruditorum refellit auctoritas, nanque *Barba quadrupedum* in singulari numero apud idoneos reperitur. Horat. in 1. sermonum: *Vtq; lupi Barbam varia cum dente colubra*.

Plin. In 28. *Afferunt & Magi sua commenta primum omnium, rabiem hircorum, si mulgeatur barba, mitigari.* Idem in 8. *Et in eadem specie barba tantum & armorum villo distans quem tragelaphon vocant.* Et alibi: *Callitrices*, inquit, *toto pene aspectu differunt a simiis, barba est in facie cauda lata diffusa priore parte.* Præterea non solũ *quadrupedum dicitur barba*, sed etiam aliarum rerum, quod haud dubie ostendit Plinius, sic scribens in trigesimo: *Cum geminos transit sol, cristis & auribus & vnguibus gallinaceorum si vna rasis barbis eorum.* Idem in 9. *Barbam* dici posse singulari numero, etiam in piscibus demonstrat his verbis, de mulis piscibus scribens: *Barba gemina insigniuntur inferiori labro.* Hic Cicero in paradoxis, & M. Varro in re rustica *mullos barbatulos* appellant. Idem etiam Plinius Bellionem florem quinis *barbulis* coronari refert in 21. Præterea *barba* de hominibus quoq; plurali numero dicuntur, contra Seruii auctoritatem, quod Sylius Italicus apertissime docet sic scribens in tredecimo: *Indociles nunc propexis in pectora barbis Verrere humum.*

Ser. *Phalanx est lingua Macedonum legio.*

Phi. Diligens & curiosus cõmentator in enarratione phalangis, copiosius enarrare debuerat, & eruditius, cum *phalanx* ab omnib. dicatur, a paucissimis quid sit intelligatur. Nanq; *phalãgem* prisci scriptores (vt mihi magistra lectione compertum est) appellarunt, non proprie *legionem*, vt autumat Seruius, sed *cuneum militarem*, quando. s. pes pedi, clypeus clypeo, vir viro, in acie cõserebantur, & hoc peculiare fuit Macedonum institutum, vt auctor est Liuius, & meminit Curtius, cuius hæc sunt verba: *Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen*, quando Vir viro, armis arma conserta sunt. Idem traditur a Cæsare, qui in primo cõmentario refert Heluetios fecisse *phalangem*, h. e. clypeorum connexionem, quæ etiam *testudo* nuncupatur a doctis. Idem Cæsar paulo post inquit: *Militis nostri e loco superiori pilis missis facile hostium phalangem perfregerũt.* Vbi proculdubio accipitur *phalanx* pro armorũ connexione atq; testudine: Hinc per metaphorã a Satyrico Poeta dictũ est: *Iũctoq; vmbone phalãges.* Et *Phalangarii* appellati sunt milites, qui erãt in *phalange*, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Syrus Romanus Imperator, vt auctor est Lampridius. *Phalãgia* vero sunt ex genere aranearum, vt alibi docuimus ex auctoritate Plinii, Celsi, & Arist. Hoc in loco potissimum referendũ est illud, quod a Plinio traditur libro septimo: *Phalanges* etiam significare fustes, quibus Afri præliũ contra Ægyptios primi fecerunt. Nonius scribit *phalangas* dici fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur.

Ser. *Stella facem ducens, id est, lumen quod vtiq; ex facib. nascitur.*

Philipp. Facessat procul tam futilis & inanis interpretatio, nam Vergilius de *face cœlesti* sensit, & quo apertius Poeticus sensus versus intelligatur, adscribemus verba Plinii ad hanc rem pertinẽtia, qui

quiita ſcribit in ſecundo : *Emicant & faces non niſi cum decidunt viſæ, qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente prætorora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum, lampades vocant plane faces, alterum bolidas, quale Mutinenſibus malis viſum eſt, diſtant quod faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte.* Hactenus Plinius: cuius verbis haud dubie declaratur, quid ſibi velit Maronianus verſus : *Stellæ facem ducens multa cum luce cucurrit.* Et in eodem loco parum diligenter parumque curioſe introſpexiſſe videtur Seruius Vergilianam mateſtatem, quando a Poeta dicitur: *Intonuit læuum.* Eſt enim id totum ex arcana augurum diſciplina translatum, & a nobis diligentius exponendum, ad iuuandam ſtudioſorum eruditionē. Ethruſci cœlum in 16. partes diuiſerunt, ex quibus octo ab exortu, ſiniſtras, totidem e contrario appellauere dextras, hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera, quoniam a læua parte mundi ortus eſt, vt auctor eſt Plinius, & vt ſcribit Cicero in ſecundo de diuinatione: *Optimum auſpicium habebatur apud Romanos ſi ſiniſtrum fuerat.* Verum cum Romani ſiniſtra meliora exiſtimarent, Græcis & barbaris dextra videbantur auſpicatiora. Vnde apud Homerum Aiax ſic loquitur: *Proſpera, Iupiter his dextris fulgoribus edit.* Vergilius itaque omnis antiquitatis conſulti ſſimus, ex ritu Romani augurii dixit intonuiſſe *læuum* hoc eſt, *ſiniſtrum*, quod felicitatem portēdere credebatur, & imitatus videtur eſſe Ennium ſic ſcribentem : *Cum intonuit læuum bona tempeſtate ſerena.* Non omittendum eſt a Latinis omnia, quæ bona ſint, ſiniſtra nuncupari, etiamſi dextra ſint.

Seru. *Ceruix cum numero ſingulari dicitur collum ſignificat, ſi plurali vtamur, ſuperbiam oſtendimus, vt in Verrinis Cicero: Frange ceruices.*

Philip. Miror in errata tam manifeſta, tam turpia lapſum eſſe Seruium, alioquin eruditum, vix enim talia refel'enda ſunt, cum ſeipſa refelliant, ac ſibi ipſis ſint repugnantia, & contra veritatem reluctentur. Namque veruſtiſſimi illi ſcriptores pluraliter *Ceruices* appellabant pro parte colli, nuſquam *ceruicem*. Primus autem Hortenſius creditur dixiſſe ceruicem ſigulari numero, vt auctores ſunt Quintilianus & Varro. Si vera fuerit Seruii ſententia, in ſolœciſmum incidiſſe dicentur priſci ſcriptores, qui *ceruices* ſæpiſſime, *ceruicem* non tam ſæpe vſurparunt. In ſolœciſmum incidit Cicero ſcribens in Vatinium inflato collo: *Tumidis ceruicibus* intuliſti. Et alibi *fregeris in carcere ceruices.* Vbi ſine cōtrouerſia *ceruices* p *membro hominis* accipiuntur. Erranit etiā Cato, cuius verba hæc ſunt: *ſi caput aut ceruices dolent, ea lotto calido lauato.* Errauit Celſus dicens: *Cucurbitulæ ceruicibus admouendi.* Et alio in loco. *In ceruicibus glandulæ poſitæ.* Quid multa? veteres pluraliter tantū *cer*

uices dixerunt vt restis est Quintilanus, in 8. Præterea exemplum Ciceronis ,,quod pro se allegat Seruius contra ipsum facit, nam scribit Cicero Verrem multorum fregisse *ceruices*, cum iuberet eos decollari, non autem *superbiam* vt Seruius opinatur. Quinimo *cervix* in singulari pro *superbia* sæpe ponitur, vnde dicitur homo *duræ ceruicis*. Et a Hieronymo in interpretatione testamenti veteris dictum est: *Populus iste duræ ceruicis est* Huc adde q̃ *cervix* nõ significat collum, sed *partem colli posteriorem*, quæ exterior est, vt docet Aristoteles in primo de animalibus, & vt auctor est Plin. in 11. *multis vertebratisq; orbiculatim ossibus flexibilis ad circumspectiũ articulorũ nodis iungitur*. Et vt refert Cellus in 7. septẽ vertebræ in *ceruice sunt*. Quin etiam *cervix* non solum dicitur de animalibus, sed etiã de rebus aliis, Pompo. Mella: *sedet in ceruice peninsula Cyzicum*.

Seruius. *Fastus superbia, est quarta declinationis, nam liber qui dierum habet computationem secunda declinationis est, vnde errauit Lucanus dicendo: Nec meus Eudoxi vincitur fastibus annus.*

Phil. Nimis audax ne dicam temerarius est Seruius, qui Lucanũ scribit errasse dicendo *fastibus* & non *fastis* cum Lucanus eruditissimus Seruio reliquisq; cõmentatorib. excellentior, morem antiquorum vsu pauerit, qui *fastus* etiam p̃ *annalibus & libris* in quarta declinatione nõnunq̃ dicere solebant. Varro in Ephemeride: *Cæsar fastus correxit*. Collumella in 10. *Sequor nunc Eudoxi & Metonis fastus Astrologorũ*. Et apud Horat. duplex scriptum inuenitur *fastus* & *fastus*. Et vt auctor est Priscianus eadem forma dicitur *fastus*, vel *fasti* qua *senatus* vel *senati* in secunda & quarta declinationibus.

Ser. *Caulonisq; arces. Caulon mons est Calabriæ, vt Horatius. Et amicus Caulon fertilis Baccho*. Phil. Si versum Horatianũ ita legeremus vt allegatur a Seruio, præuaricabimus normã Saphici carminis, q̃ in penultimo pede exigit troche um, ideoq; legendum est. *Acus Aulon*, & ita in emendatis codicib. legitur. Est autẽ *Aulon* mons Calabriæ cõtra Tarentinam regionem vt Porphyrio scribit, ferax boni vini, de quo intellexit Martialis celebrans vinũ Tarentinum:

Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon

Enimuero apud Virgil. *Caulon* legitur, & accipitur p̃ oppido, q̃ Plinio collocatur in prima regione Italiæ, & Strabo in 6. *Caulonũ* appellat. Cui adstipulatur Mela in Geographia vt ego animaduerti. Et in historia potissimũ labitur Seruius, ac parum curiosus est, nam cum originem *Tarenti* referre vellet, dixit bellum inter Athenienses & Lacedæmonios fuisse constatum, quod a fide historiæ penitus dissentit, cum bellum illud inter Lacedæmonios & Messenios per multos annos gestum fuerit, qui populi sunt in Peloponeso atq; contermini, & originem Tarenti referens Strabo istud copiosissime narrat. Ephorus quoq; & Iustinus idem tradiderunt.

Ser. *Apud antiquos in vsu non erant prandia*.

Phil. Non eo inficiss olim me pedibus iuisse in sententiã Seruii, sed

sed ex multiplici variaque lectione deprehendi apud priscos in vsu fuisse nō minus *prandia* q̄ *cœnas*, & homines bis in die saturos fieri solitos, quod inprimis affirmat Cicero scribens in 5. quæstion: Tusculana: Platonem solitum improbare vitam Italicorū, quoniam bis in die saturi fiebant. Et apud Plaut. atque Terentium vetustissimos scriptores *prandia* celebrantur. Quin etiam Macrobius refert morem fuisse antiquorum Romanorum vt patentibus ianuis *prandi tare tur & cœnitaretur*. Apud Plinium in epistolis legimus quemadmodum Plinius scriptor nat. hist. *Cibum sumebat interdiu leuem & frugalem veterū more, perinde ac prandium foret parcius, cœna copiosior.* Herodotus quoque auctor Megacreontis Abderitæ dictum celebratum fuisse, qui aiebat magnam se gratiam habere Xerxi, quod non bis in die cibum capeteret. nā si *prandiū & cœnam* iuberētur Abderitæ parare, de ipsis actum iri pessime asserebat. Hoc ideo in Xerxe admiratus est Abderites, quoniā illa quoque tempestate, q̄ haud dubie vetustissima fuit *prandere & cœnare* consueuerent. Huc accedit auctoritas Cornelii Celsi peripatetici bis die potius q̄ semel cibum esse capiendū. Celebrātur quoq; a Plutarcho apophthegmata Alexandri Magni, qui dictitare solebat *obsoniū prandii esse nocturnā ambulationem, cœnæ vero prandii parcitatem.* Supra dictorum sententias confirmat auctoritas Aristotelis qui scribit in problematibus, *prandendum esse large, cœnandum esse parce.* Hoc non præciperet a doctissimo philosophorum, nisi in vsu *prandia & cœnæ* pariter fuissent. Hoc idem traditur ab Hippocrate medicorum excellentissimo, & Leonidæ Spartani dictum illud peruulgatum est. *Prandete commilitones apud inferos fortasse cœnaturi.* Floruit autem Leonidas proculdubio temporib. antiquissimis & inter antiquissimos est numerandus. Hic a Satyro Poeta dictum est: *prandebat sic quisq; Deus.* Præterea a Valerio Maximo simplicitas antiquorum in cibo capiendo laudatur, qui in propatulo prandebant atque cœnabant.

Seruius. *Moris fuerat vt nubentes mariti postes oleo vngerent.*

Phil. Dissentit ab opinione Seruii Plinius qui scribit in 28. *nouas nuptas non oleo, sed adipe suillo, solitas fuisse, postes maritorum intrantes attingere.* Masurrius vero tradit palmam *lupino adipe* antiquos dedisse, ideoq; nouas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid malī medicamenti inferretur. Donatus quoque refert *uxores duci ab vngendis postibus, & cum puella nuberent, maritorum postes vngebant.* Sed quo vnguento q̄ue adipe vterentur, non memorauit.

Ser. *Furibunda, id est furenti simile.*

Philip. Pluribus in locis Seruius tradit nomina desinentia in BVNDVS significare similitudinem, quod itidem refertur a Prisciano, aliisque Grammaticis, quorum error manifestatus corrigitur a recentioribus scriptoribus. Et A. Gellius in 10. plenissime docet, quemadmodum ista omnia quæ terminantur hac par-

ticula *BVNDVS* significant atq; demonstrant, *vim & copiam & quasi abundantiam rei*, cuius id verbum sit, *vt latabundus* dicatur is, *qui abunde latus, populabūdus* qui passim ac strenue *populatur, furibundus* qui vehementer *furit*, ceteraque id genus omnia, ita dici ostendit, vt particula hæc postrema declaret *largam vim ac fluentem copiam*. Ideo. a. exemplis supersedeo, quod in vulgus edita sunt innumerabilia, quæ Seruii, Priciani ac reliquorum idem sentientium opinionem apertissime refellunt. Duo tantum exempla referam, quæ paulo remotiora sunt, quibus responderi nō posse scio, quæ haud dubie subuertuant dicta Grammaticorum. Quin. Curtius, qui sine controuersia inter scriptores classicos assiduosque numeratur, ita scribit de Alexandro: *Quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, remisit arma moribundo similis.* Si *moribundus* significaretur *simili morienti*, quid opus erat addere *similis moribundo*? nōne esset oratoria inuenusta inelegans & insulsa, quasi acciperetur, *similis simili morienti*? Quin etiam Valerius Maximus, & ipse quoque scriptor non proletarius, de Antiocho loquens sic refert: *Iacebat ipse in lectulo moribundo similis, lamētabantur necessarii.* Multis itaque & his potissimum duobus exemplis liquido manifestatur, nomina in *BVNDVS* desinentia *similitudinem* significare non posse, sed potius copiam quandam & abundantiam rerum, a quibus producuntur.

Seru. *Vri boues agrestes sunt, qui in Pyrenæo nascuntur.*

Phil. Debuisset diligens & eruditus interpres copiosius de *vri* disputare, qui enarratione tam concisa & mutilata non satisfacit auribus curiosis. Non pigebit itaq; referre ea, quæ de *vris* apud eruditissimos scripta comperio. Plinius scribit *Vros* esse boues feros, vi & velocitate excellentes, quorum cornua taurinis similia, vt auctor est Solinus, capacissima sunt, adeo vt in mensis vicē præbeāt poculorum. Quin etiam Albertus Magnus libro de animalibus 23. tradit tantam esse *Vri* in cornibus vastitatem ac robur, vt hominē cum equo ventilent. Cæsar in commentariis refert, Germanos venatione *Vrorum* corpora exercere, quos foueis captos interficiunt, & qui plurimos ex his interfecerunt relatis in publicū cornibus, quæ sint testimonio, magnā ferunt laudē. Magnitudo *Vrorū* paulo intra elephantes, specie & colore & figura tauri, in Germania peculiariter gignuntur, si credere volumus, Plinio, Solino, Cæsari, reliquisq; scriptoribus, qui frequentissimos *Vros* nasci in Germania tradiderunt, non. a. in *Pyrenæo* vt Seruius opinatur. Ergo animum agens tertiū & vigesimū cum Parisiis celeberrima totius Galliæ ciuitate, studia humanitatis publico auditorio, pūterer, sæpissime audiui ex Germanis auditorib. meis tales *Vros* hac quoq; tempestate in Germania subinde cerni, subinde capi ac domitari. Et cū vnicuiq; res suę regionis esse debeant cognitissimę exploratissimæque, Germanis de rebus Germaniæ & speciatim de *vris* enar-

tabunt

rantibus fidem habendam esse duxi, & eo magis quod illorum verba cum scriptis eruditorum conueniebant.

Seruius. *Tristisque senectus, id est, severa:*

Plin. Ego potius exponere *tristis*, id est, *querula & morosa*: Namq; Poeta voluit epitheto demonstrare qualis sit conditio senectutis. Sunt a senes, vt scribit Cicero in Catone, & testatur Seneca, morosi & anxii & queruli atque difficiles, quod etiam diligentissime expressit Horatius in arte poetica seniles mores describens:

Difficilis querulus laudator temporis acti,
Se puero, censor castigatorque minorum.

Vergilium (vt arbitror) imitatus est Sylius illo versu:

Curaque insidiaq; atque hinc queribunda senectus.

Nam a Sylio senectus dicitur *queribunda* quasi plena querimoniarum quo modo a Vergilio tristis nuncupatur, & ab Horatio in carminibus, *morosa* ob varios scil. ac difficiles mores, quibus sunt obnoxii queruli senes. In eodem 6. volumine vbi dicitur: *Simul accipit alueo ingentem Æneam.* Exponit Seru. *Alueo* scilicet *fluminis* mihi videtur exponendum esse *Alueo* scilicet *nauis*, vt intelligamus Æneam intra cymbam receptum fuisse a Caronte. Namq; *Alueus* elegantissime dicitur nauis siue ipsius nauigii receptaculum. Propertius euidentissime id ostendit sic scribens in 3.

Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina,
Portabat sanctos alueus ille viros.

Liuius lib. 21. *Alueos informes raptim faciebant*, id est, *nauiculas*. Idem lib. 10. *Pars* inquit, *fluuiatiles naues ad superanda vada stagnorum aperte planis alueis fabricatas complent.* Præterea *aluei* quē admodum de fluminib. dicitur, ita etiam de rebus aliis. Columella in nono: *Oua in alueolū ligneum conferat.* Plin. in 11. *Alueos ex cornu spectatos esse refert*, id est, *apum aluearia.* Et Varro *Alueos* inquit, *vbi apes sunt, alii faciunt ex viminib.* Palladius. *In Nouembre sordibus liberandi sunt aluei.* Præterea error manifestarius est apud Seru. historiā, qui quanto leuior est, tanto minore venia dignus. Scribit enim *Parthenopeū filiū fuisse Menalippe* cum filius fuerit *Atalantæ* puellę in cursu *perniciissimæ*, vt Statius atq; Diodorus meminerunt, quod & omnes historici testantur. In illo quoq; versu Maroniano:

Explebo numerum reddarq; tenebris

admiror Seruiū, cum more diligentis cōmentatores varias interpretationes attulerit, omisisse id q̄ a Macrobio relatū est, q̄ eruditionē maximā p̄ se fert, & Vergiliano sententię optime quadrat. Scribit. n. Macrobr. in somniū Scipionis: *Animas sociari corporib. quibusdam numeris, qui numeri dū supersunt perseuerant corpus animare: cum vero desierunt mox arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa conflabat, anima ipsa non deficit, quippe quæ immortalis atque perpetua est sed amplectis numeris corpus fatiscit, hinc illud est doctissimi vatis: Explebo numerum reddarque tenebris*: Hæc Macrobii interpretatio tam subtilis, tam elegans, tam erudita, prætermitti

non debuit a curioso commentatore, qui ex fontibus philosophorum vnde hauserat Macrobius, haurire potuisset, præsertim cum multa vndique exquisiuerit, sed vt mihi videtur nihil est cum prædicta Macrobii expositione comparandum.

Ser. *Custodia est qua custodit, non qua custoditur.*

Philip. Error hic est Seruii manifestarius cũ apud eruditos *custodia* reperiatur, pro eo etiam qui *custoditur* & in primis apud Iurisconsultos, qui dissertissimi sunt. Digestis de custodia eorum ita scriptum legimus: *Ne quis receptum custodiam sine casu dimittat*: Et alibi manifestius: *Si custodia se interfecerit vel præcipitauerit militis culpa adscribitur*: *Et alibi*: *Si casu custodia defuncta esse dicatur*: Vbi semper *custodia significat reum & illum qui custoditur*. Quinctam Suetonius hoc vocabulo in hac significatione vsus est, cuius verba hæc sunt in Domitiano: *Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias receptis quidem in manu catenis, audiebat*. Idem Tyberio: *In recognoscendis custodiis, precanti cuidam pœnæ maturitatem, respondebit, nondum tecum in gratiam redii*. Et in Caligula: *Custodiarum* inquit *seriem recognoscens*.

Ser. *Saxum in gens voluunt alii, Sisyphum dicit, rad. isque rotarum: Ixionem dicit.*

Phil. Nemo inficiatur *Sisyphum* apud inferos hac pœna torqueri, vt saxum perpetuo voluat, iuxta illud Ouidii: *Sisyphus ecce ille saxum voluensque petensque*, & *Ixionem* a rota versari, vt idem: *Volvitur Ixion, sese sequiturque fugitque*, atqui curioso interpreti conueniebat diligentissime pensitare, an fabulæ Ixionis ad sensum Virgiliani carminis esset accommodanda, mihi enim haud quaquam quadrare videtur. Nam cum Poeta paulo supra dixerit, *Ixiona* apud inferos in tartaro cruciari, quid opus fuerat idem iterum referre? Ego autem cum Macrobio sentire malim, qui in somnio Scipionis scribit: Poetam intelligere illos radiis rotarum pendere districtos, qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, seque & actus suos omnes fortunæ permittentes casibus & fortuitis rotantur, illos autem saxum ingens voluere dicit esse intelligendos, qui efficacibus & laboriosis conatibus vitam conterunt. Nam philosophi quidam fuerunt, qui inferna aliud esse negauerunt, quam nostra corpora, & omnia quæ de inferis antiquitas fabulata est, in nobismetipsis reperiri, quapropter expositionem quoque Macrobii vtpote optimam memorabimus, quam refert super illo versiculo: *Lucent genialibus altis Aurea fulcra thoris*, vbi Seruius de *Tantalo* dicit esse intelligendum, & eius fabulam notissimam enarrat. Macrobius vero dicit ad omnes auaros hoc esse referendum, qui epulis ante ora positis excruciantur, fame, & inedia tabescunt, quos magis magisque acquirendi desiderium: cogat, præsentem copiam non videre, qui in effluen-

in effluentia inopes, egestatis mala in vbertate patiuntur nescientes parta respicere dum egent habendis. Præterea non videtur esse committendum illud:

Quos super atra silex iamiam lapsura cadenti
Imminet assimilis

Quemversum enarrans peritissime Macrobius, asserit eos esse intelligendos, qui arduas potestates & infaustã ambiunt tyrannidem quoniam semper viuunt in timore, & sibi videntur exitium quod merentur excipere, quod Dionysii, exemplo declaratur, qui aulæ Siculæ inclementissimus incubator, Damocli familiari suo, solam beatam existimanti vitam tyrannicam, volens ostendere quam misera esset & quam plena impendentium semper periculorum, gladium de filo tenui pendentem mucrone demisso, iussit illius ceruicibus inter epulas imminere, & cum Damocles regias & tyrannicas præsentis mortis periculo aspernaretur: *Talis est*, inquit Dionysius *vitæ quã beatam putabas sic nobis semper mortem imminentem videmus.* Hæc historia præter Macrobium ab Eusebio & Cicerone memoratur, ista autem omnia, quoniam eruditionis refertissima sunt, ac subtilitatis, referenda esse censui, vt qui expositione Seruii contentus non fuerit, aliquid audiat disciplinæ remotioris, quæ non minus delectare solet quam prodesse.

Ser. *Titania astra id est, solem quẽ vnum de Titanib. fuisse diximus.*

Phil. Diodorus lib. 6 apertissime nos edocuitiquare *astra Titania nominentur.* Scribit enim Hyperionem, vnũ ex Titanibus primum astrorum, lunęq; & solis cursum ac naturam demonstrasse, & ob hoc stellarũ parentem existimatũ, merito itaq; a Virgilio *astra*, id est stellæ *omnes* non solus sol, *Titania* dicuntur, quasi perpetuo epitheto, propter *Titanem Hyperionẽ*, qui syderũ pater fuisse creditur. Quinetiam reprehendit Seruius illos qui dicuntur hanc particulam *ergo*, aliquando poni pro caussa, cum illi bona locuti sint & Latine, qui hoc dixerint, Seruius autẽ non recte, qui hoc inficiatur. Nam vt auctor est Festus, *ergo* interdum significat gratiã, cum scilicet *gratia* intelligatur pro *caussa*, in, qua significatione accipitur apud Liuium scribentẽ: *Apollinares ludos victoriæ non pestilentiæ ergo fuisse constitutos*, id est *caussa*. Et M. Cato in re Rustica ita scriptum reliquit: *Tibi ius est porco piaculo facere, illiusce sacri coercendi ergo.* Et alibi, *Harunce rerũ ergo fundi terra agriq; mei lustrandi.* Et alibi, *Mars pater te precor quæsoq; vti sies volens propitius mihi, domo familiæq; meæ, cuius rei ergo agrũ terram fundumq; meum Solitaurilia circũagi iussi.* In his omnibus plane locis *ergo* accipitur *p caussa*. Prętereaexstat exemplũ epistolæ antiquissime a cõsulibus Romanis ad Pyrrhũ Epirensem scriptæ, vbi hæc verba leguntur: *Sed cõmunis exempli & fidei ergo visum est, vti te saluũ velimus.* Vbi sine controuersia, *ergo* significat *caussam*. Et apud Virgil. velint, nolint Grãmatici *ergo* intelligitur pro *caussa*, in eo versu. *Illius ergo venimus.*

Ser. *Nysa de vertice Tigres. Nysa mons est India. Nysa ciuitas est in monte Parnasso, in qua Liber colitur.*

Phil. Scribit Diodorus Bacchum cognominatũ esse *Dionysium* ab eo, q̃ educatus sit a Nymphis apud *Nysam Arabiæ vrbem*: Vnde ab *Ioue Nysaq; Dionysius* nuncupatus. *Nysa* etiam nõ tam mons est, q̃ ciuitas Indiæ celebratissima carminibus poetarũ, q̃ (vt auctor est Strabo) Bacchus condidit. Cuius etiã meminit Plin. in 6. de qua copiosius & elegantius q̃ ceteri, scribit Curtius, referens, quẽ admodũ Alexander cum exercitu *Nysam* obsedit: & *Nysei* Alexandro se dedidere a Libero patre conditos se esse memorantes. Sita est ciuitas *Nysa* sub radicibus montis, quẽ *Meron* incolæ appellant, & cũ *Meron* Græce *femur* significet, inde Græci mentiendi traxere licentiã, Iouis fœminæ Liberũ patrem esse celatũ. Et de hoc monte intellexisse Maronẽ non ambigimus, quando inquit *Nysa de vertice Tigres*. Præterea alia est *Nysa* non in monte Parnasso, vt autumat Seruius, sed in Helicone, vt auctor est Strabo, de qua (vt opinor) sensit Lucanus cum scriberet: *Bacchumq; auertere Nysa*. Quin etiam in enarratione historiarũ, quas Poeta in 6. tangit parum fidus est Seruius & perperam allegat dicta historicorum, & potissimum T. Liuii. Namq; de Torquato sic scripsit Seruius: *Torquatus filium (vt dicit Liuius) fustuario necauit*. Manifestissimum hoc esse mendacium & turpissimum erratũ, nemo vel mediocriter eruditus inficiabitur, qui vel octauũ librum Liuii ab origine vrbis inspexerit, in quo aptissime ostẽdit, Torquatum imperasse lictori, vt filium securi percuteret, cuius verba ideo subscribere supersedi, quia & multa sunt, & quilibet, qui id nosse velit, illic facilime poterit inuenire. Ex hoc & id genus multis in eam (vt supra dixi) sententiam pedib. transeo, vt existimẽ Seru. non tales edidisse cõmentarios, sed quoquo modo fuisse corruptos adulteratosq;. Quis n. non videt a Verg. dictũ esse: *Sæuumq; securi, Aspice Torquatum*. Videlicet quia *securi* in filium iusserat pater animaduerti, non autem, *fustuario* vt Seruius opinatur. Idẽ in expositione illius Maroniani versus:

Aut geminos duo fulmina belli, Scipiadas cladem Illybia.

Mihi noquaq̃ satisfacit, dum quãdã morosam nimis distinctionẽ adhibere contendit, vt *geminos Scipiadas* intelligamus illos duos Scipiones fratres, qui in Hispania perierunt Pœnorũ insidiis circũuenti, & *cladem Lybiæ* accipiamus pro duobus Africanis. Ego vero existimo Poetam illo toto versiculo intellexisse de duobus duntaxat *Africanis*, qui proculdubio fuerunt *duo fulmina bellorum*, qui ambo *cladem Libyæ & Carthaginẽ attulerunt*, in quo æmulatus videtur esse Lucretium, qui sic scriptum reliquit:

Scipiades belli fulmen Carthaginis horror.

Sequatur tamen vnusquisq; eam sententiam, quæ ipsi verior ac probabilior esse videbitur, cum nobis satis sit edocuisse, quid ipsi sentiremus. Suum vnicuique iudicium est & sua sententia

Ser.

Ser. *Parnassus mons Thessaliæ diuiditur in Cytheronem Liberi & Heliconem Apollinis.*

Phil. Auctoritas Seruii cum apud Grāmatistas ac literatores plurimū pollebat, effecit vt omnes minus eruditi in hunc errorē delaberentur, asserentes *Cytheronem & Heliconē* colles esse Parnassi. Corrigēdus itaq; hoc in loco est error publicus, ex auctoritate eruditissimorū Geographorum, qui Grāmaticis in locorū descriptione, haud dubie merentur anteponi. Primo igitur sciendum est, ꝙ *Parnassus* mons est in Phocide regione, non autem in, Thessalia vt scribit Plin. in 4. & Strabo meminit in 9. Sub Parnasso sunt Delphi clarissimi in terris oraculo Apollinis. *Helicon.* a. & *Cytheron* sunt in Bęotia, vt Plinius, Strabo, Mela, Solinus, reliquiq; omnes testantur, & Musis natale in nemore *Helicone* scriptores assignant, quæ & altitudine & ambitu non minor est Parnasso. Quod a. *Parnassus biceps* & *biuertex* a Poetis nuncupetur, non ideo debemus accipere vertices *Cytheronem & Heliconem*, vt Grammatici hallucinantur, sed ipsius montis cacumina. Cum ego curiosius inquirerem, quænam forent nomina duorum Parnassi verticum, reperi apud Herodotum in *Vrania* vnum ex verticibus Parnassi nominatum fuisse *Thitorea*, alterū *Hyambeum*. Quocirca Herodoti auctoritatem sequens, id credere malo, quam ꝙ *Cytheron Heliconue aut Nysa aut Cyrra aut Cyrphis* (namque & id traditur) fuerint vertices nuncupati. *Cyrra* & *Nysa* nomina quidem sunt ciuitatum, sed non collium, & Nysa non est in Parnasso, sed in Helicone: *Cirphis* vero rupes est non cacumen. Libuit hæc pauca annotare super verticibus duobus Parnassi ad errorē manifestarium refellendum, qui a prioribus recentioribusq; minus eruditis passim receptus est.

Ser, *Mutustæ Trebia postea dicta est, quam modo Trebulam dicūt: apud hanc Hannibal deleuit populum Rom Lucanus: Quod non in Punica nati, tempora Cannarum fuimus, Trebieq; iuuentus.*

Philip. Quis non videt Seru. in rebus interdū leuissimis impingere? & toto (vt aiunt) errare cœlo? vel hoc potissimum in loco, cum dicit apud *Trebulam*, q̄ dicta sit & *Trebia* ab Hannibale victos esse Romanos, ꝙ a fide historica penitus est alienum. Namq; Hannibal apud *Trebiam* fluuium Placentinū maximo prælio vicit cōsules Ro. *Sempronium Longum.* & *Cor. Scipionem*, *Africani patrē*, vt Liuius, Sylius, atq; Polybius apertissime narrant, & nemo vllo tempore hoc vnq̄ inficias iuit. Errat itaq; diligenter existimans *Trebiā* idem esse, quod *Trebula*, cum interuallo locorum & dissimilitudine significationis disiungantur. Nam *Trebia* fluuius est notissimus iuxta *Placentiam*. *Trebula* vero oppidū fuit haud ꝓcul ab vrbe *Romana*, vt auctor est Plin. Et olim *Trebulanis* ciuitas data fuit a Romanis, vt scribit Liuius in decimo. *Trebulæ* casei laudatissimi conficiebantur, *Trebulani* cognominati, de quib. sic scribit Mart. in xeniis.

Trebula nos genuit, commendat gratia duplex.

Siue leui flamma, siue domamur aqua.

Trebiani fuerunt quoque populi contermini *Trebulanis*, sed hi nihil ad Trebiam, vbi Hannibal Romanos profligauit. Nec versus Lucani quicq̃ iuuerit Seruii opinionẽ cum apertissime referatur ad *Trebiã Placentinũ*, perperã itaq; allegatur a Seruio, qui altero quoq; loco alterũ Lucani carmẽ, parũ diligẽter parũq; curiose pensitauit. Namque super eo Maroniano versiculo: *Infaustum interluit Allia nomen*, ita scriptum reliquit: *Allia fluuius est, cui additur vnum L. propter metrum, vt reliquias, Lucanus bene posuit, quas alia clades.* Non possum nõ vehementer admirari Seruiũ in errores tam pueriles, tam manifestarios, tam crebro incidere, existimant. n. Lucani versum referendum esse ad *cladem Allienſem*, q̃ quã ridiculum sit, quiuis animaduertere poterit, qui librum Lucani septimum diligentius introspexit, in quo carmen hoc legitur:

Non istas habuit pugna Pharsalia partes,
Quas alia clades.

Cuius sensus est manifestissimus, vult. n. respondere Lucanus omnes alias clades, quas Romani superioribus temporib. passi sint, non esse comparandas cum Pharsalica clade, q̃ cunctas alias euperat, & ita *alia* sine controuersia accipitur pro ꝑnomine. Seruius vero credidit *alia clades* accipi ꝑ *Allienſi clade*, tanquam ab *Allia* fluuio deriuetur, cuius primam syllabam apud Poetas semper productam repperi, quamuis Seruius reclamet, Ouidius:

Hæc erat in Fastis, cui dat grauis Allia nomen. Lucanus:
Et damnata diu Romanis Allia fastis. Syllius:
Maior & horrificis se extulit Allia ripis.

Sic a Poeta omnibus secutis naturam nominis, nulla metrica necessitate cogente *Allia* ponitur prima syllaba producta, quemadmodũ a Virgilio traditũ, & per *geminum*. l. ab eruditis scribitur.

Ser. *Cares Nemea ſylua est vicina Thebis in qua Hercules interemit leonem.*

Phil. *Nemea ſylua* est in Peloponneso, inter Cleonas & Phliuntem, in qua Argiui sacra celebrare consueuerant, quæ *Nemea* cognominãrur, vt auctores sunt Strabo & Diodorus, *Thebæ* vero sunt in Bæotia maximo interuallo a *Nemea* sylua disiunctæ.

Ser. *Cares insulani populi fuerunt, Leleges Theſſali.*

Phil. Sæpe admonuimus multa deprehendi in cõmentariis Seruii, quæ ad Geographiã pertinent, non satis exacte nec adamussim pensitata, quæ virgula cẽsoria notari mereantur, quale est hoc, nã *Cares* non sunt insulani, vt ipse autumat, sed in continenti, & populi sunt Asiatici iuxta Meoniam Lyciam atque Ioniam collocati, vt Plinius Strabo & Mela tradiderunt. *Caria* toti imperauit, olim Mausolus. vt, auctor est Vitrunis in secundo. *Caria* fuit *Halicarnaſſus* & *Mauſoleum* illud celebratissimum, q̃ inter septẽ orbis spectacula meruit annumerari. Nec *Leleges* sunt in Thessalia, vt in curioſe

rioſe refert cõmentator, ſed *Leleges & Cares* idem ſunt populi, vt meminit Strabo in 7. Nonnulli Geographi tradunt eos eſſe finitimos, atq; in multis *Caria* locis & ſepulcra *Lelegũ*, & monumẽta *Legia* nuncupata, oſtenduntur, & olim *Ioniã Aſiaticam Cares & Leleges* incoluerunt. *Cares* peculiariter barbari ſunt cognominati. Ceterum vt ego arbitror, videtur exiſtimaſſe Seruius *Lelegas* eſſe *Theſſalos*, quoniã verſu Lucani, quem ipſe allegat, oſtenditur *Lelegas* agrũ Theſſalicum quõdam tenuiſſe. Atqui Lucanus ideo videtur hoc tradidiſſe, quoniam *Leleges* fuerunt populi errabundi, & diuerſis in locis habitarunt. Nam vt ſcribit Ariſt in politica: *Acarnanum, Ætholorum, Leucadiorum, Leleges hac omnia loca incoluerũt.* Et olim etiam Theſſaliam tenuerunt, ſed non ipſi Theſſali fuerũt. Oui. *Cares & Lelegas* ita carmine coniunxit, ſicut & Virgilius, quoniam videlicet ſunt inter ſe contermini. Verſus Ouidii ex lib. 9. Metamorphoſeos hic eſt:

Cares & armiferos Lelegas Lyciamque pererrat.

Scribit Plinius in v. *Miletum* Toninæ caput *Lelegeida* fuiſſe nominatum. Idem Seruius exiſtimat, *Thermodoonta* fluuiũ eſſe Thraciæ, cum ſit Cappadociæ, quæ regio eſt Aſiatica, vt Plinius, Strabo, atq; Iuſtinus meminerunt, iuxta quẽ olim Amazones conſederũt, quarum regina vt auctor eſt Diodorus, in oſtiis *Thermodoontis* vrbẽ cõdidit, *Themiſcyram* nuncupatã, inde pugnas Amaſonũ *Thermodoonticas* appellat. Papinius in 1. ſyluarum, & Propertius in 3. ſic ait:

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis:
Thermodoonteis turba lauatur aquis.

EX BVCOLICIS.

Seruius. *Pecunia dicta a peculio.*

Phil. M. Varro Roman. doctiſſimus, q vocabulorũ etymologias acutiſſime ac eruditiſſ p ſcrutatus eſt, trãdit *pecuniam* a *pecore* nominatã eſſe, quoniã priſcorũ diuitiæ in pecore conſiſtebant. Sententiam Varronis confirmat Columella lib. 7. & Ouid illo verſu:

Hic etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.

Plinius autẽ in 33. ſcribit *pecuniam* ſortitã eſſe nomen a *nota* pecudis, quoniam antiquitus numi effigie pecudis ſignabantur. Hic Plutarchus aſſerit in Publicola, in vetuſtiſſimis numis ſignum fuiſſe ouis & ſuis bouisq; conſpectum.

Ser. *Septa ſunt loca in Campo Martio, & quia ſimilia ſunt ouilibus duo hæc inuicẽ pro ſe ponuntur*, vt Virgil. hoc loco *ſepta* p *ouilibus poſuit, item Lucanus contra. Et miſera maculauit ouilia Roma.*

Phil. Elegantius & verius explanatum fuiſſet Maronianum carmen a Seruio, ſi dixiſſet, *ſepta* generali vocabulo ſignificant omnia loca munita, & quodam ſepimento vallata. Inde ſtabula, ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua *ſepta* nuncupantur. Inde *ſeptiatim* in campo Martio loca incluſa tabulatis, ſepta dici metuerunt, de quibus Martialis: *In ſeptis Mamurra diu multumque vagatus.*

Ausonius in Panegyrico : *Passus non septa non campũ.* Et Suetonius, venationem in *septis* datã esse testatur. De his sentire videtur & Plin. sic scribens in *16, Trabs in porticib. septorum a M. Agrippa relicta.* Præterea M. Varro in re Rustica appellat omnia *septa*, quæ habet inclusa animalia q̃ pascuntur. Vnde ab eodem laudantur *septa* Fuluii Hirpini, *septa* Pompeii, id est, loca quib. cõclusæ feræ pascebantur. Idẽ inquit : *Intra septa villæ habeas aquã.* Apud eundem inscriptio est de *septis* fundi. A *sepio* ꝙ significat *munio* hæc dictio deriuari videtur. Inde *septus locus, septa villa, septum tectum* nũcupatur. Et apud Iurisconf. *septa* accipiuntur ꝓ *obiicibus & claustris:* quibus vtimur ad impetus fluuiorũ coercendos. Præterea apud Lucanum non est exponendum *ouile* ꝓ *septis*, sicut exponit Seruius. Nam *Ouile* erat locus in campo Martio ita peculiariter nuncupatus, de quo hæc Liuius li. 16. *Citatis Hetruriæ senioribus datum secreto in Ouili cũ his colloquendi tempus.* Nam si verũ esset id, ꝙ tradit Seruius, videlicet Lucanum *ouilia* ꝓ *septis* posuisse, nunq̃ Liuius tam licenti trãslatione vsus foret, vt ipse *ouile* ꝓ *septũ* poneret, cum Poetæ aliter q̃ historici loquantur. Ceterum Lucanus eo modo dixit *ouilia*, quo Liuius, quo Strabo, qui in 5 referens idem, ꝙ Lucan. de crudelitate Syllæ, adeo conuenit cum Lucani verbis, vt alter ab altero accepisse videatur Strabonis verba hæc sunt: *Sylla alios qui arma proiecerãt ad millia tria, vel, vt alii, quatuor, in campo Martio ad Ouilia coactos immissis militibus iugulauit.* In eadem significatione accipiendum est apud Iuuenalem eo versiculo: *Antiquo quæ proxima surgit ouili*

Ser. *Ligustrum flos est candidissimus, vaccinia violæ.*

Phil. Apud Plin. legi *Ligustrum* & *vaccinia* magis inter arbores, q̃ inter flores numerari. In 12. scribit Cyperum appellari in Italia *Ligustrum*, & in 24. inquit *Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente Cyperos, cuius acini contra phthiriasin sunt efficacissimi.* Idem in decimosexto refert, *vaccinia* Italiæ in aucupiis sata esse. Galliæ vero etiam purpura tingendi caussa, ad seruorum vestes.

Ser. *Aracynthus mons est Thebanus.*

Phil. *Aracynthum* scribit Plin. in 4. mõtem esse *Acarnaniæ.* Idem comprobat Martianus Capella. in Geometria.

Seru. *Arbustum quidam locum, in quo arbores sunt, volunt accipere.*

Phil. Mutilata hæc est interpretatio. Nã nõ omnis locus, in quo sint arbores, nominatur: *Arbustum.* Quid si essent quercus ilicesque quamplurimæ? quid si innumerabiles? quid si sylua? an significanter *arbustum* nũcupabimus? minime: Etenim *arbustum* (vt ego accuratius animaduerti) ꝓprie significat arbores *vitibus maritatas* atq; *vitiferas*, q̃ in ordines digeruntur, vt docet Plin. Columella atque Palladius, scribẽtes quomodo *arbustũ* sit faciendũ. Vnde *vitis arbustiua* & vinũ mustũq; *arbustiuũ* appellatur, ex huiuscemodi arboribus collectũ. Cato quoq; collocat *arbustũ* in octauo loco prędio

dorum,& ne quispiam existimet eum intelligere de sylua, subiunxit loco nono ponendā esse *glandariam* syluam. Claudius Quadrigarius locum *in quo sunt arbores plurimæ* inusitato vocabulo *arboretum* appellat, quod ipse nimis licēter peperisse ac formasse creditur. Apud Palladium legi *arbustum* pro *castaneto* positum, quod non longe abest a Seruii significatione.

Ser. *Lac nouum id est, colostrum quod neutri generis est, nam fœminini esse penitus non potest.*

Phil. In tam paucis verbis duplex inest error manifestarius: nam & fœminino genere colostram reperiri, ostendit Columella in viij. his verbis: *Exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant, cui si aliquatenus emittitur, nocet agno.* Idem traditur a Palladio, & Paulus in penulo fœminino genere vsus est: *Mea colostra, meus mollicultus casus.* Præterea *colostrum* non proprie significat *lac nouum*, sed est *spongiosa densitas lactis*, a partu, vt auctor est Plinius, ad quod allusit epigrammaticus Poeta illo disticho, cuius lēma est *Colostrum*:

Surripuit pastor, qua nondum stantibus hædu,
De primo matrum lacte colostra domus:

A colostro colestrati dicuntur infantes.

Ser. *In medio duo signa Conon, Conon dux fuit, cuius nomen dicit, quia in omnium ore versatur.*

Philippus. Quis nescit *Cononem* fuisse Athenienſium ducem? omnib. insulis præfuisse? Lacedæmonios profligasse? Athenas in pristinam libertatem restituisse? de quo Æmilius, Iustinus, Plutarchus multa tradiderūt. Sed diligentius accuratiusque cōsiderandū fuit, an apud Vergilium de hoc *Cononе* foret intelligēdum, an potius de *Conone* astrologo. Quocirca verius & eruditius interpretatur Vergilianum carmen, Probus grammaticus, cuius hæc sunt verba: *Conon Samius Mathematicus: sed quamuis plures fuerint Mathematici elegantes errantem rusticum inducit dicentem, quis fuit alter? alter enim accipitur vnus de duobus, is autē Conon de astrologia libros septē reliquit:* Hactenus Probus. Huius *Cononis* Mathematici meminit Iginus scribens ab eo dictum esse Ptolomæo, quemadmodum ipse viderat crinem Berenices reginæ inter sydera collocatum, de qua re scripsit Callimachus carmē elegiacum, quod Catullus interpretatus est, in quibus versibus ita de *Conone* hoc scriptum est:

Idem me ille Conon cæsti numine vidit,
Et Berenicæo vertice Cæsariem.

De hoc *Cononis* intellexisse Propertium existimo, cū scripsit in iiij.

Me creat Architæ soboles Babylonius Orops,
Oron, & a proauo ducta Cononе domus.

Exponamus itaq; apud Vergilium de hoc *Cononе* astrologo, sicut exponit recte Probus, non autem de *Conone* duce Athenienſium, vt perperam existimat Seruius.

Ser. *Amomum flos est Assyrius, vt Lucanus, Vicina messis amomū,*

Phil. Miror Seruium auctoritate Lucani suam fulcire sententiam, tanquam a Lucano dicatur *Amomum* florem esse Assyrium qui more Poetico *Amomum* quidem nominat in decimo, sed quid sit haud quaquã aperte demonstrat. Debuisset itaque Seruius Plinium consulere, qui eum edocuisset *Amomum* non esse florem sed arbusculam, qui in duodecimo scribẽs de peregrinis arboribus, *Amomum* arborem esse commemorat, & eius vuam in vsu esse. Forma est vite labrusca, frutice venenoso, palmi altitudine, laudatur q̃ maxime parit *Amomum* Punici mali foliis simile, colore ruffo, secunda bonitas pallida est, herbaceum peius, pessimum candidum, quod & vetustate euenit.

Ser. *Sophocleo tua carmina digna cothurno, ac si diceret quanquam impar sit ingenium meum laudibus tuis, nam tua laudes meretur exprimi Sophocleo tantum cothurno.*

Phil. Ego opinor eo versu a Virgilio laudari carmina Cæsaris Augusti, qui floruit Poetica, qui (vt auctor est Tranquillus) reliquit librum hexametris versibus cõscriptum, cuius titulus est *Sicilia* & libellum epigrammatum, præterea tragœdiam *Aiacem* exorsus est magno impetu, volens igitur Poeta laudare tragicum Augusti poema stylumq; gradiloquum, dixit illius carmina digna *esse Sophocleo cothurno*, id est, *stylo & sublimitate* qua vsus est Sophocles in tragediis scriptitandis. Fuit enim apud Græcos haud dubie princeps tragici poematis, quod etiam memorat Plinius in vji. Hinc etiam in honorem Augusti a Poeta dictum est:

Atque hanc sine tempora circum,
Inter victrices hederam tibi serpere lauros

Tanquam Augustus *hederacea corona*, hoc est, *Poetica*, non minus coronari mereatur, quam *laurea*, hoc est, *triumphali*. Celebratur a Macrobio atque Tranquillo locus Augusti, qui cum interrogaretur quid ageret *Aiax tragœdia* quam quod displicuisset ipse deleuerat, respondit *Aiacem suum in spongiam incubuisse*: Audiui qui dicerent se vidisse poema Sophoclis ab Augusto donatum Romana lingua, quod si verum est, poterit commodissime ad id etiam referri carmen Maronianum.

Ser. *Ante sinistra cauo monuisset ab ilice cornix: Hoc ad auguralem pertinet disciplinam: Et paulo post: Cornicem dicit ab antiqua ad sinistram partem volasse.*

Phil. Virgilius vtpote omnium disciplinarum particeps, omnis expers erroris, legerat in augurum libris, cornicem a sinistra parte ratum facere auspicium. Ideo sinistram cornicem appellauit quasi a sinistra ratum facientem. Namq; vt Cicero scribit in libris de diuinatione: *Alius auibus dextra, alius leua datum est, vt ratum auspicium faciant*: Et alibi: *Cur a dextra* inquit *coruus, a sinistra cornix faciat ratum*: Illud quoq; Plautinũ in Asinaria huic sententiæ conuenit: *Picus & cornix est a leua: Coruus porro ab dextra*. Quod diligenter

genter videtur Maro obseruasse & facundissime transtulisse. Et hoc idē fortassis respexit Horatius sic scribens in carminibus: *Teq; nec leuus vetet ire picus, nec vaga cornix.* Non est hoc in loco prætereūdum id quod a Plinio traditur lib. x. videlicet *Cornicem esse altē inauspicatæ garrulitatis, a quibusdam tamen laudatam.* Hæc omnia a curioso interprete fuerant inuestiganda, & ad enarrationē Virgiliani carminis publicanda. In eadē quoq; Ecloga, illud frigidiusculē exponit: *Quis humum florentibus herbis spargeret?* cum Poeta clāculum alludat ad carmē compositum in Daphnidis laudationem vbi iste versiculus legitur. *Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras* Ex Georgicis.

Ser. *Qua bis solem, bis frigora sensit*, id est, *qua bis & dierum calorem & noctium senserit frigora, per quod duplicem arationem ostendit, vernalem & autumnalem.*

Phil. Potior apud me est auctoritas Plinii qui Virgilianum versum secus quam Seruius interpretatur in xviij. sic scribens: *Quarto tosti sulco Virgilius existimatur voluisse, cum dixit optimam esse segetem, qua bis solem, bis frigora sensisset.* Futilis est me hercle Seruii interpretatio de *calore diurno & frigore nocturno*, cum Poeta loquatur de *sole æstiuo & frigoribus hybernis*: Et Probus Grammaticus mihi videtur elegantius atque eruditius enodasse nodum Maronianum scribēs, Poetam loqui de eo agro quē *noualem* vocamus, qui sub exitu hyemis hoc est initio veris proscinditur, & ita æstate quæ sequitur siccatur, deinde sub introitu hyemis semente facta sequētiæstate reddit fructum, & ita bis sentit *frigus*, semel ante æstatem deficiente hyeme, initio veris iterum post sementem, bis *solem*, semel æstate quando cessat, iterum quando fructum refert.

Ser. *Tmolus est mons Ciliciæ in quo nascitur crocum præcipue.*

Phil. Plinius in v. refert *Tmolum* montem esse, non Ciliciæ (vt Seruius opinatur) sed *Lydiæ* qui ante *Tymolus* vocabatur & erat vitibus consitus. Strabo quoque & Solinus idem sentiunt quod Plinius, *Tmolum* in Lydia collocantes, de quo sic scribit Ouidius:

Riget ardus alto
Tmolus in ascensu cliuoque extensus vtroque,
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæis:

Iuxta Sardis positum esse *Tmolum* indicat Ouidii versus. *Sardis* autem vbi esse in Lydia celeberrimam Herodoti & Plinii testimonio notissimū est. Præterea non absurdū fortassis foret illud Virgilianū, *Croceos vt Tmolus odores* ad *vinum* referre. Nam cum *Tmoli vines* laudentur a priscis tanquā generosissima, videtur Poeta appellasse *croceos odores*, id est, *vinum Tmoli*, quod odoris & coloris croceī sit, quale vinū in primis laudatur a Palladio vtpote saluberrimū. Et in hanc sententiā vadit Porphyrio dicens *crocum* pro *vino* positū esse a Virgilio, & allegat istud hemistichion. Hoc ideo dixi, vt aliquid argutius recōditiusq; memorarē, non vt Seruii expositi-

tionem refellere vellem, quæ Probi & Solini atque Columellæ auctoritate corroboratur, qui scribunt *Tmolum* esse *croco* florentissimum. Sed quia interdum gratæ sunt studiosis argutiores interpretationes, hæc pauca libuit, his commentariis intexere, sequatur vnusquisque quod velit.

Ser. Legunt in Terenti. *Caue ne te tristem sentiat: Hoc procedere non potest: nam ne & caue prohibentia sunt.*

Phil. Quamuis hoc exigere videatur regula Grāmatices, quod a Seruio præcipitur, tamen veteres scriptores sæpissime ita locuti sunt, vt hanc particulam, *ne* cum verbo *caueo* copularēt. Horatius. *Vade vale caue ne titubes mādataq; frangas* Plinius: *Terrā cariosam caue ne plaustro neve pecore impellas.* Ouidius: *Ne fallare caue proximus ater erit.* Itaq; vtroq; modo & recte & latine dicitur, cum auctoritas veterum pro regula sit, & honestissimus sit error magnos duces sequentibus.

Ser. *Ipsa suas mirantur Gargara messes. Gargara montes Phrygij.*

Phil. Vergilianus versus vtpote eruditione refertissimus, eruditiorem exposcebat enarrationem. Cōcisus est interdum Seruius in rebus magnis, copiosus in paruis. Quis enim eliciet verā arcanāq; Vergiliani carminis sentētiā, extali interpretatione: *Gargara* sunt montes Phrygii: Nemo eruditus ignorat *Gargara* esse montes vel potius cacumen montis *Idæ*, sed curioso cōmentatori inquirendū fuerat curiosius, & pensitandū diligentius, an Poeta posuerit *Gargara* pro mōte, quē fertilitatis esse dicit exēplar. Ego apud Macrobiū animaduerti Maronianum carmen explicari accuratissime, & lōge secus q̄ tradatur a Seruio atq; copiosius. Ait enim *Gargara* nomen esse cacuminis mōtis *Idæ* & *oppidi* & Virgiliū non de summo *monte*, sed de *oppido* loqui in Georgicis. Nam apud *Gargara* ciuitatem tanta erat frugum copia, vt qui magnum cuiusq; rei numerum vellet exprimere, pro multitudine *immensa Gargara* nominaret. Ita Alcæus, Aristophanes, & Varro, *Gargara* pro multitudine posuerunt. Et de his intellexit Ouidius illo versu: *Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.* Non ergo *Gargara* pro *monte* apud Vergilium accipere debemus, prout accipit Seruius, sed pro *oppido*, vt sentiunt eruditi, quod positū est in imis radicibus *Idæ* montis, & defluentibus inde humoribus *Gargara* irrigantur, fiuntq; feracissima. Cōfirmat Macrobii sententiam Plinius scribēs in quinto: *Gargara esse montem & oppidū.* Et Strabo in xiij inquit: *Gargarus in superioribus Idæ partibus locus ostenditur, a quo Gargara dicuntur Æolica ciuitas.* Facessat itaq; mutilata expositio, quam Seruius & Probus tradiderunt, qui ambo nihil dixerunt, nisi *Gargara* esse mōtē.

Ser. *Missam picis vrbe reportat, quia pix in agris nascitur, & in vrbe non, distracta in agrum reportatur.*

Phil. Poeta significare volēs vsum *picis* agricolis esse necessarium dixit *picē* eos solitos in vrbe mercari, & ex vrbe in agrum reportare

tare asello dossuario, non autē, vt exponit Seruius, agricolas *picem* in vrbē deferre venalē, & reportare non venditam. Nā si aduertisset diligentius Seruius consuetudinem priscorum agricolarū, qui *pice* ad res q̄ plurimas vtebantur, dixisset profecto secus, sentētiamque mutasset. Namq; prisci vtebantur in villa *pice* potissimum ad vina cōdienda, vt auctor est Plinius scribens in xiiij *Pice ac resina condire musta vulgare est:* Et abeodē ratio traditur cōdiēdi musta aspersu *picis*, vt odor vino contingat & saporis acrimonia. Columella & Palladius *picem* ad vasa *picanda* & q̄ plurimis in rebus vtilissimā esse tradiderunt. Porcius Cato admonet agricolas, vt vasa habeant bene *picata*. Vnde *impicare* & *oppicare*, quod significat *pice* linere, verba deriuantur, quibus scriptores rei rusticæ frequēter vtūtur: Hæc & id genus alia in expositione Maroniani versus ab erudito interprete fuerant referenda, cum illa Seruii enarratio, nec Poeta, nec commentatore digna sit.

Ser. *Aut resonantia longe littora misceri. Bis idem dicit.*

Phil Si Seruius curiose pensiculateq; annotasset prognostica tēpestatū, quæ a Vergilio referuntur, quę exsequitur Lucanus, quæ enumerat Plinius, profecto non dixisset *bis idem dici a Poeta* in expositione carminis Maroniani. Namq; aliud est haud dubie fragor in mōtibus, tumor in mari, aliud sonitus littorū, aliud mugitus nemorū. Proinde ad expositionē Vergilianorū prognosticorū subiūgemus verba Plinii ex lib. xviij. q̄ ita aperte, ita elegāter enarrāt dicta Poetæ, vt ab interprete nullo apertius elegātiusve possint enarrari. Verba Plinii sunt hęc: *Est & aquarum significatio. Mare si murmurauerit intra se ventū prædicit, si identidē & hyemem & imbrem, littoris ripæq; si resonabunt tranquilla asperā tempestatē:* Et mox paulo, *sæpe & silētio mare intumescit, flatuq; altius solito, iam intra se esse ventos fatetur. Equidē & montiū sonitus nemorūq; mugitus prædicunt tēpestatem:* Hæc verba Plinii adeo Poetæ carminibus cōueniunt, adeo quadrāt, vt alter ab altero mutuatus esse videatur. Et Lucanus Vergiliū (vt arbitror) imitatus, talia quoq; & ipse tēpestatum præsagia recenset in v. scribēs: *Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus:* Et paulo post: *Turbida testantur conceptos æquora ventos: Et si murmura ponti consulimus cori venient mare.*

Ser. *Quin & caudicibus sectis, & quod nunc dicit de oliua & Myrto, quarum sicci stipites secantur vsq; ad medullam, & terra infossi ex se arbores gignunt, quod sine dubio mirum est.*

Phil. Dicuntur a Seruio hoc in loco ea quę nec vera sunt, nec verisimilia, nec ab vllo scriptorū memorata, neq; Vergilianis versibus cōueniētia. Nāq; Poeta illis versibus loquitur de insitione, qua lęuigatur falce truncus, & aut inter corticem lignumque inseritur calamus, aut fisso trunco imprimitur medullæ, cuius rei tota disciplina tradita est a Columella in iij a Plinio in xviij. a Palladio pluribus in locis & tanta est vis insitionis, vt etiam satiuæ plantæ syluo-

ſtrium radicibus inſerantur, natura ſiccioribus, aptiſſima enim eſt inſitis ſiccitas, vt auctor eſt Plinius. Inde dictum eſt a Poeta: *Trauditur a ſicco radix oleagina ligno*, id eſt, *olea inſeritur & radices agens viuiſcit etiam in ſicco ligno*, quod eſt mirabile dictu. Cato præcipit inſeri *oleas* luna ſicca.

Ser. *Paſſum dicitur a patiendo, nam muſtum decoquitur, & inde fit paſſum, hinc defrutum dictum quod defraudetur.*

Phil. Quemadmodũ Etymologia vera eſt, ita ſignificatio falſa quam tradit Seruius. Nã *paſſum* non fit muſto decocto, neq; *defrutum* nominatur, & quantũ diſtet *paſſum* a *defruto*, & quẽadmodum vtrũq; cõficiatur, docẽt Columella & Plinius, ex quibus hæc pauca annotauimus ad paſſi defrutiq; demonſtrationẽ. Paſſum fit ex *vua* quã Græci *ſticam* vocant nos *Apianam*, *vua* in vite diutius ſole aduruntur, aut oleo feruẽte, alii ſiccant in ſole *vuas* expanſas, donec paulo amplius dimidiũ pondus ſuperſit: Arida deinde acina in dolium coniiciunt, eodem muſtum adiicientes, ita vt grana ſubmerſa ſint. quæ vbi combiberint ſeq; impleuerint, prælo premũtur, & ita vinũ generoſiſſimum tollitur, *paſſum* nũcupatũ a *patientia*. Qui autẽ volunt ſecundarium *paſſum* facere, adiiciunt vinaccis tantum aquæ puteanæ, quantũ ex prima preſſura *paſſi* fluxerit. Et hoc equidẽ eſſe crediderim, quod neoterici lingua vernacula *maluatici* appellãt, quod generoſiſſimum ex inſula Creta his tẽporibus mittitur, & antiquitus mittebatur, quod abunde declarat diſtichon Martialis, cuius lemma eſt paſſum:

Gnoſia Minoa genuit vindemia Creta,
Hoc tibi, quod mulſum pauperis eſſe ſolet.

Et Iuuenalis: *Quã gaudes pingua antiquo de littore Creta Paſſum & municipes Iouis adduxiſſe lagenas.* Quinetiam quæritur a Iuriſconſulto an vino legato *paſſum* contineatur. *Defrutum* vero vinum eſt muſto vſque ad dimidiam partem decocto (namq; vt ſcribit Palladius *defrutum* a *deferuendo* dictum) vbi ad ſpiſſitudinem fortiter diſpumauerit effectum eſt, *ſapa* autẽ appellatur vbi ad tertias partes redacta deſcenderit. Idem Palladius formulam tradit *paſſi* conficiendi, quod conditum vaſculo, mellis more ſeruatur, quod cum expoſitione Seruii minime conuenit.

Ser. *Apud Seras ſunt in arboribus vermes bombyces qui in aranearum morem filia tenuiſſima deducunt, vnde eſt Sericum.*

Phil. Hiſtorici omnes diſſentire videntur a Seruii ſententia, ſcribentes quemadmodum apud Seras ſunt arbores lanigeræ ſine vermibus, quarum frondibus caniciem depectunt aqua perfuſam, ex quo vellere veſtimenta conficiuntur, quæ ſerica nuncupantur, vt auctor eſt Plinius, cuius verba libuit ſubtexere ex lib. vj: *Seres lanitio ſyluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondium caniciem, vnde geminus fœminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumq; texẽdi, tam multiplici opa tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona trãsluceat.* Hoc idẽ Solinus in Collectaneis tradit. Et profecto Plinij

ac Solini verba ita Virgiliano carmini cõueniũt, vt ab illo mutuati esse videãtur, namq; Poeta sic scribit. *Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres:* Quo quidẽ versu apertissime demonstrat vellera & lanitiũ apud *Seras* colligi ex foliis, non autẽ confici a bombycib. vermiculis, sicut exponit Seruius. Enimuero *bombyces* non apud *Seras* sed in Assyria insula *Co* peculiariter proueniunt, qui quidem *bombyces* vermiculi sunt, telasq; aranearũ modo texunt, ad vestem luxumq; fœminarũ, quæ *bombycina* appellatur, cuius mentio fit apud Iuuenalem: *Quarum delitias vel panniculus bombycinus vrit.* Prima eas vestes texisse in insula *Co Paphyla Platys filia* dicitur, vt auctor est Arist. in 5. de animalibus, & repertum est a Plinio in 11. vnde vestis *Coa* nominatur, cuius crebro meminerunt Poetæ, & in primis Ouidius atque Propertius. Præterea non satisfacit mihi Seruius, in enarratione illius Virgiliani carminis, *vnctos saltare per vtres*, cum hic locus ab vnico tantum Higino (quod equidem legerim) optime declaretur, adeo vt nihil Virgilianæ sententiæ sit accommodatius. Scribit enim in libro de signis, Bacchum *vinum & vitem & vuam* Icaro tradidisse, vt ostenderet hominibus quo modo seretetur, & quid ex ea nasceretur. Hic cum seuisset *vitem* hircus in *vineam* se coniiciens tenerrima quæque folia decerpsit, ex quo facto Icarus indignabundus, *hircum* interfecit, & *eius pelle* vtrem cõfecit, quem vino plenum coniecit in medium, sodalesque suos circa eum saltare coegit. Alii tradunt Icarum cum a Libero patre vinum accepisset, statim vtres plenos in plaustrum imposuisse. Ex hac Higini narratione (vt ego sentio) Maronianum carmen apertissime illustratur, & sententia efficitur manifestaria.

Ser. *Cytorus mons est Macedoniæ in quo abundat buxus.*

Phil. Diximus alias Seruium in rebus his, quæ ad Geographiam pertinent parum fuisse curiosum, cum in ipsius commentariis errores emergant manifestarii, qualis est hic. Nam *Cytorus* non est in Macedonia regione Europea, sed in Asiatica regione quæ *Paphlagonia* nuncupatur, vt auctor est Plinius. Fuit autem *Cytorus* ciuitas, a *Cytoro* Phryxi filio condita & appellata, quod Mela Strabone testantur. In monte *Cytoro* buxus plurima nascebatur, vnde a Catullo *Cytorus buxifer* cognominatur. Credidit fortasse interpres Virgilianus *Macedoniam* & *Phalagoniam* eandem esse regionem, ob quandam nominis similitudinem, sed profecto quantum *Hispanis seythicus* a Veneto Eridano distiungitur, tantum *Macedonia* abest a *Paphlagonia*, cum altera sit (vt diximus) Europea regio, altera Asiatica. Atqui hoc tam turpe erratum commentariis Seruii perinde ac deprauatis ascribere malim, quam Seruio, quem mihi persuadere non possum tam negligenter commentarios scripsitasse.

Ser. *Epidaurus ciuitas est Epiri.*

Philip. Quemadmodum in *Cytori* expositione errauit Seruius, vel potius ipsius adulterata volumina, ita in Epidauri enarratione turpis est error, cum ciuitas fuerit non in *Epiro*, sed in *Peloponn-*

neſo, vt Plinius Strabo omneſque Geographi teſtantur, & faitiu Saronico ſinu Epidaurũ oppidum locatum. Æſculapii templo celebertimum: Alio nomine vocatur *Epidaurus* Verum opinor Seruium ſimilitudine nominis fuiſſe deceptum, cum *Epidannus* inueniatur, & *Epidaurus*. De *Epidauro* iam dictum eſt. *Epidannus* autem, cuius meminit Plautus in Mænechmis, ciuitas eſt Epiri quam Romani (vt in tertio ſcribit Plinius) propter inauſpicatum nomẽ *Dirrachium* appellauerunt, de cuius conditorib. ita ſcribit Appianus: *Epidannus Rex vrbem condidit quæ ab ipſo nomen aſſumſit.* Huius ex filia & nepos Dirrachus portũ vrbi adiecit quod *Dyrrachiũ* appellatur. *Epidanni* meminit Lucanus in 9 *Ad tẽpos Epidanne tuos*, quæ dictio in omnib. fere codicibus deprauata legitur, & pro *Epidanne* paſſim ſcriptum eſt *Epidaure*, quod nec hiſtoriæ, nec Lucani ſententiæ conuenit, cum de *Seua centurione* loquatur, qui apud *Dyrrachium*, hoc eſt, *Epidannum* in partibus Cæſaris viriliter dimicauerat, & memorabile facinus quod, hiſtorici omnes concelebrant, audacia prope incredibili patrauerat.

Ser. *Nec pinguedo, nec pinguitudo Latinum eſt.*

Phil Si vera eſt Seruii ſententia non Latine locutus eſt, M. Varro, Latinorũ omnium (vt ita dicam) latiniſſimus, qui in ſecundo de re ruſtica ſic ſcriptum reliquit: *Sus præ pinguedine carnis non modo ſurgere non poſſet.* Idem in tertio: *Motus earum & lux pinguedini inimica.* Plinius quoque non Latine, ſi Seruium ſequimur ſcripſit, qui haud dubie Latinam linguam locupleurauit, cuius verba hæc ſunt ex libr 11. *In corde ſumma pinguitudo eſt quædam lætũ extis.* Et alibi: *Pleriſq; animalium eſt pinguedo ſine ſenſu.* Columella in barbaram lexin, id eſt, dictionem, lapſus eſt ſcribens in 13. *Non ola exprimitur amurca, ſed & aliquod ſecum pinguitudinis attrahit.* Et alibi: *Reſpuit olei pinguitudo materiã, q̃ alia e gummi.* Et Palladius: *Pinguitudine* inquit, *ſua brachium quodcunq; proximum debilitauerit.* Quid multa? eruditorum libri ſcatent *pinguedine* & *pinguitudine*, cum quib. equidẽ malim errare, quam cum Seruii cõmentariis recte ſentire.

Ser. *Veſcas ſalicum frondes, id eſt, ſiccas & tenerus: Nam veſcum hoc eſt, proprie: Vnde & aranearum tela veſca vocantur.*

Phil. *Veſcum* quid ſit optime intelligemus, ſi eius originẽ & etymologiam diligẽter perſcrutati fuerimus: Nam *veſcum* ex *ve* particula & *eſca* copulatu eſt, vt auctor eſt Gellius in 15 noctium Atticarũ, & cum *ve* particula tum intenſionem ſignificet, tum minutionem, ita *veſcum* vtriuſq; diuerſę ſignificationis vim capit: aliter enim Lucretius *veſcum ſalem* dicit, ex edendi intenſione, aliter Lucilius *veſcum* appellat cum edendi faſtidio. *Veſcum* itaq; id ſignificat, quod in eſca & cibatu appetitur, & id quod faſtidioſum eſt, in altero hæc particula *ve* intendit, in altero minuit. Et ita Vergilius appellat *veſcum papauer* ab edendi intenſione, quod videl. et in cibis adhibeatur, & *veſcas ſalicum frondes*, quoniam ſecl. eſcis iu-

uenco;

uencorum sunt accommodatæ. Festus quoq; scribit *vescum*, *fastidiosum* significare & *edacem*. Præterea vt aliquid de interioribus literis depromamus, *vescus* apud priscos pro *pusillo* vsurpabatur, quod declarat Ouidius in Fastis sic scribens:

Vegrandia farra coloni,
Quæ mala creuerunt, vescaq; parua vocant,

Et *vesculi male curati & graciles homines* nuncupantur: Namq; antiqui *vesculabãrei* paruæ præponebant, vnde *Veiouis* pro *pusillo Ioue* dictus est, quamuis in alia significatione, vt mox docebimus accipiatur & *vegrandem fabam & minutã* vocitauerũt, & apud Ausonium *vegrãdes messes* legimus pro *paruis*, & a Varrone scriptũ est in re rustica: *Oues fiunt vegrandes ac imbecillæ*: In hac significatione (vt equidẽ arbitror) accipitur apud Plinium qui scribit in 7. *Corpora vescos esse sed eximiis virib.* Seruii autem expositio (vt dicam q̃ sentio) non solum non vera esse videtur, sed etiam sibiipsi discors, cum *vescas* salicũ frondes interpretatur *fiscas teneras*, cum siccũ tenero contrariũ esse videatur. Exponamus igitur *vescas* frondes, vel quod *esca sunt & cibaria* iuuencorũ, vel (vt exponit Nonius Marcellus) q̃ *fastidiosa sunt*. Cõmentatoris officium fuerat diligentius scitiusq; Vergilianum carmen arbitrari & super hac dictione *vescum*, cum vetustatem redoleat, & eruditionem reconditam præ se ferat, copiosius disputare & eruditius.

Ser. *Tenuis non gloria si quem lumina læua sinunt, id est, prospera vt alibi. Intonuit læuum.*

Phi. Romani antiquitus Deos quosdam vt prodessent colebant, quosdam vero ne obessent placabãt. Cum *Iouem* igitur & *Diouem* a iuuando nominassent, *Veiouem* appellauerunt demta atque detracta iuuandi facultate, vt auctor est Gellius in 5. Simulacrum enim *Veiouis* sagittas tenet, quæ sunt videlicet paratæ ad nocendum: quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt. Præterea Vergilium quoq; aiunt multæ antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritũ, numina læua deprecari in his versib.

In tenui laborat, tenuis non gloria si quem
Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo.

Significat enim quandam vim esse huiusce modi Deorum in *lædendo* magis quam in *iuuando* potentem. Et ita secundũ Gellii auctoritatem, qui per quamscite & admussim Vergiliana maiestatẽ pẽsitauit, exponemus, *Numina læua*, id est, *sinistra noxiaq;* & magis lædẽtia quam iuuantia. Et quoniam in Gellii mentionem incidimus, admonẽdi sunt illius scriptoris sectatores, vt locũ emendent in eo capite, in quo de *Veioue* differit, deprauatum, cum in omnib. passim codicibus Gellianis hæc verba legantur: *In his diis quos placari oportet, vti mala a nobis vel a frugibus nutis amoueantur: Arungus habetur & Robigus.* Mendum est maximum in nouissimis tribus verbis, quod nisi emendetur, difficultates pariet inextrica-

biles, Nos vero Marte noſtro, ita correximus: *Auerruncus habetur & Robigus.* Et ita corrigendum eſſe cenſemus, fulti auctoritate eruditiſſimorum: Nanque *Auerruncus* Deus eſt qui malorum auertendorum cauſſa colebatur, ab *Auerruncando* nominatus, vt docet M. Varro in libris de lingua Latina. *Auerruncare* autem vocabulo antiquo ſignificat *auertere atq; depellere* quam dictionē vſurpat Liuius ſic ſcribens in 8: *Placuit ad auerruncandam Deū iram victimas cædi.* Et in 10. *Prodigiorum auerruncandorū cauſſa ſupplicationes in biduum ſenatus decreuit.* Cicero ad Atticum in Epiſtolis ſic ſcribit: *Certe contra igitur inquis Diis auerruncent.* Cato quoque in ruſtica: *Viduertatē*, inquit, *vaſtitudinemq; calamitates, intemperiaſque, prohibeſſis, defendas, auerrunceſq;.* Et Feſtus Pacuuianum dictū *amentiam auerruncaſſent tuam*, interpretatur, id eſt, *auertiſſent.* *Auerruncum* itaque Deum Romani colebant, & ab eo precabantur, *vt pericula auerruncaret*, hoc eſt, *auerteret amoliretur atq; propulſaret.* Legatur ergo apud Gellium: *Auerruncus* non autem *Arungus*, cum *Arungus* nihil ſignificet, & dictio ſit illiterata: *Auerruncus* vero ſit Deus Romanorum, & dictio vetuſtiſſima, atque ex interioribus literis ac penitiſſimis depromta. *Aruncus* apud Plinium accipitur pro *villo* qui a capellarum mento dependet. Sed hoc, & id genus ſexcenta alia quæ apud ſcriptores in Latina lingua reperiuntur, partim obſcura, partim deprauata tractantur ac enodantur a nobis, vberiori volumine, quod quotidie cudimus, & adhuc ſub incude eſt, quod edetur in tempore. In quo omni ſtudio ac vigilantia contendimus, laboramus, enitimur pro virili parte de Latinæ linguæ ſectatoribus bene mereri.

HÆc ſunt vir præſtantiſſime, qua partim in Grammatica, partim in Hiſtoria, partim in Geographia apud Seruium commentatorem annotanda eſſe cenſuerim, nec inficias eo, alia quoq; apud eundem exſtare, quæ diligentius ſcitiuſq; enarrari potuiſſe videantur, ſed non mihi id ſtudii fuit vt minutiſſima quaq; conſectarer, & iam vereor ne hæc ſint ſatis ſuperq;, cum Homeromaſtices obiter cauendi ſint, & detractores formidandi, cum inuidia referta ſint omnia. Ceterum conſcius ſum mihi ipſi, quicquid in commentarios Seruii ſcripſerim, id me candide atq; ſimpliciter ſcripſiſſe, ſine liuore, ſine ſtudio vellicandi. Non ego is ſum (vt optime noſti) qui obtrectatione aliena ſcientiæ, famam mihi aucupari conſueuerim, imo vt in his annotationibus ſæpiſſime profeſſus ſum, Seruium laudo & laudandum eſſe cenſeo, atq; inter eruditos numerandum, in cuius commentarios nihil ego ſcribere auſus forem, niſi exiſtimarem eos fuiſſe mutilatos, & incuria temporum atq; inſcitia hominum deprauatos. Scio viro bono indecorum eſſe in mortuos ſcribere, ſcio cum defunctis, non niſi laruas luctari, ſcio fugiendum inprimis eſſe nomen obtrectatoris, & ſtudium canina facundia minime exercendum, quare te vir præſtantiſſime voſq; ceteri lectores optimi ac candidiſſimi rogo quaſoq;, vt hunc libellum ita ſine liuore per le-

gatis

atis, quemadmodum a me est sine liuore compositus, ita meo nomini faueatis, quemadmodum ego Seruio, ceteris q; eruditis fauendum esse censeo, quod si aliquando Seruii commentarios videor culpare vehementius, danda est venia ætati iuuenili, cum sexto & vigesimo ætatis anno vix dum exacto, longius fortassis quam par fuerat spiritus feroctores me prouexerint, quin etiam calcaria subdidit conditio stili, quem hoc scribendi genus exposcere videbatur. Vt semel finiam quicquid scripsimus, id omne iuuandi caussa, non nocendi scripsimus. Tu autem vir clarissime qui doctissimus es, & doctorum patronus vnicus, quicquid id est, qualecunque est, boni consulas quæso, & Philippo tuo, cuius vitam, ingenium, linguam, & mores ingenuos iam dudum habes cognitissimos, patrocineris aduersus calumniatores vitilitigatoresque, qui alieno nomine detrahentes, gloriolas & rumusculos aucupantur. Vale mi Domine, mi Patrone, meum decus, & mutuo me dilige.

Eiusdem hendeca syllabon ad libellum.

I curre ad dominum citus libelle,
Iretta ad nitidi lares Casati
Quo nil candidius benignius q;,
Quo nil doctius est politius q;.
Nostras diligit hic amat q; nugas,
Hic patrocinio suo fouebit,
Insontem, ingenuum, probum clientem,
In cuius gremio & sinu recumbens,
Frontem nec metues Catonianam,
Linguam nec metues Timonianam.
Nasutos quoq; naribus repandis,
Mordaces queq; rictibus caninis,
Ronchos liuidulos, iocos dicaces,
Non assis facies, nil timebis,
Tutus præsidio mei Casati.
I curre ad dominum citus libelle.

Annotationes, seu emendationes in Plinium, quas olim edidit Philippus Beroaldus.

In libro tertio vbi sermo fit de Latinis populis, ita scriptum habent mendosi codices: *Cum his carmen in monte Albano soliti accipere populi Albenses.* In spectatæ fidei libris non *carmen* scriptum est, sed *carnem* & ita ipse emendauit secutus historiam: Namque in *Albano* monte Latinis *viscerationem* quotannis Romani dabant: M. Varronis ad hanc rem pertinentia verba subieci: *Latina feria dies conceptus, dicta as a Latinis populis quibus ex Albano monte ex sacrum carnem petere fuit ius cum Romanis.* Liuius quoque libro trigesimo tertio idem demonstrat his verbis: *Feriæ Latinæ Pontificum decreto instauratæ sunt, quod legati ab Ardea questi in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, vt assolet, datam non*

esse: Nonne hi duo celebrimi scriptores aperte monent, *carnem* apud Plinium legendum esse non *carmen*? Eodem Seruius quoque Grammaticus locuples auctor accedit, qui in primo commentario sic scriptum reliquit: *Viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio est, vt in Albano Latinis visceratio dabatur, id est, caro.* Et in septimo super Vergilianum illud: *Populiq; Latini*, ait, *qui intererant Albani montis viscerationi.*

In Quinto, locus per syllabæ adiectionem deprauatus est: *Oppidum Tachabracha ciuium Romanorum*, cum *Tabracha* legendum sit, & ita correxi, Iuuenalis testimonio, qui locum ostendens simiis frequentem, inquit:

Quales vmbriferos vbi pandit Tabracha saltus
In vetula scalpit tum matre simia bucca.

Namque in Africæ, vbi *Tabracha* est saltibus & latifundiis, maximam simiarum esse multitudinem, Solinus & Strabo tradunt. Possidonius quoq; refert se in Libyæ oram delatum, syluam vidisse simiis plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent, nonnullæ catulos haberent & vbera dependentia: risisse itaq; cum eas vberibus graues cerneret nonnullas, caluas, quasdam etiam hernioſas. *Tabracha* meminit Pomponius Mela. *Tabracham* Sylius Italicus Tyrium opus appellat.

In septimo vbi rerum inuentores enumerantur scriptum legitur: *Dædalum inuenisse Lithocollam.* Nos exemplaria quam emendatissima secuti, correximus *Ichthyocoliam.* Est autem *Ichthyocolla* glutinum e pisce factum (vt nomen indicat) de qua scribit Plinius in trigesimosecundo: *Ichthyocolla appellatur piscis, cuius glutinosum est corium, denique nomen glutino eius*: Et alibi: *Ichthyocolla*, inquit, *ciuget cutem.* Cornelius Celsus medicamentis compluribus miscendam esse docet *Ichthyocollam.*

In octauo vbi de equis sit mentio, correctores inemendatum locum reliquerunt, non aduertentes historiam, sic enim scriptum est: *Maximum vero eodem*, id est, *in Capitolium peruenisse habenas cum palma & corona effuso Ratumena, qui ibi vicerat.* Ex his Plinii, si modo Plinio ascribenda sunt, verbis, nemo profecto intelliget, vbi, *vicerit Ratumena*, quod & sensus sit mutilatus indignusque Plininana maiestate, nisi illud *peruenisse habenas* immutes, vt dicat, *peruenisse a Veiis*, & ita nos emendauimus, secuti historiæ fidem, & maxime Plutarchum, qui id ita clarissime refert, vt nihil amplius ambigendum sit. Scribit enim: *Veiis oppido Etruriæ, dum Curule editur spectatulum Ratumenam agitatorem victorem & coronatum ex Hippodromo egredientem equorum celeritate atq; impetu Romam vsq; fuisse raptatum, eoq; e curru excusso equos in Capitolium peruenisse.* Solinus quoque idem breuiter refert, a Plinio (vt arbitror) acceptum. Ab hoc auriga *Ratumena*, Romæ

Romæ nomen est inditum Ratumenæ portæ. Auctores Festus, Plinius, & Plutarchus.

In decimo, vbi fit mentio de his, quæ inter se dissident, scriptum est: *Phalanges & Atanei.* Quid senserint hoc in loco correctores, coniectare non possum, nisi forte opinati sint legiones illas cuneosque Macedonum, quas ipsi teste Liuio *Phalanges* appellant, scriptoresque fere omnes celebrat agere discordias cum araneis. Quod quam ridiculum sit sentire, etiam insulsissimi intelligunt. Ego vero correxi sic: *Phalangia & aranei.* Est autem *Phalangium* ex genere araneorum, quorum noxii sunt morsus, vt scribit Plinius in 11. *Corpus exiguum varium acuminatum ad saltum ingredientium, Phalangius,* Teste eodem, *tricenos parit.* Idem in 29. *Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum.* Et alibi: *Phalangion Græci vocant inter genera araneorum.* Cornelius Celsus in quinto: *Vbi vero Phalangium nocuit, præter eam curationem, quæ manu redditur, sæpe homo demittendus in solium est.* Quid multa? hæc dictio apud Plinium adeo est frequens, vt correctores existimem, cum hunc præsertim locum non emendarint, obliuiosiores fuisse Curione, qui memoria ita fuit nulla, vt aliquotiens tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quæreret.

In 14. Vbi generosa vina referuntur, sic scriptum legitur: *Ceterano, scil. vino inter Gallias consistit auctoritas.* Quis quæso Geographus, quis historicus *Ceteranos* populos, quorum vina laudat Plinius, illustrauit? vel nudis saltem nominibus nuncupauit vnquam? Mehercule nullus. Atqui cum *Cerretanos* in Hispania nobiles fuisse legerimus, deprauatum permutatis literis locum sic emendauimus: *Cerretano inter Gallias consistit auctoritas:* Sunt enim *Cerretani* Hispaniæ populi, qui *Iuliani* cognominantur, & qui *Augustani*, vt auctor est Plinius in 3. Horum vina inter laudatissima locum habent, vt auctor est Plinius, quæ Martialis in Xeniis Setinis comparat:

Cerretana nepos ponat, Setina putabis,
Non ponit turbæ cum tribus illa bibet.

Scio omnes fere eruditos viros hactenus existimasse Martialem hoc disticho esse locutum de *Cerretanis Etruscis*, in quo exponendo non minus errarunt, quam in illo, cuius lemma est *perna*:

Cerretana mihi fiat vel massa licebit,
De Menapis, lauti de potasone vorent.

Crediderunt enim hoc quoq; ad *Cerites* Etruriæ referendum, in q manifestum erratũ ne inciderẽt, potuissent Strabonis lectione admoneri, sic in tertio Geographiæ scribentis, vbi de Hispaniarũ situ habetur oratio: *Media Pyrenes loca conualles tenent, quas frequentes cultores habitant, quas qui maxima Hispaniæ portio Cerre-*

tanti tenent, a quibus multifariam perna condiuntur Cantabricis perquam similes, prouentum non mediocrem hominibus exhibentes. Quid his Strabonis verbis lucidius esse potest? quid apertius? quę clarissime estendunt, distichon Martialis non ad *Cerites* Ethruscos, qui nulla condiendi *pernas* laude censentur, sed ad *Ceretanos* Hispaniæ, quorum *perna* celebrantur, esse referendum. Namque cum ex Hispania & Gallia. M. Varronis atque Strabonis testimonio salsamenta mitterentur, laudatissima, videtur Martialis eodem carmine tanquam confinium regionum *pernas* cōiungere voluisse. *Ceretanarum* vinearum miram vbertatem, prouentumque incredibilem, Columella tradit in quarto.

In 16. cum in omnibus codicibus talis index sit: *De hedera quæ vocatur Similax*, & eodem capite id verbum *Similax* sæpius repetitum sit, Fateor me, quo minus immutarem, suspectisse, verum quemadmodum fabulæ conueniat nō intelligo, quæ *Milacem* appellat non *similacem*. Ouidius:

Et croceo in paruos verſum cum Milace flores. Et Plinius ab Ouidio non dissentiens ait: Virginem eiusdem nominis propter amorem iuuenis Croci, mutatam in hunc fruticem. Huc accedit quod in 24. scribens de natura hederæ in medicina *Milacem* nuncupat, quem in 16. *Similacem* nominauerat, nisi exemplaria in hoc (vt equidem arbitror) deprauata sint, quod ideo facilius credere libet, cum apud eundem Plinium complures deprauatos indices deprehenderim, de quibus alias loquar. Præterea vt ad *similacem* redeam, Sestius grauis auctor *taxum* arborem a qua *toxica* nuncupantur, vocari dixit a Græcis *similacem*, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt si qui dormiant sub ea, cibumue capiant, moriantur.

In 18. cum correctores ita emendauerint, vel verius deprauauerint: *Seruius rex ouium boumq; effigie primum aras signauit*, habuisse videntur quiddam commune cum lacerta, cui animali memoria inest nulla. Nam dicant quæso apud quem idoneum scriptorem istud vnquam legerint, cur non ad Plinium boni viri, si apud alios non reperiebatis, recurrendum censuistis, qui in 33. locum hunc (vt nos correximus) ita emendandum esse demonstrat: *Seruius rex ouium boum effigie primus æs signauit*, non autem *aras*, id historiæ fides exigit. Idem Plinius repetit, cuius verba ex prædicto libro hæc sunt: *Seruius rex primus signauit æs.* Antea rudi vsos Romæ Timæus tradit. Signatum est nota pecudum, vnde & pecunia appellata. Eodem accedit locupletissimus auctor Plutarchus, qui scribit apparere in vetustissimis numis insculpta signum bouis, pecudis, suis.

In 19. in mendosis codicibus verbum priscum prioribus literis ablatis mutilatum est, vbi scriptum legitur *adium* cum legendū sit *heredium*, & sic ego correxi. Est autem *heredium* (vt ait Festus) *pra-*

prædium paruulum: Et in legibus, *rr.* tabularum in horti significatione semper nominatur *heredium*, inde *herediolum* vsurpat Columella, cuius verba hæc sunt ex libro primo: *Ad eosdem iuuencos & quatuor iugerum aurium herediolum redierit.*

In eodem vnius literæ inuersione mendum admissum est, ita enim scriptum habent deprauati codices: *Inueterari vina succisq; castrari*, cum scribendum sic *succisq; castrari*. Atqui videor nimis leuia sectari, imo grauissima & nota digna. Non enim sono tam dissimile est *Thais & Harmione*, quam sensu *succus & succus*. Nam si legendum admiseris: *Vina succis castrari*: Qui sensus Dii boni? quam ineruditus, quam ridiculus, & Pliniano acumini minime quadrans erit cõfingendus excogitandusque? Si vero *succis* quem admodum nos emendauimus correxeris, & sensum deprehendes elegantem, eruditum, & ex consuetudine Romana sumtum, atque a Plinio non discrepantem. Nam Romanum institutum fuit vetus *vina sacco lineo* colare, vt essent innocentiora. Ideoque ait Plinius in 14. de vino loquens: *Quinimo vt plus capiamus, sacco frangimus viris*: Et in 23. *Vtilissimum*, inquit, *omnibus sacco viribus fractu*. Hæc Pliniana faciunt, vt existimen Martialem cum de ægroto Tongilo loqueretur, in secundo, sic scriptum reliquisse:

Cecuba saccentur quæq; annus coxit opimi, id est, *sacco colantur*, cum *siccetur* passim legatur, ita enim salubriora purioraq; reddebantur. Vnde & in 20. ait:

Turbida sol cito transmittat cecuba sacco. Horatius quoque in 2. sermonum morem hunc transmittendi vina per saccum tetigit, eo versu: *Integrum perdunt lino vitiata saporem.* Vbi Porphyrio exposuit, *sacco colata*. Et Martialis in Apophoretis. *Pauperiore mero tingere lina potes.*

In 25 legitur *Galli sagittas in venenato helleboro tinguntur*. Nos correximus in *venatu*, auctorem secuti A. Gellium virum (vt Augustinus ait) multum facundæ scientiæ, qui eadem referens ex Plinio sumsisse se indicat, sic scribens in *16* Præterea id scriptum est in Plinio: *Legimus Gallos in venatibus tingere helleboro sagittas, quod iis ita exanimata fera teneriores ad epulas fiant*. Ex his Gellii verbis lucido apparet apud Plinium legendum esse in *venatu*, vt ipse emendaui, non autem in *venenato*. Eiusdem quoque Gellii auctoritas fecit, vt alterum quoque locum in eodem, 25 deprauatum corrigerem, ita enim scriptum est: *Mithridatio inuentum autumant in anatum Ponticarum miscere antidotis, quoniam veneno viuerent*. Quæ sunt hæc portenta verborum? quam consciſa sententia? quam indecora constructio? nisi illud in *anatum Ponticarum* sic emendes: *Sanguinem anatum ponticarum*, cuius rei non me auctorem habebis, sed Gellium sic scribentem in noctibus Atticis: *Anates ponticas dicitur edendis vulgo venenis vititare.* Scriptum etiam a Leneo Cn. Pompeii liberto Mithrida-

tem illum Ponti regem medicæ rei & remediorum id genus solertem fuisse, solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis valent, eumque sanguinem vel potentissimum esse in ea confectione. Quid his Gellii verbis manifestius? quid lucidius esse potest, quibus idem enarrat quod Plinius, quin etiam ipsemet Plinius aperte demonstrat ita corrigendum esse, vt ego correxi, cuius verba ex libro vigesimonono hæc sunt: *Coagulum quoq; agninum aduersus omnia mala medicamenta pollet, item sanguis anatum Ponticarum.*

In 28. sic scriptum est: *Medetur Phytocampes venenis.* Ego vero permutatis literis emendaui *Pityocampes.* Est autem *Pityocampe* vermis siue eruca nuces pineas infestans, vt docet Plinius sic scribens in 23. *Vsus contra Cantharidas bupresti, pinorum erucas, quas Pityocampas vocant.* Dictio composita ex *Pitya* & *campe.* Pitya vero inter genera nucum pinearum numeratur e pinastris singularis remedii aduersus tussim, vt Plinius refert in decimoquinto. Ab hac arbore *Pitya* Salamin *Pityusa* est nuncupata, vt auctor est Strabo in nono, quemadmodum & aliam in Hispania insulam *Pityusa* nomen inde esse sortitam scribit Diodorus in sexto. *Campe* vero est eruca infestans maxime hortensia, cuius meminit Columella hoc versu: *Voluitur ad terram distorto corpore Campe.*

In 23. Verbum barbarum pro latinissimo, insolens pro vsitato elegantissimoque receptum est, *Gratotasium* pro *Græcostasi*, sic enim scriptum est: *Flauius ædiculam æream fecit in Gratotasio.* Non inficiabor ignorare me quid sit *Gratotasium*, imo ingenue fatebor. Quod siquis correctores interroget, quid id significet, nescio quid mussitabunt, & dictionem tanquam inauditam portentosamque reformidabunt: Ego vero correxi in *Græcostasi. Græcostasis* autem locus erat Romæ substructus sub dextra Curiæ Hostiliæ supra comitium, vbi nationum subsisterent legati, qui ad senatum essent missi. Is *Græcostasis* (vt interpretatur M. Varro) appellatur a Græcorum legatis ibi subsistentibus. De *Græcostasi* meminit Cicero in Epistola ad Quintum fratrem his verbis. *Deinde eius operæ repente a Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.*

In 21. Nec hoc quidem præteribo, proprium pictoris nomen deprauatum est, vbi sic legitur: *Sicyon ex ingenio Pausiani.* Nos vero docente Plinio correximus, *ex ingenio Pausiæ*, & ita correctores Plinium secuti auctorem emendare potuissent, nisi lethargo oppressi, Ceruario similes exstitissent, cui etiam in fame mandenti si respexerit, cibi subrepit obliuio. Namque Plinius in 35. clarissime ostendit: *Pausiam* pictorem nuncupatũ fuisse non *Pausianum*, cuius verba hæc sunt: *Pausiam Sicyonium primum in hoc genere*

genere nobilem. Vbi ei omnia illa, ne forte alius putes, adscribit, quæ in xxj. retulerat. Alibi quoque inquit *Pausiæ filius & discipulus Aristolaus.* Quinetiam Porphyrio pictorem nobilem fuisse *Pausiam* scribit: a quo tabellam *Pausiacam* nominauit Horatius. *Vel cum Pausiaca torpes insane tabella.* Ceterum hoc non solum hominis nomen in Plinio deprauatum legitur, id enim leuissime ferendum foret, sed tot ego deprehendi inuersa & ab historiæ fide discrepantia, vt ista priuatum volumen, non epistolam requirant.

Ad Inclytum Hannibalem Bentiuolum Philippi Beroaldi appendix annotamentorum post Suetonii enarrationes.

Libuit has quoque annotatiunculas, inclyte Hannibal Bentiuole, veluti appendiculam quandam apponere in calce commentariorum, vt animi lectorum, vniformi illa lectione fatigati, hoc veluti nouo pabulo recrearentur, & mutatione reficerentur, solent enim hæc legentibus nō minus iucunda videri, quam viatoribus iam itinere lassescentibus diuerticula amœna sunt, sed ne morosior sit prologus quam fabula, hinc pauca quædam digna cognitu nec indigna relatu, minimeque protrita exordiemur.

Quid significet illud Hieronymi ab Ecclesiasticis celeberrime vsurpatum *de Tantali fonte potantem.*

CAPVT I.

PLeriq; omnes Ecclesiasticæ literaturæ studiosi, anxie & sitienter vestigare solēt, quid significet illud Hieronymi vulgatissimū q; liminarem paginam testamenti veteris introeuntibus statim obuium sit, vt: *Iarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem audiret docentem.* Nugatoria nimirum sunt, quæ a commentatoribus referuntur. Nos vt pro virili parte iuuaremus studia studiosorum, ad eundem fontem accessimus, ex quo Hieronymus hausit. Philostrati enim penetralia ingressi explicationem inuenimus huiusce inuolucri latissimam, quæ talis est: *Apud Indos sapientes sunt Brachmanæ nuncupati, quorum princeps Iarchas nominabatur, eo tempore, quo Apollonius Thyaneus discendi videndique studio ad illos se contulerat, quem antecedentem ceteri qui erant duodeviginti apprensa manu salutauerunt.* Iarchas autem nominatim salutauit, qui in excelso sedebat throno, quem ex are fabrefactum aureæ statuæ compluscula exornabant: infra Iarcham sedebant omnes in sellis humilioribus, mox post philosophicam sermocinationem ostendit Iarchas Apollonio statuam Tantali subscriptione notatam, quatuor cubitorum longitudinis, quæ similis propinati phialam porrigebat, in quam humor distillat incorruptibilis potionis phialā mensura nunquā excedentis. Ex hoc Tantali poculo bibere solebant Indici philosophi antequam somno indulgerent, & ita Iarchas potandi principiū fecit ex phiala bibens, quā largiter cūctos satiauit tugē humorē fundēs, nō secus ac si ex fōte satutiret: bibit vna cū philosophis

Apollonius. Est autem amicitiæ firmandæ causſa huiuſcemodi compotatio apud Indos inuenta, qui miniſtrum eius faciunt pocillatorem, Tantalum, propterea quod hic amiciſſimus manſuetiſſimusque erga homines habetur. eſt, poſt hanc ex phiala potionem, humi ſternunt corpora in tectis herbaceis, hæc copioſe refert Philoſtratus libro tertio de vita Apollonii Thyanei, qui etiam ſcribit in ſeptimo quicumque bibunt ex Tantali Phiala participes periculorum cum amicis eſſe oportere. Ex hac enarratione iam perſpicuum ſit cur dixerit Hieronymus, *Apollonium* peruenisſe ad *Brachmanas*, vt audiret larchã illũ principem philoſophorum in throno ſedentem æreo quidem, ſed qui aureis ſtatuis exornaretur, portantemque de *Tantali fonte*, hoc eſt, de *Phiala*, quam propinabat Tantali ſimulachrum, ex quo mihi videtur doctius & hiſtoriæ accommodatius legi poſſe de *Tantali Phiala, quam fonte*, cum inter *phialam & fontem* ſit quædam literarum proximitas, & ob hoc lubricus error. Quod ſi nihil placet immutare expones *fontem* pro *phiala*, ex qua liquor veluti ex fonte ſcaturiens continenter fundebatur Quæ a commentatoribus Eccleſiaſticis traduntur protrita ſunt, & a fide hiſtorica deerrantia, ſed ego malo hæc & id genus alia haurire ex liquido fonte, quam ex riuo turbulento.

Quid ſit vetus prouerbium, *Mutuum muli ſcabunt*, quod in codicibus Auſonii & Nonii perperam ſcriptum legitur.

Caput ſecundum.

Apud Auſonium in epiſtolio prouerbium vſurpatur literis inuerſis dictionibuſque confuſis, quod eſt, *Mutuum muli ſcabant*, tu vero ita diſtincte legas & emendate, *Mutuum muli ſcabunt* cuius prouerbii ſenſus ſignificabat, tradere ſibi operas mutuas, & par pari rependere. Namque mulorum mos eſt vt ſe mutuo ſcabant & viciſſim defricent. Marcus Varro librum compoſuit hoc titulo: *Mutuum muli ſcabunt*, cuius teſtimonium citat Nonius quamuis Noniani codices mendo indelebili ſint maculoſi, in quibus hoc prouerbium corruptius legitur, quam in Auſonii voluminibus, ita enim ſcriptum habẽt: *Multum muli ſcabunt*, pro *Mutuum muli ſcabunt*. Prouerbii huiuſce meminit ſcienter & enodate Symmachus, cum in epiſtolis ſic inquit: *Mutuum ſcabere mulos, cui prouerbio nec videar eſſe cõſinis, præconium virtutum tuarum preſſo dente reſtringo.* Itaque cum *muli* ſoleant ſeſe viciſſim defricare & ſcabere, merito hoc prouerbium vſurpatur in conſimili remuneratione & talionis æquilibrio, quamuis a Scipione Æmiliano dictũ ſit iumenta quoniam manibus carerent alterius frictione indigere. Hadriani, cui non longe ab re eſt, iocus balnearis innotuit, qui plures olim ſenes euocari iuſſit, & alium ab alio inuicem defricari, cum illi ſe marmoribus atteterent ad liberalitatẽ principis prouocandã qui ſeruis donauerat & ſumtibus veteranum quendã, qui ſe in balneis marmoribus deſtringebat, propterea quod ſeruum non haberet.

Quid

Quid intelligi voluerit Hesiodus, cum scripsit: *Dimidium esse plus toto.*

Caput tertium.

Hesiodus in libro cui titulus est ἔργα καὶ ἡμέραι, id est, *opera & dies* versum hunc posuit:

Νηπίοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ πάντος.

Id est, *Ignorant stolidi quam toto sit dimidium plus* Dissoluēda quæstio est, cuius mentionem fecit Gellius libro decimo septimo noctium Atticarum, nec tamen reliquit explanatum quid Hesiodus se dicere sentiat, cum *dimidium plus toto* esse dicit, quod communi plane sensui videtur reluctati. Plato libro tertio de legibus planissime explicat hoc ambigiosum, scribens rectissime dictum esse ab Hesiodo *dimidium plus esse quam totum*, quando videlicet *totum* comprehendere noxium est, *dimidium* vero temperate se habet. Hinc intelligi voluit *moderatum, immoderato* plus esse, vtpote *melius deteriore*, docetq; principatum moderate constituendum esse & ad mediocritatem redigendum. Idem libro quarto de Republica laudans vitam *moderatam* tanquam *optimam*, Hesiodum illud sapienter dixisse commemorat, *dimidium esse plusquam totum.* Consimiliter Aristoteles in quarto Politicorum *dimidium esse plus toto* docet, ex eo, quod gubernatio *temperata* durabilior est & *melior*, quam *impotens & immodica*, ideoque Phocylides bene optauit *multa mediocribus optima*, & ipse *mediocris* esse voluit in ciuitate. Idem Aristoteles profitetur *mediocritatem & medium* esse optimum *mediocrisq; fortunæ bonorum possessionem*, ait *optimum omnium esse existimandam.* Idem in Ethicis *virtutes mediocritates* esse tradit. Hinc illa apud Græcos catholica sententia, μεσότητας ἀρετὰς εἶναι. Ex quo colligitur, *medium & moderatum optimum esse in vita digenda & plusquam totum appetendum.* Non me præterit aliter ab aliis Hesiodi versum exponi solere, sed hæc Platonica nobis & Aristotelica interpretamenta, magis probantur cum eruditiora sint & veriora.

Enodatus nodus ex epistola M. Ciceronis, ductus ex prouerbio: *Sero sapiunt Phryges.*

Caput quartum.

Mar. Cicero quadam ad Trebatium epistola sic cœpit: *In equo Troiano scis esse in extremo, sero sapiunt.* Neotericoteri, hoc est recentiores interpretes magis implicant, quam explicent sensum epistolicum Scire autem debes vetus hoc fuisse prouerbium, *sero sapiunt Phryges*, quod a Troianis natum est qui decimo denique anno velle cœperant Helenam, quæque cum ea erant rapta, reddere Græcis, a quibus decennali bello pressi vastati & vexati fuerāt, sed hæc sapientia Troianorum serotina, erat & nimis tarda, qui tunc demum resipiscere cœperant, cum res, eorum forent deploratæ, & ægritudo irremediabilis, hoc autem prouerbium contineba-

tur in extrema tragœdiæ parte, cui titulus erat, *Equus Troianus*, quam Liuius Poeta apud Latinos vetustissimus, cum primis condidit, vnde a Grāmaticis citantur testimonia Liuii *ex equo Troiano*. Huiusce prouerbii mentio fit in codice Festi Pompeii integriori, ex quo excerpta exscriptaque sunt illa, quæ vulgi manib. iugiter conteruntur. Iā satis liquet opinor, cur Cicero dixerit esse in Equo Troiano *sero sapiunt*, videlicet alludens ad prouerbium illud, *sero sapiunt phryges*? quod in extrema fabulæ clausula legebatur.

Emaculatum verbum ex versu Luciliano, inibiq; quædam super *Acipensere Decumano*.

CAPVT V.

IDem Marcus Tullius libro de finibus bonorum secundo vsurpat versus Lucilianos, in quibus ad Galloniū sic loquitur Lælius: *Cœnasti in vita nunquam bene? cum omnia in ista consumis squilla atque accubas ære cum decumano.* Si Lucilius reuiuisceret carmen hoc in poemate suo satyrico plane non agnosceret, summoueretque non solum vt subdititium, sed vt inuersum adulteratumque repelleret. Quid enim significat obsecro te *accubas ære cum decumano*? quis lepor? qui sales? quæ satyrica mordacitas. Ego etiam atque etiam & sensu introspecto & verbis syllabatim pensitatis sic censeo corrigendum, vt pro *accubas ære cum decumano* meo periculo legas, *acipensere cum decumano*. Lælius enim est, qui apud Lucilium carpit gulam Gallonii ganeonis & gurgitis, qui patrimonium helluebatur in vna squilla, quod genus piscis est & in *acipensere* prægrandi, qui piscis est inprimis nobilis, quem prodigis & gulonibus nutriunt maria, de quo Plinius noster libro nono naturalis historiæ hæc refert: *Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipneser, vnus omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat*: Fuisse autem *acipenserem* in honore mensarum præcipue temporibus Lælii & Africani testis est Macrobius in Saturnalibus, & Marcus Tullius memorat, qui ait oblatum esse Africano Scipioni *acipenserem*, qui admodum raro capiebatur, ad quem epulandum cum plures conuictores inuitaturus videretur, Pontius in aurem, *O Scipio*, inquit, *vide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est*. Samonicus quoq; Serenus tradit hunc piscem a coronatis ministris cum tibicine introferri solitum in sacrum conuiuium. Quinetiam Martialis signare volens in magno pretio fuisse *acipenserem* atque inuentu rarum, sic scripsit in Xeniis.

Ad Pallatinas acipensera mittite mensas.
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Decumanus autem *acipenser* a Lucilio dictus est, quem intelligi volebat prægrandem & enormem. Antiqui enim *decumana* omnia dici voluerunt magna, apud quos *scuta* quoque *decumana* vocabātur, quod essent āplissima, & *decumani* fluctus, quia essent

essent magni, ex quo apud Poetas decimus fluctus pro maximo & vndabundo celebratissimus est. Hinc *decumana* quoque *porta* in castris dici videtur, quod esset *ampla & patens*, sicut & *decumanus limes* in limitatione agrorum a magnitudine dictus putatur, cuius Plinius & Columella meminerunt. Candidus quæso lector diligenter pensitet verbum Lucilianum, syllabas trutinetur, literas elementarias conferat, sensum introspiciat, profecto correctionem hanc nostram non improbabit, quam si dicere fas est, nec Lucilius ipse sit improbaturus. Vt autem in hanc sententiam non pedibus sed calamo procliuius irem, impulit Horatianus Offellius, qui *Gallonium* hunc, cuius ingluuiē diximus a Lælio Luciliano taxari morsu satyrico lancinauit & sale perfricuit ob hunc ipsum *acipenserem* decumanum. Sic enim scribitur in sermonibus, *Gallonii praconis erat acipenser mensa infamis.*

Perpensa diligenter emendataque dictio apud Marcum Tullium, in cuius libris legitur de *Nartheo* pro *Narthecio*.

CAPVT VI.

Idem Marcus Tullius in eodem de finibus bonorum & malorū volumine sic scribit: *Iam doloris medicamenta illa Epicurea tāquam de Nartheo promant.* Tu emendatius leges & verius de *Narthecio*. Græci enim *nartheca* vocant ferulam assurgentem in altitudine, humilem vero & depressam, *ὑπηρεσιακὸς narthecion* dicunt, cuius rei mentio fiat a Plinio. Cum autem semen ferulæ morbis quibusdam auxiliari dicant medici, hinc *narthecion* pro repositorio medicamentorum vsurpatur, etiam si fuerit ex alia materia fabrefactum, vel quia id ligni genus accommodatum est ad seruanda medicamēta. Apud Martialem in Apophoretis lemma est *narthecion*, cui scribitur hoc distichon:

Artis ebur medicæ narthecia cernis, habebis,
Munera qua cuperet Pactius esse sua.

Commentatores Epigrammatarii Poetæ, exponunt *narthecium* pro *ferula*, de qua dictum est, aiuntque *ebur* dici a Poeta vel a candore *eburneo* vel quoniam in locum *scipionis eburnei* successit *narthecium*. Non inficior *ferulam* siue *narthecion* baculorum vsum senecturi potissimum præbere, quod & Plinius docet, sed hoc totum nihil prorsus ad Poetæ sensum enucleandum, qui (vt dicam quod sentio) omissa infectatione aliorum, quod a me vitium longissime abest, nil aliud significare voluit epigrammatista nomine *narthecii*, quam repositorium siue loculamentum medicamentorum, vt exponas *ebur* pro pyxide eburnea, quod & *narthecium* dicitur, in quo medicamenta seruantur. Ex quo significatu explicatior fit & lucidior sensus tam Ciceronis quam Martialis, qui *narthecium* plane accipiunt pro arcula medicamētaria, sicut *myrothecium* significatur *theca atque repositorium vnguentorum delicatiorum*, Græci enim *μυρον* vocant vnguentum & *θηκην* thecā

& loculum ac repositorium. Hinc dictum est illud a Marco Tullio quadam ad Atticum epistola, per translationem decentissimam: *Meus autem liber totum Isocratis myrothecium atque omnis eius discipulorum arculas ac non nihil etiam Aristotelica pigmenta consumsit.* Sed vt narthecā id est ferulam reuertamur, cum sit Baccho dicata, ministri Dionysiaci in mysteriis Bacchicis ferulas gestabant, dicebanturque græco vocabulo *Nartecophori*, quasi *feruligeri*: Hinc illud apud Platonem in Phædone: *Nartecophori multi sunt, Bacchi vero pauci.*

Correctus Senecæ locus enarratusque de *Psychrolutre.*

Caput septimum.

Cum mihi decretum sit, non minus publicæ vtilitati studiosorum consulere velle, quam gloriæ priuatæ respectum habere, non me a proposito deterrebit humilitas rerum, imo tanto magis minuta quæque scrutabimur, quanto talia incuriosius transmitti solent. Legimus apud Senecam vsurpari vocabulum græcum quod si recte legatur elegantissimum est, sed bis apud eundem perperam legitur, sic enim in septimo epistolarum scriptum est: *Frigidæ cultor mitto me in mare, quomodo per sicholutam decet gausapatus.* Idem in xij *Ille tantus psicolutes, qui Calend. Ianuariis Euripum salutabam:* Mendum est hic & illic, sed in primo loco insignitum magis, nos vtrobique sic emaculauimus, vt illic *psychrolutram*, hic *psychrolutres* legas, Græco enim vocabulo *psychrolutres* dicitur is qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur. Charmis Massilēsis frigida etiam hybernis algoribus lauari persuasit, mersit, ægros in lacus. Hinc illud Plinianum ex libro vndetrigesimo: *Videamus senes consulares vsque in ostentatione rigentes:* Qua de re exstat etiam Annei Senecæ adstipulatio. Asserit his verbis Plinius, Senecam probare frigida lauacra, quę haud dubie non solum doctrina probat, sed etiam exemplo, cum ait se fuisse *psychrolutrem*, hoc est, *lauacri frigidi cultorem*, qui Calen Ianuariis quemadmodum legere, dicere, scribere aliquid, sic auspicabatur in *Virginē* desilire Est autem *Virgo* fons Romæ clarissimus aquæ frigentis quam Mart. Agrippa Romā perduxit, quæ *Virgo* appellata est ex eo, ꝙ quęrentib. aq̄ militib. puella virgūcula quasdā venas mōstrauit, vt docet Frōtinus lib. 1. de aquę ductib. Plinius lib. vero lib 31 nomē *virgini* inditū esse ex eo autumat, ꝙ riuū *Herculaneū* qui iuxta est, refugere videtur. Quantum autem Martia haustu præstat, tantum *Virgo* tactu præcellebat, ψύχος græce dicitur *frigus* ψυχρὸς *frigidus* λοῦτρον vero *balneum & lauacrum* vt composita ex vtraque dictione sit *psychrolutres* significaturq; lauacri frigidi cultor & amator, qualem se fuisse intelligi voluit Seneca, si sinceriter & legatur & probe intelligatur.

Mendum occupasse codices Senecæ, in quibus pro *parenetica* philosophia corrupte scribitur *parentia*, pro *euthymia*, *ectimia*.

Caput

Caput octauum.

Apud eundem pars philosophiæ, quam nos præceptiuam dicimus corrupto vocabulo Græco *parentia* nominatur, cum *paranetica* dicenda sit a Græco verbo παραινέω, quod significat *præcipio & admoneo*, inde παραινετικὸς *præceptiuus & admonitorius* & παραίνεσις, *præceptio siue admonitio*. Hinc Acron Horatianus interpres etsi non classicus non tamen proletarius identidem ait: *Hac Ode paranetice scripta est*, pro eo quod est *præceptiue siue monitoris* sicut ab eodem dicitur, hæc *Erotice dicta est* pro *amatoria*. Non minus illud apud eundem emaculandum est ex libro epistolarum 11. *Asparomachiam*, auocauit pro ad *sparamachiam*, quæ dictio significat *pilarem lusionem* siue *ludicram pugnam sphæristarum*, qua dictione Papinius, quoque vsus est in epistola ad Marcellum sic scribens, *Sed & sphæromachias spectamus & pilaris lusio admittitur*. Sidonius ait in certamine *sphæra* se primum fuisse significrum, & quoniã Senecæ adhuc res agitur restituenda forma est deformatæ dictioni, quæ nunc nuper in mentem venit, namque Democriti *ectimia* legitur p *euthymia*, Democritus enim *euthymiam* probauit tanquã beatæ vitæ effectricem, quę interpretatur animi tranquillitas, cuius & Cicero meminit libro quinto de finibus bonorum & malorum, de qua Diogenes Laertius ita prodidit in vita Democriti, finem esse rectum quietũq; animi statum quẽ *euthymiam* dicit, quæ non vt quidam male intelligentes, idem sit quod voluptas, verum secundum quem, animus magna tranquillitate cõstantiaq; beatus est, dum nullo metu, nulla superstitione, aut alia quauis perturbatione, angitur.

Explicatum carmen Persianum de *aceruo Chrysippi*, longe secus, quam a commentatoribus & Grammaticis explicari solitum sit.

Cap. 9. Persius satyrographus poema suum hoc versu cludit.

Depinge vbi sistam.

Inuentus Chrysippe tui finitor acerui.

Quo plane aliud significari videtur, quam aut commentatores nouerint, aut in scholis vulgo prodatur, non. n. ad aceruũ volũminum, q̃ innumera condidit Chrysipus, id referendũ esse autumo, sed ad argumentationes, quas Græco vocabulo *sorites* vocant: Cicero *acerales* interpretatur, sed vt ipse ait in secũdo de diuinatione. *Sicut multa verba Græcorum, sic sorites facta Latino sermone tritus est*. Igitur *Chrysippus* solitus erat per *sorites* argumẽtari & gradatim interrogare, ex quo argumentatio fiebat numerosior, & aceruus quasi quidam gradatim cumulabatur ꝓpositionũ & ꝓbationum, vt ita cõclusio efficeretur ad ꝓbandũ quod molliebatur vltra præscriptum argumentationis. Quæ ex præceptione dialecticorũ tripertita est, ex institutione oratorũ, quinq; partita fieri potest, vltra quẽ numerũ ꝓgredi nõ licet, sed *sorites*, id est, *acerus* siue *acerualis Chrysippeus* in infinitum pene progrediebatur, diffusus p multiplicatio-

nem numerorum innumerabilem, cuius exemplũ exstat apud eundem Ciceronem, qui in Hortensio quoq; *soritas* lubricos esse & piculosos tradit. Et post paulum: *Placet* inquit *Chrysippo cum gradatim interrogetur verbi caussa, tria pauca sint an multa, aliquando priusquam ad multa perueniat.* Mox post multa per soritas progrediendo tractata subiungit: *Hæc Chrysippea sunt nec ab eo quidem dissoluta.* Refert Laertius Chrysippum libros quatuor condidisse de *soritis*. Nimirum ob hũc *aceruum Chrysippeum*, qui longius progrediebatur, ita vt vix concludendi modum inueniret. Dixit scite & eleganter Persius ex persona auari, cuius cupiditates immodicæ, nullo modo finiuntur per apostropham ad Chrysippum: O Chrysippe saltem tu depinge modum, vltra quem non progrediatur aceruus diuitiarum interminabilis, qui inuentus es finitor terminatorque tui acerui, hoc est, illius argumenti *soritæ*, qui quamuis longo ordine produceretur, tamen aliquando conclusionis modo cludebatur terminabaturque Et hic est verus Poetæ satyrici sensus, hoc verum interpretamentum, hic est ille *aceruus Chrysippeus*, in quo cęcutientes commẽtatores hallucinantur, de quo est adstipulatio illa Sidonii ex hendecasyllabo: *Chrysippi potuisset ex aceruo.* Et Martiani: *Chrysippus cumulet proprium consumat aceruum*, qui alibi dixit soritas cumuli accessibus aggregans. Potest videri Horatius in hanc quoque *acerui Chrysippei* suspicionem lapsus esse, cum dixit:

Mille talentorum dentur, totidem altera porro,
Tertia succedant, & quæ pars quadrat aceruum.

Illud quoque ex secundo epistolarum hinc opinor fluxit: *Dum cadat elusus ratione ruentis acerui.*

Quid sit *roboris supplicium* in lectionibus veterum scriptorum.

Caput X

Apuleius Platonicus philosophus in copiosissima illa & disertissima oratione, qua crimẽ magis a se alienum esse defendit, sic indignabundus exclamat: *O mirum commentum, O subtilitas digna carcere & robore:* Merito videri potest ignorabile, nec indignum explicatu illud *roboris supplicium.* Scito igitur *robur* in carcere dici locum, quo præcipitabãtur malefici & sontes, & ex eo dictum, quod *robusteis lignis* sepiebatur. De hoc *robore* in hoc significatu accipitur locus hic Apuleianus sicut & ille apud Valerium ex libro sexto dictorũ factorũq; memorabiliũ: *Quin etiã familiares eorum, nequã Romani populi inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt.* Plautus quoque ad hoc *robur* allusisse videri potest, cum ait in Curculione: *Ego vos ambo in robusto carcere vt pereatis.*

Quam ob caussam *Herculanea pars* a Plauto dicta sit pro *decuma*, inibique quid sit *pollucere* & *polluctum*

Caput

CAPVT XI.

PLautus Latinæ linguæ delitium in comœdia, cui titulus est, *Truculentus*, ex persona Getæ serui sic inquit: *Detraxi partem Herculaneam*, quo dicto significat *decumã* se detraxisse, namq; veteres Herculi decimas dicauerũt. Quærit Plutarch. in quæstionibus, cur plerique copiosi & locupletes patrimonii sui *decimam Herculi* offerebant. Inquit quod *Hercules in monte Palatino boum quas Gerioni abstulit decimã immolauit, an quod Romanos ab Ethruscis decimari solitos liberauit, an illud potius quasi odiosas ciuibus & molestas nimias diuitias comminuentes eo pacto maxime coli Herculem existimabant? quem iccirco luxuriam coercere & comprimere delectaret, quod ipse paucis contentus frugaliter continenterque vixisset?* Refert Diodorus in 5. bibliothecæ, Herculem dictitasse eos, qui sibi iam diuo facto decimam bonorum dicarent beate feliciterque victuros, ex quo multi *decimas Herculi* vouerunt, posteaque fortunatiores facti bona sua ad quatuor talentorũ millia Herculi sacrarunt. Tradunt historici Syllã ex vniuersis fortunis *Herculi decimam* sacrificantem lauta pop. Rom. fecisse conuiuia. Consimiliter Crassus ille Romanorum ditissimus *decimam facultatum suarum partem, Herculi* consecrauit, epulumque populo dedit, viritimque Mnas tres diuisit. Hoc idem a Lucio Lucullo factitatum est. De hac *decuma Herculi* dicata sensisse videtur Marcus Tullius, cum ait in secundo de officiis: *Vt Oresti nuper prandia in semitis decumæ nomine magno honori fuerunt.* Quin etiam Terentius Varro in ea satyra, quæ inscribitur κεραυνὸν, testatur, maiores solitos *decimam Herculi* vouere, nec decem dies intermittere, quin pollucerent. *Pollucere* autem est libamenta Herculi in aram porrigere, idque sacrificium, quod Herculi *decuma data, sit polluctum dictum.* Igitur cum *decumæ fortunarum Herculi* peculiariter dicatæ sint, eleganter & scite dixit Plautinus seruus se detraxisse *partem Herculaneam* ex bonis domini amatoris, intelligi volens se *decumam* sibi subduxisse. In hanc sententiam non minus scienter quam festiuiter dixit columẽ Plautinæ familiæ Chrysalus in Bacchidibus: *si frugi est Herculem fecit ex patre, decumam partem ei dedit.*

Correctus Ouidii versus, inibique nonnulla super *Smintheo* Apollinis cognomento digna memoratu.

CAPVT XII.

IN codicibus Ouidii volumine metamorphoseon. 12. versus hic perperam legi & perperam euarrari solet,

Talibus intonsum compellat Cynthia dictis.

Tu vero dictionem illã *Cynthia* veluti adulterinã subdititiãq; obelisco confodito, & in eius locum *Sminthea* cum asterisco substitue, accipeque pro Apolline. Inter cetera enim Apolli-

nis cognomenta quæ multiiuga sunt, hoc quoque celebre est, quo *Smintheus* cognominatur. Autumat Macrobius in primo saturnalium Apollinem *Sminthea* dici ὅτι ξεὼν θεῖ quia *feruens* currit, sed Homeri interpretes & Strabo Homericæ maiestatis illustrator prodiderunt Apollinem *Smintheum* a muribus tanquam Apollini sacris cognominari, qui lingua Cretensium σμινθίοι appellantur, mythici. Referunt Teucris e Troia profectis datum esse oraculum, ibi eos sedem positutos, vbi terrigenæ eos adoritentur, id circa Maxicum dicunt contigisse, maximamque agrestium murium multitudinem noctu exortam quicquid armorum & vtensilium ex corio inuenissent corrosisse, Teucrosq; ibi mansisse. Heraclides Ponticus auctor est mures ibi circa templum Apollinis abundare & sacros existimari, simulacrumq; Apollinis ita instructum esse, vt murem pedibus premat. Multis in locis fuit antiquitus celebratum *Sminthei* nomen. Nam iuxta *Maxicum* duo loca sunt, quæ *Sminthea* vocantur. Item in Larisseo agro & in Pariano locus erat *Sminthius* appellatus. Item apud Rhodium & Lydum, nunc (vt inquit Strabo in 13.) templum *Sminthium* vocat. Apud Pliniũ dictio mendosa est in quinto natu. histo. Namq; pro *Sminthium* templum, legitur *Zinitium* templum durat. In vrbe Chrisa fuit Apollini *Sminthei* templum cum statua, cuius pedimus subiacebat. quam Scopas Parius fecit. Homerus in prima iliados Rhapsodia mentionem facit *Sminthei* Apollinis in oratione Chrysæ sacerdotis.

Consideratum pensitatumque solerter prouerbium Græcum, in noctibus Gellianis. ἐπὶ τῇ φακῇ μυθὸν.

Caput 13. Apud Au. Gellium in noctibus illis lucidissimis, prouerbium Græcum mendose legitur sic enim libro 14. scriptum est. *Ne plane fiat Græcum illud de Varronis sententia prouerbium*, ἐπὶ τῇ φάκῃ μυθὸν id est *in lente fabulam*. Sed siquis curiosius introspexerit vim sententiamq; prouerbii, haud dubie cognoscet talem sensum talemq; lectionem esse penitus insipidam & inuenustã, quid n. est in *lente fabula*? quis sensus ꝓuerbialis? quis atticus lepor? quid deniq; ad propositum Gellianum? ego existimo legendũ esse, non μυθὸν quo plane fabula significatur: sed μυρὸν, ꝙ vnguentũ dicitur & ita elegãtia Græci ꝓuerbii eluceset, si legeris ἐπὶ τῇ φάκῃ μύρον, hoc est *in lente vnguentum* quo plane prouerbio significatur. haud quaquam vnguentum cum *lente* congruere, nec consociationem fieri vnguenti ꝙ delicatius est, & *lentis* quod genus est vulgatissimi leguminis. Hoc puouerbiũ vsurpat Marcus Tullius quadam ad Atticum epistola decenter & salse, sic enim ait: *Legati sunt Quin. Metellus Creticus & L. Flaccus & τὸ ἐπὶ τῇ φάκῃ μύρον Lentulus Clodiæ filius.* Voluit enim symbolicos & sub obscure: Mar. Tullius taxare Lentulum Clodiæ filium, qui ita male copulandus esse videbatur, in obeunda legatione cum Metello Cretico & L. Flacco viris clarissimis, sicut lens cum vnguento male consociatur, cum inter vnguenti

guenti delitias, & lentis vilitatem, ea sit disparilitas ac dissociatio, quæ inter amarorem dulcedinemque internoscitur.

Quid significet apud eundem Gelliũ, prouerbium alterum Latinum: *Nihil cum fidibus Graculo, nihil cum Amaracino sui.*

Caput 14.

Idem in calce operis meminit veteris prouerbii, cuius sententia haũd longe abest a superiore. sic enim ait, vetus adagium est: *Nihil cum fidibus graculo nihil cum amaracino sui.* Sensus adagii siue prouerbii est satis aptus & expositus, quo significatur neque *musicam graculis* auibus obstrepentis & clamosis, neque *vnguenta porcis* immundis & lutosis conuenire, sed non de nihilo *amaracinum* cum primis dixit timeri a sue. Obseruamus apud Lucretium, quod sues odere vnguenta & peculiariter fugitant odorem *amaracini.* Versus Lucretii ex lib. 6 subscriptissimus, vt res fiat manifestior: *Denique, amaracinum fugiat sus & timet omne vnguentum:* Nam setigeris suibus acre venenum est. In codicibus Lucretii, quimendis prægnantes circumferuntur, pro *amaracinum* legitur *amaracum*, pro *sus, fur*, sensu confusaneo verbisque corruptis. Est autem *amaracinum* vnguentum ab *amaraco* herba odorata nominatum. Diocles medicus & Sicula gens *amacum* appellauere, quod Ægyptus & Syria *sansuccum*, nostri vernacula lingua *maioranam* vocant, hinc vnguentum confectum nuncupamus modo *amaracinum* modo *sansucinum.* Plinius in decimotertio scribit, *sansucinum* optimum in Cypro fuisse & Myrilenis, vbi erat plurima *sansuccus.* Idem ait *amaracinum* fuisse in insula *Co* laudatissimum. Enuntiatur autem *amaracinum* penultima correpta, contra vulgi præpositeram consuetudinem producentis.

Qui sit sensus Nasonis in eo versu: *Deprehensum Polypus hostẽ cõtinet ex omni demissis parte flagellis.* Ibiq; de significatu *acceptabulorum.*

Caput 15.

Ouidius in quarto metamorphoseon sic scribit:

Deprensum Polypus hostem
Continet ex omni demissis parte flagellis.

Hoc versu significatur, conchilia a *Polypo* pisce complexu criniũ detineri frangiq; solita. Est.n. *Polypus*, cp vel mediocriter eruditis perspicuum est, piscis sanguine carens, qui inter mollia numeratur, cui pediculi sunt octoni, a quorum multitudine nomen inuenit, quos Plinius modo *crines*, modo *cirros* appellat, quoniã instar sunt capillamentorum Ouidius *flagella* vocat, quibus complectuntur conchilia, quorum carne vescuntur, & ita expones *hostẽ* p *conchiliis conclusue*, quas peculiariter *Polypi* venantur, & *flagellis*, hoc est, *crinibus* siue *cirris* (ita.n. illorum pediculi nominãtur) cõplectuntur, vt auelli non queant, sunt n. auidissimi concharum q̃ ad tactum comprimuntur præcidentes brachia *Polyporum.* Cauet ergo *Polypi* insidianturq; conchis apertis, impositoque lapillo in

discuneatas grassantur extrahuntque carnes. Idem Plinius auctor est, Polypum in aqua luctari complexu ad hominem conficiendum eumq; sorbere *acceptabulis*, ac numeroso suctu detrahere, vbi *acceptabula* significantur caliculi, quibus peculiariter prædita sunt illa piscium genera, quæ mollia nuncupantur. Item Aristoteles libro quarto de animalibus tradit mollibus omnibus esse binos *acceptabulorum* ordines, in Polypo vero, qui & ipse ex numero mollium est, simplicem *acceptabulorum* ordinem cerni. Trebius Niger *acceptabula* caliculos interpretari videtur, cũ ait: Barbas fuisse Polypo clauarum modo torosas, longas pedum triginta, *acceptabulis* siue *caliculis* vrnalibus peluium modo Seneca quoque *acceptabula* elegãter appellat vascula illa & caliculos, quibus repente plenis repẽte vacuis pstigiatores fallere fauorabiliter solent oculos contẽplantium. Verba Senecæ hæc sunt ex libro sexto epistolarũ: *sic ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acceptabula & caliculi, in quibus me fallacia ipsa delectat, in mensuris vero & ponderibus cũ acceptabuli mensura dicitur, significat heminæ quartam partem, id est, drachmas quindecim.* Plinius volumine duodetrigesimo tradit ossa ex *acceptabulis* paruarũ præbere vsum *dentrificii*, vbi *acceptabula* appellasse videtur, quas *pyxides* medici recentiores & anatomici scriptores appellitant, quibus infixæ sunt *coxendices*, circaque ea vertuntur ossa coxarum, sunt enim illæ concauitates caliculis per similes.

Emaculatus Plutarchi codex, in quo pro *Fabius Buteo*, inscite legitur *Bulco*, ibique de *Buteonibus*.

CAPVT XVI.

APud Plutarchum Chæronensem, Latinitate donatum, error est in vita Fabii maxime, minutulus quidem, sed non tamen aspernandus sic enim habent codices impressi: *Alterum dictatorem creauerunt Fabium Bulconem*: tu corrige *Fabium Buteonem*. Fuit enim Romæ familia *Fabia Buteonum* cognominata, ex eo, quod in ducis naui prospero auspicio quondam sedisset accipiter, quem Romani *Buteonem* appellant, Græci *triochen*, a numero testium, quasi tres *testiculos* habentem, cui principatum in auguriis *Phemonoe* dedit, quæ Apollinis filia dicta est, vt inquit Plinius, & vt auctor est Eusebius chronographus, prima hexametris versibus futura cecinisse narratur. Ex quo non inscite Lucanus *Phemonoen* appellauit *Pithyam siue Phebada*: quæ responsum ex oraculo Apollinis delphici dedit Appio Romano. Liuius historiam *Fabii Buteonis* eloquenter explicat lib. 22. ab origine vrbis: *Qui dictator creatus vt senatum legeret peracta lectione eodem die extemplo dictatura se abdicauit, lictoribusq; abire iussis turbæ se immiscuit.* Hæc eadem a Plutarcho memorantur, sed pro *Fabio Buteone* mendum irrepsit procliuiter in *Fabium Bulconem*.

Sub-

subesse sensum occultiorem, quã enarratores agnouerint in ille Epigrammatisq; versiculo: *Pastas glande nates habet Secundus.*

CAPVT XVII.

VErsiculus est apud Martialem, in quo subest obscœna quidẽ significatio, non tamen dissimulanter prętereunda. Sic enim inquit in hendecasyllabo.

Pastas glande nates habet Secundus.

Vbi non *pinguitudo* pueri significatur sicut, perperã exponit interpres, *sed pathici effœminatiq; impudicitia.* Acumẽ n. sensus & aculeus totus est in dictione *glande*, qua significatur pars obscœna genitalium virilium, de qua Cor Celsus lib. vi. de medicina: *Vbi vero glans contecta est, oriculario quoq; clystere inter eam cutemq; aqua calida inferenda est.* Item tubercula etiam, quæ *phymata* græci vocant circa glandem oriuntur. Aristoteles & Galenus, alter maximus philosophorum, alter nobilissimus medicorum, βαλανὸν appellant græco vocabulo notissimo, quod significat *glandem.* Est autem prima pars virilis penis, sic enim honos aurib. præfandus est, mentula vocatur. Arist. in primo de animalibus, ita prodidit: *Mas penis posteremo thorace propendens, parte sui prima carne propemodumque constans, & inæquabili facie turbinata, nomen a glande pars hæc mutuata est.* Igitur mordax sine fine Martialis, volẽs intelligi, puerũ nomine *Secundum* fuisse pathicũ, & emasculatoribus ab obscœnam libidinem frequenter morigerum, festiuiter simul & falsẽ dixit, eum habere *nates glande pastas*, tanquã sub actione illa præpostera concubini, veluti cibo nates pascerentur. & in hoc toto epigrammate epigrammatisq; sensu explicando ęcutit interpres, cum sententia poetæ lasciuientis sit referenda ad delitias puerorum multiformes, nequitias dissimiles, & fastus amabiles & morositatem illicibilem, quæ omnia malle sese ait Poeta in sodalitate puerili, quam dotes dapsiles in vxoria contubernalitate.

Versus Lucretii explicatus *de Lampade cursoria*, & de *Sicyoniis talciamentis.*

CAPVT XVIII.

LVcretius libr. 2. de rerum natura sic ait: *Et quasi cursores vitai lampada tradunt*, cũ significare vellet, mortaliũ esse perpetuam successionem, vicissimque primos a secundis, secundos a tertiis, & ita deinceps impelli & vrgeri: Est autem translatio sumta a *cursoribus*, quibus Promethei consuetudine, vt docet Higinus, *instituerunt currere, lampadem tradentes, quã primus cursu defatigatus secundo integro tradebat.* Cuius rei mẽtio quoq; fit lib. 4 rhetoricorũ ad Herennium, vbi traditur: *Non illũ in palæstra, qui tadas ardentes accipit celeriorem esse in cursu continuo, quæsit ille qui tradit, propterea quod defatigatus cursu integro facem tradit.* In hunc sensum translatione quadã oppido quam decenti dictũ est a Persio:

Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?

Mar. quoq; Varro scitissime dixit in tertio de re rustica: *Non cursu lampada tibi trado*, significans prouerbialiter non tibi cedo, vel per contrarium non sum te superior. Herodotus libro 8. historiarum refert *cursores Persarum pernicissimos primum secundo, secundum tertio, & ita deinceps alium alii mandata tradere solitos, quemadmodum* inquit, *apud Græcos fax traditur quam Vulcano per vices ferre cursores perseuerant.* Et quoniã Lucretii mentio facta est, eno demus illud quoq; velut in transcursu vocabulum, quod ab eo positum est libro quarto de rerum natura.

Vnguenta & pulcra in pedibus Sicyonia rident.

Vbi *Sicyonia* significãtur calciamenta muliebria atq; amatoria delicatioraque, & effœminatis tantum congruentia, de quibus ait Lucillius:

Et pedibus laua Sicyonia demit honesta.

De quibus Marcus Tullius in primo de oratore sic refert: *Vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles:* Sed de Lucretii iocis obscurioribus alibi plura, cum eius poemata adeo mendosa circumferantur, vt non lita multis luminibus ingenii videri possint, sicut Qu. Ciceroni videbãtur, sed oblita tenebris errorum, præscarentibus.

Lapsum esse indiligenter interpretẽ Plutarchi apophthegmaton super λήμῃ πειραίως, id est lippitudine Piræi.

Caput 19.

Plutarchus Cheronensis in apophthegmatis de Pericle Atheniensi sic ait, ἐκέλευσε δὲ τοῖς ἀθηναίοις τὴν αἴγιναν ὥσπερ λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ πειραίως. Interpres Plutarchi homo Græcæ, Latinæque linguæ oppido quam peritus & callens, ita interpretatur: *Iusserat autem Athenienses Æginam quasi Pirai portum existimarent ac tuerentur.* Demiror virum alioquin græcatiorem dedisse id interpretamentum, ꝙ penitus contrarium est a sensu verbisque Græci scriptoris, q̃ nos ita Latina fecimus. Iusserat. a. Atheniẽses *Æginam quasi Pirai lippitudinem auferre.* Hoc est verũ Græcoũ verborũ interpretamentũ, & sensus ex historia ductus. Nã Pericles suadere volebat Athenien sibus, vt Æginam insulã delerent & e medio tollerent, perinde ac lippitudinem labemq; *Pirai* Athenien sium portus, a quo 12. milibus passuum abest. Hoc aperte demonstrat idem Plutarchus in vita Periclis, cum ait: *Æginam veluti Pirai lippitudinem delendam censuit.* Impressi codices mendosi sunt, in quibus pro *lippitudinem* legitur *lippedinem* Potuit fortassis interpres labi ex incuria vicinitateque Græcarum dictionum. Nam apud Græcos, λιμὴν est & λήμη pronuntiatu quidem non longe distantes inter se dictiones, scriptione vero & significatu multum dissidentes. λήμη enim fœminino genere significat lippitudinem ocularian, scribiturque per. η. λιμὴν vero masculino genere dicitur portus, & per iota scribitur,

bitur, sed in codicibus Plutarchi Græcis scriptum est λήμην: quæ est *lippitudo* per η non λιμίνα: hoc est, *portum* per iota. Præterea quis nescit ἀφαιρεῖν, apud Græcos accipi pro *auferre* non pro *tutari*. Plura dicere quibus hoc nostrum tueat superfedeo, ipsa enim sunt per se satis (opinor) euidentia, & quod ab interprete dicitur, & quod a nobis, quæ pensitanda diiudicandaque candidis lectoribus permitto.

Erratum alterum eiusdem interpretis super immolatione filiorum quos Saturno sacrificant Carthaginenses.

Caput 20.

Idem Plutarchi interpres sic in Latinum vertit, Apophthegma illud: *Zelo tyrannus, quo tempore Carthaginenses ad Himeram debellauit, pacem cum his acturus coegit fœderibus inscriberent, fore vt etiam filii a præstandis Saturno sacrificiis quiescerent.* Hæc nouissima apophthegmatis particula, nō videtur satis fideliter synceriterque expressisse atque explicasse verba Græca Plutarchi, quæ ideo subscripsimus, vt docti dispiciant vtrum laude digna sit an reprehensione nostra hæc curiositas, ad quam nos vnica impellit vtilitas iuuandi fouendique pro virili parte studia scholasticorum. Verba Plutarchi hęc sunt. ἀναγκασθέντες ἐνγράψαι ταῖς ὁμολογίαις, ὅτι καὶ τὰ τέκνα παύσονται τῷ κρόνῳ καταθύοντες, id est, vt nos interpretamur: *coegit inscribere fœderibus, quod cessarent immolare filios Saturno*, hoc expositum fides historiæ Carthaginensium, qui soliti erant immolare hostias humanas Saturno, excellentioresque ex filiis victimare, qui cum olim essent, obsessi ab Agathocle Rege Siculorum, Saturnum iratum sibi esse rati sunt, quod loco liberorum infantibus, clam emtis atque educatis sacrificassent. Itaque vt diligentius id piaculum soluerent Deumque complacarent, ducentos nobilium filios publice immolauerunt, sicuti Lactantius in primo, Eusebius in quarto præparationis Euangelicæ, & Diodorus in 20. bibliothecæ prodiderunt. Hinc Sylius Italicus in quarto Punicorum sic cecinit:

Mos fuit in populis, quos conuenit aduena Dido,
Poscere cade Deos veniam, ac flagrantibus aris

Qui ibi subdidit filium Hannibalis nomine Asparem, fuisse forte adiudicatum huic infando sacrificio. Igitur vt ad rem redeam sensumque Plutarchi explicem, *Zelo* tyrannus pacem cum deuictis Carthaginensibus fecit his conditionibus, ne in posterum immolarent filios Saturno, vt ita a sacrificio sanguinario plenoque inhumanæ crudelitatis abducerentur. Et hæc est, Plutarchi sententia, veraque interpretatio, quod & verba ipsa demonstrant, si circumspectius perpensiusque perpendantur, cum interpretis interpretamentum sit deuium ab historiæ fide & a sensus elegantia.

Inscite eundem deerrasse super interpretamento Thericliorum, inibique consideratus perpensusq; non indiligenter locus ex Cæsaris commentariis.

CAPVT NOVISSIMVM.

APud eundē Plutarchi interpretē in apophthegmatis Romanorū, vbi de Scipione Æmiliano disseritur, sic scriptum legimus: *Cum Memmi cuiusdam Tribuni militum iumenta comprendisset, quæ lapideas pelues & vitrea pocula deportarent.* Quid interpres dixit, *lapideas pelues & vitrea pocula?* Græcus scriptor ait: ψυκτῆρας διαλίθους καὶ θηρίκλεια: quæ verba Græca nequaquam ad amussim congruūt cum Latino interpretamento, neque hoc sensisse videtur Plutarchus, qui voluit significare, Memmium fuisse castigatum increpatumque acriter a Scipione, quod in vsu castrensi haberet vasa pretiosa & delicata, minimeque disciplinæ militari conuenientia. *Lapideæ autem pelues & vasa vitrea*, non sunt digna castigatione censoria, cum non sint aliena a parsimonia frugalitateque priscorum, cumque (vt dicere solebat Gallienus Imperator) *nihil sit vitro cōmūnius.* Quocirca ita meo periculo interpretaberis: ψυκτῆρας διαλίθους καὶ θηρίκλεια, id est, vasa gemmata & thericlia διάλιθος enim Græce *gemmatus* dicitur, *Thericlia* vero sunt vasa potoria delicatiora a Thericle artifice celeberrimo nominata, de quo est illud Plinianum ex libro XVII. *Celebratur & Thericlis nomine, calices ex therebyntho solitu facere torno. De Thericliis* poculis, vtpote pretiosis sic refert Phalaris in epistola ad Polycletum: *Misi ad te puri auri phialas quatuor, crateres argenteos non nostri temporis artificii duos, poculorum Thericliorum paria decem. De Thericliis* mentio ab eodem Plutarcho habita est in vita Alexandri. Ex hoc *Thericliorum* significatu existimo corrigendum esse locum apud Cæsarem, in cuius tertio ciuilis belli Pompeiani commentario sic legitur: *In castris Pompeii videre licuit Trichillas stratas.* Opinor irrepsisse mendum, emendatumque pro *trichillas stratas*, *thericlia strata*, vt sit sensus *Thericlia* pocula, quæ erant pretiosa celebrataque, visa fuisse strata atque iacentia passim in castris POMPEIANIS, etsi scio *trichillas* exponi solere pro *abacis mensisque potoriis* in veluti habentibus tria labra & triplices margines, in quibus vasa more aulico gradatim disponi collocarique consueuerunt. Sed iam receptui canendum est, ne modum excedat appendix: quæ non contenta latialiter disertasse, etiam non nihil atticissauit. Iam pausa facienda est, & animus ocio refouendus, vt mox vegetior, alacriorque resurgat ad excudenda id genus annotamenta longe vberiora, quæ succisiuis temporibus condimus, mox in

tempore

tempore depromtuti: Meditor enim pro virili parte agere negotium posterorum, succurrere hæsitantibus literatoribus, prodesse scholasticis, non minus prouincialibus quam Italicis, qui auditorium meum frequentissimi cotidie stipant, meque peramanter obseruant. Sed cum aurium sensus sit fastidiosissimus, iam vale inclyte Hannibal beniuole, & quicquid est illud quantulumcunque est, boni consule & ama præceptorem, qui non solum te pie diligit vt alumnum, sed & reuerenter colit vt patronum.

Ad Lectorem.

LEctor candide offendes opinor interdum offendicula & moramenta quadam, in annotationibus nostris ex immutatione, trãsmutatione vt literarum ac syllabarum, nonnunquam ex inuersione dictionum, quos errores minutulos quidem & cognobiles non creditori adscribas quaso, sed impressori, vix enim fieri potest vt opere in magno non interueniant huiusmodi labecula. Præfuerunt recognitioni scholastici duo eruditi, elaborauerunt, vt emendati sincerique commentarii ex officina impressoris depromerentur, si quid erit mendosum, id igitur impressori adscribas obsecro. Vale perlege.

Ex tertio libro obseruationum Domitii Calderini.

VIdeo, *A* præpositionem, cum in multas variasque significationes pareat, eleganter vsurpari a M. Tullio Cicerone, vel cum inter partes dissidentes alterutri addictos ac propugnatores significare volt, vel cum in seruis munus operamque discernit. Superioris vsus vnum exemplum satis erit, in Bruto ipse hæc: *Nec vero, M. Cæcilium prætereundum arbitror, quacunque eius in exitu, vel forma, vel mens fuit, qui quamdiu auctoritati meæ paruit, talis tribunus Plebis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum populares turbulentamque dementiam A senatu, & A bonorum causa steterit constantius*, vbi quod *A senatu* ait: & *A causa bonorum*, perinde est ac si dixisset pro partibus senatus, & bonorum. In alteram significationem ad Atticum scribens: *Nec vllam aliam ob causam Pollucem seruum a pedibus meis Romam misi*: Nam cum ex seruis aliis vterentur ad iter tantum, eos mittentes, quo libebat, aliis ad literas excipiendas ac describendas, quas vel dictabant vel componebant, illos *A pedibus*, hos *A manu* appellabant, Cicero tamen in hac significatione, *A*, aliquando dixit in tertio de Oratore: *Itaque idem Græcus, quod potes audire Catule ex Licinio eliante tuo literato homine, quem seruum sibi ille habuit ad manum cum abaculo solitus est habere phistula*: Idem qui *A pedibus* erant serui *pedes a* Martiale dicuntur illic. *Retroflexus ad pedum turbam.* Alibi *Lagenam ad pedes replet. A pedibus* eosdem dixit:

Omnia quomodo retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur a pedibus.

Quo distichoMartialis amicũ apud quem cœnabat amare sab-

ſannat: nam quomodo ille haberet conuiuas: obſonia omnia & epulas pueris & ſeruis aſtantibus porrigebat, iis blandiens. Martialis conquerens ſi in animo inquit tibi eſt tradere obſonia pueris & a pedibus, cur eos non accipis menſa potius quam nos, quaſi dicat hi tecum cœnant, non conuiuæ. Quo loco obſeruandum eſt *a pedibus*, per omnes caſus eadem terminatione deduci: Recte enim interrogaueris, *quid agunt a pedibus?* nam illud neceſſario intelligitur, *ſerui a pedibus, miſſi a pedibus, dedi a pedibus meis.* Cur menſa non ponitur *tibi*, id eſt, *a te a pedibus* pro caſu dandi eſt, id eſt, *pueris, & ſeruis*: Nam in ſuperiore verſu cum *pueris* dixit intelligendum eſt *a pedibus.* Cicero præterea tertia actione in Verrem, eoſdem appellat *circumpedes*, vbi Maleoli filium pupillum a Verre patriis fortunis euerſum conqueritur his verbis: *Vt Romam rediit nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit, ſeruos artifices pupilli quomodo haberet domi. Circumpedes autem homines formoſos & literatores eſſe dicebat.* Verres, *inquit Cicero* quomodo Maleoli familiam diriperet, ſibique per fraudem vindicaret, illius ſeruos aut formoſos aut literatos dicebat, *ſuos eſſe circumpedes*: Maleoli fuiſſe negabat. Hi ſeorſum aſtabant dominis diſcumbentibus. Tranquillus in Caligula: *Quoſdam ſummis honoribus functos ad eſſedum ſibi occurrere togatos per aliquot paſſuum millia, & cœnanti modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt.* Idem in Auguſto: *Talbo a manu, quod pro Epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet crura effregit*: Sed miror quare idem ſibi tantum aſſumſerit, vt cum vel *A manu* vel *A pedibus* duabus dictionibus dicamus nomine ſcilicet & præpoſitione, ipſe quaſi ex integra dictione nomen deriuauerit. Nam *amanuenſem* ſcripſit pro ſeruo *A manu*: In Verrone: *Certum dominis ſeruorum numerum niſi indixit nec ex tota cuiuſque familia probatiſſimos, nec diſpenſatoribus aut amanuenſibus exceptis recepit.* Eadem ratione in Domitiano: *Epaphroditum A libellis capitali pœna condemnauit*, is eſt, qui libellorum, qui a ſupplicibus dabantur, curam gerebat. Omitto: *A* aliquando *poſt*, ſignificare, & varie accipi, notiſſima enim ſunt & occurrunt frequenter.

Cicero ad Atticum ſcribens, Varroniſque accuſans ignauiam: *Biennium*, inquit, *præterit qua ille καλλιπίδης aſſiduo curſu cubitum nullum præceſſerit.* Vbi prouerbium Græcum vſurpauit in hominem ſegnem & tarde agentem. De quo ita ſcribit in Tyberio Trãquillus, vt vulgo iam per iocum *Callipedes* vocaretur, quem curſitare, ac ne cubiti quidem menſuram progredi prouerbio Græco notatum eſt.

Idem cum Attico ſignificaret, quid de perſonis introductis in libris de republica ſtatueret, ſcribit quid monuerit & ſuaſerit Salluſtius his verbis. Ea ipſa ponam, quæ in omnibus codicibus exſtant. *Hi libri cum in Tuſculano mihi legerentur audiente Salluſtio admo-*

admonitus sum ab illo multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de republica, præsertim cum essem nō Heraclides Ponticus sed consularis, & is qui in maximis versatus reipub. rebus essem quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea visa mirifica esse. His vltimis verbis mendam ineſſe certo affirmauerim. Nam ſi Salluſtius ſuadebat, vt Cicero ex perſona ſua de republ. diſputaret potius, quam ex ſermone Africani aliorumque, qui multo ante diem obierant, eum rationem afferre oportuit, cur illorum perſonæ minus idoneæ eſſent, aut minore auctoritate in his libris de republ. diſputarent. Atqui ſi ita legimus, vt propoſui, *quæ tam antiquis hominibus attribuere ea viſa mirifica esse*, ratio erit probantis potius, quam diſſuadentis: Nam ſi mirifica erant & habebant laudem, ex perſonarū antiquitate, non recte monuit, id mutandum eſſe, & ad Ciceronis perſonam transferendum: Quare vt ſibi ipſi Salluſtius conſentiat vir prudentiſſimus ac doctiſſimus ita leges: *Quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea viſum mirifica esse fabulosum inquit videbitur quod iſti diſputant de republ. cum tam antiqui ſint.* Quod ſi inſpexeris, quam lubrica fuerit via in mendam ab iis verbis, quæ Ciceronem ſcripſiſſe arbitramur, in ea quæ peruerſa ſunt, nobis magis atque illis aſſenſeris. Iacobus certe Cardinalis Papienſis, non minoris doctrinæ quam auctoritatis princeps, hanc Ciceronis ſcriptionem agnoſcit, eique omnino arridet & applaudit.

Cicero tertia actione in Verrem: *Itaq; renuntiat Robonius illam deciſionem tutoribus, accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius patruus, iſti color mutatus eſt, vultus, oratio, mens deniq; excidit.* Vbi quod ait *digitum tollit*, morem deſignat antiquum. is erat, vt qui ſe vel conductorem vel emtorem ex publica venditione, aut locatione ſignificaret, *digitum tolleret*, quod Iunius fecit, ne pupillus frarris filius ædem Caſtoris ſartam tectam conduceret, a quo Verres columnas ad perpendiculum exigere ſtatuerat, vt ita eum ſpoliaret bonis paternis: *Digitum igitur tollit*, id eſt, *ſe conductorem ſignificat.* Plura de hoc ſcripſimus in eum verſum Martialis: *Nam mea iam digitum ſuſtulit heſpitibus*, & quid ſit *manceps*, ex ſententia etiam Feſti.

Strabo in octauo ita ſcribit: *Eſt autem Rhium in Achiuorum ſolum protenſum longius promontorium in falcis figuram interius curuatum, vnde & Drepanum, id eſt, falcem appellant*, Nimirum (vt ego quidem ſuſpicor) ad hanc falcem alluſit Martialis, cum derideret curuitatem crurum in Phœbo. Ea enim ita curuata in *Rhio* commode ait lauare poſſe, nam & *Rhium* æque curuatum erat, vt illi *crura Phœbi* quadrarent. Sales inde quoque aſperſit, quod *Phœbi crura* dixit Lunæ cornibus ſimilia. Quare ſi hoc deſiderare videbitur, ad ea quæ in commentariis ſcripſimus, habes vnde accipiat.

Pilea apud antiquos variis fiebant generibus, fuiſque erant no-

minibus distincta. *Vmbellam* enim appellabant, *galericulum*, *causeam*, quod apud Martialem & Valerium maximum legas *petasum*, de quo & apud Suetonium diximus in Augusto, & in nostrarum obseruationum secundo annotauimus diligentissime. *Pilea* autem aliquando fiebant ex lacernis attritis. Vt illud distichon Martialis apertius intelligas, quam in commentariis dictauimus, vbi *pileum* mittitur in apophoretis:

Si possem totas cuperem misisse lacernas,
Nunc tantum capiti munera mitto tuo,

Cuperem, *inquit*, lacernas integras misisse, si essem diues. Nunc vero cum pauper sim, misi *lacernæ* tantum partem, munus capiti tuo, id est, *pileum*, quod ex parte *lacernæ* constat. Papinius in locis Syaturaliciis: *Vsq; adeo ne defuerunt cæsis pilea suta de lacernis*, vbi explicat argutissime pileum fieri solitum ex *lacernis* incisis, quod disticho Martialis quoque innuit.

Repetamus præterea particulam commentariorum nostrorum in Iuuenalem, vbi carmen exit illud in mulierem curantem cutem & expolientem faciem in gratiam adulteri:

Interea fœda aspectu ridendaq; multo
Pane tumet facies, & pinguia popeana spirat.

Popeanum non vnguentum est, nec enim bene olet, nec iis rebus conficitur, quibus vnguenta, sed medicamentum ad faciem erugandam & expoliendam cutem, quod ex lacte asinæ pane madido conficiebatur. *Popeanum* appellatum, quod *Popea* vxor Neronis principis id primo instituit. Plinius, 28. naturalis Historiæ: *Cutem in facie erugari, & tenerescere, & candorem custodire lacte asinino putant. Notumque est quasdam quotidie octingentas custodito numero fouere: Popeaque hoc vxor Neronis principis instituit, balnearum quoque sic soleo temperato, asinorum gregibus ob hoc eam comitantibus.* Hæc Plinius & idem in 11. de lacte: *Crassissimum Asinæ, vt coaguli vice vtantur, conferre aliquid & candori in mulierum cute existimatur. Popea* certe Domitii Neronis coniunx, quingentas per omnia secum fœtas trahens balnearum etiam soleo totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens. Vnde illud de Othone a Tranquillo scriptum: *Quod pane madido faciem linire consueuerit, madidum lacte asinæ intelligo.* Ita & mulier apud Iuuenalem, Quamdiu domi est, totam faciem linit medicamentis, & operit, vt tenera & candida cutis fiat, atque ita a marito amplexu & osculis interea fouetur, cum vero ad mœchum proficiscitur, deponit linteola & medicamenta, exseritque curatam faciem, inde Iuuenalis. *Ad mœchum lota veniunt cute*, id est, elotis e vultu medicamentis. Hæc scripsi, siqui fortasse Iuuenalis carmen parum intelligerent, de *Popeano* ambigant, quod ego, vt arbitror, primus fortasse elucubraui, vt sexcenta alia, quæ in commentationibus nostris requires.

Radere

Radere non tantum est succidere pilos, sed etiam summam cutem detrahere: Iuuenalis: *Post hunc radentur tubera, si ver tũc erit:* Carmen præterea legis duodecim tabularum his verbis scriptum est: *Mulieres genas ne radunto, ne vel lessum funeris ergo habento. Lessum* quid esset, Sex. Helius, & L. Acilius veteres interpretes non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris. Luci. *Lessum* dixit, quasi *lugubrem eiulationem*, cui Cicero astipulatur in secundo legum, vbi hanc legem recitat. Inde Plinius, 11. naturalis historiæ ita scribit: *Infra oculos mala hominis tantum, quas prisci genas vocabant, 12. tabularum interdicto radi a fœminis eas vetantes, pudoris hæc sedes, ibi maxime ostenditur rubor, infra eas hilaritates risumque indicantes buccæ, & altior hominis tantum, quem noui mores subdola irrisioni dicauere nasum.* Quibus verbis aperte Plinius indicat se, 12. tabularum legem vel apud Ciceronem vel alibi legisse, rationemque affert, cur ita sanctum sit, ne fœminis genas in funere alioue dolore *radere*, id est, dilacerare liceat, quoniam, scilicet, in iis posita videatur pudoris sedes, ibique potissimum rubor appareat. De *naso* quod addit, nos ex iis verbis in 12. commentariorum in Martialem ita scripsimus: *Nasuti dicuntur qui* grauiore censura subsannant alienam: et Horatius:

Vt plerique, solent naso suspendis adunco
Ignotos.

Hoc est, derides. In secundo præterea huius operis cum de obseruationibus ex Poetis dissererem, satis hinc expliçaui, quare dicatur primus condidisse a Plinio Lucilius styli *nasum*.

Caudacus: vt Varro scribit, *suauem* significat, vel vt a magistris se accepisse fatetur *mansuetum*. *Catax* vero, vt tradit Festus, *claudum*. Appius certe Claudius Appii Cæci frater, qui consul fuit anno ab vrbe condita 480. primusque freto classe traiecto Pœnos Sicilia expulit, etiam Tranquillus scribit, in Tiberio *Caudax* cognominatus est.

Receptæ in vsum nostrum fuerunt nõnullæ Græcorum dictiones, & in Latinarum scite deductæ non elegãtiæ magis caussa, aut festiuitatis, quam Pitholeo Rhodius ac Lucilius in eo secuti sunt, quam necessitatis, quod Latina eadem non essent: Atq; adeo vnam ex iis, vt de aliis fileam, nuper obseruaui apud Tranquillum in Nerone: nam ita scribit & prodiit: *Neapoli primum ac ne concusso quidem repente motu terræ theatro, ante cantare desitit, quam incoatum absolueret nomon.* Vbi *nomon* dictionem Græcam vsurpat cum pro ea Latinam non haberet eiusdem significationis: *Nomos* enim apud Græcos *legem* significat, *nomos* item in carmine & cantilena, significat *qualitatem & moderationem vocis*, qua vel remissiore vel acutiore vtimur, eandemque cantilenam duo-

bus tribuſue *nomiis* modulantur muſici, & cum vno totam peregerint, altero inceant diuerſo. Inde frequenter legimus apud Græcos, *nomos muſicos*. Et de Corinna ita memoriæ proditum eſt κὴ ἔγραψε νόμους λυρικούς, id eſt, *& ſcripſit nomos lyricos*. Nero itaque muſicæ ſtudioſus cum in theatro Neapoli cantaret, adeo ea gloria feruebat, vt ne terræ quidem motu deterreri potuerit, quin incoatum iam *nomon* abſolueret, & ad finem perduceret cantilenam eo *nomo* quo cantare cœperat. Quod verbum cum parum notum eſſet latinisque ſcriptoribus non ſatis vſurpatum in omnibus Tranquilli codicibus, lubrica menda eſt deprauatum: nam vbi *nomon* ſcribi oportuit, *nomen* ita ſuppoſitum eſt, nullo omnino aut certe alieno ſenſu, quam incoatum abſolueret *nomen*. Nos vero & hanc, & alias dictiones multas, alienas deprehendimus ac mendoſas apud hunc ſcriptorem, vt in commentariis in eum compoſitis, plane oſtendimus.

Harpaſtum quid ſit longa commentatione Græcis auctoribus explicamus in Epiſtolam quarti libri ſyluarum, multaque de eo docuimus, quæ adhuc (vt opinor) incognita fuerunt, ea ſiquis volet legere, illic requiret.

Quid? Nonne in Fabii Quintiliani codicibus librariorum error propagatus eſt complurib⁹ locis, quædam certe apud hunc ſcriptorem non ſatis explicata obſeruauimus? Vt illud cum de diuerſa nominum compoſitione moneret: *Componuntur* (inquit) *aut ex noſtro & peregrino vt biclinium, contra, vt epitogium, & Anticato*. Vnde ſatis diſcimus, dictiones ita componi, vt priorem partem aliquando occupent noſtra, poſteriorem peregrina, veluti in *biclinio*, in quo nomine *bi* noſtrum eſt, *clinium* Græcum, vnde *biclinium* deductum eſt: Aliquando vero priora ſunt peregrina, vt in *epitogio* & *anticatone*, Nam *Epitogium* genus veſtis quod togæ ſuper induebatur ex ἐπὶ præpoſitione Græca, & *toga* formatum eſt, vt *Anticato* Cæſatis in Catonem, ex ἀντὶ præpoſitione, item Græca, & *Cato*. Mendoſe vero in pleriſque codicibus ſcriptum reperies, *Opitergium* pro *Epitogium*, quod oppidi nomen quidem eſt, & inde *Opitergini* montes appellati: ſed talem non habent compoſitionem qualem hoc loco præcipit Fabius, imo nullam. *Epitogium* ſane legendum affirmauerim, quod & compoſitionis ratio ſuadet, & nuper legi vetuſtiſſimo ac certiſſimæ fidei Quintiliani libro.

Incidi nuper in quaſdam Laurentii commentatiunculas, quas in Fabium compoſuit, in quibus cum alia deſideraui tum teſtium, quos citat aliquando fidem, atque adeo, vt vnum ſubiiciamus, vbi Fabius de verbis peregrinis ita ſcribit: *Nam Maſtrugam, quod Sardum eſt illudens Cicero ex inuſtria dixit*. Laurentius locum indicans, vbi id Cicero dixerit, hæc addit: *Cicero pro Scauro, quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum Maſtruga muta-*

mutauit. Equidem *Scauri causſam* actam fuiſſe apud Ciceronem, legi apud Valerium Max. & Pedianum: *Orationem* vero a Cicerone pro illo habitam, vnde ſe hæc accipere Laurentius profitetur, legi nuſquam, neque exſtare arbitror, vereorque ne Grammaticum aliquem ignobilem ſecutus hæc verba recitauerit potius, quam legerit vſquam apud Ciceronem. Atque (vt dicam quod ſentio) Quintilianus verba Ciceronis mihi indicare videtur, quæ ſunt in Oratione de prouinciis cõſularibus hæc: *Quod eſt primum diſſimile: Res Sardiniæ cum Maſtrugatis latrunculis prætore vna cohorte auxiliaria geſta, & bellum cum maximis Syriæ gentibus tyrannis conſulari imperio exercituque confectum*: Maſtruca autem quid ſit in ſecundo diſputauimus.

Idem vndecimo Inſtitutionum ita ſcribit: *Artem autem memoriæ primus oſtendiſſe dicitur Simonides*: Et paulo poſt: *Simonidem Poetam fuiſſe, neque omnino huius rei meminit vſquam Poeta*. Idem Cicero, quem Fabius ſecutus eſt (Plinius vero in ſeptimo naturalis hiſtoriæ) non *Poetam*, ſed *Medicum* eum ſcribit. Verba illius hæc ſunt de memoria: *Ars poſtremo eius rei facta & inuenta eſt a Simonide Medico, conſummata a Metrodoro Sceptio*. Mirandum profecto eſt, cur Plinius a Cicerone diſſentiat, aliterque ſcribat, quam Fabius, ſed mendoſa eſt dictio apud Plinium, vt ego quidem arbitror, & heri obſeruaui, cum de Simonide nonnulla apud Græcum ſcriptorem legerem, Nam cum ſex eiuſdem nominis Græci fuiſſe tradant ſingulorumque res perſequantur & genus, de hoc ita affirmant, Simonides Leopræpis filius Lyricus ex Iulide oppido Ceæ inſulæ poſt Steſichori ætatem cognominatus *Melicertes* (vt alii codices habent, *Melicus* a ſuauitate carminis, nam μέλι ſignificat *Mel* vnde *Melicus* deducitur) artem memoriæ repetit, inde apud Plinium ſcribendum contenderim: *Ars poſtremo eius rei facta & inuenta eſt a Simonide Melico*, non autem *Medico*, cum Poetam fuiſſe & Græci & Latini ſcribant, ac Simonides Melicus ſit cognominatus.

Dii boni quam pertinax menda occupauit omnes Fabii codices librariorum & interpretum culpa, qui cum non perciperent vetuſtatis morem, neque vſquam eum obſeruaſſent multos in errorem induxerũt. Verba hæc reperies in primo inſtitutionum de Grãmatica, vbi Fabius de iis nominibus diſſerit, quæ cum externa & peregrina ſint, in Romanũ vſum recepta fuerunt: *Plurima* inquit *Gallice valuerunt vt Rheda ac Petoritum, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius vtitur, & Mappam Cicero quoq; vſitatum nomen Pœni ſibi vindicauit*: *De Rheda & Petorito* quid Fabius ſcribat perſpicuum eſt, ſed quod addidit & *Mappam Cicero quoque vſitatum nomen Pœni ſibi vindicauit*, tam hianti compoſitione hęc verba ſtructa ſunt, vt facile declarent, aliquid impedire, quo minus cohæreant ſuo loco. Sed extorqueamus quem poſſumus ſenſum, quod Cicero ſibi vindicauerit hoc verbum *Mappam* quod nomen eſt vſi-

ratum Pœnorum. Dicant obsecro interpretes, vbi Cicero dixit vnquam *mappam* suum esse verbum, atque id sibi vindicauit, quasi Horatius, Iuuenalis, aliique poetæ idem non vsurpauerint? ita interpretantur. Sed ne diutius inuento nostro gloriemur, accipite veram Fabii scriptionem, & antiquum morem discite, de quo in commentariis Iuuenalis & Martialis disputauimus, in ludis circensibus: *mappa* a prætore demitti solebat aurigæ victori, veteri instituto. Tranquillus in Nerone: *Positoque in hortis inter seruitia, & sordidam plebem rudimento, vniuersorum se oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, vnde magistratus solent.* Martialis:

Creratam prætor quum vellet mittere mappam,
Surripit Hermogenes. Iuuenalis:

Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. *Mappa* igitur in circo vsurpatur. Inde ego contenderim ita apud Fabium legendum: *Et mappam circo quoq; vsitatum nomen Pœni sibi vindicant.* Nam quum referret, quæ peregrina in nostrum vsum venerint, *rheda* inquit & *petoritum Gallica sunt, sed tamen iis vtuntur Cicero & Horatius, & mappam Pœni dicunt suum esse nomen: sed eo tamen adeo passim vtimur, vt in circo quoq; & ludis circensibus id vulgatum sit & vsitatum.* Hoc quum nostri homines ignorarent, vbi *circo* scribendum fuit *Cicero* supposuerunt, & ne solœcisimus esset, ex *vindicant, vindicauit* fecerunt. Sententiæ nostræ, antiquitatis mos, verborum compositio, series sensus, denique vetustissimus Fabii codex, constantissime adstipulatur. Hæc sunt Francisce ex tertio libro nostrarum obseruationum transcripta: Totum opus exspecta, quum tibi probari intellexero, in eo hæc etiam pauca copiosius explicata sunt. Vale.

Domitius ad Lectorem.

Sic mihi perpetuæ contingant murmura laudis
Et bona post funus hora superstes eat:
Vt nostros cupio multis prodesse libellos,
Famaq; non vllo tincta cruore placet.
Me legat inuitus nemo, non scripsimus illi,
Huic scripta est, si quem pagina nostra iuuat.

Clarissimo & eruditissimo viro Francisco Bragadeno Patricio Veneto, sacræ Theologiæ & Philosophiæ Professori eminentissimo, Baptista Egnatius Venetus. S.

EX infinito hoc ac vario studiorum genere, in quibus præclarissima nostræ tempestatis ingenia vir & nobilissime, & eruditissime, desudarunt, nullum aut multiplici eruditione vtilius, aut maxima voluptate iucundius, hoc vno, quod volumen hoc nunc continet, crediderim. Hoc idem rursum tantum laboris, tantumq; difficultatis auctoribus suis deferre expertus adseruerim, vt satis nescias, plusne vtilitatis, vo-

tis, voluptatisq; legentes capiãt: an laboris, difficultatisq; auctores, dũmodo id bene præstent, adeant. Atq; vtilitas q̃dẽ inde per quam facile probetur præcipua, quod nõ vnius tantũ auctoris, sed multorũ deprauatissimos hi restituũt locos, nõ vulgatissima quæq;, sed eruditissima eruunt: nõ Grãmaticæ tantũ scrupulosas sæpe quæstiones aut poeticæ altissima sensa, sed Iurisconsultorũ quoq; scholas & philosophorũ familias omnes, neq; non omniũ liberaliũ disciplinarũ dogmata secretiora rimãtur, perscrutantur, indagant. Quod si multũ ille literariæ rei contulisse putatur, q̃ vnũ alterũue poetæ obscuriorem locũ illuminarit, q̃tũ hosce fructus adferre dixeris homines, qui nõ vnũ: alterũue, sed cõplures, & eos mehercle quã difficilimos explicasse student locos? vt tamen interim, vel ab historiis remotiorib. petita, vel a fabulis abstrusiorib. multa ducta, quædã veluti lumina dent in mediũ. Voluptas vero tanta, vt non facile aliud quoduis studiorũ des genus, quod te magis capiat, magisq; teneat. Cudat ille in aliquẽ auctorem cõmentarios. Quid tandem hoc totũ est rei? quod vel nomine ipso nõ statim sordidũ quid præ se ferat? hoc præsertim tempore, quo intemperies, vel potius rabies tanta quosdam inuasit homũculos, vt dũ gloriolæ auidiores post mortẽ viuere affectant, faciant, vt ne viuentes quidẽ, viuere se testari viuẽtibus possint. Scribat alter dialogos, edat hic epistolarũ ingentia quãuis volumina. An ex hoc scribendi genere parẽ se voluptatẽ lecturis allaturũ speret? Est sane dialogis suapte natura nescio quid humilioris fere, & quodãmodo plebeiæ notæ, vt vel inuitus humi serpere cogaris. Sunt.n. certi q̃dã illorũ in scribendo termini quib. circũscribare, quib. includare, vt sint illi qualibet rerũ varietate referti, filo tamẽ orationis tẽuiore, veluti Planipedes vltimũ in fabulis locũ occupẽt, sic hi sibi extremũ in theatrali põpa spectaculũ vindicẽt. Huc adde q̃ conscribũt ita q̃dã dialogos vt eorũ scribẽdi rationẽ minime teneãt, & dũmodo luculentã verborũ congeriẽ funditent lectori, factũ satis putent. Epistolæ vero q̃d q̃so nisi tritũ, nisi cõsuetũ habẽt? q̃ sc. domestici parietes quotidie restrepãt, domesticis verbis claudas, domesticis quoq; scribas tuis & familiarib. vt hæc sit ex præcipuis vna maxima epist. characteris cõmendatio cũ vsitatis maxime verbis vtare. At vero annotationũ istud inuẽtũ (siue Centurias siue Racemationes vt nos appelles) Quidnã in sese nisi plane nobile, nisi excellens, nisi variũ cõtinet? Quod opus nisi Herculeis lacertis confici posse, sperandũ est minime, licet in hoc tibi grande aliquid semper intonare, licet altius tollere, licet clariorib. notis insignire, ac quãdoq; pro rebus stylũ deprimere, depressum rursus cũ semper sis varius attollere, nulli dantur certi limites, quos tueare, nulla sunt tibi præscripta certa spatia quæ non transgrediare, sic fit vt omnibus omnium solutus legibus nunquam ciuem, sed peregrinum prorsus hominẽ nobilẽ in quẽ omniũ cõuertãtur oculi semper agas. Tollũt humo sese, & alta semper animo meditãtur huiuscemodi homines, cũ a se nisi magna, nisi sublimia, aut exspectari norint, aut requiri. Varietas vero rerum tanta, vt hac vna ratione, etiam si nihil aliud præstet, placere

impensius possint, neque solum placere, sed & tenere, neq; vero tantum tenere, sed in quæcunq; partem voluerint mouere valent. Explicatur nunc Poeta alicuius obscurior sensus, emendatur præter multorum sententias inueterata lectio, declaratur abstrusior sæpe fabula, nec his contenti transeunt ad Oratores, ab Oratoribus demum ad Historicos, rursus ab Historicis, Iurisconsultorum scholas excutiunt, Philosophorum decreta pandunt, vt non alium iustius Protheum quam hosce dicas viros. Quæ ne cogerentur minutiis semper insistere, hanc potissimum excogitarit rationẽ, vt de magnis semper tractantes & difficilimis, maximi ab omnibus & ingeniosissimi æstimarentur. Quæ tamen in parte tãtum abest, vt hoc mihi lucrum vel vnquam petierim vel sperarim vt abunde factum satis & mihi & amicis putem, si post tantum laboris exhausti, post non paruas vigilias, studio tanto & industria non detrahant mea. Eos vero, qui qua diximus ad vnguem (vt arbitror) præstitere, & laudent, & probẽt. Reliquos sane quorum tam Centuriæ conficere conati sunt, quam eloquentiæ cuiusdam ostentasse ineptias, insectentur, præscindant, ne studiorum hanc partem quam eruditissimus quisque & candidissimus hactenus tractauit, indoctissimus, & maleuolentissimus temerario præsumat ausu. Illud tantum dixerim, hoc me non nunc opusculi voluisse edere, quo amicorum, & Ioannis præcipue Bembi patricij Venet. viri studiosissimi precibus aliquid condonarem, quoque experirer, quantum subcisiuis octo dierum horis, neq; enim (deum immortalem testor) plus mihi temporis impressor dare aut potuit, aut datum voluit, præstare possem. Quod si modo hoc consequar, vt aliquantulum tuuisse linguam Latinam dicar, & maximum me laborum fructuũ meorum reportasse sentiam, & post hac indies ad maiora multo conficienda, quæ tam nunc volutat animus, accingar. Tibi vero patrone mi, vt Græce quod Latine non possum, dicam φιλοσοφώτατε & sanctissime nominatim hasce dico nuncupoque Recensiones, vt nunc tandem si possim are me tuo, quo pene sum obrutus, vel tãtillum leuem, vt quod hactenus non dissoluimus, non voluntatem defuisse, sed facultatem, intelligas. Vale.

Super Phaone Fabula quadam haud sane hactenus cognita explicata.

Capvt I.

COmmentarios in Sapphus ad Phaonem epistolam, præclara duo nostræ tempestatis excudere ingenia, Georgius, scilicet Merula, & Calderinus Domitius. Alexandrinus ille, patria Veronensis Domitius. Vterque medius fidius, (si iudicio requiras meum) erudite multa, multa ingeniose, tum de Græcorum, tum de Latinorum hausta fontibus in medium protulere. Ceterum quoniam vnus, alterve, non omnia nosse potest, animaduertimus nos historiam super *Phaone*, vel potius fabellam lepidam sane, neque non necessariam admodum, prætermissam. Eam si in præsentia explicemus, haud quidem ingratam, iniucundamque studiosis adulescentibus

lescentib. rem facturum nos credimus, dum qualemcunq; Græcorũ tradidere monumenta, Latinis nostris nostra opera, studioque veluti per quosdam traduces legendam dederimus. Hanc igitur ad hanc ferme sententiam Ælianus omnimodæ historiæ duodecimo describit: Pulcerrimum mortalium omnium *Phaonem* a Venere olim lactucis occultatum Esse vero & alios aliter, qui scripserint, fuisse *Phaonem* ex eorum hominum genere, qui traiiciendis vltro citroq; viatoribus nauigiolis impensiorem dantes operam, victum sibi diurnum quæritarent: accessisse tandem aliquando & Venerem, quæ se vt in alteram transportaret ripam, nulla interim promissa stipe rogaret. Quod cum ille libẽtius effeciset, nescius quam transueheret Deam esse, tum vero a Venere longe pretiosius accepisse munus, quam si vel amplissimum manu pretium exegisset. Alabastrum namque cum accepisset vnguine quodam plenam, quo semel perunctus formosissimus repente mortalium cunctorũ apparuit, mulieres omnes Lesbias in eius exarsisse cupidinem. Præceteris vero impatientissime atque ardentissime a *Sappho* illum Scamandronymi poetria perquam celebri adamatum. Cum qua cubantem velut adulterum captum necatumque fuisse. Illud vero nec possum, nec volo dissimulatum, extremam hanc particulam de *Phaonis* videlicet nece, non satis ex Græco constare codice. Interfectum quidem illum tanquam mœchum certum est, sed cum amica hac sua nec ne, haud affirmare vacillante codicis fide ausim. Atque hanc esse Sappho, quam diuinus quoque Plato sapientem vocet, sunt qui putent. Sunt qui alteram Lesbiam & ipsam Psaltriam hanc credant, quæ amoris impatientia ex Leucate se post modum in mare deiecerit. Satis enim cõstat Ælianoipso & Suidæ scriptis duas exstitisse, quarum vna poetria perquam celebris, altera & Psaltria & meretrix fuerit. Cui quoq; Fabellæ Luciani ex mortuorũ dialogis ad hunc ferme sensum subscribit testimonium: *An & tibi forte fortuna quispiã, vt Phaoni Venus olim dicitur, cum illam traiecisset ex Chio, sic adulescens pulcer inprimis & amabilis oblatus est?*

Ex Sapphus ad Phaonem epistola, carmina præter multorum hactenus sententias enodata.

CAPVT II.

Nec mihi Pierides subeunt Dryadesve puellæ.
Nec me Thespiadum cetera turba iuuat.

Duos hosce versiculos commentarii, vnus vt notissimos, vt altioris nescio quid doctrinæ continentes enarrat alter: sed vterque (quod omni cum modestia dictum velim) tam peruerse legit quam falso (nisi fallor) interpretatur. Quid enim amabo (vt Merulam interim omiserim non multum inludentem) superstitiosa illa Domitij valet explicatio? quam ille ingeniose magis comminiscitur quã vere? Atq; vt omina demus: Quid (quæso) commercii Musis cum *Dryadibus*, nisi philosophari altius tunc Domitio visum? Quid sor-

didum illud turbæ nomen ad Musas. Quid subsequentes versiculi duo: *Vila Amynthone, vilus mihi candida Cydno? Non oculis grata est Arethusa meis.* Sed missa hæc omnia fecerimus. Quid ad hoc respondebunt, quod codices omnes Naidesue puellæ. Non *Dryades* habent? Quod & Merula fateatur, sed repugnante syllaba substitutas a se nescio quas *Dryadas* Roboreas plane deas, & syluestres non negat. Remittemus igitur illas rus vnde venere. Nos vero & ipsius Sapphus Græcis versiculis freti, & veteres codices secuti, sic legendum adfirmamus.

Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisue puellæ
Nec me Lesbiadum cetera turba iuuat.

Hæ namque fuere Tribades *Pyrino* videl. cet & *Mnaïs*, quas ipsa Sappho citet hisce versiculis. μάλα δὴ κεχαρημένως τὸν Θ', ἠμὲ πάλιν μ' ἀμορφόττερον μνάϊδος ἠὲ Πυῤῥᾶς πέλεναι. Subnectit autem qui adscripsit ἐκ τῶν Ἀλκαίου conscripsit auctor ἴσως δὲ μνᾶις αὐτὴν ἡ πυῤῥὰν ὀνομάζει κυρίως, id est, *sunt autem Mnaïs & Pyrino nomina propria.* Nominum autem priorum Tribados erit illa inflexio, quæ Græcis & Latinis vsurpatur monumentis frequens. Vt *Dido Didus, Sappho Sapphus, sic Pyrino Pyrinus.* De qua inflexione & Quintilianus & Grammatici certatim. Sed & illud *Thespiadum* quis nō videat legendum *Lesbiadum*? cum & codex vetus hoc innuat, & promta fuerit omnia deprauatib. inuersio, qui malunt cuncta corrumpere, quam sese fateri aliquid ignorare? sed super hoc nihil addam amplius, si lectorē prius rogaro, vt candide cuncta libret, nec aut quorundam auctoritate imponi sibi patiatur, aut meliora semper inueniri non posse diffidat. Quam nostram emēdationem eo magis probamus, quod Flaminius noster candidus omnium doctorum laudator, atq; idē in pangendis carminibus celebris auctor, calculum statim adposuit suum, vt iam scrupulum, quo semper fatigatus super hisce carminibus fuerit, habeat nullum.

Notæ quædam literarum ex Cælii ad Ciceronem Epist. obscuriores illuminatæ, necnon Frontini hac ipsa super re libello de aquæ ductibus correcta, atq; de Hieroglyphis Ægyptiorum literis scitu quædam digna, ibiq; Ausonii locus de Littera Lacedæmoniorum explicatus.

CAPVT III.

VIx ab Ouidio auocari æquo nos patiebamur animo, in cuius mehercle opera ad sexcentas annotationes pene, cū plus otii quietisue studiis impetrare licuerit meis, edendas, confecisseme iam nunc non tam audacter quam vere profiteri possum, cum locus vnus ex Cælii octaua ad Ciceronem Epistol. cuius initium est. *Quod M. Marcellus. N. F. me ad se vel inuitum traxit* In qua epistola sunt hæ in fronte statim adpositæ notæ D. E. R. I. C. quæ sane (vt video) sic omnes hactenus torserunt, vt cum multum in illis percipiendis insudarint, tandem velut animum desponderent, aut inenarratas relinquere, aut qui morbus iam late serpit, cum minus intelli-

intelligerent, tāquam nihili, cessasq; eraserunt. Est quidem hac tēpestate quorundam ea inscitia, dicam an insania? vt q̄ non ipsi intelligant statim immutari, statim tolli iubeant, æque ac si Censores, apud quos ne oscedo quidē tuta a mulcta fuerit omnes notare, omnibus æquū adimere, vel non adscripta caussa valeant. Nos vero quos nō isthæc prurigo vel potius rabies (vt alia sint) tenet, perquisitis diligentius multorū scriptis, aduertimus eas notas ex veterum frequentiore vsu sic adscribi sæpe solitum: quæ cum id tēporis notissimæ essent, nunc desuetudine aut obscuriores, aut superfluæ (si diis placet) æstimantur. Interpretantur autem notæ illæ ad hanc ferme rationem. D. *de.* E. *ea* R *Re.* I *ita.* C. *censuerunt*, tametsi Probus est auctor (Hunc credo, cuius Gellius libellum de notis citat) pluribus maiores nostros vsos, vt scilicet semper ita plebiscitis & senatusconsultis singulares hasce adscriberent literas. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C id est, *Quod de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ita censuerunt*: vt facile in eam sententiam veniam, quod & Cælius hasce omnes adposuerit, sed sequenti seculo a scriptoribus, quod bis repetitum videbatur, abrasum, amputatumque. Quod vitium, sed non æque tamen insigne & Frontini libellum de aquæ ductibus occupauit quibusdam in locis, quos tu ad hunc modum restituas omnes iam facilime. Atque hæc Romanæ vrbi scribendi ratio probata est, illa vero Ægypto, vt animalia depingentes quicquid vellent significarent. Prætermitto vero quæ Diodor. quæve alii quidam. Hoc dixerimus quod libello hac super re quandoque legimus sane quam admirabile, quod cum ingratum hominem notare voluissent, *Columbæ* effigiarent effigiem, quod animal hoc cum primum adoleuit matrem rostro incessere atque impetere sit solitum: sed & cum tardum, *Formicam* Vespertilionis ala contectam figurabant, quod credant Formicam nunquā inde exire quo Vespertilio semel accesserit. Sed & illud Augusti Cæsaris, *Tarde festina*, quam scite, quod *Delphinum* pernicissimum alioqui natantium, *Anchora* innexum pingebant. Sed vt de tota hac literarum ratione quæ sparsim apud auctores inueniuntur breui aliquid velut apis colligam, placet & Ausonii ad Paulinum epistola nodum illum soluere, quæ nam scilicet sit illa litera, qua Lacedęmonii Philippo Regi negarunt. Est autem carmen:

Vna fuit tantum qua respondere Lacones,
Litera, & irato Regi placuere negantes.

Tu igitur scito literam illam fuisse ȣ Græcam, q̄ nemo non vel paulo modo humanior in Græcis non significare apud Græcos nouit. Lacedæmonii namque Philippo Regi petenti nescio quid, quod præstare nollent, sic rescripserunt ἀπερήτησας ȣ, id est, *quæ petiisti non.* Plutarchus in Laconicis Apophtegmatis auctor: sed de his satis superque. Credimus enim iam & super Cælii notis, & Frontini, nec non Ausonii litera, vt dubitādum sit nequaquam, explicatum

perbelle locum. Ceterum & illud addimus veluti corollariũ, Duas illas in eadem Cæsii epistola notas. *N.* & *F. nonis Februariis* significare. Quod addidimus ne quis hoc ita quoq; attrectare ausit, vt has quoque, quemadmodum in epistolis Mediolani nuper impressis priores illas erasere, sic eradat aliquis. Nisi dixeris *Nobilis Familia* potius, quod displicet, interpretandum.

L. Flori locus a corruptorum malignitate pulcerrime vindicatus.

CAPVT. IV.

EIusdem fere notæ, quod nunc substituam erit, sed tanto maioris momenti, quantum nescio quis iam ex professoribus publicis, dum Florum impressoribus plumbeis typis formandum daret, manu propria in margine adnotauit. Vide quid sibi velit *immiscatur*. Vt facile id eueniat, quod dum credula aduiescentum turba, quæ sæpe magis homines, nomine, quam nomina hominibus expendat, auctoritate quorundam loquentium, quæ nulla esse debeat, mititur, in capitales prolabatur errores, quibus nos vt occurramus, pro viribus dabimus operam, ne cui enoma hoc, quod iam late serpit, in integras corporis grassetur partes, atque eo consilio præstandum hoc suscepimus, vt igni ferroque, quando aliter non datur, obsistamus. Est igitur apud Florum, vbi de Triumuiratu Cæsaris Antonii & Lepidi agitur, legere ad hunc ferme modum in codicibus impressis: *Senatorum exitus fœdi, truces, miserabiles. toto terrarum orbe fugientium pro indignitate rei: immiscatur Cæsar meum auiculum suum, Lepidus L. Paulum suum fratrem proscripserit.* Hactenus Florus. Annotauit igitur quidam hac in Flori parte autographo suo: Vide quid, sibi velit *immiscatur* eamque annotationẽ magni muneris loco, veluti diuinam quandam virgulam dedit, & ridicule quidem videndum admonuit, perinde ac suspicatus sit ille, esse verbi *immiscatur* id significatum, ac si diceres, permutat, quod verbum si Latine, si barbare dictum aliquando repperit, tunc ego manum de tabula: sed lectio ex duplici vetere codice, vtroque manu scripto, altero, qui in cœnobio diuæ Mariæ a caritate visitur, altero Benedicti Prunuli præceptoris olim mei, viri & humanissimi, & sanctissimi, sic restituenda. *Pro quibus quis pro indignitate rei non ingemiscat? Curo Cæsar auunculum suum: Lepidus L. Paulum proscripserit*, quæ pura, integra, aperta iã omnibus, vt arbitror, videantur. Sed & in eadem lectione paulo supra vbi legitur *apud confluentes iungunt manus, & exercitus consultant*, libentius *se consultant* legerim. Ceterũ is auctor candidissimus alioqui, non hic tantum, sed ab omni fere parte lacer, mutilus, & inuersus. Quo magis istorum requiro prudẽriam, qui epistolis in frontispicio adpositis, polliceri profligato pudore ausint, longe correctissimum, quẽ longe corruptissimum exhibeant, prodire.

Ex primo tertiæ decadis a fine libro stoicos, quod corrupte legebatur, corruptissime corrigebatur, castigatum.

Caput

CAPVT V.

VIx hac in parte vel possum, vel si possim, libet a quorundam hominum, insectatione stylum continere, cum videam quosdam tam præfracti pudoris homines, vt cuncta quidem temere audeant, nihil pensi, nihilque considerati, dummodo multa edant, habentes. Quasi vero credas, huiuscemodi homunciones summum (vt ita dixerim) eruditionis finem in eo statuere, vt quam plurima funditent, non vt quam optima pensitate emittant. Des quidem interdum his veniam, qui ingenue multa sese ignorare fateantur. Des hisce, qui si quid emendant, ratione id aliqua, si non vera, at verisimili fulcire student. At qui bonos libros peruertentes, nec quid sibi velint, quæ corrigunt, vel potius corrumpunt, satis intelligentes, omnia de se polliceantur, quique si quid annotatiunculæ somniarint, id veluti pro Apollineo haberi contendant oraculo, nec minore piaculo refragari sibi posse putant, quam si nũc ipse, qui dixit, reuiuisceret: Hi vero tanquam nihil non ausuri, εἰς κύρακας (quod aiunt Græci) reiiciendi. Quod temeritatis genus, licet ex hac Liuiana lectione, quam prisco candori (ni fallor) restituimus cuiuis coniectare. Legitur ad hunc modum apud Liuium in omnibus fere codicibus primo tertiæ decadis a fine libri: *Excito deinde Scipione Hybernis stoicosis Tarracone, Iberum rursus cedit.* Vbi cum *stoicosis* omnino corrupte legatur, quidam ex nostris professoribus, quem citra tamen nomen, paulo post tamen nominandum castigamus, adscripsit in margine, vide ne legendum sit, *hosticosis*, ab eo, quod *hosticum* dicimus, quod non sit pacatũ. Quo in loco si quem elicere potest sensum, saltem verisimilem, iam nũc haud reculo *cymbalum illum orbis*, quod ille iam de se prædicat, adpellare. Sed præterquam quod sensus inest nullus, quis verbũ hoc nisi barbarus admittat? quis Liuianæ maiestati sordidum hoc verbum adscribi ferat? Nos vero multo studio, sed & pari labore, perquisitis veteribus exemplaribus industriæ, cum tandem inciderimus in illud, quod in cœnobio diui Ioannis a viridibus Patauii custoditur, sic legendũ adserimus: *Excito deinde Scipione Hybernis, hostis cis Tarraconem, Iberum versus cedit*, vt sit sensus: *Cum audisset Hasdrubal Hybernis excitum Scipionem, statim ille, qui Iberum traiecisset, & citra Tarraconem cum exercitu tunc esset, Scipionis aduentum haud ferens Iberum versus cedit*: aliter nec verborum structura nec sensus quadrat.

De luco Martis, & antro Vulcani, ac rupibus Æoliis longe secus, ac interpretes opinentur declaratus locus.

CAPVT VI.

CVm publice in Diui Syluestri proximis hisce mensibus Iuuenalis Satyras, simul & ad Atticum epistolas enarrarem, atq; in fronte statim hæc occurrissent carmina.

Nota magis nulli domus est sua, quam mihi lucus
Martis & Æoliis vicinum rupibus antrum.

Hęsitaui (fateor) primo, quid sibi *Satyrus*, & eruditissimus, & nasutissimus per *lucum Martis*, & *Antrum Vulcani rupibus Æoliis vicinum* vellet. Et quoniam scirem, commentarios iam in illum esse quinque, libuit, quid hi in medium afferrent exquirere. Vbi statim veluti iurati testes testimonium dicerent, omnes aduertimus idem sentire. Probum tamen, quem primus Georgius Valla, vir eruditissimus dedit in lucem nescio quid voluisse dicere. Ceterum quoniam mihi, nec cum puer adhuc essem, persuaderi poterat illud, vt in eam adduceret sententiam, quod Iuuenalis is noster tantum figurationi Poeticæ voluisset indultum, vt per *lucum Martis* vrbis originem, de qua sæpe libri recitarentur, intellexisset, diligentius euoluendis, lectitandisque veterum libris dare cœpi operam. Tandem veluti fato factum ita dicas, ne locus is tam fœdus, veluti vestibulum ingressuris occurreret, incidimus in libellũ quẽdam, cui titulus est, *de vrbis Romæ regionibus*. Hunc autem libellum, cuius fertur auctor P. quidam Victor, dono mihi dederat Fabrius Varanus, præsul Cameris, vir de lingua Latina bene meritissimus, patronus vero mihi præcipue singularis. Quo nescio an quempiam aliquando in eliciendis Poetarum sensibus acutiorem: in corrigẽdis, quæ falsa & adulterina sunt, perspicaciorem dixeris. Cui quidem *insuper* tanta vel vorsa vel prorsa oratione facilitas, & copia, sed in primis vero vorsa, vt cum in multis multos vel potius omnes vincat, hac vna in re certamen tantum secum reliquum faciat. In hoc vero libello est legere. In regione quarta *Antrum Vulcani*, quemadmodum & in regione secunda *Cyclopis*, & octaua *Caci*. Quo factum est, vt ego per *lucum Martis*, & *Vulcani antrũ* auditoria intelligam, in quæ se recitaturi conferrent. Locum vero in vrbe fuisse *lucum Martis* dictum, docet Varro de lingua Latina primo his verbis: *Exquiliæ. alii has scripserunt ab excubiis dictas. Alii quod excultæ a Tullo rege essent. Huic origini magis concinunt luci vicini quod ibi lucus Fagutalis, & Larium, Querquetulanum sacellum, & lucus Martis.* Hæc Varro, quod autem dixit *vicinum rupibus Æoliis antrum*, intelligas statuam illic Æoli equestrem fuisse Colossæam in Colobo positam, de qua Probus: vt *rupes* adpellarit *statuam Colossæam*, qua figura, qui per *lucum Martis*, quæ recentiores commenti sunt, ne suspicari quidem videatur. Illud tantum addam, cum dixerit *Conuulsa marmora clamare, & assiduo ruptas lectore columnas*, eleganter admodum & acute adlusisse ad eos, qui *rupti conuulsique* Plinio in aliis dicantur, quos ob assiduum clamorem morbus is fere inuadat, quasi & marmora & columnæ idem pati viderentur nimia recitatione potuisse. Quem locum cæcutientes nos admonuit iuuenis & Græce & Latine adprime doctus Paulus de Canalis patricius Venetus, flos deli-

delibutus, vt ille de Cethego verus Poeta, quem vere, si vixerit, quod superi feliciter annuant, Phœnicem vnicum futurum spero, tam pertinax illi studium, tam acre sublimeque ingenium, tam tenax memoria, tanta præterea est morum probitas, quem nunc parcius laudare cogor, ne fortassis aut amore labi, qui certe sit quam maximus alicui videar, aut iudicio, quod omnes indifferenter amicos semper laudem. Sed dicant hi, quid lubeat, amicum enim hominem, cum præsertim vera dicam, nunquam laudare satis mihi posse videor. Neque vero in amicis, dum vere laudes, superflua vlla videri potest laus. Sed & ipse paulo post: *Cum lecta potêter erit res*, libris, quos de deorũ genealogia pene ad exitũ deduxit, an veta prior ipse dixerim significabit facile. De quo tamen iam illud succinere Propertio possum:

Cedite Romani scriptores, cedite Graii.
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Restituta in Iurisconsultorum Pandectis verba quæ deerant duo, simul & alibi luxata lectio reparata.

CAPVT VII.

ET quoniam Iurisconsultorum quoque lectio nostris hisce studiis plurimum confert, nõ alienum a re futurum arbitrati sumus, si verborum, quæ desiderantur duo in principio de origine iuris velut, amissam possessionem liberali adseruerimus manu. Sunt autem Pomponii verba hæc de iuris origine: *Hisdem temporibus & Tribunum Celerum fuisse constat. Is autem erat qui equitibus præerat, & veluti secundum locum a regibus obtinebat, quo in numero fuit reges eiiciendi.* Vbi verba hæc duo dubio procul scilicet *auctor Brutus reges eiiciendi*, desunt, aliter nec sensus, nec ordo verborum conueniat. Quod autem Brutus per ea tempora: *Tribunus Celerum* fuerit, præter alios auctores audiant Liuium ab vrbe condita primo. *Ergo ex omnibus locis vrbis in forum curritur, quo simul ventum est, præco ad Tribunum Celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat populum aduocauit.* Sed & lectio, vbi de numero magistratuum infra agitur, corrupta. Hæc enim sunt verba: *Ergo ex his omnibus Decem Tribuniple. Consules duodecim, & octo Prætores, & sex ædiles in ciuitate erant.* Vbi tu nisi diuisim legas, male legas. *Consules* scilicet *duo. Decem & octo Prætores.* Paruus hic lapsus, sed longe minoribus hic præcelleus Dux centurias subcenturiauit suas.

Carmina ex duodecimo Thebaidos, alioqui obscurissima explicata, necnon Ouidii ex metamorphoseos sexto, & Verg. Georgicon primo, præter commentatorum sententias.

CAPVT VIII.

VOcant me ad se iterum Poetæ tres linguæ nostræ columina, vt laborantib. suppetias ferã, quiq; locus quosdã vel obscuriores illuminem, vel corruptiores emendem, rogent. Quod vt præstem pro suscepti operis instituto, libenter adgredior. Carmen est ex duodecimo Thebaidos huiusmodi.

Ipſe quoque in pugnas vacuatur collis, vbi ingens
Liſuperum: Dubiis donec noua ſurgeret arbor
Rupibus, & longa refugum mare frangeret vmbra.

Cetera quidem in hiſce carminibus faciliora, ſed quid ſibi voluerit, cum dixit *refugum mare frangeret vmbra*. Hic vero Gordiano nodo nodus implicatior, qui vt non tam violente diſcindatur, quam facile diſſoluatur, abſtruſior multo, q̃ vt opificum iſtæc vulgus norit, recitanda fabula. Vt poſthac Seruio. non vſquequaq; credendum ſciant hi, quibus præter Seruii cõmentarios, nihil aliud pene legiſſe contigit. Huius autem fabellæ textum Varro ſic ſtruit. Enata forte in Athenarum arce oliua arbore, ſed & aquarum ſcaturigine mox emanante, Cecropẽ per id temporis Regem animo ad hæc prodigia obnoxio, ſane q̃ territum. Et ne futurarum forte calamitatum hæc portenta forent prænuntia, ſcitatum Apollinis oraculum, miſſos certos homines, qui & oſtenti cauſſam perquirerent & auerrũcandæ deorum iræ, ſi quid illi minitarentur oſtento, rationem diſcerent: legatis vero poſt ſciſcitationem reſpondiſſe Pythiam, iuſſiſſeque, interim bono vt eſſent animo, neque enim oſtentum ad calamitatem aliquam ſignificandam factũ, ſed deorum duorum contentione certantium inter ſe, vter eorum Athenis imponendi nominis auctor eſſe debeat. Per oleam enim *Mineruam*, per vndam *Neptunum* ſignificari. Quare integrum iam nunc Athenienſibus eſſe, vtriusDei nomine ciuitatem appellandam vellent, decernere. His a legatis Cecropi redditis, tunc vero ab illo mares, & fœminas (nam tum temporis & mulieres publicis conſultationibus intererant) ad ferenda ſuper hac re ſuffragia conuocatos. Maribus igitur pro Neptuno, fœminis pro Minerua in ſuffragia euntibus, viciſſe fœminas vna plures', & vt fere ſemper vſu venire aduertimus, vicit meliorem partem numeroſior. Hoc facto Neptunum indignatum tantam aquarum effudiſſe vim, vt Athenienſium terram omnem vna maris occuparit facies, ac vt expreſſius dicam, omnia pontus eſſet. Quem vt placarent triplici ſupplicio victrices paulo ante mulieres adfectas, vt ne quis *Athenias* eas vocaret, vt nullus naſcentum materno cenſeretur nomine, neue illarum poſt hac vlla ferret ſuffragia. Quare ſcire admodũ & eleganter, hanc innuens fabellam Papinius *frangeret*, id eſt, vinceret, *trepidum mare*, id eſt, victum Neptunum, qui erumpere aquam iuſſerat, *longa vmbra*, hoc eſt, oliua victrice, quam victrix excitarat Pallas: Dixit. Neque enim Seruio eruditiſſimo adſentiar Grammatico, qui Georgicon libro primo ait: *Hac in contentione equum a Neptuno, dum terram percuſſiſſet, excitatum*, quod nuſquã ſit (quantum meminiſſe valeam) legere. neque enim in hac equum contentione ſed in terra Thracia, cum ſcopulũ percuſſiſſet, quem *primam tellurem* a Vergilio nuncupatam crediderim, enatum equũ ſcriptũ inuenimus. Quare falluntur illi (vt opinor) qui de Atticæ terræ vetuſtate

tustate hac in parte sensisse vatem eminentissimum suspicati sunt. Quod si Nasonis ex metamorphoseos sexto quis in me carmen citet, citet is, qui in corruptum exemplar inciderit. Sic. n. carmen illud omnes hactenus & legerũt, & interpretati sunt *Medioq; e vulnere saxi Exsiliuisse ferum*, cum *fretum* legẽdum sit Quod ab eo saltem, qui prorsa oratione fabulas complexus est, didicisse potuerãt. Qui siue is Donatus, siue quiuis alius *fretum* apud Ouidium non *ferum* legit, cum ad hunc modum ille. *Itaq; tellæ suæ intexuit contentionem Athenarum, inter se Neptunumque habitam, qui lacu salso in arce edito, suam possessionem vindicabat.* Hæc ille. Quibus verbis datur intelligi, quod *fretum* non *ferum* legerit, neq; n. tam vecordem illum fore verisimile fit, vt ab Ouidio dissentiret, quem præ manibus tunc haberet. Sed & auctor is, qui de agricultura multa collegit, salsam aquam in hac contentione, non equum excitatum tradit.

Complures sublatæ mendæ ex Digestorum libro, id est, de iuris origine, ibiq; corruptissima dictio de ædilitio edicto restituta, declaratusque Gellius super eadem dictione.

CAPVT IX.

CEterum tantum abest, vt pompæ hac in parte studere aut potuerim, aut voluerim, vt cum decem Centurias explere, sed honestiore fortassis exemplo, quam alii quidam, qui studii hoc tractarunt genus licuerit, quamplurimos hostes vna eademque acie placuerit profligare, ne per partes hostem insectando, & plus temporis insumam, & memet magis fatigem. Corriges igitur primo de origine iuris, vbi de Symphronio agitur σοφὸν pro *sophin*. Sed & paulo infra, vbi de P. Rutilio agitur, & particula superfluit, verba autem adposuimus, vt difficultatis minus sedulo occurrat lectori: *Ab his profecti sunt* (inquit) *Publius Rutilius, & Rufus, qui Romæ consul, & Asiæ pro Consule fuit. Paulus Verginius, & Quintus Tubero ille stoicus Pansæ auditor.* Vbi *Publius Rutilius Rufus* iunctim legendum Is autem ille est *Rutilius*, qui in exsiliũ Publicanorum, quos in Asia pro consulem offenderat, factione pulsus, cum redire posset, noluit, quo quidem iudicio Respub. pene conuulsa fuit, Panætii in stoicis auditor, in quibus multum profecit. Quare non absolutus omnino Orator habitus, quod illa disciplina a Forensi tota illa dictione abhorrere quodammodo videatur, vt suis tantum parietibus inclusa, in vmbra degere contenta videri possit. Habuit is quidem vehemens ingenium, & acre, vt cum repulsam a Scauro in consulatu tulisset, designatum illum consulem ambitus reum egerit, sed postea absolutus Scaurus, Rutilium in iudicium vocauit, magnum de iure respondendi munus sustinuit, qua in parte multum lacertorum quoque in dicendo habuisse existimatus est cum alioqui ieiunus & minus corporis minusq; coloris haberet,

Tantæ vero seueritatis vir, vt a publicanis arcessitus in iudicium, lumina tunc Rom. fori Crassum scilicet, & Antonium adhibere noluerit, vix passus vt Cotta sororis filius, adulescens adhuc pro se diceret. Diceret & Mutius enucleate ille quidem, & presse pro more. sed nequaquam ad cauſſam. Dixit tandem vehementer & copiose ipso pro se extremus omnium. Vnde Ouidii illud: *Nec graue magnanimi robur mirare Rutili*, quod scilicet ab exilio reuocatus in patriam redire renuit. Et Epigrammatarius Poeta: *Fama Rutilium sua relinquas* De quo Asconius quoque & Valerius Maximus. Sed & Senecæ epistolarum libro tertio verba libet subnectere: *Damnationem suam sic tulit Rutilius, tanquam illi molestum nihil aliud esset, quam q male iudicaretur. Exsilium Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter, Alter vt rediret Reipub. prastitit, alter reditum suum Sylla negauit.* Quoniã autẽ ille Tubero vt hoc quoq; obiter absoluam, quem *stoicum* Pomponius appellat, non is est, a quo Ligarius reus actus, sed L. Pauli Macedonici ex filia nepos, vita seuerus & moribus, & pro disciplina quam, coluit *stoica* durior, infensus, quod Gracchi in illum oratio indicat. ed hæc fuerint esto missilia quæ vulgus quoq; vt leuiora susciat. In quæ tamen veluti pictorum parerga, si tempestiuis modo digressionibus vtare, non alienum quandoque sit diuertisse, vt cum intra senatoria & equestria nobilior spatio ceciderit, habeant & popularia ipsa quibus principis largitio iucundior cunctis fiat. Verum ad rem. Corrigito & infra *Lucilius Balbus*, vbi *Balbus Lucius*, & vbi de *Seruio* agitur & *respondisse* scriptum est, tu vide ne *respondentem* melius. Quid & illud qualis error? quod vbi *pater Cæcinna* legẽdum est, *Patercina* legitur, de quo Cicero in epistolis, sed & Seneca tertio naturalium quæstionum: *Facundus hercle vir Cæcinna si habuisset aliquando in eloquentia nomen, & nisi Ciceronis eum præcidisset vmbra.* *Filii* autem Plin. (vt arbitror) decimo meminit his verbis, capite de hirundinibus: *Cæcinna Volaterranus equestris ordinis quadrigarũ dominus, comprehensas in vrbem secũ adferens victoriæ nuntias, amicũ mittebat, in eundem nidum remeantes, illito victoriæ colore.* Ceterum hæc & his similia innumerabilia. Nihil enim crediderim ex supellectile hac libraria, quæ Gothicæ superfuit inũdationi, corruptius hisce Digestorum libris inueniri. Quale quoque sit hoc quod de ædilitio edicto in hæc verba legitur: *Quæsitum est an Balbus & Blesus, & an Tripus, isque qui tardius loquitur & Varrus & Varicus sanus sit, & opinor eos esse sanos.* Cetera quidem haud sane difficilia, sed quid sibi *& an Tripus*, velit ne Apollo quidem, (vt inquit Accursius quandoque) soluerit, quæ dictio corrupte quoque, sed minus aliquanto in noctium Atticarũ Gellii quarto legitur, nam *Athiphu* Gellius, nos vero *Aphthiphum* emendamus. *Aphthæ* enim sunt, quas non aliter fere Plinius quam *oris vlcera* in infantibus nuncupat: *Alioscit hu summa cute lingua tonsilla.* Columella: *Et a gingiuã incipien-*

incipientes, ad vuam fauceſque deſcendunt. Sunt & alia oris vlcera ſed minus vtique ſæua, atque in adultis maxime. Vnde *Aphthophum* eleganter illum adpellauit Iuriſconſultus, qui *aphthis*, hoc eſt, vlceribus laboraret, quæ lectio iam doctiſſimo cuique (ni fallor) adprobabitur. Reliquos namque (vt ille inquit) nauci facio.

Quod Græcum non Græcchus, ſcribendum ſit, & vnde nominis originatio facta, & alia quædam perpulcra.

CAPVT X.

MVlta hac noſtra tempeſtate ſunt, quæ vitioſe vel proferant omnes fere, vel ſcribant. Namque vt interim omiſerim, quod *quotidie* non *cotidie* Quintiliano, Victorino, Priſciano, veteribus codicibus ſcribimus, quod *coniunx*, potius quam *coniux*. Quotuſquiſque nunc *Græcchum* cum aſpiratione non ſcribit? At togatorum ille omnium eruditiſſimus exiliter ſcribendum docuit, qui quare *Græci* dicti fuerint, hiſtoriam quoq; ſcitu dignam alioqui, & inuentu raram commemorat: *Mater enim* (inquit) *illius qui prius dictus eſt, Græcus duodecim menſes filium geſtauit, quare quod legitimum partionis tempus ſuper greſſa ſit, eumque diutius quam ſit grauidarum mulierum mos, geſſerit partum, Græcum a geſtando nominarunt. Pulcer* præterquam idem Varro citra aſpirationem ſcribendum admonuit, & exiliter quoque pronuntiandum cenſuit, ſic namque & Latini ſermonis exigit ratio, ne videlicet hæc dictio aduerſus Latini ſermonis naturam aſpiretur vna. *Paullum* quoque & *pauſillum* duobus illud ſcribendum ille docuit, cum prima horum poſitio duplici hac enuntietur litera, vt pollum & pſillum. *Demtus, ſumtus, comtus*, ſuperuacuo p videntur adſumſiſſe, cum *ſumo, demo, como*, vnde illa participia, nequaquã p habeant Quod ſi *Ruptum* quis opponat, ſciat ille in *rumpo* p eſſe. Sed de his ſatis, locum enim ſuum, & hæc ſibi vindicabunt, cum plus otii, & temporis adiſtæc diſcutienda ſuperabit.

Qua ſit virgo Æolia quam iniuuencum mutatus cognouerit Neptunus ex Ouidii ſexto.

CAPVT. XI.

COmplures licet hoc tempore reperias homines, qui cum fabulam aliquam abſtruſiorem ignorent, haud magni id eſſe momenti, quod neſciant, quæ ſuæ ſint peculiariter profeſſionis, clament. Eoſdem rurſus, ſi in quam forte vel frequentiorem inciderint, de repente triſtam (quod aiunt) tollere, & cantum ſentias, quaſi a ſe glorientur illud inuentum, quod ſi reperiſſet alius haud magnifaciendum diſſimularent. Verum meo iudicio tam neceſſariam in hiſce ſtudiis fabularum cognitionem contenderim, quam viuentibus & ſolis lumen, & aeris ſplendorem. Quis n. non videat vel hoc Ouidiano carmine, quod in Metamor. legas ſexto, non plane ſatisfactum ſibi ab aliquo, niſi fabellam copioſius ex aliis auctoribus narret ille? Carmen autem eſt huiuſmodi:

Mnemosynen pastor, varias Deolida serpens,
Te quoque mutatum toruo Neptuno iuuenco.

Virgine in Æolia posuit. Vbi tu in superiore carmine *Deoida* lege, & Proserpinam intellige ἀπὸ τῆς θηοῦς hoc est, a *Cerere*, quam in serpentem mutatus vitiarit Iupiter, vt auctor Eusebius, & Ausonius. Verum de hac plura alias Nunc ad *Æoliam virginem* redeamus, quam quæ nam fuerit interpres ignorare se fatetur. *Virginem* autem *Æoliam Arnen* Æoli filiam a Neptuno compressam intelligo, ex Diodori bibliotheces quinto, qui scribit a Neptuno vitiatam inscio patre virginem. Quod cum rescisset pater, indignatus, puellam Metapontino cuidam tradidit hospiti, vt Metapontum illam deferret, quo delata puella, geminos peperit *Æolum* scilicet, & *Bœotum*, quem *Bœotum* dixit, quod intra stabulum iecerit statim infantem natũ *Arne*. Quod igitur inter boues fuerit nutritus, (nam βοῦν Græci, Latini bouem) *Cootus & Bœotus* postea dictus, vt Euphorion est auctor: τὸν ῥὰ ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκε μητὴρ. βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε, τὸ γὰρ καλέουσι βότυρες ὅτι ῥὰ πατρώῃσι βοῶν ἀπέθηκε τὸ κόπροις. Qui filii mox a *Metapontino* adoptati: cum adoleuissent seditione facta liberæ vrbis libertatem inuasere, verũ non multo post abire coacti, Æolus quidem Tyrrheni maris insulas tenuit, & Æolicas postea de suo nuncupatas nomine: Bœotus vero ad auum reuersus Æolum, cum ab illius obitu auitũ tenuisset imperiũ, subiectam quidem regionem de matris nomine *Arnen*, populos de sua *Bœotos* dixit. Fuit vero & Bœotiæ oppidũ *Arne* nomine. Lycophronis autem interpres Isacius, *Arnen* nutricem facit Neptuni cum hac fabella, quam & apud alios auctores Græcos inuenio, quod dum Saturnus Neptunum perscrutaretur filium, negasset *Arne*, se scire vbinam gentium esset, quo facto quæ ante *Sinorssa* dicebatur, *Arne*, ἀπὸ τοῦ ἀρνεῖσθαι, id est, a negãdo dicta aqua postea, vt diximus, oppidũ dictum, cuius & Homerus secundo, & Lycophron meminit. Stephanus quoque hanc Æoli filiam facit Sunt tamen qui a multitudine agnorum *Arnen* oppidum dictum putent, quemadmodũ Crates est auctor, vt Cos quoque insula a pecudum copia denominata sit, Cates. n. qui aliquando insulas eas tenuere, κῶν pecudem dicunt. Illud præterea visum addere, duos præstantissimos auctores, Latinum vnum, Græcum alterum, Varronem scilicet & Strabonem, non Arnen hanc, sed Menalippen dicere, quo nomine matrem Arnes faciat Diodorus. Atqui Strabonis hæc sunt, vbi de Metaponto tractat, verba: *Hic sane de Metaponto & Menalippe in vinculis coniecta & eius nato Bœoto multa fabulatur.* Quamuis & Archilopi & Asii Poetarum testimonia, Indii Regis regia natum Bœotum videanturinnuere. Varro autem ex secundo de re rustica: *Hunc esse* (de bubus loquens inquit) *qui filios Neptuni & Menalippes seruarit, ne in stabulo infantes grex boũ obtereret.* Hactenus Varro. Quod vnde-

vndecunque eruditissimi viri testimonium, videatur id significare, inde datum fabulæ locum, a Neptuno in bouem verso, compressam *Menalippen*. Illud non prætermittendum, quatuor oppida *Arnas* dicta, sed hanc *Bœotiam* Herodiano *Tarnas* quandoque dici posse visum.

Ex Valerii Maximi sexto emendata lectio, atq; inibi de Charonda Legumlatore & eius legibus scitu digna recitata complura.

CAPVT XII.

VAlerii Maximi dictorum & factorum memorabilium libros nouem, Aldus noster, vir de vtraq; lingua, opera, & diligentia imprimendi bene meritissimus, nostro emendatos studio, necnon eius industria, nuper ex Academia edidit. Hosce nemo non & rerum varietate suauissimos, & exemplis tum nostratibus, tum alienigenis vtilissimos fatetur: sed esse multa in illis, quibus quãdoque vel historiarum obscuritate, vel codicum depravatione, lectoris interdum auocetur animus & præsertim diligentioris, quale sit hoc, quod tractandum nobis, pulcerrimum. Legitur in omnibus codicibus ex eius exemplorum libro sexto capite de iustitia ad hunc modum: *Sed aliquanto Charonda Tyrii prafrictior & abscissior iustitia.* Quem locum cum emendare vellem, subdubitaui primum, an corrupta foret lectio. Mox mecum quinam *Charondas* is fuerit agitare cœpi ex bibliotheces Diodori duodecimo. Lectionem nunc emendandam ita censemus, vt *Charonda Thurii a Thuriis Italiæ oppido*, quam olim Athenienses Coloniam deduxerunt, legas. De cuius vita, & legibus, quoniam pulcerrima sumus arbitrati, quæ velut in album nostrarum Racemationum venirent, quam breuissimis res hæc clarissima percurri poterit, explicabimus. Quod si cui latius quoque quam polliciti sumus, euagari videbitur oratio, compenset & rerum pulcritudine quas adscribimus & vtilitate. Sic enim studuimus, quantum per hosce octo dies temporis ab hisce librorum mancipibus impetrare ad elucubrandum potuimus, vt nihil hîc vulgare, nihil tritum, nihil ab aliis, qui huiusce modi teneantur studio, scriptum, nihil denique nisi de bonis auctoribus depromtum, quod & rarissime apud illos inueniatur, exstet: *Elegerunt igitur* (inquit Diodorus) *Thurii legumlatorem, virum præ ceteris scientia celebrem Charondam nomine, qui cum diligentius animo pertractasset omnium legumlatorum, qui antea floruerant leges ex illis optimas quasq; seligens, plures autem ex sese excogitans, tandem leges, Thuriis dedit.* Quarum nonnullas celebriores quod plurimum fructus, & vsus, adlaturas his, qui isthæc aliquando legerint, sum ratus, operæ pretium facturum me credidi, si illas legentium oculis subiicerem. Primum igitur hos, qui nouercam liberis superinduxissent, sic reiecit, vt ne ad Reipub. gubernacula rectoribus illis patria veteretur vnquam. Qui enim fieri po-

reſt, vt ſi tibi priuatim male conſulas, patriæ, publice bene conſu-luiſſe valeas? illud identidem Comici Philemonis vſurpans qui di-ceret: *quod vt admiratione non adficiebatur, ſi quis ſemel male eſſet ingreſſus, ſed ſi quis iterum: ſic non eum, qui ſemel vxorem duceret, ſed qui poſt amiſſam vnam, alteram expeteret, damnare, improbareque, cum multo ſatius te iterum mari, quam mulieri poſſis credere.* In calumniatores vero, eam excogitauit legem, vt breui pro miracu-lo haberetur, ſi quem apud *Thurios* huius inſtituti reperiſſes ho-minem. Deprenſos enim illos iubebat myrtho coronatos, per to-tum deambulare oppidum, vt monſtrabiles omnibus facti, pro monſtro poſtmodum viuerent. Quo ſupplicii genere vno, altero-ve adfecto, factum eſt, vt violentas ſibimet intulerint manus da-mnati, vſque adeo graue viſum illis, myrtea corolla cinctos tem-pora deambulare. Quare ignominiæ non patientes, fortiter in ſe aliquid admittere, quam turpiter viuere ſatius ducebant, ſic con-tigit vt quæ referta antea foret ciuitas terrima hac hominum peſte breui liberata, felicissime degeret. Quæ ſi nunc lex eſſet, ſi-quis ille vetus pudor, non verendum, pauciores his temporibus, quibus iam omnia pullulant, inuentum iri calumniatores. Sed qualis illa (Dii boni) quam de malorum vitanda conſuetudine tu litis admirabilis ſane & memoriæ penitus infigenda præcordiis. Sæpe namque cum vſu veniat, vt bonus quis ſuopte ingenio, malo-rum conſuetudine malus euadat (vt enim peſtilentia corpora, ſic malorum conſuetudo, qua verbis, qua facto, animos inficit) pro-num enim in peius hominum ſemper ingenium (allicientibus fa-cile voluptatibus, atque ineſcantibus) volens hæc omnia porro fugari, primum improborum ſtatim amicitiæ renuntiari iuſſit. Graues inſuper pœnas lege ſanxit, ſiquis aliquando cum malis conſuetudinem miſſet, aut initam non ſtatim diſcidiſſet. Publico præterea ſtipendio præceptores complures conducendos cura-uit, quibus adoleſcentes & literis, & bonis moribus excolerent. Quod ita ſentiret (atque id rectiſſime) literatis & bonis præceptoribus, plus nos quam parentibus, quam patriæ, quam naturæ debere. His enim tantum quod viuimus debere nos, illis, quod literis quib. bene beateq; homines viuant, imbuant multo maxime: literæ enim ſine quam neceſſariæ, & longe vtiliſſimæ, quod mortui hac ratione a mortalitate vindicantur. Quod præſentes (tametſi longe ab-ſint amici) quodammodo faciamus. Atq; vt animorũ medicos, ſic corporũ accersi publice, ſalariiſq; honeſtioribus honeſtari voluit. Vt præterea cognati a matre pupillorum ſuſciperent educationem; a patre pecunias adminiſtrarent, inſtituit. A matre nanq; cognatos ſi morerentur pupilli, cum nequaquam hereditatem ſe adituros ſeparare poſſint, pupillos non inſidiaturos. A patre vero ad inſi-dias prolabi, non poſſe, cum cuſtodiam corporis non habeant quod ſi morbo cõtigerit pupillos mori, hoc ſcilicet tanto illos re-

ctius dispensaturos pecunias, quarum se dominos aliquando fore sperent. Sed & legem in hos, qui aut locum ab Imperatore sibi cõmissum deseruissent, aut pro patria suscipere arma noluissent prudentissime tulit huiusmodi: Hos nanque homines non alia plectendos pœna quam ignominiosa censuit, vt ter scilicet in die, per fora muliebres induti vestes deambularẽt, quo tanto dedecore ciues detertiti, mortem celerẽ ignominiosæ anteferrent vitæ. Has sane *Charondas* sapientissime visus excogitasse leges. Sed quale illud consilium, quo, nequando quis dissoluere suas auderet leges, sane quam admirabili cauit: statuit enim vt siquis legum a se latarum alicuius emendationem introducere vellet, is aduocata populi concione primum omnium laqueo collum innecteret, qui si vel corrigendam, vel dissoluendam persuasisset legem, liber abiret, sin minus, præpostera laquei morte, vitam finiret. Quo sane accidit, vt per tot annos quot postea *Thurii* floruerunt ad Diodori vsque tempora, tres tantum emendatæ sint. Qui hominum euentus quoniam scitu dignissimi visi sunt, breuibus explicandos duxi. Luscus quidam, iniuria alterius ciuis alterũ qui superarat, oculum amisit: lege autem sic sanciente, vt talionis pœna plecteretur reus, priuatus est oculo, qui iniuriam intulerat, vno: hoc cum grauiter ferret luscus, vt qui sese vtroque, illum vero, qui iniuriam intulerat, altero tantum priuatum cogitaret, populi concionem, vt legem emendaret, magno quidem cogit ausu. Qua in causa, cum & amissorum oculorum orbitas obuersaretur animo, & imminentis timor interitus, magis solicitum redderet, sic eloquẽs adparuit cęcus, vt partim calamitate, partim commiseratione moti iudices, quod colli iam laqueo innexuerat, emẽdandam hac ratione censuerint legem, vt qui iniuriam intulerat, vtroq; & ipse priuaretur lumine. Secũda vero illa lex fuit. Mulier si quando a marito diuortiũ facere voluerit, cuicunq; præoptarit viro, nubito. Mulier quædam a marito facto diuortio iuniori nupsit. Id acerbe ferens maritus, vt lex emẽdaretur, *vel mortis optione tentare potuit*. Cum igitur adcusasset vxorem, cum acerbius in mulierũ incontinẽtiam esset inuectus, addens illud fore, vt nisi cauerent, mulieres omnes senioris mariti relicto cubili, iunioris quærerent, tãdem suo quisq; malo territus, ita legem emendandã censuit, vt eatenus a maritis abirent, quatenus iuniori nõ nuberent, neque contra maritus priore repudiata, viridiorem duceret. Hoc statim facto decreto vxor domitionem iterũ ad priorem capessit maritum, sed & tertio quoq; lex emendata est. Atq; hæc quidem de *Charonda* legib. dicta sufficiant. De illius vero interitu, quod eadem Diodorus, plura dicere supersedeo. Ceterum illud adnotatum velim, hoc mortis quoque genus Diocli cuidam Legum latori Syracusio adscribi.

Quis Taurominium Siculis condidit oppidum vndeue hoc nomen oppido inditum.

CAPVT XIII.

IMmoratus Italicis rebus longius animus, ad Siculas non grauato iam transeat, cū præsertim, quod dicturus sum, breuius quidem, sed pari & claritate & raritate apud historicos sit monumētum. Quem fortasse *Charondæ Turii*, & leges, & exitus legentem plurimum delectarunt, delectabit & illum quoque (ni fallor) & *Tauromini Sicuti* oppidi constructionis non iniucundam relationem simul & nominis accipientem caussam. Idem igitur Diodorus Bibliotheces sextodecimo suæ est auctor, quod C. v. Olympiadis anno tertio, Timæi Historici pater Andromachus, diuitiis & animi dotibus præ ceteris Siculis præstans, coegit ex euersa a Dionysio Naxo tantæ reliquias cladis omnes Naxios. Insessō autem non longe a Naxo tumulo, qui *Taurus* dicebatur, quod formam taurino capiti fere similem præ se ferret, cum diutius eum tenuisset, tandem in vrbis faciem tumulum redegisse, & ἀπὸ τῦ τωμᾶ, hoc est, *tauro* κὴ μορῆς, id est, mansione *Tauromitium* nuncupatum, quod oppidum postea pulsis veteribus incolis, Cæsar dictator Coloniam Romanam fecit.

Quis Cotys Thraciæ Rex fuerit, ibiq; Valerius Maximus emendatus, & apud Ouidium ex 2. libro de Ponto explicatus Epistola sensus.

CAPVT XIV.

VElles ad tantum librorum factam iacturam, quantam Gothica illa tempestate audiuimus, fragmenta, quę superfuere, non corrosa, non semilacera, nō manca, sed synceritatem aliquam saltem testantia transmissa: faciliora enim multo ex integra auctorum lectione, si non copia, multa fierent: sed quoniam conclamata semel re, quicquid doloris, quicquid lacrymarum impendas, impendas frustra: Nunc ad cingendum omnibus præsertim & ope & animo studiosis, ne debacchari desæuireque tantum procellæ vlterius patiantur. Quod facile fiet, si huic potissimum studiorum addicti parti, tentabunt pro viribus, ne suffragium penitus feciſſe videamur. Ceterum tametsi tempestas hæc per omnia fere membra ita grassata sit, vt nihil pene integrum reliquerit, eam præcipue tamen partem vexauit, quæ vitorum vel mulierum contineret nomina, quasi credas barbaros illos hoc præcipue molitos, vt pro genuinis Græcis & Latinis, barbara illa inuiti in penum reciperemus nostram, quod cum alias perspexerim, maxime vero cum Valerii Maximi libros interpretarer cognoui, vbi enim *Cotys* legendum, *Codri* reposuerant, reclamante historiarum omnium fide. Verba sunt Valerii ex tertio, capite de *fiducia sui*, qua in parte de externis agitur: *Capax generosi spiritus illud quoq; dictum regis Codri: Vt enim ab Athenienſibus ciuitatem ſibi datam cognouit, & ego inquit illis meam gentis ius dabo, æquauit Athenis Thraciam.* Hactenus ille. Nos vero cum primum in lectionem incidimus, statim corruptam dictionem suboluit. Vt enim Athenienſium Regem

Codrum

Codrum legeram. Sic Thraciæ nullum (quod sciram) legisse memineram. Quare *Cotym* pro *Codro* reponendum quamprimum visum est. Quod vt facerem, inclinatum iam satis sponte mea impulit, quamuis non nihil adhuc penderem animi codex manu scriptus, vetustatis mediæ, M. Antonii Contareni, cuius vetusti codicis lectione freti, *Cotys* emendandum puto, de quo Thucydides. Sed & Diodorus, 16. cuiusdam *Cotys* Thraciæ regis meminit. Suidas vero ad hanc ferme sententiam: *Cotys*, inquit, *Thracia Rex annis 24. regnum tenuit, delitiis primum ille quidem, & luxu abundans, rerum vero incremento mirabili repente elatus, cum omnia illi ex sententia cederent, sanus & sanguinarius mox redditus, & vxorem, ex qua tam liberos suscitarat, media a vulua secandam iussarat.* Suidæ quidem hactenus testimonium. Ab hoc igitur *Coty* crediderim stemma illius deduci *Cotys*, ad quem ingeniosissimi Poetæ, ex secundo de Ponto graphice exstat Epistola conscripta, cuius initium tale:

Regia progenies cui nobilitatis origo,
Nomen in Eumolpi peruenit vsq; Coty.

Vt *Coty* sit vocandi casus, qui originem habuerit ab *Eumolpo* Musæi filio, & ipso Thrace, quamuis Pausanias in rebus Atticis, Neptuni illum & Chiones filium faciat, de quo quædam si libuerit, petas licet. Illud obiter annotarim, multos in Thracia fuisse reges hoc nomine, vt videri possit illud, eos quemadmodum apud Romanos Cæsares dicerentur Imperatores, sic *Cotyas* semper dictos. Nam & Tranquillus *Cotysonem* Ceterarum Regem facit. Sed & Horatius, *Occidit regis Cotysonis agmen*, cecinit, vt iam non vereadum sit, tantis præsertim testibus *Cotym* legendum.

Plinius in fine quarti castigatus, vbi de Gadiris est mentio, de quibus quædam etiam adduntur non ingrata.

CAPVT XV.

INgratus mediusfidius (ne dicam impiũ) iure dici possim, si Plinium amasium meum (vt de Homero Arcesilas dicere solitus) meas delitias, sed nõ meas tantum verum, & doctissimi cuiusq;, & ipsum inquam, huic velut albo iudiciario non adderem. In quo tametsi Barbarus Hermolaus, vir sine fine laudatus multum laborarit, plus insudarit, plurimum vero veræ laudis reportarit, fateatur tamen ingenue multa adhuc esse ampliare, de pluribus non statuere, in quibusdam doctos excitare, cuius sententiam nos quoque vt dicto audiẽtes ciues, cum optimum principem habeamus, non possumus non sequi, non amplecti. Quocirca locum in Plinio, partim ab ipso prætermissum emendamus, partim differenter correctũ, quibusdam veluti fulturis substentamus. Vt interim tamen addamus quædam varia, quibus languentis lectoris reficiatur animus. Caput est Plinianum tertium & vigesimum quarti lib. vbi de Gadibus tractat, sic habens: *Maiorem Timæus Potuisse am-*

puteis vocitatam ait, Nostri Tarteron adpellant, quam Pœni adpellauerunt Gadiritam. Pœonica diruta Punica lingua septa significante. Nos vero primum Stephano, Geographo omnibus: *Tartesson* pro *Tartero* corrigimus, sequentem deinde particulam sic. *Pœni Gadira.* Nam Gadira Punica lingua sepem significant. Moueor quod auctor nullum, vel Græcus, vel Latinus quod legerim *Gadirutam*, sed *Gadira* media producta neutro genere, multitudinis numero dicit. Aut vt Eratosthenes & Eustathius *Gadira* muliebri, vnitatis numero. Cum vero ex *Tam* in *Nam* facilis sit mutatio, nemo non perspiciat *Nam* legendum, vt rationis subsequentia verba vim habeant: Quamuis Auienus, qui & ipse post Ciceronem & Germanicum Aratæa transtulit, *Gadir* quandoque, vt illo quoque carmine: *Hic modus est orbis Gadir locus*: sed vt vno testimonio cuncta corroborem, carmen Auieni super hoc loco copiosum adponam:

Gadir prima fretum solida supereminet arce,
Attollitq; caput geminis inserta columnis.
Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco
Tartessumq;, dehinc Tyrii dixere coloni.
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat
Pœnus quippe Gadir nobis vocat vndiq; septum.

Sed & sequenti libello de ora maritima:

Hic Gadir vrbs est dicta Tartessus prius

Et infra: *Gadir hic est oppidum*
Nam Punicorum lingua conseptum locum
Gadir vocabat, ipsa Tartessus prius.

Quæ viri eruditissimi testimonia iam faciunt, vt opinor, lectionē ꝓbabilem nostram Dicta autem *Gadira* Eustathio in Dionysium, quasi γῆς δεῖρα, id est, *terræ ceruicē* propter angustias. Illud scitu dignum, ꝙ Ælianus libro de prouidentia, memoriæ scriptum reliquit, Gadibus aras fuisse anno & mēsi erectas, in honorē, s. longioris & breuioris temporis. Fuisse & senectæ ætati, propterea ꝙ ætas illa multatū sit rerum scientia, sed & morti statutū puluinar in honorem communis omniū quietis. Habuit & paupertas aram, habuerunt & artes, ꝙ illa quidem in bonis morib. homines detineat: hæ vero industrios faciāt, vt iam paupertatis id propriū esse noris quod bonos reddat homines, vt & Aristophanes hinc potissimum laudes huiusce Deæ, non tam multas quam veras dederit. Quod vero *Cotinusa* dicta sit, ab oleastri copia nil mirū, cum & *Ericusa* ἀπὸ τῶν ἐρικῶν & *Rhamnunta* terræ Atticæ pagum celebrem ἀπὸ ῥαμνῶν, id est, a virgultis spinosis, & *Cerasunta* a cerasis dictam scimus, quin & *Myrthinusia* a myrthorum copia dicti.

Fabellæ tres perquam elegantes, de Myrtho vna, de Pinu altera, de Dabhne tertia, Latinitate donatæ.

CAPVT XVI.

LEgebam nuper quos superiorib. dieb. de librario redemeram libros, totius fere agriculturæ rationem Græce cōplectentes.

Hosce Græcus homo nescio quis, ex multis multorum libris tum Græcis, tum Latinis, diligenter sane, & ingenue in vnũ redegit corpus. In quib. cum fabellas duas, de *Myrto* vnã, de *Pinu* alterã, summa cũ voluptate legissem, visum est eas Latinitate meo studio donatas ne soli mihi, quicquid illud voluptatis fuit, cepisse videret. Prior quidẽ huiusmodi Fuit (aiunt) Attica puella *Myrsine* nomine, puellas omnes pulcritudine, iuuenes omnes robore facile vincens. Coluit hæc præ ceteris Dianam, coluit & hanc præ ceteris Diana, nullũ huic vnquam otiũ, quies nulla, palæstræ illam vel curricula, si quæreres, semper habebant. In quib. dum sæpe cõtendit, id factũ est, vt aliorũ victores Palæstritæ cursoresq; sub illa victrice caderẽt. Peperit illi, vt fere fit, inuidiam virtus, ægre ferentibus iuuenibus si tot viros puella vna vinceret, quare insidiis exceptam interficiunt, interfectam terræ condunt sed nõ immemor amoris Diana, cum illã in arbusculam sui cõmutasset nominis, vt antea olea, sic postea myrto coronari voluit. Nũc absoluta vna, restat altera: Pitym puellam formosissimã inpatientissime, inpatientissimi amoris riuales duo Dei, *Pan* & *Boreas* adamabãt. Dari eam sibi semicaper Deus, dari illã sibi Thrax instabat *Boreas*. Puella *Pana* potius, quam *Boreã*, si libera detur optio, malle. *Pani* vero cum mox adhæsisset *Pitys*, impatiens (vt amantium fere sors) repulsæ *Boreas*, deprensam fore solam spatioso campo, saxo adlidit infeliciter moribundam. Eam *Tellus* intra gremium exceptam in arborem cognominem cõmutauit, ex cuius postea ramusculis tẽpora semper præcinctus spectatus est *Arcas Deus*. Animaduertas autem licet, ꝙ spirante Borea, collacrymet identidẽ & *pinus*, tanquam dicas iniuriæ tunc meminisse præcipue. Sufficiebant quidẽ hæ duæ, sed scholastica lege tertia quoq; subnectẽda fabella: hanc vero ex Arcadicis Pausaniæ rebus excerpsimus. Oenomao Pisæ Regi *Leucippus* erat filius, is visa *Daphnes* pulcritudine ocyus in eius exarsit cupidinẽ: sed cum *Daphne* præcipue mares auersaretur, excogitat huiuscemodi consiliũ cuncta superãs amor: Comam primũ Alphæo nutrire incipit, nutritã deinde promissiorem. in muliebrẽ ornatũ excolit, muliebres postmodum vestes indutus, eo vultu *Daphne* sese adsociat, vt visam dubio ꝓcul puellã formosissimã iurares. Persuasa vero *Daphne* facile, tanq̃ *Oenomai* foret filia, admittitur promte *Leucippus* puella creditus, cũ præsertim & nobilitas generis, & venustas corporis, & in venatione agilitas, & in exsequẽdis reb. strenuitas, summã apud omnes beneuolentiã cõciliarent. Quib. rebus præ ceteris iã familiarior cariorq; indies *Daphne* fieri. Verum diuturna felicitas nulla. Apollo etenim dũ tãtũ amoris *Leucippo* inuidet, iniecit *Daphnes* animo, vt Ladoni sese cũ reliquo Nympharũ mersaret grege, quod vt illa libẽtius faceret, deduxit eam iam lõgiore venatione fessam, cum sol altissimus foret in eam fluminis partem, vbi blãdo aquarũ susurro, crepitantibus suauiore foliis aura, & dulce vernantibus

auibus gutture, puellę facilius adlectaret animum. Nulla fit mora, vitreis aquis inuitantibus Nympharum cœtum, exſpoliant ſeſe omnes, vorticoſo deinde gurgite innatantibus certatim Nymphis, vnus tergiuerſari Leucippus, & qui antea primus obiret omnia, nunc poſtremus id facere, quod ingentioris æſtus Nymphis expetitum ſolet eſſe leuamen, admirationi primum, mox ſuſpicioni eſſe. Cõueniunt igitur communi omnes conſilio, inuitum, reluctantemq; *Leucippum* exſpoliant, exſpoliatum, cum marem cognouiſſent, iracundia percitæ, lanceolis conficiunt. Hæc finis fatorum *Leucippi*, qui dum nimium amoris indulget ſtimulis, nequaquam, quæ ſic illum amaret Daphnen (rarum eſt enim amoris æquilibrium) reperit. Atque hinc illud crediderim a Poeta dictum: *Vrebat Phœbum Daphne fugitiua.*

Quid ſit lubricare orbem Lacedæmonium pedemate apud Iuuenalem ex Pollucis copioſe declaratum.

CAPVT XVII.

GRauius mihi nunc certamen, quam vt fabellis vacare liceat, grauiorque exoritur pugna. Quippe cum in eruditiſſimorum virorum ſententias, qui in Iuuenalem aut commentarios, aut annotationes edidere, diſputatio ſuſcipiatur ardua. Quod niſi prius omnes illi ſuomet (quod aiunt) ſeſe confeciſſent gladio, quieſcendum mihi fortaſſe, non grauato, imperaſſe potueram, tametſi pro literis, pro communi omnium vtilitate, nullius habenda perſonæ ratio, non ſuiipſius. Perplacet, perplacet, inquam, Ariſtotelicum illud: Amicus mihi Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas. Nunc vero cum ſub Satyri carmine Politianus ingenue de *pityliſmate* ſententiam reprobet ſuam, cum Domitius nullo nitatur auctore, cum Merula candide ſeſe nihil adhuc legiſſe, quod placeat, fateatur, valde repugnante & ſyllaba & ſenſu ſententia non admittatur, nouiſſimus interpres, vt qui exiguum quod adferat, cum nec ſaltationis nomen, nec qualis fuerit illa ſaltatio doceat, cum inquam omnes nec ſuam, nec alienam ſententiam probent, accipite (quæſo) æquo omnes animo, quicunque iſthæc legitis, & veriſſimam (vt arbitror) lectionem & ſaltationis iſtiuſce nomen, & rationem, quæ omnia niſi bonis auctoribus corroborentur, iam nunc reclament omnes licet, reprobent libere, dent cordylis inuolucra, ſcripta iſthæc noſtra. Neque vero quempiam aut admirari, aut inuidere deceat, me nunc primæ militię ſacramento quaſi tyronem iuratum, inter primas acies procedere auſum, & quæ veterani non auſint milites, nos magno conficere animo, nec minore, niſi fallor felicitate, cum tamen non ordine vnquam, ſed robore penſandus ſit miles. *Poſuit* iſthæc *medio Deus omnia campo*, ſi labores, ſi inuigiles, id tu quoque conſequare, quod aliis negatum ſuperi voluere. Interfecit Papyrius puer hoſtem, ſub quo antea veterani complures ceciderant robuſti milites, at puer, puer inquam

quam, sed virile tamen exsecutus opus, fortunæ hunc crediderim ludum, quem sæpe ludat nouerca grauior, parens hisce benignior. Quod illi macti ingenio viri inuentum non quiuere, nos si non tanto ingenio, labore certe pari, qui sæpe improbus omnia vincat, inuenimus. Quin & ita nunc se res habet, vt quædam ignorare possim ipse, quæ minus doctus fortasse quis teneat, neque enim vnus omnia, quin vix omnes omnia, multi certe multa norunt. An quod quidam philosophi, quędam alia indies excogitarunt noua, quæ superiores ignorarant, minus illi clari, minus celebres? sic rerum vicissitudines habent. Succedent & alii fortasse præcocioris ætatis, qui & librorum, quæ nunc suppetit, incredibili copia, & summo studio maiora fortasse dent in medium. Ceterum vt isthuc veluti Coronide quadam claudam, sic adfirmo, sic contendo, quod nisi quis hac florentiore ætate præstet aliquid, quod saltem indolem redoleat futuræ eruditionis certiorem, frustra illius te exspectare senium. Quicquid enim desideratum iri potest a iuuene, in eo desiderari potest, vt scilicet quæ non satis digesta sint, quæ aliquanto fortasse crudiora, tempore suo, & ipsa die digerat & concoquat Redeo igitur ad rem. *Pitylisma* iam suũ Politiano *abortum* est, supponit nescio quid Alexander Crinitus, pro Politiano, quod aut per quam exiguum est, aut potius nihil Age ergo nostram nos sententiam in medium proferre haud vereamur. Primum *pedemate*, id est, *saltu* legimus, nam & omnes codices *pitymate* fere habẽt. Ac per *orbem Lacedæmonium* eam saltationem intelligi, quam βίβασιν λακονικὴν adpellari quarto Pollux est auctor, adserimus. Quo sit vt miter Georgium Merulam diligentem & accuratum alioqui virum, dicere nihil apud Pollucem a se præter hæc duo verba λακονικὸν πήδημα, id est, *Laconicam saltationem* inuentum, cum tamẽ copiosissime Pollux ad hanc sententiam, tanquam Satyrum interpretari voluisse dicas scribat. Erat vero & βίβασις Laconicæ saltationis species, cui præmia quoque proposita essent, neq; vero pueris solum, sed & puellis. Saltandi autem ratio huiusmodi fere: Saltabant quidem omnes, ita vt nates calcibus impeterent: numerabantur autem & saltus, vnde & tale de vna celebre Epigramma, χιλία πόκα βιβάντες, sed & paulo infra Pollux: *Erant autem & Laconicæ saltationes* δειμαλέα. Sed & eodem capite, καὶ δι' ποδία *saltatio Laconica*. Quibus verbis dubium nulli, quin iam per *Lacedæmonium orbem pedemate*, saltationem illam βίβασιν voluerit erudite innuere. Quod siquis vnum ex commentatoribus *pedemate* legisse, dixerit, & Luciani περὶ τῆς ἀχθήσεως adduxisse testimonium contenderit, sciat ille nihil illud admodum fuisse, cum perexiguum sit, quod ille ad locum hunc, de quo paulo post ipse quoque dubitet, adduxerit, tametsi emendationis huius abhinc biennio de Canalis noster Paulus Phœnix mihi semper dicendus, & discipulorum plerique testes, micantissimum sydus, qui cognouit & hoc

Marcus Antonius Michael, patritia non solum familia clarus, sed & literis perquam excultus. Sed & Simon Raymundus huiusce cum Ioanne Bembo viro humanissimo præcipuus impulsor editionis nouit qui Simon musarum totus, qua est eruditione, & fide, & declaratum locum olim a me plausibiliter adprobauit, & nunquam non auctorem me facere vbiq; locorum voluit. Quin (Deũ immortalem testor) dimidiũ pene capitis absolueram huius, cum succurrit Britãnici quoq; in Iuuenalem esse cõmentarios, quos vt audiui, lætatus sum & virũ bene de literis meritum id sentientẽ & me tamen, cum idem sentirem, longe alio itinere gradientem.

Ex Metamorphoseos vltimo carmen illud: Et spissi littoris Ancon, explicatum, & quod Ancon proculdubio legendum sit, probatum.

CAPVT XVIII.

NOn minoris (puto) laudis, felicitatis certe, & euentus, paris, erit is Ouidianus tandem expositus Ancon, pro quo non veriti sunt quidam, vel *antrum* supponere, vel *antium* addere, vel (si diis placet) pro *Ancone* maritimo interpretari oppido, vt siquid ferre æquiore possis stomacho, facilius id eorum feras, qui *Antrum* vel *antium*, quamuis spurium partum, supposuerint, tametsi ampliandi omnes, qui cum verba non percipiant, statim immutandum curent. Ceterum cur nos *Ancon* legamus, quidue sit *Ancon* vt explicemus, hæ rationes a nobis potissimum sunt: Primum igitur omnium, mouent me codices omnes, tam manu scripti, quam æreis typis ducti, deinde vero quod verbum sit optimum, & a multis auctoribus tum Græcis, tum Latinis vsurpatum, postremo quod quid sit *Ancon*, quod illi ignorare se fassi sunt, nos non nescimus. *Ancon* igitur a Græcis, a Latinis cubitus dicitur, sed & loca ipsa, quæ ita in mare excurrunt, vt *cubiti* vicem præ se ferre videantur, *Ancones* a Græcis & Latinis quasi *cubiti* dicti, scilicet ne diutius in re confessa immorer, respondeant hi mihi an sciant vnde *Ancon* illa Dorica, celebri munita portu ciuitas dicta, nempe (puto) dicent quod vice cubiti in subiectum excurrat mare. Hoc & Eustathius tertia (ni fallor) Rapsodia, (neque enim mihi tunc libri copia) vbi omnes hominis partes ad inanimata transferri docet, comprobat. Quin & Geographi testimonium quis non admittat: hac in Italiæ parte fuisse prodentis, *Cubitos Deos*, id est, *Anconas*. Cuius hæc sunt verba Geographiæ primo. *Ceterum cubitus (id est Ancon Græce) longus quidem & angustus, ac deductus a Caprearum locis sese extendens, altero ex montis latere Sirenum sacellum habens, ex altero autem ad Possidoniatem sinum parua tres adiacent insulæ, desertæ & petrosæ, quas Sirenussas vocant.* Ex quibus verbis, tametsi non sit iste Ouidianus *Ancon*, quod locorum ratio non patitur, tamen id satis mihi fuerit ostendisse, quod pluribus terrarum locis huiuscemodi reperiri *Ancones*, quas sæpe Poetæ, raro

Geo-

Geographi nisi nobiliores nominent. Sed quo piaculo Valerii Flacci nostri carmen omiserim, qui *Anconis* in Euxino mari cuiusdam memineritin iiij hoc versiculo:

Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat Ancon? Quo in loco nequeo mihi satis temperare, quin inscitiam cuiusdã non castigem, qui reponendum *Arcon* admonuit, cui si quicquam aut sensus inesset communis, aut mediocriter Græca, quæ tamen plenis hausisse se labris iactat impudenter, delibasset, nunquã ad tantum inscitiæ foret proiectus, vt Apollonii saltem non percepisset carmen. Apollonius quoque Rhodius secundo huius *Anconis* meminit, cuius quoque carmen adposuissem, ni vererer ne impressores, qui non satis aut Græca callent, aut Græcas literas non habẽt, necessitate ita imperante, cuncta deprauarent, quo factum est, vt quo rarius licuit Græca insererem, quæ vero inserui, Latina potius facerem.

Emendata vox apud Valerium Flaccum, ibiq; de Alcone, & Phalero historia ad Poetæ sensum explicandum necessaria recitata.

CAPVT XIX.

TEpedimus diutius animi, an ex Balbi quoq; nostri Argonauticis aliquid interim hæ sibi Ratemationes vindicarent, tum q̃ integros mihi in illum reseruare velim cõmentarios, tũ ne hac in parte aliquid mihi vel inuito de eo dicendũ sit homine, qui iam fatis naturæq; concessit, qui cũ ita post ea vixi recõciliatus gratia, vt cum nullo coniunctius homine nostri ordinis, viuerẽ, quo factum est, vt & ille sua mihi exẽpla annum abhinc edita moriens vni cõmendarit, & me ita amplexatus sit, vt se nõ grauato mori fateretur postquam emendandi & edendi libros illos prouicia libens suscepissem. Tulit videlicet ætas eo tẽpore multa, tulerunt amicorum quorundam preces, tulit deinde q̃ nõ leui iniuria me ab illo affectũ iure existimabã. Hinc quãdo ille obiit, & omnis obliuisci iniuriæ est visus. Impius mihi plane viderer, nec Christianæ pietatis vnus nisi vel multa in illũ scripta delessem, vel aliquo illũ beneficio demeruissem: quo & mortuus lætari posset, & amicis eius satisfacerẽ, & ipse Christianæ pietatis sectator & viderer, & essem. Laudauimus igitur hominẽ publica actione defunctũ, & quicquid hoc opusculo in illũ acrius inuectus erã abrasi, q̃ si quid supest, q̃ certe immutari satis bene nõ potuit, id æquus lector ignoscat, quãdo & Sabellici manes placati nũc degunt, & ego modestissime rẽ totã attigi. Verũ ad rẽ. Carmẽ Balbi in primo *de Phalero*, hoc est, legere:

Insequeris cassusque tuos expressa Phalere,
Arma geru vacua, nam lapsus ab arbore parvum,
Te quater ardenti tergo circumuenit anguis.

Vbi primum emendandum *ter*: quamuis defendat aliquis *te*, vt sit per apostrophen *te parvum*. Sed illud *quater* nõ satis Poetice dictũ videri possit. Verum vt hoc suspensi, sic illud in tertio, vbi de *Cyziceis* iustis agitur, emendandum pro certo adserimus.

Inde per amatos Minyis referentibus orbes.
Concussi tremuere rogi.

Vbi pro particula *per*, *ter* reponendum Vergiliani poematis nō ignaris, cognitum esse potest. Is vero *Phalerum*, *Alconem* habuit patrem Cretensem patria, sagittandi, vt fere Cretenses omnes, peritia celebrem, qui cum *Phalerum* filium infantem adhuc draco spiris implicasset iam deuorandum, ea peritia sagittam intendit, vt draconem sagitta quidem confixerit, puer vero incolumis superfuerit. Qua de re & acutissimum epigramma legitur Græcum, cui *Phalero* Athenienses postea velut Alconis comiti, aram erexere, & hoc est, quod Balbus ait, gessisse illum arma, in quibus cœlatus eius esset casus. Sed & vt de *Alcone* aliquid, de quo quoque Pausanias, adnotatum est Proxeno, quod Erechthei Atheniēsium regis filius fuerit, qui ex terra Attica cum Chalciope filia in Eubœam fugiens venerit, quam cum pater repeteret, Chalcidenses nequaquam voluerint reddere, is fortasse sit ille *Alcon*, de quo Verg. *Inde Cirei Alconis referent Boetiq; tercuma*, cuius & in Bucolico ludicro: *Aut Alconis habes laudes, aut turgia Codri.*

Vtrum apud Vergilium omnipotentis olympi, an omnipatentis legendum.

CAPVT XX.

LEue hoc fortasse quibusdam visum iri non dubito, quod dicturus in præsentia sum, sed quamuis æstimetur leue, dicam tamen, quoniam inueteratū hoc iam apud omnes video, vt *omnipotentis olympi* legant. Quo epitheto præterquam quod non satis videretur vatum eminentissimus vsus apte, cum Iouis sit hoc peculiare, *omnipatentis* libentius ipse scripserim, quod & maxime cōgruit, & Græcum Olympi nomen inprimis expossit. Cum enim solympus quasi ὅλος λαμπὴς, id est, *totus lucens* dicatur, rectissime (vt arbitror) ja Marone *omnipatentis* sit dictus, vel quod omnibus, vel quod ab omni parte pateat. Neq; enim hoc in loco *olympi* pro *Iouis* intelligere possis, cum de cœlo ipso intelligendum doceat vel Seruius. Sit tamen hæc æstimatio non iudicium. Volumus hoc dictum, propter multos, qui sæpe in vtranque dormitantes aurem, poetas temeratio interpretandos adgrediuntur ausu, cum non ad Aristophanis solum lucernam, sed & ad Cleanthis poetarum interpretes elucubrasse deceat.

De diebus ex philosophorum scholis secretissima quadam in lucem data.

CAPVT XXI.

OBscurioribus aliquot poetarum locis in lucem datis, restituta Iurisconsultis, verborum amissa quorundam possessione, decursis oratorum historicorumque, nunc breuiore, nunc latiore cursu spatiis, philosophi tantum non, qui vindemiam nostrarum Racemationum pleniorem vberioremq; facerent, supererāt. Hos igitur

igitur in vindemiam quoque hanc noſtram conuocantes: adoratis prius ſuperis, quicquid hoc fuit Feſti, diſſoluemus. Lautiores omnino copioſiores (modo ſuperi nos reſpiciant aliquantulum) in futurum vindemias adparaturi, vt iam nunc polliceri id poſſimus, proximas eas futuras, quæ ſi nihil aliud præſtent, illud certe præ ſe ferãt, multũ differre a tumultuariis præmeditatas. Interim vero qualeſcunque grato quiſquis acceſſerit animo conuiua iſtas ſuſcipiat, inuitatus iam nunc ad eas, quas cum animus nunc parturiat meus, pariturus ſit aliquando nec vero longo ab his internallo. Nunc vero inuitatos hoſce philoſophos curabimus pro virili vt quam lautiſſimo fieri poterit & opiparo adcumbere faciamus cõuiuio. Quod ſi non vſquequaque lautitiam ſuperiorem præſe tulerit, culpam agnoſcãt ſuam, qui relicto ſæpe delicatiore ſiligineo pane, ſuauioribuſque cibis, ne dicam furfuraceum, certe ſecundariæ panem notæ, & vulgatiores eſcas interdum ſectari ſolent. Tractabitur igitur materia de diebus vt certe non facilima, ſic ſane pulcerrima, quæ vt minus habitura ſit voluptatis, tametſi & voluptatis non parum erudito cuiuis adportet, vtilitatis certe multum ſecum adferat, vt qua potiſſimum ratione hebdomadum dies digeſſerit maiorũ noſtrorum adoranda ſemper memoria, nos quoque poſſimus percipere, ſed huiuſce narrationis exordium huiuſcemodi ſtatuimus.

Primum omnium perſuaſum dubio procul id eſſe in primis debet omnibus, ſapientiſſimos viros Chaldæos dico & Ægyptios, ſed & poſtea nationem prudentiſſimam Græcam, Romanam vero grauiſſimam, non ſine cauſſa ſeptem diebus hebdomadum ſpatia voluiſſe incluſa. Quod ſiquis iam pro certo habeat, conſiderare debet ille ſecum, deinde ſummo conſilio factum id eſſe, vt ſeptem planetis ſingulis, ſingulos aſſignare voluerint dies, quod quanam ratione maĝi illi ingenio præſtiterint viri, iam nũc explicabimus.

Zoroaſtres, *& Hyſtaſpes Chaldæi*, necnon *Ægyptii*, ab erronum numero hebdomadum partiti ſunt dies. *Et primũ* quidem *vnam*, vt & Pythagoræi, nũcupant, ab ea ſc. quam Græci μονάδα, nos *vnitatem* diximus, quod ſola ſit, neque cuiquam ſeſe immiſcens. Eſt vero hæc *vnitas* indiuidua, immutabilis, & ſeipſam mouens & pari modo exiſtens, vt iure quidem ipſius vim mentis contineat. Refertur vero hæc *vnitas* in *Apollinem*, hoc eſt, in ſolem, qui quidem Sol quod ſolus ſuo luceat lumine dictus ſit. Quare & Pythagoras *vnitatem* hanc *Hyperionida* nũcupat, quoniam omnibus quidem ſubſtantia ſuperſit ſua. Nuncupatur autem & inde ἄκρωμος: quaſi *indefeſſa*, quod labor quidem in compoſitis inſit, *vnitas* autem ſimplex & maſcula, quare & fœcũdiſſima, & omnium cauſſa. Differt autem *vnitas* ab vno, vt forma ab imagine, & ab exemplo exemplar. Sol autem & incalfacit, & paulatim exſiccat corpora. *Secundum* autem lunę adſcripſere humectanti patiter & mediocri-

ter incalfacienti, veluti totius materiæ auctori, vnde & ἄρτεμιν ἀπὸ τοῦ ἀρτιοῦ, hoc est, ab *æquali*, & ὑλικοῦ, hoc est, materiali denominarunt. *Æquale* etenim mediũ exsistens, distrahitur diuisus ab *vno*, *vnus* autẽ indiuiduus numerus. Est vero *binarius numerus*, nõ purus, primũ quidẽ ꝙ vacuus & non solidus: Quod vero non plenum est, haud quaq̃ purũ, non purũ vero infinitatis & inæqualitatis principium: atq; infinitatis quidẽ ꝓpter materiã, inæqualitatis vero, ꝙ altera parte lõgior. Vnde & veteres vt materiã & ἑτερότητα, (id est, vt ita iã dicã) *alternitatem*, δύαδα suscipiũt & *audaciam* quidẽ, id est, τολμὴν, & *impetum* ꝙ est ὁρμὴν & *opinionem* vocãt, ꝙ verũ & falsum in opinione constat, Est enim materia sese ipsam semper trudens & instabilis, multarumq; variationum capax, laborum quidem q̃ velis patiens, natura diuiduũ & distans quæ suscipiat. Axis nãq; medius per cœli ambitũ veniẽs, primũ sui defectionem in bipartitam sectionem ab vno declarat auctor, postea quicunq; sit in toto, motus, & penitus ab intelligibilibus seiunctus. Quæ cum ad hũc modum se habentia cognouisset Numa, *binarium numerum* inter nefastos posuit. Athenienses quoq; *secundum Iunii diem* extraxere, vt Plutarchus in Symposio est auctor. *Tertiũ* vero πυρόεντι, id est, *Marti* assignarunt, velut igni aerio & generãti, qui totius sensibilis naturam postmodum accendat & cessare sinat nequaquam, exsiccãs simul & radicitus excalfaciens Quare Iunonis illum finxere filium quasi ab aere nitorem susciperet ignis, vnde & fabulatores Venerẽ nunc Vulcano terrestri quidem igni, nunc Marti, aerio coniunxere. His enim totũ hoc sensibile vitam sũscipit. Sed & τριάδος secundũ sensum vis est maxima, puta in genitis, est generatio, incremẽtũ, nutrimẽtũ: neq; enim sine caussa manauit illud τρίχθα δὲ πάντα δὲ δάσται, id est *tripertito diuisa sunt omnia*, cum scilicet *tria* sint, cælestia corpora, ętheria videlicet, *sydera & lapidea*, & *imparis præterea numeri principium* τριάς. Et quidem secundum Orpheum *tria* ab initio rerum principia pullulatunt *Nox*, *Terra*, & *Cœlum*. Quin Deorum genera *tria*, *Cœlestium*, *terrestrium*, *quæque inter hos sunt*. Præterea *tres* sunt insuper animæ proprietates, vt sit *ratiocinandi* vis, vt *irascendi*, vt *desiderandi*. Menti quoq; Aristoteles *tres* attribuit species, ex quibus *tres Ideæ* exortę, *natura*, *disciplina*, & *exercitatio*. Corporum præterq; *tres* motus, sunt & sphærarum *tres* status, *Centrum*, *dimetiens*, & *circumferentia* Syderum quoque totidem προποδισμὸς ὑποποδισμὸς ἀκρονυχία. Corporũ differentias tradunt quoq; *treis*, vt sint ex *materia*, sint *aeria*, sint *ignea*, vt Chaldęis placet. Vniuscuiusq; vero figuræ q̃s nesciat *triplicẽ* motũ, *latitudinẽ*, *profunditatem* & *longitudinem*? Et ne omnia de huius vi numeri colligam, quæ sunt infinita pene, mundus ex *triplici* constat potestate *Arithmetica*, *Geometrica*, & *Harmonica*, vt Cecilius Pythagoręus quoq; sensit, in Phædro quoq; Socrates. Sed & in rep. ipse Plato sua tradit, quod *intelligibile* imparem quandam naturam in diuinis ponit, vt scili-

scilicet sit præcipua *substantia*, medium *vita*, vltimum vero *mens*. *Quarti* vero *diei* præfectū fecere sydus πλάνητα ab Ægyptiis a Græcis ἑρμῆν, id est *Mercurium*, dictū, qui ex æquo nunc quidē humectet, nunc vero exsiccet, cū spiritū a celeri solis rotatione suscipiat. Huic igitur merito syderi τετράδα adsignarunt, tanquam numero cuidam animarū præfecto, & custodi: *Quatuor* enim sunt animæ veluti fundamenta, scilicet *mens*, *scientia*, *opinio*, *sensus*, quod & Pythagoras per *tetragonum* rectiangulum signauit, quāuis Archytas non in *tetragono* sed in *circulo* animæ finitionē posuerit. Sed his omissis, & in *insensibilibus* quoq; intueri hoc fere liceat omnibus. Nam & animaliū generationibus primū quidem est *seminis insperſio*, secundo locoad generationem *permansio* tertio *incrementum*, quarto vero *perfectio*. Quin & solis coniunctiones *quatuor*. Lunæ facies quoque *quatuor* ἀνόδους, πανσέληνον &c., hoc est, *plenilunium*, καὶ διχότομον δεύτερον, id est *bipartita sectionis dua*, in quibus nunc humectet Luna, nunc incalfaciat nūc exsiccet, nūc refrigeret. Sed *quaternarius* numerus æqualiter æquus est, æquarum partium & compositione & potestate, quod nulli alii contingat numerorum facile. Atque hæc pro *quarto* die satis. *Quintum* vero φαέθοντα sydera cunctorum valentissimo statuerunt, quare & Græci generationibus aptum theologicis complexi sunt arcanis, vnde & fabulose Creten patriam tradidere, innocentissimam certe insulam, & in qua morti ferū animal nascatur nullum, vt nec lupi, nec noctuæ, vt præter nostros est auctor Antigonus, inueniantur. *Quinarius* vero numerus *cœlestis* nuncupatur, quod ab hoc vt credidit Aristoteles, mundus absolute perfectus est, *Quinarius* enim *quaternarium* cum adsum fuisset, absoluit omnia. Sunt vero si Solem Lunamq; excipias *errātes quinque*, sunt in sphæra *circuli quinq;*, sunt orbis fasciæ *totidem*. Fertur aute & philosophis, Iupiter sensus fabricator & opifex, & iure quidem, vt *quinarius* is numerus in naturæ quoq, ipsius foret ordine: cognatus enim & *quinarius* numerus *sensus* ipsius, qui *sensus quinquipertito* diuiditur. Quocirca Pythagorei fato *quinarium* numerū adsignarūt. φωσφόρος autem, id est *Lucifer siue Veneris stellam*, siue quouis adpellare alio nomine libeat, *sextum* sibi vindicat, sydus incalfaciens pariter & humectans. *Venerem* autem quis merito *vniuersi sensibilis naturam* dixerit, hoc est, ex qua omnia primū pereata principium sumserint, vnde *almam* & Lucretius & Vergilius, Venerem erudite admodū carmine quandoq; dixere suo. Quin ipse Lucretius hanc rerū omnium procreationis causſam esse scripsit. Dicere ver & oracula *asteriā* hāc & *cœlestē*. Numerus enim *senarius* ad procreationē perq̄ accōmodus inter reliquos est, veluti par impar, hoc est, ἀρτιοπέριττον. Cū enim substātiæ ad agendū efficacis sit particeps per imparē, & materialis per parē, idē generādi potestatem maxime habet, vnde veteres *nuptias* & *Harmoniam senariū* dixere numerum. Ab *vnitate* namq; cum discesseris, solus pfectus

est numerus, & vt simpliciter dicam mas & fœmina natura esse videatur, qui vt ipsa Venus masculam interdum, interdum fœmineam naturam suscipiat, quare & Theologi ἀρρενοθήλεαν, id est, marē fœminamq; nuncuparunt, vt ad hoc præcipue videatur adlusum voluisse Vates eminentissimus, cum in secūdo *ducente Deo* dixit, vt & alter Poeta *pollentemq; Deum Venerem*, tametsi nō ignoro quid commētarii, quidue alii in mediū adferant. *Septimus* vero qui super est nouissimus, ab Ægyptiis pariter & Chaldæis sibi adinuicem adstipulantibus φαινών sic nuncupato, syderi cunctorū supremo adscribitur, cuius sit ea vis vt præcipue refrigeret, sed & æque exsiccet κρόνον hunc, id est *saturnum* Græci nuncupare visi, quasi ἀπὸ τοῦ κορεσθῆναι, id est, *ex satiatam mentem*, vt si originationem nominis, siue vetustiū, siue vt Cicero, quandoq;, notationem nuncupat quæras, quasi πλήρη τῶν, hoc est, *annorū plenum* dictum putes, quare & Latini *Saturnum*, quasi *saturatum* annis vocitarunt. Pythagoræi certe huic vni tāquam totius auctori hebdomada adsignarūt. Testis autem locupletissimus Orpheus hoc carmine, ἑβδόμην τὴν ἐφίλησεν ἰκαίρην & ἀπάλην. Recte igitur *septenarium* numerum Philolaus ἀμήτορα, hoc est *sine matre* dixit, soli enim natura inest, vt nec generet nec generetur. Immobile namq; est. Quod vero immobile, generationem suscipit nequaquam. Mathematici vero ad fabulosiorem multo inclinantes sententiam *Saturno septimum* adtribuunt, tanquam patri manifestorum Deorum, quoniam errantium omnium altissimum *Saturni* censetur sydus, hic igitur omnium supremus, supremum merito vindicauit diem. *Hebdomadas* quoque ex vno & duobus & quatuor constat. Harmonicos maxime numeros per duplicem & quadruplicem. Sed & septimestres partus perfecti, absolutique primi, vis enim numeri ad generandum ad commodi septimestrem sæpe partum absoluit. Timæus vero ad animū septenario includit numero vocales quoque apud Græcos septem. Septem quoque annorum accessio semper cauenda. Sed & nos cum aliquot alios addere potuissemus locos, fuimus contenti intra vnam & vigesimam consistere Racemationem, vt interim quæ Gellius, quæue Theodosius, nec non & diuus Augustinus subtilissime disputant, omiserim. Quod enim *Virgo*, quod *Pallas* septenarius dicatur numerus, quod absolutissimus numerorum sit, tum hic quem citauimus sacræ paginæ interpres, tum sacri alii, tū profani docent auctores. Sed quoniam de his fortasse copiosius quam par fuit disseruimus, vindemiā tandē hanc ad quam philosophos quoq; accersitos voluimus, nūc absoluamus, alias copiosiores vt polliciti sumus, non tam Racemationes quam spicilegia, si modo fuerint superi, daturi. Hæc vero partim ex Latinis auctoribus, partim Græcis, quos vbiq; citauimus, ne nos sine subscriptore in forum hoc descendisse calumniaretur quispiam, collegimus. Cetera adiuuit me multum liber (vt ingenue fatear) Maximi Planudi

vim

viri apud Græcos celeberrimi, qui multa ex noſtris, ne ſoli nos a Græcis ſemper mutuari aliquid videri poſſimus, in Græcam penum condidit, quem cõmodo mihi Caſpar Contarenus alias dederat, adoleſcens is patricia natus honeſtiſſima familia Veneta, ſed longe optimis inſignitus ipſe moribus, literatura vero cum Græca tum Latina ſic inſtructus, vt (quod tamen ſine inuidia dictum velim) nullum ex iuuentute hac noſtra Veneta, quæ ſemper excellentiſſima tulit ingenia, quẽ ante feras, habeas. Qui nunc vt eloquentiam cum ſapientia coniungat, quod eſt ſtudiorum abſolutiſſimum genus, in Patauino gymnaſio degens, ſic breui clarus euaſit, vt primum iam gradum ſi non tenere, certe proximum a primo videatur, atque vt illum ſperare breui ſa'tem licet, ſic hunc poſſeſſione iam certa retinere poteſt. Ne vero iſtuc, aut quod amiciſſimo mihi iuueni faueam, cui certe plurimum propter virtutem fauco, dictum putes, aut ab illo iſtæc veluti cœlo demiſſa (quamuis bonorum omnium auctor certe Deus (tantum comparata contendas, ſic accipias velim pertinaciſſimo hæc illi primum parata ſtudio, ingenio vero ſublimi ſemper & excelſo, memoria præterea rerum tenaciſſima. Quibus dotibus factum eſt, vt altero a logices ſtudiis anno, concluſiones (quod iſti appellant) frequentiſſimo eruditorũ conſeſſu virorũ, habere in patria ſit auſus, neque vero ſolum habere, ſed magno animo, maioreque ingenii defenſare acumine, cum ſumma omnium admiratione & laude.

Breuis quædam veluti per anacephalæoſin dictorum confirmatio

HAbes mi Patrone, vt de te verſiculo colligam vno, laude maior omni, Racemationes hæſce noſtras, ad quas quidem edendas non tam facile animari potuiſſemus, ni ac viſum eſſet vna nunc mihi data ratione, qua ſi non referre tantorum in nos meritorum gratiam videremur. Qui enim hoc vnquã poſſim? certe tamen habere teſtaremur, cum re agendis quidem gratiis ſatis interim nos eſſe fatea mur. Eſt certe tua domus in nos eã beneficiorum immenſa magnitudo, vt immũſus tãtum animus illa capiat. Qua in parte ſiquid erit fortaſſis a me peccati, te ipſum prius condemnes licet qui tantis me voluiſti beneficiis obrutum, vt nihil mirum ſi imbecillum hominis lumen in fulgentiſſimum Solis intueri nequeat radium. Parciore tu poſthac dabis, ſi modo poteris manu, ne non tam beneficium dare, quam iniuriam videaris inferre. Vt enim libere quod ſentio iam nunc dicam, iniuria, atque ea mehercle adfeciſti maxima. ſed quid adfeciſti dicam? adficis tu me indies, ea vero ſane hæc eſt, quod ingratum me viuere, ingratum mori, cum nunquam æquilibrium vel ſperare vel optare liceat, neceſſum eſt. Ceterum vt hæc ſimul & editionis & nuncupationis amoueantur cauſſa, quis non videat hoc tibi præſertim opuſculi deberi? cum tu mihi olim præceptor, tuuenti ſemper adiutor fueris maximus. Fauiſti tu ſemper ſi quod fuit aliquando, noſtro nomini, faues & nunc præcipue fa-

uent vero & alii praeclarissimi viri, tuũ integerrimum secuti iudiciũ, vt si verum aequa lance trutinare voluerim, te vno auctore altus, te adiutore subleuatus, te patrono quicquid, hoc est nobis, illustratus sim. Produxisti tu me tyrunculum ex tentorio priuato in castra publica, ex vmbra, & otio, in solem & puluerem, primos tu mihi militiae gradus, tu mihi mox proximos dedisti, neq; vero in praesentia conquiescis, nisi plane vltimos supremosq; dones. Haec si singula aliquis impetrasset, quis non spiritum, quis non vitam nisi plane desertor impenderet miles? Nunc cum mihi tu vnus donaris haec omnia, quo me animo esse in te existimas? Te vero vnum cum dico, patrem optimum & sanctissimum Aloisium Bragadenũ diui Marci, vt isti vulgo loquuntur, procuratorẽ dico, qui cũ in rep. hac vestra sanctissima sit versatus diutius, tum integerrime tũ sapientissime, postiam, lissimos honorum quotquot voluit decursos gradus, ad eam potissimũ dignitatem totius fere ciuitatis consensu delectus est, quae suprema omniũ vnã si excipias iure sit, quam tamen principis personam, non tam dico contemsit, quod fortasse quis aestimet temerariũ, quam dum quietem otiumue quaerit animi, certe non adpetiit. Dico vero pientissimos quoque fratres tuos, quos iure huic nos albo adscribimus, in quib nescius prius an summam modestiam, temperantiam, iustitiam suscipias, an pietatem in Deum, in patriam, in patrem, in te laudes, vt si patri dulce adhuc sit, nostrum istud viuere sit, quod ille velut micantissimus Sol inter tria minora fulgens sydera sic laetatur vel potius gaudet, cum treis filios patres, treis fratres pientissimos & optimos intueatur, vt ab illis vix disiungi, aequo pati possit animo, ni, quae est patris vestri summa sapientia, sese natum ea nosset lege, quae cunctis extremum vitae praestituat diem. Quod si Philenorum deuotas pro patria animas, si fratres Siculos celebrarũt praecipue veteres, si Pollucem & Castorem vsque adeo vetustas admirata est, vt illos postea inter syderum retulerit numerum alterna celebres morte, quis non iustius tres tanta viuentes concordia fratres, tanta pietate, nõ admiretur & veneretur, ne quod illi fabulati sunt, inter sydera iure collocet, dixerim? Cum praesertim vox illa Pythagorai vix duorum pectorum capacem amicitiae sacrosanctam fidem testata sit. Ceterum quoniam non is vestrarum est locus laudum, qui quidem alias latiore, & vberiore tractandus est stylo, tertia quoque & illa fuit vel praecipua nuncupationis caussa, quo tu qui dudum inter hanc philosophantium celebritatem & olim profitendo & nunc quiescendo primum gradum tenes, haec nostra seueriore examinares iudicio, quae si tibi probarentur, editioneque digna visa essent, tunc vero statim in acta (quod illi inquit) exirent, sin minus, domi inter domestica scrinea delitescerent, vt cum Horatii secutus sententiam essem, nonum premeretur in annum editio. Quare cum tu nunc calculum adieceris tuum, nullusque mihi reliquus iam sit ampliationis locus, vtpote cum abs te delecto semel iudice prouocatio appellatur, sententia contenti tua iam

edimus,

edimus, iam in manus legentium tradimus ita fore pro certo rati, vt quod tu probasses semel, improbare postea auderet nullus, adeo summum quisque caussæ suæ iudicem facit, (vt Plinianam interim occupem possessionem) quemcunque elegit. Ego vero hoc magis tanti patrocinium quæsiui viri, quo probatum facerem omnibus, nihil eorum, vel quæ epistola testatus sum mea, vel aliis nostrarum Racemationum partibus, mentitum, cum præsertim nonnullorum amicissimorum mihi laudes obiter perstrinxerim. Qua in parte, vt ab optimo quoque maximam semper sperauimus cõmendationem, cum quod veritatem, quæ paucis erat cognita, iam multis cognitiorem fieri curauimus, tum quod si amicum vere laudes, & gratum te omnibus probes, & viri boni fungaris officio, sic nequaquam ab aliquo vituperationem timendam credidimus, cum professorem quendam perstrinxerimus. Hoc tamen nunc tantum dixerim velitare quodammodo fuisse. Atque de hoc quidem satis. Nunc quoniam erit fortasse quispiam, qui respersam veneranda antiquitatis inscribendi potissimum ratione imaginem quandam, aut admiretur, aut non satis probet, ab his impetratum velim, vt interim patiatur, æquo nos animo id quoque præstare, quod & alii eruditissimi viri sectati sunt impensius, & rationes hac in parte validissimæ comprobent. Cum præsertim sit ea vetustatis huiusce ratio, quæ nõ tã vetustescenti q̃ veterascetis videatur propior. Probamus quidẽ veteres mores, probamus vetera nomismata, laudamus ædificia vetera. Quin (vt facetis quoque argumentis res ista pertractetur) veterascens quoque vinum magis expetitur? Cur non igitur & literas? Cum præsertim sanctitatem quandam, vt veteres luci, vetustas hæc præ se ferre videatur? Quo fit, vt senes quoque homines natura ipsa duce optima veneremur impendio. Erit contra, qui nouitatem forsan aliquam in nobis adcuset, quod non Ciceroniani semper, quod quandoque Pliniani, interdum vt cuiusque fuerit stomachus putemur neutrum, his sic responsum velim, sectari me quandoque Ciceronem, cum res exigit, rursum immutata ratione Plinium, si modo licet, fieri: quod si neutrum hi nos esse contenderint, esse & alios quos auctores sequi possim clarissimos, contendam ipse contra. Periodis inquit ille longioribus vteris, hoc Ciceronis peculiare. Commatibus quandohue distinguis, Plinium tunc sequor: luxuriari, quandoque stylus videatur alicui, Symmacho & Plinio hoc placuit: siccus & aridus alias ero, tunc Frontonem habere non pudebit auctorem. Quin aliquis nunc ex Politiani prima epistola scis frater inquiet, deriuauit hunc locum is Egnatius, quasi vero & vnde Politianus vir certe consummatissimus hausit, non haurire possim, & ipse, atque aliquid me dicturum pollicear, quod nunquam ab aliis sit tractatum. Quid enim quæso totum hoc nostrum scire, nisi quæ ab aliis acceperis aliis tradere? An vero hi nesciunt sortem ex vsura fieri solitam? Desiderasset aliquis plus interseri fortasser Gæcitatis, caussam in impressiores reiiciam,

qui Græcis carerent literis, quique vel difficilime, vel pessime literarũ seriem istiusmodi struerent, laudabit alter consilium, at Græcis ego rem plurimum excoli adfirmarim Cum tamen præter impressorum incomponendis Græcis literis insciticiam, id quoque fuerit causæ, quod cauere illud mihi obiiciatur, quod iam vitio dare iure sciolis quibusdã animaduerto, qui cum rudimenta Græcarum literarum vix teneant, omnia tamen ex cartabula Græcis repleri dicteriis curent. Quorum tamen temeritas eo magis damnanda, quo postea Græca & priuatim & publice damnare impudentius ausint. Sed quid mirum? vituperat id omnis quod nescit. Sic indoctus doctum sic agricolam miles, sic militem rursus damnat agricola. Sed quid plura? cum nemo non scribentium huic sit expositus aleæ. Cum sit præsertim id domesticum nobis prouerbium, non ædificari posse domum in foro aliquam, quam nunc humiliorem quis, nunc sublimiorem non dicat. Quæ tamen cum percepissem ante omnia, atque animo peregissem meo, non ideo cessandum duxi quin aliquid hortatu præsertim amicorum ederem, quod te iudice imprimis comprobatum virfuisset eruditissime, quem semper cum tota domo feliciter degere Deum optimum maximum precor. Vale & salue Decus meum.

Io. Petri Valeriani Bellunensis Carmen de Bap. Egnatii Racemationibus.

Donare vitis arida racemulos
Promittis, & peracta quos vindemia
Legulus omittit auferendos omnibus,
Tui beato sed liquore nectaris
Quod & nitente fluxit vua plurimum
Fœcundiore latius vindemia
Vberrime omnes iam lacus repleuimus.
Falerna cedant vina, cedant Massica,
Cedat feracis dulce nectar Setiæ,
O clara vinis vatibusque Setia
Tuo futura mox labore clarior
Nos hocce caute fallis Egnati dolo?
Sic me o Sacerdos integer. sic decipe
Vt si daturum te vnciam spoponderis,
Dones talentum liberalis Atticum.

IOAN

IOAN. BAPTISTÆ PII BONONIENSIS ANNOTATIONES PRIORES.

Iohannes Baptista Pius Bononiensis ad librum.

Liber Hannibalis genio suffultus & aura,
Nec tu nasutum rhinocerota time.
Inuida, doctiloquo poterit magis esse Philippo,
Quam fieri possit amula posteritas.

Tugerii Pontre Terrastichon

Venerit vnde tibi liber hic si forte requiris?
Crede mihi cœlo nobile venit opus.
Viuet in æternum, viuet, tua fama Philippe
Post cineres virtus viuere sola facit.

Ad Reuerendissimum Protonotarium, Illustrissimum Marchionem Sigismundum de Gonzaga patronum colendum.

ACcipe splendidissime & Vltramuntane Marchio, reuerendissime Protonotarie, colende patrone, hæc qualiacumque annotamenta, quæ sub nomine tuo vti tutiora sint & gratiora, chalcuypis notu disposita fecere inuulgarique curauimus, & fortassis ob hoc legentur, quoniam tuo nomini venerabili, micantissimo, radioso, per era cuncta diffusisti, dicata sunt, siquidem Genius est operis, & perennitas æterna principi opus dicare, qui Deus terrenus est, & mortalis Iupiter, qui vno tantum minor est Ioue. Primitias studiorum nostrorum tibi dicauimus, æmulabundi priscos, qui dis primarias fruges dabant & dicabant. Multa valde pretiosa ideo dicuntur, quia sunt templis dicata. Hæc fiducia operis, hæc est indicatura. Dulcile viricularum meatum conscius tacebam potius quam taciturie bam, Græcanici memor epigrammatis huiusce scituli, atque amœnuli: Πῶς τις ἀπαίδευτος φρονιώτατος ἐξ σιωπῶν τὸν λόγον ἐσορόωσ ὡς παθὼς ἀσχεδότατον: Ceterum vt adagio, paræmia ledoria astismos. Apophthegma Plutarchi est, μωρὸς οὐκ ἂν δύναιτο γρῦ. Sed ego ne demētatus, & vt inquiunt Græci phrenoliptos, qui culpam deprecari malim quā carere. Porro quod me formidolosum alioqui, meticulosumq; fuscitat & impauidum reddit & extrilidū, Gemini Marii sententia est ad Cæsarem, is.n. dixit: Cæsar, qui apud te audent dicere magnitudinē tuam ignorant, qui non audent, humanitatē. Illud iidem Syllæ, qui nedum insyllia, postmatia q; nitida elaborata, atq; perfecta, quod aiunt Græci, Cōsti respuebat, atq; despiciebat, verū & rudia, mendosa, inerudita atq; tabernaria plurimi faciebat, cui cum libellū malus Poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset, tantūmodo alternis versib. longiusculis stetim ex his rebus quas tū vendebat iussit ei pramiū tribui, huc ea conditione ne quid

poſtea ſcriberet. Accuratius, tĕſiculatius, libratius, examinatius, & amuſſitatius in vulgum ſcaturiſſent & emanaſſent hæc noſtra, ni præcipites ſtylo & extemporario ſchedio plaſticeque rudi formata quidem ſynchronorum impreſſorum nitidiſſimus & accuratiſſimus de manibus inuito rapuiſſet, & expugnata tandem mea contumacia. Vale princeps honorificentiſſime proſperitet, & fauſtiter, meque ex mancipiis tuis nedum atrioniſem, ſed mediaſtinum ſouę fauore teneroq; quo ſemeloccępiſti.

Primum annotamentum perperam apud Martialem reſinam pro remora in corruptis exemplaribus legi.

SVbciſiuis horis, & tum ultuariis, quod aiunt, ſtudiis, vti crasperaſcentis & exæſtuantis æſtatis imparibilem calorem blandiloquētuſo ſalis affamine delinirem, legebam epigrammatographum Poetam, quem neque Hieronymum literarum ſacrarum ſpirarchum & anteſignanum proſpicienter & accurate legiſſe deputauit, qui ingenii fluentiſono turbine, ita polluit & excelluit, vt apud poſteros æternum nomen acquiſierit. Hūc legimus ab Ælio Commodo *ſuum Maronem* appellatum, qui ſalibus cauſſiis, & facetiis ſcatens & exuberans meruit ſine fine *mordax* a Sidonio vocitari. At hæc nihil ad bromium. Ergo igitur eius epigrammaton librum citatiſſimo curriculo, non tamen præceps & olcitabundus legens deprehendi non mediocriculum errorem, verum fœminoſum & fœdum, non furunculum ſed carcinoma. Vbi ſynchroniſmi noſtri miratus inſcitiam, incuriam oppido miſeratus ſum. Ceterum quod inſtat agamus, in deſides nautas aſperaſcentis epigrammatario ſale Martialis hæc verba ſunt:

Ceſſatis pueri, nihilque noſtis,
Veterno reſinaq; pigriores.

Quas nedum lynceus & totus oculeus, ſed etiam myops luſcitioſus, & in literis tenebrio non animaduertit, *reſina* ſaltem vocem eſſe ceſſam, nihili, futilem & nugatoriam vel menſu ſyllabæ refractario camœnalique ſtructu repugnante. Phalæcium a Phalæco, vt inquit Auſonius auctore nuncupatum carmen eſt, quod & hendecaſyllabon ab ſyllabarum vndena menſura vocatur, cuius peſa primo proximus dactylum eſſe metrica neceſſitas cogit, dactylum porro tribus ſyllabis eſſe concretum quis ignorat, intenta prima ſubterioribus correptis, hinc graphica lepidaque dictio, cumſce *trinodem* vocat. Auſonius enim, præterquam quod ſenex nihili foret & facetoſo ſali poetæ diſſentaneus, vt nautarum rudem deſidiam *reſina* compararet ob vnicum lentorem & glutinoſum ignauumque ſpiſſamentum, & ſi hoc admitteretur ab eruditis non error ſyllabarius admitti poteſt, proin priſtinis dictionibus delititio peniculo deletilique ſpongia diſpunctis & eraſis, obeloque fodicatis, haſce ſuccidaneas appone & ſuffice: *Vetus remora-*

remoraque pigriores. *Resinam* duabus primoribus syllabis produci, vel idem carmine hinc non longule dissito, testis est locupletissimus:

Quid faciant vngues? nam certe non potes illos
Resina Veneto nec resecare luto.

Nec obstat apud Satyrographum Poetam primis duabus correptis notari hisce satyræ vel octauæ carminibus:

Despicias merito, quid enim resinata iuuentus
Cruraq; totius facient tibi læuia gentis.

Meo quidem periculo dele periergon verbum, vocemque suppositititiam aduentitiam & adulterinam enim, vel hoc dictante ratione secunda breui nobis *resinam* proferentibus, aditiculum fieri ad cacophonon voculationemque prolatu grauiori explicandum prosodia & accentiuncula produci acuta, quod & auris probarum compositionum arbitra, neutiquam admittit. Adde quod & sensus idoneior est & cohærentior, si *remoram* legis potius quam *resinam* meras nugas & tabernarias voces, ex plebitate sumtas, nulla comparatione perpensa. Locus hinc exstat, qua aculeatior, qua conuenientior epigrammatistæ conferentis, & comparantis pisciculo *remora* naues solito continere, ne possint iter institutum peragere pigrissimos nautas remigio tardissimo potius nauem morantes quam impingentes & vrgentes. Is pisciculus ab opinatissimis & fidei probatæ receptæq; scriptoribus echeneis appellatur, a violentia nauium trahace, easceque veluti carinante infrenante & infernante. Plinius veluti signare videtur & innuere, ab ἔχω verbo Græco, quod significat *teneo* inditum pisci nomen echeneis. Siue ἔχομαι hæreo, ναῦς *nauis*, quod nauem teneat vel hærenter naualibus tabulamentis adhærens, remorari compellat. Pliniana de Echeneide verba sunt na. hist. lib. nono: *Est paruus admodum piscis assuetus petris echeneis appellatus, hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur, inde nomine imposito: quam ob caussam amatoriis, quoque veneficiis infamis est, & iudiciorum ac litium mora, quæ crimina vna laude compensat, fluxus grauidarum vtero sistens partusque continens ad puerperium, tamen in cibos non admittitur: pedes eum habere arbitratur Aristoteles ita posita pennarum similitudine. Mutianus Muricem esse latiorem purpura, neque aspero nec rotundo ore. Neque in angulos coeunte rostro sed simplice concha vtroque latere se colligente, quibus inhærentibus plenam ventis stitisse, nauim portantem nuncios a Periandro, vt castrarentur nobiles pueri, conchasque, quæ id præstiterunt apud Gnidiorum Venerem coli. Trebius Niger pedalem esse, & crassitudine quinq; digitorum naues morari, præterea hanc esse vim*

eius asseruati in sale, vt aurum, quod deciderit in altissimos puteos, admotus extrahat Hactenus Plinius, qui non *pedalem* alibi, verum *sesquipedalem* appellat. Ceterum diuersos auctores forte sequens Oppianus in libris Halieuticon hunc ἰσόπηχυν, hoc est, *cubitalem* appellat. Nonecheneis attestationem Plinianam ex 32. lib. na. historiæ potest ire visum, nec illepidam nec acosmam: *Ruant* inquit ille *vent, ilicet & sæuiant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, & cogit stare nauigia, q̃ non vincula vlla, nõ ancoræ pondere irreuocabili factæ. Infrenat impetus & domat mũdi rabiẽ, nullo suo labore nõ retinendo, aut alio modo q̃ adhærendo, hæc tantillo est satis vt vetet ire nauigia.* Ibidem *semipedalem* pisciculum Plinius appellat. Fertur Acciaco marte tenuisse prætoriam Antonii properantis circuire & exhortari suos. Tenuit auspicalis pisciculus Cai principis nauem, siquidẽ nouissime tum in vrbem reuersus ille Imperator suis telis confossus est. Constabat peculiariter miratum quomodo adhærens tenuisset, nec idem polleret in nauigium receptus. Qui nunc posteaquã videre, cum limaci magnæ similem esse, dicunt, ex nostris quidam Latinis *remoram* appellauere eum. Sale adseruatum adalligatum grauidis partus soluere, ob id alio nomine *olynolyontem* appellauere: *Remeligenes & remoræ* a morando dictæ. Plautus: *Quid nunc illæ tandiu remorantur remeligenes?* Et Lucilius: *Quæram mox ex te resonans meo gradu remoram fecit.* Pompeius auctor, concinniorem esse sensum & cohærentiorem, hoc ferme intellectu si *remoram* pro *mora* simpliciter intelligeremus, vt non desidiose segniterque morantes Argonautas, sed ipsam moram nuncupet, si quidem reperiam metaphoricos imaginarie & similitudinarie ab huius pisculenti natura *remoram* pro moramento nuncupatim vsurpatam, id Plauto in Trinummo dictante, cuius verba sunt hæc: *Ita vincunt illud conducibile gratiæ, quæ in rebus multis obstant odiosæq; sunt remoramque faciunt rei priuatæ & publicæ. Remores* vt obiter & paradoxotaton hoc explicem, aues in auspicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Fœde labitur vir alioquin haud mediocriter eruditus cognomento Philelphus, qui censet a *Pirocalos*, & perperam præpostere eo Lucani dissertissimo versu ex lib. Pharsaliæ 6. *Non puppem retinens Euro tundente rudentes, In mediis Echinus aquis*, syllabario mensu refragatore legendum esse, cum potius & rectius *Echeneis* scribendum sit inibi. Ad magica *remoram* piscem accommodum Plinius arbitratur. Præterea de *remora* Donatus Terentianus interpres in Andria hęc ait: *Remorer, retardem, retineamque, a remora pisce minutissimo qui nauem retinet, nam* Græce ἐχενῆϊς dicitur. Eiusdem de eodem parile interpretamentum est, in Eunuchum Terentianam fabulam. Compertius potuissem disserere de *remora*, sed hoc est, stylo desultorio & delibatorio, summa sequor fastigia rerum. *Veternum*, quod superest explicandum, quem morbum medici recentiores

sub-

ſubetiam dicunt, Domitius tenuiter atque ſteriliter enarrans, ait eſſe *hydropiſin*. Quod non ad ſcopon, hoc eſt, intentionem auctoris pertinet, hydropico quidem, tardo, obtuſo atque hebeti, verum non eo, quo ſufficiat Poetæ, ſtomacho. Adde quod non proprie *veternum* dicas eſſe *hydropiſin*, etſi Cato metaphoricos dixerit. Scire debes igitur *veternum* fuiſſe, qui crederent, ſomnum eſſe maximum, grauem & exitialem, quem *lethargum* nuncuparunt hi, qui nullum diſcrimen inter *lethargicos* nouere *veternoſoſque*, de quo vel illud Maronianum diffuſile: *Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno*. *Veternoſus* dicitur, qui graui premitur ſomno, Cato *veternoſum hydropicum* intelligi voluit, cum ait: *Veternoſus quam plurimum bibit, tam maxime ſitit. Veternoſum potulentum biboſum, temulentum & hydropicum* metaphoricos intellexit Car. preſſum, grauem, ſomnulentum, vt *veternoſus* eſt. Ne cenſeas rem ſimilem eſſe & conſentaneam, vt præcipitanter & inaccurate Domitius eſſe ſcribit, ſed ob ſimiliorem & remotiorem, quam Hypanis, vt inquit ille, *Veneto* diſſidet Eridano. *Veternoſi* quibuſdam videntur eſſe *lethargici*. Sunt qui *veternum* interpretentur *morbum ignauiæ*, qui ex otio nimio contrahitur. Plinius *veternum* a *lethargo* diuerſum morbi genus facit. Ceterum quatuor fere diſcrimina, *marcoris* (ita enim vocatur inuicta quædã ſomni cupiditas) nouere Græci: *Caros*, quod Plinius *ſoporem* conuertit, Græcis κάρον appellantibus crapularem redundantiam, vel ex hoc verbi deriuaculo καρόω *perturbo*, ſeu ab haud multum diſſentanco κηρόομαι, quod capite caricor, aggrauor, oblidor, opprimor hellenismo ſignificat, velut ab oppreſſura capitis, & ingenii offendiculo, vt Plinius na hiſt. lib. 15. referat inde: *Ex iuglandibus vnum genus appellatum caryon. a capitis grauedine propter odoris grauitatem*. Itidem Plinius lib. 13. *Caryotas inter palmas celebratas refert, cibo quidem, ſed & ſucco vberrimas, ex quibus præcipua vina orienti iniqua capiti, vnde pomo nomen*. Hactenus Plinius. Inditum nomen *caryotis* ariolor & quaſi diuino, a verbo κηρόω vexo, agito, conturbo, quod interpretamentum ſatius erit, quam quod Græcis κηρη *caput* dicatur, ſed hoc tamen in medium relinquo. Quidam neoterici & recentiores haud ſane indocti, conſtanter & contumaciter aſſeuerant, a vocamine verboque Græco καρίνη, hoc eſt, nuce, *caryotis*, inditum nomen, quod nuces imitantur caput aggrauantes. Id mihi non temere probatur. Ab hac dictione κηρίνη Plinius lib. 15. *cariynon* oleum iuglandinum appellat. Secundum, vt hinc ad reliqua deſiliam, *veterni* genus, Græci vocant vtique *lethargum*. Tertium *moroſin*. Quartum *nothazeta*. Indiſcriminatim, indifferenterque, vti iudico, *morotis* dicitur & *moroſis*, μορότης enim Græcis perdelirium eſt & inſania, quotienſcunque ſomnifico grauamine ſomnulentaque oppreſſura, & pene

lethifera, animo resipiscentia non datur ad mentem. hæc etenim *moros*is non modo memoriam vt *lethargus*, sed vsum quoque rationis intercipit. *Nothroteta* segnitiem fere sepultam, languidum veternosumque soporem intelligimus, νωθρὸς *languidus*, νωθρότης græcis est *torpida segnities*. Postremum, hoc est, humida materia generatur, sicut lethargum ex frigida. In familiaribus Ciceronis epistolis scitule & ioculanter & falsè & appositè dictio quadrans & conueniens *veternum* ex lubrica scripturæ prochuitate in *veteranum* deluxata est. Hæc Cicero lib. 2. *Post hoc negotium autem & temeritatem nostri Dolabellæ deprecatorem me pro illius periculo præbeo: erat in eadem ciuitate veteranus ciuitatis*. Vbi *veteranum ciuitatis* Pompeium appellat, quo Archipolypo Lemarcho, legionumque Romanarum præfecto, nullum exercitamentum populo Romano dabatur, quo veluti cote stimuloque virtus in Romanorum pectoribus sopita resopiretur acueretur que. *Veternosum* dicendi genus *somnulentum & ignauum* Sidonius Apollinaris appellat in epistolarum lib. primo, quem libellum graphicum & lepidissimum propediem cum epitome interpretationis nostræ iumus edituri.

Nec obstat in phalæcio carmine in dictione *veterno*, Iambum poni ex Catulliana mimesi, hoc est, imitatione, in cuius epigrammatario opere, quam plurima his similia reperies. Sufficiet ex multis vnicum exemplum in medium attulisse, & hoc exliminari pagella: *Meas esse aliquid putare nugas*. Ex hac præpostera syllabarum obseruatione sunt, qui noluerunt id a Plinio prolatum, qui permutatis prioribus syllabis durius culum fecit, quam volebat existimari. Fuit, quando crediderim perpensis & examinatis mendosis vocibus & cuitato iambo, quod vitium vsurpationis licentiosæ apud epigrammatarium poetam singulare est, ita legendum esse *grallatore caroque pigriores*. *Grallatores* enim nuncuparunt antiqui in longuriis amyris & perticis abiegnis *passus ingentes* diuaricantes & militarios explicantes. *Grallatorium gradum* Plautus *maximum* appellat, quemadmodum e contrario *minutulum* formicinum & testudineum. Transeunter & incidenter, vt hoc superpondio tedimittam onustum, e macula Marcelli pene mendis obrutum vulgatius exemplar. *Grallatores* sunt κανηφόροι, id est, *ligni incedentes*: glaræ enim sunt fustes quis innituntur: Varro, *mutuum mutuscabunt: grallatores dicti*, quia gradiuntur *grallis*, vel quod perticas has ligneas ab homine eo, qui is agitatur Sicilia *gerras*, quæ mimis nostris sunt & *grallæ* apud crura & pedes nostros exsistentes, vbi posses non intelligenter intelligere de seruis *a pedibus* appellatis intelligere Marcellum, cum ait, *grallatores esse seruos post crura & pedes*, quippe cum in famuletio sint *serui ad pedes*, nuncupatim appellati, quos

vtique

vtique signasse Poetam Epigrammatarium credimus *lib.5.* cum ita scribit:

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur a pedibus.

Apertius & liquidius idem lib 12.

Bis Cotta soleas perdidisse quæstus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Eadem pene forma *a pedibus serui* nuncupati, qua *a manibus, ab Epistolis, a libellis, a rationibus, a pugione.* Comperio pro re non adsimili seruos *a manibus* amanuenses appellatos. *Circumpedes* ex auctoritate Agretii sunt obsequia seruorum, ante pedes amicorum. Cicero in Verrem actione tertia, *Seruos artifices pupilli domi. Circumpedes autem homines formosos, literatos suos esse dicebat. Ab Epistolis* Latine nuncupantur & venuste, quos *cancellarios* semidoctum vulgus appellat, quorum principes *archigrammatei* vocantur. Plutarchus auctor est, *Eumenem archigrammateum* Alexandri fuisse, hoc est, scribarum principem, indeque fuisse contemtibilem *Caron*, quod reliquum veterni genus erat explicandum, superius affatim signauimus.

Vindicatus a vitio mendosaq; labe Plauti locus, inibiq; non fastidienda de satyrio.

DIspersim & tumultuatim inter ambulandũ enchiridion meũ, hoc est, Plautũ linguæ Romanæ *delicias* lectitabam, vbi mendam sordidissimam & aspernabilem deprehendi. Sic enim scribit in Truculento, cum rusticum amatorem quæribundum iudicat, discrutiatumque pruritu & pruinosa tentigine potiundæ meretricis. *Vbi mea amica est gentium? neque ruri, neque hic operis quicquam facio, corrumpor situ ita miser cubando in lecto, hic exspectando obdurui.* Cui vel mediocriter erudito solœcistes & super scotinon heraclitum perplexibilis, tenebricosusque Plautus non appareat. Res manifestaria quidem est & ante pedes. Situ ita nihili vocem esse, decurtatam, mutilam & interceptam existimaui iam puerulus, & sub Philippo Beroaldo non sine honoris præfatione nominando ἀκουστικὸς, quo duce tanquam sole itiner poeticum peragrauimus *pituita* verbum substituendum esse, tanquam *pituita* idem metaphorice seminio genitali stimulante & lacessente corrumperetur adulescens amasius. Fuit quando *situ ita* legendum contenderim, ad hunc ferme sensum, vt iuuenis inquiat, *cur ego situ*, hoc est, iacente quodam marcore veternosa supinaque desidia, quod dici solet, vltra *somnum Epimenidis torpeo, senesco, marcesco, macresco, & macesco in hunc desidem ignauumque modum.* Ceterum diligentius, accuratius, prospicientius, & indagantius eandem vocem subinde ruminanti, succurrit interpretamentum elegantius & cohærentius, vt expunctis & antiquatis hisce tribus vocibus, si tu ita *satyrion* legas, & inter-

preteris, *vrtica, tendore, prolubio pruritusq; venereo. Satyriō sane prolubedo est & prurigo Venera*, quotienscunque nimietate tentoris & appetentia libidinis penissime disrumpimur, coireque discupimus sed infectim, corpore vires vtique venereas non suppeditante libinini. Siquidem Augustino teste quandoque exstincta in corpore flagret in animo libido. Is morbus a neotericis & recentioribus medicis *Priapismos* appellatur. Conuenit sane metaphora iuuenculo rusticulo coitum & amicæ conuenientiam appetenti, vti *priapismo disumperetur*, quippe, quæ natura est *Priapismi* atque *satyrii*, sine effectu coeundi torquebatur. *Saty* Græcis virile membrum dicitur, inde satyrion inflectitur. Vnde inclinatur quoque *satyrus*, qui ad libidinem proximus est, pronus & procliuis: in tantū, vt Priapum, censente Plinio ad hortos custodiendos poni suffigique debere *satyrica signa*, ni malis *saturnica*, propter falcem dixerit, cuius hæc verba sunt ex libro 19. *Quam rem comitata est & religio quædam, hortos & fores tantum contra inuidentium fascinationes dicari videmus: In remedio satyrica signa quicquam tutelæ veneris assignante Plauto.* Adde *satyricam auem* coruum Latinis quibusdam appellatum, quoniam scilicet est libidinosa & salax, & quod ore morigeratur, id obtinente fabula. Eos plane ore parere & coire vulgus arbitratur. Aristoteles & Plinius negant, Polyrrhizon semine pleureticis & neruos confirmare, excalefacere, eadem *satyrion* esse Plinius autumat, 25. *libro naturalis historiæ.* Vbi non herbam intelligo, sed potius vim illam impetuosam coeundi. De *satyrio* quod appellarunt recentiores Auicennæ interpretes *multitudinem desiderii*, fit mentio ab Auicenna, in primo tractatu libri tertii Phæn, qui censet ab acuitate spermatis, aut eius multitudine, cum debilitate corporis, propter fortitudinem vasorum spermatis, quia attrahunt eius materiam ad sese. Et virorum quidem desiderium forte fit in regionibus & aeribus & temporibus certis, propterea aggregatur illud ex virtutibus eorum. Mulieres quoq; ex auctoritate eiusdem *satyrio* laborant. Ceterum ex caussa contraria proueniente, gignitur ex virtutibus earum congelatis, & de illis earum, quæ sunt frigida, valde in vniuersum resupino cubitu dormire *satyrium* generat. De signis *priapismi*, & eiusdem medelis, Auicenna non tacuit. Salycetus inter diæteticos medicos fidei nec lubricæ, nec auctoritatis ambiguæ, nec famæ famosæ ægritudinem hanc iugi, continenti, & perpeti assiduitate, toti iugo corpori vriginem quandam furialemque inflammationem gignere autumat: vtiq; nocere spasmoq; cum sequente ad perniciosas ægritudines inducere. Fieri ex multitudine materiæ calidæ sanguineæ, & ex sumine stellionis cum vere profecto admittūtur ad cibariū. Non ingrato quidem, nec inutili diuerticulo, & hoc disce, fluxum seminis in somniis Græcos vocare ὀνειραγόνον, de quo meminit Auicenna *libro tertio Phæn. Nec alba*, quod aiunt, *linea*, *illo-*

illotisq; pedibus prætereunda est hæc veluti consequela & appendicula, distigio sane non magno dispesci atque discriminari satyrion atq; priapismon, hoc proueniente absq; desiderio, atq; necessitate, illo sæpicule cum desiderio & necessitate. Idem apud opinatos & receptæ fidei medicos *satyriasis* atque *satyrion*. Aristoteli 4. *libro de generatione animalium* satyria morbus est, qui prouenit præ abundantia fluxionis aut flatus crudi in partes faciei decumbentis, facies animalis diuersi & satyri apparet. *Satyria* quoque Latinis cibarium, confusaneum Latinis *satyra* veluti cinnus, & hoc est, scitamentum ex variis rebus compositum, & lex vno rogatu multas comprendens, quod in decretis canonicis annotauimus παρὰ λέξιν & ὅλως παράγραφα, hoc est, *extra propositum & institutum*, quod in Pandectis medicorum reperies. *Satyrion* herba, quam Arabice *chasialce* vocitant, orchis Græce, quæ vox *testiculum* enotat, vt obiter verba medicis fusanea & domestica, ab iisdemque *pachimeteron*, & *crassa* vti dicitur minc ua animaduersa, signem, appellatur *aphrodisia* (vt intellige venerea) vel *priapismon*, latialiter appellatur *vulsis testiculus, vel leporina ex* auctoritate Serapionis. Primum genus satyrii *cynosorchu*, hoc est, testiculus canis nuncupatur. Est alterum satyrii genus, quod penitus imperiti literaturæ Græcanicæ medici scribunt attictismo *trifolium* vocari, cum dicere conueniat, vtique Græce *triphyllion*, ac hoc *prosedamo*. Sic enim dicitur hebetudo frigedoq; coeundi releuari equi admissarii satyrio scriptum est, super qua Plinius hæc libro vigesimosexto: *Venerem etiam si omnino manu teneatur satyru radix fi mulat, magis etiam si bibatur in vino austero, arietibus quoq; & hircis segnioribus in potu dari equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu quod vitium prosedamum vocant.* Hoc addatur veluti coronis & auctarium, epigrammatistam satyræa *saty*, hoc est *strutheo, rutabulo* vret, illa, hoc est, membro virili diriisse pro libidinari, struprare fœminamque depudicare: Non pridem Bonicnsium pulpitarius per amænos colliculos florulentaque verrucas, & muscidosque fonticulos sedens in anthlintio Stipadiq;, hoc est, sedili cespititio, non tamen sine Theseo, hoc est, Ludouico Ghisilardo antiquis moribus, & vt Plautus ait, Massilicnsibus & omni virtute dotatissimo inter nostrates patricios inspexi satyrion herbulam radice capillosa clypeodi figura, vt testiculos humanos scriberet repræsentaretque insignita. In summum candidi lectores, qui nec momo nec liuore stringuntur, perpensis & examinatis literarum mutilatarum confinus, icio iudicabunt non penitus aspernabilem hanc nostram annotatiunculam futuram.

Augustinum fideq; fœdeq; lapsum, ibiq; nunquid fœmina superfœtare possit assatim pensitatum, incidenterq; Pallada epigramma distichon explicatur.

AVgustinus literarum sacrarum proculdubio princeps & vexillarius, fœdo pudendoque cæcutauit errore, misereque & pueriliter hallucinatus est, & quod mirius, non minimum incognibili macula. *Iamiam liuidulorum latratulum, vt eleganter inquit Apollinaris, cote liuoris acuminatas linguas, quæ vtilia est garrire sciunt. Illud loqui nesciunt exasperare conspicor.* Illud subinde & identidem Plinianum euomentes suspendio arborem eligendam, cum in Theophrastum hominem in eloquentia tantum vt nomen diuinum inde inuenerit scripsisse etiam Leontinum fœminam constet. Exemplo pari hi balaterones & subducti supercilii vituperones, qui quod ignorant eleuant, me vellicabunt, taxabunt & demorsicabunt, qui spreta viri in omni doctrina tanti eiusdemque apotheosi obstrigilati, tantillus & indoctus audeam. Ceterum relictis, vt inquit, Plinius exustioni suæ his hominum turbis, ad occœpta regrediamur. Nos enim ingenue profitemur, nec vt Ciceronianam dictionem vsurpem, muginamur atque tergiuersamus, quin multa sint, quæ sicut nõ omnia singillatim nouimus, ita nõ omnia nescire. Libet in re simili *Heraclitia* vti parœmia, de qua meminit Aristoteles in decimo libro de animalib. eam dixisse ferunt *Heraclitus* ad eos, qui cum alloqui eum vellent, quod forte in casa furnaria quadam caloris gratia, sedẽtem vidissent, accedere temperarunt: ingredi enim eos sidenter iussit, quoniam inquit, ne huic quidem loco dii sunt immortales. Eodẽ dicterio intemperiem horum libitinarum rabiosulorumq; rabularum diluã, vt affirmem nostra hæc nõ nimiũ nihil esse, quin saltem subsit aliquid probi & integelli, si candidus aure nec matutina si mihi fronte venis. Fuit equidem Augustinus vir magnus & eruditionis integerrimæ: verum vt auctor est Iunius Columella, qui sapientes existimati sunt, multa scisse dicuntur, nõ omnia. Summi sunt, sed tamen homines proinde possunt erratitiis diuerticulis cæcutire veritatemq; protinus relinquere Nõ enim semper feriet, quocunq;, minabitur arcus, nec pudor est, vt auctor Marcus Varro, perfecto spicilegio festuculam reliquisse. Coniectare licet inter tot pensiculate & prospicienter ab Augustino relata irrepsisse quid fæculentæ labeculæ. Profluentius & latius exorbitaui, vt obiter cauerẽ istos vitilitigatores, Augustini verba sunt hæc, vt tandem cũ re ipsa congrediamur ex quinto de ciuitate Dei volumine, genethliacos planetarios, id est, astrologos carpentis: *Et in conceptu vbi & vnum concubitum esse manifestum est, tanta naturæ vis est, vt cum conceperit fœmina, deinde alterum concipere omnino non possit, vnde necesse est eadem esse in geminis momenta conceptus*: Hæc Augustini nimirum sententia hoc sonare videtur, ceteris præstigiosis offuciis obiectis, quæ multa sed commentitia ad auctorem tutandum excogitari possent, sed omnia commentitia, & venustula magis, vt inquit Ausonius quam ferticula, *fœminam nisi vnico momento gemi-*

nos

nos concipere non posse: Quod equidem absonum est, & absurdum, vel eum refutante libro septimo animalium Aristotele, qui nedum fœminas, sed animantia cetera quam plurima superfœtare posse confirmat. cuius verba apposui, vti dilucidius pateat huiusce rei cognitio, ea scilicet quorum natura superfœtare more leporis reculat: *Verum equa nunquam superfœtat, sed magna ex parte vnum tantummodo generat. At vero in muliere raro quidem euenit vt superfœtetur, sed factum tamen aliquando est, qui itaq; longo post tempore sint concepti, nihilo perfici possunt, sed præmaturius dolorem, quo ipsi & primus fœtus intereat mouent. Iam incidit vt facta corruptione duodecim superfœtata puerperia ederentur. At vero si proxime a primo conceptu secundus sit factus, absolui ediq; potest quod superfœtauerit, vt quasi gemini nasci videantur, quomodo Herculem & Iphiclum procreatos esse fabulantur, nam id etiam constitit adultera quadam, quæ alterum suo marito, alterum adultero similem peperit.* De Iphiclo & Hercule quis non legit, Aristotelicis pene germana in Amphitryone Plautina fabula. Superiora Aristoteles & plura, quæ prudens omitto. Eadem referuntur ab eodem quarto quoque libro de generatione animantium. *Cartilaginea* genera superfœtare idem auctor est libro sexto. *Dasipum* superfœtare testatur Plinius & Aristoteles libro quarto de generatione animalium. *Solipedes non superfœtant*, inquit, Aristoteles alibi. Porro discussis & iterato pensitatis Augustini verbis, non prorsus a veritate recidunt *in geminis necesse*, ait, *esse momenta conceptus.* Conueniunt enim Augustini cum his, quæ apud Aristotelem libro de generatione animalium quarto scripta sunt, quæ subiecisse fuerit operæpretium: *Quæ autem ex his magnitudine præsunt, vt homo si alter coitus proxime ab altero accessit, enutrire, quod superfœtatum est possunt, tam enim id euenisse visum est, cuius rei causa id quod diximus est: eodem enim coitu plus seminis emittitur, quo partitu, multiplicare conceptum potest, sed raro, quoniam vterus magna ex parte ad partum se comprimat, si tamen aliquando accidit, vt superfœtetur, tam enim id euenisse constat, perfici non potest, sed conceptus abiguntur.* Verum enimuero nonne Augustini sententiæ reiectaneum est, quod ait Aristoteles alicubi fœminas *superfœtare* posse, vitales esse fœtus, & vsque durabiles diuerso momento conceptus genitos, cum Iphicli præferat & prætendat exemplum & Herculis. Ceterum de conceptibus, fœtu, superfœtatione neque hirmo quodam, ecquasi, hoc est, grato diuerticulo diuertere ad partionem, ab re non fuerit. Scribunt medici & philosophi illustres, gigni hominem septimo mense tarenter, nunquam octauo, sæpenumero decimo, eumque esse hominem gignendi summum finem decem menses non inceptos, sed exactos. Hoc idem tradit etiam Menander Poeta vetustior, humanarum opinionum vel peritissimus: γυνὴ τίκτει δεκάμηνον, hoc est, mulier decimestris parit. Mense octauo

quoque gignere fœminam non prætermisit Poeta Cecilius eo versu Comico. *Insolet ne mulier decimo mense parere. Pol nono quoq; septimo atq; octauo.* In Hippocratis libro, qui inscriptus est, Περὶ φύσιος hæc leges, ἐπὶ δὲ τῶν ἐπταμήνων ἧσσον ἡ γένεσις, id est, *est autem & non est ultimestris partus.* Transeunter & præter institutum in mentem venit epigrammatis Græci huiusce Palladæ: γράμματικὸς ἐπαινέτης φιλόπαιδ μιγεῖσα πυθέου ἀρσενικὸν Ἰουλικὸν ἐδίπεγον, significat hoc distichum Grammatici filiam peperisse fœtum masculinum, femininum neutrum. Vbi non omnia sunt iocularia, verum subest doctrina penitior & eruditior remotior. Poeta Grãmaticum illudens genuisse eius vxorem filios refert casibus, quos docere cõsueuerat assimiles. Porro cum peperisse scribat ἐδίπεγον, id serio prospicienter & accurate prolatum est, Nec iocus exit de ternione, hoc est, in ordine ternarii numeri, quo filii geniti, sed neutrum appellat, quippe cum & Hippocratis sententia vetere, octauo quoque mense genii sunt & non sunt, & quodammodo neutri vocari possint. Etiamsi non constet hunc octauo mense genitum. Nil enim festiuæ lepiditatis haberet ob solos casus grammaticæ filium neutrũ vocitasse. Ad casus quidem Palladæ carmen alludens, & ad eruditionẽ scitiorem & occultiorem Hipp. ἐδίπεγον fœtum appellauit. Esse autem & nõ esse octimestrem partum, hoc est, quodammodo neutrum esse, scribit Hippocrates, Id tam obscure atque præcise tanquam aduersæ dictum Sabinus medicus, qui Hippocratem commodissime interpretatus est his verbis enarrauit, ἐπὶ μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μείζω τῶν ἑκτρώσιν, ὥστε ἐπὶ ὡς ἀνθρώπῳ μέτα τούτου, καὶ ἐστιν ἐν φανερᾷ οὐσίᾳ μὲν πρὸ αὐτοῦ αὐτῇ τῇ δυνάμει ὥστε ἐστίν, id est, *Apparent quidem veluti animalia post abortum, sed nequaquam sunt quippe, quæ statim vita excedant, staq; esse quidem tantisper imaginantur, sed potentia non sunt.* In hæc haud ingrate diuerti, facturus operæpretium si adiecto lepidiori rectorio nouoque statumine statuminarem & intercrustarem in versus elegantissimos Palladæ. Præterea *heptamini* Græcis appellati filii, qui septimo quoque mense nascuntur. Apud Donatum in Hecyra Terentiana eum locum emenda, & integrum restitue Donati verba sunt hæc: *Ad spatium quo prægnantes esse solent, id est, ad mensium dinumerationem, quia & septimini nasci solent:* Qui elegantius & eruditius Donati verba perpendent, hi *heptimini* legent, ita Græcis septimo mense præmaturos fœtus genitos appellantibus. Cur ἑπτάμηνοι, hoc est, nonimestres filii hodie potissimum nascuntur nec ἐνάμηνοι, causam Cẽsorinus affert, cuius ista sententia: *Quo tempore partus concipitur in vtero muliebri necesse est vt sol sit in aliqui signo, & in aliqua eius signi particula, quem locum conceptionis vocant.* Chaldæi a decimo zodiaci, decimo a conceptu mense κατὰ πρόσωπον, id est, per conspectum quadratum, qui perquam efficax est, sicut etiam conspectus ille est potentissimus, qui fit a nonogono

gno κατὰ τρίγωνον, ideſt, per trigonam radiationē hinc nono menſe fœtus exortus abſolutiſſimus. Ab his poſſent Auguſtini ſectatores & dogmatiſtæ ad eius hallucinationem munienda, in ſuam ſententiam prætendere id Hippocratis, in calce aphoriſmorum, cuius verba libitum eſt ad verbum ſubſcribere: *Quæcunque in vtero habent, his concluditur os matricum.* Hactenus Hippocrates, eadem Ariſtoteles, quod & ſupra citauimus. Cum igitur inquient prægnanti de ſubito os matricum occludatur, diuerſo momento *ſuperfœtare* neutiquam poſſe videntur. Reſpondent medici recentiores, exquiſitum os matricum quidem occlud', niſi tamen ſubſit cauſſa recens: quę occluſum aperire nouo illectamento cogat, matrice ſcilicet collum ſecundarium virginalis interfœminei, hoc eſt, vuluæ aperiente, ad attrahendum ſperma naturaliter. *De ſuperfœtatione* quam ſuper impręgnationem vocant inelegantius medici neoterici, meminit Auicena Phæn li. 3. cuius verba magis quidem eruditiora quam elegantiora non puditum eſt ſubtexere: *Parum ſunt inter geminos dies plurimi. Ipſi ſecundum plurimum ſunt ex coitu vno. Et parum contingit quod ex coitu ſuper impregnationem fiat conceptio: Nam ſi ſit conceptio ſit in mulieribus, quæ corpora teneræ habent & cutem multorum pilorum, multi ſanguinis propter fortitudinem caliditatis earum, & de illis ſunt, quæ fortaſſis videntur ſanguinea in impregnatione, & non curant de eo propter virtutem earum & fortitudinem matricis ipſarum, & non abortiuntur cum menſtruis & cum apertione eius quod emittitur matrice, & quandoque menſtruantur ſuper impregnationem numero duarum menſtruationum. Quod ſi cadat impregnatio ſuper impregnationem in valde forti & in ea quæ non concipit niſi propter apertionem oris matricis ſuæ, non propter fortitudinem ſuæ matricis, timetur quod ſit filius primus iam debilitatus.* In propatulo & in aperto eſt quam ſit Auguſtino refractarius atque reluctans Auicenna, ſi qui tamen fuerint, qui munimen & latebram Auguſtino quęrant, hi dicant quod rarenter fit & pene nunquam fieri præſuppoſuiſſe Aurelium. Fortaſſis Auguſtinus de his intellexit, cum ait, *eadem ſunt momẽta conceptus in gemini*, qui vnico conceptu naſcerentur, vt nec vtique loquatur vniuerſaliter. Addas hoc non ingratum auctarium a tempeſtiuitate noni & decimi menſis Parcis eſſe indita nomina, quæ a partu per antiſtichon nominatæ ſunt, nona & decima. Ceſſelius tria nomina parcarum dixit *nonam, decimam, mortam*, ſed homo minime malus Ceſſelius *mortam* quaſi nomen accepit cum accipere quaſi μοῖραν deberet. Sic n. maculoſũ codicẽ emẽda Gellianũ li. iij vbi nõ μοῖραν, hoc eſt, Paream, verum *meram* nihili vocem & *caſſam* peruulgatius exemplar habebat xj. menſes κατ' Ἀριστοτέλη parere poteſt, Plin. lib. vij. xiij. menſes tuliſſe fœminam partum teſtatur apud quem nulla ſunt ſtata partionis tempora. Auguſtino Parrũda partui præfecta Dea apud quem *Vagitanus* lib. iij. de ci. Dei: ſiue *Vaticanus* ut arbitrat Gellius deus eſt, qui infantium vagori, hoc eſt,

vagitui præsidet, & *Cunina* Dea quæ *cunas* eorum administrat. Præterea cum mos Romanis peculiaris esset, vti infantem nuperrime genitum in humo collocarent, & e vestigio leuarēt, deam *Leuanam* venerabātur, quod eo Ouidiano versiculo significatum est: *Tactaq; nascenti corpus haberet humus.* Hanc rem signasse Plinium arbitramur natu. hist. lib. vii: *Hominem tantum nudum & in nuda humo natali die ablicit ad vagitus, statim & ploratum.* Itidem: *Diua Rumina præerat, vti mammam paruulis immulgeret. Diua Potina potus exhibebat. Diua Edulica escam ministrabat.* In digestis de solutionibus & liberationibus in propatulo quod est, & ante pedes, inuenies apud Iurisconsultum *quinque* iuxta sententiam Aristotelis posse fœminam parere, Iulianum, forte cum tot sint loculamenta, acceptabula, capsulæque vteri. Atqui libuit, vt Plautus inquit, ad hanc obicem commorari, meminens Angeli Politiani non mediocrem, quod tamen præfata manium reuerentia dictum sit, incuriam ne dicam inscitiam: non enim meum est cum larua colluctari, nec obluctari cinefacto synchronismi nostri cōsummatissimo, haud ingratis in hęc deflecti & properationi meæ modicum interiunxi, ne Angeli coniectura credulæ posteritati, impostura procliui imponeret. Ex Bucolici ludicri quarta Ecloga versus hi sunt postremissimi: *Incipe parue puer cui non risere parentes: Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili.* Deum *Genium* intelligi, qui nos natos fouet, nutrit & amplexatur, naturæque parentem deum, quem Græci vocant *eudæmona* contendit Angelus, deam Iunonem cubili præsidentem, quamobrem *cubam* vocatam, & ad hæc Donati verba aduocat: *Huiusmodi initiabantur quidem pueri cibo & potu, at quidam sacris, vbi ita legunt apud Varronem: Initiari pueros Eduliæ & Poticæ & Cubæ diuis edendi & potandi, & cubandi, vbi primū a lacte & a cunis transierunt, quod Vergilius secutus est, nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili, hoc aduntatum Probus.* Huiuscemodi Donati verba sunt reiectanea Politiani sententiæ, etiam si non *Edulicam* & *Potinam* vt Augustinus, sed *Eduliam & Poticam* vocitat, mendoso vti arbitror codice, quod de mendis in codice fere pullulantibus, haud difficulter credent eruditi. Ad hęc Donati sententia non Angelum fefellit. Ceterum cū probet *Edulicam* intelligi posse cum Vergilius inquiat: *Nec deus hunc mensa* non annotauit quo fulcimine, & literato opitulamine, possimus deum quoq; *Edulicā* vocare, quod nos haud aconiti, hoc est, nō sine difficultate iugi lectione cōperimus. Maronianum carmen *Edulicam* signare dubiū esset, quo nā pacto deū intelligerēt deam *Eduliam*, quod Donatus innuit nisi cēseas corrigēdū apud Donatū esse: *Initiabant Edulio & Potinæ.* Succurrit sciēter & exquisitū deum pro dea intelligi posse quippe referēte Seruio Æneidos cōmētario secundo ἀρσενοθήλαις hoc est, mares & fœminas esse deos, & citat vetusti poetæ carmen, venerē in hanc sentētiā deū vocantis: *Pollentēq; deū venerem.* Quid

non

non potuit Edulicam Maro nomine arsenico, hoc est, masculino nũcupare, qui vocat allecto ex septimo Æneidos hoc hemistichio id est, dimidiato versu: *Nec dextræ erranti deus abfuit*: Barbatã Venerẽ Lacedæmonios coluisse suffragãtur Græci scriptores & Ausonius hisce versibus ex Græca literatura delimatis: *Barbatam vidit Venerẽ Lacedæmone Pallas*: His neutiq̃ discrepat, quod Plutarchus affert inter cetera fortunæ cognomẽta *viscatã, pusillam, fortem, cõuertentẽ, bene sperantem, virginem, masculam & barbatam* quoque nuncupatã a verustis. Idẽ in apopthegmatis auctor est Laconas Venerem armis præditã coluisse, atq; deos esse omnes & fœminas & mares quoq; lanceas habere faciunt, tanq̃ omnes bellicã virtutem habeant. Hoc Orpheus effari volẽs tali versu sic cecinit: ζεὺς ἄρ' ἐμὲ γενέτο ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη. Vt hac appendice te magis remittã onustũ locũ Marci Catonis emaculaui libro de liberis educãdis, & cõsequẽter Marcelli citrãis eũ. Cũ primores cibis & potioni initiarẽt pueros sacrificabãt ab Idibus Edulicæ & Potinæ, quæ omnia extrema mẽdose circũferebantur. Obiter his adiungas velim & hoc fœtã fœminã in μαλακίᾳ cõstitutam, hoc est, ea mollitate, q̃ partũ antecedit, q̃ Lucretius *pellaciam* appellauit, stomacho relaxo, fastidienti atque resoluto, varia appetere, & ex appetitis, quæ magis & impẽdio velit seligere nescire, quod ex picę versicoloribus pẽnis, & diuerso colore variegatis *picare* Latialiter efferemus, sup qua re ex lib. 7. de annalib. hæc Aristoteles: *Solẽt appetitus varii grauidis euenire, citoq; cõmutari, quod picare quidã a pica aue denominant*. Hactenus Aristo. siue quod huiusmodi auitiũ partitudini ꝓpinquum esse terra cõsueuit, appetitu quodam moroso & omniuolo Græci κίτταν & indiscriminatim κίσσαν dicũt. Hinc amoris appetentiam variam nos significare volentes, & ex appetitis eiusdẽ & lectionem nullam Edilio nostro ita cecinimus:

Mira puer recitas insomnia quid sit amare,
Nosse velim noui si bene κίσσαν erit:

At hinc tandẽ ad cetera, quæ superant, superadde prius, ne, quid ꝙ vsq̃ deprehenderim omittam: *Cubam* Sabinos vocare eã q̃ militares *lecticam*, vnde videtur deriuatum esse cubiculũ. Põpeius auctor.

De missionum generibus, Apuleiiq; locus explicatus contra omnium hactenus sententias.

LVcium Apuleiũ Madurensem florentissimi styli nitidissimiq; characterismi fuisse si Sidonio credimus, atq; Fulmineo, quẽ Platonicorum eruditissimum Augustinus de ciuitate dei libro octauo iudicat, cuius opinamina & sentẽtias æmulabũdus nõ pauca Platonice ꝓtulit. At is aureus liber, & bracteatus, quẽ nõ geniũ, q̃ non habet charitem, multiiugis tamen mendis scatet, & ob inscitiam nescias, an incuriam æui nostri repudiatus, ab hisce triuialium fæculis fæculentis fordescit apud vulgus indies, cuius patrocinium nostrum erit, qui politioris eruditionis iãpridẽ ꝓfessores sumus. Eius metamorph. lib. iiij. verba sunt hęc: *Rebar enim me iam*

prorſus exanimatum ac debilem mereri cauſſæ remiſſionem. Perpenſis vſque dictionum confiniis, coniuratis, compoſitiſque prototypis ſcripturæ fidelioris, quos libraria Bononienſis opulentiſſima florentiſſimaque, diui Dominici retinet adhuc, in quibus *non mereri cauſſæ remiſſionem*, verum *morti ſuccumbere*, legitur, quæ lectio quidem adulterina eſt, verum ad probiorem atque caſtiorem præbet anſam cenſui non *cauſſæ remiſſionem*, ſed quod elegantius, ſignificantius & eruditius, *cauſſariam miſſionem* ſcribi debere, priori vocabulo diſpuncto penitus quod ne diffiteri poſſint obſtrigilatores ſi qui fuerint, & refragatores incommodo, ſicut Iureconſultus Vlpianus & illuſtriſſime & graphice ſexto libro ad edictum explicat. Marcianus quoque digeſtis de re militari fuſius & euagatius, cuius ſcitiſſima eruditiſſimaque verba ſuppoſui: *Miſſionum generales cauſſæ ſunt tres, honeſta, cauſſaria, ignominioſa: Honeſta eſt, qui tempore impleto militia datur, Cauſſaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renuntiat. Ignominioſa cauſſa eſt, cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur.* Quibus verbis inflectere pores & deducere dici *cauſſariam miſſionem*, quæ exhibetur ob ſiniſtram, & aduerſam valetudinem, qua Lucius in induuias aſinales commutatus eſt implicitus, dum more non ſueto cogitur tam ſpatioſam viam præterire. In hac ſignificatione *cauſſarii milites* dicuntur a Liuio in vij. ab vrbe condita lib. valetudinis ſiniſtræ cauſſa miſſi. Liuii verba ad hanc ferme ſeriem ſe habent. *Tertius exercitus ex cauſſariis ſenioribuſq; a Tito Quinto ſcribatur, qui vrbi mœnibuſque præſidio ſit.* Palladius libro primo, *cauſſationem, inualitiem* quandam & *ægrimoniam* appellat potius, quam morbi cauſſam, ſic ſcribens: *Sed quia ſolet his omnibus ad ſpeciem cuſtoditis occultiorem noxam tectior ſeruare natura, ipſam quoque ex incolarum ſalubritate noſcamus, ſi ſauces bibentium puræ ſunt, ſi ſaluo capite in pulmenibus ac thorace, aut nulla eſt aut rara cauſſatio.* Spartianus in Hadriani vita *cauſſarios* dixit pro *valetudinariis*. Eius verba ſunt hæc: *Poſt hæc profectus in Gallias omnes cauſſarios liberalitatibus ſubleuauit, Tranquillus.* Ni fallor, de *cauſſariis* in hac ſignificatione meminit Plinius natu. hiſto. libro xxv. ſonticos & valetudinarios intelligere volens, ita ſcribit: *Vetant dari ſenibus, & pueris. Item mollibus ac fœminei corporis animæve exilibus aut teneris, & fœminis minus quam viris. Item timidis aut ſi exulcerata ſint præcordia vel tumeat, nimium ve ſanguinem excreantibus, cauſſariis, vel latere vel fauci bus.* A *cauſſa* vel a verbo *cauſſor* quod ſiniſteritatem valetudinis cauſſari poſſunt, cauſſariorum cauſſariæque miſſionis inde nomen ſit, a quo verbo *cauſſarius* pro quod eſt *cauſſatius* honeſtius, inflectitur vel a Plinio in epiſtola volumini ſuo præpoſita. Itidē non diſſimili ſignificantia *cauſſatius* apud Apuleium leges, libro tertio Floridorum: *Libro etiam conſcripto plenius gratius cauſſatiuſq; libri mandabo*: etiam ſi ſcribant inibi *capacius* nō pauci. Volumina promiſcua

miscua *canatius* adhuc seruant, quod tamen haud improbo, vti *canatius* dictum sit pro eo, quod est *resonantius*, altiloquo canore.

Quæ sint Rosæ laureæ, obiterq; Vergilii carmen ad amussim discussum.

APuleii pariter verba sunt hæc ex iiij. lib. *At ne conuallem quidem vspiam, nisi tantum ripæ fluuiatilis marginem densis arboribus septam video: eæ arbores in lauri faciem prolixæ foliatæ in modũ floris inodori porrectos caliculos modice punicantis, quos equidem fragratis minime rurestri vocabulo vulgus indoctum rosas laureas appellat, quarumq; cũcto pecori cibus lethalis est.* Exploratissimum compertissimumque habeo non a triuialibus semitariisque professoribus verum a literarum apicibus & antesignanis hæsitati tallipedari ruminantibus & recogitantibus, quę sint hæ *laureæ rosæ*, quæ medelam præsentariam hominibus, ceterum belluinis venena præsentaria sint. Nobis, omni, quod aiunt, pede standum est, ne quid torta posteritas indaget, quod integrum & absolutum opera nostra reddi potest. Sed vti plenius & apertius intelligas, operæ pretiũ erit Plinana verba eadem pene contexere. Sic enim ait in decimosexto libro natu. histo: *Et quamuis herba Sabina dicatur rhododendron, vt nomine apparet, a Græcis venit, alii nerin vocarunt, alii rhododaphnen, sempiternum frõde rosæ similitudine, caulibus fruticosum, iumentis caprisq; & ouibus venenum est. Idem homini contra serpentem remedio.* Porro quam disparata sint hæc duo verba Pliniana *caulibus fruticosum*, ab Apuleianis notis lector candide, cum cetera pene gemina sint, & quam maxime germana. Videtur enim significare Plinius istud *rhododendron* caulem foliatũ fruticosum habere vel inde frondescere, & tamen si apud Apuleium *prolixe* pro eo ꝙ est vndecunq; & in caule & in cacumine legas, non sentit cũ Plinio Apuleius, quippe cum hic tantum non Plinius cauliculum fruticosum atq; ramulosum esse *rhododendri* signat. Si vero *prolixe* capis ꝓ eo quod est sublimiter & alte manifestario dissidio dissentaneaq; ferme ἀντιπαθείᾳ desciscunt auctores. Nosti enim caussam nuncupatim a Plinio truncũ arboris intimũ dici in q̃ sentẽtiam idem in vndecimo natu. histo libro scribit? *Locustam in spina cauli infixa oua generare:* Ab eodẽ *decaulescere* verbũ prolatũ. Operæ pretiũ erit adhibita trutina & acri iudicio suspendere vtriusq; verba & eosce concordes reddere & vnanimes, ꝙ fiet si apud Plinium ꝓ *caulibus calicibus* leges nec secus vtilitigatores legi debere rumiferant. *Calices* enim *rhododaphnes* Plinius intellexit eos flores, quos noster Apuleius *caliculos* appellat, quia pressula sunt rotunditate & similimi *calicibus* fundo angustioribus, & ab initio lenticulari figura tubo, coloque simili caliculatimque patulis. *Rosam lauream* Lucius nuncupat, Plinius *rhododaphnem* παραπόδα, ad libellum & ad verbum ex Græca literatura dictione deflexa. ῥόδος enim *rosa* dicitur: inde ῥωδονία *rosarium* vocatum: ῥοδοδάκτυλος ἠὼς hoc est, *aurora*

manciolas rosaceas habens ab Homero dicitur eo, quod eiaculetur radios flammigantes, qui digitos roseos æmulantur. *Rhodinium* vocat *Oleum* Plinius historiæ natu. libr. xv. ex rosis factum scilicet & compactum δαφνη laurus. Vnde nomen cōmentitium de puella ab Apolline dilecta Daphnona Martiali ceterisq; *Rhododendros* appellat, veluti *arboream rosam* vocites, q̄ ppe cū Græcis δενδρῶ καὶ δενδρον appellatur *arbor* ex cuius voculæ iucundulo diuergio picus ex auitio notissimus δενδροκολάτης appellatur, cū atticismo κολάτω pro *ferio* dicatur, qui quoniam sæpicule & identidē quercum tundit δρυοκολάτης dicitur. Hinc Plautinum illud ex iis in Asinaria: *Sed quid hoc quod picus vlmū tundit: Non temerariū est.* Adde potiētalē plagam itinera Alex. recensentem Strabonē de *rosis laureis* non tacuisse. *Erat arbor*, inquiens lib. xv. *lauro similis, qua gustata iumenta omnia cū spuma in morē comitialis morbi emoriebātur. Spina quædā fructibus siue fruticibus in terrā fusis, quēadmodū cucumeres, erat succo plena, cuius aspergines in quodcunq; animal incidissent, id oculis excæcabant capiebantq;.* Hæc Strabo li. na hist. xxj. *Rhododēdron* Plinius hisce verbis nominat: *Aliud genus in eodem Ponti situ viget ex annona mellis, quod ab insania quam gignit mænomenon vocāt, id existimatur contra hi flore Rhododendri, quoq; scatēt sylua.* Fruticosumq; pene pterii caulibus, si lectionē vulgariū exēplariū ꝓbamus, possit a Plinio nūcupari *Rhododendron*, ex Strabone qui ait *spina fructib. in terram fusis.* A Plinio quoq; de *Rhododendro* fit mētio li. 23. Cōsonus his suffragatur, subscribit succinitq; Palladius: *Aduersus ingens mures agrestes. Apuleius asserit semina bubulo felle macerāda antequam spargas, nonnulli rhododaphnes foliis aditus eorum claudunt, qui rosis his, dum in exitu nituntur, intereunt.* Non *citrum* nec aliam arborē in ij li. Georgicon intelligi disceptant neoterici non infra classem: sed capite censi. Ceterum *Rhododendron*, Maronē hisce versib. significasse, quo Persarū δυσωδία, hoc est, graueolentia leuetur:

Media fert tristes succos tardumque saporem
Felicis mali, quo non præsentius vllum
Pocula si quando sæua infecere nouercæ.
Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos faciemque similima lauro
Et si non alium late iactaret odorem
Laurus erat, folia haud vllis labentia ventis
Flos ad prima tenax animas & olentia Medi

Ora fouent illo & senibus medicantur anhelis Rosas laureas Maroniani versus indicare videtur, & non indicare videntur, & non indicare hoc conuenit cū *Rhododendro*, ꝙ inquiat in Media gigni. Antidotū & Alexipharmacū esse cōtra venenata catapotia, & nouercalia potoria, & id similiter cū *rhododendro* consentaneum. Cōuenit quod est facie similimum lauro, & quod folietur frondibus hyeme neuri-

neutiquam deciduis sed perpetuo virentibus, vt fortassis *prolixe* p diu & durabiliter, & perpetue dixerit Apuleius. Id refractarii est & dissentiens, q inquit *ipsa ingens arbos*, cū per humū ex Strabonis auctoritate *rhododaphnes* repat, quod & Plinius indicare videtur. Eo pariter *malum assyrium* a *rosa laurea* differt, & oppido dissentit, q inquiat odore mactare, quippe cū Lucius esse inodoratū ostendat. Id dubium & ambiguū quoq; an *animas & olentia Medorum semina illa*. Hæc satis superq; Vereor enim ne lectores studiosos offendam, quos reuereor. Ne ex iaconissimo in loquaculum idiotissimū sermonem molestē detrudans cetera lecturientes immorer.

Examine persistori scrutinioq; scrupulosiori quid sit bonus euentus enarratum.

Et iussē ab his non longule dissita verba sunt: *Tunc inuocato hilaro atq; prospero euentu cursum meum concepto prompsi.* Quam plurimi expertes eruditionis alloquor πυχνολόγως & crassa quod dicitur Minerua quorum ingentum, vt falsum apophthegma est apud Lactātium, *cimeriis* atritatibus inuolutum, quorum mētes amētes sunt, (vt ait Augustinus) qui ofœdine quadam semisepulti, velut: p nebulam cuncta despicientes nō dispicient; s, hallucinantur, sic interpretātes *euentum successum rei*, quod ante Theognium, vt Lucilius inquit, nullus ignorauit. Porro ego reperio iugi lectione cōtinentiq; indagatu Romanos *Euentum* Deū coluisse, vt pennitate felicissima per eū omnia nobis p sperarentur fortunarentur & felicitarentur, quem ve colebant semper & præcipue, quoties ceuq; prosperiter & auspicatissime nobis omnia p ueneriunt, Plin. lib. 36. vice numinis bonum *Euentum* cultum significare videtur, hisce verbis: *Romæ Praxytelis opera sunt, Flora, Triptolemus, Ceres in horto Seruilianū. Boni Euentus, & Bona Fortuna simulacra in Capitolio.* Quis non videt *Bonū Euentum* Varronē significasse in re rustica lib. 1. cu sic inquit: *Item adueneror Mineruam & Venerem, quarū vnius procuratio olei, alterius horrorum, quo nomine rustica vinalia instituta, nec non etiā precor Lymphas ac Bonum Euentū. quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura, sine successu ac bono euentu frustratio est nō cultura.* Deū numirū esse indicat cū subsequitur: *Hunc igitur deum ad veneratione aduocatus ego referam sermones eos.* in hanc sententiā pedib. ire videtur, & Donatus in Hecyra fabula in eius interpretamento loci: *Hunc videre semper optauimus diē, cu ex te esset aliquis, qui te appellaret patrē, euenit, habeo gratiā dijs.* Inibi Donatus ad hanc sententiam scribit: *Euenit, proprie euenit, ideo & bonorū euentus dicitur.* Polsē de *euentu* plura, sed hæc affatim satis & superq.

Quid oculus iustitiæ & de Hieroglyphicis nonnulla nec fastidienda nec inficta.

Lucius 2. 5. quoq; lib. ait: *Hæc sola & iustitiæ testatus oculū.* Quid eruditionis pernitioris & intercutaneæ p scire videtur *oculus iustitiæ*, quā nā cā memoretur a Lucio pauci sunt, q nouerint.

Ego publicitus a Bononiensium senatu inter professores humanitatis ascitus, plausibiliter & fauorabiliter interpretatus sum, hoc scholastici fere omnes haud ignorant, mutatorum Diodori sententia libro quarto interpretamento, qui Hieroglyphicos, hoc est, Ægyptiorum sacrosanctos apices, quos Apuleius de Asino Aureo libro nouissimo vocat *ignorabiles*, quippe cum nefas sciri profanis esset emetiens atque recensens, inquit: *Hieroglyphicus vtique literis oculum iustitiæ seruatorem, & totius corporis interpretari iustitiam.* Huic genuinum ferme & cognatum memini legisse, ni fallor Græcanico opusculo, vbi Hieroglyphici describuntur apices. Ergo igitur callenter & obseruanter rituales Ægyptiorum libros, scius Apuleius & harum præcipue literarum, vtpote qui de his quædam alibi tradiderit significare volens, eum quem Ægyptii Hieroglyphicis describunt *iustitiæ oculum*, quem sculpunt ipsi iustitiã denotantes, frequẽter subinde identidem & sæpicule nominat *oculatam iustitiam*, quã ita fictuabant sculptili marmoratione, lineariq; figura megalographiaq;, quippe vna ea proba improbaque lynceo obtutu & perspicabili acie cuncta conspiciente & conspecta librante, quemadmodum ex aduersum *exoculatam fortunam*, quæ nullũ bonarum quemadmodum malarum rerum discrimen habet. Ceterum ne quid omittatur inerti sterilique properatu, de literis hisce *ignorabilibus*, pauca dicendum. Sunt Ægyptiorum literæ variis animantibus extremitatibusque hominum atque instrumentis, sed præcipue artificum persimiles, non enim syllabarum compositione aut literis verba eorum exprimuntur, sed imaginum formatarum significatione vsu memoriæ hominum traditæ. Scribunt quidem *accipitrem*, *crocodilum*, *serpentem*, *hominis oculum*, *manus*, *faciem*, & cetera huiusmodi: *Accipiter* rem denotat cito factam, quoniam hæc aliarum ferme omnium auis sit velocissima? Transfertur hæc notatio ad domesticas res, quæ velociter fiant. *Crocodilus* malum significat, *dextra manus* digitis passis, liberalitatem designat, *sinistra* vero compressis, tenacitatem atque auaritiam. Eodem modo & ceterarum corporis partium figuræ atque instrumẽta aliquid certum notabant, quæ memoria hominum longo vsu ac meditatione obseruata vestigio, quid ea exprimerent, internoscebant. Hæc ex Diodori Libro III. Ceterum mirari non desino *sinistram manum* parcitatem auaritiam denotare, de sententia Diodori quæ Lucio Apuleio libro metamorphoseon vndecimo liberalitatem significat, vti duorum scriptorum dissidium repugnacemque dissensionem iudices. Libuit Apuleiana verba subtituere *Quartus æquitatis ostendebat indicium deformatam manum sinistram porrecta palmula, qua genuina pigritia nulla callidtate, nulla solertia, prædita videbatur æquitati meæ aptior quam dextera:* Verum qui reperent auctores consonos & concordes efficere, æquitatem disungueret a liberalitate. Hieroglyphicas literas his pene

verbis

verbis delineauit Apuleius & descripsit: De opertis adyti profert quosdam libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris huiuscemodi animalium concepti sermonis compendiosa verba suggerentes, partim nodosis & in modum rotæ tortuosis: capreolatimque condensis, ait curiositate prophanorum lectione munita. Has ignorabiles literas describit ardens & arduus Poeta Lucanus his versibus:

Nondum flaminneas Memphis contexere biblos: Quas feras volucres & armenta siliceo sculptu figurasse scribit, cum ita cecinit:

Pictaque seruabant magicas animalia linguas. Quæ fuerit Apuleio causa, quod suscitabulum cum *oculo iustitiæ* & concertatim & *solis oculum* connumeraret hæc est, quoniam multioculus est, & perspicuo lumine, cuncta de cœlo contemplatur atque rimatur. Plinius libro secundo naturalis historiæ signat his verbis: *Sol est præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens*, vt principi literarum Homero placuisse in vno video eo, *Quem mundi mentem atque animum* Plinius & Macrobius appellauerunt, quæruntque a coruscamine fulgido, splendicantique fulgore, *phaneta* Græci nuncuparunt.

Quid hallucinatum sit, & quatenus in verbo mustelluatis Apuleiano.

NOn hebetiori indigēt indagatu Apuleii verba, quę hisce paulum anteeunt: *Sic in modum superbi iuuenis Adoni vel mustelluatis peplis laceratus, atq; discerptus.* Cui pene discholo amuso & a literis extreme retorrido, tabernaria non videtur & pene monstrosa huiuscemodi verba, Eruditi quam plurimi censent, quemadmodum reapse est, maculosum codicem, substituendumque esse hoc subiure, pro eo quod ἀπεγκλητος in fronte inobseruanter, & inedulcate scriptum est, *mustellatis peplis laceratis atque discerptis domo proturbor.* Hoc pene sensu Telephronem iuuenis cadaueroſi custodem a Philodespoto, quod vtique nomen amatorem dominæ resultare videtur, ceteriſque conseruis scissilibus induculis, atque vestimentis articulatim frustillatimque deruncinatis, atque discerptis esse repulsum, quæ vestimenta *mustellino* colore fuerant infecta. *Mustellatum* colorem non seciorem, neque diuersum censentes ab eo, quem *mustellinum* Terentius appellat, vti *peplos mustellatos* appellat *mustella* colore coloratos, quisubluteus, subliuidus, subphœniceus & subrutescens est. *Mustelam* veluti murem productum & longum vocitatam. *Telon* enim longum dicitur, vt interpretatur Seruius, hæc Græcis Γάλη dicitur dirum animal, excauernis & hypogæis, hoc est, subterraneis cauis serpentes extrahens & conficiens, in Apsimachia, hoc est, principio dimicationis ruta se muniens, adeo natura, vt obiter Plinianis verbis vtar, nihil volunt esse sine pari. *Ictidi mustela*, quam Theodorus apud Aristotelem libro secundo de animalibus *viuerram* interpretatur, genitale osseum inest. Ibim, coruum, mustelam ore parere opinatus est

antiquitatis omniiugis consensus. Quidiusque ex Anaxagoræ cæterorumque id genus scriptorum naturalium sententia, quos affatim, abundantissime, redundâter, atq; superfluenter Aristoteles refellebat volumine de generatione animalium 3. Ad hoc obiter annota, *mustriculam* esse regulam in qua calceus insuitur, quem admodum cognato, germanoq; significatu *tentipellium* machinulam vocitarûr, cuius tendore, explicatiliq; mechanemate pelles in pelle suis pellisone explicât trahaci retractu. Ceterû supernacaneis & superadiectis his antariis omissis, cû re ipsa cõgrediamur. Cõperti illius est *peplum* regillâ esse, pretiosamq; vestem, quæ præcipue consueuit vti Pallas. Hinc ex Æneidos lib 2. d. Maronianum exit: *Cui nec tot Iliades dabant, plenumque ferebant.* Fluxutis & delitiis vtiq; seruiens est apud Homerû peplum, quod cuiratis, eneruatis, atq; resolutis Phrygibus satyrico quodâ morsu traditur, cum eo scilicet *helenes ipsos* appellet, hoc est, peplum trahentes. Hemiacustichi versus est: Δεδόμεναι πέπλους καὶ φάρεα ποικιλόεντα. Quem versum, vti iatagens & perproperus itidem profim. Tullius aduocat ignicule, & identidem ærsatem liquido & perspicue raxans & vellicans, quæ caudatam vestem, & quod Symmachus improbauit pulueretem commouente induisse, frequentissimo eq; gestasse Tranquillus annotauit, proindeq; Syllam dixisse puerum male præcinctum cauerent, & tunicis dimissilibus, vt obiter Plautinum verbum viurpê, notabilem. Refert Macrobius Ciceronem facetosum ledoris & vrbanitatibus prescatentem interrogatum, cur in eligendis partibus erraisset, quoniam inquit præcinctura me decepit. Hæc hactenus. Neoterici non pauci constanter & centumaciter approbant, quos ex ingenii ingenui cãdore compertum habeo in meam sententiã: nam & ea probior est, haud ægre transituros esse, nisi, vt dicit olet φιλαυτία his glaucoma scotodinias; oculos obiiciat, vti sua amentsine riuali, quoniam, vt auctor est Ausonius, diligimus, & vt emphaticoterô dicam amamus & nęvulos. In emaculatissimo codice, defrecabili, eruderato, & ad æquilibriû sinceriissimo, cuius mihi sititori nouitatis copiã fecit Cæsar profectorum haud sane inerudit orum, qui publicitus Ferrariæ ingenuas artes profitentur, in eo ita scriptum reperi: *Sic immodum superbi tauuris Adoni, velmu fauaria Pamelodos*, quam lectionem plausibiliter excepi, atq; gaudialiter & hilarihunde, prorsus eam syncteram, puram, & genuinam asserens, disputatorioque scholico cetera censens eradenda. Quod hac scriptione comparationi conuenientius, atque coherentius, in modum Adonis laceratum sese, cum prius & Orpheî dixerit. Adonim a Marte in aprum commutato necatu hominem exisse scribunt eruditi, cuius imperum fulminei dentis, obliqui, & arcuatim falcati fugientem protinus Venerem dumeracaneasse, rosamque ex eius cruore genitam. Non me præterit hoc ab aliis secus memorari. Cum fecisset Adonis mentionem,

conuenit

conuenit & de Orpheo, qui quod tractum populis fuit auctor amorem in teneros transferre mares, citraque iuuentam ætatis breue ver, & primos carpere flores a spretis ciconum matribus artuatim, frustillatim, membratim & articulatim & minutatim deartuatus est. Quod tamen inuentum, præpostera libidine scilicet abuti, Thamyræ fuisse sunt auctores idonei. Nihil hoc codice syncerius & eruderatius sensu tali Ego *in modum Adoni laceratus, atque discerptus in modum vatis*, hoc est, Orphei, *musæ Pimpleidos* subintellige *filii*, Græcis scriptoribus consuetudinaria, solitaque figura, vti sic inquiatur *Octauius Iulii* & filium subintelligas, quod redundanter & superfluenter apparebit, Græcis verbis, quæ commodum subiungemus. Hac graphica lepidissimaque elocutione scatent eruditi latialis, & erotundati eloquii, qua figura loquendi verbis hisce Sueto vtitur in Iulio Cæsare, etsi maculosa sint exemplaria peruulgatiora. Rhodum secedere statuit & ad declinandam inuidiam, vt per otium ac requiem Apollonio Molonis clarissimo tunc dicendi magistro operam daret. Plutarchi in vita Cæsaris hæc ad hanc sententiam commodissima verba sunt. *Syllanarum partium viribus, cum domum ab amicis vocaretur Rhodum nauigauit*, vbi per otium Apollonio Molonis, vnius etiam auditor erat, operam daret. Nil ex Tranquilli codice immutassem, nisi in Græco Plutarchi codice μόλωνος legeretur, id est, Molonis. Apollonium Malacum & Molonem dispares & distinctos Strabo refert, libro 14 vt Apolloni id ætatis Rhodi literas profitentibus pater fuerit *Molo*. Cur Molo dictus sit Strabo, Apollonius & *Molo* distinguente particula & dimetiente legimus apud eundem auctorem. Tandem ad occepta regrediamur, quatenus est casus, hoc est, genitiuus *Pimpleidos*, & ad musam *Calliopen* referas, ex qua genitus Orpheus, *Pimpleidos* prolatum erit, veluti *Castaliæ* dicas & Heliconiæ, Græcus est casus ab eo, quod est *Pimpleis Pimpleidos*. Sunt qui *Pimplei* legant & ad vatis vocabulum referunt vti *Pimpleium* vatem Orpheum vocitent examussim & ad libellam, quippe cum apud *Pimpleida* ab Calliope nutritus sit & genitus, quod Argonauticon libro primo versibus his Apollonius indicat:

Πρῶτα νῦν ὀρφίως μνησώμεθα. τὸν ῥὰ πότ' αὐτὴ
καλλίοπη ὀρφῆϊ φατίζεται εὐνηθεῖσα
οἰάγρῳ σκοπίης πιμπληΐδος ἄγχι τέκεσθαι.

Hoc est, *Orpheanum primum versu propiore canamus,*
Quem prope colliculos peperit Pimpleidos alma,
Calliope Oeagri compressu & semine Threcis. Apollonii glossularii de *Pimpleide* non indigna relatu ferunt, quæ subscribere libuit πιμπλίας χόριον κατὰ πιερίαν, οἱ δὲ ὄρος θράκης, οἱ δὲ κρήνην καὶ κώμην τῆς πιερίας. Latialiter tumultuario properatu occupatissimoq; noctisurgio ita transtulimus: *Pimpleas locellus iuxta Pieriam, alii autem*

fontem & pagum Pieriæ. Ianosa de consilio Chironis in expeditionem colchicam deduxisse refert Apollonius Orpheum, vt eius mulcimine melico, & mellifluenti nectareoque fidicinii caussatus affamine Sirenas ipsas demulceret. Sunt auctores qui scribant Philemona non Orpheum dixisse Hæc ita citius & gratius dicuntur hellenismo ἥρωδωρος δύο εἶναι ὄρφεις φήσιν ὧν τὸν ἕτερον συμπλεύσαι τοῖς ἀργοναύταις. φερεύδης ἐν τῇ ς. φιλάμμων ἀφησι. καὶ οὐκ ὀρφέα συμπεπλεκέναι. εἶναι δὲ ὀρφέα. κατὰ μὲν ἀσκληπιάδην ἀπόλλωνος καὶ καλλιοπῆς. κατὰ δὲ ἐνίους οἱ ἄγρου καὶ πολυμνίας. ζητεῖ τὰ δὲ διά τι ὀρφεὺς ἀσθενὴς ὤν συνέπλει τοῖς ἥρωσιν ὅτι μάντις ὠνοχείρων ἔκρηνε μὴ δύνασθαι τὰς σειρῆνας παρελθεῖν αὐτοὺς ὀρφέως μὴ συμπλέοντος, οὕτως ἡρώδωρος Lini tres præcipui habiti discipuli Hercules, Thamiras, Orpheus, Hercules citharam discens cum ingenio esset tardo ob eamq; rem vapularet ira motus Linum cythara peremit. Auctor Diodorus libro quarto Hinc id Plautinum procliuiter dispalescet in Bacchidibus: *Faxo iam eris Linus, & ego Hercules, cum discipulus in præceptorem minaciis ampullosis excandesceret.* Qui *mutellatis peplis*, legi debere disceptant, fulciunt & oppilãt opinionem suam Terentiano carmine, quod in Eunucho reperies: *Hic est vietus, veternosus, senex colore mustellino* *Mustellinum* colorem subliuidum Donatus interpretatur. Ceterum ipsi viderint, hæc ego nec probo, nec dicta refello, etiam si *mustellinum* dixerit. Terentius non *mustellatum*. Ad hoc cur Telephron potius *mustellino* quam alio ab hoc diuerso colore ab Apuleio referetur, postremo cur vestimenti colore nominaretur.

De coptiticis aggeribus & Apuleii nodus.
Enodatius explicatus.

VErborum Meandri quidam gryphi, scirpi, spiræ, & inuolucriscula sunt apud eundem scriptorem in secundo de Asino aureo lib. ad quæ declaranda, interpretanda & explicanda ferme omnes eruditi ad extremum vsque sudorem dissudauerunt. Verum Marte nostro primulum diuulgatæ sunt, & in tantum emanarunt, vt rapinatores, & bonarum male interpretationum lauernæ ne dicam lamiæ pro suis inuncent, atque dilapident: *Miserere per cœlestia sydera, & adepta coœptitica, & per incrementa Nilotica & archama memphisa sistra phariaca.* Prototypis & idiographis exemplaribus fidelioris antiquitatis, velut ansam adminiculamenta præstantibus, interpretamur fidelius & syncerius fortasse quam reliqui, quos codices implanatores atque deceptores errare coegerunt, tu lege non *adepta coœptitica*, quæ mera verborum monstra sunt sed quæ genuina germana & domestica sunt, *adepta coptitica*, interpretareque *adepta*: vti neutrum sit, non participium, quæ loquendi figura classiariis auctoribus est peculiaris, quemadmodum, Propertio *arata* pro arationibus:

culta

culta Cereris pro prædiis & fatiu's agris qui coluntur. Hac elocutione consuetudinaria & domestica Vergil. vtitur georgicon lib.3.

His animaduersis instant sub tempus, & omnes
Impendunt curas, denso æstender e pingui.
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum.

Vbi malim *pingue* hac elocutione, quã participium quandoque deducit ad neutrum dici, quam morosam nimis, & probis auctoribus refragantem Seruianam auctoritatem sequi, *pingue* scilicet tantum non nisi Latinum esse, cum secus *pinguedo* & *pinguitudo*, Latina non sint. Exponere *adepta Coptitica* eos aggeres, & lutamenta, quos rostellis hirundininis nouimus, ex eruditorum sentẽtia, opponi fæuienti, exundantique Nilo, velut obices & offensacula ad excludendos impetus Niloticos, ne *Copton* insulam diruant exfundent atq; labefactent. Consentaneum enim est, & verisimile senem *Zaclam*, siue (quoniam sic alibi scriptum animaduerto) *Zachariam* Isiacum & Ægyptiacum sacerdotem precari per ea suffragia, & adminicula mina, quæ lutamentis apportatis hirundines *Copto* insulæ Isidi sacratæ ne dirueretur, opponere consueuerunt, quibus obiectamentis, *Coptos* ipsa statuminari quodammodo solita erat & opilari, quæ vti facilius intelligas, subuectere libuit, atque subsignare Pliniana verba ex lib. 10. na. hist. *In Ægypti Peracleotico ostio molem continuationem nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadii fere vnius spatio, quod humano opere perfici non potest. In eadem Ægypto iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis, iidem muniunt opere incipientibus vernis diebus palea & stramento rostro firmantes, continuatis per triduum noctib. tanto labore vt multas in opere emori constet, eaque militia illis cum anno redit semper.* Hactenus Plin. Proinde *adepta coptitia* scitissime & scienter *ea lutamenta* intelligo, quæ continuatione iugi adipisci ad stabiliendam *copton* mos est hirundinum. Idem nimirũ Papinius, in 3. Syluarum affirmat hisce versibus:

Te præside noscat,
Vnde paludosi fœcunda licentia Nili
Cur vada desistuant, & ripa coercent vndas,
Cecropio stagnata lato.

Domitius commentitiis quibusdam affanniis, quæ sunt vti dici solet, vereris ægroti somnia nescio quid vanilogum de *Saitico* Nili ostio cõminiscitur, cum *Cecropium lutũ* hirundinũ aggerẽ intelligere debeas, ex Attica vrbe oriunda, Pandione patre, hirundine, cui vrbi rex primus *Cecrops* ille fuit, q Diphyes, hoc est, geminæ duplicisq; naturę nũcupatus est, cũ nexũ coniugialẽ primus cõiunxerit & cõseruauerit. De *Copto* insula sit apud Strabonem lib.16. mentio: *Nemos & præfectura & Toparchia Niloticæ fuit insula Coptos.* Obiter

& parerga, quoniam veluti illectamentum diuerticula oblectum est, de Nilo nitidiora quædam & remotiora addenda sunt auctaria, primum vocasse *Nilum* vetustiores *Melonem*. Quapropter velut ænigmatistes Ausonius significare volens literis oppido, quam literatis, literas, paginam papyri, atramentum calamumque, sic inquit: *Cum tibi Cadmi nigellas filias: Melonis albam paginam notasque furuæ sepiæ, Cnidiosque nodos.* Id itidem explicatu, quia iucundum erit & scitulum, quia frugi & vtibile, Nilum æstiuo quoque redundatu & effluuio solitum fusius euagari, præcipue flantibus Etesiis vice coloni fungens Ægypriis sementem tantum non proiicienbus Niloticis vndis lepido pinguiq; fomento nutricantibus. Cum crescit reges aut præfectos nauigare eo nefas iudicatum est. Auctus eos per puteos mensuræ notis deprehenduntur. Iustum incrementũ est, cubitorum sedecim, in duodecim cubitis famem sentit Ægyptus. In tredecim etiamnum esurit. Quatuordecim cubita hilaritatem adferunt, quindecim securitatem, sexdecim delitias. Hoc Niloticum incrementum apud *Memphim* Nilometrion habet. *Nilometriõ* est puteus quidã in Nili ripa ex integro lapide cõstructus, in quo & maxima, & minima & mediocria Nili incrementa adnotantur. Nam putei aqua cum Nilo pariter crescit. Sunt; in putei pariete notæ quædam incrementorũ omnium mensuræ. Hæc itaque obseruantes cum aliis notant, vt incrementa cognoscant. Nam ex his signis, ac diebus multo ante futuram Nili excrescẽtiam cognoscunt. Idque ex omnibus prædicunt quæ res profecto agricolis ad aquarum conseruationem, & aggerum & canalium effossionem, principibus vero ad prouentus vtilissima est. Hæc Strabo libro 17. geographiæ, eadem pene Diodorus lib. primo, non pauca Plinius lib. quinto. Adhæc decursus haud inutilis & exorbitantia sit, vt id Lucani plenius pleniusq; noscas ex lib. 8.

Hunc genuit custos Nili crescentis in arua
Memphis vana sacris. Vbi dispulsis, absentatis, auerruncatis, amandatis & amotis nugalibus scholiis, quæ per delitia nedũ discenda sunt, sed dediscenda interpretare custodẽ Nili prospiciẽter & sciẽter appellatũ, & quo pacto Nilus crescat & decrescat, Nilometriũ impleatur, an depleatur. Ad aggeres Niloticos hæc aggera nedum hirundinea sed humana opera fieri Niloticos aggeres manifestat, Iurisconsultus Vlpianus Digestis de extraordinariis criminib. hisce pene verbis: *Si quis arborẽ sicomorum exciderit. nam & hæc iudicantur extra ordinẽ non leui pœna, idcirco quod hæ arbores colligãt aggeres Niloticos per quos incrementa Nili dispensantur, & coercentur & diminutiones aquæ coercentur. Cõmata etiam & diacopi, qui in aggeribus fiunt plecti eos, qui id admiserunt.* Quod occurrit incidenter adde: *Thalamiphoris nauigiis* principes Ægyptios nauigasse Strabo refert. Huc Satyrographi Poetæ vergit illud. *Et circumductis vehitur per rura Phaselo. Thalamiphora* nauigia nil aliud sunt, præterq;

regiæ

regiæ quædam naues & pompaticæ siue his similes, quibus reguli nostrates tabulamentis prætoritiis & augustalibus insignitis vehi cum gratia consueuerunt, peculiari domui similimæ thalamis, cœnationibus. At hæ voluptariæ sunt & geniales. Hos dictione significantissima & perquam venustissima vernacula simplicitas *Bucetauros* appellat magnitudine, Græcis rebus maximis assuetis *bu* syllabam præponere. Inde *bupedes* exoleti vestipices, barbescentesq; pueri nuncupati, *busicos* marisca ficus, *bulimos* maxima fames, & *impatibilis bupina* sitis ingens, auctore Gellio. *Thalamiphoris* forte non dispares naues appellat, ni, quod vereor, maculosum sit exemplar *Thalomigas* Appianus, in Lybici procœmio. *Centaurus* nauis fortassis a tutela sic appellata, de qua Maro Ænei. lib. 5.

Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna.

Adde non paucos esse qui iubeant, obelo suffodi dictionem adepta veluti sufforaneam & superuacaneam, succidaneam vicariamque substitui, adoperata *coptitica* quidem dictione reseruata, veluti syncera & irreprehensibili exponunt *adoperta* quidem *velata*. *Sacra coptitica*, hoc est, *Isiaca* & *Ægyptiaca*, quippe Copto *Isidi* deæ dicata. Id genus sacrificia, quæ cælatim & opertim fiunt, in aditis seclusa & opertanea vocantur. Talia consueuisse Græcos actitare palam est, nec opitulamine auctoritateque indigens exteriori, qualia fuerant ea, quæ in quadam cistellula deportabantur, peculiari sacrificiis Isiacis, de qua nec tacuit, Apuleius 2. quoque volumine de Asino aureo: *Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus cælans operta magnificæ religionis quam cistulam describi.* Nec vtique nouerunt interpretes a Tibullo:

Et Tyriæ vestes, & dulcia tympana cantu,
Et leuis occultis conscia cista sacris.

Fortassis ab hoc Ægyptio ritu ceterarum, vt auctor est, Apuleius in Trimegisto religionum seminario, & reliqua deduxerunt, in Tesmophoriis *Canephoros* Athenienses. Porro *Canephoræ* quid sit, obiter explicandum *Canephoræ* sunt ministræ, & cistellatrices Vestæ, seu quod idem numen est, Cereris, eius deæ sacra portantes in quasillo cistellulaque, quas Græci Canephoros appellant, non vt Græcæ literaturæ quidam imperiti volunt, *Canephoras*, κανήφοροι scribentibus, qui Græce scribunt, quas his haud absimiles virgines Polidas appellatas Pompeius his explicat: *Caniphora mulier quæ fert canam, id est, qualum, quod est cistæ genus. Canam dicunt Græci nos canistam, per & diminutionem canistella.* De quibus hæc Plin. libro 33. *Scopas fecit Vestam sedentem laudatum in Seruilianis hortis, duasque chameteras, hoc est, pedissequas circa eam, quorum partes in Asinii monumentis sunt*, vbi & *Canephores* eiusdem Cicero in Verrem actione sexta perpense regulariter neutiquam cathacresticos, hoc est, improprie scripsit *Canephoræ*. Itē inquiens: *Ante hosce*

Deos erant Tibulla: quæ cuiusuis sacrarii religione significare possent. Erant algena præterea duo signa non maxima, verum eximia vetustate virginali habitu atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam more Athenienſium virginum repoſita, in capitibus ſuſtinebant. Canephoræ ipſæ vocabantur. Catullus apprime doctus *Cybelen* & Cybeleios aſſeclas deſcribens, præuidens *Iſim*, cui præferebatur hæc ciſtellula, in qua velut in ſanctuario opertaneo apporrita, id eſt, arcana religionis Iſiacæ ſeruantur, nomen ab *Iſide* diſtinctum non eſſe, quippe cum Deos alloquens ita Iupiter inquiat:

Celicola mea membra Dei, quos ſecla poteſtas,
Officio, diuiſa facit.

Ciſtullam illam non *Canephoris* domeſticam ſed *Iſiacis*, de qua Apuleius & Tibullus certatim meminere, memorat his verſibus:

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia, quæ fruſtra cupiunt audire profani.

Ciſtiferū & Epigrammatiſta lib. 5. *ſymmeniſten & conſecraneum Cybeleium* appellat, cui deſponſatam, vtpote vili obiecto, & mero mendicabulo ſtipes commentitiis ſacris, Apuleius auctor eſt, corrodente Galliam dicit cum ſenatorios maritos optaret, & nomina magna quos pathicos & impuros eſſe non tacuit Auguſtinus. Data eſt Poetæ Epigrammatario facultas taxādi Galliam cum Romæ coleretur Ægyptio ritu Iſis, quod Apuleius lib. 2. Iuuenalis, Propertius & ceteri teſtantur. Martialis ſunt iſta carmina:

Dum te poſſe negas niſi lato Gellia clauo,
Nubere, nupſiſti Gellia ciſtephoro.

Et hoc fortaſſe commodius & verius vel ſaltem vero propius, quam quod ad commentariis relatum eſt. Horatius *Canephoram*, intellexit eo verſiculo: *Vt Attica virgo cū ſacris Cereris. Canephoræ* deſcribuntur ab Ouidio metamorphoſeon lib. 2.

Illa forte die caſta de more puella
Veſtibus ſuppoſito ſe ſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra canſtris.

Halicarnaſſeos Dionyſius in primo de *Canephoris* nonnulla. Ceterum peculiariter & domeſticatim in Theſmophoriis Canephoræ ciſtulam præmemoratam ferebant, quæ *Theſmophoria* Græci appellata ſacra Cereri dicata, quippe cum leges ipſa repererit quamobrem *Theſmophora* quoque Græcis nuncupata, quaſi *legiferam* dicas. Θεσμὸς enim Græcis lex non ſcripta, & mos vetus vocitatur. Et verbum hinc inclinamētum cepit Θεσμοφορέω quod enotat Cerealia celebro, Θεσμοφόρος & *legifer* appellatur. Super *Theſmophoriis* Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 24. *Non multum a ſalice vtilium vſu diſtat veterum foliorum aſpectu, niſi odoregratior eſſet ſed Graci ligon vocant, alii agnon, quoniam matronæ in Theſmophoriis*

Athe-

Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, iis foliis cubitus ſibi ſternunt. Hactenus Plinius: At procliuius vt eius verba intelligas ſcito Græcos ἀγνὸν caſtum appellare. Ariſtophanes Cereris hæc arcana ſacra ἀῤῥητα ἱερὰ, appellat. Vitabo quæ Cereris ſacrum vulgarit arcanæ Flaccus inquit. Adde & κερνοφόρον Græcos appellare calathum caniſtrumque gerentem, quod vtique vaſculum his κερνὸν appellatur, & κέρνα τὰ calathus, *Theſmopheria*, quod haud ſecordioſe, veterneſeque prætereundum fuit, Ouidius enotat metamorphoſeon lib. 10.

Feſta pia Cereris celebrabant annua matres
Illa quibus niuea velata corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea certa ſuarum.
Perq; nouem noctes venerem, tactuſq; viriles.

In vetitis memorant. In *Theſmophoriis* apud Ouidium *canephora*, quæ ciſtulam reeluſit & repelli curauit, Mineruæ mouit iram. Lactantius Papinianus interpres viticem in *Theſmophoriis* matronas Atticas ſupponere profiteturin cubilibus, ad libidinitatis vtiginem atque pruritum ſedandum. Etenim herba huiuſcemodi tali virtute dotata eſt, vt caſtitudinem integret & fulciat. Nec inutile viſum eſt nec deſpiciendum, quippe de ciſta facta tranſeuntes mentione inculcare, & hoc *ciſticillum, tnuolucr ſculum & panneſam ſpiram*, priſcos appellaſſe, quem capiti ſupponunt baiuli, vt leuius onera portent.

De lapide præconis, ſuperq; Ioue lapideo plura, nec aſpernabilia nec refugienda.

EOdem lepidiſſimo genialique volumine ſecundo, hæc peragrata cuncta Theſſalia fuſcis auibus lariſſam, ac acceſſi dum ſingula pererrans tenuato admodum viatico pauperiei meæ fomenta conquiro, conſpicor medio foro procerum quendam ſenem inſiſtebat lapidem, qui nam ſit ille *præconis lapis* ex quo veluti de podio editiſſimo, & ſpecula eleuatiore, præco æneator buccinator & ſubulo ad populum buccinabat. Rarenter inuenies qui tibi explicent. Ceterum ego comperior in foro Romano lapidem ſublimiorem editioremque fuiſſe, de quo præco populum alloquebatur. De quo ritu Romanico fuſius, & profluentius euagatum eſt, vti loca editiora omnia, de quibus præco buccinat, *lapides* appellentur, quemadmodum pariliconionoque collatu carcerem a Romano, remotũ & exoticum pro quocunq; carcere *Tullianum Lucius* appellauit. Non deſunt tamen qui cenſeant Athenis Atticis hunc lapidem exſtitiſſe, ex quo manauit, vti ceteri ſuggeſtus præconis & pulpita, *lapides* appellarentur. Porro de hoc lapide Plautus *in Bacchidibus*, iſta: *O ſtulte ſtulte neſcis nunc venditre, atque in eo ipſo adſtas, lapide, vbi præco prædicat. Quippe mangoni{a}tu ſeruus, venalicius mancipio, obaratus, deſoctoribus, & noxius voce præconis ſolutus ex eo lapide adiici.* Columellæ huic ſententiæ ſuffragan-

ti, subscribentique verba sunt hæc ex lib 4. artis agricolaris: *Quæ vulgus quidem parui æris vel de lapide noxium posse comparari putans.* De hoc lapide meminit in oratione contra Pisonem Cicero, cuius verba subtexere libuit: *De me cum omnes magistratus promulgassent præter vnum prætorem, a quo non fuit postulandum fratrem inimici mei, præterq; duos de lapide emtos.* Hactenus Cicero. Pedianus Asconius, qui Tullianas orationes commodissime interpretatus est Tullii sensa explicans, inquit, *Duos tribunos, de quibus ipsis quoq; iam diximus, quos de lapide emtos ait, quia mercede id faciebant.* Hoc Asconii interpretamento pensitato & diligenter animaduerso, suppeditatus est coniectandi locus, in foro Romano, scilicet lapidem fuisse, iuxta quem sectio, auctio, distractio, venditio, & permutatio venalium rerũ fieri consueuerat, & apud quem *hastarium*, vt obiter vsurpem Tertulliani verbum Romani faciebant. Hoc veluti porisma, hoc est, corollariũ superadde: *Iouem lapidem* coluisse Romanos, per quem iureiurando astringebantur. Boetius lapides inscribi refert, quos *cursorios* appellat, per quos certa loca discriminabantur. *Scorpiones lapides* appellauere, vbi fines duo cuneati se iungunt. *Lithon* Græci lapidem appellant, inde *Lithotomos* medicus vulnerarius appellatur, qui ad distillationem vesicæ leuandam, quodam membranulorum & cartilaginum intersecatu *lapidem* educit. Ceterum vti præsignata repastinemus & retractemus accuratius, *Iouem lapidem* libro primo Gellius, verbis hisce memorat: *Sed enim cum Phauorinus Higinii commentariũ legisset, atq; ei statim displicita esset insolentia, & insuauitas amatoris, Iouem lapideum, inquit, quod sanctissimum iusiurandum est habitũ, paratus sum ego iurare Vergilium nunquam hoc scripsisse.* Compertius, enucleatius, & edocentius huic rei Pompeius suffragatur: *Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem hæc verba dicentes, si sciẽs fallo tum me Diospiter salua vrbe arceq; bonis eiiciat, vt ego hũc lapidem.* Porro qui pẽsius, pressius, inquisitius, & trutinatius intus & vt dici solet *in cute* Sexti Pompeii verba ruminatur, atq; recogitat, is inueniet iuraturos nõ omnes tenere *lapidem silicem*, verũ genuine peculiariter, q̃ hi sacerdotes quos *verbenarios, caduceatores* quandoq; *patresq; patratos* Romani nuncupatim appellauere in fœderibus faciendis, cõferruminandis & conglutinandis *lapidem*, tenere solitauisse, quo porcũ fœderi iungendo piacularem & peculiarem victimam victimatores victimabant atq; faciebant, hoc verborũ præfamine & proloquio: *Qui prior populus fœdus rũpet superstita ei feriant, quemadmodũ ego porcum hoc lapide ferio*, quo prolato porcũ feriebat. Quod Liuius affatim & Marcus Varro scribunt, a quo sacrificii ritualis iureiurando demanauit simile deiuriam in fidem suam vinciẽtes. Prætetea ab eo ritu secespitatoris & victimarii patris patrati porcum silice ferientis apud sacrificium peractum, defluxit Plautinum adagiũ, vt cum ad incitas & maximũ periculũ se

redactũ significare velit, ita dicat, *inter sacrum sum & saxum*, Plane de *Ioue lapide* in familiarib. (ni fallor) epist. Ciceroq; meminit. Paterga & hoc adiũgas velim, *lapidẽ* priscos in collimitiis & extremitatib. agrorũ vice termini collocare cõsueuisse, cuius fatim fartim, atq; cõgestim Ouid. Tibullus ceteriq; meminerũt, quẽ solemnib. dieb. festis ipsiq; dicatis ingeniosa & suauiodora aspergine colere venerariq; consueuerunt ꝙ & Apuleius asserit. Ait n. floridorũ lib. primo terminum significans: *Vel n. colliculus sæpimine consecratus, vel trãcus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus vel lapis vnguine delibutus*: Hoc itidem testatur Apologetici lib primo, Negant vidisse se, qui fuere, vnũ saltẽ in finib eius, aut lapidem vnctum aut ramũ coronatum Verũ enimuero credimus *itinerarium* nõ *agrarium terminum* ab Apuleio describi, cui fidem nõ adhibendam esse Boetius asserit Geometriẹ lib. 3. Ad hęc vetustiores *lapides* in agris, vt eos dispescerent discriminarentq;, figebant humi. Carbones pariter itidem vice termini prisci tumulabãt & obruebant, August lib. vigesimo primo de ciuitate Dei. *Quid in carbonib. non ne miranda est & tanta infirmitas, vt ictu leuissimo frangantur, pressu facilimo conterantur, & tanta firmitas, vt nullo humore corrumpãtur, nulla ætate vincantur, vsque adeo vt eos sustinere soleant qui limites figunt ad cõuincendũ litigatorem, quisquis post quantalibet tẽpora exstitit fixumq; limitem nõ esse contenderit? quis eos in terra hæmida infossos, vbi ligna putrescerent tam diu durare incorruptibiliter posse credat nisi rerum ille corruptor efficiat.* August. sententiæ & Boetius quoq; suffragatur & succinit, volumine Geometriæ lib. 3 cuius verba neutiq̃ censui prætermittenda, *semper signũ*, inquit, *in omnib. terminis positũ est, aut aliquos cineres aut carbones, aut testas, aut ossa, aut vitrũ, aut massas ferri, aut æs, aut calcem, aut gyspũ, aut vas fictile inuenimus iubente Augusto Cæsare. Balbus mensor omniũ prouinciarũ mensuras distinxit ac declarauit. Agrorum termini sunt finales cunabulæ, vel nouercæ ꝙ regulis construitur, petras molares, foueas vel metas, lacus, & legonatus fabricis constructas calauiones. Aliquotiens n. petras quadratas & scriptas, quæ indicãt, cuius quis dominus, quod spatiũ teneant* Hæc Boetius. Scribit li 2. Laertius carbones ex cõsiliosani Theodori Ephesini tẽpli fundamentis subiectos esse. Nam cũ humidus esset locus, carbones ait omissa ligni natura soliditatẽ accepisse humori inuiolabilẽ Ceterum malim codicem mẽdosum esse, q̃ barbarie & solœcophæis Boetium arguere. Scriberem igitur nõ *cunabulæ & nouercæ* sed q̃ eruditior & elegantior lectio *cunulæ & porcæ*. Sunt n. *porcæ* sulcorũ eminula terga, qua dictione secundũ ceteros Plinius vtitur, & Iureconsulti non semel. Vlpiani verba sunt hæc, dige. de aqua & pluuia arcenda: *Vicinus loci superioris pratũ ita arabat vt per sulcos itemq; porcas aqua ad inferiorem veniret.* Interpretatur Accursius dici *porcas* quia purgant agrum.

Hallucinatio quorundam, qui pomum inter certamina Græciæ præmio fuisse contendunt.

Archiæ, pro quo Ciceronis exstat oratio in quatuor certamina, quæ Amphyctionum consensu Græcia celebrat carmina camænali suauiloquentia, & blandiloquētulo lepore doctrina neque triuiali neque fusanea refertissima sunt hæc:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί,
οἱ δυὸ μὲν θνατῶν, οἱ δυὸ δ' ἀθανάτων.
ζῆν δ', ληλεδάνη, παλαίμονι δ' ἀγχεμόροιο,
ἄθλα δὲ τῶν, νίκη μὲν, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Comprehendunt hęc carmina & amplectuntur blandiloquenti & suauissimo sermone certamina, quæ per Græciam celebrantur, frequenter & feruenter conficiebantur: Inibique *athla*, hoc est, præmia agonica, quæ per diuerticula & minutias a paucis Latinis visuntur enarrata collectim: Nos otium nacti, etenim satius est (vt inquit ille) otiosum esse quam nihil agere, intulimus in Latinum idioma, atque maluimus interpretes esse quam metaphrastes, Audi lætaberis:

Quatuor insignia certamina conficit, Hellas,
Sunt duo quippe hominum, sunt superum q; duo
Archemori Iouis, & Phœbi atq; Palæmonis, ista
Pinus, oliua ster præmia, poma, apium.

Nostri & hoc castrense verbum *oliua ster*, sed necessitas maximum telum. Verum rem putemus ipsam. Latini scriptores & Græci pariter consonant, & concorditer maxime cōueniunt cum Tarentino Poeta Olympionices. Hoc enim nomine censentur victores, in Olympia, donari *cotino*, hoc est, oleastro, victores in Isthmii pinu, in Nemeis *apio*. Super hac re Lactātii verba sunt hæc in quinto Thebaidos: *Olympia in honorē Pelopis, cuius victores oleastro coronantur. Pythia in honorē Apollinis cuius victores pomo: Nemea in honorem Archemori, cuius victores apio coronātur. Isthmia in honorem Palæmonis, cuius victores pinu coronantur.* Plinius quoq; discretim & spatim de his arborib. agens libro decimoquinto: *Pinea corona victores apud Isthmum coronantur*, inquit. Idem in libro decimo quinto: *Athenæ quoq; victores olea coronant, Græci vero oleastro Olympia.* Itidem lib. quoque decimo nono: *Ab aquinoctio vernoscribitur apium, semine paulum in pila pulsato crispus, sic putant fieri, aut si satum calcetur cylindro, pedibus ve, proprium ei, quod colorem mutat. Honos ipsi in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemea.* Nullus Architæ subscribit, nec vt metaphoricos loquar summatis nō medioxius nec patellarius auctor, omnes certatim & consono stipulatu scribunt in *Pythiis victores lauro coronari.* Refragatur nus Archias, qui *poma* non *lauru* dixerit. Sed ego libratę perpesoque trutinans Archiæ sententiam, animaduerto conuenire cæteris, vt aiat *lauro coronari*, olympionicas, etiamsi μῆλα, id est, *poma* non *daphnin*, hoc est, *laurum* dixerit, per poma *laurum* intelligēs *delphicam* quæ baccas habet instar pomorum, fructusq; enormiores

miores pomorum effigies præferentes. Plinius hoc indicat libro decimo quinto dicens: *Delphicam æquali colore viridiorem, maximis baccis, atq; e viridi rubentibus.* Contrariam eruditis omnibus Archiam opinionem habere, qui censent, sciant in confesso luculentissimum scriptorem non hallucinatum. At mea hæc videant & errorem suum recognoscant. Lutatius *olympia* scribit in *morem Pelopis* solita celebrari, Iouis Archias & ceteri. Non desunt quidem qui Romæ in triumphalibus statuis, & iconicis marmoribus *pomo* coronatos Olympionicas sese vidisse fateantur, ego sane non *pomo*, verum *pomosa lauro* atque baccata, pomorum æmulabunda, coronatos autumo.

Reuerendissimo protonotario Marchioni micantissimo
Ioannes Baptista Pius.

HAbes Reuerendissime protonotarie hæc qualiacũq; annotamenta, nec indiga rerum, nec exsucca, his neutiquam displicitura, qui recte senserint, & qui pleno pectore sapiunt. Ceteros Grammatistas triuialesq; literatores omnium litium depectores, omnium malorum seminaria, omnium calumniarum faces & fornaculas, an albi sint an atri, & quid de me sentiant, manum non vorterim. Quorum vel horum similium iudicia, censebat Epicurus crepitibus ventris assimilanda, quid enim curare debemus, an hi sursum vergant, an deorsum? Rabulæ meri sunt rabulosuli, scioli, feroculi magis quam forticuli, quorum verba inaniloqua, euanida, & lapsitantia, cupressis similia, quæ folia plurima præ se ferunt, nec æquipares plane fructus, nauci non facio. Cumq; sint ad iudicandum pardi, in eruditione syncera sues, Bœotiæ ὄνοι ὄκνοι, hoc est, asini pigri, boues ad ceroma, ὄνοι πρὸς λύρας asini ad lyram, sese aliquid putant in literis literatis. Qui si quid nitidum, florulentum, amœnum, emunctum & elegans offenderint, continuo nare rhinocerontica suspendunt, & suis affanniis credulam iuuentutem implicãt & implanant. Quibus alabastra vnguenti plena putere videntur, hi porro facessant ab his meis, norintq; in se suosq; consectaneos id distrinxisse Gellium apophthegma: nihil cum fidibus graculo, nec amaracino sui. Nosti affatim iucundissime princeps id Heraclitiũ: adagium elegans & scitulum, non minus vere quam venuste prolatũ, ὄνους σύρματα ἀνελέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσὸν, id est, asinos magis stramina optare quam aurum. Vale felicissime, & me mancipiũ tuum professum foue, & quo literatos omnes assoles, fauore complectere.

Ad Lectorem.

IN bonam accipias partem rogamus Lector candide, si quæ offensiunculæ vitio librariorum intersitæ te morabuntur. Vix enim fieri potest, quo minus hi cadant ab archetypo, vt nuper in prima annotatione deprehendi, sic haberi prouerbium a Tydeo vel a Thrace, cum legi, debeat a Tydei vel a Thraces, imitatione Græcorũ, & subintelligitur filio, quamuis patruus Græcus sit Tydeo. Si spatium translegendi mihi foret oblatum, forte nonnullas labeculas eluissem, sed hoc munere

pro me lacteus sedulusq; lector sponte fungetur, rubiginosos vero theoninosq; dentes nihil moror. Nos hac a scabie tenemus vngues. Tu felix legas & lecturias.

Reuerendissimo in Christo Patri & Domino meo, Domino Francisco Soderino. T. Sanctæ Susanæ S. R. E. Presbytero Cardinali Volaterrano dignissimo Ioannes Baptista Pius Bononiensis Salutem.

GRæca sententia fertur, Antistes eminentissime, οὐδὲν γλυκύπερον ἢ πᾶν εἰδέναι, qua monemur nihil esse dulcius quam omnia scire. Et profecto auctore Mantuano Homero, omnium rerum satietas est, præterquam discendi. Nempe virtutis semel perceptæ cupido nunquam intermoritur, sed vt Phœnix semper rediuiua iuuenescit & pullulat. Caussa sitis huius mediusfidius est gloria, quæ sola animos mentemque perurit. Hæc, vt Hannibal apud Italicum, nobis indormientib sic exclamat. Quantum etenim distant a morte silentia vitæ? Mihi semper obuersatur Plinianum illud ex Epist. quoniam nõ possumus nos diu viuere, relinquamus aliquid quo vixisse testemur. Nam famam extendere factis hoc virtutis opus. Vera.n. & vitalis est illorum vita, qui faciunt scribenda aut scribunt legenda. Qui senectute longa censeri volunt præter propter viuunt, imitanturq; perdelirũ Sattenæ epitaphiũ, quæ inscribi monumento suo iussit annis se nonaginta nouem vixisse, cũ & si centesimũ supergressa fuisset, circumscripta tamen breuis, & momentaria illius vita credi debuerit. Eruditorũ ætas prolixa merito dicenda est, quoniam auctore Possidonio, vnus dies eruditorum plus patet quam imperitorum longissima ætas. Ceterum, vt de me potius quã de singulis quibusq; coniecturam faciam, mentem sine literis literatis viui hominis sepulturam reor, animamque sine animo voco, quæ seorsa degit a literis, & quæ in publicum cõmodum pro suo captu non aliquid confert. O quam male illi cessisset apud Gymnosophistas, vbi qui nihil cur prãderet offerebat, impransus foras ad opus excludebatur. Gaudeo igitur aliquid discere vt doceã, ne tanquã fucus ab apiariis eruditorũ eliminer, præsertim a tuis religiosissime fidei cardo, quo nõ quæcunq; irrumpunt apes, sed illæ Vergilianæ compactiles & aureis guttatæ maculis, quæ præteruolant hyblam nectareum floricomumque hymetum. Ceterum voluntas erit in laude, cum omnis sit conatus in casu, & exemplo illius Græculi dicam, μὴ κατὰ τὴν τύχην σὴν σέβαστε, εἰ πλέον εἶχον πλέον διδοῦν. Quin etiam hæc qualiacunq; circumlustrandus erat & optandus cui dicarentur, & is eruditissimus, ne rusticis libros, vinæ nymphis, baccho vero lymphas offerrem. Tu vero præ omnibus maximus & doctissimus occurris vir extra omnem ingenii aleam positus, qui vnus vt Democriti verbis vtar, mihi pro populo eris & populus pro vno. Quem vt reuerentius adeam velut regem Parthum non sine munere salutabo. Munusculum erunt hæc annotamenta mea, de quibus parcius impræsentiarum loquar, quia tuam censuram subibunt

ne de-

ne deprimendo te ab illis auertam, laudando vanitudinis & τῆς φιλαυτίας reus agar. In hoc tamen mihimet applaudo, quod te iudicem, imo patronum nuncupaui, quo non sanctiorem, meliorem, digniorem, eruditiorem nouit Italia. Etenim pace consessus Augusti Dialium Flaminum dicam, tu inter illum fulgentissimum chorum ἀπόδρειαν habes. Nam quæ singula quemq; reddunt insignitum, in te collata visuntur. De sapientia tua quid iudicandum sit patria sapientissima Florentia iudicauit, cuius opera, vt Romani triariis, *in quibuscunque rebus arduis vsa est & vtitur, quamuis hæc virtus tibi sit cum fratre communis, cui, O suffragium supra Nasicæ singulare, tanquam optimo ciui in patria delegatus est, dictatoriæ dignitatis perpetuæ honor, onusque non Atlantis humeris leue. Viuat igitur illustrissimus frater tuus Petrus hoc vno patriæ consensu semper æternus, & alis immortalitatis astra perambulet, quod dux non potentia, non impotentia, non factione, non ambitu, non fauore, sed virtute declaratus est & propria & fraterna. Ego Soderinæ familiæ omnia, & vt Græci dicunt, καὶ αὐτὴν ψυχὴν debeo, sed hoc imprimis, quod me iam pridem in clientela sua conscripsit. Hæret enim & semper hærebit animo, qua comitate Mediolani, vbi pro patria nutante satagebas, me conuictu tuo, nec id semel atq; iterum decorasti, quibus sermonibus impertitus sis. Adstabant ibi theologi, Iurisperiti, Oratores: Poetæ symposiacas quæstiunculas proponentes te classicum incinente dicebant, te iudicante adquiescebant: Videbar mediis considere in astris, cum Ioue, & Iliaca porrectum sumere dextra immortale merum. Omitto quanto eloquentiæ nectare filum filo cum scribis annectis. Hoc literæ tuæ iam olim ad me missæ testantur, quibus nihil disertius lego, quas hic inserere suadet eloquentia, Epistolæ ratio dissuadet, quæ laconica gaudet breuitate. Et fortassis dulcedo tecum loquendi me auersum ab epistolica meta prouexit. Excipe igitur Musarum patrone hæc quantulacunque annotamenta nostra inculta fortassis & rudia, & ob hoc morsibus vituperonum nimis exposita. Sed cum numen inuictum, cui dicata sunt, recogito, tuta fore confido, quod illius augusta maiestas arce se sua vindicat & infra illam telum omne cadit. Vale.*

Annotationes linguæ Latinæ Græcæq;, conditæ per Ioannem Baptistam Pium Bononiensem.

Quæ sit apud Platonem Diomedea necessitas.

CAPVT I.

CVm mihi genus docendi rarum quidem, verum a non minus erudito quam nitido & emuncto scriptore Gellio auctore illustratoreq; nobilitatum, præ manibus sit, ab Achille philosophorumq; primario Platone sumendum est exordium, cuius eloquiũ prope cyenæũ, nectareamq; cũ cœlesti doctrina facundiam, qui nõ impicit & adorat, Marsias prorsus est, & Momus Æsopi, qui Mscien-

tiam quærat, vbi eius vestigium non comparet, non secus ac Æsopeius ille liuor cornua non in capite tauri, vt pote corporis parte imbecillima, sed in armis, vbi vires tauri maiores sunt, quærere solebat. Huic hercule Platoni Philosophiæ antistiti carmen id Horatianum conuenire semper existimaui: *Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.* Sed, vt prouerbialiter dixit ille Lacon, *Herculem ne laudemus, quem nemo vituperat.* Redeamus ad annotamenta nostra bene fauente virtutis genio, stylo non Asio, non florido, nõ tumenti, non obscuro, non desito, sicut antea consuevimus, ventes, sed potius dicendi genus Grammaticum aggrediamur supra crepidam (vt aiunt) non se tollens, ingeniis nostri temporis, perinde ac moribus, inseruientes, quos non improbo, quippe cum illis obtemperare necesse sit, ἀνάγκη δὲ θεοῖ μάχεσθαι Græcum prouerbium est. Hic non sexcentos auctores vno aduocatos hiatu deprehendes. Intentio nostra simpliciter explicabitur, nodum in scirpo non quæremus, auctorem vnicum nobis concinentem aliquando satis erit aduocasse, cum occurrant innumeri, vt hæc editio nostra succosa sit, non corticosa. Sed tandem hoc agamus. Eius igitur Platonis ex sexto de republica verba sunt hæc, quæ Latinitate donauit Marsilius Ficinus Philostrati Tantalo comparandus, quippe cum dulce nectar eloquentiæ Græcis auferre contendat. Hæc Platonis verba sunt posita libro sexto de repub. *Diomedea, vt aiunt, necessitate cogetur ea facere, quæ isti probauerint.* Diu anxie & sollicite quæsiui, cum adulescens & auditor essem a viris illustribus, quid nam Plato significaret per illam *Diomedaam necessitatem*, qua sit vsus vice prouerbii, cum pro certo ducerem, non fuci gratia, nec superfluitatis inanitate, cum *necessitate* a Platone vocem *Diomedaam*, coniungi. Discedo ab his, quos interrogaueram, quibusdam non audentibus hiscere, & instar Areopagitarum rem silentio iudicantibus, nonnullis autem somnia & meras nugas, dum effugiũ quærunt, comminiscentibus. Abeo tristis. Auctores Græcos excutio. Occurrit libellus aureus per Iouem & totus ediscendus, compositus cura, vigilantia studio, Tarræi Lucilli & Didymi Grammaticorum intima eruditione pollentium, vbi sic Græce scriptum est, διομήδειον· ἀνάγκην ἐπὶ τῶν κατ' ἀνάγκην τι πράττοντων. μέμνηται αὐτῆς αἰσχύλος ἐν βατράχοις, ὅτε γὰρ λαβόντες τὸ παλλάδιον διομήδης καὶ ὀδυσσεὺς ἐνόμιζον ἐπὶ τὰς ναῦς, τότε βελόμβρου ὀδυσσεὺς αὐτὸ μόνα τὴν φιλοδημίαν ἠνιόχει ἐπιχείρησε φονεῦσαι τὸν διομήδην μετὰ τῶν παλλαδίων ἀφηγήμενον. ἀφειδὼν ὁ ἐκεῖνος· ὡς ἐν καθόπλῳ αὐτὸν ἐλαύνοντα, τὸ ξίφος καὶ συλλαβὼν αὐτὸν καὶ δήσας τὰς χεῖρας τελάτει ὃ ξίφος αὐτὸν ἐκπεσὸν. Latina pro tempore sic fecimus: *Diomedea necessitas. De his qui necessitate ducti aliquid faciunt. Meminit huius Aristophanes in ranis. Quando abstulere Palladium Diomedes & Vlysses, tulerunt id ad naues: Tunc cum laboris communis vellet sibi solus Vlysses honorem arrogare: cœpit perniciem Diomedi machinari post Palladium sequenti.*

Disp-

Dispiciens igitur Diomedes, vt in speculo, coruscantem gladium: Vlyssem rapiens, & eius colligans manus latitudine gladii verberabat. Hic est sincerus Platonicæ doctrinæ sensus, necesse scilicet fore, vt auctoritate ducti doctorum virorum verba concertatores approbent, & id per vim etiam inuiti faciant, sicuti vi coactus Vlysses. & male mulctatus necessitate socium honoris illius, & capti Palladii Diomedem participem fecit. Sed & Suidas non omisit intactum hoc prouerbiū sic scribens: *Diomedea necessitas. Prouerbium a Tydeo vel a Thraco, qui cogebat hospites se miscere cum filiabus, quamuis deformes existeret, quos postea necabat. Quidam vero referunt, quod Diomedes & Vlysses Palladium furati nocte nauigarunt. Tentante autem Vlysse Diomedem interficere, vidit in luna vmbram gladii Diomedis: proin Vlyssem ligatum, & ante se iri coactum gladio percutiebat. De his dicitur, qui necessitate ducti aliquid operantur, & propter hoc dicitur, quod equos humana dapi assuetos habebat Diomedes, vel quod Diomedes ad propriam domū non peruenit, sed fatis actus venit in Calabriam, condidit vrbem, quam vocauit Agyripen, postea Beneuentum nuncupatum.* Hæc Suidas. Addamus & hoc, quoniam Tarræum Lucillum superius allegauimus, vnum eundemque esse *Tarraum* & Lucillum. *Tarraum* vero dici Lucillum a *Tarra* vrbe Cretæ insulæ, de qua meminit Longinus, in philologis.

De lynge auerretractata ex commentariis Plautinis sententia, Aristoteles explicatus, An Theodorus Gaza & Seruius de hac recte senserint?

CAPVT II.

ARistoteles ille Philosophorum maximus, iubente Alexandro Macedoniæ Rege, noticēdæ animalium naturæ cupidissimo, composuit illa volumina luculentissima, quorum pars manibus studiosorum teritur, & excutitur. In secundo sic scriptum reliquit, πολυώνυχοι δὲ εἰσὶ πάντες. τῶν δὲ τοιούτων διήρηνται οἱ δάκτυλοι, τὰ δὲ πλεῖστα τετραπόδων ἐστὶ. διηρθρωμένους ἔχει καὶ χωριστοὺς δακτύλους. εἰσὶ δὲ ἐσθίοντα μὲν πάντα ζῶντα, πάντες πεπεδακτυλοι. τούτοις μὲν δὲ εἰς τὸ μασᾶσθαι, ἕνα ἔχει ὀδόντα κείμενον. οἱ πλεῖστοι αὐτῶν πίονες, ὀλίγοι δέ τινες, δυσὶ δὲ ὀπισθίοις, οἷον ἡ κολυμβὶς ἡ νυκτ. αὐτὴ δὲ ἐστὶ μικρὸν μείζων σπίζης, τὸ δὲ χρῶμα ποικίλον, ἴλαφον ἔχει τὰ τε ὦτα καὶ τοὺς δακτύλους. καὶ τὸν γλῶτταν, ὁμοίως τοῖς ὄφεσιν. ἔχει δὲ ἐπὶ τριῶν ἕκαστον πόδα ἐπὶ τέτταρας δακτύλους, ἃ πάλιν συνέχεται εἰς ἑαυτόν. ἐπὶ δὲ τὰ ἀριστερὰ φέρει τὸν τράχηλον εἰς τὸ πρόσθιον τοῦ σώματος. ἠρεμοῦντα καθάπερ οἱ ὄφεις. σύριγγας δὲ ἔχει μεγάλας μόρια, ὁμοίως μόρια πεφυκότας τοῖς τῶν κηλοιῶν, τῇ δὲ φωνῇ τρίζει. Hæc Aristotelica verba sic propemodum Latinitate donauit Theodorus Gaza vir perinde eloquens ac eruditus, philosophi fidissimus interpres. *Copia omnibus anibus vnguium est. Multifida etiam omnes quodammodo sunt, quippe cum pars maxima digitata sit, & nantes quamuis planipedes tamen & ipsa digitos perfectos distinctosque habent, omnibus quæ se efferant quaterni digiti dati sunt, terni in*

priore parte, singuli in posteriore, maxima ex parte pro calce pauca quibusdam virinq; bini, vt auicula, quam Iyngem vocant: Hæc paulo maior quam fringilla est, colore vario, habet sibi proprium digitorum, quam modo dixi, dispositionem, & linguæ serpentibus similem, quippe quam in longitudinem mensura quatuor digitorũ porrigat, rursumque contrahat intra rostrum: Collũ etiam circumagit in auersum, reliquo quiescente corpore modo serpentũ, vnde Torquilla vulgo appellata est, quanquã turbo ab antiquis, vngues ei grãdes & simules vt mouendi exeant, voce antẽ stridenti. At Theodorus vir alioquin extra ingenii aleam positus dupliciter errat, cum excogitat auem *Iynga, turbinem* a Latinis appellatã, & nusquam cõperies, præterquam apud Seruiũ, cui non in omnib. fidem adhibeo. Secundarius error illius est, vt pote cum tradat vulgo *torquillã* nuncupari, & ignoscendum est vt homini Græco vernacula Latinis qua poterat si nõ elegantia, saltem elegantiæ vicinitate conferenti, quis nõ omnino apposite verterit. Vulgus namq; semidoctũ significantius & expressius auicularn hanccine *collitorquem* dictitat a *torquendo collo*, quod circumagit & conuoluit in anfractũ. Sic.n. vt explicauimus, pmiscue Bononienses appellant, Placetini vero *torticellem* a tortura.s. colli. Sed a vulgo ad Latinitatem veniamus. *Remani* Theod. inquit, *turbinẽ vocauerunt*, imo potius verticillã, non turbinem dixerunt. Sed (ni fallor) Seruiana hæc verba, quæ in Bucolico ludiero posita sũt, Gazam, vt pote Græcũ hominem, deceperũt, quæ hac serie legũtur, *Dicitur autẽ hic versus intercalaris, qui frequenter post aliquantulos interponitur versus, sicut intercalares dies aut mẽses vocantur qui interponuntur, vt ratio lunæ, solisq; cõueniat. Fecit autẽ hunc versum ad imitationẽ Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria. O turbo maritũ meum domum adducito, sicut hic insequentib. Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.* Existimauit Theodorus Gaza Seruium carmen hoc Theocriti Latinitate donasse, ἴυγξ ἕλκει τὸν σὸν ἐμὸν πόσι δῶμα τ' ἀοῦρα, h. e. *Iynx trahe hunc meũ virum tandem domum.* Verũ Seruius Græcæ facundiæ peritissimus, sequens potius sententiã, quam verba Theocriti, illa duo carmina voluit innuere, quæ in eius pharmaceutria leguntur, de quib. paulo post. Quod si deceptus est Seruius, minus nobis mirandum est, si Theodorus errauit: solet.n. dici: Honestus error magnos duces sequentib. *Iynga* Seruius si *turbinẽ* interpretatur, fortassis (vt quo modo possum Seruio feniã, hic appellauit, quoniã s. collũ vertit, vt verti *turbo* cõsueuit. Profecto si in præcedẽtis Theocriti carminis expositione Seruius *turbinẽ* p eo, quem Græci ῥόμβον appellant, intelligeret, quasi *Iynx* esset *rhombus*, id est, *turbo*, nulla cauilla esset, quin ex eruditorũ decuria deberet explodi. *Turbinẽ* certe nominauit in eadem Pharmaceutria Theocritus, sed *rhombũ* nõ *Iyngem* dictitauit. χὡς δίνη τόδε ῥόμβε ἰκάλλιε ἐς ἀφροδίτας ἄγοισα δίνη τὸ πὰρ ἀμετέρων ἄγαγε δῶμα. Latine: *Vt vertitur iste turbo, rhombe, ex Venere. Sic ille vertatur ad nostras tandem.* Est igitur *Iynx* auis, quæ non *turbo* nominatur ab

antiquis scriptoribus, vt perperam Theodorus asseruit, q; vt ei cõdonẽ *Iyngæ* Seruium *turbinem* avertigine colli nuncupasse Non debuit Gaza Seruiũ Grãmaticum quandoq; nõ absolutũ interptem inter priscos enumerare. Illi melius, q *verticillam* a *colli versura* (vt ita dicã) vocant Hanc interpres Theocriti cetera circũspectus enarrator, eandẽ esse *Iyngæ* putat, q̃ sit auicula illa notissima, quæ a Græcis modo *συρτὸς κόκκυξ* modo *συρτόβιος* a frequenti motu caudę nũcupatur. Hanc Varro latine *motacillã* dictitauit a *motu* videlicet, vt diximus, *caudæ*. Huius opinionẽ sequutus est vir alias vndecunque doctissimus, quẽ honoris & amoris gratia, p̃sertim cũ reprehẽdatur, nõ nomino. Ceterũ labitur manifesto lapsu, ob idq; dedecorosissimo, ad hanc seriẽ scribens Theocriti cõmentarius: *Iynx fuit Echus filia, quæ veneficæ & pollens carminũ ad pellicticdos amatores fuerat fluuiorum Ioue, mutata est in auem motacillam, quæ & hodie carminibus amatoriis præest.* Hæc ille. Quod *Iynx* sit in auẽ mutata, p̃ sitq; veneficiis p̃bo. Quare fœmina incantatrix apud Theocritum *verticilla* numen inuocat, cũ pollẽs & veteratrix maga noscereet illam auiculã ad incantamẽta idoneã esse, & quoad vixit inter veneficia maxime versatã. Quod *Iynx Motacillæ* sit cũ Theocriti interprete, nõ sentio. Populus harũ rerũ obseruãtissimus arbiter, discretionẽ inter has aues vtiq; nouit, quoniã scilicet, *motacillã* q̃ Romani dictitant, ipse *codatremulam* nũcupauit, *Iyngæ* vero *collitorquem*. Cũ cõmẽtatios in Plautũ lucubrarẽ, incidente super *turbine* mentione cõfutaui opinionem Seruii Grãmatici, nec ibi discrepaui absententia Theocriti interpretis, asserens videlicet *συρτὸν κόκκυγα*, hoc est *motacillã* auiculã eandẽ esse cũ hac *Iynge*, hoc est, *verticilla*. Nunc autem resipiscens (quoniã semper ingenia p̃ficiunt) meliorẽ doctrinã hoc est, Aristotelicam sequutus id omne p̃cisti næ cõmentationis cõmentum abrõgo, & ex Pii codicibus abradendum cẽseo. Nec in hac quidem revituperationi sim obnoxius, quod scilicet secutus diuersos auctores diuersa & veritati diffidẽria senserim. Nõne tutantur Aristotelẽ Peripatetici, qui in prædicamẽtis ex Architę opinione loquutus non recte philosophiceve vno in loco differuerit. Pliniana super *Iynge* verba sunt hæc libr 11. na. historiæ: *Iynx sola vtrinq; binos habet, eãdem linguam serpentũ similem in magnam longitudinem porrigit, circumagit collũ in aduersum se, vngues ei grandes ceu graculo hulo.* De hac auicula meminit Pindarus. Possem & plura his addere, sed mediocritas virtus est. Non enim minus seruat modum qui supra rem quam qui infra. Synesius libro de somniis: *Consideratione dignum est, vtrum hue tendant illices vel motacillæ magorum.* Scribo *Iynges* vel *verticillæ*, errauit enim Ficinus, qui *Iyngæ* credidit esse *motacillam*.

Quod non omnia, quæ in commentariis in Plautum tradita sunt, bene scripta iudicamus, & in his multa retractata. Cap. III.

SEd vt quandoq; de Græcia in Latiũ cõmeemus, M. Act. Plautũ

hoc est, Latinæ linguæ delicias, & Cornucopiæ sumemus in manus. Dicet quis forsitan, Atqui Pie, dabitur ne nouę interpretationis ansa in Plautinos sales? quos numeroso commentario, vt Hercules Augei stabula perpurgasti? Cui respondere possem id Pyrrhi verbum vulgatissimum de populo tamen Romano: Plautum esse similem hydreæ, quę vno capite amputato resurgit septenis & his atrocioribus verticibus. Belle nimis & scite huic rei congruit Græcum id adagium, sic Latine pronuntiandum: *Alia sentina eiecta, alia influit*, nec enim aliter perpurgato vno Plauti mēdo, cōparet aliud, & aliud post aliud soboleſcit. Sed iam a diuerticulo instituta materia repetatur. Incidi in codicem Plautinū, a nescio quo interpolatore Georgii Merulæ discipulo, maculatum atque fœdatum, in quo ex Captiuis ita legitur:

Magis non factum possum velle quam opera experiar persequi:
Id vt scias Iouem supremum testem do Egio:

Quos versus non exposui, ratus nil illic esse subobscurum. Nunc vero animaduerto sic carmen id secundum recognoscēdum: *Id vt scias Iouē supremū testē laudo Egio*: vbi *laudare* pro nominare positū est a Plauto, qua loquendi figura vtuntur prisci. Id quod percipere potes ex his Gellianis lib. ij noctium Atticarum: *Laudare significat prisca lingua nominare, appellareque. In actionibus autem ciuilib. laudari id dicitur, quod est nominatiue. Illaudatus enim est quasi illaudabilis, qui neq; mētione aut memoria vlla dignus, neq; vnquā nominādus est.* Hactenus Gel. cui Marc. adstipulatur ita scribēs: *Laudare etiam signat nominare. Vergilius Georgicon lib. ij. Aut illaudati nescit Busiridu aras. Plautus in captiuis. Id vt scias Iouem supremum testem Laudo Egio. Pompeius, elaudare plus quam nominare.* Verum vt nihil omittamus improuisum, quo liuor irrepere possit, excutiēdū perinde putaui carmen id, ex primo argumento fabulæ, cui titulus est Amphitruo, etsi nonnulli compositum a Plauto non esse id argumentum certare parati sunt. Carmina hęc sunt:

Dum bellum gereret cum Telebois hostibus
Alcmenam vxorem cepit vsurariam:

Nos in cōmentariis nostris in Plautum *vsurariam, impudicam* sumus interpretati, *vsuram* sumentes pro *vsu*, qua elocutione scatēt honorati scriptores, ad quā tamen enarrationē nos Plautus inferius illexit, qui sic infit: *Vsuramq; eius corporis capit sui.* At vero cum deprehendam *vsurariam* honestū coniugis epitheton esse posse, sentio pariter *vsurariam* vocari nihil obstare *Alcmenam* a Plauto, seu quouis alio Poeta horum versuum auctore, *qua vsura*, hoc est, *vsu* sit marito coniuncta. Quod vt plenius & dilucidius intelligas, quæ tradit in primo Ciceronis topicorum commentario Boetius subtexere libuit: *Tribus enim modis vxor habebatur, vsu, farre, coemtione, sed confarreatio solis pontificibus conueniebat, qua autem in manum per coemtionem venerant hæ matres familias vocabātur, qua vero*

vero vsu vel farre minime. Coemtio vero certis solemnitatibus peragebatur, & sese in coemẽdo inuicem interrogabant ita, vir, an sibi mulier materfamilias esse vellet, illa respondebat velle. Eadem mulier interrogabat an vir sibi paterfamilias esse vellet, ille respondebat velle. Itaq; mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemtionem, & erat materfamilias viro loco filiæ. De hac coemtione Vergilius intellexit ita canens libro primo Georgicon: Teq; sibi generum Thetis emat omnibus vndis. Vocabit ergo Plautus vxorẽ *vsurariã*, vsu vno ex tribus modis (quibus vxor habebatur) conciliatam viro. Elige ꝙ mauis: Elige quod perplaceat, an hoc an illud interpretamentum, quod in Plautinis tradidimus enarrationibus. Apud eũdem in fabula Rudente prope calcem sic passim legitur: *Palam age, nolo murmur vllum neq; susurrum fieri.* Tu scribe per diminutionem *murmurillum* pro *murmure paruo.* Hoc ex Marcello didici sic propemodum scribente: *Murmurillum murmuratio. Plautus in Rudente: Nolo ego murmurillum neq; susurrum fieri.* In eadem fabula talia deprehendes: *Echinos, Lopades, Ostreas, balanos captamus. Lopades* ex sententia Marcelli diximus esse genera concharum: hoc idẽ Nicander in Alexipharmaco. De Balanis conchis si plura scire desideras lege Aristot. lib. iiij. animalium de colotis piscibus. Idem libro animalium ix. meminit. In Plauti Stycho sic legitur: *Post vt occæpi narrare sidicinas, tibicinas, sambucas adduxit secum forma eximia.* In cõmẽtariis nostris admonuimus legi posse *sambucinas* aut *sambucistrias*, quando *sambuca* sit organum, *sambucistria*, quę mouet instrumentum illud dulcisonum. Nunc nihil immuto ductus auctoritate Polybii ita scribentis lib. v. *Hinc igitur Nicagoras breui ante tempore equos vehens in Alexandriam nauigarat, vbi cum e naui egrederetur, inuenit Cleomenem & patrem, & vna Hippiã iuxta portum deambulantos, quem conspicatus Cleomenes amice ac familiariter salutauit, percunctantes deinde quid eo venisset, vexisse se equos respondit; cui Cleomenes, mallem inquit cynædos, sambucasq; vexisses, his enim magis in præsentia rex delectatur.* Videtur, vt in euidenti est, Polybius *sambucas* appellare *organistrias*, instrumẽti illius, quod *sambuca* dicitur, cum cynędos præposuerit Sed & verisimile est *sambucam ipsam organũ*, & *organi scientẽ* denotare. *Sambuce, hoc est, σαμβύκη organa musica sunt*, inquit Suidas, *triangularia, in quibus canebant iambos. Sunt & iambicæ. Talẽ iãbicam primus Ibicus inuenit. Est autẽ species citharæ trigonalis.* Subdit idẽ auctor: *Sambuceus species mechanici instrumenti ad expugnandum vrbes idonei, vt inquit Polybius. hæc & a Latinis dicitur sambuca.* Nõ desino memoriæ fragilitatẽ mirari, cũ scribã in Amphitruone in expositione illius versus: *vt conquisitores singuli in subsellia eant per totã caueã spectatorib.* pecuniã depositã esse a candidatis apud Catonẽ, qui ætate Plauti floruit, cũ ꝑperã Catonẽ Censoriũ pro Vticẽsi recognouerim, nec vllo modo ad institutũ Catonis Plautina sentẽtia trahi potest quo-

niam is Vticēsis, apud quē pecunia deposita est, multo post tēpora Plauti floruit. Equidem in hac re nil aliud affirmare possum, q̄ tūc mole interpretationis obrutum me effugisse hæc inferiora, si modo tanto rerum ponderi cōparentur. M. Tullius in epistolis ad Atticum satis ostendit de Catone Vticensi hoc intelligi debere de rebus suæ ætate gestis ita scribens: *Candidati iurarunt se arbitrio Catonis perituros, apud eūq̄ sestertia quingena deposuerunt, vt qui a Catone damnatus esset id perderet, & competitoribus tribueretur.* Præterea in Epidico scripsimus δωροφάγους βουλίμους iudices Hesiodum vocare, in quos sæuiter declamat Iuuenalis eo versu: *Prædo Caballorum prætor sedet.* Nunc vero contrariū sentimus Hesiodū videlicet iudices appellasse δωροφάγους, quoniam scilicet vorant munera & muneribus oblatis permittunt se corrūpere. Nec aliquid cōmercii sententia Hesiodi habet cum satyri carmine. Adde q̄ cum a nobis Poetæ mentio Græci fieret, qui cognomento *Silentiarius* vocabatur, scripsimus *Silentiarios* illos esse, qui *Silentium* indicunt populo, cū pōpa sacrificali sq; apparatus appetit. Id ego cum scribere festinabundus coniectura fallaci sum vsus. *Silentiarii* quinimo dicuntur honestati ab Imperatore titulo quodam dignitatis, qua ornati *Silentiarii* peculiariter appellabantur, sicutia gradu dignitatis comites, quos passim *contes* dicunt. Hoc cōprobat Iureconsultus in codice his verbis: *Viros clarissimos sacri nostri palatii silētiarios circa latus nostrum militantes de tutelis & curationibus excusari sancimus.* Accursius *Silentiarios* illos dici credit, quos vulgo *principes scribarū & secretaries* appellamus ita dictos, quod secreta silent & occultat. Itidem *Limanarchas* seruos intellexi, qui præsunt liminibus, quos Latini vocant *ad limina*, cum *Limanarcha* milites a Iurecōsultovocentur. Accursio teste, qui *limites* & *limina*, fauces scilicet & vestibula Romani imperii seruant, quos alio nomine Iurisperiti *limitaneos* appellant. Illud etiam non minori eget indagine, quod nuperrime in Stycho deprehēdi Plautina fabula in hæc ferme verba.

Peri hercle vero plane nihil
Obnixe vno Gelasimo minus est quam dudum fuit.

Omissis his q̄ in horum versuū interpretatione cōmenti sumus, p ingenii captu codicē esse mēdosum asserimus, & ita est restituēdu.

Peri hercle vero plane non obnoxie,
Vno Gelasimo minus est quam dudum fuit.

Sensus Plauti talis loquente sic Gelasimo parasito, Iā pridē iudico me periisse funditus non autem obnoxie, hoc est, proxime & cohærenter, quasi diceret velit, se nunc penitus disperiisse, non autē esse obnoxium & adstrictum periculo. In hoc significatu post ceteros vsus est hac voce Maro eo versu: *Et fratris radiis obnoxia surgere luna.* Prosequitur Plautus, *minus est*, hoc est, minus boni euenit Gelasimo, quāuis videretur lætum, vt ipse ratus fuerat augurium mustelæ, quam antequam vidisset augurium. Hęc duo Plautina carmina

cor-

correxi Gellio præmonstrante, qui lib. vij. sic inquit: *Plautus quoq; linguæ atq; elegantiæ in verbis latinæ princeps, quid esset obnoxius nesciuit? Versus enim est in Stycho illius ita scriptus. Nunc ego hercle perij plane non obnoxie. Composuit enim Plautus tanquam duo inter se contraria plane & obnoxie.* Eiusdem Plauti in Epidico verba hæc passim habentur: *Itaq; me aleatis dẽtibus derideret filius meritissimo*, nos emendauimus *aleatis* dentibus, pro *prominentibus*. Nũc nihil immuto, quoniam dentes Plautus appellare potuit *aleates*, hoc est, iocosos, iocis, derisionibus, & sannis se renudantes, & proferentes ad irridendum seruum, quem alea cõtinenti subsannabat. Vsurpauit *aleam* pro *ioco*, sicuti nos indifferenter *ludum* & *iocum* pro *alea lusoria* ponimus. Si *malleatis dentib.* scribere libet, refer ad illud irrisionis genus, q̃ vsurpant aliquem irridentes, os aperientes sanna patula, & subito cũ strepitu claudentes, in qua vicissitudinaria oris aptura dentes inuicẽ tundũt & arietãt, atq; percutiunt, nõ secus ac malleus durã naturã ꝑcutere solet. Sed prior expositio melior, ꝑinde ac simplicior. Hũc dentiũ crepitũ multi ad illud referũt: *Aspice quam lõga diuerberat aera sanna*, q̃ dam ad illud Persianũ ciconiæ rostrũ referre malũt, quoniã se ꝑcutiens crepitum emittit. Amplius in epistola commentariis nostris p̃posita sub titulo *Bentiuoli reguli* non sine honoris p̃fatione nominãdi vsurpauimus hæc verba: *Nec vt ille vnius diecula aut alterius spatium ad eloquendum petere, sed otium Melissi, qui in apium meditatione consenuit.* Nõ me præteriit cũ hæc scriberẽ in tritis Plinii codicib. legi *Hylisci*, alibi Philisti. Ceterum secutus sum codicẽ ꝑuetustũ, in quo *Melissi* scriptum erat, nomine ab apiũ natura, q̃ diu cõtẽplatus est, detorto. Suũ cuiusq; sit iudiciũ, an ibi *Melissi* reuerentia prisci codicis, an vero *Philisti* legere velit. Non omittendũ est posse scribi *Melisti*, cuius physiologi auctoritati innititur Fulgentius Placiades, de quo hæc lib. 2. Mythologicon: *Ferũt physiologi quã maxime Melistus Euboicus, qui omniũ physiologorum sententias disputauit huius generis auem conuitiis esse plenam.* Sed & hoc in Captiuis carmen eget interprete, *Iouem supremum testem laudo Egio*, non n. ita simpliciter supremum dixit, sed alludit nomini Iouis, q̃ supremus peculiariter dicebatur. Pausanias in descriptione Atticæ auctor est *Endocũ* Dædali discipulũ fecisse delubrum, quod *Erachthion* appellant, aram Iouis supremi in vestibulo, ad quam nihil immolant animatum, sed institutum est, vt variis libamentis appositis vno haud vtantur. Præterea cum *albas quadrigas* Plautus vsurpat pro *velocibus*, vide ne de *Rhesi* niueis equis intelligat, de quibus Catullus: *Nec Rhesi niueæ citæ quadrigæ.*

Hęc pauca retractari visa, quæ nos aliud agentes eluserunt, ita contra subducti supercilii libitinas, vituperonesq; tuti. Considerẽt omnes velim q̃ multa bene dicta, non q̃ paucula male, nec forsan male si candidus aute, nec matutina si mihi fronte venis Si q̃s vero

meliora reperiet, ex doctore fiam discipulus, huic gratias subito testabor & digitum leuabo.

Antiquos vnam dictionem habuisse, qua vocali careret, & quæ sit illa, simulq; luci sua restituetur Terentianus versus ex Phormione.

CAPVT IV.

VErrius Longus inter Grãmaticos eruditissimus, nec minoris industriæ q̃ doctrinæ, carmen aduocat ex Phormione Terentiana fabula, sane scitu dignissimũ quod in Verrio sic legitur: *Non is obsecro est, quem te semper dicunt : St. quid has metuis fores?* Ego pensitatis Verrii nostri verbis, & relecta repetitaq; Terentiana fabula, sic corrigenda censeo illa Terẽtiana verba, q̃ sic passim circũferuntur: *Quid? non obsecro is es, quẽ te semper dicunt. Chr. est. So. quid has metuis fores?* Legendũ. *Non is obsecro es quẽ te semper dixti. Chr. St. quid has metuis fores.* Est enim facilis mendi lapsus huius dictionis, *St*, in *est*, præcipue quibusdã nouitatem vocis auersantibus, qui quod non intelligunt, interdum nugatq; dispungunt. Chremes certe per hoc verbum, *St*, silentium indicit Sophronæ, q̃ interpellauerat. Quod vt Verrio potius, q̃ Pio acceptũ feras, illius verba subtexui: *Inuenti sunt, inquit, qui & sine vocali putent posse syllabam fieri. Nam animaduertimus apud comicos. S. & T. pariter scripta literas, vt apud Terẽtiũ in Phormione, Non is obsecro es, quem te semper dixti. St. quid has metuis fores? Hoc. S. & T. pariter renuntiat silẽtium. Plautus in Pseudulo: St, tace tace, meus hic est: homo ni omnes dii atq; hominũ deserunt, nouo consilio nunc mihi opus est, noua res subito mihi hanc obiecta est. Idem in Pœnulo: St. tace, quid est? fores fecerunt magnum flagitium modo.* Verriũ hunc exactissimũ Grammaticũ ignotum scio, nec manibus profanorũ teri. In lucem e puluereo latibulo extractus pridẽ, a viro literatissimo Georgio Merula, qui Mediolani docuit. Copia Verrii huius Merulæ contigit ex libraria Bobiensi characteribus Longobardis ferme exolescẽtibus in scripturam Romanam reformatis. Ad me venit id opusculum munere Alexand. Gabuardi Parmensis auditoris mei, cum publice Mantuæ docerẽ, iuuenis antiq tatis studiosissimi. Ne quis miretur in tritis Terẽtii codicibus sic non legi, cum sexcenta in eo carmina desiderentur incuria tẽporis omissa, quæ in reuerendæ antiquitatis exemplari leguntur, quod Petreius Bembus patritius Venetus vir eloquentissimus possidet, quo libro Angelus Politianus antiquitatis non incuriosus, fassus est examinatiorem castigatioremque se comperisse nullibi. Sed hinc ad alia dextro pede transeamus.

Enarratum Lucretianum & Plautinum verbum Cantharus in diuersa a poculo vinario significatione. Cap. V.

EXstat pars Lucretiani poematis adhuc male curata, incuria & negligentia seculi satis se scire putantis, si duos aut tres auctores tenuerit. Fragmentum Lucretiani poematis, quod ad nos per tot barbarorum & illiteratorum syrtes enatauit, litum esse multis

multis luminibus ingenii, multæ tamen artis, recte sentimus cum Marco Tullio lib. primo epistolarum ad Atticum. In hoc multa sunt luculentissime scripta, & profunda eruditione referta, quæ triuiales, hoc est, cæci doctores, cane peius & angue, declinat, & auersantur, se grammaticen, hoc est, literaturam colere non philosophiam caussantes, cum tamen Grammaticam carere philosophiæ cognitione dedeceat, si Quintiliano grauissimo censori credimus. Sed vt in præsentiarum a minimis incipiam, leguntur hi Lucretii versus libro primo de rerum natura:

Quin etiam multum solis redeuntibus annis
Annulus in digito subtertenuatur habendo,
Stillicidi casus lapidem cauat, vncus aratri
Ferreus occulte decrescit vomer in aruis,
Stratague iam vulgi pedibus detrita viarum,
Saxea conspicimus, tum portas propter aheneas
Signa manus dextras ostendunt attenuari,
Saepe salutantum tactu, praterque meantum.

Cum dogmatis Epicureorum magnus assectator hic noster Lucretius significare vellet, esse quædam corpora tantula prædita tenuitate, vt oculos præstringant humanos, & obtutum effugiant, ad hæc ipsa confirmanda affert in medium notissima exempla: *Annulum* scilicet, dū habetur in digitis attenuari, *lapidem* cauari stillicidio. hoc est, casu stillantis guttæ, *vomerem* in aruis sensim splendescere: *Saxa viarum* commeantum pedibus proteri: *Malleos ferreos*, ostio affixos attenuari, nec tamen inde comparere *Minutiem illam*, quæ temporis momento decutitur, cum tamen *ipsa* sit corpus, nec videri possit. Sunt igitur, concludit, quædam corpora, quæ videri non possunt. Verum enimuero difficilia cognitu sunt hæc duo carmina cum hemistichio præcedenti: *Tum portas propter aheneas signa manus dextras*, & huiusmodi reliqua, sensus est, resolui quandoque corpora, vt videri non possint, docent simulacra, quæ in foribus posita, præstant pulcandi officium. Hæc enim crebra pulsatione minuuntur, *propter portas* expone *apud portas*, id est, *in portis*, vt *ero apud forum* significat *in foro*. *Propter* idem esse quod *prope* quis nescit? vel eo Ouidiano exemplo. *Propter humū volitat, pontque in sepibus ouat. Aheneas signa*, simulacra & imaguncula ex aurea bractea vel orichalco, quæ in foribus decoris gratia figebantur. *Ostendunt*, ostendere videntur, & indicare. Dat Poetice rebus inanimatis, ingenium & sensum: Simulacra namque illa ostendere non possunt, sed partem pro toto posuit, tanquam dicere vellet, ostia, in quibus celantur signa ahenea, ostendunt manus suas ferreas attenuari. Nihil obstat, quin *signa aheneas* intelligas *capita Leonum* vel *Pardorum*, & huiusce modi animalium cælata in talem figuram, vt dentibus mordeant fastigium & summam partem *marculi*, id est, *malleoli ostiarii*, nitidiore artificio, quali Bononiæ

conſpiciuntur etiam hodie potentum domus, & optimatũ, præ-
ſertim domus Palatina Cæſaris noſtri Ioannis Bentiuoli patris pa-
triæ, viri nunquam ſatis laudati, vbi affixi ſunt leones modici vn-
guibus anteriorum pedum ſphærulam continentes caudis foris
implexis. Poteſt & intelligi, quod Romani id æui, ſigua, hoc eſt, ſi-
mulacra ex ferro fabrefaciebãt prædita manu dextra, quo elatio-
re ſimulacri brachio vtebantur pro malleo, opere ita gratiore, cum
videatur non tantũ marculus eſſe, ſed manus hominis propter hu-
manum ſimulacrum exære, qua manu feriebant fores. Quod ſi
dextras legere placet, vt inuulgati codices habent, non repugno.
Potuit enim fungi hoc officio manus ſimulacri dextra, ſicuti nunc
fabrefaciunt ſerpentes & lamias, quæ aquas ex compluuio euo-
mũt & eiaculantur in impluuiũ, ſiphone in os horũ plumbo com-
miſſo conferruminato. Poſſes tamen legere *manus extras* pro *ex-
teras*, ſicuti *dextras* pro *dexteras* ab *exter extri* vel *exteri* pro *extra-
rio*. Vnde Papinius inquit: *Exter honos* pro *extrario*. *Extera manus*
mallei ferrei pulſandis foribus idoneæ dicuntur, quoniam extra
oſtio adpinguntur vicem manus in claudendis, & aperiendis fori-
bus præbentes. Quidam nihil immutant: *dextras* epitheton i-
donetum *malleis oſtii* dicentes, quoniam ſunt *dextri*, id eſt, opor-
tuni celeritudini itus & reditus. Amplius. Hanc *manum exteram*,
ſiue *dexteram* Plautus in Menechmis *cãtharũ* vocat a ſimilitudine,
quam præ ſe ferre videtur. Fiebãt autem *hi malleo ferrei* manus hu-
manæ ſimilitudine, quæ ventre capaciore & anſa, *canthari* effigiẽ
præ ſeferunt, quod nos fugit. Quid enim pudeat noua diſcere pe
mare Plautinum velificantes. Plautina carmina ſunt hæc, quæ in
alium ſenſum torqueri vix poſſunt. *Expedite fabulatus. I am fores fe-
rito. Me feri, vel mane etiã mille paſſuum commoratus: Cantharũ pla-
cide pulta.* Quod ſi ductus Plautinis verbis, quæ ſubſequuntur, *can-
tharũ* pro *notiſſimo vaſe vinario* ſumere libet, tuũ ſit iudicium. Do-
ctius tamẽ & ſenſui conuenientius *pro inſtrumẽto oſtii* capi poſſe *cã-
tharũ* affirmauerim. De *cãtharo* græca dictione, q apd nos *ſcarabeũ*
ſignificat alibi monui, quare locus pnicioſus ſcarabeis *cãtharoloe-
tos* a Plin. vocatur lib. 11. na hiſ. Herodot. deſcribẽs apim, bouẽ toto
corpore nigrũ eſſe tradit, in frõte habere cãdorẽ figurę quadratæ,
in tergo effigiẽ aquilę, *cantharũ* in palato, duplices in cauda pilos.

*Talum ſignificari præcurſorem ſiue cuſtodem Cretenſem a Catul-
lo, vbique eius obſcurior ſententia explicata.*

CAPVT VI.

CIrcũfertur elegantiſſimũ epigrãma, multipliciq; doctrina re-
fertiſſimũ in opuſculo Catulli, quem non abre doctiſſimum
itidẽ priſci vates appellarunt. Sic paſſim legitur id epigramma:

Non cuſtos ſi fingar ille Cretum
Non ſi Pegaſeo ferar volatu,
Non lata ego penniferve Perſeus,
Non Rheſi niuea cita quadriga.

Quod

Quod cum syllabicæ mensuræ refragetur, ita corrigendum iudico. *Non custos si ego fingar ille Cretum.* Quis hic *Cretum custos* exstiterit rari seu nulli nouerũt, & ad hæc vsq; secula carmen id ignoratum habebatur, aliis & aliis ridicula cõminiscentibus. Ego refero ad *Talum* illum nobilem cursorem & certatorẽ egregium, quẽ minos Rex Cretæ dono accepit a Vulcano, vt turaretur insulã Cretam, vnde apposite *custos Cretũ* vocitatur a Catullo. Quod si *cursor Cretum* scribere mauis, vt nonnullis exemplarib. legitur, dictũ erit ex fabula. Dicunt. n. Poetæ huncce ine *Talum* ter in delassato cursu insulam vnius diei spatio currendo circumlustrasse. De hoc multa tradunt Græci, ex quibus Tarræus Lucillus & Didymus hęc, quæ nos studiosorum desideriis occurrentes Latina fecimus. *Sardonius risus.* Æschylus in libro prouerbiorum, de hoc, sic insit. Quidam coloni Carthaginensium in Sardinia habitantes sacrificauerunt super septingentos parentũ Saturno ridentes & salutantes inuicem. Turpe igitur putabatur lactumare flereq., quapp̃ter factũ est, vt dicatur *Sardonius risus.* Timæus auctor est, filios parentes solere in foueis ponere, & quos sagittis petere deberent, percutere fustibus, & p̃cipitare: corruptos. a. ipsos ridere filiorum iniustitiã, credentes se feliciter & beate mori. Quidã vero a Sardinia insula. Nascitur. n. q̃dam herba ibi, q̃ gustantes cum contractione & risu pereunt. Alii. a. per figmentũ *risum Sardoniũ* vocari dicentes ab aperiendis dentibus. Simonides. a. dicit *Talo.* anteq̃ in Cretam perueniret. habitasse Sardiniã, vbi multos dicitur obtrũcasse, quib. mortuis os aperiebat, & hinc *Sardonius risus.* Hunc *Talũ* fabulantur ferreũ habuisse. Datũ Minoi a Vulcano ad custodiã insulæ Cretæ. Iste venã vnã habebat a ceruice ad calces tendentẽ. Per pellem. a. venæ clauus iunctus erat ferreus, ter singulis dieb. insulam circumiens Talus anxie custodiebat, huc appellentem Iasonem repedantem a Colchis ab introitu insulæ impediuit. Sed deceptus a Medæa obiit, vt aliqui tradunt, ipsa medicaminibus furorem incutiente. Vt alii, pollicente facturam immortalem, & clauum extrahente fluente tabe cum toto sanguine sic ipsum neci dedit. Aliqui autem ipsum periisse dicunt sub calce sagitta percussum. Plura ex Apollonio afferre potuissem. Sed hæc ad Catullianum scirpũ enodandum satis superque. Sunt auctores Apollonius scilicet & Pausanias, qui referunt, *Talum* hunc ipsum præpositum esse Cretæ a Ioue, vt abigeret Agenorem Europæ patrem, ne insequeretur Iouem, qui simulans taurum illam asportauerat in Cretã. Alibi tamẽ Pausaniæ verba sunt hæc: *Inter Theatrũ & arcẽ Talus humatus iacet, quẽ Dedalus sororis filiũ & discipulũ artis interfecit, atq; ob id in Cretã aufugit e Sicilia, deinde ad Coccalum euasit.* Sed hic *Talus* Pausaniæ non est cursor ille pernix Catulli, sed is, quem Ouidius Perdica vocauit. Sed admonitos velim candidos lectores, si reperient alibi hanc nostram expositionem, illam ducis sibi functam officio credant, quamuis ante hanc editionem nostram publicatum sit opus Co-

dri doctissimi Grammatici, qui hoc idem tradit. Nostra hoc palęstra inuenimus, nullo præmonstrante. Diu enim est, quod hoc saxum voluo, & hæc annotamenta lucubro. Sed dum scriniis suis cõtenta sunt, cotidianamque domini sui limam experiuntur, gratiam nouitatis Codro meo indulserunt, quem idem, quod nos sensisse mirum non erit, nec tamen nos ab illo, nec illum a nobis didicisse, quemadmodum ante nos duos Palladius nescio quis hoc publicauit tanquam fœtum suum. Testem inuoco in re vt potè dubia Diomedem Guidalottum iuuenem, de quo nihil nisi sublime, nisi maximum spero, me secum tanquam cum oculissimo discipulo ab hinc biennio communicasse, antequam Codri opera, & Palladii commentarius in lucem prorumperent.

Enodatum prouerbium ex Ciceronis epistolis ad Atticum.

CAPVT VII.

VErba Ciceronis hæc ex libro septimo ad Atticum vel secundo, vt nõnulli vôlunt: *Ceterain rebus magnis mihi a Clodii, contentiones, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. Etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortasse dignitatis ἄλις tanquam δρυὸς salutis.* Quid hæc postrema verba significarent ἄλις δρυὸς omnes nouere: q: satis quercus, vult intelligere. Sed quid ad rem faciat τὸ satis quercus, pauci qui nouerint. M. Tullius inuuere proculdubio voluit, id Græcum prouerbium, quod pronuntiatur. ἄλις δρυὸς ἐπὶ τῶν ὀλιγοτέρας διαιτῆς ἐχομένων ἐπὶ βέλτιονα. εἴρηται ἡ παροιμία ἐπειδὴ τὸ ἄριστον οἱ ἄνθρωποι βαλάνοις δρυὸς τρεφόμενοι ὕστερον συνῆθεσαν τῆς δήμητρος καρποῖς ἐχρήσαντο Latine: *Satis quercus. De discedentibus ex viliori vita ad meliora. Dicitur prouerbium in quantum antiquitus homines glandibus quercuum nutriti demum inuentis a Cerere melioribus fructibus victitarunt.* Sensus ergo Ciceronis hic est, se minis & Clodii certationibus indies magis ac magis splendescere. Dicens fortassis *Atticæ dignitatis*, hoc est, *quantum pertinet ad dignitatem* sat bene res se habet o Cicero. Sed *salutis*, hoc est, *quantum pertinet ad salutem* non bene. Respondet Cicero: *salutis*, hoc est, *circa salutem* possum respondere, tanquam, sicuti prouerbialiter a Græcis, dicitur ἄλις δρυὸς, id est, *satis quercus*, satis vtilitatis scilicet & ignominiæ me subiisse saluti consulentẽ: Nunc ad meliora dignioraq; est annitendum, salusque honori postponi debet. Subditque Cicero se satis despectum & ignominiæ perpessum cum a Clodio eiectus in exsilium, eo tempore quo vestitum mutauit equester ordo, & ipse nimis humiliter se gessit in deprecanda plebecula, quod a se factũ ægre tulit exsul. Hic est verus synceruſque M. Tullii sensus. Qui cupit alios fucos adpingere nihil agit, & (vt dici solet) *Vas Danaidum implet & lentem incidit.* Est & huic simile id adagiũ. ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, hoc est, *aliam quercum decute*, de his, qui continuo petunt, vel itentidem ab eisdem mutuo accipiunt. Dicitur prouer-

prouerbium, quod glandibus prius viuebant homines, & *balanistas, id est, glandarios* vocabāt, mercede fructū talē colligentes. Tali coactione iā finita circumspicientes *glandarii, si qua* superauerant in quercu glandes, viatores dicebant cauillantes: *Aliam quercum excute.* Sed hoc Ciceronis nec verbis nec menti congruit.

Cornelii Nepotis euentilatum verbum. Quid magnificus, & qua magnificentia

CAPVT VIII.

COrnelius Nepos luculenter & eloquenter libellū compositi, cui titulus est *vita Pomponii Attici*, in quo plurima cum nitore verborū eruditio cōspicitur. Ibi hoc pensitatione dignū iudicauimus, & indagine non contēnenda: *Elegans, non magnificus, splendidus, non sumtuosus, omni diligentia munditiē, non affluentiā adfectabat.* Dubitare quis forte posset, cur Nepos iste castissimi sermonis imitator *magnificum* ademit, amico tāquam vitiū, cum potius cum laude dicatur passim, & omni cumulo virtutis. Quā vero propugnatione sit vsurus in causa Nepotis quispiā, facile discet si nostra, quæ tum scribendo, tum docendo scripsimus, caprus amore leget. *Magnificus* n. ab his, qui puritate Romanæ linguæ sunt vsi, cū aspergine superfluitatis dicebatur, vt ille *magnificus* esset, qui magna magis faciebat, & enormia & nimia, q̄ modica & mensurata & mediocria, in quibus inest virtus. Hoc docet elegio graphorū facile princeps Albius Tibullus ita loquens:

Magna loquor, sed magnifice mihi magna locuto
Excutiunt clausa fortia verba fores.

Hoc & Græci proprietatum retinentissimi frequenter obseruarunt, apud quos μεγαλήτως reperitur & μεγαλοπρεπῶς. Primū *magnificum* significat esse magni cordis, secundū autē *magnæ operantē*, & ea tantū, quæ dicerent, appellarunt. μεγαλοπρέπεια virtus est, q̄ Franciscus Philelphus vir in vtraq; lingua peritissimus asseuerabat per *magnificentiā* explicari non posse, verum qui cuperet verbum verbo reddere, sensumq; sensui, *magnidecētiā* vocauerit, *cū magnificentia* declinet in vitiū. Non me præterit *magnificum* Latinos vsurpare, peculiariterq; recentiores, pro *megalopreprepi*. Verū nunc de norma non de anomalia loquimur. Est Cornelii Nepotis hic sensus, fuisse Atticū affinem suum in victu admirandū, vt qui electilē, lautum, mundumq; victū exoptabat, nō autē *magnificum*, hoc est, superfluitate notabilem, splendoremq; affectasse, non autē sumtū, qui quandoq; vituperationi obnoxius est, potius quā laudi. Potest enim cōuiuium esse magnificū, nō elegans, sumtuosum, nō splendidū, vt palā est. Quamuis antiquitus *elegās* cū laude nō diceretur. Cœpit tamē postea sine vitio dici etiam cum laude, si elegātia erat moderatissima, qualis fuit in Attico, q̄ significatur a Nepote, cum dicit illum fuisse *elegantem* non *magnificū*. Iustinus *ludorū magnificentiā* lib. 8. nimiū apparatū vocat & modū excedentē. Sed ne vox

elegans te insolētia, nouitateq; sua forsan offendat, audi q̄ super ea re Gell. vetustatis maximus indagator annotauit: *Elegās homo nō dicebatur cū laude, sed id fere verbū ad ætatē M. Catonis vitii nō laudā fuit.* Cato in libro de moribus: *Auaritiam omnia vitia habere putabāt, sumtōsum, cupidus, elegās, vitiosus, irritus q̄ habebatur is laudabatur.* Ex quib apparet *elegantē* dictū antiquitus, non ab ingenii *elegantia*, sed qui nimis læto, amœnoq; cultu victuq; esset. Postea *elegans* reprehēdi q̄dem desiit. Sed laude nulla dignabatur, nisi cuius *elegantia* erat moderatissima. Sic. M. Tulli. Lucio Crasso, & Quinto Scęuolę non merā elegantiā, sed multa parsimonia mixtā, laudi dedit *Crassus* inquit *erat parcissimus elegantium, Scęuola parcorū elegantissimus.* Præterea, M. Tullius cū significare vellet, populū Rom. odisse priuatum sumtū, publicum vero splendorē exosculari, etsi nimius sit & supabundans, parcitatis sobrietatisq; mensuram prætereuehens, sic inquit in oratione p̄ Muræna: *Odit populus Rom. priuatā luxuriam, publicā magnificentia diligit.* Quod si cōperies scriptores antiquos, imo auctoritatis locupletis, non dubiæ, non dilutæ, qui *magnificū magnificentiamq;* ad bonā partem trahāt, maluerunt illi vsum cōmunem, q̄ priuatam p̄prietatem sequi. Quid? nōne Plautus in Asinaria *magnificum* p̄ factuoso dicit sic: *Extemplo facio facetū me, atq; magnificū virū.* Non nego tamē *magnificū* apud probatos auctores in laudem vsurpari, sed vsurpatū est, nō p̄priū.

Quid Vergilius significet cum canit. Sedet æternumq; sedebit infelix Theseus, & historia recondita explicata.

CAPVT IX.

SEd quo te Vergili piaculo linquā, & ingrato silentio p̄tream? cuius p̄cipua virtute Græciæ facta est victoria nutans. Tu Homero, quē semp florentē Lucretius appellat, carminis facundiam, hoc est, Herculi clauā abstulisti, p̄ te Græcia cōtumax Latio cedere nō detrectat vel saltem Latiū p̄ vocare nō audet, te magnū, te facundū, te altiloquū Italorū poetarū caterua circūsonat, te Attica, paritatis alioquin indignabunda, secundū dictitat Homerū. De te cū satius sitt acere, q̄ pauca dicere, cum p̄posito nostro congrediamur. Quis non miretur in hoc Poeta tam vulgato, tam obuio, tam excusso, diutina cura & meditatione, subesse mendas intolerabiles, & sensus occultiores, nō ab artificioso interprete Donato, nō ab Honorato Seruio, Gellio, Higino, ceteris q; Grāmaticis vel non animaduersos vel non annotatos. Reperio tamē ego minimus inter hos maximos, & vt Græci dicunt κόρκορ ἐν λαχάνοις multa vel vitio literarum fœdata in Marone nostro, vel saltem non ad examen curiose perpensa. Et, vt tandem pendam, quod diu polliceor, versus Maronianus hic est in sexto Æneidos libro.

Saxum ingens volunt alii, radiisque rotarum,
Districti pendent, sedet æternumq; sedebit, Infelix Theseus.

In cuius enarratione loci Seruius sic inquit, *Æternum sedebit infelix Theseus, contra opinionem, nam fertur ab Hercule esse liberā-*

ius, quo tempore eum ita abstraxit, vt illic corporis eius relinqueret partem. Frequenter enim variant fabulas Poeta. Hippolytum ab inferis liberatum Vergilius dicit. Horatius contra, neque enim Diana pudicum liberat Hippolytum. Hactenus Seruius. Non eruditis satis hæc interpretatio faciet, quod, vt cum Seruio sentio, Poetam, videlicet fabulam variare, ita dissideo, fabulam prædagiens quæ rendam esse, quæ huic sensui respondeat & huic verbo, *Sedet*, quo non vsus est fine re Poeta. Talem igitur historiam Poetæ propositio lepidissime conuenientem lego, apud interpretem Apollonii Rhodii libro primo in explicatione huius carminis. Θησεὺς δ' ἅμα Πειρίθοος ἐρικυδέϊ ἀντιάσειε. *Theseus*, inquit, *interpres Apollonii & Pirithous, hic ex Ioue, ille autem ex Neptuno genti similia fecerunt opera. Theseus sane Helenes amore captus habuit cooperantem sibi Pirithoum. Pirithoo autē Proserpinā rapere volenti necesse fuit Theseā sequi. Verum hi postea per Tænarum in infernum descendentes & se ē tes super quadam petra rursus surgere non valuerunt. Ceterum Hercules iterum capiens Cerberum liberauit ipsum Theseum. Sed Pirithoum liberare non potuit. Rursus expeditionem parantes Ioui filii Castor & Pollux, Theseo exsistente apud inferos abduxerunt Æthram matrem Theseī.* Hanc fabulam euidenter Maro designans inquit, *Theseum fore vt semper sedeat, quamuis fuerit liberatus ab Hercule.* Tamen post fata destinatus est a Plutone in memoriam lapidis, quo deceptus est, vt semper sedeat in eo lapide. Exsequitur enim Maro pœnas & tormenta, quæ mortalibus infligebantur ab obitu. Theseus vi abreptus dum viueret ab Hercule ex illo lapide, a morte ad eundem reuertitur, vbi æternum sedebit, nec amplius exspectet, vt redimatur ab Hercule. Sed dum Enchiridion meum; Gellium, scilicet reuoluo, memoriæ adminiculandæ studio, comperior verbo tenus ab eodem mentionem huius petræ factam, in qua sedentes Theseus & Pirithous decepti sunt, & ad ppetuum inferorum carcerē destinati essent, nisi per Herculem stetisset. Auli Gelli, si quis lecturiret, verba subiunxi: *Sedet æternumq; sedebit infelix Theseus. Qui a inquit fieri potest, vt æternum apud inferos sedeat, quē supra cum hu nominat, qui descenderint illuc, atq; inde rursum euaserint, præsertim cum ita fit fabula, de Theseo, atq; sic Hercules eum euellerit e petra, & in lucē ad superos eduxerit.* Cum igitur euulsum Gellius Theseū scribit ex petra, tu de hac intellige, ex qua dolo Plutonis ita concinnata fuerat, vt in illa assidens nemo posset assurgere. Et ob difficultatē imo impossibilitatē, vt ita loquor, ex hac petra assurgendi euulsum, dictio violenta Gellio placuit. Sed si lubet Maronē tutari ab oppugnatione Hygini, nec asylū seu, ppugnatio Seruiana placeat, dicere potes Verg. cū inq't, *Sedet æternumq; sedebit infelix Theseus*, loqui de *Theseo* mortuo, qui destinatus erat huic pœnæ, vt semper sederet sup incenso lapide. Cū a. supra illū, *Theseū*. s. cū his nominat, q. descenderint illuc, atq; inde rursū euaserint,

non repugnat huic sententiæ, quoniam nunc super his est mentio, qui ob aliqua delicta, patiantur in inferno tormenta, quod ex Maronis ordine discere potes. Sic enim procedit Vergilii series:

Phlegyasq; miserrimus omnes,
Insonat & magna testatur voce per umbram,
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Theseum ad inferos descendisse fabulosum est. Plutarch. regem Molossum fuisse Plutonē tradit, eiusq; vxorem formosissimā Proserpinam, Cerberum vero immanem habuisse canē. Pausanias hūc Thesei Pirithoiq; descensum ad hanc historiam refert. Cum Theseus in Thesprotidas inuasisset, vt Thesprotiorum vxorem raperet, magnam exercitus partem illic amisit, ipseq; & Pirithous. Is n. quærendæ vxori operam dabat, & vterq; in vincula a rege coniecti.

De verbo incubare, & qua pelles illa fuerint in quibus somnium
capiebant, eruta huius rei historia.

CAPVT X.

IN eodem Vergilio viro nunquam satis laudato, ingeniorū fonte & doctrinarum luce legitur, hoc carmen,

Pellibus incubuit stratis somnosque petiuit.

Seruiana verba sunt hæc, *Incubare proprie dicuntur hi, qui dormiunt ad accipiendas responsa, vnde est, ille incubat Ioui, id est, dormit in capitolio, vt responsa possit accipere.* Quæ tradidimus ex Synesio, & Strabone de templo Æsculapii in Epidauro, vbi somnia captabāt ægroti, quib. bonam valetudinē a diis ostensam coniectarent, illa nunc minime repetenda sunt, ne inutiliter opus exerescat, studiosos n. sat est admonuisse. Quid Plauti testimonium in Curculione proferam & Palinurū admonentem Cappodocem lenonem, satius esse sibi *Ioui incubare*? Cur pellem stratam *incubarent* ad coniiciendum somnium, diu est cū quæro & tandem inuenio apud Thesaurū meum Pausaniam, qui refert cum Philostrato, Amphiarai ędem esse in agro Thebano, quo cōmeabāt illi, qui somnia captare desiderabant. Ibiq; dormire volentes, pellem substernebant. Quare Maro doctrinarum parens, vt significet Latinū recte, & iuxta ritū illorū, q legitime somniū coniicere vellent, se instruxisse, facit illū pelles ascēdere, quas *arietinas* intelligere debes Hoc ego ex Seruio desiderabam, vt scil. explicaret, cur Latinus pelles ascendit. Sententiam Pausaniæ Græci scriptoris, vt impensiorem eruditionem referas, subtexere libuit, q̄ posita est in Atticæ descriptione. Præter eos, qui Apollinis furore olim correpti dicuntur, nemo inter vates oracula edidit, sed pstabāt vel somniorū interpretatione, vel augurali scientia, vel aruspicina, vt facile existimem, Amphiaraum interpretandorum somniorum laude excelluisse. Quod vel ex eo liquet, quoniā quo tempore deificatus est, futurorū cognitionē p somnia constituit. Ad huius oraculum q̄cumque accedit, purgari primum opt. Purgatio est, vt Deo res sacra peragatur, cui & omnibus, quorū nomina in ara sculpta sunt, sacrificant. His pactis mactati arietis

pellem substernunt, atq; ita dormiunt somni significationem referentes. Ritus hic a Servio fuerat ab origine sua repetendus.

De loco Romæ, vbi spuere non licebat, enarratus Gel.

CAPVT XI.

AVlus Gell. Togatorum eruditissimus in secundo librorum, quos *Atticas noctes* inscripsit Neuii ex Triphalo, siue vt antiquæ curæ libro deprehēdimus, *Itiphalo*, quo verbo penis significatur, carmen hoc adducit: *Si vnquā quicquā filium resciuero argentū amoris caussa sumsisse mutuo, ex emplo illo te ducam, vbi non despuas.* Semper huic Neuianæ sententiæ sensum occultiorem subesse iudicaui, quem requirens ex his Pompeii verbis, enucleatum habui. *Doliola locus in vrbe sic vocatur, quia inuadentibus Gallis Senonib. vrbem sacra in eodem loco defoderunt, vbi spuere alicui non licebat.* Dicuntur a Neuio ex persona fortasse domini verba seruo minitantis, se illū ducturum ad rotā figulinam, vbi multos labores exhauriet, quæ *dolia* significauit per vicum dolioli, & si illic dolia nō fierēt. Alloquitur.n. rudem seruum, qui audito nomine ambiguo *dolioli* credit, se ad laborem doliorum duci, non secus ac seruus Plautinus in Asinaria interrogat, an ducatur ad *fustibinas*, & *ferricrepidinas*, hoc est, ad ærumnas compedū & pistrinorum. Sic dominus Neuianus ludens in etymologia *dolioli* vici indicit & insinuat seruo, se illum ducturum ad rotæ figulinæ labores perpetiendos. Vicū vero *dolioli* per ecphrasin describit, hoc est, per locum, vbi minime spuitur.

Enarratus Ouidii sensus occultior super Pausania turpi amore, Inibiq; mors Philippi Macedonis descripta.

CAPVT XII.

OVidium Poetam ingenio sum vocant eruditi. At ego artificis industriæ vatem eruditissimū refertumq; multiplicis doctrinæ, & reconditæ quoq;. Hic ex animi sententia abditus esse voluit, & affectauit abstrusa catibula in eo libello, cui ex imitatione Callimachi titulus est Ibis, cuius difficultatem nō occultauit modo, sed palam manifestauit, sic propemodum canens:

Vtq; mei versus aliquantum noctū habebunt,
Sic vitæ series tota sit atra tuæ.

Ex illo opusculo versiculos duos elegi dignos cura, & meditatione frequenti, cum sensus Domitii coniecturalis sit, & ex professo nil compertum prodens. Sed carmina sic se habent;

Aut vt Amantiaden turpi dilectus amore
Oderit, & sæuo vulneret ense puer,

Legendum arbitror pro *Amantiaden* voce cassa & nihili *Amyntiaden*, vnica tantū literula immutata. Et ita significabitur Philipp. Macedonū rex ille defioculus & luscus, qui necatus est a puero Pausania, & hic erit ex genuina historia sensus. Puer Pausanias dilectus turpi amore, non a Philippo, sed ab Attalo amico Philippi, oderit

ta q̃ promissam vltionẽ differentem, & vulneret te demũ inuisum æuo ense. Philipp. eleganter appellabitur *Amyntiades*, quoniã scilicet genitus est patre *Amynta*, vt omnib. notũ est. *Turpis amor*, prepostera Venus decenter appellatur, quoniã tetra est, despuenda, q̃ scelestã medicorũ princeps Auicenna, *infandã* Augustinus, *prepostera, obscœna, miseraq;* Firmicus. Adiuuat intelligendũ de Philippo Amyntæ filio, q̃ subsequuntur carmina mortem Alex. filii cõtinentia & consequenter omniũ, qui stẽma vel cognationem ducunt a Regib. Macedonicis. Quæ referũtur ex Valerio Maximo de Statillo Amantii filio, vt diuinare volunt, qui amatorẽ suum interemit, absolutusq; est & comprobatus a Mario, de quo extat declamatio Quintiliani. Is n. Marius, auctore Marco Tullio, militẽ noluit nisi exercitum, sobrium, continentẽ, somnia sunt ægroti veteris. Illud ridiculosius si ad Celmũ retorqueas. Historiã si quis desideraret non omnis, quin adscriberẽ verbositatis potius crimen, q̃ ieiunitatis stetitlatusq; tolerans. *Compositis in Græcia rebus Philipp. legatos omniũ ciuitatũ Corinthũ vocat, ad firmandũ rerum præsentium statũ. Inter hæc expulsa Alexandri matre Olympiade propter stupri suspicionẽ Attali sororẽ in matrimoniũ accipit. Interea dũ a Græcia auxilia cogit, nuptias Cleopatræ filiæ suæ & Alexandri, quẽ Regẽ Epiri fecerat, celebrat. Dies erat pro magnitudine duorũ regũ & collocantis filiã, & vxorẽ ducentis apparatibus insignis. Sed nec ludorũ magnificentia deerat. Ad eorũ spectaculum Philipp. cum sine custodib. corporis medius inter duos Alexãdros filiũ, generq; contenderet, Pausania nobilis adolescens ex Macedonib. neminẽ suspectũ, occupatis angustiis Philippũ intransitu obtruncat, diemq; lætitiæ destinatũ fœdũ funeris luctu fecit. Hic primis pubertatis annis stupri per iniuriã passus ab Attalo fuerat, cuius indignationi hæc etiã fœditas accesserat, q̃ perductũ in conuiuiũ solutumq; mero, Attalus non suæ tantũ voluptati, verũ etiam conuiuarũ libidini, velut scortum vile subiecerat, ludibriumq; omniũ inter æquales reddiderat. Hæc rẽ ægre ferens Pausania querelã Philippo sæpe detulerat, qui cum variis frustrationibus nõ sine risu differretur, & honoratiũ insuper ducatu aduersarium cerneret, irã in ipsum Philippũ vertit, & vltionẽ quam ab aduersario nõ poterat, ab iniquo iudice exegit.* Auctor Iustinus in Trogi collectaneis. Puer ab Ouidio *Pausanias* appellatur, eo tempore quo fuit amatus ab Attalo, & dedecorose constupratus, non autem quo illum trucidauerat. Erat enim tunc ætatis proiectioris. Hæc est Philippi cognatio. Charanus cum magna multitudine Græcorum sedes in Macedonia responso oraculi iussus quærere, in Æmathiam contendit, vrbem Edessam condidit. Pulso deinde Myda (Nam is quoque portionem Macedoniæ tenuit) aliisq; regibus pulsis in locum omnium solus successit. Perdicca post hunc regnauit, qui Archeo regnum tradidit. Huius successor Philippus, qui immatura morte raptus Europum filium paruulum instituit heredem. Amynthas huic succedit,

dit, cui Alexander filius, cui virtutis affulserunt omnia incrementa, huic frater Philippus Amyntæ filius compulsus a populo successit in regnũ, cui Alexander, in quo Macedoniæ Regũ finis, quod in sepulcro maiorũ suorum sepeliri recusauit. Interẽtus est Rex Philippus gladio quadrigas insculptas habente, quare sic legitur a nõnullis ille versiculus: *sculpto vulneret ense puer.* Quadrigas vt vitaret oraculo admonitus iubebat passim ligneas diffringi. Tãta est homini futurorũ cœcitas & caligo. Plurimæ inuasiones in principes factæ sunt auctore Arist. lib. politicorum quinto, quia in corpus verecundiam intulissent, qualis fuit inuasio illa Cratei aduersus Archelaũ. Semper. n. molesta illi fuerat cõsuetudo eius. Idẽ nõ omitrit intactum hoc exemplũ Ouid. sed his verbis eloquenter enarrat, ὅδε φίλιππος ὑπὸ παυσανίου ἐφονεύθη, διὰ τὸ ἐᾶσαι ὑβριασθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν περὶ ἄτταλον, id est, *Philippus vero a Pausania occisus est, quia non vlciscebatur iniuriam sibi illatam ab Attalo.* Primus inuentũ hoc excogitaui, etsi ante nos Codrus publicauerit. Testẽ adduco Lucã Grammaticũ Bononiæ non incelebrẽ, qui nomine meo Codrũ admonui, & mihi summopere applausit sibi ante me hoc ignotũ tradens. Quare nec Codrus ꝓ suo inuulgat, sed sensim & dissimulanter indicat, cõfessus studiosos prius hoc ab aliis audiuisse. Sed nõne & prius cũ Philip. Beroaldo meo cõmunicaueram, adstante Philip. nescio quo Pannonio, cui Beroaldus cõmentarios in quæstiones Tusculanas inscribit? Sed quoniam de turpi Venere mẽtio a nobis habita est, curiosi interpretis officio minime fungeremur, si omitteremus, quæ de hac Fabius Quint. scribit elegantissime in declamationibus: *Nihil tale nouere Germani & sanctius viuitur ad Oceanum. Non sit mihi forsitan quærendum aduersis aurib. sæculi in tantum vitia regnare, vt obscænis cupiditatibus natura cesserit, vt pollutis in fœmineam vsq; patientiam maribus, incurrat iam libido in sexum suum. Finem tamen aliquem sibi vitia ipsa exceperũt. Vltimumq; ad hoc huius flagitii crimen fuit corrupisse futurum virũ. Hoc vero cuius dementiæ est? In concubinatum iuniores leguntur, & in muliebrem patientiam vocatur fortasse iam maritus.*

Quid significet vox cessim apud Marcellum & de cane, qui Vlyxen recognouit.

CAPVT XIII.

NOnnius Marcellus Grammaticus celeber non diligenti lima perpensus exiit in publicum. Multa ego pro captu, ingeniiq; vitib. addidi, quam plurima mutuatus sum ex vetustis exemplarib. inter quæ hoc ꝙ nunc occurrit his nostris racemationib. ad suam. *Altũ mite vel placidũ, inquit, Marcellus: Varro sesqulyxe. Aduersi vẽti ceciderunt, quod si pergunt diutius & mare voluere, vereor ne me quoq; quod domũ Abdalio cessint venereo, præter canẽ cognoscat nemo.* Quæ monstra sunt monstra, si hæc non sunt monstra? vnde nulla cognitio sensusq; liberalis elici potest. In codice admodum prisco

fidelique ita ſcriptum reperio, rectèque notatum ſcio: *Altum, mite vel placidum. Varro ſequlyxe. Aduerſi venti ceciderunt, qui ſi pergũt diutius mare volucre, vereor ne me quoq; cum ab Ilio alto ceſſim reuenero. præter canem cognoſcat nemo.* Senſus eſt Varronis Vlyxe loquẽte: Nunc ſæuitiam ventorum poſuit, ſedatiorque facta eſt, vereor & ſubdubito, ne mare tranſcurrens fiam ſenex, & ætatis vitio trãſformatus, vt cum a Troia domum reuertar, nemo me præter canem agnoſcat. *Reuenire domum* priſcus loquendi modus pro eo quod eſt *retrocedere, repedare*, & ſicuti vſurpat Apuleius & omnis antiquitas, *domuitionem parare. Reuenire* pro *retro venire* Lucius vſurpat. *Ceſſim* ſignificat retro a verbo *cedo*, vt cum dicitur *retrocedo. Receſſim* Plautus in Caſina pro *retrouerſum & retrograde* eo verſu: *Imitabor nepam, receſſim dabo me ad parietem.* Trogus lib. 2. *Aut ſi hoc parum tutum exſtat, vos commiſſo prælio ite ceſſim, inhibete remos, bello diſcedite.* In alia ſignificantia *ceſſim* a cedendo, hoc eſt. *feriendo*, contrarium eſt aduerbio *punctim*, vt *ceſſim* ferire, hoc eſt, per aciem gladii. *Ceſſim* potius quam *punctim* ferientes Romani ſolebant illudere. Quod vero timet *Vlyxes*, ne domum petens cognoſcatur ab alio, quam a *cane*, dictum eſt ex Homeri hiſtoria: Ferunt enim Vlyxem receptum domo a Penelope ſub peregrini habitu a nemine cognitum fuiſſe, præterquam a cane & ab Euryclia eius nutrice, quæ hoſpitalis officii cauſſa, dum pedes eius eluereret, tactu manus animaduertit cicatricem, quam habebat ex vulnere, in Parnaſſo quondam ſuis dente percuſſus. Hic Vlyxeus catulus motu caudæ adulans domino apparuit Vlyxen Penelope vxori. Hunc 20. anno mortuum prodit Ariſtoteles hiſtoriæ animalium lib. 6. Propterea Poeta Epigrammaticus hunc longa die conſumtum tradidit cum lib. 11. ſic cecinit:

Lydia dicebar domino fidiſſimæ dextra,
Qui non Erigones mallet habere canem,
Nec qui Dictæa Cephalum de gente ſequutus,
Lucifera pariter venit ad aſtra Dea.
Non me longa dies, nec inutilis abſtulit ætas,
Qualia Dulichio fata fuere cani.

Erigones, vt hoc incidenter diſcas, canis vocabatur Hymera, Cephali vero Lelaps. Verba Ariſtotelis de cane Vlyxeo ſunt hæc: τῶν δ' ἀλκμαιωνίδων αἱ πολίται καλοῦνται τὴν τιτθὴν καὶ δέκα ἢ πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν καὶ ἕκαστοι διὸ καὶ ὁμηρὸν φησὶν οἷον τὰ ὀρχεῖσθαι παῖσιν τῷ εἰκοστῷ ἔτει ἀποθανόντα τὸν κύνα Ὀδυσσέως.

Ab eodem Marcello perperam enodatum Maronianum carmen.

CAPVT XIV.

VErgilius libro Georgicon tertio, ait idem Marcellus, ſic canit: *Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.* Putat faſcem Nonnius ad conſulem referendum pudendo per Herculem lapſu, quem vt declina-

clinare possis, fulciendus es auctoritate virorum sublimium. Seruius inprimis in Nonnium sic exponens insurgit: *Iniusto sub fasce, sub magno onere, vt ego hoc te fasce leuabo, magnum autem onus dicit propter arma.* Scopon petit, mentemque Maronis attingit Seruius, ceterum ita exsuccus est & ieiunus, vti vix possit, imo nō possit curiosus homo Poetæ ritum Romanum explicantis intelligere. Adeundus est igitur Vegetius, qui libro primo de re militari sic eruditissime scribit. Pondus quoque baiulare vsque ad 60. libras, & iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonā pariter, & arma portandi: Nec hoc credatur esse difficile, si vsus accesserit. Nihil enim est, quod non assidua meditatio facilimum reddat. Quam rem antiquos milites factitauisse Vergilio ipso teste cognosci potest, qui ait:

Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hosti
Ante exspectatum positis stat in agmine castris.

Hi sunt illi *fasces*, hoc est, *onera*, quibus milites assuefaciendi sunt, quod patuit exēplo Cincinnati, qui iussit pedamenta milites suos ferre. Quid? nonne onera gestarunt, imo victum cum processerunt ad Sutrium recipiendum? Vnde natum est Plauti verbum admonentis, vt cum munere accedant. *Veniant, inquit, tanquam eant Sutrium.* Miseramur nedum miramur Nonnium Grammaticum, qui *fascem* pro *consule* acceperit, fortassis a *fascibus* insigni consulatus, quod consulē præit, cum *fasces* illi pluratiue dicantur duntaxat, si proprie & signate loquamur. Fiebant auctore Plinio *fasces consulares* ex Gallica arbore, quæ species est populi, quam Latini *betulam* vocant. Flexibilis enim hæc admodum est. Quare subit indies mirari magis Ioannis Tortellii incuriam, imo crassam supinitatem, qui profitetur ingenue, se non legisse, ex qua arbore magistratuum illæ virgæ fierent.

Quid subintelligatur obscenitatis apud Epigrammatistam per mortuum Leonem.

CAPVT XV.

EPigrammaticum Poetam Martialem, quem Epigrammatistam alii, quidam Epigrammatographum dictitant, falsum esse, scommateque frequētissimo aspersum, mordacemq; sine fine quis ignorat eruditorum? cum id Sidonius sentiat. Hunc Alexander Imperator Romanus suum Maronem identidem prædicabat. Is enim, qui Martialis cocus appellatur, diuersus est ab hoc festiuissimo Poeta, cuius versus hi leguntur lib. vndecimo:

Quid vellis vetulum Ligella cunnum?
Quid buffis cineres tui lacessis?
Tales munditiæ decent puellas.
Nam tu iam nec anus potes videri:

Istud crede mihi Ligella belle
Non mater facit Hectorie, sed vxor.
Erras si tibi cunnus hic videtur:
Ad quem mentula pertinere desit.
Quare si pudor est Ligella noli
Barbam vellere mortuo leoni.

Dirigit Epigramma suum loligine satyrica litũ Martialis in vetulã quandã nomine Ligellã, quæ vt teneriores iuuenioriſq; femoris amatoribus suis videretur, euellebat cunni sui pilos Carpit illã Poeta tanq̃ indecẽtia ętati senili operantẽ. Cõuenit, inquit, puellarib. annis comtus & mundities, tu cum sis prope cineres, ne dicam cinefacta, nõ debes agere, & puellæ, quæ nedũ annorũ carie pressa es, sed ipsa caries, nec quidem anus es, sed ipsa annositas. Tu cũnum non habes, sed cauernam quandam & macræ bouis vropygium. Vulua certe vocari non debet, quam tanquam mortuam mentulæ omnes auersantur, & fastidiunt Sed si sapias, nec penitus pudorem cum pudicitia perdidisti, desine barbam mortuo leoni vellere. Cetera sat percipi possunt. In hoc vno hæreo, qua nam causa cunnum vetulæ nuncupauerit mortuum leonem. *Vetulum* cõprobo *leonem* dici cunnum, quoniam vellendo non incitabitur, nec sumet iras, nec ardescet aut incendetur, sicuti *leo* mortuus, aut nimio senio confectus viribus amissis incendi nequit. Sed cur *leonem* dictitauerit in hoc solo titubo. Ceterum vt quod habeo soluam, sentio cunnum vetulæ vocari fætidum tum vitio naturali, cum magis ætate senili, quæ nedum putorem, sed & vermes procreat in locis muliebribus. Vocare *leonem* reor a fœtido & aspernabili odore, quem *olorem* vocat Apuleius. Siquidem tradat Plinius ora *leoni* fœtere: Nam *os leonis* vt significaret Poeta barbã vellere dixit, quæ os leoninum designat, quod illiberaliter olet. Per *barbam* pilos cunni senilis intelligit, quos impropriè *barbam* vocitauit, vt esset fœtoris loci muliebris & *leoninitoris*, in omnibus metaphora similis. *Os leonis* esse fœtidum idem sic tradit:

Tam male Thaïs olet quam non fullonis anari
Testa vetus, media sed modo fracta via.
Non ab amore recens hircus, non ora leonis,
Non detracta cani transtyberina cutis.

Grauem odorem, nec minus halitum leonibus esse docet Plinius lib. 8. natura. hist. Tradit Arist. (si recte memini) os leoni male olere, quæ causa est, vt carnes ab ipso tactæ non edantur a ceteris animalibus. Fuit quando retuli sensum hunc Martialis ad id prouerbium, quod his verbis vsurpat Plato lib. primo de repub. *Putasne me adeo furere vt leonem tõdere audeam?* vt per hoc prouerbium nimis temerariam, vecordem, & insulsam ligellam Epigrammaticus ostendat, quæ *vellere* non modo *tondere* leonem audeat, h. e. irritare ad effundẽdam omnem iram, h. e. putidum odorem suum,

qui

qui per hanc dictionem: *Mortuo* significatur. Prior tamen expositio facilior est & verisimilior, quando non illam audaciæ Poetæ ream facit, verū affectatæ præter decorū munditiæ. Sed hoc addamus, potuisse Epigrammatistā *leonem cunnū* dicere a *leonis* immodica salacitate, vel *leonem* dixit a senio. Est enim *leonib.* longa vita. Vel *leonem* cunnum dixit pro *virosum*, & deuorare homines cupientem, sicuti *leones* in senecta dicuntur hominem appetere, quoniā ei ad persequendas feras vires nō suppetant. *Ligella* in hoc loco nomen est vetulæ. Plautus vt hoc obiter discas *ligellum* vocat *tugurunculum* e ligno compositum. Sic enim inquit in Aulularia. *E tuo ligello fumus si qua exit foras*, quamuis illic ante nos non *ligello* sed *trigillo* legeretur.

Sexti Pompeii Codex illustratus cum de Immusulo: Buteona Sanqualeq; meminit.

CAPVT XVI.

POmpeio Festo plurimū debent, qui Latinas literas affectantur. Hic.n. facta quadam veluti centuria collegit antiquorū verba ardua, nodosa, cōplicata, quæ tanta facilitate felicitateq; enucleauit, vt melius nil supra fieri possit & excogitari. Multa nos ad illustrandum hunc nobilissimum scriptorem contulimus, cum Mediolani doceremus, his, quæ nobis venerunt ex codice peruetusto, & ob hoc fidelissimo, qui ex Illyria Pomponio Læto extra ingenii aleam posito fuerat oblatus. Plura additurus eram & fortassis meliora, ni me Bononiam patriam meam princeps florentissimus Ioannes Bentiuolus præter spem redire coegisset, dum opus hoc esset sub incude. Inter multa, quæ suppleuimus, aut aliter q̄ in tritis exēplarib. eius legebantur emēdauimus, hoc fuit. Sic.n passim scriptū circunferebatur. *Alites volatu auspicia facientes ista putabātur, Anquasis, Immusculus, Buteos, aquila, vulturius.* Legēdū esse docuimus: *Alites volatu auspicia faciētes ista putabātur. Buteo, sanqualis, Immusulus, aquila, vulturius.* Scimus certe inter diras alites *sanqualē* numerari, & *incendiariā*, quam quidā putant *spynthurnicem*, *essifragā* & id genus reliquas, q̄uis in præsentiarū mixtim de auspicatis, & inauspicatis Sextus Pōpeius agat. *Buteo* inter genera accipitrū cōnumeratur, Græci a numero testiculorū (Tres.n. habere dicitur) *triorchen* vocāt. Huic Plinius auctor est Phemonoen Apollinis filiam existimatam nomen dedisse. Ferunt historici *Buteonem* sedisse in naui Fabii ducis auspicio prosperrimo. Vnde Fabia gens Buteonū cognomen adepta. Auctor Plinius lib. 10. Fabii Buteonis meminit Liuius libro ab origine vrbis decimo & tertio. *De sanquale & immusulo* sic propemodum scribit Plinius. *Sanqualem autem aut q; immusulum augures Romani magna quæstioni habent. Immusulum aliqui vulturis pullum arbitrantur, & sanqualē essifragā. Massurius sanqualē, essifragam dicit esse. Immusulum autem pullum aquilæ priusquam albicet cauda.* Quidā post Mutiū augurē visos nō esse

Romæ confirmauere. Ego quod verisimilius est in desidia rerum omnium non arbitror agnitos. Est & auis inauspicata, quam nostri *incendiariam*, Græci Spynthurnicem dicunt: Plautus per diminutionem *Spynthurnicium*, de qua Plinius & Aristoteles meminerunt, a qua diræ & inauspicatæ, id est, exsecrandæ libidinis inuentores, & artifices vocari sunt *Spynthriæ*, non autem a fauillis, vt quidam coniectant. Auctorem huius mei inuenti in Plautinis commentariis hunc ipsum Pompeium adduxi. Sed illum Illyriensem, hoc est, integrum, in quo mihi grati, candidique lectores applaudunt, vt qui rem a literarum Argis nõ introspectam primus ostenderim & inuulgauerim. Qui plura super *incendiaria* seu, quæ eadem est, *spinthurnice*, noscere velit, Pium diligenter excutiat.

De Alcone Cretensi sagittario absolutissimo intellexisse Manlium Astronomicum.

CAPVT XVII.

MAnlius scientiæ sideralis & Astronomicæ maximus professor & antistes multa nitide scripsit & erudite, inter quæ hoc relatu dignum iudicauimus, quod libro quinto Matheseos inuenies in hæc propemodum verba:

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest, qui serpentem super ora cubantem
Infelix nati somnumq; animamq; bibentem
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.
Ars erat esse patrem, vicit natura periclum,
Et pariter iuuenem somnoq; & morte leuauit.

Notissimum est, quod sentit Manlius, fuisse quẽdam optimum arquitem, hoc est, sagittarium, qui cum vidisset superstare corpori filii serpentem somnolenti, curuauit arcum, spiculum vnde contorsit in serpentem, & illũ letho dedit, nullatenus filio læso. Talem adprime callẽtem sagittarum peritiam tradit Manlius sub cœlesti signo, h.e. sagitta ortũ. Quis hic fuerit certissimus sagittarius, ex iis Seruii verbis discere poteris, quæ posita sunt in bucolico ludicro in enarratione illius carminis: *Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Alcon* Cretensis sagittarius fuit, cuius cum filiũ draco inuasisset, tãta arte direxit sagittam, vt ea curtens in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Legi apud Græcos auctores hunc Alconem Erechthæi Athenien sium Regis filium fuisse, qui ex terra Attica cum Chalciope filia in Eubœam fugiens venerit, quam cum pater repeteret, Chalcidenses nequaquam voluerunt reddere: De hoc Alcone exstat in Græca antologia elegans Epigramma.

Restitutus codex Varronis, & quid sit Clupeare brachium, & incuruicerui cum pecus.

CAPVT XVIII.

VArronis in liminari pagina librorum, quibus de lingua Latina titulus est in passiuis codicibus ad hanc seriem ista leguntur

tut ab his, qui aurem hiſpidam habent: *Iacentem, & ſicuti dixit Epigrammatiſta boatauam. Secundus, a quo Grammatica deſcēdit antiqua, qua oſtēditur quemamodum quodq; Poeta finxerit verbū, quod confinxerit, quod declinarit. Hic peruirudentum ſibilus, hic in ceruice ruitum pecus, hic chlamyde clupeat brachium.* Varronis vndecunque doctiſſimi ſenſus hic eſt, eſſe quatuor modos abſolutæ, perfectæq; Grammaticæ, quorum vnus eſt calleater & admuſſim noſſe Poetarū verba, q̄ lepide, q̄ decenter, & obſcure cōminiſcātur, aut parce ex Græcō detorqueant, ſicuti in hoc exemplo eſt, & apponit carmē Pacuianū, quod ſic emendare debemus: *Hic peruirudentum ſibilus hic Nerei incurui cerui cū pecus, hic chlamyde clupeat brachiū. Sibilū peruirudentum* Poeta vocitat *ruditum paruorum animalium*, qui ſibilo ſimilis eſt, ſiue nauium paruarum, quæ rudentibus velificātes, hoc eſt, funibus nauticis, clamorē emittūt, & ſibilū. Vnde Verg. ait *Clamorq; rudentum. Ruditus* eſt aſinorū, ſc. hi funes cum ſtrepitum aſinorum clamori ſimilē emittunt, *rudere* dicuntur. Hic inquit Ennius *peruirudentum ſibilus* ſubintellige exaudītur. Demū ſubiungit idem Poeta. Sed non in eodem loco. Affert enim Varro tria exepla difficilium verborum eiuſdem Poetæ ex diuerſis locis: *Hic pecus incuruiceruicum, ſubintellige paſcitur, ſeu aliud agit. Incuruiceruicū* vocat, quoniam inflexam & curuam ceruicem habet, & peculiariter in paſcendo. Siue perpetuum epitheton eſt, quoniam *Pronaq; cum ſpectent animalia cetera terram, os homini ſublime dedit.* Sumtum ex Græco hoc epitheto *incuruiceruicum*, vt paulo poſt patebit, in hac dictione inauger. Dicitur *incuruiceruicum*, q̄ maxime *curuam ceruicē* habet, vt *inflexū, valde flexū*, & mille huiuſmodi. *Chlamyde q̄s clupeare* dicitur brachiū, quādo chlamydem, ſiue lenam aut pallium brachio inuoluit, vt ſe ab hoſte tutetur, cumveri clupei non ſuppetit occaſio, quod Liuius ab Annibale circūuentū Gracchum feciſſe refert: inuoluit enim paludamentum, quæ veſtis imperatoria eſt, dextræ. *Clupeare* idem quod *clypeare*, y. in u. latinum cedente, vt patet in Amphitruone: Sulla & id genus reliquis. Ad hāc rem faciunt Marcelli verba talia: *Clypeat Pacuuius in Hermiona. Cum licuit chlamyde contorta aſtu clypeat brachium* Ita & *galeare*. Cinna in Epigrammatis. *Miſeras audet galeare puellas.* Adduci hic a M. Varrone tria Pacuuii exempla ex diuerſis locis ſatis docet Quintilianus lib. 1. *Ceterum ex præpoſitione & duobus vocabulis dure videtur ſtruxiſſe Pacuuius: Nerei repandi roſtrum incuruiceruicum pecus.* Subdit: *Sed res tota magis Græcos decet, nobis minus ſuccedit, nec id fieri natura puto. Scilicet alienis fauemus, imoque cum κυρταυχένα mirati ſumus, incuruiceruicum vix a riſu defendimus, κυρτον, Græci curuum, ἀυχὴν ceruix vnde cyrtauchena Græci dicunt, qua Pacuuius noſter incuruiceruica.*

Mendum paruum inficere nitidiſſimas illas Papinii ſyluulas, inibique explicatum quid ſit Molorthus.

CAPVT XIX.

STatii Papinii syluarum quinque volumina feruntur rebus tot & mendis præscatentia, quo fit vt a multis id opus subito calore profusum minus indies appetatur. Nos vero, qui pro virili studiosos adiuuare cõtendimus, dum cursim translegimus syluarum illarum balsamo & myrrha fruticantium librum tertium subit vulgatum exemplar maculosum circumferri in verbis huiusmodi:

Huius vtrumque latus molli precingite gyro,
Et partite vices, vos stupea tendite mali
Vincula, vos summis annectite suppara velis.
Vos Zephyris aperite sinus, pars transtra reponat;
Sint quibus exploret rupes grauis arte Molorchus,
Quæque futurarum religent post terga Phaselon.

Papinius Metio Celeri propemodũ hoc est, comitatiuum poema mittens, qui nauigationem parabat in Syriam, rogat omnes Nymphas maris velint obsequi Metio, expediantque se ad nandum, & nautarum fungendum officio, quod vt exactius fiat, & digestius rogat, operas & officia partiantur. Alia inquit, e Nymphis funes tendat, alia suppara velis annectat, alia nautica sedilia disponat, alia demittat aquis curuæ moderamina puppis, hoc est, gubernaculũ, quo moderantur magistri, regunt q; nauem, cuius sedes est in puppi. Nec enim intelligere debes ancoram, vt perperam Domitius interpretatur. Subdit Statius. Sint etiam quædam Nymphæ, quæ contorto siue perpendiculo maris explorent altitudinem ita scopulos cauentes, vt nauis euadat, nec detrimenta patiatur. Satis Domitius alioqui probe ingeniatus homo percipit sensum Poetæ, verum nõ tenet, vt & ipse ingenue & literate fatetur, q d sit *Molorchus*. Verba eius subscripsi: *Molorchus instrumentum nauticum ad latentia saxa indaganda, quod miror & a nostris, & a Græcis: Iulioq; Pollute in primis prætermissum fuisse.* Hactenus ille. Nihil est quod Domitii miteris nostros Græcosve non tradidisse *Molorthi* etymõ aut significatum. Verbum est enim id mendosum & nimiopere corruptum. Dandus est igitur coniecturæ locus, & hoc pacto illius versus lectio restituenda: *Sint quibus exploret rupes grauis arte Molorthus*, qua voce significatur perpendiculum plũbeum, quo duce vtuntur ad scopulorum profunditatem, aut maris subsidentis historiam indagandum, quam vocem perpendiculum scilicet cum carmine Latine non posset exprimere Papinius vsus est nomine Græco p periphrasin rem subnotante, sicut suus est mos etiam in ceteris facere. *Molorthon* namque si ad verbum Latine volumus exprimere significabit rectum *plumbum*, cp nil aliud est quam perpendiculum. μόλυβδος significat *plumbum*. ὀρθὸς rectus, ad modulationem sonoritatem verbi compositi atteritur pars primæ dictionis & fit *Molorthos* cp peculiare Græcorum videmus. Suidas nomine tenus vt solet in pluribus *Molorthi* mentionem facit. Sed cum significatum vocis ignoret

taret, nomen tantum posuit, & explicationem reliquit, vt quod ipse nesciret, posteri quærerent exploratius. *Perpēdiculum* id esse satis indicauit Papinius, quod verbum explorat vsurpauit, quod est proprium recto plumbo siue perpendiculo. *Cuntum* Latini vocant *hastam*, qua nautæ altitudinem gurgitis maritimi solebant inquirere, vnde *percunari* deflexum verbum pro diligenter *explorare*. Nunc vtuntur ad hanc explorationem magnete lapide, q̄ *pyxideculam* dicunt. Plautus *vorsoriam* vocauit, quod illa docet a scopulis aliorsum vertere nauim. *Molorchus* demū senioulus fuit Archadicus, qui ad expugnationem Leonis Nemæi proficiscentē Herculem susceptit comiter hospitio, vnde Leo *Molorchus* appellatus, & huic seni solemnia sacra instituta, quæ *Molorchea* dicebantur.

Considerandum verbum pressius in Apollinari Sidonio.

CAPVT XX.

SIdonium Apollinarem in communem studiosorum vtilitatem cum quibusdam nostris interpretatiunculis promulgaui, cum habitarem Mediolani. Sed opus illud non ad vnguem fuit exploratum, nec vti Fabius Quintilianus admonuit in decimū annum repositum. Subita fœtura fuit, vt notarii manus ocyssimas lingua subsequeretur, nec quidem vno libello interim in manus assumto, quo memoria fieret adminiculatior. Nec id tam mutilum, tam denormatum opusculum in animo fuerat edere. Sed id mihi & Musis meis cecineram. Ceterum quid opus est mihi bono consilio si non datur vti? Dum animi gratia rusculum inuiso amicus meus omnia mea ex fronte Hammonis relata credens, me omnia potius quam hoc cogitante, dedit nescio cui Biliopolæ inuulgandum, exēplo Ambrosii quem temeritatis accusat Origines quod se nesciente quædam opera sua secreto edita, quæ hæresin sapiebant, publicauerit. Ego hoc ægre, vt debui tuli, *quoniam Thesauros*, vt inquit Piso: *oportet esse non libros*. At facta infecta fieri non possunt. Hac te tanquam palinodia monitum volo, si quid bene dictum in Sidonianis interpretationibus inuenis, quoniam nullus tam nihili liber est quin aliqua parte prodesse possit, & vt ait Ouidius. Non sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo Mixta fere duris vtilis herba rubis, illud subito casui adscribas, qui auctore Euripide quandoque magnum habet ingenium. Si quid incogitate, perperam, inexaminate celeritudinis venia in me licet vtare, tum quod non sciens prudensque peccaui. Extractum mediis opus est incudibus illud: Defuit & scriptis vltima lima meis, & vt a liuore tutus Ouidiano versiculo finiam. Emendaturus si licuisset eram. Quare inter abortiua numeretur non autem inter fœtus hic commentariolus, nec pro meo recognoscatur, qui ante diem lustricum hoc est, antequam in nomen familiæ meæ transiret euolauit. Sed age cum Sidonio ipso tandem congrediamur. Sic enim loquitur Apollinaris lib. epistolarū 1. *Diluculo autem philomelā inter frutices*

sibilantem, Prognen inter aceres minuriẽtem, cui concentui licebit adiungas fistulæ septiforis armentalem Camœnam. Sed omissis his, quæ olim tradidimus, minurientem voce paruula succinentem exponere debemus. μινυρίζω verbum Græcum est, quod significat *cantillo*: vt Apuleii verbo nũc vtar, in quam sententiam protulit id Argẽtarius μηκέτι νῦν μινύριζε παρὰ δρυΐ μηκέτι φώνει κλόνος ἐπ' ἀκροτάτου κόσσυφε κεκλιμένος. Alloquitur Merulam Argentarius Poeta, ne amplius cantitet, nec obstrepat a ramo quercus inclinato. Ab hoc verbo Sidonius Apollinaris Prognen *minurientem* modulate concinentem vocat libro primo epistolarum, quod Græci μινυρίζω dicunt latini y. in u. vertentes *minurizo* dicunt. Prius *minurientem* exposuimus *minutim* instrepentem, docuimusque *murmuritantem* quosdam codices manuscriptos habere. Diximusque synceriorem lectionem esse, si non Prognen, verum *palumbem* legeremus concinente Spartiano in Antonio Geta sic scribente: *Familiare illi fuit has quæstiones Grammaticis proponere, vt dicerent, singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni ballant, porcelli grũniunt, palumbes minuriunt, vrsi sauiunt, Leones rugiunt, Leopardali rictant, Elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, asini rudũt, tauri mugiunt.* Non absone leges *Prognes mimirtiriunt*, cum *mimimirtiriones* auctore Festo dicantur auium minorum cãtus. Hæc sunt, quæ tũc celeri, imo præcipiti calamo mihi subnotaueram. Sed nihil, vt dici solet, ad Dionysium. Verum enimuero cum deflexerimus ad auiũ voces, non erit inserium contexere, quæ Græci scriptores super hac re prodiderunt, a quibus hæc vsurpata reperio. Cycni ᾄδειν. Cicadæ ἠχοῦν. Lusciniæ τερετίζειν. Sturni κικλίζειν. Cornicis & Coruorum κρώζειν. Latini dicunt crocitare: Apium & vespæ βόμβειν. Ignis sonus βρωμὸς. Ventorum πάταγος. Lignorum συριγμὸς, foliorum ψιτύρισμα, Caprorũ φρυσμαγμὸς & φρισμὸς, hominum κεκραζέναι, Canum ὑλακτεῖν, Luporum ὠρύεσθαι, proprie autem & canum vox ὠρυγὴ, pecudum βηχᾶσθαι, Boum μυκᾶσθαι, Vrsorũ & Pardorum ὑμάζειν, serpentum & draconum συρίζειν, Aquilarum κλαγκάζειν, Gallorũ κοκκύζειν καὶ ἠχεῖν. Suum γρυλλίζειν & γρύζειν, Perdicum κακκαβοίζειν. Noctuarum κακκιβάζειν & κλώζειν. Auium κακάζειν. Curruum τετριγέναι. Caccabere perdicas tamẽ quidam voluerunt Latine dici posse, moti auctoritate cuiusdam opusculi, cuius auctorem Ouidium falso prætendunt. Aristoteles tamen hominũ summus libro quinto de animalibus perdices ait κακκαβοίζειν repetit enim vocem κακκὰ, vnde perdici repetita vocabula doctiuscule attribuuntur a Papynio, nec tamen ob hoc docilem esse Statius indicauit, si repetere vocabula dixit. Alludit enim ad naturalem perdicis vocem, in qua primas duas repetit syllabas, voluit sane verbum Græcum significare Papinius, quod repetita duplici syllaba profert vocem natura duce perdix. In cuius Papiniani loci interpretatione miratur Domitius, cur perdix docilis a Papinio trada-

tradatur cum non hoc Poeta senserit. Aristotelis verba sunt hæc. Διαφέρει καὶ τῶν περδίκων οἱ κακκαβοίζουσιν οἱ μὲν δὲ τρίζουσι. κακκαβοίζουσιν Caccabant Theodorus fidelissimus Aristotelis interpres latine conuertit. Libet quoniam de sonis naturalibus animalium pauca diximus, addere & ea quæ Iulius Pollux vir tantus non spreuit. Tradit enim Pollux libro quinto quosdam Poetas cecinisse canes βαύζειν quod Latini duce Lucretio Baubari verterunt. Quis non nouit id Lucretianum de canibus prolatum. Et cum secretis baubantur in ædibus. Præterea Græce canes dicuntur ὑλακτεῖν. Sonus ὑλακὴ καὶ ὑλασμὸς & apud Xenophontem ἀῤῥάζειν ἢ αἱ ἀῤῥάζοντες. Luporum sonus dicitur ὠρυγὴ ὠρυγμὸς ὠρύεσθαι ὠρύομαι. Leonum βρύχημα, βρυχηθμὸς βρυκαᾶσθαι βρυκόμενοι. Equorum χρεμετισμὸς. χρεμετίζειν. χρεμετίζοντες nonnulli quoque & phrimagmon equorum volunt esse vocem, & φριμάττεσθαι equos dicunt, generatim vero φρυάττεσθαι suum Grylismos γρυλίζειν γρυλίζοντες. καὶ γρύζειν. καὶ γρύζοντες Boum μύκημα μυκηθμὸς μυκᾶσθαι. μυκώμενοι. Ouium βλυχὴ βλυκᾶσθαι βλυχόμεναι Caprarum μυκασμὸς μυκᾶσθαι μηκώμεναι, & mycadas capras Homerus appellat. Videtur tamen proprium caprarum magis φριμαγμὸς, φριμάττεσθαι. φριματτόμενος vt autumat Herodotus in infantium Phrygiorum sermone, βλυχᾶσθαι capras putans. Asinorum βρώμησις, βρωμᾶσθαι. βρωμώμενοι. Dicuntur & ὀγκώμενοι, & ὀγγίστας aliqui Poetarum Asinos nuncupant. Sunt & aliæ feræ, a quibus proprium vocis nomen non est, vt vrsæ, pantheræ, quarum sonus βρυχᾶσθαι dicitur: Minorum vero vt vulpium & thoum & lupulorum, τὸ ὑλακτεῖν καὶ ὠρύεσθαι. Præterea aquilas dicunt κλάζειν: Similiter & grues, accipitres vero ῥύζειν & Gallos ἄδειν. & cucullos κοκκύζειν, & perdices τιττυβίζειν vel κακαβίζειν, & cothurnices δρυλίζειν. & cygnos ἄδειν. & turtures τρύζειν & columbas γογγίζειν. & cornices κρωζειν. Et sturnos κλόζειν vel κολιᾶν. Et turdos ςυίζειν. Et cicadas τιττίζειν. Et apes βόμβειν. Et vpupas πιπίξειν. Et noctuas ὑύζειν. meleagrides κακκάζειν. Et nycteridas, hoc est, vespertilliones τετριγέναι. Et picas κιτταβίζειν. Et hirundines ψιθυρίζειν. Et luscinias εὐςομεῖν.

Qualis fuerunt ludi qui Iuuenales dicebantur Sidonius & Tranquillus enarrati.

CAP. XXI.

COmposuit idem Sidonius Epigrammata, panegyricos, carminaque encomiastica, hoc est, laudatoria, & propemptica, quæ summa doctrina non carent: inter hæc annotatione versus hi digni iudicati sunt, qui modulo Phalecio currunt.

Iam famæ Iuuenalibus peractis
Cum te præbueris sequente in æuo
Intra aulam soceri mei expetitus
Curam cum moderatus es palati
Chartis posterioribus loquemur.

Mendum scriptoris notandum est in primo carmine: Nam vbi *famæ* est, *vero* scriptum erat. Dicitur quis peragere *Iuuenalia* famæ cum in iuuenili ætate famæ consuluit, qua peracta curam transtulit ad viriles actiones De *Iuuenalibus* ludis meminit Tranquillus in Nerone: *Spectaculorum* inquiens *plurima & varia genera edidit, Iuuenales, Circenses, scænicos ludos, gladiatorium munus. Iuuenalibus senes quoque consulares anusque matronas recepit ad lusum. Gordianus Imperator per quatuor dies continuos exercuit Iuuenalia vt scribit Capitolinus.* Pauca quoque de Iuuenalibus Neronis Tacitus. Sed nullus Iuuenales ludos opulẽtius ostendit, quam Dion in vita Neronis, cuius adhunc sensum verba sunt: *Post hæc Nero rursus alterũ genus festorũ dierũ induxit, quæ Iuuenalia appellauit, cum barbam deponeret, tunc enim primum rasus est. Pilos vero atque capillos in pyxidem auream imponens Ioui Capitolino dicauit. Ad ludos & festum generosi viri nomina passim dedere. Illud pro monstro quod Ælia Catella genere & diuitiis pollens, & iam grandis natu, octogenaria enim erat, saltauerit. Reliqui vero qui propter senectutem vel morbum aliquem nihil priuatim agere poterant, tunc in chorum processere, & quantum vires cuique suppetebant se exercuere. Confluebant ad ludos constitutos viri prudentissimi, mulieres, puellæ, adolescentuli, anus & senes, quinetiam qui in ceteris spectaculis quicquam edere non valebant, in chorum secedebant. Fuere qui præ pudore personas induerent. Sed deletæ fuere facies, depositæque personæ petente populo id vt agnoscerentur. Nero quoque vt gloriosum finem ludis apponeret, & his conuenientem, quæ agebantur prodiit & ipse in theatrum pronuntiauitque, nominauit Gallio Seneca Neronem eum esse, qui in theatrũ prodiisset, stetit itaque in scæna Cæsar in ornatu Cytharœdico hæc dicens: Audite me obsecro benigne domini mei. Cantauit item ad citharam. Attinet Bacchas Augustus. Adstabant milites, vniuersus ẽt populus quantũ sedes capere poterant, vocem breuem & subobscuram edidit, vt rursum pariter & lacrymas omnibus moueret. Tunc accessere proprius Burus & Seneca velut præceptores nescio quid subiicientes, manu præterea etiam veste conscissa complodebant quotiẽs quippiam his decantasset, atque alios ad se trahebant. Consurrexerat exercitus propius quinque millium militum, qui Augustani vocati fuere. Hi primi laudes cecinere. Ceteros alios adstantes vel inuitos solus præter Thraseam idem fecere. Hic enim nunquam consentit. Ceteri vero & maxime illustres viri festinantes, & cum gemitu concurrebant. Ea omnia cum gaudio acclamantes, quæ Augustani concinebant. Frequentes audiebantur voces huiusmodi: Pulcer Cæsar Apollo Augustus vnus vt Pythius. Per Deum Cæsar nullus te vicit. Post hæc cœnam dedit populo in nauibus, eo loco, in quo naumachiam Cæsar ediderat, atque inde media iam nocte in Tyberim nauigauit, & hæc autem omnia Nero in prima resecatione barbæ fecit.* Hæc Dion. Ego profiteor ingenue, liberalis enim animi est fateri, per quos

profeceris

profeceris, hæc verba me ex vitis Georgii Merulæ viri vndecunque doctissimi, quas latinitate ex Dione donauit, accepisse. Sunt enim apud me solum duodecim vitæ Dionis Georgio interprete, quæ ad duodecim Tranquilli Cæsares faciunt, me his tanquam munere incomparabili donauit, cum Mediolani agerem vir humanissimus & nobilissimus, cui in morte Merula crediderat, & vbicunque loquens de Tranquilli Cæsaribus, vtar latino eloquio scito, ea ex iis vitis Georgii interpretationem te lectitare, nec alieno potius vtor quam meo, non eo quod Dionis luculentissimi scriptoris copia apud me non sit, illius enim multiplex aureum volumen possideo, sed hoc ago quoniam Tantaleæ Georgii facundię oratio nulla, loquor enim quod sentio, aspirare potest, tanto minus nostra. *Iuuenalia* siue *Iuuenales ludos*, cum mentio tibi inciderit, illos intellige, qui celebrantur pompatico omnium rerum apparatu, cum quis ex *adolescentia egrediēs in iuuentutem* migrabat, & in *iuuenilem*, seu quod idem est *iuuenalem ætatem*, quando *barbam* rasitabant iuuentuti auspicantes, illamque recondebant, id obseruantes, quod enarrat Dion, in aurea pyxide. Primus & ritus *Iuuenalium* rettuli, & nominis significatum explicaui, cum hanc dictionem omnes legerent, nullus intelligeret.

Explicata sententia Liuiana, indicatumque ex Hesiodico præcepto detortam.

CAPVT XXII.

Liuiana maiestas quanta cum veneratione doctrina polleat, nouerunt hi, qui recte de lingua Romana sentiunt. Illud imprimis & grauitate redundat & eruditione, quod legitur libro secundo belli Punici secundi. Sic enim Minutium affert loquentem didascalice ad milites suos: *Sæpe ego*, inquit, *audiui milites eum primum esse virum, qui ipsi consulat quid in re sit. Secundum eum, qui bene monenti obediat. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit eum extremi ingenii esse. Nobis quoniam prima animi ingenii negata sors est, secundā ac mediā teneamus, & dum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus. Castra cum Fabio iūgamus.* Hanc sententiam sæpe se audiuisse refert Minutius, quoniam traditur ab Hesiodo Poeta Græco, venitque in frequens apud Romanos, & vulgatum prouerbium. Hanc Hesiodicam sententiam magnus ille Basilius mutuatus est ita loquens, εἰ μὲν οὖν προθύμους δέχοισθε τὰ λεγόμενα, τῆς δευτέρας τῶν ἐπαινουμένων ἔσεσθε παρ' ἡσιόδῳ τάξεως, εἰ δὲ μὴ ἐγώμην οὐδὲν ἂν εἴποιμι δυσχερὲς αὐτοὶ δὲ μέμνησθε τῶν δηλονότι ἐν οἷς ἐκεῖνος φησιν ἄριστον μὲν εἶναι τὸν παρ' ἑαυτοῦ τὰ δέοντα ξυνορῶντα. ἐσθλὸν δὲ κἀκεῖνον, τοῖς παρ' ἑτέρου ὑποδειχθεῖσιν ἑπόμενον, τὸν δὲ πρὸς οὐδέτερον ἐπιτήδιον, ἀχρεῖον εἶναι πρὸς ἅπαντα,

hoc est: *Si igitur, quæ a me dicentur ea vos susciperе, ac sequi paratiores fitis, in secundo eritis ordine laudatorum apud Hesiodum. Sin minus. Ego sane nihil molestum dicam. Vos autem meministis carminum illorum, in quibus ille Poeta inquit. Optimum illum esse, qui per seipsum, quæ agenda sunt conspiceretur. Sequenti autem grande, qui aliorum consilium sequeretur. Qui vero ad neutrum horum aptus esset cum penitus esse inutilē.* Hesiodi versus parēneticos, hoc est, honesta vtilia; præcipientes si legere quis subito vellet, adtexui:

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ
φρασσάμενος, ὅσ τ' ἀμείνων καὶ ἐς τέλος ἥσιν ἁπάντα.
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Morem Celtarum filios in Rheno explorare, cum hoc enarrati versus ex Claudiano.

CAPVT XXIII.

CLaudianus Poeta Niliacus multa egetinquisitione, doctaque pensitatione cum alibi tum in hoc carmine, quod in libro cōtra Ruffinum positum inuenies:

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Describit enim Claudianus copias, quas parauerat Stylico moturus contra Ruffinum. Inter ceteros populos fuisse Celtas autumat, quorum talis refertur historia. Celtæ populi sunt accolæ Rheni, quorum soboles cum exit in lucem imposita clypeo collocatur in gurgite Rheni. Quod si scutum cum infantulo fluitat, neq; mergitur illam tanquam veram & genuinam sobolem educant. At si forte mergitur putant adulterimam & spuriam, nec vllis dignantur alimoniis, cuius historiæ Scius Poeta doctissimus Celtas in copiis Stiliconis præsto fuisse refert veros illos nec adulterinos, vtpote quos nascentes Rhenus exploret, hoc est genus liberet, & perpēdat sitque iudex & arbiter perinde veræ, & perfectæ sobolis ac pollutæ adulterinæque. Historiam detortam contenderim ab vtriusque linguæ consultissimo Claudiano ex hoc Græco Epigrammate quod in iudices compositum sic est:

θερσαλέοι κλῦτε πατρὶ ζυγὸν μενεχάρμῃ.
τέκνα τελωνεύουσι καὶ οὐ πατρὸς εἰσι τεκῆες.
πρὶν πεῖν αὐερύσασι λιλαίεται ὕδατι σαμῷ.
εἰ δ' αἱ γὰρ νίκησι μετ' ὀλιγθάσας διὰ κλαπάων
Νηπιάχου πρῶτον ὠθοῦσι δίκην, τὸν ῥὰ θέσθαι
αὐτὸς ἐπ' ἀσπιδίσκοισιν, πρὶν ἐς αὐερύσαι,
ὄφρα μὴ γενέτορι φέρει νέον. αἰψα δ' ἐσαθρήσῃ
καὶ ἐρέθρου λούτροισιν ἐλεγχείην πατρομίσγοι.
ἢ δὲ μετ' εἰλίθυιαν ἐπ' ἄλγεσι πλῆρες ἰάχουσα
μητρὶ σὺν παίδος ἀληθέα δὲ τόκον
ἐκδέχεται ἀσμένουσα, πρὶν ἢ τριτάτην ὕδωρ.

Quod

Quod hic Græcus auctor πελαπίνουν dixit, noster exacte Latine pronuntiauit, sed exornans, explorat. Sed & illud annotandum quo per quam festiuiter & concinne fluuium dicit ἐλαγχίμαχον: quod significat *redarguentem nuptias*, scimus enim argumētationis modum refutantis atque redarguentis *Elenchum* esse, quo titulo circumfertur volumen Aristotelicum vt palam est. Sed cum hæc scriberem Diomedes Guidalottus iuuenis Bononiensis harum elegātiarum sedulus assectator, & mei studiosissimus aurem mihi vellit & admonuit sensum Græcorū carminū vt Latinis versibus exprimerem, vt plurimis facerem satis. Placuit consilium. Versum versu latinitati consecraui præpropero stylo, & ista tanq̄ subciſiua curante. Sed iam versus nostros audi.

Audaces rapido Celta noua pignora Rheno
Explorant, non hos genetrix prius vbere largo
Alma fouet, vitreas fluuii quam venit ad vndas.
Lympha nouum capit alta genus, quod remigis instar
Vmbo regit, flauid. q; effulcit corpus alumni:
Et fœtum sic vnda probat, lectumque iugalem
Damnat adulterii fœto si decolor igne.
Post dubios genetrix casus memor Ilithia
Anicipitis, fulcit gelida in fluctibus ortum
Anxia dispiciens cui mobilis annuat vnda.

Quis ante hanc nostram editionem reconditam Claudiani percecepit historiam? nemo vt reor nisi me vsus doctore fuerit Antonius Calcaterra patritius Mediolanensis iuuenis aureus nouit, cum ceteris Mediolanensibus studiosis me in hoc omnibus lucem ex Græcorum arce tanquam *Pharo* speculatoriaq; turri extulisse. Sed nimis vt video errauit patronumque mutasset hic cliens nisi pœna plagiarii musis & musicis testimoniis illum exspectet, qui sine pudore alienum mancipium obliquat, & inuertit.

De incitato Cæs principis equo explicatus Tranquilli codex: & apud eundem in Othone verba Græca restituta.

CAPVT XXIV.

TRanquillo Suetonio peculiare fuit amare breuitatem, quæ res multos in pleriſque ſuſpenſos reddidit & ambiguos. In Othonis vita in hanc pene formam circumfertur promiſcuus codex mendoſus & adulterinus: *Poſtridie*: inquit Suetonius: *in augurando tempeſtate orta grauiter prohibuſſe. πρὸς μοι καὶ μακρὸς αὐλοὺς, quid mihi & cū magno aſyllo?* Hæc omnia Græca verba imo ſpuria cum interpretatione latina etiā ſunt tanquam adventitia planeque commentitia, ſcribendumque eſt auctoritate Dionis: *πρὸς μὲ δεῖ μακρὸς αὐλοὺς αὐλεῖν.* Significat hæc verba, *Quid enim me oportet longis fiſtulis incinere?* Inoleuit hoc populari prouerbio de his, qui aliquid contra quod vtile eſt operan-

tur. Scribit Dion Othonem a cæde Galbę pœnitentem illorũ, quæ egisset, visis siniſtris omnibus proclamasse id Græcum prouerbium quo significauit trucidasse Galbam præter vtilitatem, suamq; commoditatem, tãquam dicere vellet cædem hanc recasuram in incõmodum suum. Cum me Domitius Falco Grammaticus Mediolanensis per incertum doctior an curiosior, qui me literarum gratia affectabatur, cum hæc vt omnia exploranter indagatet, composui inuicem Suetonium Dionemq; vnde verum sensum elicui. In eodem Tranquillo in vita Caligulæ non omittenda sine enarratione hæc sententia: *Incitato equo, cuius causſa pridie Circenſes ne inquietaretur vicinia ſilentium per milites indicere ſolebat prater equũ marmoreum & ſæpe eburneum, præterq; purpurea tegumenta ac monile e gemmis, domum etiam & familiam & ſupellectilem dedit, quo lautitu nomine eius inuitati acciperentur, conſulatum quoque traditur deſtinaſſe.* Quidam moti Martialis auctoritate nomen aurigæ putant *Incitatum*, non videntes posse minus *incitatum* esse nomẽ aurigæ, qui *auriga Incitatus* floruit tempore Martialis sub Domitiano. Hic vero *Incitatus equus* ætate Caligulæ. Non sane tempora conueniunt, nec aliquid commercii habet *incitatus auriga* Domitiani cum equo *Caiano* nomine *Incitato*. Nam reuera Tranquillus intelligit de equo nomine *Incitato*, hoc verius vero approbat quod Suetonius agitatorem *Citicum* nominat, equum vero *incitatum*, quæ omnia ab errore consultum lectorem retrahere possunt. Erroris causſa fuit hæc, quod delirans Imperator honores pollicebatur huic equo, qui summi gradus fastigio maiores equino esse videntur. Qui sentiunt aliter nec nostris rationibus applaudũt nec seueriſſimo scriptori Dioni, cuius, interpretis Georgii Merula verba sunt hæc in Caligula: *Vehementer addictus erat Caligula vatricidia induenti, atq; ex hac coloris gratia præſinus vocabatur, vt & tũc locus, in quo quadriga certabant Vſq; nunc Catanum vocari ex equis autem vnum, quem incitatum nominauit, ad cœnã vocabat, apponẽs ei annonam ordeum propinauit & vinum in aureis poculis, atq; per illius fortunam & ſalutem deierabat: Deſtinauerat item illum cõſulem deſignare, atq; id feciſſet ſi diutius vixiſſet.*

Multa in Propertio enucleata. CAP. XXV.

PLurima in Propertianis elegiis molliter & amœne scripta deprehendes, si modo codicem fidelis scripturæ reperias. Illum enim qui circumfertur nõ penitus absolutum esse dignoscere quivis vel mediocriter literis imbutus posset, quod vt ocultata fide perspicias ecce tibi mendosum carmen libro quarto:

Te patiente meæ conflauit imaginis aurum,
Ardente ex noſtro dotem habitura rogo.

Mendũ est in secundo carmine manifestariũ, nõ enim *ardente* scribere debemus serie absona & absurda, verũ *Parthenia*, q̃ nomẽ est vnius ex ancillis *Cynthiæ* Propertianæ Veneris. Sensus cit cohærens infe-

infectioribus Taxat enim Propertium tanquam segnem, non viuidum nec bene memorem amantem Cynthia, qui supina incuria præteriens, res eius passus sit iniquissime imaginem suam ex auro confiari a *Parthenia*, ex qua illa sibi dotem parauit, nec immerito accusatur Propertius a Cynthia, vtpote qui memoriam eius susq; deque fecerit præ vna *Parthenia*, quæ illum facilitate demeruit: Quare paulo post cum familiares suos, & domesticas pedissequas Propertio commender, vsa est in *Parthenia* facili commendatione, quippe, quæ nouerit *Partheniam* illum officio, facilitate, sedulitateque intime demeruisse. Sic enim subdit Cynthia:

Sed tibi nunc mandata damus si forte moueris,
Si te non totum Chloridos herba tenet.
Nutrix in tremulis ne quid desideret annis.
Parthenia patuit, nec tibi amara fuit.

Illud quoque paululum suprapositum in elegia Tarpeiæ.

Dixit & incerto permisit brachia somno,
Nescia nefarios accubuisse nouos.

Nullo non modo mendosus est codex inuulgatus, in secundo carmine, quod *nefarium* prima correpta pronuntiamus, quod patet in simili deflexione *nefas*, aut si quo modo te in prima syllaba fulcire possis, quod Horatianũ id carnem eludit ex arte Poetica: *Aut scelerata palam coquat exta nefarius Atreus.* Secunda producitur, quod patet consonantis duplicis positu, nisi te inuet ecliptis. Quamobrem omissis his friuolis sequamur codices antiquos, in quibus sic inuenio scriptum: *Nescia te flammis accubuisse nouis.* Mens auctoris hæc est, Tarpeiam puellã vestali igni custodiendo præpositam, nunc *flammis nouis*, hoc est, *cupidinis* agitari, nesciam se accubare duabus flammis vestalibus, scilicet, & amatoriis, quæ feruentissimo igne feruentiores esse solent. Proin non mirandum est, si ardeat, si cupiat per somnum amantis vmbram contueri. Accubat enim & adsistit flammæ vestali, simulque amoris incendio. Sed miserabilis Tarpeia nescit se custodire duplex incendium, ob hoc nescia nouæ, vtpote cupidinis expers & tyrunecula, miratur, quid tam impense flagret, & exardeat. Hunc esse verum & genuinum sensum Poetæ demonstrant proculdubio carmina, quæ sequuntur:

Nam vesta Iliacæ felix tutela fauillæ
Culpam alit, & plures condit in esse faces.

In hoc, inquit, Propertius culpabilis est ipsa Vesta, quæ Cupidinis incendio puellam obrutam nouis insuper flammis accumulat.

Quid? & nodosus vbique Propertius est, quando planus & stratus maxime videtur, quis non tanquam sint omnium facilimi præterit istos versus ex libro secundo:

Tu quoties aliquid conabere vita memento.
Venturum paucis me tibi Luciferis.

Sic me nec ſola poterunt auertere ſylua,
Nec vaga muſcoſis flumina fuſa iugis,
Quin ego in aſſidua mutem tua nomina lingua,
Abſenti nemo non nocuiſſe velit.

Ego in hoc *ſerpo nodum* deliteſcere contenderim, Propertiumque veneficorum, exorciſtarum, & incantatorum ritum timuiſſe, qui poſſunt gaudia, amores & oſcula in mœrorem, odium & contentiones vertere, ſi modo nomen amantum tenent, & oſculorum numerum. Nonne hoc Catullus Poeta doctiſſimus indicat ſic ſcribens? *Tam te baſia multa baſiare veſano ſatis & ſuper Catullo. Quæ nec pernumerare curioſi poſſint, nec male faſcinare lingua.* Idem ſupra paulo *Dein cum milia multa fecerimus. Conturbabimus illa ne ſciamus. Aut ne quis malus inuidere poſſit, cum tantum ſciet eſſe baſiorum*, lego enim apud Catullum *ſciamus*, hoc eſt, *deprehendamus ab aliquo faſcinatore numerum tenente, & per cum faſcinante.* Hoc veritus Propertius Cynthiam admoner, vt illum faciat pro ſerpentem beſtiam duplicem, vt habeat linguam, quoniam ita faſcinum arcebit, & faſcinator confuſi oſculi in ore numerum non tenebit, nec audiet Cynthiæ nomen compreſſum mutuis luctis colliſarum linguarum ex impatientiſſimo Veneris affectu. Nomen enim dominæ inter amplexus blanditiæ, dulcitas, illecebræ exculpunt & eliciunt. De veneno linguarum lepide Plinius libro decimo octauo, quare tradit in ſacris tibicinem adhibitum. *Prima galeritus*, idem dixit, *Poſuit prætoria lygmon, Magnaque pars Tatio rerum erat inter oues.* Cur *ligmon* iſte vocaretur Galeritus dubitatur. Ego illius cognomen fuiſſe reor ſimpliciter. Erat enim gentilitium nomen, a qua vero id cauſſa nihil momenti eſt quærere. An vero *lygmon* ac *lucmon* per eclipſin conueniat, dicere non ſum certus, quippe cum dictiones Græce per *y* elementum Græcum prolatæ a Latinis in v. vertantur. vt patet de *Sulla*, Amphitruone, & huiuſmodi. *y* vero litera Græca in *u* tranſit, vt iis, qui modo primoribus labiis rudimenta & τὰ πρῶτα μυνάσματα Græcorum hauſerunt, innoteſcit. *Galeritum lucumonis* pro cognomine fuiſſe docet, Fabius Pictor, vetuſtiſſimus hiſtoricus ſic fere prodens. Subinde Sabini bellum ingens orſi coegerunt Romulum denuo a Lucumonibus ſocios milites expetere *Galerito Lucumone*. Ardeæ negotium datum eſt, magna Ethruſcorum, exque vibe Salpinatum manu venit, qui cum offendiſſet capitolium captum a Sabinis, ipſe proximum capitolio quirinalem pro Romulo muniuit. Poſſe fuiſſe prima prætoria *Lucumonem* expono illum imperatorium conſiliſſe auſpitiale, cum electus fuerit, Dux & Princeps ab Sabinis & ceteris hiſce, qui Sabinos contra Romanos mouentes ſequebantur. Ante hunc *Lucumonē* in caſtris prætoria, hoc eſt, tabernacula alicui, vtpote duci & principi non erigebantur. Sed ſub tentoriis ſine hoc regio faſtu indiſcriminatim ſedebant Primus hic *Lucumo*

prætor-

prætorium tanquam manus Sabinæ imperatoriam dignitatem indicans erexit. Adiuuant superiores versus sine ambitione militiam describentes.

Nec rudis infestis miles radiabat in armis,
Miscebant vsta prœlia nuda sude.

Fuit sed alter ab isto *Lucius Lucumo* Rex Ethrusorum, a quo *Luca* vrbs illustris Italiæ nomē est, adepta Auctor Cato in originibus.

Quid per Banausum intelligendum apud Plutarchum in apophthegmatis.

CAPVT XXVI.

PLutarchus in libro, cui apophthegmaton, hoc est, dicteriorum titulus est, Græce ita loqui Cæsarem dictatorem facit. *αὐτοὺς βαναύσους οὐ δεδιέναι καὶ λιπόντα. ἀλλὰ τοὺς ἰσχνοὺς καὶ ὠχροὺς ἐκείνους δείξας βροῦτον καὶ κασσίον.* quæ ita Latine vertit, F. Philelphus vir doctissimus. *Dicebat Cæsar se non timere rubicundos & pingues. Sed macilentos & pallētes illos demonstrās Brutū scil. & Cassiū.* Hæc interpretatio diligenter consideranda est. Ego potius *βαναύσους viles abiectos mechanicos* interpretor. Quid sit *Banausus* si scire desiderās Suidæ verba subiecimus: *βάναυσος πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζομένος. βύανος γὰρ ἡ κάμινος. καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἀγορᾶς βαναύσοις. φέρειν προέταξε βέλη καὶ παραβάλλειν ἔξω παρὰ τὸν θεμέλιον τοῦ τείχους Banausum*, ait Suidas esse omnem artificem apud ignem operantem, quoniam *baunos* caminus dicitur, & qui ex hac artis venditione parat sibi victum *Banausus* est. Viles homines atque degeneres Græci *βαναύσους*, nostri *mechanicos*, ex Græcia tamen detorta dictione, vocant, & opifices omnes qui in politica sunt contemtibiles. Verba Aristotelis ex tertio politicorum sunt hęc: *Optima ciuitas non fert Banausum, id est, vilem artificem ciuem.* Subdit postremo *Quicumque sunt vni necessitati ministrantes dicuntur serui, qui autem pluribus communiter dicuntur mercenarii & Banausi.* Quod homines abiectos & contemtibiles *Banausos* dixerit docet lingua vernacula despicatum hominem *mechanicum*, quod non dissimile *Banauso*, vocans. Forte Philelphus, vtpote magnus Latinitatis Græciæque pensitator censuit, *Banausum* rubicundum dici posse, quoniam *Banausus* artifex apud ignem sedens ex officinæ afflatu ardentis coloratus est, quod commentum nec probo, nec nunc improbo, ad eruditos ꝓuoco. Idem Plutarch. in Bruto refert Cęsarem dixisse, *se nihil vereri illos pingues & comantes*, hoc est, *Antoniū & Dolabellam.* Hic n. *comantes* transtulit Guarinus Verronensis oppido q̄ literatus homo, non autem *coloratos.* Quod si a me verborum Græcorum quæ habentur in Plutarchi codice, Latina paria petis sic in Latium transportem: *Dicebat Cæsar se non timere contemtibiles illos & bene curatos, sed attenuatos & pallentes illos demonstrans Brutum & Cassiū. Banausus.* n. vilis & contemtibilis appellabitur a vilitate artificis. Aristoteles libro primo politicorum

hanc differentiam facit inter *seruum* & *Banausum*, q̃ *seruus* est, qui natura seruit, *Banausus* vero qui mercede. Eiusdem verba posui. ὁ μὲν γὰρ δοῦλος κοινωνὸς ζωῆς· ὁ δὲ πορρώτερον καὶ τοιοῦτον ἐπιβάλλει ἕξεως οἵαν περ καὶ δουλείας ὁ δὲ βάναυσος πρὸς τῆς ἀφορισμένην τινὰ ἔχει δουλείαν. Sed quoniam de *seruis* mentio incidit, hoc addamus *seruos magistratuum Romanorum* dici *Brutianos*, cauillam Gellius & Pompeius enarrabunt. *Serui Thessalorum, penestæ* dicebantur, sicuti Laconum *Ilotæ*. Scribit Aristoteles in Politicis libro secundo *Thessalorum penestas* multoties in ipsos Thessalos insurrexisse, & *Ilotas Lacedæmoniorum*, in casibus eorum aduersis nunquam insidiari destitisse: *Verum apud Cretenses nihil adhuc tale accidit*, inquit philosophus. Nec mirum igitur, si apud Latinos prouerbium est, quamuis alioLabeo deriuet: *Tot hostes quot serui* Et illud: *plures heros seruos comedere, quam canes*. sed ad rem nostram. Cum subinde in monumentis Aristotelicis hanc dictionem *Banausum* deprehendes, pro vili artifice accipe. *Coloratos* intelligere *Banausos* propter caminum, cui assident, non placet, quando tales, vt plurimu palleãt.

Origo Bononiæ.

CAPVT XXVII.

NVnc tandem *animum patria tangat pietatis imago*. Illa enim nos aluit, illa genus, illa sedes, in florentissimo Italiæ cardine benigno sinu, facilis indulsit, Bentiuolos Principes aureos & Saturneos educauit, quorum felici fausti ssimoq, tempore me nasci contigisse, Ioui optimo maximoque gratas gratias memini. Fuit temporibus nostris contentio prope irrequieta, imo & superioribus seclis, a quo nomẽ hoc tam aptum, tam bonitati soli, aeris clementiæ, incolarum bonorum liberalitati, facilitati, & hospitalitati, Bononia sortita sit. Omnes hoc quærunt, nullus adhuc inuenit. Ego me diu anxie & sedulo torsi, & vix compotem voti fecit Cato in libro de Originibus, cuius hæc verba sunt: *Felsina dicta vsq; Rauennam, nunc Gallia Aurelia & Æmilia a Romanis ducibus nomen habet. Princeps metropolis Felsina primum a Rege Thusco conditore, inde a successore Bono Thuscanensi Bononia dicta*. Applaudite mihi imo Catoni, Bononienses ornatissimi, populares mei, qui vos Principes Æmyliæ & Aureliæ Galliæ prædicat, imo patriam nostram tanquam dominam primariam, & matrem, Florentia ausa sibi Ethruriæ deposcere primas, colat & adoret. Quod si Catoni peruicaces Fesulæ non credunt, Plinianæ maiestati credant, apud quem legimus Bononiam Felsinam dictam, cum caput esset Ethruriæ. Quin & Cn. Sempronius, Flaminiam viam dictam refert *Felsinam a Felsina* Principe Ethruriæ. Sed quoniam video esse promiscuum viæ errorem, & inextricabilem ambagem literatorum dubitantium, quæ fuerit Æmylia & Flaminia via, ipsius C. Sempronii verba subnexam: *Cispadanam omnem Italam missis coloniis tenuere prisci. Doria Thuscorum prima familia incoluit principio ab Asca colonia*

lonia vsq; Parmam, a quo & stauius Doria & regia prius Doria, nunc Æmylia. A Parma item ad Bononiam, Bianoria a duce, nunc Aurelia. Flaminia item a Bononia ad Rubiconem amnem antea Felsina a Principe Ethruriæ, missis coloniis Lamonibus a Rubicone ad Anconã. Nec ista repugnant illi epigrãmatistæ versiculo, si quis recte considerat. *Æmyliæ dices de regione viæ.* In via n. potuit illa cõponere, nõ in vrbe Corneli. Spectat. n. non locum vbi moretur, sed vnde incepta miserit. Plinius libro decimo septimo: *Æmyliæ viæ in ridicas Atiniarum ambitu frondem earum fugiens.* Ego hoc in via, qua Parmam itur vidi, ꝙ nunc recenset Plinius. Videtur tamen in Epigrãmatico nihil subintelligendum ita libro secundo Plinio scribente: *In Æmylia via Fauentina lina, palmam candore capessunt.* Audiui tamen, qui crederent a Placentia ad vsq; Ariminum Æmyliam vocatam, ab Arimino vsque Romam, *Flaminiam*, id quod non doctis displicet, & mihi perplacet. Sed hoc agamus. Nitidissimam semper fuisse & doctissimis alumnis abundasse Bononiam docet sic canens Epigrammatista.

Funde tuo lacrumas orbata Bononia Rufo.

Et resonet tota planctus in Æmylia. Quid? non ne illa absolutissimum Atelanarum scriptorem Pomponiũ genuit? auctor chronographus Eusebius. Loqui pro dignitate non valeo, & tacere non possum dotes omnes pacis, ingeniorum, quibus Bononia floret & fœcunditatem prope Siculam adscribi Principi Bentiuolo debere, de quo alibi sic carmine lusimus:

At cum nulla queat virtutum dulcior esse
Aptior atque homini summo largitur amicos,
Augustamque fidem, & numen pretiosius auro
Censet amicitia. Tali Cannensibus acer
Obstitit exsilium patiens Antonius auro,
Annibal hoc populi meruit pater ære fauorem.

Sententia Græca Euripidis Latinis & rectis verbis explicata.

CAPVT XXVIII.

IN Tragœdia Euripidis quæ *Phœnisse* inscribitur hæc carmina leguntur, loquente Etheocle tyranno Thebano genus e Phœnicia per Cadmum ducente, Agenoris Phœniciæ Regis filio.

εἴπερ γὰρ ἄκειν χρὴ τυραννίδος περὶ
κάλλιστον τ' αἰδικεῖν. τἄλλα δὲ εὐσεβεῖν χρεὼν

Hi sunt versus, qui composito metro tragico erãt frequentes in ore Cæsaris, quos Tranquill. ab ipso Cicerone nõ autẽ a Cæsare refert in hunc ferme modum latinitate donatos: *Nam si violandũ est ius, imperii gratia violãdũ, aliis rebus pietatem colas.* Quidam ad verbum exprimere cupientes, sic interpretantur. *Si. n. iniuriari oportet, super tyrannide, pulcerrimum est iniuriari. In aliis pietatem colere est oportunum.* Nemo non vel mediocriter in Græcis rudimentis exercitatus absonam & insulsam animaduertet hanc interpretationem,

nem, in primis ἀδικεῖν pro *iniuriari* non recte ponitur, cum id quidem significatum habeat apud Achillem philosophorum Platonem cum facit Socratem didascalice *proferre se malle iniuriam pati quam inferre. Inferre iniuriam*, dixit ille ἀδικεῖν. Sed & ἀδικεῖν quandoque significat *aliquid iustitiæ contrarium perpetrare*, quo verbo in hoc significatu crebiter & decenter vsurpant eruditi, propterea quod δίκη a Græcis *iustitia* vocatur α particula priuatiua, vt ἀδικεῖν *aliquid remotum a præscripto iustitiæ patrare*, significet, & consequenter *ius ipsum violare, a iurisque præscripto recedere*. Similiter Lucianus ἀδικεῖν diem vocat in *Alexiphane*, quo ius non redditur Reperitur & ἀδικία pro *iniustitia* apud Apostolum, & Platonem, quam ait esse *malitiam & morbum animæ*. Platonis verba sunt hæc, μηδεμία δὲ νόσος ψυχῆς ὠφέλιμος, ἐστι. ὃ οὕτως πᾶσα κακία βλαβερά ἐστι τῷ ἔχοντι αὐτὴν. ἥδε ἀδικία κακία. *Pulcerrimæ iniuriari* cum exponunt Seruium non legerunt, quo auctore καλὸς dictio Græca duo significat, & *bonum* & *pulcrum*. Qua ratione ductus Maro bonum pro pulcro decenter vsurpauit, quod cum sit κάλλιστον superlatiuum huius dictionis καλὸς & *pulcerrimum* significat & *optimum*, hic pro *optimo* ponitur. χρεὼν cum participium sit apud Græcos *expediens*, hoc est, vtile interpretari maluerim, præsertim cum sit sensui cohęrentius Adde & hoc non incuriose prætereundum, Euripidem istum mulieres omnes mirum in modum exosum fuisse, siue quod natura abhorruit a mulierum cœtu, seu quod simul duas vxores habuerat, cum id decreto ab Atheniensibus facto ius esset. Is cum in Macedonia apud Archelaum regem esset, vtereturque eo rex familiariter, rediens nocte ab eius cœna canibus, a quodam ęmulo immissis, dilaceratus est, & ex his vulneribus mors secuta. Sepulcrum autem eius & memoriam Macedones eo dignati sunt honore, vt in gloriæ quoque loco prædicarent οὔ ποτε σὸν μνῆμα εὐριπίδης ὀλετόπου. Tertia ꝓducta Euripidem dicere posse, si modo Sidonio credis, eius hic Phalæcius versus docet. *Orchestram quatit alter Euripidis*. Apud Ionem tamem Poetam Græcum prima producta scribitur, cum ceteris quæ sequuntur, eius versus hic. χαῖρε μελαμπέλοις εὐριπίδη ἐγγυάλοισιν. Luciã. sophista, qui auctore Lactantio nec diis nec hominib. pepercit in librili suspendit carmina tragicorũ Poetarũ Sophoclis scilicet & Euripidis, comminisciturque Sophocleos versus, tanquam plus grauitatis habẽtes terram petere, Euripidis vero, veluti leuiores ad cœlum tendere, tanquam in genere scribendi tragico sit Sophocles Euripidi præponendus, nec mirum igitur si Vergilius ait: *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno*, hoc est, graui & excocto, plus habente medullæ quam corticis, grauitatis quam leuitatis.

De Ictero aue & Regaliolo Plinius explicataus & Tranquillus perpensus.

CAPVT

CAPVT XXIX.

PLinius libro trigesimo sic scriptum reliquit: *Auis Ictterus vocatur a colore, quæ si spectetur sanari id malum tradunt & auem mori.* Hanc puto Latine vocari *galgulum*, legendum in Plinio *galbulum* siue *galbulam*. *Galgulus* enim differt ab *Ictero*, quod vtriusque linguæ peritissimus Aristotelis interpres Theodorus ostendit, qui *coloeon* auem interpretatur *galgulum*, qui cum aue (cui nomen est Grex) gerit inimicitias. *Galbula* vero *Ictteros* a Græcis appellatur quoniam colorem *ictterici* repræsentat. Qui autem sit *morbus ictericus* discès ex Celso, ceteriscque medicinæ peritis. Nunc non suppetit ad hæc explicanda tempus. *Color ictterici* est luteus, id est, *alutæ* pelli similis. *Galbulam* non multum dissentientes a Latinitate Mediolanenses *galberium* vocitant. Benonienses *regalbulam*. De *galbula* Martialis lib. 13.

Galbula decipitur calamis & retibus ales
Turget adhuc viridi cum rudit vua mero.

Adde quod *galgulus* maior est turture, quod non conuenit *ictero*. Quicunque autem illi fuerint, qui putarunt *galgulum* esse *regaliolum* lapsi sunt manifesto lapsu. Docet nomen a *rege* deductum *regaliolum* eundem esse cum *regulo* auicula, quam passim *reatinum* dictitant a *regno* perinde voce deflexa. Hic ab Aristotele libro animalium septimo vocatur βασιλεύς, qui cognomento κεφαλλόγος ab eodem dicitur. *Regulum, frugilegam* latinissime Theodorus interpretatus est. Idem Aristoteles hunc vocat σεμνὸν tanquam *legatum* dictus, & inter aues *venerabilem*, seu potius *senatorem*. Eundem *trochilum* & *regulum* esse docet Plinius libro octauo naturalis historiæ sic loquens: *Crocodilum saturum cibo piscium, & semper esculento ore in litore somno datũ, parua auis, qua trochilos ibi vocatur rex auium in Italia inuitat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum eius assultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quam maxime hiantes, in qua voluptate somno pressum consecatus Ichneumon per easdem fauces vt telum aliquod immissum erodit alueum.* Hoc idem sic describit Aristoteles: τῶν δὲ κροκοδείλων γεννώντων οἱ τροχίλοι κρεοφαγοῦσιν εἰσπτύρνοι τὰς ὀδόντας, καί τι μὴ τρέφῃ λαμβάνουσιν. Eundem *trochilum* esse & *regulum* docet idem Aristoteles libro animalium nono sic scribens: ὀδὺς τροχίλου καὶ λαγωὸς καὶ τραγέλαφος ὀίκει. δυσέλκτου δὲ καὶ δραπέτης καὶ τὰθ' ἁδρὰνὸς. οὐδέτερον δὲ καὶ τετρώκης. κολάπτης δὲ ποσὸς καὶ βασιλεύς. δὲ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν φασὶ τελεῖν. Idem *trochus* appellatur, quem putat Herodotus duo habere genitalia maris, scilicet, & fœminæ, seque ipsum inire, & ex ipso concipere vt hyæna. Aristotelis in hanc sententiam verba subiecì ex tertio, lib. de generatione animaliũ, τὸ δὲ τέκνον τρόπον τινὰ ὁ ἡρακλείσκος δύο αἰδοῖα ἔχειν ἄρρεν καὶ θῆλυ, καὶ τὸ μὲν τέκνον αὐτῶν ὀχεύειν. Hæc sunt quæ de *regulo* siue *regaliolo* legimus. Amplius Suidas grauis auctor in primis di-

uersa tradit a Plinio, scribit enim *ictericos* liberari aspicientes *charadrium* auem, & *ictericorum morbum*, hanc auem cõtrahere. *Charadrius* porro auis maritima, magna, ingluuiosa, de qua Plato, de qua in lege veteri legitur, & apud Aristotelẽ, & nos huius in Plautinis commentariis meminimus. Cogita nunquid memoria reliquerit Suidam, an potius, quam auem Græci *Charadrium* dicunt, Latini dictitent *galgulum*.

Patefactum id Catonis adagium: Frons occipitio prior est.

CAPVT XXX.

CAto priscus, qui Censorius dictus est, multa composuit docte & seuere, quorum bona pars incuria temporis desideratur. Ẽ tã pernitioso Latinę linguę naufragio libellus enatauit rei tusticæ sententiæ & præcepta cõtinens, aureus certe totus, nõ liber sed thesaurus, assiduis manibus versandus. Plenus est antiquitate, plenus doctrina, plenus elegantia. Is admonens continua diligentia conuenire patrem familias interuisere sua, monet, vt vtiliter ædificet. Sic enim inquit: *Si bene ædificaueris, bene quę posueris rus ruri, si recte habitaueris libentius & sapius venies. Fundus melior erit, minusque peccabitur fructibus capies. Frons occipitio prior est. Vicinũ bonus esto, familiam ne fiueris peccare. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operas facilius conducet.* Per id adagium, *Frons* videlicet *occipitio prior est*, significare vult Porcius Cato præsentiam esse salubriorem absentia, iuxta illam Aristotel em sententiam, quæ sic refertur ab ipso in libris Oeconomicis. *Est autem Persica institutio dominum omnia iubere, omniaque inspicere, & quod de Dionysio, inquit: Dion. Nullus enim parem curam habet alienorum & suorum. Itaq; quacunq; par ipsum geri possunt circa illa cum diligentia intendat, in quo Persa & Libici dictum recte se habet. Persa enim rogatus quid equum maxime pinguem faceret, oculus domini respondit. Libycus vero rogatus quod ster quilinum agro foret optimum, domini, inquit, vestigia.* Græce hoc postremum sic: καὶ τὸ Περσικὸν καὶ τὸ Λιβυϊκὸν ἀπόφθεγμα εὖ ἔχει ὁμοίως γὰρ ἐρωτηθὲν, τί μάλιστα ἵππον πιαίνει; ὁ Περσικὸν ὀφθαλμὸς ἔφη, ὁ δὲ Λίβυς ἐρωτηθεὶς ποῖα κόπρος ἄριστη, τὰ Δεσπότου ἴχνη ἔφη. Quamobrem certe pronuntiatum illud a Marone de numine refert Columella ad hanc sententiam trahi posse: *Et quacunq; Deus circum caput egit honestum.* Subdit Columella: *Verum quocunq; domini præsentis oculi frequenter accessere, in ea parte maiorem in modum fructus exuberant.* Sunt qui hoc Catonianum dicterium conferant cum illo Varroniano: *Tunica pallio propior est*, perperam & absurde. Significat hoc rem cariorem & acceptiorem præponendam esse, postponendum vero id, quod non ita nobis intimum est, atque domesticum, sicuti *tunica*, quæ carni vicinor est, nobis proxima existens magis curari debet quam *pallium*, quo spoliati detrimentum quidem

dem patimur, verum magis est detrimentosum *tunicam* amittere, qua priuati, nudi incederemus, quam *pallium*, quo spoliati remanente *tunica* non penitus inhoneste deuestiti essemus. Habent Græci simile prouerbium γόνυ κνήμης ἐγγύτερον. Hoc est, *genu crure propius*, de his qui suos potius quam alienos seruatos cupiunt. Dicuntur Enoti in exercitatione belli videntes quendam nepotem, & filium, laborantes defendisse fratrem dicentes id inuulgatum verbum. Secundum præceptum Catonis, vt colonus sit fauorabilis & amabilis viciniæ, præmonstratorem habet Hesiodum Poetam Græcum, diligendam bonam viciniam qui monet, ita canens: *Neq; enim lamenta refundes: Amisisse bouem bona si vicinia tota est.* Cum auctioni subiecisset agrum Themistocles enumeranti dotes illius præconi subdidit adderet bonum vicinum habere, quod iudicauit bonam viciniam illicium futurum emacis emtoris. Incommoda ex mala vicinia quot sint docet Columella non sine deploratione detestationeque iniqui vicini. Huic rei suffragatur Epigrammatista: *Propter vicinum qui pretiosus erat.* Marcus Tullius in Epistolis ad Atticum: *Video domum tuam pluris futuram vicino Cæsare.* Laudatur Pompeius ab Plinio libro decimooctauo, qui in tantum bonum vicinum egerit, vt nullum contiguum expulerit. Plautus aliquid esse mali propter vicinum malum asseruit. De priori præcepto Catonis Plinius sic libro decimooctauo: *Eum tamen qui bene habitet sepius ventitare in agrum, frontemque domini plus prodesse quam occipitium non mentiuntur.* Et paulo post: *Maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt.*

Silii Italici carmen enarratum de Mamertinis.

CAPVT XXXI.

Silius Italicus duriusculus a plerisque omnibus Poeta nuncupatur, quem censet Cecilius Plinius versus maiore cura quam ingenio composuisse. Ego heroicæ grauitatis cum Epigrammatico vate, nec omnino iniuauem reor. At acerbam immitemque aspredinem illi afferunt frequentes maculæ, quibus penitus obruitur. In lib. Punicorum primo carmen, hoc est:

Vos etiam tandem Siculi contra arma tyranni,
Iuuisse egregium, vos & Campana tueri
Mœnia depulso Samnitum robore dignum.

Legatos Saguntinorum inducit Silius Romanis supplicantes, vt auxilium, suppetiasque fidissimis sociis ferrent, quod vt facilius impetrent recensent exempla multa, quib. ostendunt priscos Romanos multis, nec quidem fœderatis gentibus auxiliũ tulisse, nec id indignũ iudicauisse, in primis Messanam adiuuisse copiis militarib. ad opem ferẽdã Messeniis destinatis, qui acerrime oppugnabantur ab Hierone Rege Syracusano. Sed legendũ arbitror: *Vos &*

mamertem Siculi contra arma tyranni Iuuisse egregium. Per Mamertem vero intelligit *Mamertinos*, quibus a Carthaginensibus, & a rege Syracusanorum obsessis auxilium ferendum censuit senatus, cum de ea re inter suadentes vt id fieret dissidentesque contentio fuisset, transgressis tum primum mare equitibus Romanis aduersus Hieronem sæpius bene pugnatum. Petenti pax data. Polybius libr. primo scribit Campanos *Mamertinos* se capta *Messana* nuncupasse. Romani cum viderent reliquam Siciliam sub Carthaginensibus esse, seruare *Messanam* necessariam putabant, neque pati vt Carthaginenses quasi pontem quendam sibi constituerent, per quem transire in Italiam pro libidine possent. Missus est Ap. Claudius, qui copias aduersus Hieronem edūcens diutina & acri pugna illum profligauit, victoria tandem penes Romanos fuit. Consuli ob defensam *Messanam* nomen inditum *Messanæ*. Postea mutata litera *Messalo. Tyrannum* pro *Rege*, Silius vsurpauit, quoniā eodem vocabulo & *incubatorem imperii*, & *Regem*, pastorem scilicet, vt Homerus ait populorum: Græci dicunt, quos Maro sequutus id protulit. *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.* Fuit enim virtutum omnium insigni excultus Hiero, vt Tyrannus immerito dici debeat in cuius laudem Polybius. Non multo ante tempore Syracusanorum copiæ cum inter se atque eos, qui reipubl. præerant orta seditio foret, duces sibi creauere Artemidorum, & eum, qui postea Rex fuit: Hieronem admodum quidem adolescentem. Sed ita vniuersis naturæ atque ingenii dotibus ornatum, vt nihil sibi regium præter regnum deesse videretur. De origine *Mamertinorum, quæ Polybium latuisse videtur hæc in integris Pompeii codicibus inuenio: Mamertini appellati cum in toto Samnio incidisset pestilentia. Metius eius gentis princeps conuocata ciuium suorum concione exposuit se vidisse in quiete præcipientem Apollinem, vt si vellent eo malo liberari ver sacrum vouerent, id est, quæcunq; vere proximo nata essent immolaturos sibi quo facto leuatis post annum vigesimum dira eiusdem generis incessit pestilentia. Rursus consultus Apollo respondit si esset persolutum ab his votum quod homines immolati non essent, quos si expulissent certe fore, vt ea clade liberarentur. Itaq; ii iussi patria decedere, cum in parte ea consedissent, quæ Tauricana dicitur forte errantibus Messanensibus auxilio venerunt vltro, eosque vt gratiam referrent in suum corpus communionemq; agrorum inuitarunt, & nomen acceperunt Mamertini quod coniectis in sortem duodecim deorum nominibus Mamers forte exierat, qui lingua Osca, Mars significatur.*

Medicam herbam a melica differre simulq; Varronis verba examinata.

CAPVT XXXII.

VArro in primo de re rustica libro *medicam* describēs ita præcipit: *In primis obserues vel in terram nimium aridam aut variam,*

riam, sed temperatam semen demittas. In iugerum vnum si est natura temperata terra, seribūt opus esse medica sesquimodiū. Id seritur ita vt semen iactatur, quemadmodū, scilicet, cum pabulum & frumentum seritur. Georgius Merula vir memoria nostra omnium coætaneorum suorum facile princeps, *melicam* eandem ait esse, quæ *medica sit*, in quo falli maxime remur, quod vt comprobare nitamur, a Plinio testimonium sumendum: *Medicam libro duodesimo externam esse etiam Graciæ & a Medis aduectam per bella Persarum, qua Darius intulit. Sed vel in primis dicenda tanta dos eius, vt cum vno satu amplius quam trecentis annis duret. Similis est trifolio caule foliisq; geniculata, quicquid in caule assurgit, in folia contrahitur.* Ex his Plinianis verbis colligo *medicam* herbam esse, non legumen, tum quod illam Plinius inter fœnum, farraginem, otymum, & cytisum connumerat Et descriptio *medicæ* Pliniana, nullam cum ea, quæ *melica* vulgo dicitur, similitudinem habet. Appellat enim *medicam* trifolio similem, quod dissentit a *melica*, quæ hominis altitudinem superat, granaque producit Præterea idem Plinius libr. 19 inter hortensia *medicam* connumerat, eius verba subscripsi: *Duo genera madicæ: masculus albis foliis, fœmina nigris, & tertium genus est cibis gratum.* Plinius mentionem facit *melicæ*, legumen id intelligens, quod nos vulgo *melicam* vocamus. Seruius vt puto labitur in enarratione illius Maroniani carminis, ex Georgicon libro primo:

Vere fabis satio, tunc te quoq; medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura.

Legit enim *medicam* non *melicam* in Vergilio, cum debuisset admoneri vel hoc ipso, quod inter legumina & cum *milio* numerat *melicam*, quod non feciisset si de *melica* herba intelligeret Sed cum trifolium per sementem seratur, quod non est omnino dissimile *melicæ* herbæ, posset non acriter accusari Seruius, qui *medicam* non *melicam* recognouit in Vergiliano carmine. Sed tamen cum de *faba*, de *milio* Maro præcepta tradat, indecens fuisset satis & leguminibus inserere prætensia. Sed quomodocunque res cadat ex verbis Seruianis cognoscere datur, *medicam* non eandem esse, quæ *melica* illa vulgo notissima, quæ panniculas siue lobas ad speciem milii parit colore rubido. Quinimo cum Plinio sentit interpres Maronianus, hanc herbam a Medis translatam esse in Græciam, quo tempore eam inuaserunt. Huius plena Venetia est, vt dicit Dionysius trium foliorum est, semperque virens. Quod autem ait *putres sulci*, naturam ipsius herbæ respicit: Nam vno anno frequenter seritur, & postea aliquot annis sponte procreatur, quod etiam sequens indicat versus. Nam dicendo: *Et milio venit annua cura*, ostendit *medicæ* curam non esse annuam. Hæc autem herba vulgo dicitur *sylla*. Ex iis Seruii verbis elicio, *melicam* non esse vulgatum legumen, quod *melica* dicitur, quoniam herba proprie lo-

quendo dici non poteſt, etſi neque frutex ſit, nec arbor quidem. Quartum enim quiddam eſt, vt vulgus putat, cui neque ſubſcribo, nec reclamo. Præterea tria folia habet *medica*, iuxta Seruium *melica* plus denis cum minimum foliis luxuriat. Item non ſemper viret, nec poſt vnius anni ſationem frequenter feritur, poſtea aliquot annis ſponte procreatur. Sed res palam eſt & in euidenti, Merulam titubaſſe, quod *medicam* Plinius cum *oxymo*, *farragine*, *fœno Græco* recenſet, quæ omnia vicem pabuli præſtant. Proprietati *melicæ* diſſentiunt hæc Columellæ verba, quæ lib 2. leguntur: *Sed ex his, quæ placent, eximia eſt herba medica, quæ ſemel ſeritur decem annis omnibus. Deinde recte quatuor. Interdum etiam ſexies demetitur, quod agrum ſtercorat, quod omne emaciatum armentum ea pingueſcit.* Et huiuſmodi reliqua quæ ſequuntur. Quod ſi hæc *melica* non conueniunt, nō video quomodo *melica* eadem ſit, quæ *medica*. Palladius de *medica* non tacuit. Diſcorides Pedatius locupletiſſimus teſtis eſt *medicam* folia parere ſimilia *trifolio*, nec ipſe tradit, *melicam medicam* eſſe, præcipue cum ſoleat hic auctor cognomina rerū ſemper afferre. Eius verba ſiquis legere mallet ſubdenda putaui, μηδὲ ἠοικε μᾶλλον φυομένῃ τριφύλλῳ τῇ σὺν χρῶτι κοινῶς. ἐπὶ δὲ μόνου τοιοῦτόν γίνεται. καλοῦσι αὐτὸν τριφύλλῳ ὁμοίως. ἐφ' οἷς τὸ αὐτὸ μὲν ἀπεφύκει φύλλα δὲ μείζω. ἐπιφαμμίτον ὡς κεφάλαι ὄναις ἐκφυόμενα μίγνυται δὲ μᾶλλον τοῖς ὄρτυξι ἁλοῖ. χλωρὸν δὲ καὶ ξηρὸν ἐσθίεται ὠφελεῖ δὲ ψύξεως δρόμια. ὅλη δὲ τῇ πόᾳ χρῶνται οἱ κτηνοτρόφοι ἀντὶ ἀρρώστου. Sed cum *melicam* patuam vulgo habeant inter pabula iumentorum, quam *melicaſtellum* dictitent, reor *melicam* hoc pabulum non dici, ſed *medicam*, legumen vero notiſſimum, congruente verbo Latino cum vernacula dictione, *melicam*.

Quod ad diras aligendas nectus ſuffigerentur Columella & Apuleius enarrati, præterq; de inſulſa amurca, & de ſedo.

De Vertumno.

CAPVT XXXIII.

EXſtat Iunii Columellæ libellus verſibus ſcriptus lepidis & eruditis, in quo doctrina non circumforonea, nec triualis ineſt. Eius hi verſus recenſendi, & ad nouam recognitionem conuocandi.

Hinc Amythaonius, docuit quem plurima Chiron
Nocturnas crucibus volucres ſuſpendit, & altis
Culminibus vetuit feralia crimina flere.
Sed ne dira nouas ſegetes animalia carpant,
Profuit interdum medicantem ſemina pingui
Palladia ſine fruge ſalu conſpergere amurca,
Inuataue aris nigra ſaturare fauilla.

Senſus eſt trium priorum carminum ſeiunctus a ſuperiori ſententia: Melampodem Amythaonis filium ſuffixiſſe cruci noctuas, & has aues nocturnas & inauſpicatas, vt quæ colonis mala portenderent

derent, in se ipsas in omne recideret. Id superstitiosa vetustas putauit amuletum esse dirarum, quas hæ volucres ominosæ portendebant. Huic sententiæ succinit Apuleius libro tertio de Asino aureo sic ferme scribens: *Quid quod istas nocturnas aues cum penetrauerint larem quempiam, sollicite prehensas foribus videmus affigi, ut quod infaustis volatibus familiæ minantur exitiū, suis luant cruciatibus.* Lucio Palladius suffragatur ita scribens: *Contra grandinem multa dicuntur. Panno russeo mola cooperitur. Item cruenta secures contra cœlum minaciter leuantur. Tum omne horti spatium alba vite præcingitur, vel noctua pennis patentibus extensa suffigitur.* Subdit Columella multos esse sedulos agricolas, qui *amurca* semina conspergunt. *Palladiam* vocat a *Pallade* olei inuentrice, ex quo fit *amurca*. Ceterum per *amurcam* sine fruge salis, describit sedimentum olei, quod peculiari nomine vocatur *amurca insulsa*. Scimus enim idem esse *amurcam* sine fruge salis, & *amurcam insulsam*. Plinius hanc *puram amurcam* vocat lib. duodeuigesimo, qua dicit medicari semina cōducibile exīstere. Sed quoniam ad *insulsa amurca* mentionem stylum vertimus, eiusdem Columellæ codicem maculosum emendare nō erit inseriū, libro namq; secundo sic passim legitur: *Alii hac eadē aqua vel amurca infusa, cum cœpit infestari seges, perfundunt sulcos, & ita noxia animalia submouentur.* Tu corrige *amurca insulsa* dispūcta, priori adulterina voce, *infusa*. Hæc verba subiicere libuit fulciente auctoritate prisci codicis, qui fuit multiscii viri Andronici Bononiensis, liberalium scientiarū professoris. Nec ab ipso Columella dissentit, qui nō semel hanc dictionē vsurpauit. Sed vt ꝙ nunc ad manū & in promtu exemplū est addā, sic scriptū reliquit lib. 6. *Adiuuanda est*, inquit, *amurca insulsa cum sulla vel nostra vrina vetere.* De hac *insulsa amurca* meminit & Palladius. Per sequentem versum Columella docet *erugine* siue *faligine* agrum complendum, quæ animalibus nocuis obstar vt culicib. ꝙ & ipse in libri duodecimi calce sic monet: *Quæ statē ista foret, caueat ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia. Id quoque vt vitetur pulue, qui supra cameram inuenitur, vel etiam fuligo, qua supra focos tecti inhæret colligi debet.* Palladius quoq; hoc cōfirmat lib. primo. Quod subdit non supinore cura prætereundum:

Profuit & plantis latices infundere amaros,
Marrubii, multoq; feri contingere succo.

Lego: *multoq; sedi contingere succo.* Hoc ipse Columella lib. duodecimo fulcit his verbis: *Veteres quidem auctores, vt Democritus, præcipiunt semina omnia succo herbæ, quæ sedum appellatur medicare, eodemque remedio auersus bestiolas viti, quod verum esse nos experientia docuit.* Plinius vero decimooctauo: *Democritus succo herbæ, qua vocatur aizoon in tegulis nascens tabulisue, Latina vero sedum aut digitellum, mixta seri iubet omnia semina. Aizoon enim dicitur Græce herba, tanquam semper viuentem viriditate*

perpetua dicas. Palladius Latinam dictionem vsurpauit sic prodens: *Cõtra eruca femina quæ spargenda sunt, semper eruca succo madefiant vel erucarum sanguine.* Sed & pati non possumus strumosum carmen & vnica litera immutata *totoum* male circunferri in his versibus paulum supra positis:

Pressaq; flammeola rumpatur fiscina caltha
Mercibus vt vernis dives Portumnus abundet,
Et titubante gradu multo madefactus Iaccho
Ære sinus gerulus plenos grauis vrbe reportet.

Carmen secundum sic emenda meo quidem periculũ. *Mercibus vt vernis dives Vertumnus abundet.* Columellæ sensus est, hortulani accingant se ad calathos rosis & caltis implendos, pomis onerandos & reliquis fructibus, vt his vernis mercibus *Vertumnus* Deus, fori habitator, *pomonæ amator*, abundet, quibus mercibus in foro apud *Vertumnum* diuenditis, grauis ære ex vrbe Roma redeat manus agricolarum. Primis floribus hic *Vertumnus* coronabatur, inde nomen adeptus, quod primis muneribus *vertentis* anni donabatur, seu quod rebus *vertendis*, hoc est distrahendis præerat, seu quod *vertit sudem*, & relicta patria Hetruria Romam secessit, seu quod in varias similitudines sese *verteret*. Propertii versus ex libro quarto præsenti expositioni subscribentes, si quis desideraret annexui: *Vertumnus* loquitur:

Prima mihi variat liuentibus vua racemis
Et coma lactenti spicea fruge tumet.
Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna
Cernis, & æstiuo mora rubere die.
Insitor hic soluit pomosa vota corona
Cum tyrus inuito stipite mala tulit.

Ex his Propertianis verbis satis manifestum est, cur Columella cecinerit: *Mercibus vt vernis dives Vertumnus abundet.* Porphyrio *Vertumnum* Romæ sacellum habuisse scribit in vico Thurario. Vicus enim Thuratius appellabatur, vbi non tantũ thura, sed aromata omnia vẽdebantur, quas nouo vocabulo recẽtiores scriptores *species* appellant. *Vertumnalia* dies dicati Vertumno. Meminit & *Vertumni* sacelli Pedianus. Varro ferias *Vertumno* conseeratas scribit mense ferme octobri. In codice Columellæ litetis minutissimis exarato non infideli *Vertumnus* animaduerti scriptum esse, quod idem est ac si diceres *Vertumnus*: O in quibusdam & E inuicem cedentibus, vt *vortices* aquarum dicuntur cum tamen etymon deflexionemque teneant a *vertendo*. *Vortere* enim & *vertere* indiscriminatim dicimus. *Vorti* enim Lucretius, p *verti* dixit eo versu: *Vsq; adeo fit vti pueris videantur vbi ipsi Desierint vorti.* In hominem mutabilis animi & variarum sententiarum multicipem, sci. belluam, dixit Horatius. *Vertumnis quot quot sunt natus iniquis.*

De inuoluolo bestiola vites prærodente Columella rursus explicatus.

CAPVT

CAPVT XXXIV.

NOn deest suus nitor cum graui, copiosa, eruditaque facundia libris, quos Columella prosa oratione pedestrique stylo posteritati commendauit, sed non affabre leuigati, non exacte culti in lucem prodierunt, cuius rei vt indicium faciam, nota censoria hæc in medium protulisse libuit. Sic enim loquitur Iunius Moderatus libro tertio: *Genus est animalis volucra appellatur: Id fere prarodit teneros adhuc pampinos, quod ne fiat, falces quibus vineam putaueris, practta putatione, sanguine vrsino, linito.* In codice antiquitatis venerandæ legi non *volucra*, sed *voluola* a *voluendo*, scilicet, quod hic vermis *inuoluens* se frondibus illas amputat. Et hic erit, quem Plautus *inuoluolum*, Cato *conuoluolum* dictitarunt. Columella vero, nunc noua voce dicit *voluolam*. Vulgo *thaleatitium* Bononienses appellant, ab incidendis pampinis. Est enim priscum verbum *interthaleare* pro *incidere*, quo passim vtimur. Hunc vermiculum Græci peculiari dictione nominant *iulum*. Suidas Græcus interpres hæc super *iulo* tradit: *Iulus in vineis seu vitibus vermiculus, multipes hoc animal.* Significat & *iulus, lanuginem* in malis. *Est & in nucibus flos, iulus, & genus cantus Dianæ grati. Insuper gignitur & in quercubus hoc animal multipes & se inuoluens, quem iulum vocat. Et in Epigrammatis iulum pro lanugine pomi.* Sic enim illic scriptum est: ὦ ζεῦ εὐθήσουσιν ὑπὸ κεφαλὴ φοίτιν ἰοὺς καὶ ἐρεμβὸν, ἠνίων ἄρτι καὶ ἀβληλίας. φοῖδς δὲ ὑπὸ ἰλύκων πρῶτον χάρας. *Iulos* dicitur καὶ ὅλον ἔναι πυκνὸν, quod significat *ab esse totum densum*, & ab *illeq emitti*, cum sumitur pro *prima mala lanugine*. Plinius lib. 16. *Populorum folia grandissima lanugo Euolat, candida vt Iuli.* In alia significantia *iulus, piscis* est, qui præuius & dux itineris est *balenæ*, qui ab Oppiano ob id vocatur *hegeter*. Animaduertêdum tamen, *iulum* capiendo pro *vermiculo* non dissimilem esse, imo vt arbitror eundem illi, qui dicitur a Plauto *inuoluolus*. Cato a *conuoluendo* se in foliis & pampinis, *conuoluolum* dicit. Propterea crediderim quod *thaleas* & *pampinos* absumat, Bononienses *thaleatitium* appellare, vt iam dictum est, quod pampinos *interthaliet*, hoc est, absumat, siue a *thaleis*, quas prærodit nomen inditum. De hoc non semel Plinius meminit præcipue lib. 17. Ne fiat in vinea *conuoluolus*, Cato melle, bitumine, mixto & sulphure, docet circum capita vites vngi. Plautus hominem dolosum, lubricum, atque versutum ait imitari, nequam bestiolam *inuoluolum*. Est & vermiculus in frondibus habitans, quem Latini vocant *scraptiam*, vnde meretrices deformes sortitæ sunt nomen, vt *scraptitiæ* dicantur a Plauto. Varro lib. 3. de lingua Latina: *Diobolares* a duobus obolis. *Scenicola* a sceno nugario supple vngento. *Miracula* a *miris*, id est, monstris, a quo Actius ait personas distortas oribus *deformes mirones*. Ante nos ita percrepta & conuulsa circum ferebatur Varroniana verba, vt ex his nullus sensus elici posset. *Scraptia* subdit Varro, a vermi-

culo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus. De *Iulo* pro *lanugine* lib. Argonauticon secundo Apollonius: τοῖσιν ἔην διὸς υἱὸς ἐπ᾽ ἰχνοσυρῷσι ἰάλυς αὐτόλλων, hoc est, *Talis erat Iouis filius, summites Iulos succrescentes. Iuli* dicuntur *lanugines genarum.* Est & *Iulus* bestiola multipes, & *species eantus*, vt scribit Eratosthenes. In commentariolis in Nicandrum leges hæc: *Phalena bestiola alata, quæ ad lucernam volant similis est hocranocolaptes.* Hic & *cephalocrustes* dictus, qui in foliis perfici inuoluitur. Hunc innuit ita canens diuinus Poeta Nicander: τῷ ἴσελ᾽ ὑποτρίφυτῳ πετάλοισι, id est *huic similis, folio quem inuoluit Persicus acri.* Sed de *Iulo* vermiculo meminit vtique Nicander: οἱ δ᾽ ἄρα μοῦνοι καὶ ἰσελ᾽ ἀμφιδύτῳ ἢ δολόφρονες. Subdit interpres: *Iulus species vespæ vel vermiculi vocitati millepeda*, quæ verba me tenent ambiguum an *iulum* Latine dicam *inuoluolum* an *millepedam.* Viderint lectores industrii. Nihil de meo addam. Inter animalia *aptera*, quæ vertit Theodorus *impennata*, Aristoteles libro animalium quarto numerat *iulum*, quam Theodorus *millepedam* interpretatur. Ex his verbis Aristotelicis possemus in Columella pro *volucra* legere *inuoiucra*, siquidem illud *apteron*, hoc est, *inuolucre* nuncupat Aristoteles, tamen *inuoluolus* pennas habet, vt oculata fide conspeximus, nisi *inuoluolus* & *volucra* sint animalia distincta a Columella, tanquã *inuoluolus* sit ille, qui se vitium foliis intorqueat, *volucra*, qui aliis praditus incidit. Adiuuat, qui hoc putant, codex manu scriptus, qui Andronici Bononiensis, in quo sic legitur: *Genus est animalis inuolucre appellatur. An volucre in Columella legas, an volucra nihil differt. Prior tamen lectio aliquibus placet vt voluolus legatur. Quoniam volucre nomen est ad aptera, hoc est, impennata animalia, generale.* Ab *Iulo* prima, scilicet, *barba lanugine Iulus* Ascanius nuncupatus est, auctor Seruius. De *Iulo* in hoc significatu Plinius mẽtionem facit. Ab hoc *Iulo* gens *Iulia* cognationem deducit, siue a *Iulio Iulii Ascanii* filio, vt Pompeius atteitatur. Ouid. lib. 4. fastorum ab *Iulo* quoque referre genus Iulios sentiens ita cecinit:

Venimus ad felix aliquando nomen Iuli
Vnde Venus Teucres Iulia tangit auos.

Græci Poetice tamen nõ iunctim *Iulum* dicunt, vt nos solemus sed *Iulium* videlicet, ἰούλιον, prima breui nomine quadrisyllabo. Non putaui prætereundum cum fiat de *Iulus* mentio, elogiũ Christodori Poetæ Thebani, quod nos Latinum sic fecimus:

Iulius insigni radiabat imagine Cæsar,
Sæpe coronauit qui Romam hostilibus armis.
Ægida terrificum læua sustollit, at ipsa
Dextra quatit rutilum exsultanti robore fulgur,
Hic nouus Ausonius celebratur Iuppiter oris.

Certe differentia est inter *conuoluolum* & *volucram*, si Plinio credimus, qui lib. 7. cũ adhibeat medelam ad fugandum *conuoluolũ*, subdit

subdit diuersam ad volucram, quamuis in tritis codicibus legatur *voluocem*, aitq; hunc vites prærodere, quod non *conuoluolo* adscribit. Hoc erit illud animal, quod vulgo *thaleatitium* dicũt, nec immutandus erit in *inuoluolum* Columellæ codex. Ego colligo *inuoluolum* esse impennatum, vt *iulum Thaleatitium* esse *volucram* vel *volucre*. Nihil in Columella innouãdum, in Plinio nil mutes, nam a *volando volucrem* dicere potes.

Palladii ingenius elicitus. CAP. XXXV.

PAlladiũ multi grauẽ & eruditum auctorem indicant, sed a quo potius eruditio, quã doctrina debeat expeti. Alienũ sit in hac re iudicium. Nos exemplo Cæsaris non morosioris stomachi homines minime offendimur, si conuiuator oleum cõditum pro recenti apponat. Excutimus omnes schedas. Non malos imitatores æmulamur, quos *brutum pecus* vocat Horatius, qui solum Ciceronem perlegũt tanquã selectum deum, cereros, vt Tertulliani verbis vtar, tanquam *bubos reprobos abiicientes*. Faueo Ciceroni vt poteruditorum eloquentissimo. Illius sermonis nectarei felicitatẽ admirari non desino, non eo tamẽ fine vt ceteros explodendos ducã. Sed hoc iudicio cuiq; suũ dicẽdi modũ peculiaremq; stylũ a naturacõparatũ, & sicuti viridissimũ & a nœnissimũ prautm diuersicolori flore sit illustrius, ita Romanũ eloquiũ disparibus dicẽdi charactheribus exornatius splẽdet, quippe cũ singulo auctori dos sua domesticaque facundia natura sit innata. Sed hæc alias. In hoc ipso Palladio leguntur hi versus sciti certe & perelegantes:

Si velocis equæ pigro misceatur asello
Ardor, vt in sterilem res cadat acta gradum,
Facundumq; genus productus deleat heres,
Et sibi defectum copia prolis agat.
Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma?
Et decus externi floris adepta micet?

Palladii sensus est volentis, asserere insitionem arborũ cũ laudandam tum exercendã, quoniam illã rerum natura docuit esse vtilẽ. Si enim mortales experientia docti, & ipsa commoditate coniungunt asinũ equæ, vt inde paretur q̃dam tertia proles, hoc est mula, q̃ molli gradu delectat insessores, ꝙ cũ ita sit cur non ex arboribus pegmis tertiũ quoddã genus p insitionẽ excitabimus, in quo etsi parentis succus nõ reseruetur, habeat tamẽ quandã tertiã naturã, ꝓprietatẽ & dotẽ sibi peculiarẽ, q̃ sit, vsibus hominũ partim iocunda, partim cõmoda, sicuti mulis deest velocitas matris, & reseruatur tarditas patris. Sed mulas amamus, quoniã mediocritatẽ quãdã retinẽt inter velocitatẽ equę, & parẽtis brutã & stupidã ignauiã. Ego *rem* actã admissurã asini ad equã interpretor. Quis nescit *rem* capi ꝓ *venere*, habere *re cum aliqua, venerẽ patrare* significat. Vnde illud Ausonianũ in monosyllabis: *Imperium, litem, venerẽ cur vna notet res. Res acta* ergo sic expone *coitus admissus equini. In gra-*

dum ſterilem expono non *velocē, non pinguem, non ardentem*, ſed *ieiunum & tenuem*, degenerem a gradu generis equini, ex quo mula concipitur, ſed cadat in delicatum, mollem, & aneruem, quali vtūtur mulæ, quæ ſuauiter ſedentem geſtitant, infracto ſcilicet & retracto cum velociori tamen pedum explicatione glomerationeve. Greſſum talē Greci vocitant εὔδρομον curſus bonitate. Nos *tollutim incedere* dicimus equos aut mulas, qui quęve volubiliter & paſſibus delicatioribus incedunt. Equi vtentes hoc molli gradu, quoniam veniebant ab Aſturibus populis, dicebantur *Aſturcones. Tollutarios equos* Latini dictitant, a tollendis pedibus, & glomerandis. Vulgus *cunneas* appellat, reor quoniam ea dexteritate geſtitant, vt in cunnis nos mouere credamus. Sūt, qui hoc nomen vernaculum tractum a gente barbara teſtentur. Gradum hunc equi *tollutarii* delicatum eſſe quis neſcit, vel eo Plautino verſu ex Aſinaria: *Demam hercle de ordeo tollutim, ni vadizas.* Equum aſturconem Silius ita deſcribit:

Aut in concuſſo glomerat veſtigia dorſo.

Subdit Palladius *heredem*, hoc eſt, *mulam* delere genus *fœcundum*, hoc eſt, genus *equinum*, quoniam *mula* non gignunt vt equæ, quæ parantur ad prolem, ſed ab illis infœcundæ factę degenerant. *Productus*, in lucem editus. Si admouemus aſellum equę duntaxat delitiis ſeruiētes, & gradui molliculo, vt paremus nobis animal infœcundum, in quo eſt defectus prolis, cur non inſitionem amemus ex qua tertium genus exit *in dias luminis oras*, vt Lucretius inquit. Non tamen hoc genus tertium eſt infœcundum, ſicuti de mulis habemus, eſſe quaſdam mulas in Cappadocia quæ pariant, Ariſtoteles docet in libris animalium. Cauſſa cur muli nō gignant affertur hæc a Democrito, *quoniam meatus mulorum corruptos in uteris dicit, quoniam non ex cognatis principium eorum conſiſtit.* Empedocles mixturam ſeminum cauſſatur, quæ denſa ex molli vtraque genitura conſiſtat. Hos redarguit Ariſtoteles *lib. ij. de generatione animalium*, vbi menſtrua mulabus deeſſe tradit, ob hoc non gignere. Ex equo & aſina quoque Gynni proueniunt, cum conceptus in vtero ægrotauit: Eſt enim *Gynnus* idem, quod μινίχιος in porcis.

De menſura qua vocatur chœnica, Palladii codex emendatus.

CAPVT XXXVI.

EIuſdem Palladii verba ſubſcripſi cognitu non indigna: *Tunc diligenter tunſos & cretes habebis in vaſculo nouo, & cum voluerus tribus cadis vnam floris menſuram, quam Syri Chinicam vocant adicis.* Mendum eſt in his poſterioribus verbis. Non enim *Chinicam*, ſed Chœnicam legendum eſſe contenderim, videlicet, χοινίκη. Eſt enim hoc notiſſimum menſuræ genus, a qua tractum id vulgatiſſimum ex aureis Pythagoræ dictis, qui ſignificaturus prudentiam eſſe colendam dixit, *in Chœnice non eſſe fodendum.* Chœnice menſura eſt diurna auctore Diogene. Cum incidimus in aureis

reas Pythagoræ sententias, nõ erit inferium, illas congestim explicare, quæ sparsim leguntur. Primum est: *Cum veneris in templum adora, neque aliquid interim, quod ad victum pertineat aut dicas aut agas. Ex itinere præter propositum non est ingrediendum in templum, neque orandum, neque etiamsi prope vestibulum ipsum transieris. Nudis pedibus sacrifica & adora. Populares vias fuge. Per diuerticula vade. A melanuris abstine, terrestrium enim deorum sunt. Linguam imprimis coerce deum imitans. Plantibus ventis echo adora. Ignem gladio ne scalpe. Omne acutum abs te dimoue. Viro qui pondus eleuat auxiliare non tamen cum eo deponas. De rebus diuinis absq; numine ne loquaris. In calceos dextrum præmitte pedem, in lauacrum vero sinistrũ. Iugũ ne transilias. Cũ domo decesseris ne reuertaris, furia n. cõgredietur. Ad solẽ versus ne meies. Aduersus solẽ ne loquaris. Oleo sedẽ ne abstergito. Super chœnicẽ sine modiũ ne sedeas. Animalia recuruis vnguibus ne nutrias. In via ne scindas. Annulum ne feras. Dei figuram ne insculpas annulo. Ad lucernæ lumen ne te in speculo contempleris. De diis rebusque diuinis nihil tam mirabile, quod non debeas credere. Risu effuso abstine. Iuxta sacrificium ne incidas vngues. Dextram ne admoueas facile iniicias. Stratis surgens, collige ipsa, figuramque confunde. Cor ne vores. Cerebrum ne edas. Capillorum & vnguium superfluitates postquam abscinderis, pessunda. Rubrum aliquid ne suscipias. Olla vestigium in cinere confunde. Aurum habenti ne hæreas in filiorum generatione. Honora imprimis figuram & aram. Fabis abstine. Herbam maluaceam fere, nec tamen edas. Hirundinem domi ne recipias. Ab animalibus abstine.* Fugare docet omni studio, vniuersisque machinamentis, ferroque ac igne abscindere a corpore morbum, a victu luxum, ab animo ignorantiam, domo discordiam, ciuitate seditionem, ab omnibus denique intemperantiam. Explicatur multa Pythagorica inuoluera his verbis Plutarchi: *quæ ingrauescere habent caudas gustari non oportere*, hoc est, *cum hominibus consuetudinem habendam non esse, quos morum depranatio ipsa denigrauit. Iugum stateramque ne transcendere*, id est, *plurimi iustitiam facere oportere. Angustum non gestabis annulum*, quoniam *ita vitam, vt eam ne vinculo distringas, exercere debebis. Ignem ferro scalpi minime*, hoc est, *irritandum non esse furentem. Cor non comedes* qd aliud insinuat quam *ne animum offendas solicitudinibus eum sua cura conficiens. Abstinendum a fabis*, quod *in re ciuili versari non oporteat.* Fabis enim priscorum suffragia ferebantur, quæ finem principatibus attulerunt. *Cibos in scaphio non esse ponendos*, significat *improbum hominem ad vrbanes non admitti oportere sermones, aut vllæ virtutis studia.* Cogitationis namque cibus est, & cum ratione studium & sermo frugi, quem impurum ac sordidum reddit improbitas, haud retrouerti, *qui ad continentem proficiscuntur*, id est, *quibus moriendum est cum proximum vitæ terminum intuerentur, facile ferant, neque mœrore deprimentur.* Multa quoq; Pythago-

rx symbola circumferuntur, sed ego grauissimis auctoribus innitor. χρίκις, τριχρίνικ & καὶ μιδιμν & inter τῶν ἐρχαλίων χωρικῶν ὀνόματα referuntur a Iulio Polluce.

Quid significet illud Palladæ prouerbium Crotone sanius est, & de Zizyphis.

CAPVT XXXVII

PAlladæ Græci scriptoris cultissimum verbis Græcis epigramma huiusmodi legitur.

Οὐκ ἀλόγως ἐν δίζυφοις δύναμίν τινα θεᾶσθαι
Εἶναί φην. χθὲς γοῦν δίζυφον ἐν χρονίῳ
ἡπιάλῳ κάμνοντι πεπειθὼν πιεῖν φάρμακον
καὶ ῥᾳστον παῖδος εἶδα κρείττων ὑγιής.

Scribit festiuissimus Poeta se manifestariam vim, & prope diuinam animaduertisse in *dizyphis*, cum enim laboraret febri quartana insperssisse *dizypha*, & subito conualuisse, factumque se esse robustum & sanum vt *Croton*. Quid exprimere voluerit per *Crotonem* dubitant viri Græcarum literarum principes. Audiui quosdam asserentes per *Crotonem* intelligi *Milonem* illum Crotoniatam luctatorem famigeratum, qui robore corporis & firmitudine omnes excelluit, vt Poeta ex insperssione *dizyphorum* tantas vires sibi comparasse testetur, quantis *Milo Crotoniata*, prævaluit. Ceterum subfrigida Græci Poetæ videatur explicatio, si per *Crotonem* nomen vrbis, hominem municipem capiat, non aliter, quam non competeret, per *Bononia* nomen *Bononiensem* quempiam indicare, nomine proprio suppresso, & patriæ expresso. Ego Latinus interpres pace Græcorum dixerim, Epigrammatis huius nodum explicaui per id tempus Mediolanum incolens. Asserui Pallada innuere priscum prouerbium, quod sic dicitur, *Crotone salubrior*. Proferebãt hoc de ciuitatibus siue hominibus fidelissima valetudine fruentibus, qua maxime pollebat *Croto* Ciuitas Italica, cuius fines sunt post *Scylacium*. Ex hac temperie cœli, qua inprimis florebat *Croto* viros habuit in vsu armorum præstantissimos. Nec paruam exercendis athletis operam dedit In vnius igitur Olympiadis ludis septem viri, qui ceteros studio superarunt *Crotoniatæ* fuere omnes. Iure itaque dici visum est. Qui *Crotoniatarum* postremus est, is reliquorum Græcorum primus est. Vetus hoc prouerbium: *Crotone salubrius*, inde orrum esse ferunt, quia locus ipse ad salubritatem, & bonas habitudines propter athletarum multitudinem plurimum conferat. Plurimos igitur ad Olympia victores id est Olympionicas habuit, licet haud tempore multo habitata, cũ tantus virorum numerus ad Sagram ad internecionem ceciderit. Ad eius gloriam accessit ingens Pythagoreorũm cœtus, nec non athletarum celeberrimus *Milo*, & Pythagoræ discipulus, qui ea in vrbe multũ contriuit temporis. Fama est, columna quandoque in philosophorum contubernio laborante, Milonem subeuntem, saluos reddidisse vniuersos,

niuersos, deindeq; se ipsum extraxisse. Quo mẽbrorum robore fretũ vitæ subuersionẽ offendisse. Haud incredibile duxerim, ꝙ scriptores tradidere. Ferũt igitur cũ profundam, densamq; per syluam iter faceret, longe a tramite deuiasse. Trũcũ deinde ingentem adactis, cuneis inuenientẽ insertis manibus pariter ac pedibus in scissuram eius hiantem, vt penitus discinderetur esse conatum. Tantũ autem solummodo valuisse vt exsilirent cunei, ligni vero partibus statim se coeuntibus, derelictum in eius generis laqueo, a feris deuoratum fuisse. Hæc Strabo libro sexto Geographię. In secũdo Europæ sinu Crotonem Plinius enumerat. Ouidius lib. 15. metamorphoseon scribit Micilum Alemonis Argis oriundum in somnis ab Hercule admonitum, patriam relinqueret, & Æserem fluuium peteret, & Tarẽtum condidisse. A Crotone vero Herculis hospite nomen vrbs sortita. Prouerbium Græcum hoc est, ὑγιαίτερος κρότωνος, hoc est, *sanior Crotone*, de his, qui longo tempore incolumes sunt. Meminit huius Menander in Locris. Non exploratũ habuit huius interpretamentum prouerbiorum auctor, aut codex, quod vero propius mendosus est. Amplius vitiosum codicem credo Palladæ, in quo δίζυφον scriptum est, corrigendum arbitror ζίζυφον, vt de arbore notissima intelligat, quam insubres *Ziziuerinum*. Bononienses vero *Zizilum*, cuius fructu tanq̃ emplastro vsus est Palladas contusis *Ziziphis*, siue cremore *ziziphorum*, & succo ad leuandam febrim, ꝙ & hodie in *ptisana* obseruant. De *Ziziphis* hæc Plin. libr. 15. na. hist. *Æq; peregrina sunt Zizipha, quæ & ipsa non pridem venere in Italiam ex Syria.* Sextus Papinius, quem consulem vidimus, primus hæc attulit diui Augusti nouissimis temporibus in castrorum aggeribus sata, baccis similiora quam malis. Sed aggeribus præcipue decora, quoniam & in tecta iam syluæ scandunt. Erit igitur hic Poetæ sensus, inspergine *Ziziphorum* Syriacorum pristinum robur, extersa febri, recepisse, vt salubrior factus sit ipsa *Crotone*, qua (vt prisco inualuit adagio) nihil est salubrius, quæ ob salubritatem suam ingenia florentissima procreauit & corpora robustissima.

Οὐδὲ ἀρχὴν Græcam dictionem ab Angelo Politiano non recte Latina interpretatione donatam.

CAPVT XXXVIII.

ANgelus Politianus vir memoria nostra virtutum cumulo stipatus omni ad literas Græcas tanto studio, & animi ardore ferebatur, vt hos Græculos *vpupas* potius quam *alaudas*, sordidissimi enim sunt & circumforonea mendicabula; reliquerit, despexerit, antecelluerit. Sed quo dii boni nitore, quo pondere, quo examine versus Græcos pronuntiauerit & ex tempore quandoque cuderit supra fidei captum erit, si ausim prædicare. Sed vir ille in literis Græcis primi nominis non ex omni parte venerem trãsmarinam degustauit. Sapit enim quandam peregrinitatem in paucis, ex quibus hoc exẽplum posui. Cũ ferretur acriter in

Domitium virum doctissimum, perperã rhinoceronta apud Martialem interpretantem, Pausaniæ verba in Boeticis, cum Latina interpretatione subiunxit: ὅταν, φησιν, ἐπ' ἄκρα τῇ ῥινὶ ἐν ἑκάστῳ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδὲ ἀρχὴν κεράτα ἐστιν. *Quoniam*, inquit Angelus, *illis in summa nare, singulis vnicum cornu. Tum aliud supra non magnum. Verum in capite ne initio quidem cornua.* In his verbis vltimo loco subest error non mediocris: *hoc est in his, verum in capite ne initio quidem cornua*, οὐδὲ ἀρχὴν sumsit minus eleganter pronuntiatum esse a Pausania pro eo, quod est *in initio*, cum significet idem quod *nequaquam*. Est enim additamẽtum ἀρχὴν sicuti nos dicimus, *nec vtiq; neutiq;*, perinde Græci οὐδὲ ἀρχὴν dicunt pro *nequaquam*, qua figura loquendi Callimachus vtitur, & vt nunc apparet, Pausanias, qui excultissimi & perinde eruditissimi styli fuit. Græci quoque Grammatici in hoc significatu dictionem hanc capi, conspiranter annuunt.

Calpurnii carmina de spectaculo Cæsaris enucleata, & quæ fuerit silua Thalæa.

CAPVT XXXIX.

INcidi nuper in poema *Calpurnii*, sic enim malo quam *Calphurnii*, nomine Pisonibus hoc indito a Calpo Numę filio, vt Porphyrio tradit, huius poetæ versus quantam doctrinam præ se ferant, cuiuis vel mediocriter erudito licet animaduertere:

Hic niueos lepores, & non sine cornibus apros:
Manticoram syluis etiam quibus editur Alcon,
Vidimus, & tauros, quibus aut ceruice leuata
Deformis scapulis torus eminet, aut quibus hirta
Iactantur per colla iubæ, quibus aspera mento
Barba iacet, tremulisq; rigent palearia setis.

Scribit Calpurnius se in Cæsaris spectaculis multiformia & miranda animalia deprehendisse imprimis *lepores albos*. Exponunt nonnulli *cuniculos*, qui maxime falluntur. Sunt enim *cuniculi* diuersum genus a *leporibus*, qui multifarii reperiuntur. In alpibus, candidi sunt, quibus hybernis temporibus pro cibatu niuẽ credũt esse. Auctor Plinius lib. 8. de his nimirum Calpurnius intellexit, nec ab re niueos vocauit, quando albi sunt, & niue delectantur. Item Iulius Pollux li. 5. auctor est esse *albos lepores*. Quod vero subdat se in arena conspexisse *apros cornigeros* ad illud referri debet, quod tradi solet a naturalibus auctoribus. In India cubitales dentium flexus geminos ex rostro, totidem a fronte ceu vituli cornua exire, hos dentes in longitudinem cornibus similem exeuntes *cornua* Calpurnius appellat *Manticora* vero est animal, quod in Æthiopia nasci Cresias prodidit triplici dentium ordine pectinatim coeunte, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigentem. Vocis, vt si misceatur fistulæ & tubæ concentus, velocitatis magnę, humani corpo-

corporis vel præcipue appetentē. Hanc hominum sermones imitari auctor est Iuba. De *Alce* Plinius sic: *Septentrio fert & equorum greges, ferorum sicut & asinorum. Asia & Africa præterea Alcenni proceritas auriū & ceruicis distinguat iumento similē.* Per *boues*, quibus *toris deformis eminet scapulis*, intelligit *tauros Syriacos gibbosos*, quibus *torus*, hoc est, gibber est in dorso. *Carici* quoq; in parte Asiæ fœdi visu, tubere super armos a ceruicibus eminente, laxatis cornibus, excellentes in opere narrantur. Ceteri nigri coloris candidiue ad laborē damnantur. Per *tauros iubatos*, bisontes intelligit siue *bonasum* in Pannonia frequentem, qui præditus est equina iuba, cetera tauro similem. Cum vero inquit: *Quibus aspera mento barba iacet* siue *riget, tauros ferocissimos* intelligit generaliter *& syluestres*, & fortassis *vros*, qui excellenti vi & velocitate præstant, hos fert Scythia, quos *agrestes* vocat in Georgicis Maro. Illos *barba* insignitos tradit, quoniam id specimē generositatis euidentius & aptius, quo pluribus pilis abundāt, & præcipue si sunt setosis auribus. *Palearia* setis inhorrescere bobus agrestibus autumat ad ferociam illorum demonstrandam. *Palearia* cutem vocamus e bouis collo dependentem. Reperio singulari numero in Seneca Tragœdiarū scriptore, *palear palearis*. Signa nobilitatis in vacca sunt *prolixa palearia*, vnde Maro cecinit. *Et crurum tenus a mento palearia pendent.* *Cartilaginem* defluam e collo galli gallinacei, Columella *paleam* dictat. Bononienses *paleolum* in homine quoq; vocant. In eodem versu hic est dignus cura & examine perpensiore: *Diceris in silua iudex audisse Thalea.* Exponunt nonnulli *Thaleam syluam* pro *viridi* positum, quando omne *viride* Græci *Thalon* dicant, quare *virides* surculi, qui seruntur, *thaleæ* a Plinio ceterisq; nominantur, vnde verbum *interthaliare* vt autumat Varro pro *incidere*, quoniam hęc *thaleæ* incisæ plantantur. Solertior tamen & acutior expositio est, interpretari *Thaleam* syluā, per deriuationē a *Thalea*, multis *Thaleis* & ramis lauri consitam, quæ sylua erat Cæsarum lauro plena Apollini dicata, propterea laudes Cæsaris & Apollinea carmina tradit Calpurnius recitata fuisse in sylua *thalea*, loco scilicet ꝓpter laurū Apollini & Cæsari gratissimo. Quæ vt plenius accipias Plinii verba subscripsi libr. 16. Sed & circa diuum Augustum matrimonii euenta eius digna memoratu. Namque *Liuiæ Drusillæ*, quæ postea *Augustæ* nomen accepit, cum pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gręmium illæsam, intrepideq; miranti accessit miraculum, quoniā teneret rostro laureum ramū onustum suis baccis. Conseruari alitem & sobolē iussere aruspices, ramumq; eum seri ac rite custodiri. Quodq; factum est in villa Cæsarum, fluuio Tiberi imposita iuxta nonum lapidem *Flaminea via*, quæ ob id vocatur ad *Gallinas*, mireque sylua prouenit. Ex ea triumphans postea Cæsar laurum in manu tenuit, coronamq; in capite gessit. Ac deinde imperatores Cęsares cuncti. Tra-

ditusq; mos est ramos, quos tenuerũt inferendi, & durãt syluę nominibus suis discretæ fortassis. Ideo mutatis triumphalibus, inferius, libro proximo Plinius tradit: *propagine seri laurum, triumphalem thaleatantum*, vbi *triumphalem* vocauit hanc, qua loco *triumphalis* triumphaturi Cæsares vtebantur.

Multa in Apuleio enarrata. Quid per asinum Cappadocem intelligam
De asino claudo, qui est apud inferos. De Isidis sistro & cymbio non-
nulla scitu digna. Quid per potionem sacram sit intelligendum. De lapide praconis.

CAPVT LV.

LVcius Apuleius Platonicorũ eruditissimus, quem eloquentissimũ censet Augustinus. Quidam meri Mydæ hunc eleuant: sed hi doctos alba linea metiuntur, & magnis nominibus allatrãt; Indiget hic castigatione limatiore in quamplurimis locis, idq; lib. 8. de *asino aureo* his verbis: *Is nimio præstinandi studio præconem rogat cuiatis essem. At ille Cappadocium me & satũ forticulũ denuntiat.* Nonnulli referunt hoc ad prouerbiũ vulgare, quo cauillãtes cum aliquem dolosum & veteratorem imo deterrimum significare volumus, illum Cappadocium esse dicimus, quoniã prouerbũ Græcum τρία κάππα κάκιστα hoc est, tria *Cappa pessima*, de *Cilice*, *Cappadoce* & *Cretensi*. Verum enimuero iocus Apulei in hanc sententiã vix trahi potest, quoniã si p *Cappadocem* nuncuparet se *vitiosum* & *deterrimũ*, absterreret potius emtorem, q̃ inuitaret. Temerarius enim non est, sed furiosus & prorsus extra mentem, qui venui subiiciens iumentum, id emtori calcitrosum profert & vitiosum, cum potius vendendi cupidus, ludat eo ludo, iocetur eo ioco, qui futurus sit sibi non dispendio, sed vtilitati. Ego hoc refero ad nobilitatem equorum, quibus Cappadoces abundauerunt, vt Cynœdus ille semicanus & Cincinnatus auctionabundus asinum emtori hyperbolice dicat non solum esse bonum asinum, sed & generositatis equos equipertanis, & eos nobilissimos quales erant equi Cappadociæ, qui fingebantur orti ab Argis, vel Argei a Cappadocibus. Scimus enim auctore Horatio Argos nobile equis haberi, de quibus equis Cappadociæ sic meminit Claudianus:

Delectus equorum,
Quos Phrygiæ matres, Argeaq; gramina pasta
Semine Cappadocum sacru præsepibus edunt.

Quid si probo Cappadoces equos ab Agrigentinis profluxisse? qui omnes bonitate reliquerunt. Seruius in expositione illius carminis Vergiliani libro 3. Æneidos;

Arduus inde Agragas ostentat maxima longe,
Mœnia magnanimum quondam generator equorum.

Secundum Pindarum quondam Agrigentini equos ad agones Græciæ mittebant qui inde victores reuertebantur. Legimus etiam illud, cum in Cappadocia greges equorũ perirent, Delphici Apol-

ei Apollinis responso adduxerũt greges de Agrigento & reparauerunt meliores. Idem auctor lib. 5. multa ex ritu Ægyptiorum explicaturus. q̃ ad Tartara translata sunt, quoniã Ægyptios astrologi dicunt si referantur, ad computationẽ sphęricæ globositatis antipodas esse, sic infit: *Iamq; confecta bona parte mortifere viæ, cõtinuaueris claudum asinum lignorũ gerulam, cum agasone simili, quin te rogabit decidentis sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei.* Corrigendus est codex inuulgatus, & legendũ *funiculos*, ex Diodori verbis, hoc est, *breuem funem*, quem ipse ad colligãda ligna nodare volebat. Diodorus huic nostræ interpretationi sic scribens adstipulatur: *Asini etiam ficti fabula monstratur in quadam celebritate. Nodos enim quos vnius in principio longioris funis complicat, alii post sequẽtes dissoluũt.* Quod si *fusticulos* legere malis, *ligneola* interpretare, quibus cõuolutis funis adstringitur, & pondus cohibilius aptatur asino clitellario. Idem libro vndecimo *Iunonem* originalem deam sub *Venerie & Isidis cognomine* describens, facit dextra manu *sistrum* gestare, læua vero *Cymbium*, hoc est, *vas vinarum*. Caussam dum anxie requiro, Seruium sic loquentẽ comperi: *Cleopatra tantũ sibi assumserat, vt se Isim vellet videri. Isis autem est genius Ægypti, qui per sistri motum quod gerit in dextra, Nili accessus recessusq; significat, per situlam, quam sinistra retinet ostendit fluentiam omniũ lacunarum. Isis autẽ lingua Ægyptiorum est terra.* Quod *Cymbium* Lucius dictitat, Seruius Latine *situlam* vocat. Est enim *situla* vas aquarium, cuius diminutiuum *sitella* est, primitiuum vero *sitia*. De hac multa tradidimus in Plautinis commentariis. Nec hebetioribus indiget, sed lynceis oculis, quod ab eodem traditur sic libro secũdo Metamorphoseon: *Peragrata cuncta Thessalia fuscis auibus ar Lissam accessi, ac dum singula pererrans tenuato admodum viatico pauperiei meæ fomenta conquiro, conspicor medio foro procerum quendam senem, insistebat lapidem.* Ego propemodum puer olim cum publice Mantuæ literas ingenuas docerem, nonnullis annotationibus editis locum hunc explicaui, cum Apuleio corrigendo intenderim, in quo tanq̃ heros in clypeo gloriari possum, me primũ hunc auctorem ex tot Italiæ professoribus publico auditorio Bononiæ, dein Mantuæ, interpretatũ esse. Qui nam sit ille *præconis lapis*, ex quo veluti de *podio* editissimo & specula eleuatiore *præco* ad populũ pronuntiabat, rarenter inuenies qui tibi explicent. Ceterum ego comperior in foro Romano *lapidẽ sublimiorem editioremq;* fuisse, ex quo *præco* populum alloquebatur. Ab hoc ritu Romano fusius euagatum est, vti loca editiora omnia, de quibus *præco* buccinat, *lapides* appellẽtur, quemadmodum *carcerem a Romano remotum* pro quocumq; *carcere Tullianum* Lucius appellauit. De hoc *lapide* Plautus intelligit ita loquens in Bacchidibus: *O stulte stulte nescis nunc vendite. Atque in eo adstas lapide vbi præco prædicat, quippe venali-*

bus mancipiis, obaratis, decoctoribus, & noxiis voce præconis solitis ex eo lapide adiici. Columellæ huic sententiæ suffragantis subscribentisque verba sunt hæc ex libro 4. agriculturæ: *Quæ vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium posse comparari putant.* De hoc lapide meminit in oratione contra Pisonem Cicero sic: *Deme cum omnes magistratus promulgassent, præter vnum prætorem, a quo non fuit postulandum fratrem inimici mei, præterque duos de lapide emtos.* Pedianus, qui Tullianas orationes commodissime interpretatus est, sic enarrat: *Duos tribunos, quos de lapide emtos ait, quia mercede id faciebant.* Hoc Asconii interpretamento pensitato & diligēter animaduerso suppeditatus est coniectandi locus, in foro videlicet Romano lapidem fuisse, iuxta quem *fractio, distractio* & *permutatio* venalium rerum fieri consueuerat, & apud quem *hastarium*, vt obiter vsurpem Tertulliani verbum, Romani faciebant. Ego in Plautinis commentariis hoc addidi, Athenis Atticis fuisse, *lapidem* elatum, a quo omnes tales lapides appellationem sortiti sunt. Nonnulli inuidiuli, qui, quorum æmulationem desperant, eorum affectant simulatrem, hoc aiunt somnium esse, nisi auctorem tanquam *scutum Aiacis* protendam. Audi igitur, quæ Pausanias Græcus auctor tradit, cum de iis, qui ad Atticam spectant meminit: *Apud Areopagum Palladis Martiæ ara visitur, quam ille absolutus constituit. Saxa quoque argentea, in quibus rei omnes accusatoresque consistunt, alterum imprudentia, alterum contumeliæ nuncupant.* Hæc Pausanias. Ab his saxis argenteis, in quibus noxii sistebātur, *lapis* iste Romanus & ille Apuleianus originem habuerūt. Illis vrebantur ob Martis exemplum, qui reus cædis, illis accensis exemtus fuit a iudicio. Quid multa refero quæ in hoc auctore primus enarrauit? imprimis illum *oculum iustitiæ* nominare, quoniam in hieroglyphicis literis *oculus*, *iustitiæ seruator*, interpretabatur, quod si *oculus*, *seruatorem iustitiæ* significat, ab hoc exemplo literarum sactarum Apuleius inuocat *oculum iustitiæ* & testatur, quoniā sit *oculi* significare *iustitiæ seruatorē*, quare, qui aliter sentiūt, nihil sentiūt. Hic n. inuocat *oculum iustitiæ*, vt *custodē, & corporis defensorem*, quem nouit non ob aliam caussam in sactis literis sculpi nisi quod *iustitiæ* acribus *oculis* intuetur. Si *seruator iustitiæ* per *oculum* significatur, non ob aliam caussam hoc fit, nisi quod iustus omnia intueri acriter debet, & *oculatissima acie* profunda rimari. Igitur *iustitiæ* p *oculum* figurabatur. Si *seruator iustitiæ* per *oculum* denotabatur, non video quomodo *oculus* seruatorem iustitiæ significet nec tamen *iustitiæ*. Hinc n. *oculus iustitiæ* trahit originē, qui significat hominem *iustitiam seruantē*, Sicut Socratē qui dicit, hominem dicit. *Oculū iustitiæ arbitrum & vindicem* nuncupat Marcellinus libro 29. Idem sentimus fere, sed ego appellationis *oculi iustitiæ* alterius caussam repeto. Si *iustitia* est *acribus oculis* prædita, *seruator iustitiæ* acribus *oculis* erit, *iustitia* ergo *oculus*, inde vocabitur. Nec

obstat

obstat Diodorum scribere *oculum seruatorem iustitiæ* signare, cum idem sit & *iustitiam* significare, & *iustitia seruatorem*: Exempli gratia si *manus, liberalitatis seruatorem* indicat, videbitur quoq; *liberalitatem* indicare. Sed hæc video potius eludi q̃ vitari. Præterea in operis huius vestibulo cum sic ait: *At ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram, aureq; tuas benevolas lepido susurro permulceam, modo si papyrum Ægyptiam argutia Nilotici calami inscriptam non spreueris inspicere.* Puto ego *papyrum Ægyptiam* genus dicendi *molle & lasciuum* significare, qua mollitate male audiebant Ægyptii, quam ob rem Varroni *cunopitici* libidinosi sunt. *Argutiam* vero *calami Nilotici*, *elegantiam argutam & leptidam* charactere, quem peculiariter stylum Niliacum vocabant. Conuenit cum superioribus, vbi pollicetur. *Milesias fabulas* nunc *Ægyptias* pedestri [illegible] oratione *lasciuas*; & dulcia poemata *modis Niloticis*, hoc est, obscænioribus compositâ, de quibus Ouidius intellexit libro tertio de arte amandi sic canens:

Et modo marmoreis referant audita Theatris,
Et modo Niliacis carmina lusa modis,

Paulo post cum sic ait: *Ego denique vesperna dum polenta cæsata mordico securius offulam grandiorem* Scribo ex priscis exemplarib. *vesperna*, hoc est, in *vesperna*, quæ vox nouatori verborum Apuleio conuenit. *Vesperna* prisci cœnam dictarunt, quod *vesperè* sumeretur ad prandii differentiam. Idem lib. decimo: *Quo conspectu simulatur necessaria præcordia leniendis, bilique subtrahenda illa prænobilis potio, quam sacram doctiores nominant.* Qui sint hi doctiores, qui de *potione sacra* meminerunt, imo quæ sit ipsa *sacra potio* ignoratum est diu. Illa de qua Plinius non tacuit *aurea potio*, super qua nobiles medici multa, & *rhubarbarum* siue *ponticum*, quod inter *benedictas* siue nullum habentes virtus connumeratur, ad hoc propositum non facit, quia etsi *benedictam* quam medici vocant, possit iste *sacram* vocare, cum *benedictis* tamen medici coniungunt, quæ non pro vltima medicina porriguntur. Nec *sacra* dictio apud medicos, cum *benedictis* congruit, quod insulsum est credere præsertim, cum *sacrarum medicinarum* & *benedictarum* apud idoneos, imo omnes medicos, sint capita diuersa. Ego apud Lucium *sacram potionem* intelligo *solutiuam sorbitionem* siue medicinam, q̃ Græci ἱερὰν μαγὴν vocant. Nec inepte asseres Apuleium per sacrã ἱερὰν μαγὴν Galeni significasse, quæ, vt tradit Melue, siue Moses vt nonnulli malunt, *est medicina sublimis, in qua aggregantur operationes nobiles.* Est enim attenuatiua & resolutiua materiarum malarũ, immodicarum, & viscosarum, & exsiccatiua earum, quæ imbibitæ sunt in meatibus & angustiis, sicut imbibitur in spongia, & spicitur ab ea solutio bona, & conueniens & est calefactiua & apertiua oppilationum & abstersiua. Quidam faciunt *trochiscos* cum aqua *bidelii* & *dragæ*, & virtus quidem huius medicinæ asserenti-

uamenta multa experta ad ægritudines capitis, stomachi, epatis, & iuncturarum, renũ, matricum & membrorum frigidus, & educit humiditates generatas in eis & putredines. Cuius permixtio docetur a Mesue. Si nõ ad *sacram amaram* vis verba Lucii referre, quoniã duntaxat *sacram* nominat, nõ autem *amaram*, refer ad *sacram potionem* Hermæ, a qua exspectant medici fiduciam iuuamentorum & expertorum. Est & *sacra* Archigenis. Est Mosis quoq; *hiera*, quæ proculdubio medici *hieram* medicamina dicunt, quasi *sacra* & prope diuina ope auxiliantia. Hoc superaddendum est, quoniam anguilla semper elabitur, cum *hieram* siue sacrã nominamus, debere nos intelligere de *hiera* Gal. quamuis multæ sint *hiera*, Ruffin. sc. Hermæ & ceterorum. Præterea hoc aduerte *rhubarbarum* siue *rheubarbarum* nullo pacto posse inter *sacras potiones* numerari. Quoniam *sacrã potiones* sunt mixtæ, *benedictæ* vero, inter quas est *rhabarbarũ*, simplices. Narrationi superiori de *oculo instituto* hoc adde, singulatim numero frequentius scriptores *oculum instituo*, quam *oculos* nominare. Quare videtur potius ad *figuram oculi* sacrarum literarũ referri, propterea Iulianus Poeta Græcus πᾶν σκοπὸν ὄμμα λέγει, hoc est, *institia oculum cuncta aspicientem* nominat.

Quis auctor obscœni carminis. De elephantide Poeta. De Pselio & Culeo verba in priapeis explicata,

CAPVT XLI.

DVbitauerunt eruditi obscœni carminis, *cui priapeis* nomẽ inditum est, auctor ne Vergilius a pudore genuino Parthenie dictus, an potius Ouidius, prælicens in verbis oscis, auctor fuerit. Ego nec id Maronianum opus putem, nec Ouidianum. Sed diuersorum Poetarum, qui *Priapo* tutelari numini horti Cæsarei seu Mecœnatiani ludentes hæc pro captu moduloq; ingenii composuerint vario stylo, multiplici materia, subinde idem repetente. Poema iocosum nimis est, & lasciua verborum nuditate pudibundum, scatens tamen non mediocri & ea recondita eruditione, cuius rei versus hi fidem manifestam faciunt:

Obscœnas rigido Deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage, rogatq; tentes
Si pictas opus edat ad figuras.

Plerique omnes autumant meretricem fuisse *Elephantida*, qui figuras coitu pictas exscripserit, & hanc *Lalagen* Poetæ illas imitari. Ego Elephantida nomen Poetæ crediderim, qui iocosis carminibus numeros modosque concubitus intexuit, & cuius opusculo nunc *Lalage* coitus figuras exscribit, legendosque proponit, dicatos prius obscœno Deo. Fuerunt alii præter hunc Elephantida, qui modos coitus carmine docuerunt, quod ostendit Ouidius in libris tristium.

Nec

Nec qui compositi nuper Sybaritida fugit,
Et qui concubitus non tacuere suos.

Tranquillus in Tyberio de hoc Elephantide meminit. Demetrius Græcus se, de hoc elephantide legisse quædam mihi Mediolani retulit, qui Poeta fuit, non poetria. Sunt & hæc apud eundem Poetam digna scitu carmina:

Sed rudis hoc dominum toties audire legentem
Constitui, meraras ed dicis, notas
Psoleon ille vocat, quo nos Psoloenta vocamus,
Et quod nos culum culeon ille vocat.

Inducitur Priapus Poetam audiens dominum hortuli lectitantē carmina Homeri. Ait Priapus se audiuisse multas Homeri dictiones, quæ iniuriam pudori faciunt, si Romana lingua proferas, nec disconueniunt in significatione. *Psoleon* præputiū dicit at Homerus. Conuenit illud cum *Psoloente* fulmine. Est enim mentula fulminei impetus. *Culeon* vaginam dicit: verbū traduci potest ad podicem, quoniam sicuti vagina gladium, ita podex, honor sit aurib. honestis, penem accipit. Quare symbolicos & operte podicē Plautus eleganter parens vaginam vocat his, *Conuenieb at ne in vaginam tuā machera militis?* Carmen Homeri in prima Iliados Rhapsodia, vbi κληὶς pro vagina ponitur, hoc est. ἀψαὸ' ἐς κληῖδα θοὸν μέγα ξίφος ὤρσε. Sunt qui legunt. *Psoleon* ille vocat, quod nos *psoloenta cerasinon* hoc sensu. Homerus *psoleon vocat cerasinon* hoc est, fulmen, quod nos *psoloenta*. ψολὴν Græce mentula dicitur. Ludit in vicinitate dictionum Poeta. Hanc tamen veriorem interpretationē puto. Homerus *psoleon* vocat *cerasinon*, hoc est, *fulmē*, vt interpretatur Suidas cito corrūpens, & cōburē, cū penis, qui Græce *psoleon* dicitur & *psole* fit ardens & impetuosus, poterit dictū videri a *psoloente* fulmine, & hoc pacto etymologium rerum turpium inuenit ex Homeri carminibus. De *psoloente* fulmine hæc lego apud Aristotelem libro tertio metreoroum. Cum autem subtilior spiritus increpuerit vocatur *incensio*. Coincendit enim aerem flagrātia colorans. Si autem in ipsa multus & subtilis extruditur spiritus, hoc fit fulmen, siquidem valde subtilis non adurens propter subtilitatem, quam Poetæ *argeta* vocant. Sin autem minus adurens, q̄ *psoloenta* vocant, hic n propter subtilitatem fertur; propter velocitate autem præuenit, pertranseuens antequā ignitus fiat, & moram faciens denigrat. *Psoli* dicuntur a Græcis magna virilia habentes. Aristophanes: τοῦτ' ἀρκεῖ δῆτα τοῦτος κλαῦσ' κοκκὺ ψολοπαῖον δὲ ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυρρίνου ἀντὶ μέχρι τοῦ μυρρινεοῦ ἀντὶ μέχρι τῆς κεφαλῆς. id est, *oportet te fieri mentulam a pube ad caput.* In Poeta nostro *psoleon a psolo*, hoc est, enormibus virilibus formam diminutionis capit. Cum vero ait, quod nos *psoloenta* vocamus, ne intellige nos Græci. Quoniam Latinum *Priapus* in hoc opusculo se vocat, sed nos vocamus, qui Græ-

ca verba pudibunde & serio cupimus traducere ad Græcas honestas voces, si non possum ad Latinas, quæ Græcæ dictiones sine pudore proferuntur.

Ptochotrophia, Xenones, Xenius Iupiter, Nosocomion, Xenodochion, Gerontocomion, Brephotrophion Orphantrophion verba Iurisperitorum explicata.

CAPVT XLII.

IN codice Iureconsultorum hoc est *legum*, quas imperatores sanciuerunt, libro non improbando, talia leguntur: *Quia igitur multa scimus tam nosmetipsos quam serenissimam coniugem nostram variis personis iam donasse & vendidisse, & per varios titulos assignasse cum maxime sacrosanctis ecclesiis, & Xenonibus, & potrophiis, & ipsis ecclesiis, & aliis innumerabilibus personis.* Vox illa *potrophiis* adulterina est & manifeste mendosa. Corrigo *ptochotrophiis.* Sunt enim *ptochotrophia* diuersoria vel domus, vbi *ptochi*, hoc est, mendici nutriuntur. πτωχὸν enim Græci mendicum vocant τροφὴν nutrimentum, in quam sententiam protulit id Hesiodus libro primo ἔργα καὶ ἡ μέραι· καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει. καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ Significat hi versus, *inuidere figulum figulo, fabrum fabro, mendicum mendico, & Poetam Poetæ.* πτωχὸς inquit Suidas ὁ ἐμπεπτωκὼς τοῦ ἔχειν ἐπαίτης. παρὰ τὸ πτώσσειν πάντας. ὁ ἐστὶ ταπεινοῦσθαι. Dicitur *Ptochus quasi peptochos*, hoc est, suppliciter & humiliter & timide se habet mendicus, in omnibus πτώσσειν, hoc est, humilem se agere. De his qui nunquam explentur Græci prouerbialiter dicunt, πτωχοῦ πῆρα οὐ πίμπλαται, significat hæc verba *mendici pera nunquam expletur, & sportæ mendicorum semper sunt vacuæ.* Inoleuit & prouerbio πτωχότερος λεβηρίδος καὶ κιγκάλου, hoc est, *mendicior Leberide & Cingalo.* Existimo hunc populum Cingalum fuisse illum, vnde fluxerunt hi aduentitii mēdici, qui seminudi & semper famelici sine spe, sine sede, Italiam, mēdicantes & furantes, obambulant, tendiculas temporarias vbique explicantes, quos Veneti noui Romani procul a ciuitatibus suis, arcent, magni Turcarum Regis exploratores, & emissarios arbitrantes. Græci hospitalem locum vbi mendici nutriuntur, vocāt πτωχοτροφεῖον, auctore Suida. *Xenones* autem vocantur loca, vbi hospites accipiuntur, quæ alio nomine Græci *Xenodochia* dicuntur. *Xenion* donum, quod datur hospitibus, ξένιος ὁ ζεὺς, hoc est, *Iupiter hospitalis dicitur* a Græcis. de quo sic locutus est Maro. *Iupiter hospitibus nam te dare iura loquuntur.* Præfectus hospitio vocatur quoq; ξένιος. ξενολόγιον locus vbi milites externi coguntur. ξενολόγος congregans milites externos. Idem Imperator codice de sacrosanctis Ecclesiis vsus est hac dictione, sic loquens: *Si quis donationes vsque ad quingentos soli dos in quibuscunque rebus fecerit vel in sanctam ecclesiam vel in Xenodochion vel in nosocomium, vel orphanotrophion, vel in ptochotrophion vel in gerontocomion vel in vrephotrophium.*

phium. Sed vt hæc verba percipias *Xenodochium* Latini recentiores vocant *hospitale*. *Nosocomium* valetudinarium, vbi alimenta suppeditantur ægrotis. *Orphanotrophium* vbi filii orbi, & parentibus priuati nutriuntur. *Ptochotrophium* ędes ad mendicos alendos erectę. *Gerontocomion* vbi alimoniæ subministrantur senibus, viribus ob ætatem senectam destitutis. *Brephotrophium* (sic enim apud Imperatorem legendum est) vbi nutrimenta parantur infantibus. βρέφος enim vocant *infantem*, βρεφύλλιον *infantulum*. *Orphanotrophi* dicuntur præpositi nutriendis orphanis, quod collegimus ex his verbis Imperatoris: *Orphanotrophos huius inclytæ vrbis defendere ac vindicare debemus*, qui præsunt mendicis *ptochii* vocantur, qui vero hospitalibus, *Xenodochii*. Hoc Imperator indicat ita loquens. *Nullos monachos aut ptochios aut Xenodochios orthodoxæ fidei deputatos extraordinariis muneribus præcipimus pragrauari.*

Facetum Laidis dictum, consequenterque explicatus Ausonius.
Endosuam apud eundem quid. Tau quid significet.
Epigramm. 4 in cataleeto enarratum.

CAPVT XLIII.

DIxerat o mores o tempora Tullius olim *Sacrilegum strueret cum Catilina nefas*, quanto nunc caussatius exclamare deceret, contemplantes Latinas Musas sordidatas, laceras, situ luroreque fœdissimo obrutas & obsitas. Quis apud Græcos dicendi iocandique artifices, quis apud Latinos supercilio grauitatis excellentes argutior, doctior, mollior, artificiosior est Ausonio Burdegala? Truncus tamen & semilacer circumfertur, tot errorib. tot maculis deformatus, vt cũ Ausoniũ tenes, vix te Ausoniũ tenere, sed Ausonii reliquias putes. Dabitur fortasse nobis occasio quandoque cum his monstris congredi, interim nonnulla prælibabimus. In primis hoc festiuum & iocosum eius Epigramma aggrediamur:

Canus rogabat Laidis noctem Myron,
Tulit repulsam protinus,
Caussamque sensit, & caput fuligine
Fucauit atra candidum,
Idemq, vultu crine non idem Myron
Orabat oratum prius.
Sed illa formam cum capillo comparans,
Similemq, non ipsum rata,
Fortasse & ipsum, sed volens ludo frui
Sic est adorta callidum.
Inepte quid me quod recusaui rogas?
Patri negaui iam tuo.

Sensus hic est Ausonii, Myronem nescio, quem canum rogasse, *noctem Laidis, hoc est, concubitum nocturnum.* Ille repulsam tulit.

Sed cum Myron amens animaduertisset, se ob senium a Laide repudiari, crinem fucauit, iterumque adiit Laidem, idem quod prius orans. Illa faciem noscitabunda, sed crine mutato decepta, credidit hunc, vtpote capillo ætati iuuenili competente filium esse illius pristini amatoris, qui noctem poposcit, cum tamen idem esset diuerso tamen crine. Respondit igitur *Lais*, se patri suo iã mox negasse. Sed tamen dubium est, inquit Poeta, an *Lais* veteratoriæ calliditatis meretrix decepta sit, an vero crediderit re vera, hunc esse eundem illum primum noctis efflagitatorem. Sed iocari cupiens & amentiam senis illudere filium dictitauerit, taxans in eo crinis adulterini fucatam ineptiam. Finxit hoc Poeta Laidi contigisse fabulose, quod euenit historice. Id vero dicax Imperator Hadrianus vsurpauit ita scribente Helio Spartiano. Fuit etiam dicaculus. Vnde illud quoque innotuit, quod cum cuidam canescenti quiddam negasset, eidem iterum petenti, sed infecto capite respondit, *Iam hoc patri tuo negaui.* Hadriani scõma tenens Ausonius licentia, qua Poetis frui licet, detorsit in Myronem & Laida concinniter & venuste. Vel a Laidis dicto falsum dicterium vsurpauit Hadrianus. In Ausonii similiter monosyllabis carmen id quoque subobscurum est. *Et cuius de more quod adstruit endo suando.* Versus hic merus scirpus videtur, & verissimum ænigma, quod tamen Diomedes enodat libro secundo sic scribens: *Apocope est ablatio de fine dictionis preparalepsi vel paragoge contraria, cum aut litera detrahitur vel syllaba* litera. *Vt aspice num mage sit nostrum penetrabile telum* pro magis; syllaba vt *endo suam pro domum.* Sensus est Ausonii de more, hoc est ex cõsuetudine solitum dici cum *astruimus*, hoc est asseueramus domum alicuius *endo suam* pro *domum suam*

Nec illud minori eget obseruatione: *Scire velim Catalecta legens quid significet tau.* Significat hic versus per catalecta opusculum illud notissimum Maronis, cui a mensu syllabico nomen inditum est, cuius hoc exstat principium

Vere rosa, autumno pomis, æstate frequentor,
Spicis, vna mihi est horrida postis hyems.

Qui Catalecta hæc legerit, reperiet illic *tau gallicum* Est enim litera Græca *tau*, ad cuius similitudinem cruces furcasue Galli fabricabant, quibus noxios suffigebant, hoc modo scribitur, T, vel hoc pacto. τ. Sed prima nota est furcæ similior. Hos Poetæ versus in catalecton libello Ausonius innuit.

Corynthiorum amator iste verborum
Iste iste rhetor quatenus totus
Thucydides Britannus Atticæ febres
Tau gallicum imminet, ipsemet male illisit,
Ista verba omnia iste miscuit fratri.

Signi-

Significare volens Maro, quendam nequiter & perperam atticissantem barbarum alioquin & insulsum ludit in litera Græca inauspicata eiusdem significationis, dicens, illum, cum nesciat vti *Tau Græco* manere *Tau gallicum*, hoc est, furcam gallicanã (vt prędiximus) quoniam fratrem veneno sustulit: Sed vt nihil omittam, quod vsquam legerim, pœnam crucis significari per *Tau* literam puto. Quoniam apud Lucianum in eo libello, cui titulus est. δίκη φωνέντων, pœnam statuendam huic elemento sigma putatur, cum locum alterius furto quodam interceperit, propterea furca, quæ punire furta consueuit per hoc elementum exprimitur, quod furatrinam exercere dicitur. Litera. θ. quæ significat mortem præsenti negotio non facit. Amplius barbarum illum male *atticissantem* vocat Thucydidem Britannum ludens in hominis barbariem, qui asserebat sibi facundam Græcam, qualis floruit in Thucydide primario dicendi artifice, quod satis *Thomas Græcus Poeta* probat his luculentis carminibus, Demosthenem, Aristidem, & Thucydiden tria Rhetorices sydera nuncupantibus.

Ῥητορικῆς φιλέω τρεῖς ἀστέρας, οὕνεκα μοῦνοι
πάντων ῥητήρων εἰσὲν ἀρειότεροι.
σεῖο πόνους φιλέω δημοσθενές, εἰμὶ δὲ λίην,
καὶ φίλ' ἀριστείδης, καὶ φίλε θουκυδίδης.

In peruulgatis Poetæ codicibus mendum est, vtpote in quibus *tyrannum pro Britanno* legebatur. Hic, de quo Poeta agit, fuit *Cimber*, qui fratrem suum interfecit, & ob hoc fingit Poeta illum scire *Tau gallicum*. Quoniam scilicet, interfecto fratri, similis *Tau* elemento, successit. Sed & Quintilianus taxari Cimbrum a Poeta innuit maximum affectatorem verborum, quæ miscet cum nouis, perinde ac mistum est, *as Corinthium*. Sed non mirum est, si hæc monstra & venena verborum miscet Cimber, qui fratri vera venena & præsentaria miscuit, quo illum elisit & suffocauit. Verba Quintiliani libro Institutionum Rhetoricarum octauo sunt hæc: *Quædam adhuc vetera vetustate ipsa gratia nitet, quædam tamen etiam necessario interim sumuntur, enuncupare & fari, multa etiam audientibus inseri possunt. Sed ita demum si non appareat affectatio, in qua mirifice Vergilius, & huiusmodi quæ sequuntur.* Subdit autem cum Poeta. Ista omnia verba miscuit fratri, intellige venena miscuisse Cymbrum fratri. Quid enim sermo affectatus aliud est quam venenum? quod Cymber fratri propinauit? Quod Poeta Cymbrum innuat his Fabii verbis ibidem didicimus. *Cymber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est. Germanum Cymber occidit.* Passim in Quintiliani codice sic scriptum est. *Tau gallicum enim & spinæ male illi sit*, cum scribendum sit. *Tau gallicum imminet, ipsemet male illi sit.*

Quæ sint in Pacato capita diminuta.

CAPVT XLIV.

EXstat Pacati panegyricus multa elegantia & verborum nitore fane fluens, ibi temporibus malis, & sub duris principibus capita diminuta deplorat, & vitam ære taxatam. Ne forte dubites, quæ sint *capita diminuta*, Pompeii verba subieci: *Diminutus capitis appellatur, qui ciuitate mulctatus est, & ex alta familia in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostium potestatem venit, & cui aqua ignisq. interdictum est. Capitis diminutio*, inquit, Iureconsultus in institutionibus *prioris status commutatio. Maxima capitis diminutio est cum aliquis simul & ciuitatem & libertatem amittit. Capite diminutus ab Horatio capite minor appellatur.*

Per Cacchinnantem sauitiam Mamertinum fictam Domitiani crudelitatem significasse.

CAPVT XLV.

MAmertinus eloquentissimus panegyrista fuit, sic enim vocamus illum, qui panegyricos libellos, hoc est, cuiuspiam laudes in conuentu maximo prædicat, non secus, quam epitaphista vocatur, qui cudit Epitaphium. Hic Mamertinus Iuliani Imperatoris illius, cui Apostata cognomen inditum est, laudes cecinit: inibi cum hunccine Iulianum laudaret a clementia, verba hæc protulit: *Quis nescit aliorum Imperatorum hilarem diritatem, cacchinnantemq. sauitiam? a quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur.* Taxari verbis istis Domitianum reor: quem simulatione multiplici dolosum vocant historici, qui quotiescunque in quempiam sæuire destinabat, crudelitatem tegebat, effundebatur in hilaritatem, sæpicule ridebat, quare graphice & appositè nunc *cacchinnans sauitia vocatur* a Mamertino, quã cacchinno, h. e. etiã effuso risu simulabat. *Cacchinnus* est effusus plus æquo risus. vnde catholica sententia Annæi Senecæ *Sit risus citra cacchinnum.* Risum cacchinnabilẽ pro nimio & superfluo vocat Apuleius. Inimicos suos Marius risu simultatem tegentes iocose dixit, *sardonium ridere risum*: Hoc significare voluit Plinius Cicilius scribens ad Traianum. *Quid enim tam infidum mare quam blanditæ principum illorum, quibus tanta lenitas, tanta fraus, vt facilius esset iratos quam propitios habere?* Expressius hoc idem significauit in Domitiano Tranquillus. *Erat* (inquit) *non solum magnæ, sed & callidæ inopinatæq. sauitiæ. Auctorem summarum pridie quam crucifigeret in cubiculum vocauit, assidere in thoro iuxta coegit secum, hilaremq. dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est. Si cacchinnatem* Mamertini *sauitiam* libeat ad Constantium antecessorem Iuliani vertere, non errabis. Fuit enim & ille fucatæ hilaritatis foris, domi nobilium carnificinam exercens auctore Marcellino.

Exemplum Macedonum infantem regem in aciem proferentium.

CAPVT XLVI.

Nazi-

NAzarius quoque vir adprime doctus in panegyrico ad Constantium sic scriptum reliquit: *Macedones cum bellum reficerent contra Illyricos, Regem suum in cunis ad aciem detulerunt, cum illos ira, hos miseratio, illos signorum cantus, hos pueri vagitus accenderent, mutata est ratio certaminis. Vicerunt qui amore pugnabant.* Ne forte aliquis tempus terat anxie historiam huic rei congruam vestigans & ne commentitium, vel fabulosum hoc putet: quamuis præsentem rerum statum præ oculis habeat: *Fauentinos*, videlicet, *Gallia togata* populos miseratione Asturis pueri regulí sui commotos, Regi Galliarum, Romano pontifici, marisque regnatoribus Venetis, quibus totus orbis cedebat, restitisse viriliter, ponam tamen quæ Nazario concinentia tradit Iustinus in epitome Pompeii Trogi li. 7. *Argeas moderate & cum amore populi administrato regno successorem suum Philippum reliquit, qui immatura morte raptus Europum filium paruulum admodum instituit heredem, & Macedonibus assidua certamina cum Thracibus & Illyriis fuere, quorum armis velut quotidiano exercitio indurati gloria bellica laudi finitimos terrebant. Igitur Illyrii infantiam regis pupilli contemnentes bello Macedonas aggrediuntur, qui prælio pulsi rege suo in cunis prolato, & pugnante acrius posito certamen repetiuere, tanquam ideo antea victi fuissent quod bellantibus sibi regis auspicia defuissent, futuri vel propterea victores quod ex superstitione animum vincendi ceperant, simul & miseratio ecs infantis tenebat: quem si victi forent captiuum de rege facturi videbantur. Conserto itaq; prælio magna cæde Illyrios fudere, hostibusq; suis ostenderunt priore bello regem Macedonibus, non virtutem defuisse.* Hocidem Polybius grauissimus scriptor asserit.

De Ara misericordiæ Athenienſium pro Eumenio.

CAPVT XLVII.

IEgitur Eumenii cultissima, multisque exemplis florentissima oratio pro scholis reparandis, vbi exemplariter ostendere nitens apud quoscunque populos aliquod humanitatis opus nobile fuisse erectum, sic infit. *Athenienſis humanitas aram Misericordiæ instituit.* Hanc *aram Misericordiæ, quam pietas, & vt Græce loquar, φιλανθρωπία Athenienſium dedicauit, arbitror id asylum fuisse, quod ex Athenienſium consensu posteri Heraclidæ dedicarunt, qui aduersum habentes patris culpa omne mortale genus ob impotentiam Herculis post eius obitum dedicauerunt, nepotes videlicet Herculani, Misericordiæ aram, vt eo pacto se defenderent, qui viribus inæquales non poterant se tutari.* De hac ara Claudianus meminit. Scribit tamen Plutarchus in Theseo Medorum bello consultantibus Athenienſibus ab Apolline responsum redditum, ossa Theseï in vrbem deferrent, quæ cum reperta fuerint in insula Scyro, si memoria fideli vtor, Pompatice deportata sunt in vrbem: locus

vbi depoſita fuerunt Miſericordiæ conſecratus, ad quem miſeri, ſerui, & ſuperiorem timentes confugere poſſent, hunc honorem Theſei oſſibus habentes, qui neque ſepultus deſineret populari-bus ſuis auxiliari. De hac ara miſericordiæ Statius ſic:

Hunc victi bello, patria q; e ſede fugati
Regnorum q; inopes, ſceleru m q; errore nocentes
Conueniunt, pacem q; rogant, mox hoſpita ſedes,
Vicit, & Oedipoda furias & funus Olynthi
Texit, & a miſero matrem ſummouit Oreſte.

In Arbitro Petronio multa luci ſuæ reſtituta.

CAPVT XLVIII.

PEtronii Arbitri opuſculum aureum manus eruditiorum ver-ſant, imo fragmenta operis aurei, in quo contendit Petronius effugere ab omni verborum vilitate, ſumereque ſatagit voces a plebe ſummotas, vt fiat illud, *Odi profanum vulgus & arceo.* Hunc auctorem plura ſcripſiſſe, quam exſtent oſtendit Fulgen-tius Placiades quædam in mythologiis ſuis aduocans, quæ non comparent. In his, Dii boni, reliquiis quanta ſit librariorum in-curia, quiuis vel mediocriter eruditus noſcere poteſt. Nuperrime mendum ſubeſſe cognoui in his verſibus concinniter & doctiuſcu-le ſcriptis.

Vix nauita Protheus
Sufficiet ſimulacra virum traducere Cymba,
Claſſe opus eſt.

Protheum Deum marinorum paſtorem monſtrorum Poetæ fa-bulantur, apud quem fuiſſe Helenam Philoſtratus eminiſcitur, cum in caſſum Græci Troiam oppugnaſſent. Illic tandem repe-rta eſt a Græcis, cum Protheo videlicet. Verior lectio erit ſi hoc pa-cto corrigis, *Vix nauita Porthmeus.* Per Porthmeũ intelligit Cha-rontem, quem Diodorus ſic appellatum cõtendit, *quoniam tranſ-mittit animas defunctorum.* Quidam perperam Porthmeum por-torem interpretantur, cum tranſfretatorem dicere debeant. Eſt enim portitor ille, qui præeſt portui exigendo naulo mercium pe-regrinarum. Poetæ non quod tranſmittat portitorem Charõtem vocant (is enim tranſfrerator dicitur) ſed quoniam exigit porto-rium, quod in Luciano exigit a Cynico. Triens enim ex ſuperſtitio-ne Ægyptia in ore defuncti ponebatur, quem mortuus dabat Cha-ronti, vt tranſmitti facilius poſſet, quod Propertius intellexit cum ait, *Nauta recenſet onus. Porthmeus* autem dictus *quod hariole* (ſic enim vocatur eius nauicula) *tranſmittit animas defunctorum.* Hac dictione quamuis peregrina vtuntur Latini. Iuuenalis:

Iam ſedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
Porthmea, nec ſperat cœnoſi gurgitis aluum.

Πορθμεῖον Græci vocant *naulum*, quod tranſmittenti datur. Ita voca-

vocatur: Callimacho sic scribente: τάνυσσε καὶ νεῶν πορθμήϊον ἐς πόρον ὕδωρ. Vocatur & in litore *profunditas*. *Porthmos* apud Demosthenem pro *Ctesiphonte ciuitas est Euboeæ*. Porthmos a Græcis dicitur, quod nostri *fretum* vocant. Porthmus est mare altrinsecus terram habens. Isthmus vero terra tenuis circum circa mari adlarrata. *Porthmos* mare vndiq; continentē habens. Est enim duplex porthmus *helle sponti*, scilicet, hinc inde, *Sesto & Abydo adiacentibus*. Aliud os Euxini ponti quod sacrum vocatum. Columellam Lucanumque non intelligunt, qui *portitorem a portando* sumunt. Nam historiæ alludunt. Fuit enim Aries nauta (vt quidam putant) qui cum a vectoribus in portu moratus naulum, id est, portorium exigeret, inde vocatus est, *portitor, a portu non a portando*. Et si detur illos rātum spectare fabulam, non ne Poetæ fabulantur, *a portu ad portū* tetendisse arietem, vnde *portitor*. Non multo post, hoc hemistichion non minori labe fœdatum circunfertur aliud. *Testa Syluestri Iasion. Atque vrbana Progne*. Eradenda est vox hæc barbara, & nihili *Iasion*. Substituendū: Testis Syluester aedon. ἀηδών nanque Græci luscinam vocant, qua Græca dictione Romani vt dulci & leni non abstinuerunt. Vtitur & Maro in quodam opusculo, vbi dulciloquas serenes elegantissime describit: Quodque leues calami, quod suauis cantat aedon: Quod lyra, quod cytharæ, quod moribundus olor. Ab hac suauitate cantilenæ ἀοιδὸς ab Hesiodo Poeta dulcis appellatur ita scribente:

καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονεῖ καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Apollinem cognomento Loxium fuisse Seruius enarratus, & de Anareticis planetis.

CAPVT XLIX.

SÆpe audiui dubitare, quid nam significet illud Honorati Grāmatici Seruii, quod est in commentario quarti libri Æneidos his verbis. *Apollinis Hyperborei oracula longia feruntur*. Nihil enim significant hæc verba corrupta, & indoctorum Grammatistarum incuria polluta. Legendum erit *loxia* non *longia*, qua voce significabit obliqua & tortuosa. *Loxios* enim Græce dicitur implicatus, qua voce nuncupabatur Apollo. Quoniam dabat oracula ambigua nec expedita, quale est illud exemplum Pyrrhi. *Dico te Æacida Romanos vincere posse*. Et illud. *Cyrus Halim penetrans magnam prauertet opum vim*. Si vero in Seruio *logia* scribere mauis interpretare vaticinia, & præ se ferentia diuinam quandam mentem. λογεῖον τὸ μαντεῖον, inquit, Suidas. *Logion* quoque dicasterium vocatur, hoc est, iudicum locus. *Logia* quoque vocantur, quæ de Deo dicuntur. *Logian* Chrysostomus in Homelia ad coryntbios *collectionem* vocat ita loquens. περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους. Subdit idem Seruius. *Anareticos* dicit, id est,

Martem & Saturnum, qui intercidunt vitæ rationem si radiis suis ortum genituræ pulsauerint. Vox Græca est anareticos, qua incisor significatur, recte vocantur ii duo planetæ *anaretici*. Quoniam radiationibus suis vitam amputant, cum simul iuncti sunt, hoc enim pacto Seruium debes exponere. Quoniam *Mars* si benigno syderi copuletur neuter est & indifferens, diritatemque suam consueuit exuere. Irradiasse Naso iunctos hos errones Ibida sibi insensissimum testatur ita scribens:

Et te nequicquam placidum spondentia, Martis
Sydera presserunt, falciferique senis.

Lethifera est horum Planetarum coniunctio, pestem, bella, ruinam regnorum portendens, & si forte radiis suis lethalibus impulerint cuiuspiam horoscopum violenta morte, ni oppositi syderis benignitas iuuet, significant illum moriturum. *Anaretici* dicuntur ab ἀναρήγνυσθαι, quod significat *dissoluere*. Græcum verbum est, ἀναῤῥηγνύω, quod significat rescindo. Existimo tamen scribendum esse in Seruio *anaireticos*, hoc est, ἀναιρετικὸς ab ἀναιρέω, quod est, *destruo & interimo*, ἀναιρετικὸς, dicitur exitiosus, ἀναιρέσις, interitus.

Quam falsa sit & ridenda Seruii differentia inter aues oscines & præpetes.

CAPVT L.

QVam insulse ibidem garriat hic idē Seruius, viderint eruditi. Eius verba sunt hęc. *Omnes enim aues oscines bonæ, præpetes malæ sunt, vel contra oscines malæ, præpetes bonæ sunt.* Imo Serui *aues oscines* quandoque lætum præstant augurium, quandoque sunt inauspicatæ Idem de *præpetibus* dico. *Oscines* pluratiuo modo dicuntur ore canentes aues. Dicitur tamen ab Ausonio *Phœbeius oscen* cum coruū intelligeret: Idem Horatius. *Oscinem coruū prece suscitabo solis ab ortu.* Quod *præpetes* vocātur, quæ passis alis & celeribus augurium præfigurant, Gellius copiosissime declarabit. Sed hæc Seruio non adscribenda diserti putant homini bene docto, quæ meram sapiunt inscitiam, addita potius credere debemus ab incultis scholiographis. Sic enim vocantur illi, qui glossulas infarciunt Chrysippæo numero numerosiores.

Cicuta solitos Atheniensium sacerdotes castrari.
Seruius enodatus.

CAPVT LI.

IDem Seruius sic inquit alibi: *Apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, vt venerem arcerent, & coire non possent.* *Emasculari* expone virilitatem, & masculæ Veneris vires deponere. Videtur Seruius vel dissimulasse compendio studens, vel non fideliter memoria tenuisse, cum hæc scriberet, quod ego enarratum his Hieronymi verbis comperi, quæ posita sunt,

ſunt libro primo contra Iouinianum. *Hierophantas quoq; Atheniensium vſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquam in pontificatum fuerint electi viros eſſe deſinere.* *Cicuta enim caſtrabantur quoniam frigorifica eſt, & calorem omnem tollit, & niſi probe temperes vſq; ad mortem. Hierophanta*, vt hoc incidenter explicem, dicebantur ſacerdotes, qui ſummum gradum dignitatis in Atheniensium ſacerdotio obtinebant. *Emaſculare* in alio ſignificatu idq; apud Lucium Apuleium ſignificat puerum ſtuprare, inde *pygiſta*, hoc eſt, *puerarii* verecũde ſatis a Lucio dicuntur *Emaſculatores, quando libido iſta tetra & proteruia virilem animum effœminat.* Mali ſacerdotes Curios ſimulantes, & Dionyſia viuẽtes emaſculantur potius iuxta Lucium quam Seruium penitus volutabro ſordium Veneris volutati. Sed iam a cenſore ad officiũ Grammatici repetemus. Plinius de hac vi Cicutæ ſic inquit libro 25. *Cicuta tollit venerem teſtibus circa pubertatem illita.*

De Vidua etymo: De Sparthaco Iureconſultus explicatus.

CAPVT LII.

IAbolenus Iureconſultus ſublimis fuit, qui multa conſultiſſime, multa doctiſſime ſcripſit. Inter hęc iſta reponi non diſconducit, quæ etymologice ſcripſit digeſtis de rerum & verborum ſignificatione. *Viduam* non ſolum eam, quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque mulierem, quæ virum non habuiſſet appellari ait Labeo quia *vidua* ſic dicta eſt quaſi *vecors*, veſanus, qui *ſine corde*, aut *ſine ſanitate* eſſet: ſimiliter *viduam* eſſe dictam ſine *viduitate*. In vltimis his verbis librarii mendum eſt. Sic enim legendum iudicabit, qui pleno pectore ſapiet. Similiter *viduam eſſe dictam ſine duitate*. Senſus hic eſt Iaboleni. *Vidua dicitur qua ſine viro eſt a ve particula priuatiua, a qua vidua vocabitur quaſi ve dua hoc eſt ſine duobus*, vtpote, quæ ſola viuit non collocata in matrimonio, vbi duo ſunt, mas & fœmina. *Duitatem* vocat Labeo, quam Græci δυάδα, recentiores vero Philoſophi dualitatem. Exiſtimat tamen Macrobius libro primo ſaturnalium *Iduare* ethruſca lingua eſſe idem quod *diuidere*, vnde *vidua* quaſi valde *Idua*, id eſt, valde *diuiſa*, aut *vidua a viro diuiſa*. Quiſque quod ſibi potius videbitur eligat.

In eodem opere multiplici doctrina refertiſſimo titulo de acquirenda poſſeſſione minutulus error eſt in ſcripto, maximus in ſignificatione. Sic enim Paulus inquit. *Si ſeruus quem poſſidebam pro libero ſe gerat vi fecit Spartanus, & iudicii liberalis pars paratus ſit, non videbitur a domino poſſideri.* Expungenda eſt vox illa *Spartanus & Spartacus ſubſtituendum.* Intelligit enim de Sparthaco gladiatore notiſſimo, qui ſe in libertatem reſtituit, de quo talis refertur hiſtoria. Cum Lentulus ludum gladiatorũ adornaret Capuæ, capta occaſione *Spartacus, Chryſus, & Œnomaus* ſe inde proripuerunt cũ ſeptuaginta gladiatoribus, qui facta manu ergaſtula diffringũt, ergaſtularios ſeruos armant, ſeruos propoſito pileo conuocant ad li-

bertatem. Aduersus illorum impetus comprimendos missos aliquot duces oppresserunt & consulares exercitus. Tandem demandato negotio Crasso profligauit illos extremo bello, ex quo incessit per vrbem ouans laurea corona insignitus more ouationis prepostero. *Consueuerant enim ouantes myrtheam coronam gestare.* Reliquiq; Spartaci cõiunxerunt se cum Catilinianis, quę paulo post ab Octauio patre Augusti deletæ fuerunt extra sortem demandato negotio, vt obiter tendens in Macedoniam cõprimeret fugitiuos. A frugalitate Spartacum Plinius laudat, vtpote qui auro interdixerit exercitui suo. Idem laudatur a fortitudine, vt qui acriter pugnans ceciderit. De hoc ita scribit Lucanus, *vt simili cauſſa cadere quis Spartacus hoſtis.* Sensus est igitur Pauli. Si seruus instar Spartaci vi se vindicet, liberum non videri esse in possessione, quoniam pro libertate animam vult impendere. Non asserit Paulus illũ libertate donatũ, sed ait, nõ possideri a domino, a quo coerceri nõ potest.

In institutionibus correctus Codex publicæ editionis, & depudicatoribus, infandaque Venere non pauca.

CAPVT LIII.

MVlta sunt quoq; in Institutionum libris, quæ signanda sunt obelisco, hoc est, nota censoria. Vnum duntaxat, pro exemplo nunc adducam, quod industriam eruditorum requirere videbatur. Sic enim in codicibus inuulgatis scriptum est. *Lege Iulia etiam flagitium punitur, cum quis siue vi vel virginem vel viduam honestæ viuentem stupraurit, pœnam autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt publicationem partis dimidiæ eorum bonorum. Si humiles, corporis coertionem cum relegatione.* Lego non *peccatoribus*, sed pædicatoribus. Sunt enim *pedicatores*, qui Venerem peruersam exercent, hos Græci πυγισῶς a contrectandis natibus appellant, & pedueraſtas, Latini modo *puerarios* dictitant, modo *emasculatores*, modo pulli premones a premendis, hoc est, comprimendis pullis. *Pullum* vero ptisci dixerunt *puerum ab aliquo amatum: Pullarii* ob hoc *feles* vocitantur a Lucilio, quod sicuti feles pullos gallinaceos indagant, ita isti pullos, hoc est, pueros teneriori ætatula. *Suppilones siue subulones Lucilius* itidẽ vocat. Ausonius *postico vulnere fossores* dixit, quod fodiunt partes posteriores (venia sit verbo impiæ textato) subactores nonulli dicunt. Hanc Venerem omnes vno ore exsecrantur, quam *prapostheram* modo vocat Firmicus Maternus modo *miseram*, cuius inuentorem Orpheum tradit Ouidius, nonnulli vero *Thamyram*. Ille etiam, ait Ouidius *Thracum populis fuit auctor amorem, In teneros transferre mares, citraque iuuentam ætatis breue ver & primos carpere flores.* Pathicos scelestissimos & muliebria patientes sic taxat Ouidius:

Fœmina quid faciet cum vir sit lentior ipſa,
Forsitan & plures posſit habere viros.

Reperti sunt nonnulli catamiti, qui amatoribus suis in muliebrem modum

modum denupserunt, veluti de Sporo legitur & Nerone. Quanto feliciora nostra tempora, quæ tam teterrimis monstris carent, si modo carent. Sed ne Martialis Epigrãma fabulosum videatur, aut satyri mordacitas commentitia, Imperatoris ex libro vltimo codicis verba ponam. *Cum vir nubit in fœminam vires parituram quid cupiat vbi sexus perdidit locum? vbi scelus est id, quod non proficiscere? vbi Venus mutatur in alteram formã? vbi amor quæritur, nec videtur? Iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore vt exquisitu pœnæ dedantur infames.* Quod autem pædicator idem sit qui pædico docet Catullus in epigrammatis ita canens: *Bithynia quicquid & pædicator Cæsaris vsquam habuit.* Tullius libro secundo de oratore vertit hac dictione, quamuis ibi pro *pædicatorem legeretur dedicatorem.* Socrates approbat amatores illos, qui animũ amarent non corpus, talemq; fuisse amorem scribit eius in Alcibiadẽ, cuius hæc verba sunt in symposio. *Neq; enim Venerium coitus id esse videtur, cuius gratia alter alteritus cõsuetudine tantopere delectatur: aliud quiddam est profecto, quod animus vtriusq; cupit, nec exprimere valet. Sed vaticinatur potius, & effectum instituti vestigiis significat obscuris. Prauus autem est amator ille vulgaris, qui corpus magis quam animum amat. Nam cum primum corporis species, quam cupierat defloresset, abit, nihil eorum, quæ promiserat seruans, bonorum vero morum amator per omnem vitam in amicitia perseuerat, vtpote qui rem stabilem sectabatur.* Autumat Plato amorem illum probandum esse, qui masculum respicit, fœminam spernens. Hic amor deinde quoniam sanctæ Veneris, pudicitiæque est comes, & ipse petulantiæ omnis est expers. Quo circa quicunq; amore hoc inspirati sunt genus masculũ natura robustius & generosius & mentis magis participes diligunt. Quærit Plutarchus, an pueri cõmittendi sint præceptoribus puerorum amore flagrantibus. Sed hæc nimis multa.

Ortygometrã in Hieronymo legendũ, & de ludo, cui nomẽ ortygocopus.

CAPVT LIV.

HIeronymũ hũc, inquam, Hieron. eloquẽtiæ Theologicę fulmẽ *coruscum* quoties lectito, videor non verba legere, sed audire tonitrua, præsertim quãdo cominus clypeum hostis impellit, & instantis aduersarii gladium propellit. Sed dii deæque quanto nitore peculiariter effulget & lucidissime coruscat in eo libro, qui est cõtra Iouinianũ, qui & si diurna nocturnaq; subinde manu excutiatur, a corruptela tamen non prorsus est immunis. In libro secũdo eius inuectiuæ sic vbique codicum, quos ego viderim, legi solet. *Crassus populus ortygometram scribitur ad choleram vsq; rusticos.* Corrigendũ duco *ortygometrã.* Tãgit enim Hieronymus historiã notissimã, deũ summũ, optimũ, maximũ auspicio fausto ducẽte populũ Israeliticũ p deserta & auia loca cũ cibaria deficerent, saturasse coturnicibus ad satietatẽ vsq; expletum. Scimus n. *coturnicẽ* gręcos ὄρτυγα nuncupare. *Ortygometra vero ẽ maior coturnix,* &

veluti mater ceterarum, vnde nomẽ adepta est, *μήτηρ mater* est. Bononienses vulgo *regem cothurnicum* vocant *ortygometram*. De hac meminit Plinius libro decimo. *Aquilone ergo maxime* volant *ortygometra* duce. Cum cothurnicibus volare glottida tradit, cui a prælonga lingua nomen impositum est. Digna scitu hæc, quæ tradit Suidas. *ἐρτυγοκόπος, παιδιᾶς*, hoc est, *ortygocoptes* est *quidam ludus*, in quo ponunt *ortygas in gyro, & in capui ferunt, in quo gyrou, qui contingere potuerunt, Cothurnicem accipiunt. Illis autem qui tangere non potuerunt, partes faciunt.* Leges hoc in Alcibiade. Οὐκ ἀλλ' ὥσπερ μέλλει ἄν τις ἐξαπολέσειν τὸν ἐρτυγοκόπον, καὶ τοὺς ἄλλους. Similiter in Phædone, ὅτι ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὁ ἀγὼν οὐκ ἄξιός ἐστι τοὺς ἀθλητάς, διότι οὐ μαθυμήσουσιν, μὴ δὲ ὀρτυγοκοπῶσιν. μᾶλλον δὲ ὥσπερ τοὺς παῖδας τοὺς ἐν τῷ Plinius auctor est *cenchrin*, quam recentiores medici *aucm miliarium* vocant, & *cenchramum* comitari cothurnices. Sunt qui *miliarium* pro cothurnice capiũt, cum dissimilis sit aliquatenus. Nõnulli *cothurnices* negant esse illas aues, quæ vulgo *quales* a sono dicuntur, quoniam insubres lingua vernacula *cothurnices* aues quasdam nuncupant, quæ cothurnicibus pluma quidem non sunt impares, sed pedibus magnitudine non valde inferiores, quę causa forte quosdam mouit, vt *querquedulas* nuncuparẽt has, quę vulgo *quales* dicuntur. Fetunt Herculẽ seruatum esse cibo *ortygis*. Vnde Græcum prouerbium, ὀρτυγὶ ἔσωσεν ἡρακλῆν τὸν κωμῳδόν. *Cothurnicem* Pompeius refert appellatam esse a sono vocis.

Origo prouerbii apud eundem Hieronymum ex Græco ereuta.

CAPVT LV.

IDem in Ruffinum vsurpat hoc adagium, *Manum pueris & pedem porrigit*, quod ex Græco isto detortum est, quod quamuis paulo dissimile sit verbis, sententiæ tamen congruit. *ἄμμα ἀπτουσι, οἰδ' ἀπηρώνητο σκάφον*, hoc est, *fasciculum petuntur, offerunt scapham.* Dicitur hoc de his, *qui alia rogati, illa diuersa sibi habere dicunt.*

Disputatum nunquid Hieronymus idonee satis expresserit psalmographi versiculum.

CAPVT LVI.

PSalmographum mirari soleo tanquam os ipsum diuinum loquens, cuius verba singula; si modo vim, pondus, auctoritatem, succum subnotamus, singulæ sententiæ sunt & clausulæ. In ore eius si illam persuadendi Deam habitauere fatebimur: minus dicemus quam res est. Hinc Demosthenem primarium dicendi artificem, Thucydidem, Aristidem, Isocratem, Æschinem loces meras eloquentiæ tubas & sidera: Adde Homerum & Maronem nostrum: Et regione vero psalmographum statuas, videbuntur raucedine laborates argutos inter oleres anseres instrepentes, & vt ait Maro, *fistula fessi, miserũ dispergere carmen. & si verũ est, vt verũ est.* Quãto impẽsius nos diuinius intonaret si no vnibiã

psalmo-

Psalmographi videremus, sed ipsum psalmographum. Grauiter enim & docte transtulit Hieronymus, sed vt potuit: deest illa Venus, quam inter transferendum amittimus. Adde quod versibus Hebraicis psalmi illi veri compositi sunt, apud nos Pedestri oratione surda hiulca, iacente strati sunt. Vnum exemplum ostendisse sat est, ꝙ his diebus dum ruri otiarer, legi, *non sic impii, non sic*, inquit Psalmographus, *sed tanquam puluis, quem proiicit ventus a facie terræ.* Torseram me diu huius carminis vestigabundus sententiam, cum non proficerem satis, adii repente hominem Hebręum doctissimum, qui admiratus Hieronymi asperitatem negauit, sic in literis Hebraicis haberi. Sed hoc pacto. Est enim integer versus:

לאנזדך שעים ט אסבמזע אשר תר פבירוה

Significat hoc carmen: si velimus verba verbis reddere. *Non sic impii, sed tanquam acus, vel stipula, quod ipsum, vel quam ipsam proiicit ventus.* Illam dictionem Hebraicam בעין: quæ significat *acus*, barbare in editione Hieronymi, vertitur *puluis*, cum id non significet in Hebræa lingua. Illud totum, *a facie terræ*, adiectitium est, & superuacaneum. Quid igitur? Hieronymo ne trilingui, religionis antistiti, literarũ thesauro, hebraicæ linguę consultissimo, errorem hunc adscribemus? minime gentium, potius fraterculis istis Bardocucullatis, qui expertes bonarum literarum non intelligentes illam dictionem acus inspersi puluere inscitiæ noctuinos oculos in sole caligantes *puluerem* substituerunt. Est igitur Psalmographi sensus hic. *Impii cum bonis partem non habebunt, sed erũt instar aceris frumentacei, boni vero instar granorum, quæ ventus ab acere inter euentilandum discernit.* Quæ differentia sit inter *acus, paleam, & apludam*, ex Plinio disce libro duodeuigesimo ita loquente. *Et ipsa autem, quæ euannantur, variam pisturarum rationem habent.* Acus vocatur cum per *se pinsitur, spica tantum aurificum ad vsus. Si vero in area teritur cum stipula, palea, Milii, & Panici, & Sisame apludam vocant purgamenta. Camoc* dictionem Iudaicam interpretantur *acus* Hebræis sic appellantib *minutissimã paleam.* An vero minutissima palea capiatur pro *acere* viderint scrupulosiores. Satis est nobis nullo modo *Camoc* posse pro puluere sumi, neque pro *palea*: Cass enim proprie loquendo palea est. Camoc, vt Iudæi sentiunt, proprie latine dicitur *acus.*

Demarchus, & Archon nomina magistratuum Spartianus enucleatus.

CAPVT LVII.

HElius Spartianus profundissima scatet etuditione non sine sui temporis eloquentia. Is in vita diui Adriani, sic scriptum reliqt. *Fuit Demarchus in patria sua, Athenis Archõ.* Quod Demarchus populi Princeps dicatur, nos affatim docuimus in Plauti-

nis commentariis, supereſt, vt explicemus, quid ſignificarit per illam vocem *Archon*. Eſt enim ſummus Magiſtratus *Archon* Athenis, ſicuti Carthagini *Suffes*, Romæ *dictator*. Qua nam poteſtate polluerit, docet Pompeius in ethaculatis exemplaribus *Arcere eſt prohibere*. Similiter ab *arcet prohibet*, *Porcet* quoq; dictum abantiquis, quaſi *porro arcet*, & pro eo quidem continet ponitur, vnde & coercere continere dicimus. Trahitur autem hoc verbum a Græcorum Magiſtratu, quem illi *Archontα* vocant, in cuius poteſtate eſt cogere vel prohibere. *Archon* enumeratur Athenis inter *Theſmothetas*, hoc eſt, legum conditores, qui erãt ſex, inter hos *Archon* Rex *Polemarchos*, hoc eſt, *Imperator*. Sed Rex ſedebat in loco, qui vocabatur *Bucoleũ*, vel in *Prytaneo*. *Polemarchos* vero in Lycio. *Archon* quidẽ in *Theſmotheſio*, ſic enim dicebatur locus, vbi *Theſmothetæ*, hoc eſt, *iuridici iudices ſedebant*. Incidenter hoc diſce Græcos ἀρχεῖα nuncupare *capita carnium*. Ariſtophanes in nube αὐτόν τε καὶ παρχεῖα, καὶ τοὺς τίτθας. Prouerbium memoratu dignũ eſt apud Stephanum Græcũ ſcriptorem in hæc verba, ἐχ ὀνυχία ἐπὶ τῶν ἐν τελῶν κειμένων λυπηρῶς ἐχόντων, παροσον πεπαύσατο καὶ λυπρὰ, καὶ Δῆλον τοῦτο ἐκ τοῦ ἀνέχω ἢ ὀνύξ; hoc eſt, *dominatio Scyria in tenues, & nihil ſumtuoſum habentes, in quantũ ſaxoſa, ſterilis, & pauperrima eſt Scyrus*. Hoc poſſis vti prouerbio cum ſignificare volueris, cuipiam inhonoratam prouinciam demandatam eſſe. De hoc ſummo Magiſtratu ſic inſit *Trebellius Pollio*: *Galienus apud Athenas Archon erat*, id eſt ſummus Magiſtratus.

Hic errat Baptiſta Pius. Dicitur enim ἀρχαῖον ſignificare ſerrem ſine capite, qui ſuraverat, & Capital / Erat item Friſchlinus qui ἀρχαῖα talia exponit. Path. n. vide Act. 4. c. 5.

De Chiridotis enarratum verbum Capitolini

CAPVT LVIII.

IVlii Capitolini diligentiſſimi ſcriptoris, ad hunc modum leguntur hæc verba, in vita Pertinacis: *Penulaſque lacernas & Chiroditas Dalmatarum, & Cerratas militares, & Birdiacos cucullos*. Lego *Chiridotas Dalmatarum*. Sunt enim *Chiridotæ veſtes manicatæ*, quas Plautus innuit ſic ſcribens: *Manuleatam tunicam habere hominem addecet*. Latina voce Plautus *manuleatam tunicam* dixit, quam nos promiſcue Græca *Chiridotam*. Dicuntur autem *Chiridotæ* ἀπὸ τῶν χειρῶν, hoc eſt a manicis, quas promiſſiores habent, de quibus Maro: *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ*. χειρίδωτος χιτών. Veſtis eſt *Chiridotus* inquit Suidas: leges ſi libi *Chiridas*, eædem enim veſtes ſunt *Chirides*. Dicuntur autem Chiridotæ Dalmatarum, veſtes manicatæ ſericæ infectæ colore, quo vtebantur Dalmatæ, quem hodie *Dalmaſcum* vocant, quibus veſtibus indutus *Dalmaticus* appellatur Lampridius in Cõmodo, *Dalmaticatus in publicum proceſſit, atq; ita ſignum quadrigis emittendis dedit. Dalmaticis* veſtibus ſit in decretis *Canonicis* mẽtio diſtinctione 23. *Concedimus tu, & Archidiaconum tuum Dalmaticarum vſu decorandos eſſe*. Neuius in Pedio *Molliculam*, *Crocotam*, *Chiridotam*, *Richam*. Quin & manicatas veſtes *Chiridotas* vocari teſtatur Pollux.

Qui

Qui sint æruscatores Vulcatius, Gelliusq; explicati.

CAPVT LIX.

EXstat quoq; Auidii vita a Vulcatio Gallicano scripta, vbi plus doctrinæ, quam eloquentiæ reperies, ibi sic scribitur. *Verus mihi de Auidio verum scripserat, quod cuperet imperare. audiuisse n. te arbitror, q Æ ispatores de eo denuntiarent, nisi opprimet.* Scribo *Æruscatores* non *Æ ispatores* Sic enim Diuinaculos, & Ariolos dicunt, qui diuinando æra colligunt, & corradunt, fallaciisque æs lucrantur. Illud est enim *æruscare* fallaciis æra colligere, qua furatrina callidissima, arioli vtuntur. Pompeius autem de hoc verbo ita sensit *Æruscare æra vndique*, id est, pecunias colligere. Est Vulcatii sensus *æruscatores*, hoc est, ipsos diuinatores verum protulisse super Vero Imperatore Hos autem vocauit *æruscatores* vsus vocabulo Gelliano Verba Gellii lib. 13. *Disciplinam istam Chaldæorum tantæ vnustatis non esse, quantæ videri volunt, neq; ecs Principis eius, auctoresque esse, quos ipsi ferant, sed id præstigiarum offuciarumq; genus commentos esse homines æruscatores, & cibum quæstumq; ex mendaciis captantes.* Multa etiam memini Poetarum veterum testimonia confirmare, quibus huiusmodi ambages fallaciosę cōfutātur, ex quibus est Pacuuianum illud. *Nihil*, inquit, *credo auguribus, qui aures verbis diuitant alienas suis, vt auro locupletent domus.* Hos *Sideralia vaticinia* captantes Mathematicos multi vocant, quam recte vero, ipsi viderint. Conuenit enim hoc nomē alteri, quam Astrologo, vt pater sedulo Lectori commentationis Aristotelicæ Imperator enim Diocletianus libro codicis vlt. *Mathethematicam scientiam*, inquit esse *damnabilem, & omnimodo interdictam.* Paulopost, *Aruspex, Ariolus, Mathematicus, aut narrandis somniis, occultans artem aliquam, si conuictus fuerit, sit Eculeo deditus, vngulisq; sulcantibus latera, perferat pœnas dignas facinore proprio. Planetarios Augustus Astrologos appellat, quos Gellius Chaldæos & Genethliacos.* Constantius imperator auctore Marcellino immodicus fuit diuinaculorum omnium animaduersor. Nam si super occentu soricis, vel occursu mustelæ, vel similibus signis cōsuluisset quandoque peritum, aut anile incātamentum ad lenendum adhibuisset dolorem, quod medicinæ quoq; admittit auctoritas, reus vnde non poterat opinari delatus raptusq; in iudicium pœnaliter interibat

De senaculo fœminarum Lampridii Codex restitutus.

De emissariis Qui bene nasati & monobeli.

CAPVT LX.

GAbalus *Imperator*, cui postmodo *Helii*, hoc est, Solis (vt Seruius interpretatur) cognomen inditum est, describitur a Lāpridio viro literatissimo, in cuius vita sic scriptum est: *Fecit, & in collo Quirinali senatulum*, id est, *mulierum senatum*, corrige *senaculum.* Pompeius *senaculum*, dici putat *locum senatorum*

m.

Percepimus pariter Senaculum, hoc est, Senatum paruum constituisse fœminas apud Romanos. Senacula tria fuisse Romæ, in quibus Senatus haberi solitus sit memoriæ reddidit Nicostratus in libro, qui inscribitur de Senatu habendo. Vnum vbi nunc *ades est concordiæ inter capitolium, & forum, in quo sedebant magistratus de republ. cum Senioribus deliberantes. Alterum ad portam Capenam. Tertium circum ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legati, quos in vrbem admittere nolebant, senatus dabatur.* Eiusdem hæc, Romæ denique nihil aliud egit, nisi vt emissarios haberet, quibus bene vaticinatos perquirerent. *Tu Helium habuisse indagatores intellige, qui inuestigarent bene nasatos, hoc est, egregie mentulatos*, a quibus (venia verbo sit) iniretur. Hos Græca dictione paulum infra *Monobeles* vocata longo *Obelo*, id est, veru, quod a similitudine, pro mentula vsurpatur. *Aristoteles obeliscolychniũ lychnuchum, vocitat hoc ligneolum* sustentaculum lucernarum. *Monobeli* vocantur igitur, qui solo *obelo*, hoc est, *pene* propter teretem similitudinem conspiciendi sunt. Idem in vita Commodi morionem æquo mentulatiorem describens, ita inquit. *Habuit & hominem pene prominentem, vltra modum animalium, quẽ Onon appellabat.* Significat Lampridius Commodum habuisse in delitiis quendam prominulo pene, hoc est, cauda falaci, quem vocabat ὄνον, hoc est, asinũ. Nec mirum ergo, si Satyrus, inquit: *Et pedem sibi queris asellum.* Aristoteles auctor est, mutoniatos supra captum hominis & sortem, steriles esse, quoniam semen per prolixum penem discurrens deferbuit, antequã in locos muliebres, hoc est, in vuluæ acceptabula, per prolixum vere discurrens recipiatur.

Cucumam recognoscendum esse in Pollione, & capita, ibiq; Plauti carmen retractum. CAPVT LXI.

TRebellius Pollio, in diuo Claudio enumerat cumacum cypream vnam, annulum bigemmeum, *subarmale vnum.* Vocem adulterinam esse crediderim *cumacum*, cum nullibi reperiatur: subsortiri igitur libet *cucumam.* Est enim *cucuma* genus vasis, de quo Petronius arbiter inquit: *Cucumam grandem foco appositi.* Martialis, *Cucumam fecit* Otacilius, hypochorismos *cucumæ est cucumion*, sed Græca forma, nos *cucumulam* dicere nullus vetat. Miror Angelum Politianum politissimum alioqui virum scribendo tantum exstare hæc *cucumæ* tria exempla, cum Iureconsultus digestis ad legem Cornel. de Sicariis, *cucumam* in hac significatione ceperit, si *Ciuua*, inquit, *Martianus, percusserit aut cucumam, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam.* In eodem paulo post hæc mendosissime leguntur. *Bardocucullum vnum*, cucuma villosa duo. Scimus enim *Bardocucullum* esse tegmen capitis villosum, cuius vsus translatus a populis Galliæ, qui dicuntur bardi, de quo alibi fusius. Ceterum de *cucutiis* nunquam legi, quod mihi persuadet mendosam esse dictionem corrigendumq; esse *capitia*,

quæ

quæ ſunt capitis tegmina. Varro de vita patrum in quarto. Tunicas nec *capitia, nec ſtrophia, neque Zonas*. Idem *capitula* vocat, hoc eſt, *parua capitia*. Obiter Plautinum id carmē interpretare ex Curculione. *Vbi quid ſurripuere aperto capitulo*, vbi capitulū pro paruo capitio ſume. Græcorum enim mos eſt petaſatos incedere.

Qui ſint Druydes Gallorum codex Vopiſci emendatus.

CAPVT LXII.

QVantas & quam deformoſiſſimas in Flauio Vopiſco maculas inuenerim (quæ poſſum dicere) ex hac menda, quam ſubtexam exemplum capere poteris. Dicebat, inquit Vopiſcus: *Aurelianus Gallicanas conſuluiſſe Dryadas ſciſcitantem, vtrū apud eius poſteros imperium permaneret*, ſi promiſcue lectioni ſubſcribis interpretatio facilima eſt, ipſum Aurelianum conſilium cepiſſe a nymphis Gallicanis, quę dicuntur Dryades ἀπὸ τῶν δρυῶν, hoc eſt, quercubus, quippe cum querceta ſint nymphis illis conſecrata. Sunt autem querceta loca quercubus conſita, vt *caſtaneta* caſtaneis, *coryleta* corylis, *citreta* citreis pomis, *laureta lauro*, *fraxineta fraxino*, & ſic de reliquis. *Amadryades* vero nymphæ vocitantur, quæ cum *quercubus* gignuntur, & *moriuntur*. Lectio tamen elegātior eſt hæc, ſi ſcribis Gallicanos Druidas. *Sunt enim Druidæ Gallorum magi, hoc eſt ſapientes*, de quibus multa Plinius, & Suetonius, Plenius tamē Cæſar belli Gallici commentario ſexto. Quæ ſcribit ille, ſunt hæc: Druydæ rebus diuinis interſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adoleſcentum numerus diſciplinæ cauſſa concurrit, magnoque hi ſunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controuerſiis publicis priuatiſque conſtituunt, & ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cędes facta, ſi de hereditate, de finibus controuerſia eſt, iidem diſcernunt, præmia pœnaſque conſtituunt. Si quis aut priuatus, aut publicus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt, hæc pœna apud eos eſt grauiſſima. Quibus ita eſt interdictum, ii numero impiorum ac ſceleratorum habentur, iis omnes decedunt, aditum ſermonemque diffugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur, neque honos vllus cōmunicatur. His autem omnibus Druydibus præeſt vnus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, aut ſi quis ex reliquis excellit dignitate ſuccedit, aut ſi ſunt plures pares ſuffragio Druydū, nonnunquā ēt de principatu armis contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, conſidunt in loco conſecrato, huc omnes vndiq; qui controuerſias habent, conueniunt, eorumque iudiciis, decretiſque parent: Diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translata eſſe exiſtimatur, & nunc qui diligentius eam rem cognoſcere volūt, pleriq; illo diſcendi cauſſa proficiſcuntur. Druydes a bello abeſſe conſuerunt, neque tributa vna cum reliquis pen-

dunt, militiæ vacationem omniumque rerum habentimmunitatem, tantis excitati præmiis, & sua sponte multi in disciplinam conueniunt, & propinquis parentibus committuntur magnum ibi numerum versuum edidicere dicuntur. Itaque nonnulli annos viginti in disciplina permanent, neque fas esse existimant ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus publicis priuatisque rationibus Græcis literis vtantur. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. Multa præterea de syderibus, atque eorum motibus, de mundi ac terrarum magnitudine, *de rerum natura, de Deorum immortalium vi ac potestate disputant, & iuuentuti tradunt.* Hæc curiose satis Cæsar. Addit Plinius *Druydes* dici a *roboribus.* δρῦς enim græce *quercus* dicitur. Propterea *Druydes* quidam vocare malunt, res leuis & parui momenti, y. enim in v. verti potest, addito a latinis, i, elemento. In dictionibus Græcis, peregrinitatem abhorrentes, quandoque aliquid addimus. Nihil habent *Druydes*, ita suos appellant *magos Galli*, viscu & arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, Sacratius, omnia sanantem appellantes suo vocabulo. Erant apud Gallos duo genera Sacerdotum vaticinantium, *Bardi*, *scilicet & Druydes*, de quibus sic Heroice canit arduus Lucanus:

Plurima securi fudistis carmina Bardi,
Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum Druydæ, positis repetistis ab armis.
Solis nesse Deos, & cœli numina vobis,
Aut solis nescire datum est, memora alta remotis
Incolitis lucis, vobis auctoribus umbræ
Non tacitas Erebi sedes ditisque profundi
Pallida regna petunt. Regit idem spiritus artus
Orbe alio, longe canitis si cognita vitæ
Mors media est, certe populi quos dessicit Arctos
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus, inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq; capaces
Mortis & ignauum redituræ parcere vitæ.

Mirum est Druydas Cæsarem ab armis excludere: Lucanum vero bellis inferre. Scribit Strabo passim apud omnes Gallos eximio in honore haberi *Bardos*, Vaties, & Druydas. *Bardi* laudationibus quidem ac reb. poeticis studet, *Vaties* aut sacrificiorum naturalium q; causarum curæ dediti. *Druidæ* præter causarum studia moralem disciplinam exercent, iustissimi autem omnium opinione, cum priuata & publica iudicia eorum fidei mandetur, vt rem ante bellicam iudicarent, capitis quoque iudicia eorum sententiæ permittebantur. Lego tamen vetulam Dryadem præsciuisse Diocletiano imperium, cum aprum interfeciset.

De

De Parrisio vrbe Galliæ florentissima, & quod conditorem recognoscit Iulium Cæsarem.

CAPVT LXIII.

BOetium Seuerinum multi, hoc est, omnis eruditorum schola doctrinarum omnium columen: & seminarium recte vocant. Hic plurimis ingenii luminibus omnitugam virtutem limit, & artificij magisterio compleuit. Sed vt nostra hoc est, poetica siue oratoria attingã, ceteta enim citra moroſi stomachi fastidium gustari vix possunt. Ab illo didici primo ciuitatẽ illam celeberrimã, quam vulgo Parrisium vocant, a Iulio Cæsare conditam esse. Manifestarium certe est in hanc vrbem musæo florentissimã, populo numerosissimã, omni dote conditionis ciuilis ornatam, nõ minorẽ Cæsare qui supra omne fastigiũ euasit, posse nuncupare conditorem. Hic idem Iulius Carthaginẽ instaurauit tanto cultu, quãto postmodũ florentissimi scriptores docent Apuleius, Augustinus, & ceteri luculentissimi scriptores. Paulanias auctor est in *Corynthiacis* Cęsarem Corinthum a Mummio dirutã, & Carthaginum a Scipione Coloniam deduxisse. Boetii verba sunt hæc: *Multos discholos, vt meminimus vidimus, percepimus in ciuitate Iulii Cæsaris, qua Parisius dicebatur.* Siveto forte quipiam scioli insurgẽt, qui hunc libellũ Boetii non esse profiteantur, infelicis ingenii sunt. Redarguuntur isti ipsius voce & testimonio. Quod hoc est. Aristotelis quoq, tota succincta brevitas, licet voce tædiosa non tamen infructuosa. Malui n. potius fideli inseruire translationi, quã arrogantiæ reprehẽdi temeritate. Quidenim Aristotelis lucida veritate serenius? Architrenius poeta ingeniosissimus apud nos est, non profanorum manibus teritur. Is luculenter & graphice hanc Iuliam vrbem, etiam per illa tempora gymnasio florentem exornat his panegyricis versibus:

Exoritur tandem locus altera regia Phœbi
Parrisius, cyrrea virũ, chryſea metallũ,
Græca libra, Inda ſtudiis Romana poëtis,
Attica philoſophis, Mundi roſa, balſamius orbis,
Sidonis ornatu, ſua menſis, & ſua potu,
Dines agris, fœcunda mero, manſueta colonis,
Meſſe ferax, mopertarubis, memoroſa racemis,
Plena feris, fortis domino, pia regibus, aura
Dulcis, amœna ſitu, bona qualibet, omne veneſtum,
Omne bonum, ſi ſola bonis fortuna faueret.

Parisius siue Parrisii ciuitas hæc dicitur. Quoniam fuit culta a Parrisiis populis Galliæ. De quibus post ceteros mentionem facit Cæsar in commentariis. Quidam Augustum tamen volunt Carthaginem instaurasse.

Quid sit molere & permolere, Boetii codex emendatus.

CAPVT LXIV.

CVm idẽ Seuerinus sanitatis pẽpta inferius traderet, subiecit

hęc verba. *Phlegmaticus Venereo accessu mẽsurnus pmolliri deberet*, in Prisci exemplaribus scriptum est *permolere deberet*, quæ lectio Boetii doctrinæ par est, & assimilis turpitudinem rei verbis subobscuris velanti. Significat enim *permolere* inire, & subagitare, aggrediq; rem veneream Ausonius.

Deglubit, fellat, molitur per vtramq; cauernam.

Idem, *Cum dabit vxori molitor tuus, & tibi adulter:*
Quantum deprensi damna pudoris emunt.

Molitorem namque ab hoc verbo *fututorem* dicit Ausonius. *Molere* trahi ad hanc pudendam significantiam reor, quod *rotam. lendaria rotam terendo conterit*. Alibi Ausonius:

Tu grauius metuas nihil Eunome, dixi ego & omnes:
Diceris hanc mediam lambere non molere.

Plautus in Casina. *Colloco, fulcio, molo qua senex nuper*. Cum Boetius admonet grauedinosum scholasticum, hoc est, *Phlegmaticum* debere admoueri Veneri, loquitur ex præscripto naturali. *Coitus* enim maxime phlegmaticos leuat. Sententiæ Boetii astipulatur Aristoteles *libro quarto problematon. Cur venus immodica morbis pituita nonnullis commoda est*? An quoniam excrementi quidam excursus est, ita vt multum vacantis materiæ cum semine detrahi possit. *Pituitam* autem excrementum esse nulli dubiũ est. Obiter hoc discse, *melancholicos esse maxime libidinosos, quoniam spiritu redundant. Semen autem excursus spiritus est. Ergo quib. idipsum amplificatum, hos sæpe purgari appetere necesse est, sic enim efficitur, vt leniantur. Mensurnus* vero in Boetio exponi debet, spatio vnius mensis. Deflectitur ea forma qua diuturnus.

Hyperberetaũ mensem esse octobrem: Nomina Græcorum mensium, Ægyptiorum, & Hebræorum. Decretum canonicum emendatum.

CAPVT LXV.

IN decretis Canonicis distinctione 27. hæc verba leguntur, *Secundum vero concilium idibus octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperbiti mensis decimus inuenitur*. Emẽdo, *hyperberetei*, de quo in Suida græco grammatico talia lego, ὑπερβερεταῖος μὴν κατὰ μακεδόνας ὀκτώβριος, καὶ παροιμία ὑπερβερεταῖος, ἐπὶ τῶν ὑπερχρονίων εἴρηται παρὰ τὸ μακεδόσιν, ὁ πλειστὸς μὴν ἐνιαυτοῦ ὑπερβερεταῖος ἀνηγόρευται, hoc est, *hyperbereteus mensis apud Macedonas octobr est*, vnde *prouerbium hyperberetæus, de longæuis dicitur, quod vltimus mensis anni dicitur esse hyperberetæus apud Macedonas*. Sed cum nouerim diuerticula recondita eruditione scatentia, non minus ab eloquẽtię candidatis affectari, ponere collibuit nomina Græcorũ mensium cum latinis, quæ res non minimũ compendium vtriusq; Linguæ cupidis affectis afferet. Sũt igitur duodecim menses græci vt latini. Est mensis *Munychion*, qui a nobis *Martius* appellatur. *Aprilis Targilion*, quem quidam Græcorum *Antisterion* appel-

appellarunt a copia florum, qui eo menſe luxuriant. *Scirrhaphorion* Maius, *December poſideon*, *September memacterion*, *Iunius hecatombeon*, *Iulius metagitnion*, *Februarius elaphebolion*, *Auguſtus boſdromion*, *October hyperbereteus*. Addunt nonnulli *Gameliona* recte & *Pyanepſiona*, quos Latini *Nouembrem* & *Ianuarium*, de quibus lege, quæ profunde rimatur Theodorus Gaza in grammatica ſua. Ægyptii quoque menſes ſuos obſeruarunt variis dictionibus prænotatos. Sunt enim his nominibus præditi: *Thoth*, *Phaothi*, *Athyr*, *Choeac*, *Tybi*, *Mechir*, *Phamenoth*, *Pharmuthi*, *Auanthenta*, *Payni*, *Epephi*, *Meſori*. In menſe *Thoth*, falcem racemis ſummittunt in vindemia, in *Phaothi inſidias* auibus moliuntur, in tertio, hoc eſt *Athyr*, pleiades hymbrice exoriuntur. *Choeac*, oſtendit generationem ſpicarum ſemente obrutarum, *Tybi* quatit purpuream veſtem vires ferentē, hoc eſt, *ver oſtendit Floricomum*, *Mechyr* oſtendit nauigationis tempeſtiuitatem, *Phamenoth*, accommodus eſt ad bella Martia. Vernarum *Pharmuthi* roſarum pronuntius eſt. Inciſas *Auanthenta* falcibus meſſes cuſtodit. Fructuoſi *Payni* nuntius eſt Autumni. Vindemia capitur in menſe *Epephi*, *Meſori* Nili genitiuam aquam ferre conſueuit. Verſus græci, quibus vires horum menſium deſcribuntur hi ſunt.

ωεῤῥος θωθι δυὴ δ ρεπτυην ἐπὶ βότρυν ἐλείρει.
ἰχθυβολοῦσι φάωθι φέρει πάνδημον ἀρωγήν,
πληϊάδων φαίνουσιν ἀθὺρ τεκμήριτα ὧρην,
χοιάκ σπειρομβρῶν σταχύων δείκνυσι γανέθλην.
τύβι δὲ πορφυρέον βουληφόρον εἶμα πτυσσει.
ξημιάνει πλωτῆρσι μεγὴρ πλόον ἀμφιπολεύειν.
ἄρεος ὅπλα φέρειν φαμενωθ, δείκνυσι μαχήτας.
εἰαρινῶν φάρμουθι ῥόδων ωεῤῥοτάγελός ἐστι
λίιαδὲ ἀνανθεῖται πτιχῶν δρεπάνοισι φυλάσσει.
ἐυκάρπου οδὲ παῦνι ωεῤῥάγελος ἐστιν ὀπώρης.
καὶ σταφύλῶν κατέχον ἐυάμπελός ἐστιν ἐπῆφι
καὶ μεσορὴ νείλοιο φέρει φυσιζόον ὕδωρ.

Hebræi habent hos menſes ſic appellatos:

חשרי מרחשון בסליו טבת שבט אדר ניסן
אייר סיון תמוז אב אלול:

Sic latine ſonant. *Tyſiri*, *Marchaſuan*, *Ghiſleu*, *Teuer*, *Seuat*, *Adar*, *Niſan*, *Egiar*, *Siuan*, *Tamus*, *Au*, *Elul*.

Quatuor eſſe in cœlo cardines, quibus nominibus appellentur, Auguſtinus enarratus.

CAPVT LXVI.

AVguſtinus lib. 5. de Ciuitate Dei ſcribit hæc, quæ ſubiecimus: *Deinde quaro, ſi tanta diſtantia eſt temporis, in natiuitate geminorū, vt per hanc oporteat eis conſtellationes fieri diuerſas propter diuerſum Horoſcopum, & ob hoc diuerſos eſſe cardines, vbi tanta vis*

ponitur, vt hic etiam diuersa sint fata. Audiui complures dubitare, qui sint illi *cardines* cœli, de quib. meminit Augustinus. Comperi ex diutina lectione *cardines* in cœlo *quatuor* esse, *ascendēs, diametralis irradiatio, imum cœli, medium cœli.* Sic enim nonnulli volunt. Manlius *horoscopū* lib. 3. vocat *ortiuum cardinem.* Est certe necessum, vt cuiuscunq; nascentis *horoscopus* sit in vno horum *cardinum.* Sed exactius & plenius de *cardinib.* iis meminit Firmicus lib. 1. Matheseos: *In genituris cardines sunt scilicet ortus, occasus, medium cœli, & imum cœli, quæ loca a Græcis solent appellari nominib. his. Anatole, Clisis, Mesuraniū, Orogeon. Ortus est pars horoscopi posita, qd a græcis diametrū dyticon dicitur, quod vt facilius intelligas a parte horoscopi computa per cetera signa per 180. & in quo ūq; signo 181 fuerint inuenta, in ipso signo, vel parte genituræ cōstituitur occasus. Medium vero cœlum est ab horoscopo 10 signum. Sed interdum M. C. etiā in 11. horoscopi signo partiliter inuenitur. Imum cœli Græci, modo Orogeon, hoc est, terminum terrestrem, modo Hypogeon appellant. Ligebatur. n. perperam in Materno aurogeon pro orogeon. Hi sunt genituraru ac decretorū cardines, quos diligenti semper debemus ratione colligere, vt omnē substantiam facti verissimis pronuntiationib. explicemus. Necesse est, vt Augustini verba percipias, semper horoscopum esse in aliquo ex quatuor his locis, cum fuerit in ortu, hinc vita hominū & spiritus pendet, & ex hoc loco totius genituræ fundamenta noscuntur. Est autem cardo primus & totius genituræ compago atq; substantia. Ex secundo cardine spei ac possessionis incrementa noscuntur. Est autem piger locus ab horoscopo alienus, ideo inferna appellatur porta, q nulla cum radiatione coniungitur. Ex tertio loco de fratrib. & de amicis cuncta dicemus. Huic loco dea nomē est. Est autem peregrinitatis locus hic primus. Cum horoscopo tenui societate cōiungitur. Respicere enim horoscopum de exagono videtur. Ex quarto loco ostenduntur nobis parentes, patrimonium, substantia, fundamenta mobilia, & quicquid ad latentes & repositas patrimonii pertinet facultates. Est autem hic genituræ cardo. Imum cœlū aūt ideo dicitur, quod in diametro medii cœli constituitur. Sed hic locus cū horoscopo maxima societate coniungitur, quia de quadrato horoscopum respicit, & per quadratum ab horoscoscopo videtur. Cardines appellātur hæc loca, quod illis omnis mundus innititur* Hos non tacuit Manlius Astronomicus, cuius ex 2. lib. verba sunt hæc:

Ergo age nescendis animum compone sagacem
Cardinibus, qui per mundum sunt quatuor omnes,
Dispositi semper, mutantq; volantia signa.
Vnus ab exortu cœli nascentis in orbem.
Qua primum terras æquali limite creuit,
Altera ab aduersa respondens ætheris ora.
Vnde fugit mundus, præcepsq; in tartara tendit.
Tertius excelsi signat vestigia cœli,
Quo defessus equis Phœbus subsistit habenis:

Du

Declinatque diem, mediasque examinat vndas.
Ima tenet quartus fundato nobilis orbe,
In quo principium est reditus, finisque cadendi
Sideribus: pariterque occasus cernit & ortus.
Hæc loca præcipuas vires, summosque per artem
Fatorum effectus referunt, quod totus in illis
Nititur æthereis veluti compagibus orbis.
Quæ nisi perpetuis alterna sorte volantem
Cursibus excipiant, nectantq; in vincula bina
Per latera atque imum templi, summumq; cacumen
Dissociata fluat resoluto machina mundo.

Macco vetulam delirantem fuisse, vnde fluxit in deliros Græcum prouerbium μακκόα. Lucianus explicatus.

CAPVT LXVII.

LVcianus Samosatenus, quem Lactantius maximus religionis nostræ propugnator asserit nec diis nec hominib. pepercisse, omni Atticismi Venere redundat, præsertim in eo dialogo reconditarum vocum cognitione prope congestitia referto, cui titulus est *Lexiphanes*, caussam nominis autumo, quod ille antiquarius, qui carpitur in dictionibus duntaxat apparebat, sententiam præ vocum lepore contemnens. Possemus tamen existimare vocatum *Alexiphanem* esse, ꝙ defensionē suam sitam in prætextu vocabulorum desitorum, putabat. Sed hoc ad iudicium legētium referimus. In eo dialogo sic scriptum reliquit: ἀλλ' τουτονὶ λύκινον ὡς περιφανῶς μακκόα. Vsurpat Lucianus μακκόα pro eo quod latine dicimus, *delirat, desipit, ineptit, nugatur.* Deflexio verbi numero Platonis est obscurior. Cererum verbum deductum est ab anicula *Macco* pro delira & insana, sicuti quoque deliratione apud Græcos celebrata est *Lemmo*, hoc est, λαιμώ. Lucianus hoc verbum sumsit ex Aristophane, apud quē μακκόα pro ἀνοηταινεῖν, hoc est, ineptire ponitur. Verba Aristophanis posui: τὸ τοῦ δήμου πρόσωπον μακκόα καθήμενον, καὶ μεμακκοακότα ἀντὶ τοῦ ἀνοηταινόντα. Fultus hac auctoritate Luciani & Aristophanis nihil immuto in codice Lucii Apulei in oratione secundi apologetici. Quæ scripsit Apuleius sunt hæc: *Omnes isti quos nominaui, & si qui præterea fuerunt dolo memorādi, si cum hac vna Ruffini fallacia contendant, Macci prorsus & Buccones reperiantur.* Ego *Maccos* desipientes interpretor ab hac vetula *Macco* delira. *Maccum* pro fatuo poni, docet libro tertio Diomedes, qui in Atellanis ridiculis fabulis tradit *Maccos* inseri, vbi deliritate risum excitantes personas interpretare, qualis fuit *Macco* vetula. Nec me præterit quospiam fuisse, qui *Mathos* in Apuleio legant ducti fortassis hac auctoritate, quod Græce μάταιος *vanus* dicitur. Sed hi veræ etymologiæ

expertes sunt. Legi tamen in prouerbiis Græcis *Acco* nomen fuisse vetulæ insanæ, propterea in desipientes dicebatur *Acco*, ab Acco, videlicet fœmina insania celebri, quam ferunt consuetam comete se ad speculum, a quo, vt ab altero comprobaretur, vnde ἀκκίζεσθαι, pro *desipere* ab ipsa inoleuit.

De Camo vinculo colli Psalmographus, & Ambrosius enarrati.

CAPVT LXVIII.

AMbrosius lib. 6. Hexameron vsurpat verbum vsitatissimum, sed a paucis etymologice cognitum: *Nolite*, inquit Ambrosius: *Fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus, aut si te edacitas equi intemperantiaque delectat, & hinnire ad fœminas voluptati est, delectet in freno maxillas tuas, camoque constringi.* *Camum* dixit Ambrosius intelligere volens *vinculum*, quemadmodum vtuntur in sacris literis. Propterea Psalmographus ait: ἐν κημῷ καὶ χαλίνῳ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρός σε. *In camo & freno* vertit Hieronymus *maxillas eorum constringe, qui non approximent ad te.* κημὸς species *freni*, apud Ephimum eo versu: κέντρα διώξε κέλευθα φιλορρώθωνα τὸ κημὸς. κημὸς, etiam significat *contextum figuræ Coni*, quod instar calculi iudices iaciebant in cadum. *Aristophanes*: καπίσται ἐν τοῖς κημοῖς γὰρ. Significat, & hoc equorum *retinaculum*, & *muliebre ornamentum*. Est genus *Tibiæ*, *pabuli*, & *Lilii*, & quædam *herba*. Est & *mechanicum instrumentum igniferum*. Latini quidem hac dictione, sed cum modulatior vox ita futura sit *camum* non *cemum* verterunt. Idem obseruantes in voce ζημία *quæ dispendium* significat. Plautus nõ *Zemiam* dicit, sed *Zamiam*, η, enim decenter in α, conuertitur. Sed & Pollux in capite περὶ ἡνιῶν, *de camo* sic meminit: κῆμος καλεῖται τὸ δὲ παρὰ τὸ γένειον διῃρόμενον.

Quæ sit auis pia, exemplum Ciconiæ memoratu dignum idem apertus Ambrosius.

CAPVT LXIX.

SVbdit paulo post idem Ambrosius: *Nouit hirundo quando veniat, quãdo reuertatur. Nouit etiam pia auis annuntiare aduentus sui testimonio veris initium.* Existimo per *auem piam* significari *ciconiam*, quæ hoc tanquam peculiari cognomento donatur, quoniam parentes suos iam viribus destitutos alit, & baiulat. Hæc appetente vere regreditur, vnde exit illud Maronianum:

Cum vere tepenti
Candida venit auis longis inuisa colubris.

Sunt enim duæ species auium, *Enchoriæ* scilicet, hoc est *regionales*, & *alienigenæ*. Inter *alienigenas* numerantur *hirundines* & *ciconiæ*, quæ abeunt hyeme appetente, sed æstate redeunt. In tantum pia est hæc auis, vt pietatis nouum apud Græcos cognomentum assumserit. Aurea præcepta Ambrosii libro quinto Hexameron su-

per huius auis pietate loquentis non pigeat audire: *Auet non erubescunt reuerendi senis membra portare. Est n. vectura pietatis, quod eousq; frequenti testificatione percrebuit, vt cõgrua mercedem remunerationis inuenerit. Nã Romanorum vsu pia auis vocatur, & q̃ vix vni Imperatori consulto Senatu delatum dicitur, ista hoc aues in commune meruerunt. Pios enim filios patrum prius oportuit iudicio praedicari, habent etiam vniuersorum suffragia. Nam retributio beneficiorum ἀντιπελάργωσις nominatur, πελαργὸς enim Ciconia dicitur. Virtus itaque ab hu nomen accepit, cum relatio gratiarum Ciconia vocabulo nuncupetur.* Ante nos hæc verba Græca desiderabantur in codicibus Ambrosii promiscuis, quæ restitui ita debent: *Sic scriptũ est in græcis prouerbiis. Ἀντιπελαργῆσαι, ἐπὶ τῶν τὰς χάριτας ἀντιποδιδόντων, λέγεται γὰρ πελαργοὶ γηροβοσκοῦντες τοὺς γονεῖς τρέφειν, καὶ μὴ δυναμένων ἐπαναφέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων.* Latina sic fecimus: *Reddhostire siue retribuere. Dicitur de his, qui retribuunt gratiam. Dicuntur enim Ciconiæ senescentes genitores nutrire, illosque ad volatum non sufficientes succollare, humerisque propriis deferre.*

De Nemesi Vltrici Dea intellexisse Senecam in tragœdiis. Obiter Poeta carmen de Adstratea explicatum.

CAPVT LXX.

DVOS Senecas Romæ floruisse docuimus Martialis auctoritate, cum per Plautinum mare velificaremur: alter sententiosus ille, quem traditione pollere Boetius autumat periit exsectis iussu Neronis venis: *Orchestram quatit alter Euripidis*, vt Sidonius ait: Hic alter Seneca, qui tragœdiam curat continenti lectione excutitur: Nullus tamen exstat (de latinis loquor Auctoribus) qui pluribus non næuis, sed gangrenis, & carcinomatibus occupetur. Nunc in Romana lingua erratum attingam ne nimis insulsi illius enarratores se græcas literas nescire excusent. Est in tragœdia Hercule huiusmodi versiculus, prolatus ab Alcmena sic tyrannum Lycum increpante;

Dominare tumidus, spiritus altos gere:
Sequitur superbos, vltor a tergo Deus.

Quis non videt esse manifestum mendum in 2. carmine. Quin potius legendum censeo:

Sequitur superbos vltor a tergo Deus.

Concinniter Seneca Deum vltorem *Nemesim* vocat, quæ Dea (vt tradit Plinius noster) latinum nomen non inuenit. Illam commenti sunt, Poetæ solitam esse superbos, & superbiloquentes punire. Huic conuenit illud Ouidianum:

Exiget ad meritas vltrix Rhamnusia pœnas.

Rhamnusiam ergo Naso consimili huic Annei Senecæ epitheto vocat *vltricem*. Vocata vero est *Rhamnusia*, quoniam in *Rhamneto* vico Attico colebatur. Idem libro vltimo metamorphoseos:

Vltoresq; Deos, & pectora dura perosam
Idaliam, memoremque time Rhamnusidis iram.

Hunc vltorem Deum amatoriis rebus superbia quadam renuntiantes punientem Tibullus ita significauit: *Hic iuuenis quondam miseros ludebat amãtes, Nescius vltorẽ post caput esse Deum.* Ex quibus Tibulli lepidissimi poetæ versibus, Senecã hoc protulisse contenderim. Nec obstant *Nemesin* deum vocasse, quod vel exemplo græcorum poetarũ fecit, apud quos θεὸς *deum deamq;* indiscriminatim significat. Vel quod intima præditus eruditione Seneca Maronis imitatione *deum vltorem* pro *deã vltricem* ponit. Maro nãq; cũ Alecto attingeret ait: *Nec dextræ errãti Deus abfuit*: & sicuti tradit Seruius, Dii sunt ἀρσενοθήλιες, hoc est, *mares & fœminæ*. Est igitur hic poetę sensus, *Lycum* admonẽtis impotentiam infringeret, spiritus altos deprimeret, quoniam a tergo Deus est puniẽs illos, qui superbia cœci & elati humana diuinaq; cõtemserunt. Quid si trãsferas hoc ad *Metanœam* Ausonii, quæ præcedẽtes miseros flagello subinde repercutit, tanq̃ *Lycus* virtutẽ videns, eãq; relinquẽs falsæ gloriæ sititor, verę spretor, sit exspectaturus *resipiscentiã* siue *metanœã* qua admonitus sero sapiens intabescet, q̃ oblatã virtutẽ spreuerit, & tortorem deum humeros sequentem patietur. Hoc addamus, quoniam de *Nemesi* mentio facta est, quod traditur a Pausania, *A Marathone stadiis sexaginta litorali via ad Oropum euntibus Rhamnes decurrit, domicilia incolarũ ad marẽ posita sunt. Paulo inter continentem Nemesis fanum est, quæ supra ceteros deos aduersus superbos inexorabilis est, vt barbaris quoque, qui in Marathona venerunt, huius anus ira multũ obstitisse videatur*: quare, ex Græco tamen Ausonius inquit: *Punio sic Persas vaniloquos Nemesis.* Nam Athenarum opes aduersus se contẽnentes iam tunc marmor Pariũ acceperunt, quod ad trophæum erigendum vehebant. Id marmor Phidias exciderat in Deæ statuam. Eius corona capiti apposita est, qua & cerui & fortunæ parua insignia continentur. In manuum altera ramus fraxineus, in dextera phiala, in qua Æthiopes effecti, cuius rei caussam, neq; ego coniectura per me assequi potui: neq; eorũ opinio, qui se id scire putant, mihi probabilis visa est. Aiunt n. Æthiopes in phiala insculptos fuisse propter Oceanũ fluuiũ, ad quẽ Æthiopes inhabitẽt, *Nemesin* vero Oceani filiam esse. Prouerbium Gręcum ῥαμνουσία νέμεσις. In Rhamnonte Nemesis dicata statua est decẽ cubitorẽ ex solo lapide, opus Phidiæ: habet enim in manibus mali ramum. Dicitur & prouerbialiter Attice: ἀδραστεῖα νέμεσις. De his proférunt, qui prius fortunati fuerunt, postea infortunati: *Nemesis Adrastea.* Eteocles enim & Polynices post obitum patris Oedipodos regnum Thœbanum sortiti sunt vicissim, vt alternatim regnarent, quod cum primum contigisset Eteocli, & nolente fratri regnũ restituere, fugit Polynices ad Adrastum regem Argiuum.

Adrastus

Adrastus huic filiam denupsit, huius contemplatione expeditionem parauit in Thebanos, ex quo bello post ceterorũ procerum, quos secum duxerat, interitum, solus fugit Adrastus. Ab hac historia *Nemesis Adrastea dicta*. Quoniam cinctum toi Regibus secum ad diruendas Thebas proficiscentibus Adrastum spoliauit, & solum fugere compulit. Nec mirum igitur si Adrasti pallentem imaginem Maro libro sexto dicitauit: fugæ enim comes est pallor. Poeta in quodam opusculo quod inscribitur *Cyrũ*, iustissimam punientem malos hoc est, Nemesin simpliciter vocauit *Adrastiam*. Poetæ carmen hoc est: *Vt scelere infando, quod nec sinit Adrastea ledere virtunque vno studeas errore parentem.* De hac Diodorus sic meminit: ἀδρήστειά τε θεὸς ἣν ἔχουσι τὴν Φυλάκην παρθένῳ & ἡλικίᾳ διαφέρουσαν τιμῶντες: hoc est *Adrastea diuinaque & pedissequa te custodiet virgo multos decipiens Nemesis*. Plotinus in tertia Æneade tradit inexitabilem potestatem legum diuinarum esse Adrasteam.

Multa mendose scripta in Pediano suo nitori restituta. Quid sit Neotrice. Attellanæ fabulæ. Quæ sit vox ossa.

CAPVT LXXI.

PEdianus Asconius Ciceronianas orationes interpretatus est summo verborum nitore, doctrinaque recondita. In diuinatione prima sic scriptum est: *Vt oculis iudicare possit hoc quod leuiter a Cicerone dictum & neoterice putant. Sed aptum est asseuerationi.* Profiteor ac præ me ferro ignorare, quid significet illud verbũ *neoterice*, nisi a neotẽdo noue protulisset, q; tamen nõ puto. Proinde *Neoterice* lego, vt sit aduerbium a dictione græca Neotericos: qua nouus & recentior significatur. *Neoterice* dicere est more recentiorum, non docte, non exculte, non exacte, vt antiqui & consequenter grauiores solent. Sed vt recentiores, quos vulgus *modernos* appellat, qui non accedunt ad priscorum tubam, iuxta illam Plauti celebrem sententiam: *Namque tunc est spectarum fuit, quo omnes abierunt hinc in communem locum.* Nam nunc nouæ, quę prodeunt comœdiæ multo sunt peiores quam nummi noui. Eiusdem non multo post haudquaquam minus maculosum est exemplar. Actionibus græcis *palliatarum* scilicet *fabularum*. In his enim etiã si Latinę sunt Græca omnia seruantur. Nam Latinæ fabulæ per pauciores agebantur personas, vt *Antelliana, togata*, & huiusmodi aliæ. in his posterioribus verbis, meo quidem iudicio, menda non mediocris apparet, quamobrem nõ *Antelliana*, quæ dictio nullius significatus est, sed *Atellane* scribendum, qua voce comœdię significantur, quæ vocantur Atellanæ, de quibus hæc Diomedes grammaticus libro tertio. Tertia species est fabularum Latinarum, quæ a ciuitate Oscorum *Atella*, in qua primum cœptæ Atellanæ dictę sunt, argumentis dictę sũ, iocularib. similes satyricis fabulis græcis.

Idem Asconius paulo post. *Quibus se in classe uti velle dicebat: Cani remigibus cœlum, ac per symphoniacos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam.* Semper Pedianum grauissimum auctorem ratus sum, & cuius auctoritati maxime acquiescerem. Verum in hoc duntaxat Pompeius eruditius interpretamentum afferre videri potest, qui *assa* cantus tibiarum dici putat, sensu M. Tullio conuenientiore, quoniam *remigium* cantus & *symphoniacos* præposuerat. Quod si quis eruditissimum virum Pedianum defendere nitatur, exponat Pedianum *per ore prolatam*, intelligere solam vocē, quę tibiis, quæ nullis concentib. est immixta. *Assa* iuquit Marcellus: *Voce sola, voce lingua tantummodo aut vocis humane, non admixtis aliis musicis esse voluerunt.* Varro de vita patrum libro 2. *In conuiuiis pueri modesti, vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & assa voce, & contubicina.* Idem Cato de liberis educandis: *Melos altum in cantibus, & bipartitum vnum, quod est in assa voce, alterum quod vocant organicon.* Colligo ex his Catonis *assam vocem* dici, quæ ore pronuntiatur quouis modo, cum *organicon* dicatur alterum genus, in quo aliquod musicum instrumentum adhibebant. Hæc sententia Catonis me Pediano cōciliauit. Subdit Marcellus. *Assum extimandum est inobsonio sine pigmento saporis alieni quemadmodum merum dicitur solum.*

Quæ sit alea legibus vetita apud Horatium.
CAPVT LXXII.

HOratii numerosum poema omni prorsus gratia scatet, & illa transmarinam Venerem penitus exscribit, lepor grauitati mixtus, suauiloquentia grauitati vno veluti facto cuneo te subito circumlatrabūt, lyricaq; mulcedo ita te deliniet, vt, cum huic lictori Circæo appelles, necesse sit apud illud, velut apud Sirenios scopulos, consenescere. Inter dulces, sed & morales eius versus, hos semper enumeraui. *Nescit equo rudis haerere ingenuus puer Venarique timet ludere doctior, seu graeco iubeas trochо, seu malis vetita legibus alea.* Irascitur ibi Flaccus, Romanos, omisso militaris exercitii studio, ad Græcos ineptos, luxuriososque lusus transisse. Verum vt pressius intelligas Horatiana verba, Romanos quosdam ludos prohibuisse scire debes, vtpote damnosos, reique familiari graues, quosdam vero, vtpote leues, facilesque indulgenter permisisse animi gratia. Hoc manifestum est testimonio Tranquilli, qui Octauiū Cæsarem, morū censorem integerrimū refert libenter, & identidem lusitasse, sed vsum ludo faciliori, & vrbaniori. Erant. n. id temporis ludi exsecrabiles, & detestandi, in quos, tanq̄ patrimoniorū pestes, leges armabantur: Genera ludorum, quibus vti liceret, his verbis Imperator exsequitur in codice. *Alearum vsus antiqua res est, & extra operas pugnatoribus concessa: Verum pro tempore prodiit extrancarum multa nationū susceptum.*

Quidam

Quidam enim nec ludentes nec ludum scientes, sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt, die noctuque ludendo argẽto, apparatu, lapidibus, & auro: Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare Deum conantur, & instrumenta conficiunt. Commodis autem subiectorum prospicientes, hac generali legi decernimus, vt nulli liceat in publicis vel priuatis domibus ludere, neque inspicere, & si contra factum sit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddatur. Subdit. *Deinde vero ordinet quinque ludos Comolen, Idolomenon, Rindalcha, Cyron, & Ecpyrusam: Sed nec permittimus etiam ludere in his vltra vnum solidum, etiam si multum diues sit.* Senius igitur est Horatii, mores ita deluxatos esse a prisco robore, vt spreta militia, quæ populo Romano imperium propagauit, ludere tantum velit ludos Græcos. Et infames quoq; legibus vetitos, non contentos ludis, quos cõcedunt leges: Theodoricus Getarum Rex non minus quam Augustus ludo delectabatur, super qua re Sidonius hæc graphice conscribit: *Quibus horis viro tabula cordi est, tesseras colligit rapide, inspicit solicite, voluit argute, mittit instanter, ioculanter compellat, patienter exspectat, in bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in vtrisque philosophatur, secundas fastidit vel timere vel facere, quarum opportunitates spernit oblatas, transit oppositas, sine motu euaditur, sine colludio euadit: Putes illum & in calculis arma tractare, sola est illi cura vincendi, cum ludendum est, regiam sequestrat tantisper seueritatem, hortatur ad ludum, libertatem, communionemque. Dicam quod sentio, timet timeri, denique oblectatur commotione superari, & tunc demum sibi cessisse collegam credit, cum fidem fecerit victoriæ suæ bilis aliena: Quodque mirere sæpe illa lætitia minimis occasionibus veniens ingentium negotiorum merita fortunat, tunc petitionibus diu ante per patronorum naufragia iactatis absolutionis subitæ portus aperitur. Tunc ego etiam aliquid obsecraturus feliciter vincor, quando ad hoc mihi tabula perit vt caussa saluetur.* Infigenda penitissimis medullis præcepta Nasonis sunt libro tertio de arte amandi:

Sed minimus labor est sapienter iactibus vti,
Maius opus mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti, studioque aperimur in ipso
Nudaque per lusus pectora nostra patent.
Ira subit deforme malum lucriq; cupido,
Iurgiaq; & rixæ, solicitusq; dolor.
Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther,
Inuocat iratos & sibi quisq; Deos.

Tempora sua carpit Horatius, quibus vetita legibus erat alea, sed leges non exercebãtur. Cõsimile illud Plautinũ his nostris accedit ex fabula Trinũmo: *Mores leges produxerunt iam in potestatem suã: Magis quis sunt obnoxii, quam parentes liberis: hæ miseræ etiam ad parietẽ sunt fixæ, clauis ferreis, vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.*

De Protagora & Euathlo, Tisia & Corace locus Quintiliani apertus, & origo cuiusdam Graci prouerbii expressa.

CAPVT LXXIII.

FAbium Quintilianum Calaguritanum ex Hispania omnis eruditorum schola censet. Ego non patriam tantum indagare cõtendo, quantum profundam eius doctrinam legendo toto animo & viribus consequi. Hoc vnum ex lectione viri disertissimi assidue didici, nihil in aureo eius volumine bethicum resonare, mero atticismo, pura latinitate, lactea nectareaque redundat, vt sit quærendum illud *bracteatum* Claudiani *dictorum*, & qualis, non vnde satus sit Quintilianus. Ex multiplici Quintiliani doctrinæ aceruo elegi hoc, q̃ lib. 3. institutionum est positũ est *Artium autem scriptores Corax & Tisias Siculi, Gorgias Thrasimachus Chalcedonius*, cum hoc & Prodicus Chius, & Abderites, *Protagoras, a quo decem millib. denariorum dicidisse artem, quã ediderit Euathlus dicitur.* Scribo Euathlus non Euathius, nec debes intelligere verba Quintiliani, q̃ nt significare videtur, quod illa decem millia denariorum acceperit Protagoras ab Euathlo, verum q̃ ita cõuenerant. Sed Euathlus præceptorem conuicit in iudicio, vnde prio fraudatus est summus artifex dicendi Protagoras. Quod vt planius percipere possis, Apuleiana verba subiecí. *Protagoras sophista fuit longe multiscius, & cum primis Rhetoricæ repertoribus perfacundus, Democriti physici ciuis æquanimis, inde ei suppeditata doctrina est. Eum Protagoram aiunt cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis vberem conditione temeraria pepigisse, vti sibi tum demum id argenti daret, si primo tyrocinio agendi penes iudices vicisset. Igitur Euathlus postquam illa cuncta exorabula iudicantium, & decitula aduersantium, & artificia dicentium versutus alioquin ingeniatus ad astutiam, facile perdidicit, contentus scisse, quod concupierat, capit nolle quod pepigerat. Sed callide nectendis moris frustrari magistrum, diutisque nec deferre velle, nec reddere, vsque dum Protagoras eum ad iudices prouocauit, expositaque conditione qua docendum receperat anceps argumentum ambifariam proposuit. Nam siue ego vicero inquit soluere mercedem debebis, vt cõdemnatus. Seu tu viceris, nihilominus reddere debebis vt pactus, quippe qui hanc causam primam penes iudices viceris, ita si vincis in condemnationem incidis: si vinceris in damnationẽ. Quid quæris? Ratio cõcussa iudicibus acriter & inuincibiliter videbatur.* Enimuero Euathlus vtpote tãtiveteratoris perfectissimus discipulus biceps illud argumentũ retorsit. *Nã si ita est inquit neutro modo, quod petis debeo, aut, n. vincor, & iudicio dimittor, aut vincor & pacto exsoluor, ex qui non debeo mercede, si hac prima causa fuero penes iudices victus, ita me omnimodo liberat, si vincor, conditio, si vinco sententia.* Ex his satis credi põt Protagoram non accepisse mercedem. Sunt auctores Græci, qui hoc euenisse Coraci rhetori Syracusano prodant ab discipulo Tisia, vnde inoleuit adagiũ. *Malis corui ouũ pessimũ. Corace* enim

enim Græci *coruum* vocant, vnde ex nominis similitudine iocus apud Ciceronem. *Sinamus coracē pullos suos excludere*, vbi metaphora est *a coruo ad Coracē oratorem*, a pullis exclusis ad Tisiam discipulum. Scribit Aristoteles in 9. ethicorum Protagoram solitum discipulos interrogare *quanti putarent disciplinam*, quam ab eo petiissent, & tantum ab eis accipere.

De Ioue Munichio Thucydides perpensus.

CAPVT LXXIV.

THucydides Græcus auctor Sallustio comparari solet, nec immerito: plus enim lacertorum habet & virium q̄ pigmēti, castus, integer, purus, incorruptus, fide p̄ter ceteros historica, donatus latinitate iā olim legitur ab eruditissimo viro Laurentio Vallēsi: rectene, an p̄perā nunc dicere non attinet, plura tamen insunt *asterisco* potius digna, quam *obelisco*, nec magis mirum si quandoq; procumbit Lauretius, quam si nauta aliquando in vasto procellosoque mari naufragium patiatur. Sed hæc hactenus. In his codicib. qui de Laurentii officina effluxerunt passim ita scriptū est. Sed librariis error adscribatur velim, non interpti viro de literis Latinis bene merito. Sunt apud Atheniēses *dialia* maximus dies festus quę *Iouis Milichii* vocantur extra vrbē vbi totius populi conuentu pleriq; nō veras victimas immolant. Scilicet cōmode assimilatas. Scribo, *Iouis Munichii*. In *Munichio*, enim colebatur, Iupiter, cui *dialia*, hoc est, *Iouialia* celebrabantur. Reperio nāq; *Munichium locū* fuisse & portū extra Athenas, de quo intellexit Ouidius in primo metamorphoseon. *Munichiosq; volans agros, gratamque Minerua despiciebat humū*. Super hoc Pausanias grauis auctor inprimis ista tradit: *Alterum simulacrum Veneris est, ad Munichium Atheniensium portum, cum Dianæ Munichiæ delubro ad eum, qui ad Phalerium est: Ceres templum habet, & Pallas Scyrias pauloq; posterius Iupiter, aræ deinde deorum, qui incogniti appellantur, & heroum, & Phaleri, quem Atheniēses ad Colchos nauigasse affirmant. Ara Androge Minois illic est, quæ herois quidem dicitur: Sed Androgei tradunt hi, qui patriæ loca apertius aliis nosse cura aliqua & studio tenētur.* Demosth. in oratione p̄ Ctesiphōte de *Munichiis* meminit. Est n. apud illū locus maritimus in Attica. *Hellanicus* in 2 Athidis nominari scribit a *Monicho* quōdā rege. Verba Strabonis sunt hæc *l. 9. Geographiæ Est & Munichia tumulus curuus in Cheronesi faciem, cauernosus tum natura, tū opera dedita, magna ex parte vt habitationes admittat, ingressum angusto habet ore, cui quidem portus terni subiacent, quondā muro vallata Munychia erat, & iunctis domicilijs referta, vt Rhodiorum ciuitas circuitu complectens & piræum & alios portus nauali bus plenos, in quibus & armamentarium Philonis opus, statio ibi nauium dignitate insignis CCCC. capax nauiū, cū nō pauciores ab Atheniēsib. emitteretur: hoc autem ex muro duo ex oppido protracta crura vrbem piræo cōiungunt, hi fuere longi muri stad. 40. lōgitudine. Si Milichii Iouis manus*

legere tu videris. Significat enim vox illa placidum, hilaritas enim adhibebatur in his sacris, adde quod simulatæ victimæ ꝓ veris cędebantur, ne quid a placiditate abhorreret.

De Eresione festo Atticorum Pompatico Strabonis verbum apertum.

CAPVT LXXV.

STrabo maximus geographiæ professor lib. 1. his verbis vsurpat dictionē non satis obuiam, *omnia*, inquit, *Poetæ vindicāda quærere, armentis ostentationem, & iactantiam posueris, veluti si quis*, vt inquit Hipparchus, *Eresionem obiurget Atticam pendentibus quaquauersum omnis generis pomis, & quæ mala & pyra nequeunt producere sic omnem illius disciplinam carpat, omneque artificium.* Scio multis difficilem futuram dictionem Strabonis, præsertim cum in eo *Iresionem* scribendum sit, hoc est, ἐρεσιόνην, quam Suidas inquit, esse *ramum oleæ implexum lanis obuios vndique fructus habentē. Hūc fert puerulus puber, & adsigit foribus Apollinis sacri in Pyanepsiis. Dicūt n. Theseum in Creten nauigantem cum vi tempestatis ex Delo soluere non posset obtulisse Apollini cōtortum ramis oleaginis, quare sospes Minotaurum obtruncauit, & consecrauit hunc supplicandi ritū.* Subdit idem auctor *quid sint Pyanepsia, videtur enim dici quasi Cyanepsia quod prius fabas Pyanus vocabant. Ferebat Iresione mel in cotyla, id mensuræ genus, & sicos & panes fabaceos. Sunt qui dicunt laborantibus morbo Atheniensib. oraculum consuluisse, id vero respōdisse deos placarent hoc genere sacrificij, quo facto subsedit pernitiosa lues. Theseus nauigans in Phaleræo facta vota diis soluit, & præconem, qui Ægeū de salute eius certiorem redderet, in vrbem legauit, hic multos, qui regis obitum dolore & luctu prosequebantur, multos vero, qui lætitia afficiebantur, & coronas ei imponebant propter salutem Theseo offendit. Acceptis igitur coronis Caduceum coronauit, qui coronata tuba cū regrederetur ad mare, & Theseum nondum re diuina absolutū offenderet, ne sacrificia turbaret, paululum moras contriuit: absolutis sacrificiis & Ægei morte Theseo renuntiata, clamore & tumultu celeres illi ad vrbem contendunt, hinc est quod nūc Escophoriis in sacrificiis, quibus rami portantur, non præconem ipsam, verum tubam coronis exornāt, & heu heu præsentes in re diuina exclamant. Quorum altero in celeri clamore dum Pæana canunt, altero in terrore ac turbatione vtuntur. Sepulto patre nonis Iuliis Apollini vota exsoluit. Nam hoc die salutē cōsecuti in vrbem rediere, itaq; (vt fertur) legumina elixauere, & ꝓpter consecutam salutem in vnum cibaria commiscuere, quæ cōmuniter vna in olla elixata inuicem distribuere. Iresionem ramum oleæ efferunt. Nam illum vt in supplicationibus lana coronantes variis primitiis ꝓpter permutatam sterilitatem complent, cantantes optimos panes ac mel in poculo, oleū elixatū & calicē plenū, vt temulentus dormiat, illi conferre.* Subdit quoq; nōnulla Plutarchus, q̄ citra fastidii ꝓlixitatē scribi nequeūt. Strabonis hic sensus est, *Poetā nō decere vindicare*

sibi

sibi omnes virtutes, nõ magis quã Iresione ramis quidẽ abundat, non omnes tamen ramos & fructus habet. Quædam huius antiquæ consuetudinis imago Bononiæ resedit. Calẽdis enim Maii rami auulsi ex arboribus pompatico apparatu deferuntur in vrbem a nostratibus adolescentibus, postq; pro forib. ꝓ hilaritatis indicio solent affrigi. Hanc *Iresionem* sic Papinius describit lib. Thebaidos II. *Vitata laurus & supplicis arbor oliuæ*, addit interpres, oliuæ per q̃ pax petitur supplicando, hanc ab Atheniẽsibus *Iresionem* dici, sic enim emẽda Papinii interpretẽ. A Græcis autẽ reliquis *biriteron* Iresione forte dicitur, quoniam per eã pacẽ impetramus. q̃ Græci εἰρήνην dicunt, vnde a iureconsultis præfecti pacis vocati sunt *Irenarchæ*.

Defæcatus Codex Frontini: & de Herculeio.

CAPVT LXXVI.

FRontinus in secundo libro stratagematicon, hoc est, calliditatum & vaframentorum, quibus Imperatores redundare debẽt, ponit hoc astutiæ specimen & exemplar: *Metellus Pius in Hispania aduersus Herculem, cum ille in oriente protinus die instructam aciem vallo eius admouisset, feruidissimo tẽpore anni in castra suos continuit.* In quibusdam defæcatis exemplaribus & perpurgatis legitur *Herulum* non autem *Herculem*, cum sit manifeste vox adiectitia & superuacanea, falsoq; ad gentẽ Hispaniæ *Herulam* quidam referunt. Sed cũ in antiquissimo exẽplari, quod in diui Eustorgii Bibliotheca reseruatur in Insubria, *Herculeium* non *Herulum* deprehenderim, sic placet vt corrigas. Fuit enim *Herculeius* vnus ex his, qui Marianas partes foueruntcum Sertorio & Propenna, a quo quæsturã agente Lucius Manlius proconsul, & M. Antonius legatus profligati, contra quem, & reliquias Marianas omnes a senatu destinatus est Metellus cognomento pius. Est & *Herculeum promontorium Locrense*, de quo Strabo libro primo. Sed nihil ad nos.

Explicatum quid sit Cornicularius apud eundem Frontinum & Commentariensis.

CAPVT LXXVII.

IDem Frontinus libro tertio sic scribit: *Bello ciuili cum Ategua vrbs in Hispania Pompeianarum partium obsideretur, Martius interim Rex tanquam Cæsarianus tribuni cornicularius vigiles quosdam excitauit, e quibus aliquot euitans constantia fallacia sua per medias Cæsaris copias præsidium Pompeii transduxit.* Dubitauerunt multi quid nam esset *corniculariorum* officium, & qui proprie *cornicularii* vocandi sint & quare. Dion in vita Domitiani inter coniuratos & auctores cædis Domitiani, enumerat *Parthenium* σπάκοιτον eius, quem tanto in honore Domitianus habuit, vt ensem ante eum ferret. Quem vero Suetonius *Clodium cornicularium* nominat in Dione ἐντελῶς legitur, qui principatus libellos corrigeret & administraret. Pedianus Asconius cum significare vellet nomen honoris seu potius officii *cornicularium esse*

in militia, dixit esse nomen *ordinis*, tu expone *gradus militaris*, in quo militum & principis aut Imperatoris rationes administrarent. Quid vero per corniculum Liuius & Asconius intelligant, inferius a nobis vberrim explicabitur. Cum Tranquillus in libro de Grammaticis tradit *Orbilium Corniculo* meruisse, significare voluit illum *Cornicularium fuisse*. Firmicus Maternus *clauiculariorum* numerat cum cõmentariensi, & *clauiculario*, qui ordines sunt militares. Sed, vt quod compertum habeo, tradam, nomẽ præfecti rationum principis est *Cornicularius* in Trãquillo, quoniam is, qui *Clodius Cornicularius* percussor Domitiani vocatur a Tranquillo, κέντηλος dicitur a Dione, quo nomine ratiocinator principis significatur. Est tamen animaduertere per *Cornicularium* Frontinũ *Cornicinem* aut quid simile vocare, nisi in eo *Cornicularium* exponas *ratiocinatore, & rationes tribuni administrante*, vt Dioni grauissimo scriptori concinat. Licet etiam coniectare, nullo pacto *cornicinem* posse vocari *Cornicularium*, quippe cum a Firmico *Cornicularius* enumeretur cum *clauiculario commentariensi*. Hæc autem nomina sunt gradus & dignitatis apud principem. Nõ igitur *cornicularius* idem est, qui *cornicen*: præsertim cum diuersa fata sint diuersis officiis, cũ *Cornicularius fato commentariensis* tegatur, nõ est verisimile *cornicinem* vilem & abiectum fato dignioru illustrari. Quod vero officium *commentariensium* fuerit, docet Imperator in Codice ita loquens: *De his, quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, vt aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Iubemus ante trigesimum diem semper commentariensis ingerat numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem, atatemque vinctorum. Quod si hoc prætermissum fuerit officium, viginti librarum auri erario nostro iubemus inferre. Iudicem desidem ac resupina ceruice tantum titulum gerentem extorrem impetrata fortuna decem librarum auri multandum esse censemus. Ex his patet iudices, & ratiocinatorem, recensitoresque carceratiorum commentariensem appellari.* Et summatim colligo *cornicularium* non posse intelligi apud Tranquillum aut ceteros scriptores, nisi pro officio ratiocinatoris computatorisue in militia. Quod officium *cornicularii* fuerit sententias proponi damnatorum, Maternus libro secundo videtur ostendere: *Quod si in his locis Mars se aliqua societate coniunxerit, vel si cum his fuerit iuuentus, erunt homicidia publicis præpositi, & exceptores earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularii, aut commentarienses.* Sed quibus iura committantur aut *clauiculariis aut carcerum custodes*, aut quibus publicarum catenarum vincula committantur. Cum autem Pedianus *cornicularii* vocari tradit a *Corniculo*, respondeo *corniculum* nomen esse libri, in quo *Cornicularius* rationes principis scribere solebat. *Cornicula* vero dona militaria non eadem esse cũ Pediani *Corniculo* censeo.

Quinimo

Quinimo fasciæ purpureæ, seu virgulæ aureæ aut argenteæ in similitudinem parui cornu *cornicula* vocantur a Liuio. Mantuani hodie *fasceolam illam vellutam vel sericam doctoratus*, vt ita loquar, *insigne corniculam dicunt*. De *cornicolario* plura forte alias & meliora, cum hæc dictio mihi se planius & exploratius offerret. Nunc stare a Dione primi nominis historico statui. Quin & Suidas *Entelen* inquit nomen esse dignitatis in Romana militia, & sicut supernis tradidimus ἐντελῆ Claudium Dion Græce interpretatur, quem Suetonius *cornicularium* dicit. ἐντελὴς inquit Suidas summi dicuntur in militiæ ordines, dignitates aliquas honoratas gerentes, quod alienum est a cornicine. Appianus. *ναυμαχίαν δὲ γενομένης καὶ θεοῦ παμπήδους, ὡς ἐν τῷ δέλτῳ οἱ τὴν πρεσβυτέριον τῆς σωτηρίας οὔσης βασιλέως, ὃ τῆς νίκης ἐντελοῦς.* Quid moramur igitur *cornicularium* dicere summum in militia principatum? si Dion *Entelon* interpretatur, quem *cornicularium* Tranquillus appellat.

De ventis Aparctia & Caecia, de quo prouerbium Græcum exstat Vegetius enarratus.

CAPVT LXXVIII

REnatus Vegetius libro quarto de re militari caput efficit nomina ventorũ continens. In eo igitur capite hæc scripta perperam visuntur. *Septentrionalem vero cardinem sortitus est Aparctias siue septentrio, cui adharet Brasceas siue Cratias.* Plinius libro II. tradit super his talia: *A septentrionibus septentrio, interque eum & exortum solstitialem aquilo, Aparctias & hic & Boreas.* Numerosior ratio quatuor his interiecerat, Thrasceam media regione inter septentrionem, & occasum solstitialem, itemque Cæciam media inter aquilonem & exortum æquinoctialem. Alii quippe Mesem nomine etiamnum addidere inter *Boream* & *Cecian* & inter *Eurum* & *Notum Euronotos*. Pollio Vitruuius libro primo architectonicæ. Circa septentrionem *Thrasceas* & Gallicus dextra ac sinistra aquilonem Supernas & Cæcias. Ex Plinianis verbis coniicere possis *Caciam* & *Aparctiam* legendum esse. Sententiam nostram fulcit hoc, quod nullibi reperitur hæc dictio *Cratias*, vtpote quæ sit commentitia & falsa. Scribit similiter Gellius libro secundo noctium Atticarum, *septentrionarium vocatũ esse aparctiam quasi ab arcto flatem*. Ventũ vero Cæciam Aristoteles ita inflare testatur, vt nubes non pelut propellat, sed vt ad sese vocet, ex quo versum istũ puerbialem factum ait, καικίαν ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφος, hoc est, *malas ad sese attrahens, vt Cæcias nubes*. De *Thrascea* vento sit quoque a Suida mentio. *Thrascias & Caecias* scribendum in Vegetio seiunctim, quoniam de duobus ventis & diuersis intelligit. *Thrascea* deest apud hos vocabulum auctore Seneca libro quinto quæstionum naturalium, quamuis mendose illic legatur *tarchias* non *Thrascias*.

Carpere exercitum legendum esse in Hegesippo non carpere.

CAPVT LXXIX.

PAruus librarii apud Helianum, rei militaris pariter scriptoreni, reperitur error. Sed lectorem ancipitem & titubantem tenens, loquor enim de Heliano, qui opus contexuit indaganter de instruenda acie, dicauitq; imperatori Adriano, quem Latinitate donauit Theodorus quidam Thessalonicensis. Sic habent passim codices Heliani: *Equites enim constituti in hac forma vertere sese in quemuis prospectum possunt, minimeq; vel a tergo vel a latere capiuntur.* Corrige meo quidem periculo, *carpuntur.* Dicuntur enim carpi milites a tergo, quando recipientes se cessim, aut fugam capessentes, ab insequentibus hostibus paulatim conuelluntur, & decerpũtur, non magnam stragem accipiunt, verum singulatim aut capiuntur aut obtruncantur. Id per verbum *carpere* proprie significanterque solemus exprimere. Quod autem Theodorus ille tanquam homo Græcus verbum Græcum idoneo proprioque vocabulo nõ repræsentauit, non nimis mirum est. At forsan vitium est librarii. Hoc verbo in eadem re non semel vsus est Liuius. Hoc significare voluisse Helianum, verba quæ sequuntur ostendunt, quippe cum ait Helianus: *Præstantiores thombi latera teneant, & principes angulos regant. Stat enim in priore angulo turma ipsius præfecti, in dextro autem & sinistro, qui custodes vocantur laterum statuuntur, in reliquo vero angulo ducem seu ductorem tergi locari solitum est.*

De flammeis velis, quibus nouæ nuptæ vtebatur Modesti codex emendatus.

CAPVT LXXX.

EXstat tomus, hoc est, tractatus compẽdiosus & breuis Modesti de vocibus rei militaris compẽdiosus quidem, sed instar Symmachi, pdigus est in sensu, & *fructu* beatus non *fronte*. In vestibulo illius opusculi mendum apparet non tolerandum in his verbis: *Equites alas dicunt eo, quod ad similitudinem alarum, & ab vtraq; parte protegant acies, quæ vexillationes vocantur a volo, quia velis, hoc est flammulis vtantur.* Scribe *flammeolis vtantur.* Est enim *flammeum velum*, & per diminutionem *flammeolum*, quo nubentes tegebantur omninis boni causſa. In emaculatis exemplaribus Pompeii sic legitur: *Flammeo amictitur nubens omnis boni causſa*, q eo assidue vtebatur *Flammin ca.* Martialis libro duodecimo:

Præluxere faces, velarunt flammea vultus. Tacitus lib. 15. *Ipse per licita atque illicita fadatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptiorem ageret, nisi paucos post dies vni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoras fuit, in modum solennium coniugiorum denupsisset, indutum Imperatori flammeum.* Petronius arbiter. *Puella caput inuoluere flammeo.* Claudianus. *Flammea solicitum præuelatura pudorem.* Poeta in opusculo ad Messalam: *Vt tibi Corticio glomerarem flammea luto.* Plautus in Aulularia confectores *flammeorum flammearios* appellat.

Apud

Aud eundem Modeſtum explicatum qui ſint equi clibanarii.

CAPVT LXXXI.

IDem Modeſtus infra: *Bini cataphracti equi iungebantur ad currum, quibus inſidentes clibanarii iaculas, hoc eſt, longiſſimos contos in elephantos dirigebant.* At ne te ſubdubium teneat inſolentia dictionis huius, ſcito *clibanarios illos eſſe, qui bene ferro & armis muniti certamen ineunt.* Nazarius in Panegyrico ad Conſtantinum: *Operimento ferri equi atque homines pariter obſepti, clibanarius in exercitu nomen eſt. Clibanarii* dicti, vt reor, *quoniam more teſtudinis arcuatis muniuntur armis, qua Clibani forma eſt.*

Quid ſit abaton in Vitruuio.

CAPVT LXXXII.

VItruuius Pollio, Architectonicæ ſcientiæ maximus antiſtes, idemque omnibus eruditionis numeris abſolutiſſimus, libro ſecundo ad hanc ſententiam verba facit: *Tunc Arthemiſia Rhodo capta, primipibus occiſis trophæum in vrbe Rhodo ſua victoriæ conſtituit, ahenoſque duas ſtatuas fecit, vnã Rhodiorũ ciuitatis, alterã ſuæ imagĩns, & ita figurauit Rhodiorum ciuitati ſtigmata imponentem. Poſtea autem Rhodii religione impediti: quod nefas eſt trophæa dedicata remoueri, circa eum locum ædificium exſtruxerunt, & id erectũ Graia ſtatione texerunt, ne quis poſſet aſpicere, & id abaton vocitari inſtituerunt. Abaton eſt* verbum Græcum, quod *in acceſſum* dici Latine poteſt. *A* eſt particula *inſicialis*, & βάτω ſignificat *aſcendo*, vnde *abaton vocabatur ille locus, ad quem non dabatur acceſſus.* Ab hoc verbo βάτω Marcellus Grammaticus *gradatores*, hoc eſt, *ligneis perticis incedentes, calobatarios appellat* Milites quoque nautici, qui, vt confligerent cum aduerſariis, naues aſcendebant, dicebantur *epibatæ*, qua dictione Thucydides quoque vtitur, idemque Vitruuius iis: *Tum Artemiſia cum eſſet renuntiatum, in eo portu abſtruſam eſſe claſſem ciuitatis remigibus, & epibatis comparatis, reliquos autem ciues in muris eſſe iuſſit.* Sed ſcribendum eſt, *abaton* ſine aſſpiratione, hoc eſt, aſpiratione in Vitruuio. Lucianus vtitur hac dictione ὑγιαίνω Ἀττικίζων ὅτι μοι ἄβατον ἐποίησας τὴν ὁδόν, hoc eſt, *Euge Attice quando mihi occurrendo in acceſſum feciſti viam*, id eſt, dũ occurris non impendi laborẽ in capeſſendo itinere. Loca, quæ vel cruſtione, vel mari, vel fluminibus penetrari non poſſunt, Græci vocant ἄβατα, vt eſt meridionalis plaga. Noſtri vna dictione vel Ouidio teſte vocant *inuia*. Naſo de Parthis loquens: *Gens fuit & terris, & equis, & tuta ſagittis, & non acceſſis inuia fluminibus.* De *loco Nilotico*, cui nomẽ *abaton*, meminit Seneca libro quarto quæſtionum naturalium.

Qui sint intergerini & berones emaculatus eiusdem Vitruuii Codex.

CAPVT LXXXIII.

EIusdem libro quinto codex deformiori macula polluitur in hæc verba. *In quibus autem locis puluis non nascitur, his rationibus erit faciendũ, vti area duplices relatis tabulis & catenis colligata in eo loco, qui finitus erit, cõstituatur, inter destinas creta morontim ex vlua palustri factis calcetur.* Barbara verba sunt hæc vltima, & Geticæ captiuitatis meræ reliquiæ. Cum literas Romanas Mantuæ docerem, fecessi æstu anni feruentissimo ad opulentissimũ templũ, & circiter duodecim mi lia passuũ ab vrbe diuo Benedicto, iussu Reginæ Mathildis, consecratum est. Illic offendi peruetustũ exemplar Vitruuii, in quo sic propemodum legebatur: *Et catenis colligata in eo loco, qui finitus erit constituantur, & intergerinis, e creta, heronibus, & ex vlua factis calcetur.* Hãc verã, genuinamq; lectionẽ censui prorsus; doctrina & eruditione recondita Vitruuii dignã. *intergerini Plinio parietes appelluntur, qui intergerunt, hoc est, ferunt & sustinent onera*, quos e Creta iubet Vitruuius cõstituere leuiori forsan impendio, sicuti cretacei parietes in vsu sunt apud Placentinos. Conuenit & Beronibus ex vlua calcari, velit, rebus forsan in humecto loco oportunioribus, & si doctius calceetur, quã calcetur legi posset in Vitruuio. *Calcare*. n. etiã hodie pariter dicitur, cum fundamento aptissimo fulcitur. Existimo tamen *intergerines* non solũ *parietes*, sed *omnia sustẽtacula* dici posse vel instar fundamẽti, vel instar adminiculi, *nec dici intergerinos ab intergerẽdo*, hoc est, *sustinẽdo*, nullibi n. repies hoc etymon, sed potius sic appellari & *inter vnos parietes aut fundamenta*, seu & tale, pro fultura intergerũtur, de quibus intergerinis Plinius meminit lib 25. De *beronibus* sic in Plinio lib. 36. *Id consecutus est Ctesiphon beronibus arena plenis molli pulmo super capita columnarum exaggerato paulatim eximuntur ab imo, vt sensim totum in colle sederet.* Sunt qui in Plinio *peronibus* legunt, quod non satis placet reclamante veterum exemplarium auctoritate.

Taurum pudenda hominis significare Diomedes & Salustius aperte.

CAPVT LXXXIV.

SEd ne Grammaticos huius nostrę industriæ penitus asymbolos & expertes faciamus Diomedis ex lib. 2 hæc verba enarratione visa sunt egere. Fit & per homonyma, cum dicimus *taurii*, & nesciat vtrum de armento, an obscœnam corporis partem, an montem & est in Cili. ia, an qui est in syderibus taurũ dicamus. Ex his nobilissimi Grammatici verbis satis constat taurum & pro obscœna parte capi. Sed an in viro an in fœmina non explicat, auctoresque id tradentes non affert, quos maxime curiosus animus desideraret. Suidas

das in primis enchiridion nostrum *Taurum & taurenum* viri scribit esse pudendum, πυρρόν, inquit ille, τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός. καὶ ὅτι μάτην ἡ ἀκμὴ ἐκ τοῦ ἐπὶ τὰ ἰσχία ἀνέλκειν τὸν βίαν. Reperio apud eundem Suidam *Lastauron* Græcos hominem egregie *mutonniatũ* vocitare, quasi λάσιος sit, hoc est, hirsutus circa *taurum*, τὰ ἤτοι, *virilia*. Discees vero ex Aristotele, & Plinio homines hirsutos iuxta femora & crura esse ad venerem prærabidos. Ille quicunque fuerit antiquus auctor, qui vitam Salustii scribit, *Lastaurum* illum vocitauit, petulantem, tu & lasciuum siue æquo membrosiorem, interpretare, seu scortatorem. Dicitur enim sic Græce *Lastauros*. Verba Suid. λάσαυρος πόρνος, διαὺς τὸν ταῦρον, λασιόταυρός τις ὢν. ὁ διαὺς τὸν ταῦρον οὕτως ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς τοῖς βαρβάροις λάσαυρος ⟨ὃν τρόπον, οὕτω πάντες⟩ ταῦροι τὸ βασιλείως ἔχον. Subiectum scroto caulem vocari taurum testatur Pollux lib. II. sic. κριμνασκῆρις δὲ ὁ νεῦρον, ἃ τὰς διδύμους ἀνίσχει τῷ ἀράχῃ ῥᾳδίως προσιούσας. ὑπὸ δὲ τὸν κανλὸν διὰ τοῦ ὀχείου μέσου ὑπὸ τὴν ὑποκαζόμενον ταῦρον.

De pollinc & pollinario cribro Phocas explicatus.

CAPVT LXXXV.

PHocas Grammaticus perspicax & accoratus libellum reliquit, quem si tenes, patuo pondere multa vehis. vt ipse met testatur. In eo sic scriptum est. *Illa sunt generis masculini, quæ in genitiuo vna syllaba accrescunt*, vt hic lapis lapidis, hic puluis.ris, hic polin.nis, hic pubis.ris. Ne forte quis dubitet, quid sit *polis*, sciat per eam dictionem florem farinæ significari, vnde cribrorum genera duo nominantur, excussorium scilicet & pollinarium. *Excussorium* vocatur, quod excutit & transmittit farinam ignobiliorem. Accõmodum hoc est ad panem secundariũ. *Pollinarium* vero tenuius flori farinæ accõmodatum est. Vtentẽ hoc cribro Cato *polinterẽ* vocat, apud quem est *polintio*. Reperio tamen *polin.nis*. non autẽ *polis*. Sed vtroq; modo dici potest. *Farinariũ cribrum* ad differentiam *pollinarii & excussorii* in Plinio leges. Farina in pollinem, in secundariũ, & furfures partitur. *Pollinem* florẽ farinæ dicimus, secundarium, quod vulgo tritelum *furfures*, quod Bononienses passim *remolum*. Plinii lib. 18. verba hæc sunt. *ex Africo tusto fit e medio rediro semodios, & pollinis sextarios quinq;*, ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine, hoc ærariæ officinæ chartariæq; vtuntur. Præterea secundarii sextarios quatuor furfurumque tantundem.

Loca cantilenis seruientia Odæa vocari. De musæo, serapis, Iscis Caper emendatus.

CAPVT LXXXVI.

CAper vetustissimus auctor sic scriptum reliquit. *Adeo, musæa serapea, iscea, mausolia, caducenda dicendum nõ est.* Tu corrige: *odea, musea, serapea, isceа, mausolea, caducea dicendum non est.* Sunt enim *odæa* loca in domo, vbi cantilena solebat exerceri. ᾠδή namque cantus appellatur, & ᾄδω canto. *Musæa*

gymnasia dicata Musis esse nemo dubitat, *Serapæa* conditoria, receptaculaq; crediderim nuncupari, vb. *Serapidis* donaria componebatur, vel festa *Serapidis Serapæa* dixerunt. Isæa Isidis sacra, Mausolæa sepulcra omnia vocata, quæ nobilitate, fastuq; regio conspicienda erant a Mausolo rege Cariæ. cui Artemisia illud inter septẽ memoratissimã opa nũcupatũ Mausolęũ cõsecrauit, vnde illud exiit. *Nec Mausolei diues fortuna sepulcri,*

Mortis ab extrema conditione vacat.

Mausoleum ex Proconessio marmore structũ Vitruuius docet. *Caduceum* vero nuncupamus baculũ, quẽ Mercurius manu gestat serpentibus implexum, a quo *caducifer* vocatur ab Ouidio, vnde *caduceatores* ad pacem vel fœdus componẽdũ missi dicũtur. Hinc manauit Catholica illa sententia: *Caduceatori nemo homo nocet.* Si plura de caduceo desideras Macrobiũ lege Hęc omnia ꝓposita Caper asserit plurali numero dici nõ posse, etsi quandoq; repiantur q abutantur: de vsu Caper loquitur, & Grãmatica consuetudine, nõ autẽ licentia. Pericles Athenis Odæum construxit. *Ammianus quoque Marcellinus, tradit Romæ fuisse stadiũ & Odæum spectata ab Imperatore Constantino inter cetera decora Romanæ vrbis* Locum post *Odæum* dictione Græca Suetonius in Domitiano *Metodium* vocat. Dicere possumus *Odæum* & *Odiu* quoniã Græce dicitur ᾠδεῖον. Suidas auctor est *Odæum* fuisse Athenis constitutum a Pericle ad exercendam musicam, est tanti theatrum. Inclinatur ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. Est autẽ in ipso *dicasteriũ*, hoc est, locus vbi iudiciũ summi magistratus exercent. Illic agebatur itidẽ tragœdia. Vitruuius li. 5 itemq; Athenis porticus *Heumenici*, patrisq; Liberi fanũ exeuntib. e theatro sinistra parte *Odæũ*, ꝙ Themistocles columnis lapideis dispositis nauiũ malis, & antennis & spoliis Persicis ꝑtexuit. Nõ satis caute Domitius Pausaniæ verba transtulit. Nam cum vertere sic debuisset. In *theatri* autẽ, ꝙ Odæũ appellant, vestibulo regum sunt Ægyptiorũ statuæ, non Odæum dixit, sed insulse. etymon spectãs cantilenarũ, casum ꝓ casu vsurpans. Censuit n. Odion esse ꝑ diminutionem genitiuum multitudinis a cantu, hoc est, *odæ*, cum deriuatũ sit nomẽ a cantilena quarti casus. Potest itidem *Serapis* nomen esse sepulcri in Capro, quoniã censet Augustin. ita dici quasi σορὸς apis, hoc est, tumulus apis. De quo si plura desideras, Augustinum lege in libris de ciuitate Dei.

Errasse Agretium in dictione mulierarius. Quid sit meracus codex eius emaculatus.

CAPVT LXXXVIII.

VIdeo nescio cuiatem Agretium in decuriam Grammaticorum recipi, nec ego is sum, qui illi derogare velim aut obloqui, cum eo tamen non sentio in eo loco: *Muliebre dicimus a muliere aliquid factum, mulierarium per mulieres ordinatum, & per vitos gestum.* Quin imo *mulierarium* vocamus hominem substantiui figura non adiectiui, *Nimio in mulieres amo-*

re insanientem; quem amorem muliebrem mulierositatē dicimus auctore Cicerone. Hanc Græci φιλεγρωίαν appellāt, nec in aliā sententiam trahi potest hæc dictio. Paulum supra eiusdem Agretii codex maculosus est his verbis. *Ita & meritam potionem merosum aut vinum appellamus*, corrigi. Ita & *meracam potionem, merosum autem vinum* appellāmus. Notissimum est *meracam potionem* dici, quæ pura est non *dilutа*. Persius: *Anticiras melior sorbere meracas*. Horatius. *Dilutis elleboro crimen bilemq; meraco*. Scatent hac dictione omnes eruditi. Superlatiuum *meracissimus* est *meracissimus* apud Sidonium.

De Retiario & Secutore gladiatoribus Donatus enarratus.

CAPVT LXXXVIII.

LEgunt & pueri opusculum illud Donati clarissimi Grammatici, cui de octo partibus orationis titulus est. Inibi cum agit de figuris sic inquit: *Amphibologia est ambiguitas dictionis, quæ fit per accusatiuū*, vt si quis dicat *audio Secutorem Retiarium occidisse*, fit amphibologia in his verbis, *quoniam dum quispiam audit Secutorem necasse Retiarium, videtur intelligere aliquem hominem insequentem alium necandi causa, qui habeat rete, cum secutor nomen sit gladiatoris, & similiter retiarius*. De *Secutore* meminit satyrus. *Iusſus pugnare Secutor*. Per *retiariam* similiter non accipimus hominem habentem rete piscatorium, sed gladiatorem rete pugnantem. Mirmillo tamen proprie loquendo dicitur gladiator, qui cōtra retiarium pugnat. Sed Donatus exemplificandi gratia loquitur: *Retiario pugnanti aduersus Mirmillonem cantatur. Non te peto, piscem peto*. Quid me fugis Galle? quia *mirmillonicum* genus armaturæ Gallicum est, ipsique Mirmilones ante Galli appellabantur, in quorum Galeis pisces effigies inerat, quod genus pugnæ institutum est a *Pittaco*, vno ex septem sapientibus, qui aduersus *Phrinonem* dimicaturus propter controuersias finiū, quæ erant inter Atticos & Mitylenæos reti occultato impediuit Phrinonem.

Disceptatum nunquid Sergius erranerit, vulgus, fœminino genere proferens.

CAPVT LXXXIX.

QVandoque pueriles errores apud summos auctores deprehendere licet, quod mesaxeum quandoque reddit & attonitum. Quis Sergio Grammatico diligentior, & in nō parum multis annotatu dignis accuratior ille tamen totam traditionem suam his paucis verbis incestauit, ne verbo alperiori in præsentiarum vtar. Nam *vulgus*, inquit Sergius, *& neutro & fœminino genere legimus, apud Vergilium fœmininо. In vulgum ambiguum. Neutro, ignobile vulgus*. Quis non videt Maronem literarum Deum nunquam *vulgum ambiguum* dixisse. Forte lapsus memoria Sergius cum hæc proderet non recte tenuit Maronis versus, quos libro secundo Æneidos reperire poteris.

Hinc mihi prima mali labes, hinc semper Vlyxes
Crimini bus terrere nouis, hinc spargere voces
In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma.

Rectius Maronianus interpres Seruius inquit: *Ambiguas, dubias, ut si aperte ageret, accusatio esse videretur.* Seruius *ambiguas* recognoscit, vt nullo modo *ambiguam* defendere possimus sensu repugnante & pedis regula, quæ collidit vocalem præcedentem, & ita deesset syllaba huic carmini.

De horno & hornotino eiusdem codex emendatus.

CAPVT XC.

Eiusdem Sergii codex paulo post vitio librarii fœdatus est: Nam ibi tradit Sergius sic: *Sunt exempla varia posita: horno autem nihil aliud est, nisi hoc anno, vnde derivatio duplex inuenitur. Nam Cicero dicit hornatinas fruges: Horatius dicit hornotas fruges.* Sic corrige. Nam Cicero dicit *hornotinas fruges*: *Horatius dicit hornas fruges.* Est enim *hornotinum & hornum illius anni.* Seruius. Fit autem de horna fruge, & horno sale, vt Horatius, & horna fruge. Annotinum idem est, quod hornum & hornotinum, hoc est, huius anni. Columella lib. 5 vngues annotinos resecato.

Qui sint apud Firmicum Psephopecta.

CAPVT XCI.

Firmicus Maternus, acutissimus Astronomiæ professor, non multum est, quod exiit in publicum, non adamussim castigatus & excultus, quod vt facile credas, eius ex libro secundo verba subiunxi. Et aut calculi, aut musicæ, aut notarum, aut difficilium literarum inuentores reddit, *socio in hoc loco Mercurium ipso Phopectas sæpe fecisse.* Corrigendum sic autumo: *Scio in hoc loco Mercurium Phephodectas sæpe fecisse.* Hoc sensu: Scio iudicoque ex *Mathesos* cognitione Mercurium in hoc loco, hoc est, Mercurium collocatum in hac statione horoscopi sæpe fecisse *Psephodectas.* Sunt autem *Psephodectæ*, qui calculo suffragia ferebant, *calculi enim prisci nigris albisq; iudicabant*, quod significat Ouidius ita canens:

Mos fuit antiquis niueis, atrisq; lapillis
His damnare reos, illis & soluere culpa.

Hos in vrnam iaciebant, si cui maior numerus nigrorum contigisset damnabatur, si alborum absoluebatur. Super qua re Modestinus iureconsultus digestis de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium. *Calculari erroris retractatio etiam post decennii & vicennii tempora admittetur.* Hunc ritum significauit & Pulcius lib. 10. *de Asino aureo. Cum iam*, inquit, *sententiæ pares cunctorum stylo ad vnum sermonem congruentibus, ex more perpetuo in vrnam æream deberent conditi, quo semel conditis calculis tactu cum rei fortuna transacto nihil post ea commutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis. Psepodetæ* vero iudices vocantur

cantur διὰ τῆς ψήφου, hoc est, calculo & suffragio. Qui vero suffragium fert ψηφίσης dicitur & ψηφοδότης. ψήφισμα, decretum per suffragia. Dicuntur & ψηφολογιοι ψηφοπάκται, vt Suidas inquit, ψῆφος iudicium dicitur, κατάψηφος. Est enim *Psephos* lapis annuli, & numerus pecuniarius, sicuti apud nos *calculus*, hinc subducens rationem pecuniarum dicitur calculator a nostris. Calculus albus erat absolutorius, niger damnabat, quod docet Pisides his, ψήφῳ μελαίνῃ ἐξεφώνει κρίσιν. Reperitur & *psephophoria*, quæ multorum calculorum ratiocinium & apparatum significat. Græci quoque absolutum vocant ἄψηφιστον, quasi maxime remotum a discrimine calculi. Sunt qui existimant *ostracismum* esse diuersum ab hoc suffragio calculi, an recte, non ad hunc locum. *Testula*, sic enim vocatur Latine ostracismus, electus fuit Themistocles, & multi alii. erat & iudicium per folia, quod *petalismon* appellabant. *Ostracismo* pessimi damnabantur a populo: *Ostracis* enim scribebatur nomen fugati. *Ostracismus* differt ab exsilio, quoniam exsilio mulctatorum substantiæ confiscabantur: *Ostracismo* amandatorũ non eripiebat bona populus aut fiscus, & illis tempus præscribebatur aut locus, exules autem neutrum horũ habent. Ex iis colligo eductis e Græca penu *Ostracismon* esse relegationem, φυγὴν vero exsilium. Naso gloriatur quod *relegatus* appellatur non exsul, cui nomen ciuis, & bona aucta reseruata sunt. Aristoteles lib. primo de animalibus & alibi quoque ὀστρακόδερμους, pisces vocat, quos Latini *testacea*, vt sunt *ostrea*, purpuræ, buccini, echini, quæ non marem habent aut fœminam. Exstat prouerbium apud Græcos ὀστράκου σκληροτέρα, dicitur de his, qui celeriter aliquid faciunt. Existimo illos non recte sentire, qui ὀστρακισμὸν cum calculo cõfundunt, cum ὄστρακα dicatur *testula*, ψῆφος proprie loquendo calculus, scilicet, hæc nimium multa. Ceterum cum reperiam Suidam *Psephopectas* nominare pro his, qui calculi curam gerunt, nihil mutare debes in Firmico. Inquit enim *phephologos*, hoc est, ratiocinatores calculi esse *phephopectas*, qui etiam fumi possunt pro computatoribus, quos vulgo *calculatores* appellamus, & *rationum trutinatores*, quæ expositio Materno est accomodatior.

De Nesti Empedoclis Laertius enarratus.

CAPVT XCII.

LAertius Diogenes Græcorum philosophorum vitas diligentissime scribit. Is lib. 8. in Empedocle sic scriptum reliquit. *Hæ autem illa visa sunt, elementa esse quatuor, ignem, aquam, aerem, terram, amicitiamque, qua fœderantur, & discordiam qua dissideant.* Ait autem sic: *Iupiter ac Iuno regina & Aidoneus, & veneranda Nestis, Iouem ignem, Iunonem terram, Aidoneum aerem,* Nestim aquam dicens. Scimus *Aidoneum* Plutonem significare, quem dixerunt & *Adin* quasi *Aidem*, hoc est, tristem & tenebro-

ſum. Quærunt tamen multi quid ſignificet illa dictio *Neſtin*. Ego fictum nomen ab Empedocle reor, tanquam ſit aliqua priuationis Dea, ſub cuius nomine contineretur aqua, ſicuti Deorum nomina cetera vocauit elementa. Fit enim a particula priuatiua νὴ, καὶ ἔω & ſum, quod lubrica eſt aqua, nunquam conſiſtit, in perpetuo eſt fluxu. Propterea *Neſtis* decentiſſime vocatur. Νηστὶς, inquit Suidas, ie unus dicitur inteſtinus medius inter ventrem & ſtomachum, ab hac particula νὴ priuante, ἐσθίειν *comeſſe*, vel a νὴ priuante & σῖτος, hoc eſt, cibarium. Subdit Suidas ex catmine Empedoclis mutuatum reor. *Neſtin autem qua lacrumis amaris Pascit mortale genus, dico, hoc eſſe aquam:* De hoc inteſtino ſic meminit Pollux: κατὰ δὲ τὴν Δωρίδα καὶ πᾶσιν ἔθος τὸ ὂν τῷ γαστρὶ ἔθνει καὶ νῆστιν καλεῖσθαι.

Arabarchen non Alabarchen in ſatyrographo Poeta legendum eſſe, & M. Tullium per Arabarchen Antonium intellexiſſe.

CAPVT XCIII.

QVanta & ea recondita eruditione ſcateat ſatyrus Poeta, nouerunt omnes, qui literas leuiores exoſculantur. Quam plurima ſane inueniuntur, latibuliſque profundiſſimæ ſapientiæ licet in eo deprehendere, quæ non rectis oculis tanquam ſolem obtuentes interpretes adipiſci viſu minime potuerunt, quale illud eſt, quod ſe mihi nunc obtulit.

Atq; triumphales, inter quas auſus habere
Nescio, quis titulos Ægyptius atq; Arabarches.

Non audiendi ſunt illi, qui *Alabarchen* ſubſtituunt, vera genuinaque dictione ſublata, tanquam a ſale nomen inflectatur, quo commento nihil fingi poteſt inſulſius. Ego nihil immuto. Quin imo ſentio *Arabarchen* pro diuite, ſed molli, ſed enerui, ſed effœminate poni, quia in Arabia plures erant nomi, hoc eſt, præfecturæ, quæ ſuos *archontas* habeant, hoc eſt, præfectos, qui ibi erant honoratiſſimi. Arabes propter mollitiem cœli molles fuiſſe delibutoſque vnguentis incedere quis neſcit, vnde *Arabice olere* ſignificat bene olere & odoribus Arabicis: *Non Arabo noſter Tore capillus olet*, Ouidius ait. Tibullus. *Odorata diues Arabs ſegetis.* Peculiariter in Eudæmone Arabia nec id in tota naſcebatur vnguentorum copia: Saba enim pars Eudæmonis, hoc eſt, felicis Arabiæ prouentum odoramentorum ferebat. Mittit Lucius puluiſculum complanatorem tumidæ gingiuulæ ex Arabicis frugibus, quibus antiqui cadauera vngebant. Huc vergit illud. *Quantum vix redolent tria funera*, nec aliter ſenſit Plinius, cum inquit, *parere inferis Arabiam.* Nos ſuaueolentiam implexæ dominæ ſic Elego carmine ſumus admirati:

Et tribus Arabiæ, numeres Eudæmona quamuis
Aruaq;, qua Bacchus tigridibus domuit.

Delitioſum igitur ſcortatorem, nepotem, temulentum, amatorem

rem per *Arabarchen* significauit Iuuenalis. Adiuuat quod Ægyptium præposuit, qua gente nulla lasciuior atque discinctior. Autumo Triumuirum Antonium fluxum, mollem, temulentum, cõmessatorem M. Tullium innuisse cum ita loqueretur in quadam ad Atticum Epist. *Vellem & te ex Theophane respicere quo nam animo in me sit Arabarches.* His adde Lucianum commessatorem, eneruem, & mollem Bacchum significare volentem illum *Syrophœnicem* cum Cadmo vocasse in dialogo, cui titulus est θεῶν ἐκκλησία, nec mirum si delicias satyrus obiiciens cuidam inquit: *Syrophœnix vdus amomo.*

Quid sit promercale proprie, disceptatum nunquid Herodiani vocem recte Politianus Latinitate donauerit.

CAPVT XCIV.

HErodianũ hist. Græcum celeberrimum Latina colonia donauit Angelus Politianus, vir mea quidem sententia præclarissimus, sed boni interpretis operam præstans non Paraphrastis sententiam sibi proponit, quam sectetur, a verbis auius, multumq; remotus. Is in Iuliano Imperatore sic scribit: *Nam cum neq; vindex exsisteret vllus tam crudeliter interfecti principis, neq; promercale factum imperium, fœdeq; nundinatum quisquam prohibuisset.* Videtur Angelus *promercale imperium* vsurpare pro eo, quod est propositũ hominibus mercari cupientibus, cum hoc Latina dictio nõ significet, & in Græco codice dictio posita est, quæ emtoribus propositum imperium significat, si memoria non labor. Nunc enim mihi Herodiani Græci copia non suppetit, quem, cum Mediolani agebam, sedulo perlegi. Hęc sane dictio *promercale* fines quosdam habet & limites, quos transcendere non licet. Minime vox hæc catholica est, & vniuersalis ad omnia, quæ venduntur. Sed illa tantum *promercalia* nuncupamus, quæ reseruatis his, quæ ad vsum proprium pertinent, tanquam superantia vendit paterfamilias, quem *vendacem* potius quam *emacem* optat Cato. Verbi gratia patrisfamilias decem modii tritici familiam pascent, cum ex fundo suo viginti in horrea reseruet, decem tempore anni venditioni idoneo proponit, idque *promercale* dicitur a Catone, Columella, ceterisque, qui Romane locuti sunt. Suetonius in Cęsare dictatore *aurum promercale* vocat, quod Cæsar vendidit superans sibi, reseruata tanta auri copia, quanta suo vsui satis esset. *Promercales vestes* illæ nuncupatim vocantur, quæ superuacant patrifamilias, & proponit vt vendantur, quales peculiariter illæ sunt, quæ in vsu fuerunt, veneuntque post primam gratiam coloris attritu deperditam, cum infectura dilutior esse cœpit atque languidior. Hoc significare voluit Plinius Cæcilius scribens in libello de Grammaticis & Rhetoribus: *Palemonem Grammaticum exercuisse officinas vestium promercalium.* Nec *promercalia* dicuntur merces, quæ primo minoris emuntur, vt postea pluris distrahantur, quarum re-

rum negotiatores Græco vocabulo *propolæ* nuncupantur, a nostris *institores*. Plinius libro duodeuigesimo natu. histor. Aliqui occasum Vergiliarum ad tertium idus nouembreis seruant, quoniam id Sydus etiam vestis institoris est, & est in cœlo notatu facillimum. Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur, quibus est cura negotiatoris insidiandi auaritiæ. Nubilo occasu pluuiosam hyemen denuntiat, statimque augent lacernarum pretia. Sereno asperam & reliquarum vestium accendunt. Siquis vero secus sentit, genium ac proprietatem Latini sermonis ignorat. Politiano igitur in hac quidem re non fauemus, qui *promercalo* vocat imperiũ, quod propositum quodammodo esset venui. Non enim quæ veneunt, *promercalia sunt*. Mobiles res tantum, & quæ annuo vsu vel simpliciter vsui superant, *promercales* appellantur. *Promercalia* M. Cato his verbis significauit: Reliqua quæ comparanda sint, quid desit in annum vti comparentur, quæ supersint veneant, vendat oleum, vinum, frumentum quod supersit, vendat boues vetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanam, pelles, plaustrum vetus, ferramenta vetera, seruum senem morbosum, & si quid aliud supersit, vendat. Reiicula (vt hoc discas obiter) a Catone dicuntur oues siue armenta reiicula, quæ senio aut morbo reiici debent & distrahi.

Nunquid Dimitir terra dicta a Græcis bene deflectatur a Diodoro.

CAPVT XCV.

DIodorus libro primo terram *dimitera* a Græcis appellatam tradit, *quoniam omnium sit mater*, tanquam Si particula superfluat. Melius Plato qui ait, *Cererem* Græcos appellare δημητρα quasi διδοῦσαν μητέρα sit, hoc est, *exhibens mater*.

Qui sint apud eundem Pascopheri, pascas & Pascophorium, & de sacerdotibus qui Eumolpidæ dicti, & quid sit Ceryx in Seneca.

CAPVT XCVI.

EIusdem Diodori non multo post, hæc verba sunt: *Et a pascopheriu præcones solos ex Græcis Athenien. per Isidem iurare, ac ferme moribus Ægyptiis similes.* Scribo in Diodoro Eumolpides in honorem & memoriam Eumolpi Regis, quem Ægyptii generis fuisse Diodorus sentit. Hunc Poeticem docuit Orpheus maximus Poetarum Huic sententiæ Ouidius astipulatur.

At neq; Echionides Eumolpus in Orphea talis,
In Phryga non satyrum talia Olympus erat.

Scribit Suidas, *Eumolpum Eleusinum Athenien. filium fuisse Musæi Poetæ*, alii autem Orphei filiũ verificatorem ante Homerum: Fuit enim *pithionices*, hoc est, *victor in ludis Græcia, in quibus victores ornabantur pinu*, qui in *Archemori honorem* celebrabantur. Hic scripsit *teletas Cereris*, & his filias suas initiauit. Addit hoc Suidas, Eumolpi-

molpidæ genus a Thrace, qui purgatione, siue initiandi leges reperit, vel a Musæi filio, qui instituit Eumolpidas, & Cerycas, & alios Sacerdotes, qui Cereris sacris & initiationibus inuigilant. Obiter & in transcursu Senecam in libro de tranquillitate vitæ ita scribentem: *Non via enim nisi consul aut Prytanis aut Ceryx aut fasces administrare erimp.* Ad hunc magistratum in rep. Attica summu refert, vtpote cui *Cereales* commissa erant sacra apud Atticos in primis religiosius culta. Illos ride qui referunt ad præconem, vilem magistratuum officialem, si modo cum hoc insigni sacerdotio cõparetur. Adde quod Seneca de summis magistratib. illic agit, non de seruis magistratuum, & suffes apud Carthaginenses primus honor ostendit Legendum n. est Seneca *suffes* non *fasces*. De his Eumolpidis nunc mentio fit a Diodoro, quos contendit ab Ægypto fluxisse, nõ autem ex Thracia. M. Tullius in quadam Epist ad Atticũ Eumolpidas quosdam atticissantes nominat. Lege quæ Pausanias in Attica scribit super Eumolpo. Amplius qui sint apud Diodorũ *Pascophori* quærendum est, *Pascophori* Sacerdotes sunt Ægyptiorũ honoratiores ceteris, dicti *Pascophori quod ferunt pallũ*, cui nomen est *pasca*. *Pascophores* demũ *Veneres* appellata, & thalamum nuptialem curet & administret πάστας thalamus nuptialis, qui alio nomine νυμφεῖον & νυμφίδιον. Pro Venereo thalamo Poeta Leonides hæc πασσάδα τε ἔϊσας καὶ ἀνέρειάν τε καὶ αὐλὴν ἠδὲ μέτωπα καὶ τ νυμφίδιον ἅλαμψον. Lampadiũ cubicula sponsarũ *nymphea* vocasse olim non meditate satis censui, nunc secus sentio, quod infra docebimus. De his Ægyptiis Sacerdotib. sic Apuleius lib. 11. de Asino aureo, cũ loqueretur de sacris *Osiridis & Isidis*: Ac ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirẽ, in collegiũ me *pascophororum* suorum inter ipsos decuriones quinquennales elegit. Suidas *pascophorium* tradit esse ferias, τὸ πάστας, hoc est, pallium illud Veneris, cum *pascaphorium* Nicolaus Lyra vocet Thalamum deputatum ad vescendum pro *Sacerdotibus pascophoris*. Credendum tamen est, *pascophorium* vocari domum & habitationem omnem *Pascophorum Sacerdotum*, qui sic vocati sunt a pallio Veneris quod ferebant, cum Venus & Isis pro eodem numine capi possint. Codicem igitur Suidæ mendosum: In Esdra ita leges: *Exsurgens Esdras ante atrium templi abiit in Pascophorium Ionatha, & hospitatus illic, non gustauit panem, nec aquam bibit.* Leges in sacris literis (si recte memini) In die illo diruet Deus *Pascophoria vestra*: Et alibi: *In Pascophoro domus Dei nostri.* Templa seu loca fuisse *Pascophoria*, & quibus rebus apta docet his Iosephus in quinto. *Quarta vero terris supra verticem Pascophoriorum condita erat, vbi moris est vnum de Sacerdotibus astantem post meridiem, quod septimus quisq; dies inceperit, tuba significare, rursusq; vespere quod desineret, nunc feriis populo, nunc operis faciat denuntiantem.*

Defensus Placiades a calumniatoribus, & eiusdem codex emendatus, cum de nominibus equorum agit. Quid sit petax.

CAPVT XCVII.

NOn desunt quipiam, quos doctos iudicarem, nisi contra præceptum philosophicum viuerent, docti doctos amant, si vere sunt docti, dici solet, illi doctos oderunt, & de summis nominibus prælicenter garrientes obloquuntur. *Fulgentium vobelis fuit incessunt, quem domi in manibus habent & in oculis.* Sed hæc propugnatio reiicitur ad eruditos omnes. Hæc contentio non est huius fori. Nos Placiadem in communem studiosorum vtilitatem inuulgauimus, addidimusque commentariolos nostros, qui forsan minorem auctori famam quam laborem peperterunt. Sed vt dixit Liuius, *animus inquies patitur opes.* Dum Fulgentium repeto quia multa putaui me quoque qui feci iudice digna lini. Reperi in his verbis non mediocre librariorum mendum. Vnde & ipsius equis condigna sic nomina posuerunt, id est *Erythreus, Æthæon, Lampes, Philegeus*, tu corrige *Erythreus, Æthon, Lampes, Philogeus.* Vni namque ex solaribus equis nomen hoc inditum a verbo Græco αἴθω, quod significat incendo, ardeo. αἴθων ardens & splẽdidus. A quo verbo fuerunt nonnulli philosophi, qui *æthera desiderii* voluerunt. Equum enim ex solaribus vnum sic appellari docet Ouidius lib. 2. metamorphos.

Interea volucres Pyrois eous & æthon
Solis equi, Quartusq; phlegon hinnitibus auras
Flammiferas implent pedibusq; repagula pulsant.

Idem paulo inferius. *Huius quoque in tutelam ponunt Pauum, quod omnis vita potentia petax in aspectum sui semper quærat ornatus.* Petax (vt reor) a Fulgentio pro lasciuo ponitur hoc ordine. *Scimus quod omnis potentia & vis anima nostra ad lasciuiam vergens petit ornatus extrinsecos in aspectum sui*, hoc est, *vt inspiciatur. Vult enim anima potentia videri comta & bracteata.* Petax vocabitur a Fulgentio verborum nouatore, quem ceteri petum dicunt, hoc est, lasciuulum. Poeta in priapeis, oculum Veneris lætum, hilarem, & amorabundum *petum* vocauit. Pueros *petulos* Cicero pro lasciuis vsurpauit. Nil tamen obstat sentire *petacem* pro petitore & affectatore a Fulgentio capi. Sed prior sententia tum verior tum eruditior. Idem paululum supra *Secunda actiua est, qui tantum vita commodis anxiat, ornatus petax habendi insatiata, rapiendi cauta, seruandi solicita geritur.* Idem libro 2. in fabula Ixionis ponit hæc verba. *Dromacrides in Theogonia scripsit Ixionem in Gracia primum regni gloriam affectasse, qui sibi centum equitu primus omnium acquisiuit.* Lego *Asciuit*, hoc est, adiecit & aliegit, qui corpus suum tuerentur. Tales Latini *stipatores* & *latrones* appel-

appellant, Græci προπυλαίας. In commentariolo noſtro in eundem Placiadem in calce *Apelleo* ſcriptum eſt pro *Pericleo*. Cõſuerat enim Pericles rogare Deos, ſummis votis expetere, ne quid ſibi erranti excideret, quo exaſperaretur populus: vnde fingunt *Pitho*, hoc eſt, quandam perſuadendi Deam ſediſſe in labiis Periclis. In eodem lib. primo cum agimus de *labruſca, herbam* pro vite indecenter impreſſerunt.

Fabula Ganymedis ad hiſtoricam fidem relata. Conſequenter Lactantius explicatus & Herodianus.

CAPVT XCVIII.

LActantius Firmianus maximus religionis veræ propugnator libr. 1. diuinarum inſtitutionum aſſerit, *colorem Poeticum eſſe cum fingitur aquilam rapuiſſe Catamitum*. Sed aut per legionem rapuit, cuius inſigne aquila eſt, aut nauis, in qua eſt impoſitus, tutelam habuit in aquila figuratam, ſicut taurum figuratum cum rapuit & tranſuexit Europam. Hæc quamuis verosimilem præterea tum præ ſe ferant, ſintque fabulæ non inutiles mythologiæ, hoc eſt, ratiocinationes Poetici luſus, accedere tamen proxime ad intentionem Poetarum, videtur id, quod traditur de his ab Herodiano in Cumœdo: Simulacrum matris Deum decidiſſe ferunt in quendam Phrygiæ agrum, cui nomen *Peſimunti* a caſu eius ſimulacri factum putant. Ibi enim a principio comparuiſſe, licet apud alios comperiam, pugnam illic *Ilum Phrygæ Tantalumq; Lydum* inter ſe conſeruiſſe, ſiue de via ortam ſiue potius ob raptum *Ganymedis*, cumque diu æquis viribus decertatum foret, ac permulti vtrinque cecidiſſent, & nomen ex ea clade loco eſſet impoſitum. Hinc etiam fama fert, Ganymedem ipſum trahentibus in diuerſa Germani atque amatoris manibus, vita eſſe orbatum, ſublatumque e medio pro calamitatis ſolatio, relata ad *Iouem Raptorem* fabula diuinis fuiſſe honoribus affectum. Si ſuper hac fabula ſententias diuerſas expetis, lege Fulgentium in primo mythologico. Tranſeunter & parerga Herodiani hæc verba, nomen ex ea clade loco eſſe impoſitum. Scito enim locum ex quo raptus, vt ait fabula, vel laceratus, vt tradit hiſtoria, fuit Catamitus *harpagiũ* nominari a verbo Græco Harpazo quod ſignificat rapio. Inde Plauto furis nomen eſt *Harpax & Harpagonides*.

De Apollonio Tyaneo mago intelligere Lactantium quorundam error.

CAPVT XCIX.

APud eundem lib 5. mendum eſt pudendum & fœdum, quo ad meras nugas illectus eſt vir alioqui non inter *reiiculos* profeſſores enumerandus. Sic enim paſſim legitur in Lactantio: Item cum facta eius mirabilia deſtrueret nec tamen negaret, voluit oſtendere Apollinem vel paria vel etiam maiora feciſſe. Mirum

quod Apuleium prætermisit, cuius solent & multa & mira memorari. Cur igitur o delirum caput nemo Apollinem pro Deo colit? nisi forte tu solus illo, scilicet, Deo dignus. Si magnus Christus, quia mirabilia fecit, peritior vtique Apuleius, qui, vt scribis, cum eum Domitianus punire vellet, repente in iudicio non comparuit. Respondet Lactantius cum stomacho bilique fulminea his ipsis fortasse Philostrato & ceteris biographis, hoc est, scriptoribus vitarum, qui Christum sotera nostrum miracula quidem non mediocria fecisse fatentur, verum ea per magicam scientiam, non ex hoc, quod in eo diuinitas esset, & supra humanitatem virtutis vis augustior, sicuti Apuleium, magum multa fecisse mira cognoscimus, & Apollonium, qui dæmonium eiecit & huiusmodi cetera, quæ supra captum hominis esse videntur. Sed hæc ipsa vi & potentia magiæ fecerunt. Corrigendus est tamen Lactantii codex. Nam vbi legitur *Apollinem* scribere oportet *Apuleium*, vbi vero dicitur. *Apuleius* cum Domitianus eum punire vellet, scribendum *Apollonius*, id exquirente historia Et quod maxime adiuuat, Apuleius floruit multo post tempora Domitiani, verũ id Apollonio accidit, qui in iudicium Domitiani vocatus est. Hoc ostendit Hieronymus ita scribens: *Apollonius Tyaneus scribitur, quod cum ante Domitianum steterit in consistorio, repente non comparuit. Quod vt nostras summatim delibabimus historiam. Apollonius Tyaneus, vt tradit Philostratus, maximus Philosophiæ professor magus siue (vt potius Pythagorici volunt) Philosophus, cum ad Brachmanas profectus esset, audiuissetq; Hierachiam in throno sedentem Ephesiosq; liberasset, plurimaq; diuinitus effecisset, accusatus est quod male de Domitiano sentiret, quodque magiam exercebat, aliaque id genus ridicula. Romam iubente Domitiano deuolat Apollonius. Sed ad iudicem sistit, in carcerem coniicitur, compeditusque reseruatur ad iudicium. Damis qui solus illum secutus fuerat secum custoditur, cui vt fidem faceret esse in potestate sua egrediendi ex carcere cum voluerit, ostendit compedes, ex quibus pedes retrahebat, & in easdem insinuabat ex animi sui sententia. Quod conspicatus Damis tunc manifeste virum diuinum credidit Apollonium, a quo præmissus est Puteolos, horamque qua illum in litore præstolari deberet, prædixit. Educitur Apollonius e carcere, sistitur ante tribunal Domitiani, absoluitur ab Imperatore. Sed discedere prohibitus, admonitusq; a Domitiano esse sibi, quæ secum communicare vellet, illi in cœtu maximo sic respondit Apollonius: Scias velim Domine me non subdi tibi vllo fato, & vt plenius noueris tibi in caput meum non permitti potestatem. Vale. Hæc locutus subito euanuit omnibus stupentibus, & nouitate miraculoque rei vix suis, contendit ad Damim Apollonius, quem in litore spatiantem deprehendit anxium & de ipso Tyaneo nimiopere solicitum.* Eusebius vir absolutissimus & nomine Pius, hæc ficta commentitiaque esse autumat, in eo libello, in quo Philostratum, ceterosque Græcos

Græcos redarguit, nugatoriam prorsus & fictitiam huius Apollonii vitam pro certo ducens, quæ omnia Græci commenti sunt, vt ipsi & sua amātes sine riuali, viros Christo Deo optimo maximo pares aut maiores habuisse videantur, aut id agunt, vt si quis magum censeat Apollonium, magus quoq; proh nefas Christus ἐν τῷ habeatur, vtpote qui vi & veneno magico miracula facere potuerit, vt Apollonius. Sed Græca & perinde ventosa natio in religione, q canis Niloticus agēs, cuius carminibus nihil est nisi fabula cęlum, hæc finxit, vt non parum multa cōfuerit, quod fidei orthodoxę pugnator acerrimus Eusebius ostendit, tantum abest, vt credamus quæ Philostratus de hoc Pythagorico tradit. Multi tamen male seduli vitam Apollonii tāquam relatam a fonte *Hammonis* iactant, *Plutoni* succidiæ animas suas nutrientes: hi, *alba vt aiunt linea*, sacrosancta rimātur, quos si venenos Philostratus instruit, munire debere Eusebius antipharmaco, qui factis veræ historiæ traditionib. diluet doctrinę fallaciſſimæ virulentiam. Legēdus est Philostratus igitur, quoniam nil ita lædit, quod prodesse non possit. Sed eius verbis non plane credulas aures dedamus. Debeamus Beroaldo nostro Philostratum, quod passim promulgauerit bona fide, ne hic anguis cauo voluminoso delitescens, perniciosius aliquando, arduus ad solē, iuuenta viridis, linguis micans trisulcis, erumperet & exsiliret in mediū, nos orbibus suis, vt anguis Homericus, inodatos tanquam passerinos inglutiret. Suspiciendus ergo Philippus cōpater meus (vt verbo nouo in re noua vtar,) veluti candidissimus quod non suppresserit. Despiciendi, qui omnia, quæ legunt, mirantur vt oracula. Lactantius porro dissentientis a fide telum reiicere volens clypeo veritatis, non hoc negat, sed ad scribit artibus magicis & damnatis, quæ fallunt homines & irretiunt, irretitosque trahunt in præceps. Cum paulo post sic scribit Lactantius: *Stultum est igitur id putare Apuleium noluisse, quod optarit, vtique si posset.* Scribendum est similiter *Apollonium, quoniam quæ subsequuntur fecit* Apollonius, non autem Apuleius. Sed iam cetera quæ instant agamus.

Commentum Cebetis de Pitho nobis errores poculo stillante detortum esse ex sacris literis.

CAPVT C.

CEbetis Philosophi præclariſſimi opusculum exstat, quod inscribitur πίναξ, hoc est, *tabula*, in qua Philosophice pingit floribus omnibus eloquentiæ animas mortaliū in auras superas exeuntium bibere sueras, inuitante quadam puella illici, quæ vestibulum occupat, ex poculo, quod dulce quidem primo gustu simplicibus apparet, illud postea sequitur omnis amaricies, & cōfusæ mentis insciția. Id quidem bibunt omnes alii magis, alii minus, vt q dā magis sapiūt, minusq; desipiunt. In eo certe poculo quē *pitho*

mortalibus offert, bibimus errores, atque socordiam, nec dextrorsum genium sub imagine senis adsistentem veremur, qui subinde nos admonet, abstineamus scilicet ab illo potu, in quo error bibitur quem malesana vecordia. Sed trahit nos impotes poculi species, & puellæ pellacis illicium. Hoc nimis scitum, graphicumq; commentum *Cebes* non primus excogitauit, sed ex sacris literis detortum esse cognouimus, in quibus Babylona sub persona blandæ illecebrosæque meretricis faciunt aureo poculo destillasse liquorem venenatum mortalibus, ex quo bibit omnis terra, vnde erroribus, facinoribus, & inscitiis est infecta. Quod quam aperte liquidoque diuus Ambrosius exprimat in libello, cui titulus est *Cain, viderint lectores industrii, nos eius verba subsignauimus. Nitebat aula regio luxu splendida, calatu parietibus, & solo humido, natabant pauimenta vino, flagrabat vnguēto humus, spinis cooperta piscium, & marcentibus iā floribus lubrica, illic comessantium tumultus, concertantiū clamor, litigantiū cades, concentus cœnantiū, saltantiū strepitus, ridentium cachinnus, lasciuientium plausus, cōfusa omnia, nihil naturæ ordine. Saltatrices tonsæ, & crispantes pueri comam, epulantium eruditas, edentiū ructus, ebriorū situs, hesterna crapula, hodierna temulētia, repleta vomitu bibentiū pocula, maiore odore ebrietatis, quā si recētia tātū vida fragrarent, ipsa in medio stās, bibite inquit & inebriamini vt cadat vnusquisque & non resurgat. Ille apud me primus, qui omnium perditissimus. Ille meus est, qui suus non est, ille mihi gratior, qui sibi nequior. Calix aureus Babylonis in manu mea inebrians omnem terram. A vino meo bibentur omnes gentes.* Hæc ex sacris literis repetit Ambrosius, quę in confingendis his, quæ de Pitho scribuntur, non minimum *Cebeten* iuuerunt. Fingitur ab Antipatro Græco Poeta *Antiodemis* quædam puella, quæ vel suo nomine contraria populo significatur, hæc inuasit Italiam & subneruauit, atque mirū in modum emolliuit. Sic Græce canit Antipater:

ἡ κυθέρη τ' ἐνὶ βρέφεσιν κοιμωμένη ἀπτοδέημις.
πορφυρέων παφίης νοσσὶς ἐπὶ κροκίδων.
ἡ τὰ κέρως λεύσσους ἃ κόρως μαλακώτερα πνεῦμα
λυσίδος ἁλκύων περπνὸν ἄϋρμα μέθης.
ὑδατίνους φορέουσι βραχίονας. ἡ μύνη ὀσσοῦν
Οὔλαχεν. ἦν γὰρ ὅλην τὰν ἀργέσι χάλα
ἐπαλίην ἤμειψεν, ἵνα πτολίμοιο κυδοιμοῦ ἄχμης.
Ἀμπαύσῃ ῥώμην μαλθακίην χάρμη.

Nos vt potuimus hæc Latina sic fecimus:

Cum Veneris puero mollis ruit Antiodemis.
Cui data lasciuis pulcra crocota modis.
Irriguo somno flamantibus atque papillis,
Cum Iudo ebrietas corda hominum domuit.

Hos

Hæc dulce alloquium, tremulique coagula lactis,
Ore gerens, molli & brachia diua manu.
Italiam inuasit, huic sudor & arma puellæ,
Cesserunt Romam sic Charis una domat.

Hesiodus pariter libro primo ἔργα καὶ ἡμέρας refert iratum Iouem ob subreptum ignem a Prometheo in ferula, fabricasse puellam; quæ Chatites, hoc est, gratiæ & Pitho, id est, suadela excoluerũt, monilibusque exornarunt, quam corona sutili horæ cœli ianitrices, & vt obiter vtar prisca dictione, claustritimæ, donauerunt. Mercurius Pandoram hanc dixit quasi omnium donum, quando quicunq; ex deis illam aliquo dono cumulauit, ista tanquam pestis in poculo mala cuncta exitialia detulit, & sparsit in populos, cum ante Pandoram omnia plena quiete, paceque & aurea modestia floruissent. Hesiodum si quis Græce canentem audire mallet his nostris intexui:

Ὡς ἐφαθ' οἱ δ' ἐπίθοντο Διὶ κρονίωνι ἀνακτι.
Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς ἀμφιγυήεις.
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, κρονίδεω διὰ βουλὰς
Ζῶσι δ' καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἀμφὶ δὲ οἱ χάριτες τε θεαὶ, καὶ πότνια πειθὼ,
Ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροῒ, ἀμφὶ δ' τὴν γε
Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
Πάντα δὲ οἱ χροῒ κόσμῳ ἐφήρμοσε παλλὰς Ἀθήνη,
Ἐν δ' ἄρα οἱ στῆθεσι διάκτορος ἐν κρατερωφὼν
Ψεύδεα θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε, διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου· ἐν δ' ἄρα φωνὴν
Θῆκε θεῶν κήρυξ, ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην, ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῆσιν.

De arbore sicomoro Cornelius Celsus Explicatus, & enarratum illud prouerbium Stultior es Morycho.

CAPVT CI.

COrnelius Celsus libro tertio medicinæ sic scribit. Alii vel *mamum*, vel *sicamynum lacrymam fronti inducũt*. Hoc nomen apud medicos reperio. Sed cum Græci *morum sicamynon* appellent *morinulla lacryma est*. Scribit tamen Plinius medicos solitos ad eliciendum humorem mori, illam lapide percutere solitos: fortassis hunc humorem *lacrymam* vocabimus. Censeo tamen significari lacrymam arboris, in Ægypto nascentis, quam ibi *morosicon* appellant. Celsus *morosicon* arborem vocat inuersis literis, quam ceteri *sicomorum*, super qua arbore sit in Euangeliis mentio.

Est peculiaris Ægypti in aggeribus Nilocitis præcipue, prueniens, quæ radicibus suis colligabat Niloticas ripas opere humano eleuatas ad coercẽdum Nilum, proinde cautum erat ne quis in Ægypto *sicomorum* exscinderet. De hac Iureconsultus Martianus in-

telligit *digestis de extraordinariis criminibus. In Ægypto qui comata rumpit vel dissoluit, hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere, æque plectitur extra ordinem.* Hoc idem paulo infra ostendit. *Si quis arborem sicomorum exciderit, nam & hæc res iudicatur extra ordinem, non leui pœna, idcirco quod hæ arbores colligant aggeres niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & coercentur, & diminutiones aquæ compescuntur. Comata etiam & diacopi, qui in aggeribus fiunt plecti efficiunt eos, qui id admiserunt. Morosicos autem dicitur* hæc arbor, quasi *fatuam*, hoc est, non fructiferam ficum dictites. Gignit enim pilulas albicantes, quæ instar *olynthorũ* hoc est; grossorum fici appetente maturitate decidunt. σίκον Græci *ficũ* dicunt, βουσίκον mariscam *ficum. morbum* quoq; podicẽ occupantem illi σίκωσιν, nostri *ficum* similiter dicunt, aut *mariscas*, de quibus Satyrus. *Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ.* μωρὸν quq; *fatuum* dictitãt μωρότητα deliriũ, a qua dictione *morionem* Latini *vappam*, & desipientẽ nũcupare solent μωρότερος *stultior* dicitur, vnde prouerbium Græcum, μωρότερος εἶ μορύχου, hoc est *stultior es Morycho*, Hoc adagiũ venit a *Siculis* diciturq; de his qui per ineptiam quid faciunt, vt ait Polemõ in epistola ad Diophilum: dicitur enim *stultior es Morycho*, qui relinquens habitationem interiorem extra positã q̃rebat. *Morychus* sane epitheon est Bacchi ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μολύνεσθαι, ab inquinando videlicet propriam faciem. Inquinare namq; solet eam Bacchus racemis & viridibus ficis μορύξαι, porro idem est quod μολύναι, hoc est, *ineptire*, hoc est desipere. Præterea dicitur a simplicitate Bacchi, cuius simulacrum in aperto statuitur apud Hesiodũ. Sed nec hoc omittamus, quod scribit Strabo Geographiæ lib. 17. *morum* nasci in Libya, quæ fructum fert, qui *sicomorum* dicitur. Nam ficui persimilis, gustatu vero malus.

Defensus a quorundã cauillationibus Valerius Flaccus, cum de Leone meminit, & Leonis iuba, præterea contra Seruium comparationem posse in fine poni. Cap. CII.

IN Valerio Flacco multum amisimus præpropera morte sublato. Quintilianus verissime dixit, quod nisi fata auara & malæ orci tenebræ præripuissent hunc tanquam vitem crescentibus vuis, haberet Roma quod superbę Gręciæ & in laudes suas effusissimę posset obiicere. Sed & sic habet. Quẽadmodũ enim vnio breui corpusculo, sed pretioso magnis præstat harenosisq; lapillis, nõ secus pusillum aurum Flacci magno Apollonii præstat orichalco. In calce libri quarti quatuor hi versus collocantur:

Non aliter gemitu quondam Lea prolis ademtæ
Terga dedit. Sedet in deuiis, inclusaq; longo
Peruigilant castella metu, Dolor adtrahit vrbes
Interea, & misero manat iuba sordida luctu.

Cum Venetias vrbem florentissimam, quæ tantũ inter alias caput extulit vrbes, *quantũ lenta solent inter viburna cupressi*, animi gratia

tia feceſſiſſem, vehebamur vna agili celoce, ego & Hercules Strotius Poeta Ferrariēſis, in quo vis naturæ quid polleat moralibus oſtendit. Sūma in eo doctrina, Poeticus ardor, modeſtia virginalis, comitas Læliana, negotioſitas ſeu πολυπραγμοσύνη ſummū ſtigiū attigere, ita vt captui humano par aut ſecundū ſperare non detur. Iudicat vt Ariſtarchus, componit vt Homerus, & quæ in aliis diſſidentia ſunt mentis ætheriæ ſublimitate coniunxit. Interrogabā in horia ſedens Herculē meū, qua nam ratione Valeriū, quē vſu ſuum fecerat, tutaretur, q. iubā leæ dedit. & in fine libri cōtra pieriptum artis cōparationē adnexuiſſet. Reſpōdit alacriter, vt eſt ad ſingula agilis animi, nō *lea* legendū in Valerio, ſed *Leo*. Cūq; id irritū commentū eſſe dixerim q̄ auctore Plinio non *Leo*, ſed *Leæna* curā ſoboliſ habet, ſubiunxiſſem q; hæc Pliniana verba: *Cum pro catulis fœta dimicat oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabuli expauſcat.* Reſpondit non hæc demere curā in mari, cum leam dimicantem Plinius aſſerit oculorum aciem in terram defigere. Non enim ob hoc colligere poſſis, ſubridens ait, Leonem fœtus proprios faſtidire, etſi pro his ſollicita ſit fœmina. Veriſimile namq; eſt ambos prolem curare, quoniam, vt ait Euripides, *patrum filii ſunt animæ*, quem verſiculum protulit Tyanæus Apollonius cum videret *echidnam*, hoc eſt, viperam filios ſuos lingua lābentem. Sed nonne inquit Hercules pie Valerius idem noſter pro ſobole decertantem Leonem facit lib. 6 ſic propemodum canens:

At vero ingentem Telamon procul extulit orbem
Exanimem te Canthe tegens, ceu ſeptus in arctō
Dat catulos poſt terga Leo.

Sed parantē cōparationis obiectionē p̄poſtere, vt ipſe volebā, ſoluere, *nauta* curię Veneti ſenatus appellēs exeſmus innuit. Hinc cōminus nos altercantes ſalutātū vnda & præter meātum frequēs q̄ſtus in ædem Marco tutelari Deo Venetorum dicatam abripuit.

Error Seruii cum defenſione Flacci comparationem in fine poni.

CAPVT CIII.

SEruius illos erroris arguit, qui comparationem in fine ponunt, quē ſi audiamus Flaccus noſter eſt affinis errori. Sed potius Seruius accuſandus eſt, qui non ſat regulariter admonet irregularem in fine comparationem eſſe: Marone præcipue in primo Georgicon ita canente:

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ
Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit curribus habenas. Et ſi ibi tranſlationē eſſe hāc nō cōparationē Seruius cēſeat, q̄ſi ponatur in fine, vitioſum eſt. Pace tamē tāti viri dictū ſit, cōparatio ſiue ſimilitudo in fine decētiſſime fieri pōt, q. Fabius Quintilian. oſtendit vir extra ingenii aleā poſitus, ad cuius auctoritatē velut ad anchoram aut alyli cōfugiunt eruditi omnes. *In omni autē parabole*, dixit Quintilianus, *aut præcedit ſimilitudo & res ſequitur, aut præcedit res,*

& similitudo sequitur. Sed interim libera & separata est, interim, quod longe optimum est cum re, cuius est imago, connectitur, collocationem inuicem respondente, quod facit redditio contraria, quæ *antapodosis* dicitur, præcedit similitudo illa, cuius modo feci mentionem. Inde lupi ceu raptores atra in nebula. Sequitur in primo Georgicon post longã de bellis ciuilibus aut externis conquestionem:

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Sed hæc sunt sine antapodosi. Redditio autem illa rem vtrãq; cõparat, & velut subiicit oculis, & pariter ostendit, cuius præclara apud Vergilium multa reperio exempla. Sed oratoriis potius vtendum est.

Quid significet vox nitela in Terentio, Plauto & Apuleio.

CAPVT. CIV.

EXiit in publicum ex supellectile Georgii Merulæ opus elegãs & artificiosum carmine vario compositum *Terentiani Mauri*, cuius fidem auctoritatemque Augustinus aduocat literaturæ sacræ summus antistes. In eius opere nõ longe a liminari serie scripta leguntur hæc carmina:

Quia non addicit literulis nouum sonorem,
Sed Gracula quædam scholicæ nitela vocis.

Nitelam ibi interpretare nitorem, & elegantiam, qua Græci professores vti consueuerunt. Quod si significanter & proprie loqueris, *nitelam* accipies pro re leuigante sordem & expoliente. Vox est Apuleiana, qua vtitur pro dentifricio os ipsum & dentes honestante comenteque. Hieronymus epistola ad Gaudentium *de Pacatula nugarum monilium & nitelarum* inquit. Sed festiuissimum Lucii nostri Epigramma audire iam serum est.

Calpurniane salue properis versibus
Misi vt petisti munditias dentium.
Nitelas ori ex Arabicis frugibus,
Tenuem candificum, nobilem pulusculum
Complanatorem tumida gingiuula,
Conterritorem pridianæ reliquiæ,
Ne qua visatur tetra labes sordium
Restrictis forte si labellis riseris.

Non prætereundum, vetus adagium aduersos illos esse, qui nimia se ornandi cura superfluerent, vt dicerent χοιρογρύλλους: hoc est, *lentiscum comedentes*, tanquam hi solum animum intenderent otiosi & desidiose dentibus euerrendis *lentisco*, ex quo fiunt optima dentifricia vel auctore Epigrammatico Poeta:

Lentiscum melius sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna lauare potest.

Den-

Dentifricia a Græcis ὀδοντοτρίμματα dicuntur. ὠτογλυφὶς auriscalpium. Hominem mollem a nimia munditie Lucianus σκηνοντώνα vocat, hoc est, *edentem lentiscum.*

De milto idem Terentius explicatus.

CAPVT CV.

SVbiungit paulo post idem Terentius, his versibus apte quoniam loqui negatur, *instar tituli fulgidula notabo milto.* Miltum Latine dici scias *minium*, quo rubricæ librorum insigniebantur. Ouidio teste. *Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.* Adhibebatur & miltum, cum locum carminis notandum & animaduertendum significare vellent. Vnde Marco Tullio miniatula cera. Sensus hic est Terentii *se minio fulgente signaturum verba*, quæ gratia exempli dedicabit & præsupponet, vt lector, cum ceteris, quæ ponuntur ad instructionem non percipiat. De *minio* si quis audire multa desiderat commentarios nostros in Plautum legat. *Miltum Suidas* inquit *esse speciem coloris rubri*, Homerus. νῆες μιλτοπάρηοι, & in quodam Epigrammate μιλτοφίῃ τε σχοῖνον ὑπ' ἀκρονύχῳ ψαλλομένη κανὼν. νῆες ab Homero *milto parei* dicuntur *milto tinctas habentes proras.*

Repetita Ptolemæorum origo a regibus Macedoniæ, carmenque Lucani pensitatum.

CAPVT CVI.

CArmina Lucani sunt hæc:

Et tibi non sidæ gentis dignissime regno
Fortunæ, Ptolemee pudor, crimenque deorum
Cingere Pellæo pressos diademate crines
Permissum est, sæuum in populos puer accipis ensem.

Sunt qui *Pellæum diadema* exponant *Macedonicum*, & cõsequẽter Ægyptium, quoniam Alexandria vertex regni memorat Alexandrum conditorem architecto Dinocrate. Ego occultiorem historiam signari credidetim, Ægyptiumque regnum Pellæum vocitari hac ratione, quod a rebus Macedonicis posteriores Ptolemæi ducunt originem. Scimus enim Macedonas Reges Pellæos appellari a ciuitate Macedoniæ Pella gentis regiæ vetustissima nutrice. Quo pacto demum acciderit, vt Reges Ægyptii nati sint ex Macedonicis, docet Pausanias in Atticæ descriptione. Iam Macedonum opinio est, Ptolemæum Philippi Amyntæ filium fuisse, & ad Lagum patrem per vulgi errorem deferri. Aiunt enim matrem ex eo iam grauidam a Philippo datam fuisse Lago vxorem. Ex his Pausaniæ verbis satis claret, cur regnum Ægyptium *Pellæum diadema* vocauerit Lucanus, quoniam scilicet hic sceptrum Ptolemæorum accipiebat, qui a regibus Macedonicis stemma deducebat, qui *Pellæi* a *Pella* vrbe Macedoniæ cognominantur.

Explicatum Plinii Cecilii prouerbium.

CAPVT CVII.

PLinius Cęcilius epistolarum scriptor sectatus est omneis dicēdi veneres, non prætermissa tamen intima eruditione. Is libro epistolarum primo sic scriptum reliquit. *Omnia parcere, omnia experiri, πάντα δεῖν μηχανᾶσθαι, vtq; in cultura agri non vineas tantum, verum etiam arbusta, nec arbusta tantum, verum etiam campestria exerceo.* Prouerbium Græcum hoc ita corrigendum est. *πάντα λίθον κίνει, hoc est, omnem lapidem move,* & si Græce sic dicatur *πάντα λίθον κίνει*, hoc est, *omnem lapidem move*, paululum quid tamen immutauit Plinius, id in rē suam trahens, prouerbium sic se habet. Quando Xerxes mouit bellū contra Græciā victus circa Salamina ipse quidem aufugit: Mardonium tamen reliquit bellaturum cōtra Græcos. Victo vero etiam Mardonio vulgo inoleuit in ambitu circumtuq; tentorii, Mardonium reliquisse thesaurum. Emens igitur Polycrates Thebanus locum per multum temporis spatium thesaurum quærebat. Vt vero nihil profecit mittens in Delphos interrogauit, vbi nam locorum has pecunias inuenire posset: cui Apollinem respondisse ferunt, omne lapidem move, inde irrobarauit adagiū. Prouerbialiter ergo loquutus Plinius refert se in causa vti omni nisu & conatu, singulaque perquirere, ex quibus successum possit adipisci & aduersarii iugum premere. Similis est illa sententia quoq; Græca, *πάντα κολλᾶν πειρᾶ*, hoc est, *omnem funem move.* Adagium dici de his assolet, qui in omnibus vrunturs alacritate, promptitudine que ductum ab his, qui forte rudentes attrectant, in Græcis antilogis fit mentio de hoc prouerbio sic, *πάντα λίθον κίνει σαυτὸν περιφέρει χρώφι κεῖσθαι μὴ.*

De vario significatu vocis huius Cypselus.

CAPVT CVIII.

SVb eiusdem Plinii nomine circumfertur libellus, cui titulus est est de viris illustrib. quidam Suetonio adscribunt. In eo sic legitur. *Lucumius Tarquinius priscus Graci Demarathi filius, qui Cypseli Tyrannidem fugiens in Hetruriam cōmigrauit.* Ne tēpus in ḡrendo hoc tyranno Cypselo ḡras scito illum Regem fuisse Corinthi, de quo Ouidius & Lucianus meminerūt. Periandri pater hic fuit: hūc Antassi filium fuisse scribit Pausanias in Corinthiis. Est, quoq; *Cypseios* cera apium & sordes aurū, vnde in Lexiphane Lucianus *τὰ ὦτα κυψελιάζειν* vocitat, hoc est, *aures sordes concludere nec recte possint audire.* De varia huius dictioni significantia si plura desideras suadam perlege. *Cypseli* alias sunt aues, quæ a paruitate crurū dicūtur *apodes*, de quibus hæc tradit Plinius lib. 10. na hic. *plurimum volant quæ apodes vocātur quia careant vsu pedum, ab aliis Cypseli appellatur hirundinū species. Nidificant in sepulcris. Hæ sunt, quæ toto mari cernuntur, nec vnquam tam longo naues, tanq; continuo cursu recedunt a terra, vt non circumuolitent eas apodes. Cetera genera residunt & assistunt, hæ quies nisi in nido nulla. Aut pendent, aut iacent, & ingentes aque varia, ad pastum maxime.*

Ononychen in Tertulliano legendum esse, & apud eundem explicata multa.

CAPVT CIX.

SEptimius Tertullianus eloquentissimus ab Augustino nuncupatus tot maculis obruitur, vt non bene nitoris & eloquentiæ refertæ sententiæ possint elici, ex his paucis feres in cetera iudicium. Scriptum enim sic passim comperio in apologetico suo, *Sed noua iam Dei nostri in ista proxime ciuitate editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum huiusmodi inscriptione: Deus Christianorum onochoisitis, erat auribus asininis, altero pede vngulatus, librum gestans & togatus. Risimus & nomen & formam.* Emendo ex verbis Tertulliani *ononychites* Erit enim dictio composita more Græco, ἀπὸ τοῦ ὄνου καὶ ὀνύχων, hoc est, *ab asino & vnguibus*, quo pictor ille mercenarius Deum nostrum nuncupabat formatum auribus asininis & vngulis, ὄνον, enim vt palam est, Græci vocant *asinum*, ὄνυξ est *vngula*. *Onychites* vngulæ similitudinem habens. Asini certe numerantur inter solipeda animalia, hoc est, illa, quæ solidam habent vngulam. *Marmor* notissimum ab vnguibus *onychites* appellatur. Terga fluuiorum gelu concreta tegmine esse *onychino* Gellius infit, & Sidonius, fulti tamen auctoritate veteris Poetæ. Hæc est caussa, cur ille Lucrio aut cerdo Deum Christianorum fecerit vngulatum. Refert enim Cornelius Tacitus, Iudæos Ægypto expeditos siue vt putauit extorres vastis Arabiæ in locis aquarum egentissimis cum siti macerarentur *onagris*, qui forte de pastu potum petituri æstimabantur, indicibus fontibus vsos, ob eam gratiam consimilis bestiæ superficiem consecrasse, atque inde ita opinor præsumtum nos quoq;, vt Iudaicæ religionis propinquos, eidem simulacro initiari. Deceptus igitur ille pictor Christianorum Deum & Iudæorũ esse eundem, cum Iudæi asini similitudinem consecrauerint, credidit Iudæos & consequẽter Christianos asinum colere. Quid si legis in Septimio. *Ononychotitis*? ab *ono*, id est, asino, *onyche*, id est, vngue, & *otiide*, h.e. aure. Posses quoq; in eodẽ significatu legere *ononychottis*.

Qui sint venerarii Tertullianus emendatus Callistratusq; Iureconsultus explicatus.

CAPVT CXX

PRæterea & inferius apud eundem vitium est in codice his verbis. *Primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarii, venarii, magi, item aruspices, arioliolimathematici.* Atqui *venarii* vox est, irrita & nihili inducenda & prorsus eradenda, substituendumque *venerarii*: Sic enim vocamus illos, qui sacrilego cultu planetas vtpote lunam aut solem colunt, & ex illis vaticinantur. *Planetarios* hosce recitat Augustinus. Callistratus Iureconsultus digestis de quæstionibus *venerarios* capite puniendos esse scribit, vbi mea quidem sententia doctissime Accursius *venerarios* exponit

eos, qui planetas colunt. Si scire concupiscis, qui sint *peraductores*, hoc est, illiciti stupri conciliatores, qui *aquarioli*, ministri scilicet venerei concubitus, quid sit *proagogin* & *proagogia* commentarios meos in Plautum lege.

De fure manticulario Tertullianus luci sua restitutus.

CAPVT CXI.

EIusdem Septimii paululum infra verba hæc sunt: *Quis illic sicarius, quis manticulanus, quis sacrilegus aut corruptor, aut luantium prædo*, legendum est. *Quis manticularius* pro fure, qui inserens se confertæ turbæ marsupia aut secat aut artifici dolo aperit & exenterat, hoc est, euacuat ablata pecunia. Deflectitur a verbo *manticulari*, quod significat *furari*. Adiuuant quæ comperio in codicibus integris Pompeii. *Manticularum vsus pauperibus in nummis recondendis & nostro seculo fuit*, vnde Poetæ pro dolose quid agendo hoc verbo vtuntur. Pacuuius. Ad *manticulandū* astu aggreditur, *manticulandum* est mihi. Sensus Septimii Florentis manifestarius est, nullū ex cohorte Christiana esse aut *manticularium* aut *sicarium*. Sed hæc omnia vitia in gentibus inueniri, profanisque hominibus, qui Deo nostro nomina non dederunt, vt illud Augustini verum sit. *Tunc male viuitur, cum male creditur.*

De Coluro enarratus Architrenius.

CAPVT CXII.

HÆc carmina sunt Architrenii Poetæ lepidissimi: *Qua dirigit ortus occasusq; pares oculorum meta colurus.* Est enim *colurus* finis ille, qui visum nostrum mutilat, vnde illi nomē, quem oculorum nostrorum radii transire non possunt: deducta dictio a verbo κολοβόω *mutilo, trunco*. Videtur Architrenius *colurum* etymologice, accipere pro *horizonte*, qui est circulus diuidēs inferius hęmispærium a superiori, *Terminus & limes nostri visus* appellatus. Est duplex *horizon* rectus & obliquus siue decliuis. Deflectunt nonnulli *colurum* a cauda bouis & a membro, vt autumo non satis sobrie. Sunt duo circuli maiores in sphæra, qui dicuntur *coluri*, quorum interest distinguere solstitia & æquinoctia. *Truncus* dicitur hic circulus, quoniam solū vna eius medietas apparet, alia vero nobis occultatur, & ab intersecatione, q̄ facit, nomē quoq; sortitur. *Colurus* igitur distinguens solstitia trāsit, p polos mūdi, p polos zodiaci, & maximas solis declinationes, hoc est, per primos gradus cancri & capricorni. Vnde primus punctus cancri, vbi *colurus* iste intersecat Zodiacum, dicitur *punctus solstitii æstiualis*, quia quando sol est in eo, solstitium æstiuale est, & non potest sol magis accedere ad *zenith* capitis nostri. Est autem punctus in firmamento directe supra positus capitibus nostris. *Arcus* vero *coluri*, qui intercipitur inter punctum solstitii æstiualis & æquinoctialem, appellatur *maxima solis declinatio*. Alter quidem *colurus* transit per polos mundi &

per

per prima puncta arietis & libræ, vbi sunt duo æquinoctia, vnde appellatur *colurus* distinguens æquinoctia. Isti autem duo *colori*, intersecant sese super polos mundi ad angulos rectos sphærales. Dubito tamen an hic ponatur *colurus* pro horizonte. Viderint, quibus liberius otium est. *Colura* in alia significantia Græci vocant *animalia caudam non habentia*, vel *mutilam caudam habentia*, quæ in sacrificiis non offerebant, quoniam his non sacrificatur. Oportet enim sanum esse & perfectum, quod dis sacrificatur. Aristophanes. *Non litaturus est: Nam caudam non habet.*

Insanum in Persio pro vehementi vsurpatum.

CAPVT CXIII.

PErsius ille sententia operaque philosopha & Poetica facundia multa habet, quæ Aristarchæa Cleanthæaque lucerna sint introspicienda. Sed vt e minimis maxima coniectes hæc accipe, quæ in satyra tertia scripta sunt:

Sæpe oculos memini tangebam, parvus oliuo
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Discere, & insano multum laudanda magistro,
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Cum Bononiæ tyrocinium exui, auspicatusque sum prouinciam publicitus interpretandi natus annos vndeuiginti, censui scribendum esse non *insano*. Sed *in cano*, hoc est, *summopere cano*. *In* enim hic auget, quemadmodum apud Maronem eo hemistichio. *In canaq; menta Cyniphii tondent hirci.* Videbatur enim canicies decere virum grauem, peculiariterque magistrum, qui auctore Libanio sophista pater esse debet tot filiorum, quot puerorum magister est. Intensionis vim habere hanc particulam, *in*, citra litem est. Quod patet in dictione *inflexus*, *inclytus*. Cum enim κλυτὸς generosum significet, *inclytus* auget & generositatem intendit. Nunc vero nactus syncertiorem sententiam nihil immuto, decet enim quotidie reperire meliora. Quinimo auctore Quintiliano rerum cognitio quotidie crescit. *Insanum* apud Persium interpretor pro nimis concitato & agitato ad curam discipuli, a quo subueretur reportare notam indiligentiæ. Romani namque præter notam significationem vocis peruicaces, asperos, & refractarios, intractabiles, non comes, non vrbanos, non cutrapelos, vt Græci dicunt, appellabant insanos. Hoc ostendit Gellius ita loquens libro decimo & septimo noctium Atticarum: *Domitio homini docto celebriq; in vrbe Roma Grammatico, cui cognomentum insano factum est, quoniam natura intractabilior & morosior. contentiosi quinquam succumbebant, alios improbabat, insani vocati sunt.* Plato in Sympolio. *Vnde vero insani cognomen tibi exortum sit nescio. Semper enim in loquendo te & alios improbas.* Persius ex hac verbi significantia vocabit *insanum illum*, qui concitatur, tumultuatur vt discipulus in coram patris & amicorum adductorũ palmam repos-

tet, non succumbat, ne imbellia, hoc est pugnandi imperitia, & disciplinæ ruditas illi pariat dedecus immortale.

Expressius quam ceteri explicat Persianum, Lucretianumq; carmen, & sententiam Varronis de sacris Promethei lampadibus.

CAPVT CXIV.

IN eodem Perſio versus hic est:

Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?

Quæ Hyginus & Cornificius, vt volunt aliqui, siue Cicero (vt nonnulli in Rhetoricis tradunt) implicant potius, quã explicent, mutilamque nobis historiam relinquunt. Plenius ritus hic ex his Pausaniæ verbis discitur: *Iam vero in Academia est Promethei ara, a qua ad vrbem cum accensis facibus currunt. Certamen autem in eo positum est in cursu tadam seruare accensam, quæ si primo exstinguatur, victoria ad secundum transfertur, si secundo quoq; exstinguitur, tertius est victor, si vero omnibus nulli victoria relinquuntur.* Sensus est igitur Persii nostri: *Tu qui senior es, & cui vita lux florentis exstincta est, cur inter currendum non solum mihi victoriam non concedis, sed me victorem & accensa lampade sequentem vis mutato ordine sequi? cum iam tu per crepusculum & tenebras ætatis tuæ senilis habeas facem exstinctam? Ego vero viridiori ætatis lampade te sequor & vinco.* Lucret. lib. 2. de rerum natura, cũ significare vellet priorib. tanquam cursoribus in sactis Promethei lucem deficere & vitam, sequentes vero florenti ætate tanquam ardenti lampade victores insistere, fieri q, inter mortales nascentium & obeuntium quandam vicissitudinem successionis, senes mori, iuuenes instare, hos vrgere pueros, pueros infantes, non aliter quã in Promethei sactis euenit, sic cecinit:

Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

Hoc est, morientes tanquam victi a sequentibus viuentibus & victoribus eis tradunt lampada exstinctam. Varro cum ait, *non cursu lampada tibi trado*, significauit nolle tanquam victũ cedere, sed adhuc currendi vlterius sibi vires & lampada accensam superesse. Quæ tradit Hyginus vera quidem sunt, sed non plane historicum ritus huius tenorem explicantia. Quid si Pausanias sentiat Promethei aram dicatam esse a Prometheo Cereti? Nam & hoc fiebat in Cerealibus, super qua re sic Themistius ait quinta in physica Aristotelica paraphrasi: *Quapropter cum tada candentes in Cerealibus accipientiũ & tradentium victibus cursu continuo differuntur, quamquam motus illis specie conueniunt, non tamen proprie continui, sed consequentes subeuntiq; sunt, propterea quod extremitates sua singulis discrepantes diuersaq; habentur.* Quocunque res vergat, hæc sacra Cerealia vocanda sunt, sed a Prometheo instituta fuerunt, vnde Promethei dicuntur.

Tumulos solitos a priscis apio coronari, prouerbium elegans vnde manauit, Tibulluſq; profunde exquisitus. CAP. CXV.

Princeps

PRinceps elegorum poetarũ, quos alii *melicos*, alii *elegiographos* appellant, est dubio procul *Albius Tibullus*, quia vere, non dissimulanter aut obnoxie amantem agit, & consequenter insanum, modo superbit, modo supplicat, annuit, renuit, minatur, intercedit, dedignatur, deuouet, orat, inconstans est, quod voluit, nõ vult, quod optauit, refugit, secũ dissidẽs, vt in vera Cupidinis rota illum circumagi credas, non deest tamen in tanto lepore verborum suus nitor, & reconditarum rerum cognitio. Is libro secundo sic propemodum canit:

At bona quæ nec auara fuit centum licet annos
Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.
Atque aliquis senior veteres veneratus amores
Annua constructo serta dabit tumulo.

Iam olim cum erã candidatus eloquentiæ, rebar omnibus promiscue coronis decorari tumulos consueuisse priscos, & violis & liliis, & huiusmodi odoratis floscul is, interpretabar q; *serta annua* coronas florum, quas singulis annis in memoriam pristini amoris offert tumulis amator, cum *nouemdialia sacra* facit. Sic enim dicuntur *iusta*: quæ pro defuncto fiunt, quare Horatius, *Nouendiales*, aiit *dissipare cineres*. Ceterum cum legerẽ Plutarchum mutaui sententiam, exponereque tum primum cœpi, *annua serta* in Tibullo annuas coronas ex apio, quibus sepulcra coronabantur. Auctor huius rei Plutarchus est ita scribens in Timoleonte. *Ceteros milites postquam Timoleon persuasionibus exhortationibusq; firmiter ad prælium induxit ad Crimisium fluuium, quo Carthaginenses venturos audiuerat, adduxit, qui cum castra superaret, vnde inimicorũ castra videndi potestas erat, mulis apium ferentibus obuiauit, quod infausti ũ militibus augurium putauere, quoniã apio coronas sepulcris imponere vsurpatum est: vnde hoc prouerbium natum est, mala valetudine, summo periculo fruentem, apio indigere.* Hactenus Plutarchus. Plinius hoc videt cum libro 20. *de apio* loquens, sic scribens: *Dionysius marem nigriorem breuioris radicis vermiculos gignentem, ambo neutrum ad cibos admittendum, imo omnino nefas. Nam id defunctorum epulis dicatum.* Lucianus quoq; in eo dialogo, cui titulus est Charon hos tumulos coronari scribit sic: Ἡδέα ὦ Χάρων, ἡ τυμβώρυχος ἡ τοφὼς καλεῖται τὸ τοιοῦτον, πλὴν τὰ ἐπὶ τῶν πόλεων οἰκία τε καὶ μνήματα ἐρᾷς, καὶ τὰς σήλας καὶ πυραμίδας, οἷα ἔνια πάνυ τερπνὰ ἐργαζόμενα καὶ σωματοφυλακίαν ἔχει. Χά. τί δ' ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους, καὶ χρίουσι μύρῳ, οὐδὲ καὶ πυρὰν νήσωντες ἐπὶ τῶν χωμάτων, καὶ βοῦρον ἐπιβαλόντες, καίουσι πολυτελῆ δεῖπνα, καθεῖς τὰ ἐδύσματα οἶνον καὶ μελικρᾶτον, ὡς γε ἐκφέρουσιν, ἐγχέοντες. Ἑρ. ἐκ οἶδα ὦ πορθμεῦ, τί ποτε ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀσύνετοι πεπιστεύκασι οἱ τῶν ψυχῶν ἐναπιμπολμένας καλῶγε. Δεῖπνα μὲν ὡς εἰκὸς τὰ παραπίπτοντα τῶν νεκρῶν καὶ τὸν κρατῆρα. Πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου ἢ μελικράτου. Hoc est, *monumenta Ocharon & tumbas, tumulosq; & sepulcra hæc vocant homines, verum*

tamen cernis ne ante vrbes aggeres illos ac statuas ac pyramides? Mortuorum theca sunt omnia & sarcophagi. Charon. Quid igitur illi coronant saxa atque vnguento illinunt? Quid vero ante tumulos struūa pyra, foueaque effossa, lautas sibi adolent cœnas, vinum effundentes ac mulsum? Mer. Nescio Charon quid prosint hæc his, qui descenderunt ad inferos. Sed credunt eas animas circumuolantes nidorem victimæ fumumque delibare, & a fouea bibere mulsum. Hæc Luciani Plutarchique verba aditum tibi dabunt ad percipiendum versus, quos Vergilii reor, cum Vergilianam artem lucubrationemque redoleant:

Eia age pampinea fossus requiesce sub vmbra,
Et grauidum roseo nectte caput strophio.
Formosus tenera decerpes ora puella,
Ah pereant cui sunt prisca supercilia.
Quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?
Anne coronato vis lapide ista tegi?

Coronatum hic lapidem tumulum coronis ex *apio* redimitum intellige cum Plutarcho.

Laudes in pueros, eorundem dotes animi corporisque varias,
Tibullum a Platone mutuatum esse disceptamus.

CAPVT CXVI.

CEterum ne lepore genioque poetico tantum noster hic Albius censeatur, adnectendum exemplum, quo summa doctrina eum scias enituisse:

Ne fuge, inquit, te tenera puerorum credere turbæ
Nam causam iusti semper amoris habent,
Hic placet angustis quod equum compescit habenis,
Hic placidam nuuo pectore pellit aquam,
Hunc quia fortis adest audacia cœpit, at illi
Virgineus teneras stat pudor ante genas.

Nonne parce, verecunde que sumta sunt hæc a fonte Platonico, lib. 3. de repub. quem si quis audire vellet his nostris racemationibus intexui. *Verum autem amori plurimum indulgentem ignorare non decet, quod omnes in ætatu flore constitutæ puerorū amatorē quoquomodo simulāt atq; concitant, cum digni cura ac dilectione esse videantur. An non sic ergo in speciosos adolescentes affecti estis? Alius gratiosus iudicatur a nobis atque laudatur. Aquilinū vero regiū appellatu. Alius quia medius istorū est, concinnus admodū vobis esse videtur. Fuscos virtiles vocatis. Candidos deorū filios, pallidulum autem adolescentem, quis appellauit, nisi amator ipse blandiens quodam modo & semipallidum dicat, in ephebis pallorem facile ferens, & vt summatim dicam, quæcumque captatis occasiunculas, quo nemini omnino florētis ætatis adolescentem reiiciatis.* Atqui Tibullus supercilii, seueritatis, atque Latinæ disciplinæ memor, non defectibus,

aut

aut coloribus Romanum amatorem capi demonstrat, verum dotibus animi aut corporis, quibus pueri Romani gratiores erant, siquidem corpora ingenio facile conciliante placent.

De Ioue Pluuio enarratus idem Tibullus.

CAPVT. CXVII.

Apud eundem est hic versiculus:

Arida nec Pluuio supplicet herba Ioui. Erat enim hoc vnum ex cognomentis Iouis. Scribit Pausanias in Hymeto monte Atticæ fuisse aras *Iouis Pluuii & præsagi.* Iupiter enim pro pluuia fumi solet. Maro libro 2. Georgicon:

Et iam maturæ metuendus Iupiter vuis. De Ioue *Pluuio* multa in Seneca leges, satis sit nobis indicasse. Li. 4. quæstionū naturalium citat hūc versiculum Seneca, & Ouidio adscribit memoriæ lapsu, non doctrinę.

Dictum Æmilii falsum & iocosum cum codicis Plutarchi restitutione, quæ sint caryatides.

CAPVT CXVII.

Error est fœdissimus in codice Plutarchi Cheronensis, invulgato in vita Pauli Æmilii his verbis: *Cum Papyriam Æmylius repudiasset post longum diuortii tempus, licet pulcerrimam sobolem ex ea suscepisset (hæc enim gloriosissimū Scipionē & maximum peperat) qua autē causa diuortiū fuerit non exstat. Sed videtur aliqua efficax ratio, affuisse. Illud autē cōstat cū amici familiaresq; diuortiū grauiter improbantes, Æmilio dicerent, nōne hæc modesta, nōne formosa, nōne fœcūda, porrexit ille pedem, & calceū ostēdens: Nonne pulcer hic calceus? nonne nouus? Sed nec quisquam vestrum nouit qua ex parte in eum contorquet pedem,* mendum esse reor in vltimo loco huius exempli. Scribendum est enim, *nec quisquam vestrum nouit qua ex parte in eo contorquetur pes*, hoc sensu. *Calceus hic est elegans. Sed ego solus scio vbi me premat, & pedem meum torqueat, perinde vxor pulcra vobis est, formosa, fœcunda, me autem quadam parte premit, quam vos ignoratis,* inquit Æmilius. Vt ita legam facit Hieronymus ita scribens lib. 1. contra Iouinianum. *Legimus quendam apud Romanos nobilem, cum amici arguerent, quare vxorem formosam & castam & diuitem repudiasset, protendisse pedem, & dixisse eis. Et hic sotularis, quem cernitis videtur vobis nouus & elegans. Sed nemo scit præter me vbi me premat.* Possemus etiam scribere in eadem sententia. Nec quisquam vestrum nouit qua ex parte in eo contorquet pedem, hoc sensu. *Nescitis qua parte calceus in eo in aliqua parte eius calcei pedem contorqueat & premat.*

Quæ sint in eodem Cariatides.

CAPVT CXIX.

Idem Plutarchus sic scribit *in Artaxerxe. Quo impetrato latatum Clearchum officio esse annulum q; sibi amicitiæ signum dedisse ad suos propinquos, necessarios q; futurū: Fuisse autem incisas in annulo Carya-*

tidas saltantes. Sūt autē *Caryatides* statuę muliebres stolatę. Si quis plenius scire desiderat, quæ nā sint illæ *Caryatides*, quæ insculptæ essent annulo, Vitruuium audiat libro architectonicæ primoita loquentem : *Carya ciuitas Peloponnensis cum Persis hostibus contra Græciā consensit, postea Græci per victoriā gloriose bello liberati cōmuni consilio Caryatibus bellum indixerūt, itaq; oppido capto, viris interfectis, ciuitate deleta, matronas earum in seruitutem adduxerunt, nec sunt passi stolas, neq; ornatus matronales deponere, vt non vno triumpho ducerentur. sed aeterno seruitutis exemplo grauis contumelia pressæ pœnas pendere viderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerūt, ædificiis publicis designauerunt earum imagines oneri ferendo collocatas, vt etiā posteris nota pœna peccati Caryatidū memoria traderetur.* Quidam dictas volunt a *Carya* terræ *Laconicæ* oppido. Lactantius interpres Statii, non ab oppido *Caryotidas* appellatas inquit, sed a nuce, quod ibi virginum chorus metu ruinæ conscendisset nucis arborem: finguntur enim comites Dianæ fuisse hæ virgines. Propterea cecinit Papinius: *Plaudentiq; habiles Caryatesonare Diana.* De quibus Plinius intelligit ita loquens lib. 36 nat. his. *Praxitelis Romæ operæ sunt Thyades & Caryatides.*

De noxa, quæ alphos dicitur, idem Plutarchus enarratus.

CAPVT CXX.

IDem sic scribit in eodem Artaxerxe: *Atossæ amore post nuptias ita vehementer incensus fuit, vt cum morbo quodam, quod Alphon vocatur, teneretur, nihil tamen ob eam causam fastidierit.* In hoc redarguendus est interpres Plutarchi, qui *Alphon* dixit Græce cum *vitiligine* debuisset. *Alphon* enim Græci dicunt, nos *vitiliginem*, maculas quasdam versicolores vultus æquor dehonestantes. Plinius *Alphaum* Pisæ fluuium auctor est sic appellatum, quoniam tollit *alphos*, hoc est, *vitiligines*. Nec obstat Cornelium Celsum libro sexto medicinæ *alphon* speciem *vitiliginis* dicere, non *vitiliginem*. Euenit sæpe, vt quod totum significat apud Græcos, partem significare videatur apud Latinos. Exemplum Græcarum literarum studiosis in numerato est & expedito, patet in stemma dictione Quod si quis dixerit *alphon* græce *vitiliginem* non significare, sed *vitiliginis speciem*, mox interrogem, quo nomine Græci *vitiliginem ipsam* vocent. *Vitiligo*, inquit Celsus, *quamuis per se nullum periculum affert, tamen fœda est, & ex malo corporis habitu fit.* Eius tres species sunt, *Alphos* vocatur, *vbi color albus est seu subasper & non continuus, vt quædam quasi maculæ dispersæ esse videantur.* Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit. *Melas* colore ab hoc differt, quia niger est & vmbræ similis. Cetera eadem sunt. *Leuce* habet quiddam simile *alpho*. Sed magis albida est, & altius descendit, in eaque pili sunt lanugini similes.

similes. Omnia hæc serpunt, sed in aliis celerius, in aliis tardius. *Alphos & melas* in quibusdam variis temporibus & oriuntur & desinunt. *Leuce* quem occupauit non facile dimittit. Iosephus lib. 7. scribit *vitiliginsos* apud Iudæos non participare sacrificia.

Quid sit Archiuum Eusebii verbum explicatum.

CAPVT CXXI.

EVsebius lib. 1 historiarum Ecclesiasticarum sic scribit: *Hoc in archiuis publicis Edissenæ ciuitatis, in qua tunc supradictus Abagarus regnauit. Archiuum*, vt verbum Eusebii intelligas, *locus est publicus, in quo acta vrbis & ciuium recondi consueuerunt, sicut Romani tabularium* dicunt. De *Archiuo* & Placiades meminit. Iosephus lib. 2. *Post, quod ignem Archiuo intulere volentes omnia creditorum documenta disperdere, ne esset vnde creditæ pecuniæ ratio pateret.* Idem lib. 6. *Archiua* monumentorum publicorum receptacula exusta esse scribit. De *Archiuo* meminit Vlpianus digestis de pœnis sic prodens: *Ne eo loci sedeant quo in publico instrumenta deponuntur, Archiuo forte vel grammatophylacio.* Accursius fallitur in vtroque. *Archiua* Apostolicæ sedis nominantur in decretis Canonicis cap. 30. quæstione prima.

De Toparcha & Torparchiis. & Topo Eusebius enarratus

CAPVT CXXII.

PAulum infra idem Eusebius: *Abagarus Vchamæ filius Toparca*, scribe *toparcha*. Sic enim illi, qui τοῦ τόπου, hoc est, regionis vnius vel loci potius curam administrat, quæ *toparchia* vocabatur. Erant enim in Arabia orienteque tales præfecturæ, quas etiam *tetrarchias* appellarunt. In alia significatione τόπος a Græcis est pars syllogistica, τοποτηρήτης εἶδος ἀξιώματος, hoc est, *topoteretes species est pronuntiati.* Græci differentiã faciunt inter τόπον & παράγγελμα, hoc est, *locum & præceptum*, aiuntque præceptum esse communius & vulgatius, *a quo locus inuenitur.* Principium enim *loci præceptum est*, quemadmodũ locus *Epitherematis.* Topi apud Arist. sunt principia informia differentium argumentorum, vnde opus Aristot. inscribitur, *topica*, quoniam illic rationem reddit, quo pacto inueniantur loci. *Cordæ* quoq; a Græcis dicuntur τόπεια. Adde & hoc de *Nabathena toparchia*, fieri mentionem a Iosepho lib. 2.

Qui sint Gonorrhæi Iosephus emendatus & explicatus.

CAPVT CXXIII.

IOsephus libro sexto de Iudaico bello sic inquit. *Goniorrhæos, hoc est, semine fluentes, itemque leprosos tota ciuitas arcebat, & fœminis menstrua soluentibus clausa erat.* Scribo. *Gonorrhæos*, hoc est, *quibus semen fluit.* Hoc enim Latinitati conuenientius. γόνον Græci semẽ vocãt, vnde *Onirogonos* fluxus seminis in somnis, quę res multos male agit: Medelã saluberrimã huic noxæ Plinius sentit laminam renibus refrigerandis impositã. ῥέω est *fluo.* Vnde *Gonorrhæus*,

cui fluit semen. Firmicus libro sexto Matheseos ex hoc fluxu seminis prouenientes *gonorrhoicas mortes* appellat. *Si cupidinis loci is Mars & Saturnus fuerint partiliter coniuncti, & sit ipse locus in aliquo genitura cardine constitutus, venerem vero his, quos diximus, qualibet ratione respexerint, gonorrhoicas mortes efficient.* Gonorrhœa morbus hic dicitur. Idem Firmicus auctor est libr. 2. *Si Mercurius cum Venere fuerit, vel cum Mercurio Venerem in hoc loco positam malenula stella respexerit per quadratum vel per diametrum, velsi cum ipsa in hoc loco fuerit intenta, omne eius, qui natus fuerit patrimonium dissipatur, vel qualicunq; proscriptione nudatur. Mors vero illi per gonorrhœam,* id est, *per defluxionem seminis, aut contractionem, aut per spasmum, aut per apoplesim infertur.*

Emaculatus eiusdem codex de monte Olineti, qui Elaon dicitur.

CAPVT CXXIII.

ALibi sic in eodem Iosepho scriptum leges: *His autem præceptum erat sexto ab Hierosolymis stadio castra ponere, qua parte mons, qui appellatur Elaeon.* Lego *elaon*, hoc est, ἐλαιῶν, id est, *oliuarum.* Hodie montem *olivetis* dicunt, quoniam *olivetis* consitus erat. Inferius & *montem oliuarum* dictitat, & montem *Æleon.*

De Taureis pro genere vinculi idem enarratus.

CAPVT CXXIV.

VErba eiusdem libr. 2. *Præfecti autem militum curabant comprimere tumultum, & pugnaces quosq; comprehendentes taureis vlciscebantur & vinculo. Taureas* sume pro vinculis e bubulo corio confectis. Scribit Eutropius de gestis Romanorum, Tarquinium Priscum excogitasse vincula, *taureas, fustes, latumias, carceres, compedes, catenas, exsilia, metalla.*

De Imarmene correctus eiusdem codex.

CAPVT CXXV.

IDem paulum supra: *Saducei porro, id est, secunda collectio Inarmenen omnifariam negant, & Deum extra omnem mali patrationem inspectionemq; constituunt. Imarmenen* lego & fatum interpretor, de qua si recenserem Augustini & Apulei sententias, nimis lõgum facerem.

De Nymphæis enarratus idem.

CAPVT CXXVI.

AMplius in eodem lib. 1. sic lego: *Nec non & apud Sydonem & Damascum theatra condidit, apud Ascalonam vero Nymphæa, siue lacus ornatissimos & balneas. Nymphæa* vocat hic lacus scaturiētes aquis delicatissimis, habito respectu etymologiæ dictionis. νύμφαι enim Græci vocant *aquam.* In alio tamen significatu *nymphia* dicuntur thalami nouis nuptis apparati, quæ *nympha* dicuntur: Inde *paranymphi*, qui comitantur *nymphas*, & *neonymphi* noui sponsi. Existimo apud Capitolinum congruentius exponi *nymphia* pro *lauacris*, quam pro *thalamis genialibus*, cum sic ait: *Opera*

Gordia-

Gordiani Roma nulla erant præter quadam nymphia & balneas. Si *nymphia* verbum hoc Capitolini alibi aliter interpretatus essem, falsa coniectura sum deceptus, quoniam, scilicet, in Græcis Epigrammatis τὰ νύμφια pro thalamis nuptialibus inueneram.

Quid sit Chiliarchus in eodem & decadarchus.

CAPVT CXXVII.

APud eundem hunc scriptorem *Chiliarchum* cũ reperies, expone illum, qui præest mille hominibus. *Decadarchum* qui decem, quem Latini *decurionem* dicunt. Curtius lib. 5. *Nouem qui fortissimi iudicati essent, singulis militum millibus præfecturi erant, chiliarchas vocabant.*

De verbo Graco cycnologo, & Martiani codex emendatus.

CAPVT CXXVIII.

NOn iniocundam nec insuauem Martiani fabulosam inuentionem Boetius putat, qua Philologiæ Mercuriique nuptias Asiatico stylo concelebrat. Opus arduum est, & multa lucubratione dignum. In primo huius fabulæ volumine sic scriptum reliquit: *Quid mi pater istud, quod nondum vulgata materia cantare disperas, & ritu nictantis antistitis priusquam fores adytumque reserares, ginnologesis.* Animaduersa Poetæ sententia, collatisque codicibus multifariis, autumo scribendum esse non *ginnologesis*, verum *cycnologis*. Et hic erit Martiani sensus. Martianus interueniens auditis versibus quendam sapientem alloquitur, quærens cur nondum vulgata materia oratioueque pedestri explicata, summatim ordiatur a versu, imiteturque antistites & Pythias Sybillasue, quæ materia non vulgata incipiunt reddere carminibus oracula, antequã incipiunt loqui, quam fores aperiant, quæ tamen eo loquente sacerdote statim aperiuntur. Similiter inquit *Martianus: priusquam fabula tua fores aperueris cantum incepisti, non secus ac Pythias, qua prius incipit oraculum ferre, quam templi fores aperiantur.* Sed eo momento, quo *Pythia* resoluit ora, fores illico referantur. Hunc morem Virgilius ita describit libro Æneidos sexto:

Hostia iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua, vatisq; ferunt responsa per auras.

Nictantem antistitem sacerdotem *vaticinantem* nuncupat, Phœbo premente oculos, conniuentem vt *nictare* videretur. Est autem *nictare* auctore Fulgentio *cinum facere*, siue in *Placiade* legendum est *signum facere oculo*, videlicet, admonere. Inter *nutare* & *annuere* & *nictare* veteres hoc interesse voluerunt, vt *nutare* sit capitis, *annuere*, vel *innuere*, narium vel labiorum, *nictare* oculorũ. Auctor Marcellus. In integris Pompeii codicibus leguntur hæc: *Nictare est oculorum & aliorum membrorum, nisu sæpe aliquid conari, dictum ab antiquis.* Lucretius libro quarto. *Hic vbi nixari nequeunt, insistereque alte.* Hoc Plautus nitoris Latini parens ob-

seruans interdicit Philenio, *ne vlli homini nutet, nictet, annuat.* Cycnologis vero, quod superest explicandū, verbum est, quod e re nata Felix elegantissime confinxit. Expone *cycnologis* dulciter & amœne canis in similitudinem suauis cantilenæ, quam moriturus olore eliquat, præcipue cum morti propinquus est, quod Ouidius significat his:

Vtq; senex ripa cantare Caistrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem.

Alibi. *Carmina iam moriens canit exequialia cycnus.* Et Poeta: *Quid lyra, quid cythara, quid moribundus olor.* Cum dulces suauissimiq; Poetæ *cycni* vocentur, vt cuiuis patet, inceperitque Felix Capellæ dulci, queruloque carmine, festiuiter ait illum κυκνολογεῖν, hoc est, *imitari cantilenam cycni morientis, qui tunc præcipue longa canoros. dat per colla modos.* Cycnum enim Græci vocant olorem, λόγον sermonem, cantum, vocem. Non omittendum est, quod tradituræ Platonem his verbis in Phædone: *Deterior cycnis ad diuinandum videor esse videor, illi quidem quando se breui præsentiunt esse morituros, tunc magis admodum dulcisq; canunt quam antea consueuerint, congratulantes, quod ad Deum sint (cuius erant famuli) tam migraturi.* Profecto haud animaduertūt, nullam esse auem, quę cantet quando exuriat aut rigeat, aut quouis alio afficiatur incommodo: Non ipsa Philumena aut hirundo nec Epops, quos ferunt per querimoniam cantare lugentes. Fulgentius Placiades Cycnum auem querulam & *inuidam* vocat, cui nomen hæserit apud Latinos *oloris* ab ὀλιγωρίᾳ, hoc est, despicientia, additque *propria carne viuere, inuicemq; se comesse solitos*, cui suffragator est Plinius.

De Stilbonte vox Placiadis explicata, de Bupadis.

CAPVT CXXIX.

IDem Martianus inferius sic ait: *Certum quippe est, quod & Phœbo connitens splendore succumbat, & cum Stilbonte incedens, connubiorum copulis allubescat.* Stilbontem Mercurium interpretare, cuius sydus ita Plinius appellat a verbo Græco, στίλβω, quod significat *resplendeo*, quod eius orbis coruscus est & splendidus. στιλβοντες, a Græcis vocatur *vates optimus.* στιλβωδης *lucidus.* Paulum infra hæc quoque Capella scribit:

Possim minore ambigent fiducia
Pubeda vix dum vel paterna contremens
Solum tonantem pignoris pro fœdere
Præcepta adire imagata cœlitum.

Pubedam nonnulli noue volunt vsurpari, pro eo quem puberem vocamus, quod vanum & perdelirum commentum est. Ego *bupeda* scribo. Sunt enim *bupedes* siue *bupeda* pueri, qui fecerunt finem excrescendi, quos Latini vocant *exoletos*, Græci *bupedas* vocant, assueti rebus magnis *bu* syllabam præponere, qua figura loquendi *buficos* marisca ficus, a magnitudine vocatur, *bulimos* magna fa-

mes

mes, *bubina magna sitis*, vulgo *bucentauri* centauri magni. Est enim *centaurus* nauis nomen.

Ecbatana in Curtio legendum esse.

CAPVT CXXX.

CVm Venetias, orbis nobilissimum emporiũ, animi gratia petissem, ad officinatorem librariũ diuerti, vt priscos auctores, h.e. amicos inuiserem. Extra sortem allatus est Q. Curtius bene & diligenter emendatus, quem nescio quis literator assistens docte & examussim editũ iactitabat, vt nec tantillus error appareret, nec quidem apicis vnius decoloratio. His gloriis oppletum me Grammaticulus ille, & alioquin emacem tetigit. Statim lego periculum facturus diligentis exemplaris. Incidi in hæc verba libri primi, quæ satis superq; nugonem illum repressêrunt: *Se quoq; cum transisset mare nõ Cæciliam aut Lydiam ignorare, quippe tanti belli exiguã hanc esse mercedem sed Persepolim caput regni eius. Bactra deinde & Bataua, vltimaq; orientis oram imperio suo destinasse.* Illico verto me ad inhiantem, inter metũ, spemq; pendulũ Grammatistã, admoneoque inibi mendũ esse. Non enim *Bataua* recognoscendum est, sed *Ecbatana*. Est n. ciuitas Mediæ *Ecbatana*. Bataui vero populi Germaniæ, quos *auricomos* Silius appellat, nihil ad hunc sensum faciẽtes. Strabo lib. vndecimo Geographiæ: *Media est in partes duas diuisa, quarum alteram maiorem vocant, cuius metropolis fuit Ecbatana magna ciuitas, & Medici imperii caput, qua nunc etiam Parthi regia vtuntur. Nam reges ibi æstatem agunt, frigida. n. est Media, hyemẽ vero Seleucia, quæ secus Tigrim est prope Babylonem.* Luciliana verba adducit Marcellus Grammaticus in hunc fere modum: *Ad regem legatus Rhodium & Bathanam & Babylonem ibo, Cercurum summã.* Tu scribe, *Rhodium & Ecbatanam*. Eadem mendi indoles inoleuit lib. 5 in Curtio: *His copiis auctus Darium prosequi statuit. Ille iam Ebatana peruenerat caput Mediæ.* Lege *Ecbatana*, Et paulo post. *Alexander audito Darium mouisse a Batauis omisso itinere, quod petebat in Mediam, fugientem insequi pergit strenue.*

De Doriphoris codex eiusdem emendatus.

CAPVT CXXXI.

APud eundem libro primo sic scribitur: *Hæc vero turba muliebriter propemodum culta luxu magis quam decoris armis cõspicua erat, Diriphora vocabantur.* Scribo *Doriphora*, hoc est, *lancearii*, qui scilicet, *hastati* dicuntur a Romanis, qui hastas gestabant peculiare illius agminis insigne. Nomen deflectitur a dictione Græca *Dory*, qua hasta significatur, & *phoro* fero.

Sententiam hanc, Deum hoc solo priuari ne facta infecta facere possit, Agathonis esse. Codex Aristotelis in Ethicis emendatus.

CAPVT CXXXII.

ARistotelici libri τῶν ἠθικῶν νικομαχείων, sexto volumine exprobranda Leonardi Aretini interpretatione sic scriptum seruant: *Non enim de præterito electio est, sed de futuro possibili, factum autem ne factum sit, fieri non potest. Itaq; recte agat homo.* Hæc *solo Deus priuatur, infecta facere quæcunque sunt facta.* Quinimo scribe. *Itaque recte ait Agathon hôc solo Deus priuatur.* Accipite si negatis philosophici turbines & Atticæ febres verba ex lingua Aristotelis, hoc est, Græca. Οὐ δὲ γὸ βυλεύεται περὶ τῶ γεγονότος ἀλλὰ περὶ τῶ ἐσομένω καὶ ἐνδεχομένω μὴ γενέσθαι. διὸ ὀρθῶς ἀγαθῶν. μόνα γὸ αὐτὲ καὶ θεὸς στερίσκεται ἀδύνατα ποιεῖν ἅσα, αὐτὴ πεπραγμένα.

De Cercyone a Cancro percusso codex Aristotelis integritati redditus.

CAPVT CXXXIII.

IDem libro septimo Ethicorum hæc scribit: *Non enim si quis vehementibus excessisset, voluptatibus aut doloribus superatur mirandum est, sed venia danda est si contra nitens ceu Theodectæ Philoctetes a serpente percussus vel carini malo Percion, & ceu hi, quiri sum tenere conati, accumulatum emittunt, vt accidit Zenophonti. Sed si quis, quibus plerique resistere valent, succumbit, non propter naturam generis vel propter morbum, ceu Scytarum regibus mollicies inest, propter genus, quod tanquam effœminatum a virilitate cessit.* In his verbis: *Vel carini malo*, error apparet, scribendum est. *carcini vel cancri cauda.* Græce sic. ὥσπερ ὁ θεοδέκτε φιλοκτήτης ὑπὸ τῶ ἐχίδνης πεπληγμένος, ἢ ὁ καρκίνων ἐν τῆ ἀλοπῆ περκνῶν.

De Protagora rhetore intelligendum & scribendum apud eundem non Pythagora.

CAPVT CXXXIV.

IDdem libro nono Ethicorum sic: *Nam qui primo dat, videtur permittere, quod aiunt & Pythagoram seruasse. Cum enim docuerat æstimare discipulos, iubebat quanti sibi viderentur illa, quæ ab eo didicissent, & tantum accipiebat.* Scribo ex codice Græco *Protagoram non Pythagoram.* Fuit enim, *Protagoras artis Oratoriæ doctor.* Audi Aristotelē Græce loquentem, ὁ γὸ πρωτάγορας, ἔφασκεν ἐπιτρέπειν ὠνεῖσθαι, ὅπερ φασί κ πυθαγόραν ποιεῖν. ὅτι γὸ τὸ δόξειεν αὐτῆ πότε, τιμᾶσθαι τὸν μανθάνοντα ὀλίγων, ὅσου δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, κ λαμβάνει τοσέτου.

Homoeoptnes & Homoeoarcnes in Aristotele legendum, & Trutinatum Maronianum carmen.

CAPVT CXXXV.

IN Arist. lib. 1. Politicorū Græce scriptū est. ἡ γὸ ἓν εἰς πᾶσαν ἡμέραν στιατρικὴ ἀ καινοτέρα κατὰ φύσιν, οὐκ ἔστι. δὲ χαρίεντος μὴ κακεῖ τοὺς πυρὸς ἐπιμελῶς δὲ ὁ κρῆς ὀμφακίζει. Duæ dictiones inuersæ totū aurē

reæ ſententiæ textũ cõmaculant, q̃ ad ſe, hoc eſt, ornatũ Ariſtotelicũ redire facies, ſi ὁμοτύπνους ſcribes & ὁμοκάπνους. *Homoſypni vero dici poſſunt, qui ſimul ſub eodem lecto dormiunt, quod familiarium proprium eſt. Homocapni demum vocabuntur, qui ad eundem fumum hoc eſt, ignem vitam ducunt.* Leonardum Aretinum interpretem alioqui fidum deceperunt peruerſi codices & infecti, propterea in eius Latina interpretatione duo monſtra pro duabus elegantiſſimis dictionibus ſuppoſita deprehendes. Interpretamentum ſententiæ Græcæ Aretini verbis, hoc eſt. *Quotidiana igitur ſocietas ſecundum naturam conſtituta domus eſt. Eos Charondas homoſyphice: Epimenides vero Cretenſis homo capros appellat*, cum legendum ſit, *homoſypnos & homocapnos.* Et quod ſubdit Ariſtoteles. μάλιστα δὲ κατὰ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη ἀποικία οἰκίας εἶναι. οὓς καλοῦσιν ἐνιοι ὁμογάλακτας παῖδας καὶ παίδων παῖδας. Exponit ſic Leonardus, modo vulgati codices fidē fidiſſimo interpreti ſeruãt. *Maxime vero ſecundũ naturam videtur pagus propagatio quædam eſſe domus, quos dicimus coluiſſe & natos eſſe natorum.* Ridicula mehercules verba, cum quibus colluctandum non eſt. Sic ergo interpretare poſtrema verba. Quos vocant quidam *collactaeos* vel *collactaneos*, nam vtrumque Latinum eſt, *natoſq; & qui natorum natos.* Hanc ſententiam expreſſit Maro. *Et nati natorum & qui naſcentur ab illis*, quamuis ex Homero Maro ſumſiſſe potuit. Lege Strabonem.

De Bacchiadis codex Ariſtotelis ſecundo Politicorum emendatus.

CAPVT CXXXVI.

LIbro politicorum 2. ex interpretatione eiuſdem Aretini legũtur hæc. *Erat autem Philolaus ex familia Bachiadum, amicus vero Diocli, qui olympia vicit.* Tollendum illud portentum *Bachtadum & Bachiadum* ſcribendum ex codice linguæ Ariſtotelicæ, hoc eſt Græcę vbi ſcribitur? ἐγένετο δὲ ὁ φιλόλαος τῶν βακχιάδων, ἐραστὴς δὲ γεγόνει διοκλέους τοῦ νικήσαντος ὀλυμπιάσιν. In eodem libro parum ſupra ſic ſcribitur. Nam & *Theſſali ab initio rebellarunt, dum cum finitimis Acheis & cum Pyramis & Magneſiis gererent bellum.* Vbi *Pyramis* legitur tu ſcribe *Perrœbis*: Qui ſint *Perrhæbi* omnes norunt.

De Epidamno quod Dyrrhachium ſit, & de Opuntiis.

CAPVT CXXXVII.

CIcreumfertur ſtrumoſus eiuſdem Ariſtotelis codex libro Politicorum tertio his verbis. *Nam ille, qui ſecundum reges dicitur Rex, nõ facit* (vt diximus (*Regia gubernationis ſpeciem, quia in cunctis Rebuſpublicis cadere poteſt, vt ſit quidam ducendo exercitui, quoties ciuitas bellum gerit perpetuo præfectus, puta in populari ſtatu & optimatium gubernatione, pluresque auctoritatem vni committũt belli gerendi.* Eſt autem talis quædam deputatio apud Durratium & apud Sipontinos, licet apud Sipontinos paulo conſtrictior. In his vltimis verbis videtur indecore verbum vernaculum vſurpaſſe

doctissimus interpres, nisi codex (quod magis credo) mendosus est, cum *duratium* ꝑ *Dyrrachio* posuerit. Græce enim sic scriptum est, τοιαύτη γὰρ ἀρχήτις ἐστὶ καὶ περὶ ἐπίδαμνον καὶ περὶ ὀπούντα. ὀπούντα δὲ κατὰ μέρος ἔλαττον, hoc est, *Talis quidem primatus est apud Epidamnon & apud Opunta. Sed apud Opunta non ita vniuersalis vel iuxta partem.* Vno eodemque momento corriges & supplebis exemplar Aristotelicum ex editione Veneta, in quo nonnulla decorem Philosophi decolorantia per incuriam visebantur. De Epidamno ciuitate proxima Tarento hæc Strabo lib. 6. Geographiæ: *At enim Brundusio in transmarinam ripam nauigatio est: vna quidem ad Ceraunia, littusque deinceps reliquum & Epiri & Græciæ, altera Epidãnum quæ prima longior. Nam mille & DCCC. stadiis est. Trita & hæc est, cum vrbs ipsa commode & ad gentes Illyricas & Macedonicas sita est.* Plinius auctor est, diritatem verbi Romanos præcauentes cum *Epidamnum* deducerent Dyrrachium nuncupasse, hodie *durachium* vocant ciues *Dyrrhachinos.* Epidamnum ex auctoritate Appii dicitur a nomine Regis, vocata *dyrrhachium* aiunt a nomine illius qui vrbi portum adiecit. Thucydides lib. 1. *Epidamnus est vrbs ad dexteram sita nauigantibus Ionium sinum versus, cui finitimi sunt Tablantii barbari gẽs Illyrica. Hãc habitatũ venerunt Cercyrẽn. Colonia Phasio Corinthio deducti qui erat ab Hercule oriundus, Heraclidæ filius ex metropoli secundum veterem legem accersito. Nonnulli etiam Corinthii & alii præterea Doricæ gẽtis ex Colonis fuerunt. Dyrrhachiũ appellatur quasi dysrachion, hoc est, difficilis exitus.* Mutatur in hac dictione S in R quemadmodũ in aliis pluribus fieri solet. Inuenio in nonnullis Græcis cõmentariis Herodotũ Epidãnũ vrbem collocare nauigantibus ad dextrã Ionii. Eustathius in Dionysiũ interpretatur ideo *Dyrrhachiũ* dictã propter asperitatẽ peninsulæ, in qua sita est. *Rhachis* enim Gręce spina dicitur: est n. nodis cõfragosa instar spinæ, q̃ inter lumbos posita dorsum efficit. Apianus in secundo bellorũ Ciuiliũ: *Ipse ad Dyrrhachium tute proficiscitur, quod nonnulli Epidamnum arbitrantur esse huiusmodi nominis opinione ducti. Rex quippe barbarorum Epidamnus vrbem supra mare condidit quæ ab ipso nomen assumsisse creditur. Huius ex filia nepos Dyrrhachus ex Neptumno genitus (vt quidam perhibent) portum vrbi adiecit qui Dyrrhachium appellatur. Deinde cum fratres aduersus illum bellum gererent, Hercules ex Erithia rediens pro Telluris parte in eos depugnauit, quamobrem Dyrrhachini Herculem veluti telluris eorũ ex parte incolam fuisse autumant, Dyrrhachium non vtique inficiantes, verum ad Herculem tanquam ad Deum per prius inclinantes.* Ferunt quoq; in ea pugna Ionum Dyrrhachii filiũ ab Hercule per errorem interfectum fuisse, Herculem corpus tumulantẽ in mare ꝓiecisse, vt cognomen illi imponeret. Procedẽte deinde tẽpore Phryges quosdã e Phrygia redeuntes regionẽ & vrbẽ occupasse. Deinde Taulãtios post illos Illyricũ genus, post *Taulantios* aliam Illyricorum

tum gẽtẽ Liburnos acceſſiſſe, qui finitima quoq; citis nauibus inuaderẽt, & ob id a celeritate nõnullas a Romanis naues Liburnicas dici, cũ quibus primũ ad pugnã veherentur, quia Liburnis a *Dyrrhachio* expulſi fuerãt. *Cercyraos* mari potentes in eos induxere, Liburnoſq; expulere eo modo Cercyrẽi, ſe illis immiſcentes vrbẽ coluere, qua ex cauſſa Græcorum huiuſmodi videtur eſſe portus. *Cercyra* appellationẽ, vt infauſtam permutantes vrbem, quæ deſuper imminet *Epidamnum* vocauere, ſic Thucydides illam nominat, victq; ſubinde conſuetũ nomen, nam *Dyrrhachium* appellatur. *Opuntii* in ora Locrenſi collocantur a Strabone lib. 9. Dicti autẽ ſunt Opuntii a primaria illorũ ciuitate metropoli Phocenſibus & Bœotiis finitimi. Locri enim varii, *Opuntii, Epicnemidii a monte Cnemide vocati*. Ego in codice Ariſtotelico *Opuntios* potius legerem, quam Siponticos, quoniam ὀποῦντα Græce eſt ſcriptum. De *Sipunto* Plinius.

De Stentore illo valdiſſimo emaculatus eiuſdem Ariſtotelis codex.

CAPVT CXXXVIII.

PRæterea quis non mirabitur in eiuſdem auctoris lib. 7. Politicorum paruum quidem mendum, non contemnendum tamẽ, ſiquidem *ex minima ſcintilla maximum excitatur incendium*. Verba Ariſtotelica ſunt hæc: *Nam quis dux eſſet tam exceſſiua multitudinis aut quis præco non Stentorius?* Corrigo *Stentorius*, hoc eſt, *Stridulus* & vocalis, qualis in Achiuorum exercitu fuit *Stentor*. De quo Satyricus: *Tu miſer exclamas vt Stentora vincere poſſis*. De cuius voce prouerbii loco habita ſic Suidas στεντόρειος φωνή, ἡ τοῦ στέντορος. In codice Ariſtotelico ſic ſcriptum eſt. τίς γὰρ στρατηγὸς ἔσται τοῦ λίαν ὑπερβάλλοντος πλήθους ἢ τίς κήρυξ μὴ στεντόρειος.

De Troœzenis intelligendum in Ariſtotele.

CAPVT CXXXIX.

APud eundem interpretem Aretinum lib. 7. Politicorum prope calcem hæc ad hunc modum reperies. *In partu quoq; laborant magis puellæ, ac pereunt plures, ex qua reſponſum oraculi tricenis datum*. Quidam exiſtimant ob iſtam cauſſam quaſi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum non propter fructuum collectionem. Parua in his macula nõ paruam gratiam ex Ariſtotelis exemplo demit. Quare non tricenis quod ſententiam inuertit a populis ad ætatem, ſed *Troœzeniis* ſcribendum eſt, hoc eſt, τροιζηνίοις. Si quis autem verę linguæ, hoc eſt, Græcæ aſſectator ſententiam Græcã perlegere mallet, his noſtris aſſuendam duxi. διὸ καὶ τὸν χρησμὸν μανθάνειν φασὶ δεῖν πεισθέντα τὰς τροιζηνίους· ὡς πολλῶν διαφθειρομένων διὰ τὸ γαμίσκεσθαι νεωτέρας, ἀλλ' ἢ τοῖς τὴν ὥραν καρπῶν νομιζόντων.

Quid per terebratum vas in Ariſtotele debeat intelligi.

CAPVT CXL.

IN aureo opuſculo Ariſtotelis οἰκονομικῶν, hoc eſt, de re fami-

iari inscribitur digna tanto Philosopho sentētia legitur, quæ talis est. εἴδη δὲ τοῦ οἰκονόμου τέτταρα ἃ δεῖ ἔχειν περὶ τὰ χρήματα. καὶ γὰρ κτᾶσθαι, δυνατὸν χρὴ εἶναι καὶ φυλάττειν. εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν ὄφελος τοῦ κτᾶσθαι, τὼ γὰρ ἠθμῷ ἀντλεῖν τουτέστειν καὶ ὀλεγόμενος τετριμμένος πίθος. Latini hoc sonant. *Modi enim quatuor quos oportet habere circa pecuniam patremfamilias. Nam & quærere posse conuenit, & quæsita tueri, alioqui nulla quærendi foret vtilitas. Nam cribro haurire nihil aliud est, quam quod dici solet terebratum vas.* Cum quispiam frustra laborat & sine emolumento, & fine, in vas pertusum aquā dicitur ingerere, ea scilicet cū primum intro *instillata est extra exstillante.* Hoc adagium sic explicatum inuenio in Græcis prouerbiis ἄπληστος πίθος ἐπὶ τῶν πολλὰ ἐσθιόντων καὶ γαστριμαργόντων. μετήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ μύθου τοῦ περὶ τὰς δαναΐδας, καὶ τοῦ πίθου εἰς ὃν ἀνιμόσαι ὕδωρ βάλλουσι λέγεται γὰρ οὗτος ὁ πίθος ἐν ᾅδου εἶναι οὐδέποτε πληρούμενος. πάσχουσι δὲ περὶ αὐτὸν αὐτῶν ἀπυήτων ψυχαὶ καὶ κόρα. ἃς δαναΐδας λέγουσιν, αἳ πληροῦσαι ἐν καρεαγόσιν ἀγγείοις ὕδωρ πρὸς αὐτὸν φέρουσι τετριμμένον. Prosequitur longis verbis auctor prouerbiorum fabulam Danaidum filiarum, quæ maritos suos peremerunt excepta *Hypermestra*, quę *Lynceo* pepercit. In deuorantes & ingurgitātes. Hac enim pœna Danaides infestantur, vt in vase perforato aquam gestitent, quæ mox inde guttatim elabitur, & ita nunquam expleto vase labor puellarum haud quaquam intermittitur, de qua re sic Tibullus:

Et Danai proles Veneris quæ numina læsit,
In caua lethæas dolia portat aquas.

Lucianus vtitur & hoc adagio in Timone, ὥστε εἰς τὸν τῶν δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, hoc est. *Quare ad Danaidū doliū aquam ferre videor?* Sensum, & appetentiam philosophi *perforatum dolium* vocant, ad quod Lucianus allusit qui τετριμμένον πίθον hominē dicit *ingratum*, Plato in Gorgia: Elegās quidam vir, Siculus fortasse vel Italus in his confabulatus hanc animi partem propter suasionem credulitatemque lubricam alludens nomini dolium appellauit. Dementium vero ꝓphanorum atque damnatorū hanc animi partem, quæ libidinibus agitatur tanquam futilem ob incontinentiam inexplebilem perforatum esse dolium inquit. Eorum qui apud *obscuros* sunt, inferos eos esse miserrimos, qui tanquam omnino profani damnati sunt, atque aquam in vas perforatum cum alio etiam perforato vase inferre. Esse autem hoc aliud vas siue cribrum (*vt dicebat is, qui me docuit*) dementium animum, quem ideo perforato vasi assimilauit, quod propter infidam affectionem obliuionemque nequeat infusum aliquid continere. Propertius *Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis.*

Signa fortis cum codice Aristotelico luci suæ restituto.

CAPVT CXLI.

ARistoteles eo libello coniecturali, q φυσιογνωμικὰ inscribitur doctissime,

doctissime, imo prope diuinitus corporis fortis signa comprehendit. Latina interpretatio adeo mutila est, imo stercorea prorsus, & cloacalem fœtorem redolens, vt nedum aliquid ex ea nostris his placeat inseruisse, sed bonas me horas in ea translegenda posuisse dispudeat. Sed audi Græce loquentem Aristotelem: Ἀνδρείου σώματος σημεῖα, τρίχωμα σκληρὸν, τὸ σχῆμα τοῦ σώματος ὀρθὸν, ὀστᾶ καὶ πλεῦραι καὶ τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος ἰσχυρὰ καὶ μεγάλα. καὶ, κοιλία πλατεῖα καὶ προσεσταλμένη, ὠμοπλάται πλατεῖαι καὶ διεστηκῆαι, οὔτε λίαν συνδεδεμέναι οὔτε παντάπασιν ἀπολελυμμέναι, τραχηλὸς ἐρρωμένος οὔ σφόδρα σαρκώδης, τὸ στῆθος σαρκῶδες τε καὶ πλατυ ἰσχύον προσεσταλμένον, γαστροκνημίαι κάτω προσεσπασμέναι, ὄμμα χάροπον, οὔτε λίαν ἐπτυγμένον, οὔτε παντάπασι συδεδεμένον, αὐχμηρότερον τὸ χρῶμα τὸ κατὰ τοῦ σώματος, ὀξὺ μέτωπον, εὐθὺ, οὐ μέγα, ἰσχνὸν οὐ τέλειον οὔτε παντάπασι ῥυτιδῶδες. Ita Latine exponas. *Fortis corporis signa, pilus asper, status corporis erectus, ossa & costæ, & extrema corporis robusta & lata. Aluus vero lata & substricta. Scapulæ latæ & dissitæ siue distantes nec nimis colligatæ nec omnino dissolutæ. Collũ robustum non valde carnosum & latum. Coxẽdix substricta. Sura deorsum contracta. Oculus petus siue gratiosus, nec impendio expansus nec contractus. Siccior color corporis, acuta frons, recta non magna. Coxendix non læuis, nec vsque quaque rugosa.*

Quid sit osphys in Aristotele & quod Latina dictione non caret.

CAPVT CXLII.

IDem Aristoteles quando de signis ἀναισθήτου, hoc est, insensati agit, sic retulit, ὀσφὺς σαρκώδης, σκέλη μακρὰ, τράχηλος παχὺς. Interpres & omnis nostratium philosophorum schola *osphyn* lumbos interpretantur, cum lumbus auctore viro magni nominis Theodoro Gaza dicatur Græce λάζωμα. Osphyn vero modo cingulum, modo *cinctum* Latini aiunt, quod ignorauit Gaza, qui cum de hoc cinctu libro primo de animalibus referat, non inueniens verbum Latinum, quo apte Græcum exprimeret, peregrinam vocem latio condonauit. Erat sic Aristoteles transferendus in physionomicis. *Cinctus carnulentus. Crus longum. Collum pingue, Osphys* pro *cinctu* reperitur in Luciani dialogo, cui titulus λεξιφάνης.

De oculo charopo vox Aristotelis explicata.

CAPVT CXLIII.

IBidem sic Aristoteles de Leone agens, ῥῖνα δὲ παχυτέραν ἢ λεπτοτέραν, χαρόπους. Bellus interpres sic. *Nasum autem magis grossum quam subtilem, oculos carpos*, quamuis *carpos* pro *charopos* scriptum puto. Ille namque facetus interpres, cum non inueniret verbum Græcum, qua dictione Latina interpretaretur in sua lingua peregrinabatur, cum *charopos* dicatur oculus, qui aspectu *gratiosus* est. χάρις gratia dicitur. ὄψ ὀπὸς aspectus. Charopos Latine *amabilis*,

petus, blandus, illix gratiosus, venustus, decens, non indecore verti potest. Nonne autora ab Apollonio libro primo argonauticon χαροπὴ dicitur hoc versu:

ἦμος δ' οὐρανόθεν χαροπὴ ὑπολάμπεται ἠώς.

Quæ sint sphyra in Aristotele.

CAPVT CXLIV.

HOc adde cum Aristoteles inquit, ὅσοις τὰ περὶ τὰ σφῦρα νευρώδη τε καὶ διηρθρωμένα, εὔρωγοι τὰς ψυχὰς ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν γένος. Inuenio sic ab interprete festiuissimo expositum. *Quibuscunque ea quæ circum cauillas sunt, neruosa & articulosa, fortes sunt secundum animam referuntur ad masculinum genus.* Nisi *cauillam* hic morio, ꝑ *talo* accipiat, dictionis insolentiam recipio me non tenere, sed hoc pacto *sphyra* ne exponas. Imo sic, quibuscunque e a quæ circa talos τὸ σφυρὸν Græci talum nominant, quos enim Homerus & Dionysius *apherpedes* montium, Pindarus σφυρὰ.

De Cyclopis ab Apolline interemtis Flaccus Valerius explicatus.

CAPVT CXLV.

DVbitatur quam nam Flaccus pręsignet historiam libro primo argonauticon his:

Te quoque damnant campi tanto pastore Pherai
Felices Admete, tuis nam pendet in aruis
Delius, ingrato Steropen quod fuderit arcu.

Ego de exsilio Apollinis intelligi puto, quod ei morte Cyclopum euenit. Steropen enim vnum ex Cyclopibus scimus alio nomine vocatum *Asteropen*, quod vt melius intelligas Tartæus audiẽdus, quẽ sic pro tempore latinitate donabimus. *Admeti cantus.* De cantu in *Admetum* cantato luctuose. Hic autem Admetus Rex erat Phereotum, cui Apollo seruiuit propter hanc caussam. Asclepius Apollinis filius a Chirone medicinam doctus, accipiens ex venis Gorgonis fluentem sanguinem eo multos curauit: ex sinistris venis fluente ad perniciem hominum est vsus, illo vero qui fluebat a dextris ad salutem, vnde mortuis denuo vitam præstasse dicitur. Qua de re ne videretur hic inter homines esse Deus, cum Iupiter fulminauit. Apollo autem iratus necauit cyclopas fulmen Ioui fabricantes. Iupiter voluit detrudere illum in infernum, sed precibus Latonæ iussit ei per annum homini seruire. Hic autem profectus in Pheras ad Admetum illi seruiens pastoritiam exercuit, ei boues omnes fęminas διδυμοτόκους, hoc est, *gemelliparas* reddidit, a quo Rege comiter exceptus Apollo amici animi cognouit indicia: quare Parcas rogauit quando finis Admeto vitæ immineret, inuento qui pro ipso morti promtaret, ei parceretur: quo impetrato pastor Apollo Admetum a morte retraxit. Ecce tibi, iam dies aduenit Admeto fatalis, & patre matreq; pro ipso mori nolentibus, Alcestis fœmina vitam suam pro marito opposuit, ex eo obliqua & luctuosa in Admetum

metum cecinerunt, donec Proserpina emisit Alcestē, vt autem alii dicunt Hercules pugnans in Plutonem illam retraxit. Steropen vnum ex Cyclopis esse Maro docet:

Brontheq; Steropeq; & nudus membra Pyracmon.

De sacris Priapi in Lampsaco obseruatis Valerius idem enarratus.

CAPVT CXLVI.

IDem Flaccus in secundo sic canit:

Transmissaque puppi
Lampsacus, Oggygii quam nec trieterica Bacchi
Sacra, nec arcanis Phrygius furor inuehit antris.
Sed suus in Venerem raptat Deus, illius aras
Vrbs super, celsiq; vident velamina templi.

Quæ sint ista Priapæi templi velamina dubitatur? Ego illa puto, q̄ tradit Augustinus, simulacrum scilicet Priapi solitum quibusdam diebus festis velari corona florea. Inter cetera quæ prætermittere (quoniā multa sunt, cogor) in Italiæ compitis quædam dicit sacra Liberi celebrata cum licentia turpitudinis, vt in eius honore pudēda virilia colerentur, non saltē aliquantū verecundiore secreto, sed in ppatulo exultante nequitia. Nā hoc tepore mēbrum Liberi per dies festos cū honore magno plostellis impositū prius per rura in cōpitis, & vsq; in vrbē postea vectabatur. In oppido autē Lauinio vnus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiosissimis vtebantur, donec illud membrum per forum transuectum esset, atque in loco suo quiesceret, cui membro inhonesto materfamilias honestissima palam coronam necesse erat imponere. Hæc Augustinus libro septimo de ciuitate Dei. Huc sunt, qui trahant illa Epigrammatici carmina:

Schemate nec dubio, sed aperte nominat illum
Quam recipit festo mense superba Venus.

Nec obstat Augustinum de Italico ritu loqui, Valerium vero de *Lapsaceno*. Nam huiusmodi sacra prisci Romani ignorauere, ab externis populis fuerunt aducta. In Lāpsaco *Priapum* pompatice tanquam Deum tutelarem coli quis adeo ἀγρόικος, vt non legerit? hic versiculus Poetæ in *obscœno* poemate manauit: *Mortales tibi Lāpsacum dicarunt*. Per velamina templi intellige velamenta simulacri, quæ fiebant in templo Priapo dicato.

De ferto sacrificii genere eundem Valerium intellexisse.

CAPVT CXLVII.

IDem in tertio facit Ancæum sic loquentem:

Has precor exuuias & opima cadauera nostro
Linquite ait ferro, potum mihi dextera ferro
Nauet opus.

Censeo sic legendū esse. *Linquite ait ferto*. Est enim fertum lauti sacrificii genus. Esset enim incōgruum & indecens si bis repeteretur

ferro. Adde quod dictio opima cum *ferto* congruit. Est certe *fertum* sacrificii genus, de quo Lucilius. *Ædepol ferto omnia sum circulatus:* De hoc Pompeius. *Fertum genus* libi, quod crebrius ad sacra ferebatur; nec sine altero genere libi, qui quæ afferebant *strui fertarij* appellabātur. Alibi & si mendosis exemplaribus *Struefertarios* dicebant, qui quædam sacrificia ad arbores fulgoritas faciebant, a *ferto* scilicet quodam sacrificii genere, quod adhiberetur in lustrationibus. Indicat Cato his in re rustica. *Mars pater te præcor quæsoque vti sies volens propitius mihi domo familiæque meæ, quo ius rei erga agrum, terram fundumque meum solitaurilia circumagi iussi, vti tamen orbos visos inuisosque viduertatem vastitudinemque calamitatem intemperiemque prohibessis, defendas, auerruncesque, vtique tu fruges frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque euenire sinas, pastores pastuaque salua seruassis, diuisque bonam salutem, valetudinemque mihi, domus familiæque nostræ, haruncce rerum ergo fundi, terræ, agrique mei lustrandi, lustrique faciendi. Ergo, sicuti dixi, macte hisce Solitaurilibus lactentibus immolandis esto. Item esto. Item cultro facito struem & fertum vti adsiet.* Hæc Cato, ex cuius verbis expiationem quādam circumlatitiam fieri solitam ferto circumlato intelligo, in qua fertum id genus adhibebatur. Vnius literæ immutatione mendosum est Catonis exemplar. *Ferrum* enim legitur, vbi *fertum* esse debuit. Plautus de hoc intellexit in Amphitruone. *Quæso quin tu istanc iubes pro cerita circum ferri.* Respondet Amphitruo:

Quin ferto est opus?

Etiam si istic ante nos facto legeretur.

Typhonides harpyas appellari, & cū hoc apertus Valerii Flacci nodus, inextricabilis. CAPVT CXLVIII.

GRatulor humanioris literaturæ sectatoribus, quamuis sera gratulatio videri possit, apertū esse tādem illum cœcum hiatum, qui omnes Musarum viatores desperantes itineris argonautici reddiderat. Vidi iam iuuenis imo puer Codrum Grammaticum Bononiensem non incelebrem torquentem se super enodatione horum carminum Flacci lib. 4 id est, Argonauticon de *Phineo* loquentis & Harpyis:

Quippe neq; extorrem tantum, nec lucis egentem
Insuper Thyphonides Harpyiæ ira tonantis
Depopulant, ipsosq; dapes prædantur ab ore.

Codrum certe meum ceterosq; huius labyrinthi Theseos cœcum item absterruit, ne iterum ad has caligantes tænarias fauces diuertere vellent, præsertim carmine secundo trunco & penitus inuerso. Sed quid immoror? Sententiam nostram & censuram proferam. Ego sane partim coniectura, partim fultura sequentis auctoritatis Poetæ ductus sic nitori suo Flaccum restitui.

Quippe nec extorrem tantum nec lucis egentem
Ira tonantis agit, Typhonides harpyiæ quæ

Depopu-

Depopulant, ipsoque dapes prædantur ab ore.

Quid hic Poeta sentiat? *Typhonis* filias esse harpyas collegimus ex his eiusdem Poetæ versibus:

Hic fessa lethique metu propioris anhelæ
Dum trepidant, humilique graues timidoq; volatu
Implorant clamore patrem typhona nefando,
Extulit assurgens noctem pater, imaque summis
Miscuit & mediis vox exaudita tenebris.

Interpres Apollonii libro secundo argonauticon tradit sorores Iridis fuisse *harpyas*: Tarræo concinit Hesiodus libro primo Theogoniæ ratus ex Thaumante & Electra genitas illas. Eius carmina sunt hæc:

Ὀαῦμας δ' ὠκεανοῖο βαθυῤῥείταο θύγατρα
Ἠλέκτρην, ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν ἶριν,
Ἠϋκόμους δ' ἅρπυιας, ἀελλώτ' ὠκυπέτην τε,
Αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται,
Ὠκείῃς πτερύγεσσι, μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον.

Nec mirum erit Poetas aliquando discrepare. Nonne Apollonius adiutum *Phineum* a Boreadis Zeto tradit & Calai? a quibus Harpyæ sunt expulsæ. At Orpheus Phineum insanientem philtris vxoris deiecisse e scopulo filios duos autumat, quare a *Zeto & Calai*, vt perpeteretur durius exsiliũ a Strophadis efflatum in Bistoniam, luce ab eis priuatum.

Origo Phryxi explicata cum emendatione Valeriani codicis

CAPVT CXLIX.

AEque maculosum est exemplar invulgatum eiusdem lepidissimi Poetæ Flacci libro quinto argonauticon his:

Tum gener Albanis Styrus qui aduenerat oris
Distulerant sed bella Cytorus Phyontis & Argus
Æolidæ fraterque Melas, quos aduena Phryxus
Progenuit pariterque leui Cotiorus in hasta.

Multiplex in his verbis mendum est. Nam erat ita scribendum.

Distulerant sed bella cytoria, Phrontis & Argus
Æolidæ, fraterque Melas, quos aduena Phryxus
Progenuit, pariterq; leui Cytisorus in hasta.

Sensus est Poetæ, Styrum Regem Albaniæ futurum, vt citius adueniat, sed bella *Cytoria*, hoc est, populorum ita cognominatorum, qui accolunt fluuium *Cytorum* detinuerũt inuitum, cum quo Styro venerunt *Phrontis*, Argus, Melas & Cytisorus; quos ex Chalciope filia Oetæ genuit *Phryxus*. Propterea Poeta vocat Æolidas ab atauo Æolo. Æoli filius Athamas, Athamantis *Phryxus*, *Phryxi*, isti quatuor. Colligitur progenies *Phryxi* paulo infra sic Iasone loquente.

Namq; idem Cretheus ambobus & Æolus auctor
Cum Ioue Neptunoq;, & cum Salmonide Nympha

Hæc origo ex interprete Apollonii Rhodii est, *Phryxo & Phryxi* nepotibus. Athamas filius Æoli frater Cretheï primam vxorē Nephelen duxit, duos filios ex ea *Phryxon* Hellemq; suscepit. Defuncta Nephele superduxit alteram vxorē Ino, quę insidiata ipsis Nepheles pueris persuasit indigenarum vxoribus fata vrerent. Arcum exustum semē fructus annuos nō subministraret: Athamas in Delphos misit super sterilitate sciscitatus. Donis vero persuasit Ino legatis, iugulandos Nepheles filios referrent, tanquam Deus *Hellen & Phryxum* iugulandos esse responderit, si vellent, vt sterilitas faceſſeret Persuasus igitur Athamas a legatis *Hellen & Phryxum* aris admouit. Ceterum eorum dii miserti aurei velleris ariete sublimes euexerunt, quod Helle tolerare non valens in Hellespōtum abeā nūcupatum decidit. *Phryxus* autem in Colchicam terram delatus sacrificauit *Phryxio Ioui*, hoc est *fugæ ſoſpitatori*, quod nouercā effugisset. Duxit autem *Chalciopen vxorem Æetæ* Scytharum Regis, ex qua filios quatuor genuit *Argon*, *Cytiſoron*, *Melanæ*, *Phrontin*. De Cythoro loco meminit idem Flaccus sic canens.

Mox etiam Cromnam, atq; iugo pallente Cytoron
Teq; cita penitus condunt Erythina carinam.

De quo & Apollonius in 2. Si vultis audite carmina Rhodii sunt haec:

εἰδὲ καὶ ἄνομα δῆγεν ἐπώνυμα δεῦρο ἑκάστῳ
τῷδε κατ' ἀσωπὸν πόλιν ἄνομα, τῷ δ' ἔτι φεγγὶς,
τῷδε μέλας, ἠμὶ δ' αὖθι ἐπικλείοι τέκεν ἀέγλη.

Es dictionem verbalem aliquando corripi, aliquando produci Propertius euentilatus.

CAPVT CI.

PRopertii interpretem nunquam erit quin laudandum non cēſeamus ob abſtruſa loca aperta, & nodos inenodabiles enodatos. In ea tamen elegia quæ incipit:

Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem: Verſiculus est hic:

Si puer es alio traiice tela tua. Vbi Propertius admiratur Cupidinem puerum, *puerilisque mobilitatis* non ex suo corde aliorsum cedere ad alterius amantis cor oppugnādum, præsertim cum puerilis inconstantia tenorem vnimodum tenere non soleat. Recta fuit hæc interpretatio, nouam tamen hic idem vir doctiſſimus, in neſcio quo ſuo commentario in Ciceronem, opinionem affert ſic corrigens: *Si par est alio traiice tela tua*, præterendens *Tàs* corripi ſemper. cum vt prius bene ſenſerat, menſura huius ſyllabę communis ſit. Qui producūt regulariter faciunt, qui corripiunt Poeticam licentiam ſequuntur, ſed ſunt anomali. Docet hoc Valerius Argonauticon Poeta lib. 7. ſic canens.

Cumq; ipſa mouuer
Alloquio caſuq; viri te paſſa vocari

Sum

Sum potius, tu laude noua, tu supplice digno
Dignior es, & fama meis iam parta venenis,

Priorem ergo teneat opinionem interpres & nouam omittat, quoniam, qui vtuntur *vino vetere, sapientes puto.* Non desunt tamen, qui apud Propertium sic legant:

Sepudor est alio traiice tela tua.
Fabula Anticli ab Vlysse a loquendo cohibiti explicata, simulque altercatum nunquid Angelus Politianus recte Domitium taxauerit.

CAPVT CLI.

IAcobus Constantius Fanēsis vir Græce & Latine doctus, in quo mihi non mediocriter applaudo, quod & amicus, & auditor meus exstiterit, inter ambulatiunculas, quas æstiuis horis a cœna captare consueuimus, mecū disceptare solebat, an Politianus Angelus Domitii Veronēsis præradius insectator, candide magis, an canine Calderinū taxauerit in expositione illius carminis in Ibim:

Vtque loquax in equo est alijus guttur Agenor,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter. Fabula quæ refertur a Domitio nimis esset accommoda, si ancora auctoris idonei fulciretur. Constantius meus Homerum ab Angelo in testimonium adductum non Angeli sententiæ satisfacere contendit, nec asserere Anticlon strangulatum fuisse, sed a loquendo cohibitum oppositis ori manibus. Curiosi hominis fuit ista dubitatio, & ingenii prorsus musici. Assentiebamur in primo congressu, antequam cominus pugnaremus, Iacobi nostri candori, p Domitio ad me prouocantis. Adiuuabat hoc, quod Homerus manus Vlysseas oppositas ori tradit Anticli, & de pollice nulla fit mentio, quo Agenor introductus ab Ouidio spiritali arteriæ impacto perimitur. Nam Homeri carmina in quarta Rhapsodia posita sunt hæc:

Ἀντικλῆ δὲ σὺ γ' οἷος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
Ἠέλιον μὲν ὀδυσσεὺς ἐπὶ χθονὸς ἔρχεται ἱέμενον
Νωλεμέως κραπεῦναι, ἀέσασθαι δὲ πεύθεται ἀγυιάς.
Τόφρα δ' ἐχ' ὄφρα σε νόστον ἀπήμονα πάλλας ἀθήνη.

Hic enim ab Homero tantū refertur Helenā accessisse ad equū fabrefactum ab Epeo, quam similantē vxorū voces nullus nō equo inclusorum Græcorū heroū contemsit præter Anticlū, qui Helenę vocē vxoris eius Laodamię similāti, cum respondere vellet, manib. ori suo oppositis cohibitus est ab Vlysse, vade nō mouit manus, quousq; Pallas iuberet Helenā abire πάλλας verbū, quo visus est Homer. strangulationi nō est aptū, sed pressuræ, quæ neri potest, citra mortē, strangulatione vltimā pniciē supponente. Congruit quod tradit Homer. illū retentū donec Pallas auerteret Helenā Si n. Vlysses eū strangulauerat, q d opus fuerat tenere? Cū dicant, hominē mortuū nō mordere, & consequenter nec garrire. Quæ cū ita sint cū Cōstantio meo cōgruo in hoc vno, Angelū nō recte ex Homero

derorsiſſe, Anticlum ab Vlyſſe ſtrangulatum, nec verbis Ouidianis Homericus ſenſus applicari poteſt, quoniam Homerus χεροὶ dixit. Ouidius *pollice*. Homerus πίζῃ. Ouidius *Elapſus*. Ceterum ab Angelo ſum, aſſerens ſecum in equo Anticlum periiſſe, an hac, an alia de cauſſa, non ſatis liquet. Sed in hoc errauit Angelus, quod cum debuiſſet certum in re dubia teſtimonium afferre, incertum protulit. Si Triphiſiodori Græci Poetæ auctoritati hæſiſſet, magis ea re ſua feciſſet, cuius tamen aduocat carmina. Sed ad hoc tantum propoſitum quod Anticlus vocaretur Ortygides, confiſus fidei Homerici carminis, quod nullam vel minimam de ſuffocatione Anticli præſtat fidem. Tryphiſiodori carmina ſunt hæc:

Ὀρτυγίδης δ' αὖτε Ἀντικλ@, ὃν αὐτόθι πέφνεν Ἀθήνη
ἵππῳ ἐνικρύψαντες ἐϋκτιμένῃ ἐνὶ ἄλσει

Hoc eſt, *Ortygides autem Anticlus, quem ibi mortuum equo lugentes ſpoliauerunt Graci*. Hinc vberrimum teſtimonium elicitur in equo periiſſe Anticlū. Datur tacite intelligi propter preſſuram manuū Vlyſſis, quibus cum diu forſan illū oppreſſiſſet, præbuit exitii cauſſam. Nec obſtat quod, *pollice*, dicatur ab Ouidio, ab Homero vero, *manibus*. Eſt enim figurate ab Ouidio pars pro toto poſita. Indigēt expoſitione carmina Tryphiſiodori & interpretatione, quæ Angelus Politianus aduocauit, vt oſtēderet vxorem Anticli nominatam eſſe *Laodamiam*. Carmina Tryphiſiodori ſunt hæc:

Ἀντικλ@ δ' ὅτε κέντρον ἐδέξατο λαοδαμείης
μυῶν@ ἀμφιβαίνην αὐτὰρ ὁ μῦθον ἔειπε
αὐτὰρ ὀδυσεὺς κατέπαλτο. Latine ſic ſonāt. *Anticlus autē quādo ſtimulum ſuſcepit Laodamiæ ſolus retributionem*, id eſt, *reſpōſum orſus eſt aperiens garrulitatem. Sed Vlyſſes exſiluit*. Anticlus dictus eſt ſuſcepiſſe ſtimulum Laodamiæ, quādo accepit vocem Helenæ repreſentantis vocem vxoris ſuæ Laodamiæ, quæ vox deſiderio vxoris illum ſtimulauit ad loquendum quamuis prohiberetur.

Quod antiqui commercio non emtione vterentur Iureconſulti Pauli verba ad integritatem ſuā redacta, reſtitutis Homeri ſententiis, quæ areis deformiter patentibus viſebantur.

CAPVT CLII.

PRiſcis legum conſultis nihil eloquentius eruditiuſque noui, recentioribus nonnullis nihil infantius & ineruditiuſque noui. Antiquis illis maieſtatem legum referentibus verbis Romanis & Romana doctrina maior inerat cura eloquenter loquēdi, quam loquendi. Ex his quidam infantiſſimi omnium vix caſte nomen proprium eloquuntur, meram Gothicam barbariem redolentes. Conſultiſſimi illi iuris auctores ſignate loquebantur, iſti ſpurce & improprie effutiunt monſtra ab vltima barbarie a Bartolo Baldoqi relata. Illi ſcatebāt oratorū Poetarūq; doctis adminiculis, hi Poetas inceſſunt, & ex albo ſuo tanq̄ e Platonica republ. explodūt, quo euenit vt cū caſu videas latine loqui, credas te audire *Lexiphanen* Luciani

Luciani portenta verborum euomentem. Sunt tamen merito in doctorum decuriam asciti in musæum Bononiense quam plurimi, qui minus non Ciceronem quam Bartolum excusserunt. De barbaris loquor & illiteratis his nostris longe dissimilibus, inter quos, tanquam inter Deos Iupiter, Ioannes Campegius eo lacte fluit eloquentię, vt cum illum audias vix euelli possis, & ad eius mixtam cum suauitate nectareæ eloquentię doctrinam consenescas. Sed quid Bonifacium Elephantutium Iacobumq; Bouem meum recenseam, ex quorum labiis melle suauior fluit oratio, & innumeros alios, quos referre non leuis est labor? Omnes hi optimo consilio doctrinam cum eloquentia commiscuerunt. Sed ad propositum nostrum regrediamur. Paulus iurisperitus digestis de contrahenda emtione lib. vndeuigesimo sic scriptum reliquit. Sed an sine nummis venditio dici hodie possit dubitatur, veluti si ego togam dedi vt tunicam acciperem? Sabinus & Cassius esse emtionem & venditionem putant: Nerua & Proculus permutationem non emtionem esse aiunt. Sabinus Homero teste vtitur, *qui exercitum Græcorum ære, ferro hominibusq; vinum emere* refert, illis versibus Græcis. Sed hi versus permutationem significare videntur sicut illi. Magis autem pro hac sententia illud dicetur, quod alias idem Poeta dicit. Viden' vt ex pulcerrimo Iureconsulti corpore verba Homerica tanquam primaria membra conuulsa, elumbem, fœdum, deformem codicem reddant. Prima auctoritas sic inferenda est mutuata ex Homeri lib. 7. Iliados.

ὠνέονται δ' οἰνίζοντο κεκαρμένοι ἐν χιτῶνες
ἄλλοι μὲν χαλκῷ ἄλλοι δ' αὖ αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὖ τοῖσι βόεσσιν
ἄλλοι δ' αὖ δμῳῇσι.

Hoc est, *Graci comati emtitauerunt vinum, alii ferro, alii ære, alii coriis bubulis, alii bobus, alii mancipiis.* De hoc ritu sic Plinius libr 33. natu. histor: *Vtinamq; posset e vita in totum abdicari aurum sacra fames*, vt celeberrimi auctores scripsere, proscissum conuitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum. Quod tum feliciore ævo cum res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit. Ita enim vt opinor, commercia victus gratia inuenta, alios coriis boum, alios ferro captiuisque rebus emtitasse tradit. Videtur ergo Plinius carmina superiora demonstrasse. Seruius Maurus in enarratione illius sententiæ ex Georgicis:

Quamuis Milesia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.

Sic ait: Mutentur magno ingenti pretio, comparentur. Nam apud maiores omne mercimonium in permutatione constabat, quod & Caius Homerico confirmat exemplo. Libro tertio institutionum desunt hi versus in rubrica de emtione & venditione sic

loquente Iurisperito: *Illud est quod vulgo dicebatur permutatione rerum emtionem & venditionem contrahi*, eamque speciem emtionis vetustissimam esse, argumentoque vtebatur Græco Poeta Homero. Qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus. His verbis ostendit & Iureconsultus deesse in institutionibus hæc verba Græca. Secunda auctoritas Homeri, quæ media inserenda Pauli titulo fuerat, nunc memoriæ nō suppetit, si occurret studiosos legum olim nouo munusculo demerebor. Sed de eloquentibus iurisperitis intelligo, barbaros autem floccifacio, qui malunt Græcum vinum bibere quam Græcas literas legere. Sed id quod subsequitur in tertia Homeri auctoritate post hæc Pauli verba, magis autem pro hac sententia illud dicetur, quod alias idem Poeta dicit, tu Græcos Homeri versus areæ hianti sic insere in fine primæ Rhapsodiæ Poematis Odysseæ prope calcem positos:

τλὴ ποτε λείξῃς πῖαρ ἀπάτερθεν ἰοῖσιν
ὠφρ' ἤλιτ' ἐνθάδε δεῦρο βοῶν ἐπιδημιοεργοὺς ἠδ' ὀΐων.

Sensus est Homeri, *quod Laertes emit Eurycleam viginti bobus*. Cum vero Paulus Iureconsultus contendit antiquos emere solitos cōmercio, hoc est, rerum permutatione, versus pristinos de permutatione facere fidem refert, non autem de emtione. Versus vero istos ex primo Odysseæ allegatos magis emtionem probare videntur ab antiquis fieri solitam per commutationem & commercium, quoniam est additum verbum πρίατο quod congruit emtioni: in superioribus Homeri carminibus verbum non est additum emtioni seruiens. Quare probo lectionem prisci codicis Pliniani lib. 33. in quo non emtitasse, sed mutasse scriptum est, quali figura loquendi Vergilius vtitur cum ait: *Milesia magno vellera mutentur.*

Deorum insignia, quæ in Priapeis posita sunt esse detorta ex Epigrammate Græco.

CAPVT CLIII.

QVis nam *Priapei*, hoc est, *obscœni poematis* fuerit auctor a literarum magnis ducibus ambigi scio, hinc Seruio Vergilium prætendente, illinc Angelo Politiano Nasonem Ouidium. Superius cum nonnulla ex hoc Poemate enodarem, nec hunc nec illum scriptorem spurcissimi Poematis agnoui, contendi opus esse congestitium, & quoddam veluti symbolon, hoc est, collatitium carmen variis & innumeris, qui ea floruerunt ætate Poetis, in gratiam Augusti vel Mecœnatis vel alterius summatis viri, Epigrammata lasciua ludentibus. Placet in gratiam Mecœnatis fuisse composita, quando ipse Poetarum propugnator fuit acerrimus & fautor. Adde quod horti Mecœnatiani celeberrimi sunt apud idoneos auctores. Nuper cum euoluerem Epigrammata Græca deprehendi ex versibus Atticis totum perfecisse Epigramma auctorem istius opusculi quod sic in obscœno carmine legitur.

Cur

Cur ensem mihi pars sit sine veste requiris?
Quaero tegat nullus cur sua signa Deus?
Flumen habet mundi Dominus, tenet illud aperte,
Non datur aquoreo fuscina tecta Deo.
Nec Mauors illum, per quem valet, occulit ensem.
Nec latet in septo Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?
Clam ne solet pharetram ferre Diana suam.
Num tegit Alcides nodosa robora clava,
Sub tunica virgam num Deus ales habet.
Quis Bacchum gracili vestem prætendere thyrso,
Quis te calata cum face vidit amor.
Nec mihi sit crimen quod mentula semper aperta est,
Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

Sententia huius Epigrammatis ex Secundi versibus est sublata, quamuis iste Secundus non in statuam Priapi, sed amoris ediderit Epigramma. Sed iam Secundum audi:

κυλλοχαρὶς πὰν ἱρωτᾶς, ὡς βέλεσσιν ἐπ ὤμοις
Ὅπλα φέρεσι θεὸν νῆπι ἀγαλλόμενα
τύμπανα κὴ θύρσον, βρομίῳ ζυγὸς ἁρμόσιον,
ἄκρον δ' ἐγκλίνει κὴ κόρυν ἡ κόμη.
φοίβῳ δ' τόξον ἔφερε τήνη, ἀλλὰ δὲ τέλεσσαν
καὶ θεναρῶν χρῶν ἡ ῥοικλέης ῥόπαλον.
τί πλέον ἀνθρώποισιν ἔρ@ ὅτε κὴ πόλεν εἶλε,
τόξα δ' ἀγωνάτων κύπρις ἐλεῖτο.

De Lebete Dodonæo Callimachus explicatus.

CAPVT CLIV.

CAllimachus Cyrenæus, quem tanquam Poetarum numen Latini Græcique pariter sunt venerati in dialogo, cui titulus est in Delum, hos ponit:

Οἱ μὲν πὰ καλάμιλλον τὶ ἐ ἱερὰ δρώγματα σεσῶ τι
ἀστυγέων φορέουσιν. ἃ δαιδώνηθι πέλασσον
τηλόθι μὲν σιδαίων πολυσταφύλοιο θέοντες
γηλιχίες ἱεράποντες ἀσπήπτιο λιέσητ@.

Hoc est, *hi quidem tibi culmum q; & sacros manipulos primi spicarum ferunt, quos ex Dodone Pelasgi longe aduectos valde inprimis suscipiũt humi cubantes famuli non sitientis lebetis.* Interpretantur aliqui apud Callimachum ἀσπήπτιο λιέσητ@, dicia Callimacho, quoniam subinde bullit & feruet, quæ q̃ puerilis & ludicra sit interpretatio quiuis vel medio criter eruditus perspicere potest. Ego refero ad puerbium Græcũ, q̃ his verbis legitur apud paræmiarũ auctorẽ. *Ὁ δὲ δωναῖον χαλκεῖον κεῖται παρὰ βραδέως ἐπὶ τῶν ἀργῶς φερόντων τὰ ἐπιτήδεια. φασὶ γὰρ ἐν δωδώνῃ χαλκεῖον ἐπὶ κίονος ἑστάναι παῖδα ἔχοντα μάστιγα χαλκῆν. περὶ οὗ φασὶν ἐὰν πνεύσῃ χάλαζα, τὴν μάστιγα πολλάκις εἰς τὸ λέβητα ἐκπίπτειν καὶ ἦχον ἀπὸ τοῦ λέ*

βατω ἐπὶ χρόνον πολύν, hoc est, *Dodonæum ahenum* vsurpatur a Menandro in Arepho. *Dicitur autem in loquaces & a garrulitate non desistentes. Dicunt enim in Dodone ahenum in columna in edito iacere. In altera vero columna prope stare puerū adpensum flagellum habentem æreum. Spiritu autem moto magno flagellum, sæpe in lebetem incidere, vnde strepitus non paruus resultat.* De hoc ritu meminit Ausonius ita canens, *nec Dodonæi cesset tinnitus aheni.* Plinius noster consimilia prodit de quibusdam tintinnabulis in Ptero locatis, quæ vento collidebantur. Hic est verus Callimachi sensus.

An Ioannes prima longa proferatur.

CAPVT CLV.

INeidi nuper in Grammaticulos quosdam altercatione Etheoclea confligentes, & lanam asini quærentes, quorum vnus exserta & prope stentoria me voce cōterruit, alterum *sabbatarium* cōpellans, quod *Ioannam* non *Ianum* in versu scripsisset, & errori errorem addidisset, & trisyllabum non quadrisyllabum nomen hoc recognouisset, Cui ego subridens. Tu deterior inquam qui Iudęos iure Pōtificis priuilegio ciuitate Romana donas. Statimq; subdo. Quid si nedum trisyllabum tibi nomē hoc adstituo? quod Angelus Politianus & paulo ante tota consuescit Italia. Sed trisyllabū certe cum producta prima obiicio? Spumeus ille & effræni audacia promtior paratus sum, inquit, Pie pientissime, te si hoc præstiteris, colere. Cōtinuo carmen ex Epigrammate εἰς σωτῆρια cōpositū sic attuli:

Ἰησοῦ σὸν τόδε δῶρον ἀρώμενος Ἰωάννης. Tunc ille ore distortissimo contemnenti similis: *Graca sunt hæc ait non intelliguntur.* Solia sum non Oedipus. Statimque me barbare loqui dicens, aduersatus euanuit. Quid putas? risimus satis, nec quidem cachinnum citra. Dein ad Theseum meum Ludouicum Gesilardum conuersus, ineptiunt aio qui tantum hoc quadrisyllabum nomen autumant prima breui syllaba, etsi apud Metrodoron sic legatur:

ὡς τὸν Ἰωάννην ὁ γέρων ὀτ' ἐδέξατο Ἰησοῦς. Quamuis & apud Agathiam Poetā Græcum de quadam Ioanna chitharœdica mentio fiat, quam decimam Helicon Ida, hoc est, musam dictitat. Carmen illius, hoc est:

καὶ τύχα Ἰησοῦν ἔθηκαν ἐπάξιον ὑμνέα μοῦσαν
τὴν δεκάτην Ἰωάννας αὐθ' ἑλικῶν ὀχέων.

Ista. n. nomina aliquādo trisyllaba per diuisionem fiunt vt Ἰούλιος trib. syllabis & Ἰούλιος quatuor. Sed quid ego hæc ad te, cui conspiranter Græcæ Romanæq; Musæ lauream contexunt.

Disceptatum nunquid Balista Phocais vocetur a Silio propter populos Massylienses, simulq; carmen Italici discussum contra omnium hactenus opinionem.

CAPVT CLVI.

ITalicum Silium maiore cura quam ingenio composuisse Poemata testatur Cæcilius. Plinius contrario vitio laborauit. Enim

nius ingenio maximus arte rudis, si credimus Ouidio. Ceterum magnorum virorum censura ad maximos censores referatur. Ego hoc vnum sentio, poema eruditissimum illud & artificiosissimum esse, & in quo multi literarum palæstritæ desudarunt, præcipueq; in explicatione illius carminis positi libro primo. *Phocais effundit vastos Balista molares.* Autumat Italici alioquin doctus interpres, Silium *Balistam* vocare *Phocaida* a Massilienſibus, qui ea plurimum vtebantur oriundis a Phocenſibus, qui sunt in Græcia contermini, Beotius. Massylia quippe vrbs Galliæ in petroso loco sita, Phocenſium ædificium fuit. Ceterum non facit ad eruditorum stomachum hæc interpretatio. Nam quod *Massylienses* ea plurimum vterentur, desideratur auctor. Quod & si cõpareat, nihilo magis Balistam Massylioticam inde denominare possumus, perinde ac Hiſpanam seu Græcam, quod ea vtantur & Græci & Hiſpani. Quod si constaret, Massylienſes siue Phocenſes eam reperiiſſe, affirmarem posse illam ab inuentoribus *Phocaida* vocitari. Verumenimuero non Massylienſes aut Phocenſes, Massylienſium progenitores Balistam excogitarunt, sed Plinio auctore *Phœnices*. Est igitur quærenda melior & verior interpretatio. Ego publico auditorio Bononiæ Silium anno præsenti enodans docui, *Balistam Phocaida* dici simpliciter pro *Saguntina*, quoniam *Saguntini* illam eubrabant & intorquebant in Pœnos propugnantes, videlicet in oppugnatores. Hoc ſenſu, scilicet, quod oppugnati ab Hannibale Saguntini propugnabant Balistis. Nec sit mirum, vti hoc epitheto, Silium *cui longe repetita placet*, vt qui Romanos Sigæos, Rhetæos Æneadas, Dardanios Laurentes, Idæos Hectoreos, Carthaginenſes vero Cadmæos. Scimus enim vel Silio docente Saguntum ab Herculis comite dictam, qui fuit *Thebanus*, vt ipſe ait. *Hic comes Alcida properabat in agmine Thebas.* Gerione exstincto. Phocenſes igitur Saguntini dici possunt quasi Thebani, quoniam Phocis ab his, qui large metiuntur climata in Boetia ponitur & a Thebanis denominari possunt Saguntini Phocenſes, quippe cum Phocidem Thebanus ager complectatur, quod hinc apparet. Scimus enim Parnassum in Phocide situm vel auctore Ouidio libro primo Metamorphoseos & tamen Parnassus Aonius dicitur, quia Aonii populi Thebani sunt nullo reclamante. Et cum canit Ouidius. *Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis*, anguste loca & propemodum Poetice metiebatur. Quemadmodum Plinius Græciã, Atticam, Thebas & Phocida, quoniam conterminas esse nouerat, confudit. Sunt *Manuballistæ* quoque & *Arcuballistæ*. *Balistam* ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quidam nuncupatam asserunt quod iaculatur & missilia vibrat.

Annotationes in hortulum Columellæ & inprimis, De artificibus his Dædalo, Pragmone & Agelada.

CAPVT CLVII.

QVÆri solet a literarum literatarum indagatoribus, quos artifices intelligat Iunius Moderatus & cuiates in his versibus:

Neu tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ,
Nec Polycletæa vel Phragmonis aut Agelada
Arte laboretur, sed truncum forte dolatum,
Arboris antiquæ numen venerare Thyphalli.

Sensus horum versuum est talis. Priapum custodem hortēsem dolatum ex trunco quolibet para, nec multum ambige an *Dædalus* illū fabrefecerit aut Polycletus optimi statuarii. Quidam hoc carmen superioribus annectunt ad maceriam referentes. Hoc sensu. Sepem vel parietes vel hirtis spinis horto strue, etiam incompositam, ne putes me Architectum parieti hortorum cupere pręponi Dædalum fabricæ celeberrimum. Per munera intelligebant munia & mechanemata, quibus ille multa struxit egregie interque labyrinthum Cretæ a Poetis decantatum. Potest tamen hic versus cum inferioribus iungi, quoniam Plinius inter fictores Dædalum numerat, cuius verba sunt hæc lib. trigesimo quarto: *Dædalus & ipse inter fictores laudatus pueros duos distringētes se fecit.* Recensetur tamen ab eodem Plinio Dædalus alter inter pictores, sed nihil ad rē. Polycletæa expone, nō laboretur arte Polycleti. *Polycletus* ex ære signa fecit. Floruit olympiade octogesima septima, nobilitatus est quam plurimis discipulis, quos Plinius enumerat libro trigesimo quarto. Et Phragmon fictor fuit de quo sic Plinius: *Deinde olympiade octogesima septima Agelades, Polycletus, Phragmō Quinta Amazon ex[illegible]obatissimis fuit huius Phragmonis, cum prima Polycleti fuerit, secunda Phidiæ.* Ageladis discipulus fuit Polycletus Sicyonius & Miron ille nobilitatus *Buccula.* Sed nunc de Ithyphallo dicendum superest. Inter mimos numeratur a Græcis *Ithyphallus* ebriorum specie redimitus manicatusq;. Nam apud Strabonem multæ sunt mimorum species. Est *Hilarodos*, qui ab auctore *Simo* dictus est *Simodus.* Deinde *Magodos*, a quo parum differt *Lysiodos*, his iungitur *Sodaticus*, qui & *Ionicus Cynedologus* a Plauto in Sticho *Cynedicus.* Item & *Picelista* qui & *Phallophorus & Autocabdalos* vocatur, quāquā & *Iambus* & *Phyax* & *Ethelontes*, qui & *Sophista* dicitur. φάλλον Græci *Priapum* dicunt, ἰθὺς dicitur erectus, vnde nascitur *Ithyphallus*, erecti specie mēbri columna. Est enim animaduertere in Gręcis Epigrammatis Priapo templo in litoribus dicata, fortasse quod hominum genitura est salsa vt mare.

Quid per Naxium ardorem intelligatur apud eundem & disceptatum nunquid carmen, id sit mendosum.

CAPVT CLVII.

SVbdit idem Iunius paulo infra sic:

Exspectetur hyems dum Bacchi Naxius ardor
Æquore cæruleo celeretur vertice mundi.

Per ardorem *Gnosium* intelligit ardētem coronam, quam Bacchus

An-

Ariadnę Cretensi dono dedit. Hoc est exspectetur coronę emersus, qui est in Octobr. Corona existimatur *Ariadne* fuisse, a *Libero* patre inter sydera collocata. Dicitur enim in insula Dia cũ Ariadne Libero nuberet hanc primum coronam muneri accepisse a Venere, cum omnes dii in eius nuptiis dona conferrent. Sed vt ait qui Cretica conscripsit: *Quo tempore Liber ad Minoa venit cogitãs Adriadnam comprimere, hanc ei coronam muneri dedit, qua delectata non recusauit conditionem stupri.* Hæc Hyginus. *Naxium* pro Bacchico sumit, quoniam Bacchus dono dedit illam Ariadnæ, qui Bacchus in insula Naxo colitur. Hinc Propertius:

Atq; tuum potant Naxia turba merum. *Naxos* a Strabone lib. 10. vna Cycladum creditur. In codice prisco ac antiquitatis reuerendę legitur *Gnosius*, quę lectio egregie competit sensui *Gnosiũ* enim ardorem vocabit hanc coronam puellæ *Gnosiæ*, hoc est Cretensis. *Gnosos* est oppidum Cretæ. Ouidius:

Illam Gnosiadesq; Cydoniadesq; iuuencæ.

Et hoc dicitur ex imitatione Vergiliana:

Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ.

Manlius libro 1.

Gnosia deserta fulgent monumenta puellæ. Nec de tota corona intelligit, sed de peculiari stella coronæ infixa fulgentiore, de qua multa Manlius. Scribit Plin. lib. 18. naturalis historiæ, Octauo idus Octob. Cæsari refulgentem in corona stellam exoriri.

Quod Nepa sit Scorpio, Et Crotus sagittarius emendatus & explicatus idem.

CAPVT CLVIII.

CViuis non subobscuri sunt hi versus in recessu, licet blando lepore festiuiter arrideant in primori fronte:

Atque vbi iam tuto necdum confisus olympo,
Sed trepidus profugit chelas & spicula Phœbus.
Dira negat, tergoq; Eroti festinat equino.
Nescia plebs generis matri ne parcite falsæ.

Ordo. *Nescia plebs generis matri ne parcite falsæ.* Vbi Phœbus nondum confisus tuto olympo: *Sed trepidus profugit chelas & reliqua.* Tuto Olympo expone serenitati cœli, cui tunc sol non confidit, quoniam tempus autumnale semper est incertũ: iuxta illud Varronianũ in Menippeis. *Nescis quid vesper vehat.* Trepidus. *Celer Phœbus propter breuitatem dierum*, iuxta illud Maronianum:

Ne trepidate meas Teucri defendere naues.

Possemus poetice *trepidum* pro *timentem* interpretari quandoquidẽ sol radens inter scorpium & sagittariũ est anxius & sollicitus, ne vergat in alterutrã partẽ, hic, *aculeõ* scorpionis, illinc sagittas Chironis expauescens, viã mediã igitur arte secat & ꝓuide Ne-

gat ſubintellige adire vel quid ſimile. Mallem tamen ſcriberet ſecat hoc ſenſu. Sol inter ſcorpium & ſagittarium ſecat & radit iter medium, nec adhuc audet ſpicula ſagittarii penetrare, ſed eius inſidet dorſo, hoc eſt, ſol vagatur inter decimum quartum Kal. Nouembres, & inter decimum tertium Kal. Decembres. Quidam non *negat nec ſecat* ſcribunt. Sed nepæ. Quare neceſſe ſic ſcribendo videbitur per *ſpicula dira* intelligere *caudam ſcorpionis*, quæ ſemper eſt in ictu, & erit τὸ ὠὴτὸ. Priſciano ſcorpius *nepa* eſt. Plauto cancer, qui ceſſim, id eſt, retrorſum graditur, vt palam eſt. Marcellus, *nepã* quidam cancrum putant ob illud Plauti. *Retroueꝛſum cedam, imitabor nepam.* At quid *nepa* etiam dubium in vtroque. Nam vere *nepa* ſcorpius dicitur M. Tull. de finibus bonorum & malorum li. quinto. *Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videamus boues, nepas aculeis, ſuam deniq; cuiq; naturam eſſe ad viuendum ducem.* Ita ferme Marcelli codicem emaculat Pompeius: *Nepa Afrorum lingua ſidus, quod cãcer dicitur* (vel vt quidam volunt) *ſcorpius.* Plautus, *dabo me ad parietem, imitabor nepã.* At qui potuit *nepa* dici, quod impurum ſit animal & terrum. *Nepus* pro non purus Latine dicitur. Prima correpta *nepa* pronuntiatur a Marco Tullio ſic:

Atq; oculos vrget pedibus pectuſq; nepai. Manlius aſtronomicus lib. 2.

Pietate ad ſidera ductam
Erigonen, ictuq; nepam, ſpolioq; leonem.

Hac dictione vtitur Columella lib. 12. & Capella 2. de nuptiis. *Natura ſcorpionum eſt, vt in parietum latibulis deliteſcant, qui cum aliquid ſenſerint retrocedunt.* Quare apud Plautum non eſſet inſerium cum Priſciano *nepam* exponere *ſcorpionem*. Seruus enim Chalinus inſidiator, cum percepit appropinquare ſenes, retraxit ſe, intra parietem abdens, vt aſſolet *ſcorpio*. *Tergo*: Non enim ex aduerſo ſe conſpiciunt ſigna, ſed vnum ſequitur aliud. Sol relinquens ſcorpionem imminet ſagittario, habenti oppoſitum tergus ſcorpioni. Dixit etiam *tergo*, quoniam ſagittarius cẽtaurus fingitur. Nec *Eroti* ſcribendum, ſed *Croti*. Fuit enim ſagittarius hic Crotus, de quo Sidonius:

Falciferi Croton ire ſanis per ſumma polorum. Quamuis illic quidam *Cronon* pro *Saturno* velint intelligi.

De Marris & clatris vnaq; carmen apud eundem explicatum & emaculatum.

CAPVT CLIX.

TVponitus clatrũ eradere viſcera matris
Ne dubita, & ſummo frequenti ceſpite mixta
Ponere quæ canis taceant vrenda prunis.

Eiuſdẽ Moderati ſunt hi verſus, indigentq; penſitatione nonnulla. Si

Clatris recognoscimus, vt habet promiscui codices, pro *tractus ligni* exponc. Sunt enim *clatra*, cancellatim ligna compacta, quibus glebæ contunduntur. *Hirpicem* Varro dicit, & hodie Placentinum municipium *fidentiola*, quam a diuo Florentio tutelari hodie *florentiolam* vocant. De *clatris*, hoc est, lignis quadratis transuersariis, quibus muniuntur fenestræ, quæ fures saltarent munimine, alibi plura. Hæ *clatratæ fenestræ* dicebantur, nunc lingua vernacula *ferratæ*. Ceterum cum in priore significatu, pro instrumento scilicet terræ, non videant vsurpari *clatrum*, possumus sequi priscum codicē, in quo *marris* scriptum est, cum annominatione. Sequitur enim *marra*. Sic scriptum deprehendi in perueteri sto codice, qui fuit viri spectati Andronici Bononiensis. Sunt enim *marra* instrumenta ad fodiendum terram idonea. Hoc Plinius asserere videtur, lib. 18. natural. historiæ sic loquens: *Verno fodiatur, liberanique ceteris herbis, ad trimatum marrarum ac falcium.* Nusquam *clatrum* pro instrumento ad terram colendam accommodo reperi, sed pro *cancellatis lignis*. Hoc comprobat idem Modestinus, lib. 10. sic loquens, *Vbi vitro neutrum patrisfamilias conducti, ratio postulat vacerris includi.* Sic enim appellatur genus clatrorum, idque fabricatur ex robore querceo vel suberco. Apud eundem *clatrare* verbum est, quod significat in transuersum contexere: *Sunt autem vacerras inter pedes octonos defigere, serrisque transuersis ita clatrare, ne spatiorum laxitas, qua foraminibus interuenit, perudi præbeat fugam.* Idem Columella, lib. 9 *sub porticibus deinde per ordinem fiunt arundineta septa in modum cauearum, qualia columbaria tectis superponuntur. Ea septa distinguuntur velut clatris intercurrentibus calamis, ita vt ab vtroque latere singulos admittant.* Hoc in re rustica Cato sic docet, *Bubilia bona præsepia falsas clatratas: Clatra inter se oportet pede distare.* Nusquam reperio, quod equidem meminerim, *clatros* pro vtensilibus telluris vsui congruentibus. Quare fidem prisci codicis sequere. Nec *summo frequenti* legatur, sed *summoque frequenti*, hoc sensu: *Ne dubita viscera terræ mixta summo, id est*, a superficie sua ponere resupinare, *sternere cum frequenti cespite*, cum terra herbosa. Hoc sensu, *ne dubites confodere terram & miscere summitatem cespititiam cum intimis terræ visceribus effossis*, hoc est, ne dubita terrā bipalio aperire. In codice prisco nihil additum est, sed legitur, *Et summo feruenti*, hoc ordine, *Ne dubita viscera terræ mixta in summo*, hoc est, in summitate sua, ponere, *cum feruenti cespite*, hoc est, frigida viscera terræ miscere, *cum gleba feruentibus*, id est, sole incoctis. Superficies enim terræ propter solis ardorem calet, interiora terræ frigescunt. Per circuitum igitur cum vellet significare terram vertendam esse ait, *interiora ponenda cum superioribus*, quod fit cum terra resupinatur. Quidam *frequentia* legunt.

De Cichorea idem emendatus & enarratus.

CAPVT CLX.

C*Ichorea iam tenebris frondens lactucula fibris.* Scribendum: *intiba iam teneris.* Ita habent antiqui codices, quoniam secunda vocalis in dictione *cichorum* producitur. Sic enim Græce scribitur κιχώριον, nec *intibum* cum y scribitur, vt indoctiores autumant. Nã vox non Græca est, sed Romana, Græce vocatur σέριος ἥμερος, aliqui πικρίδα. Romani *intibum agrestem.* Auctor Dioscorides, lib. 2. Hanc tamen duplicem tradit esse Pedacius, quarum vna est agrestis amara & *cichorion* appellata. Nec mirum, si Columella tradit, *Torpenti grata palato.* Nam Dioscorides tradit illam esse εὐστόμαχον. Eius verba sunt hæc: ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρὶς ἡ κιχώριον καλουμένη ἥδε τίς ἐστι καὶ πλατυφυλλοτέρα, καὶ εὐστομαχωτέρα. Ab eodem tamen insequenti capite mentio fit de *condrille*, quam prodit & *cichorion* appellari. Quidam hic *cichora* scribũt, sed nugantur. Plinius *intibum*, Ægyptios *cichorion* appellare tradit, & refrigeratoriam vim habere, quod quidem propter singularem salubritatem quidam *chreston*, quidam *pancration* appellant, de quo Vergilius, *Et amaris intiba fibris.*

Cur Gith ab eodem Pelusiacum dicatur.

CAPVT CLXI.

CVm subditur: *Et Pelusiaci proritet pocula zythi*, scito *Zythi* pro *Zythii* vsurpari. Est compositio facta ex *Gith*, de quo scribit Plinius, aliquos id *melanthion*, alios *melaspermon* appellare, optimumque excitatissimi odoris & quam nigerrimum. Colligitur succus eius vt hyosciami, similiterque largius venenum est. Quod miremur, cum semen gratissime panes etiam condiat. Plautus: *Gith excalfactas. Pelusium Gith* vocatur quasi Alexandrinũ, a *Pelusio* vno ex Niloticis ostiis. Quod Alexandrini vtantur *Zutho*, docet Galen. in enarratione sententiarum Hippocr. lib. 2. his verbis: *Nam si quis nouella ætate victitet, Alexandrinorum more salsamenta, porrumq; mandens, nec non adhibens Zuthum, senex vero nihil eiusmodi sumens lentem esitet, austerum epotet, non male dixeris haudquaquam ætatis ratione commutari deiectiones.*

De lepidio herba vlcera acuta tollente intellexisse Moderatum, pariterque menda sublata in eodem.

CAPVT CLXII.

P*Onitur & lactis gustus, quæ condiat herba,*
Deiectura quidem fronti data signa fucarum,
Vimq; suam idcirco profitetur nomine Graio.

Scribo, *signa vocorum* non *fucarum*, & *lepras mentagras*, & id genus *acuta vlcera* intelligit. Non posses, quod tamen putant aliqui, ad vlcera, facta vi fucorum & cerusarum, ceterarumque offuciarum vim *smecticam*, id est, *emarginatiua* hoc referre, syllaba repugnante. Sed cum proponat Columella dictionem lactis, libet referre ad

oxyga-

oxygalam, hoc est, lac acetosum, quod fit ex *lepidio*, quo tolluntur cicatrices inustæ cauterio. Et *focorum* referemus, ad vim causticam per cauterium illatam. Quod apparet ex his Columellæ verbis libro 13.: *Sunt qui satiui, vel etiam siluestris lepidii herbam cum collegerunt, in vmbra siccent, deinde folia eius abiecto caule, die & nocte muria macerata, expressaque lacti misceant, sine condimentis, & salis, quantum arbitrantur, adiiciant. Nonnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miscent, & post diem tertium, quemadmodum præcepimus, serum emittunt. Deinde compertum saturei am viridem, tum etiam arida semina coriandri, atque anethi, & thymi, & apii, in vnum bene trita adiicere, salemque bene coctum cribratum permiscere.* Plin. lib. 20. *Lepidium inter vrentia intelligitur, sic & in facie cutem emēdat, exulcerando, vt tamen cera, aut rosaceo, facile sanetur. Sic lepras & pforas tollit semper facile, & cicatricum vlcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio, qua doleat, compescere dolorem.* Memento tamen apud Dioscoridem, lib. 2. lepidium idem esse, quod gingidium. Possis per *signa focorum, cauteria*, etiam lepras intelligere, quæ ignis vim habent. Cum subdit, *Vimque suam circò.* Sic expone: Herba cum exulceret & tollat acuta vlcera, *lepidium* dicitur, quod ab eo lacte acuto, id est, *oxygala* tollitur λεπὶς, hoc est, *tunicula*: vel *lepidium* dicitur a verbo græco λεπίζω, hoc est, *decortico*. A nomine igitur Graio, hoc est, voce Græca *lepidium* deriuatur.

Qui sit portitor, & quare Phryxus nubigena dicatur.

CAPVT CLXIII.

MOx *vbi nubigenæ Phryxi nec portitor Helles.*

Nubigena interpretare *non geniti ex nube*; sed ex νεφέλη, quæ Latine sonat *nubem*. Ex significatu dictionis Græcæ, vox Latina composita. Hinc Ouidius *Helles nepheleidos* dixit. Athamas filius Æoli frater Crethei genuit Phryxum & Hellen, ex Nephele vxore. Si quis de hac re plura desiderat, Pii annotamenta diligenter excutiat. *Nec portitor Helles*, hoc est, *aries* qui *Phryxum* gestauit. Sed *Hellen* paruidulam in mare deiecit, quod a casu puellæ vocatur *Hellespontiacum*. Hinc nec *portitor Helles* dicitur hic *aries*, quoniam *Hellen* non transuexit. Ordo, mox *vbi portitor Phryxi*. Nec, id est, nō autem Helles: quia *Helle* cecidit in mare. *Portitor* a *portu* deriuatur, Tacite alludit historiæ. Fertur enim ex hoc partu trāsfretatos fuisse *Hellen* & *Phryxum* naui picturam arietis habente. Solent enim poetæ ambiguo verbo fabulæ alludere & historiæ, quemadmodum Virgilius *remigio alarum* dixit. Quidam putant *arietem*, hoc est, κριὸν fuisse vectorem ex portu ad portum, & hoc mercede fictitasse. Hinc datam poetis ansam fabulandi, quod vecturæ, qui præest officio, *portitor* appellatur. His concinit Plautinū illud, *Ego hunc portitorem priuabo portorio.* Et Maro, *portitor ille Charon*, quod Marcellus docte in nostra sententia transtulit. Propertius de eodem Charonte in hanc sententiam:

Vota mouent superos, vbi portitor era recepit,
Obserat vmbrosis lurida porta rogis.

A *portu* igitur, non a *portando portitor* appellatur. Et qui aliter sentiunt, parum latine sentiunt. Nec Lucani carmen ingerant, a quo in eodem significatu capitura a *portu* scilicet, non a *portando*. Nam alludunt historiæ poetæ, nec vspiam vtuntur hac dictione, nisi in hoc significatu, quæ si Latina esset, perinde iungeretur cum cetera dictionibus, quam cum *Helle*, quod nusquam reperies. Adde vehere & transfretare, non proprie dici *portare*. Carmina Apollonii lib. 1. Argonauticon, quando inducit arietem similem loquentem videtur tacite hanc historiã signare, videlicet, q aries fuit πορθμεὺς hoc est, transfretator. Carmina Apollonii si quis scire desiderat, annexui: αὐ καὶ Φρυξὸς ἐὼν μετὰ τοῖσι, ὡς ῥ' ἔπειτα πρῶτ' ἐξ ἀρχῆς ἐπέων ἐπιμάσσομαι οἶμος.

Nolim afferri mihi Hieronymum & Augustinum, quos religionis orthodoxæ maximos Antistites, non Latinitatis semper auctores, suspicio & veneror. Illis enim maior aliquando cura fuit, pinguiter loqui & religiose, quam nitide & irreligiose. Quin & Hieronymus, nedum Augustinus identidem sciens prudenque barbarissat. Possemus tamen apud hos *portitorem* literarum, pro *vectore* interpretari, quoniam illæ per mare naui mittebantur, vt ex eorundem verbis apparet, qui ritus literis nomen auctore Ammonio dedit epistolarum, quoniam epistolæ nauti missiculabantur, præsertim cum Attici essent litorales populi.

Qui fœtus priuigni terra dicantur.

CAPVT CLXIV.

SOlet ambigi, quid in eo versiculo, *Priuignaque rogat proles*, significare velit idem Iuuenalis. Quod vt intelligas scito, *priuignum* eum vocari, qui filius est eiusdem matris, sed non patris. *Vitricus* maritus meæ matris, sed non genitor meus. Sunt enim relatiua vitricus & priuignus. Ouidius:

Vitricus & gladium, & acuta dimicet hasta.

Herbę quę transferuntur in aliam terram dicuntur illius *priuignæ*, quoniam transferuntur ex sinu materno in terram nouercam. Vel secundum Æsopi sententiam locutus est, qui dixit: Terram esse matrem herbarum, quæ sponte nascerẽtur, nouercam vero earum, quæ seminarentur. Cum igitur hæ serantur, habent hanc terram loco nouercæ.

De myrrha hortensi Columella vindicatus a vitio.

CAPVT CLXV.

VBique codicum, quos ego legerim, sic infra scribitur:

Et lacrymas imitata tuas Cyrenia virgo.

Si sequimur codicem inuulgatum per *Cyreniam virginem*, *sylphium* intelligemus, quod delacrymat magnaduri siue lafer. Nam traditur, *Cyrenen* filiam Penei raptam ab Apolline delatam in Africam nomen dedisse *Cyrenaicæ* regioni, vbi in multum nascebatur *sylphium*.

phium Sed ne sic intelligamus duo obstant, quod *silphium* in Italia minime nascitur, cui Italiæ præcepta canit Columella. Adde, quod *Cyrenia* adiectiuum pro nomine proprio non poneretur. *Cyrene* namque scribere debuisset. Hæc omnia me inuitant, vt pro *Cyrenia* virgo *Cynareia* virgo scribam, vt intelligam de myrrha herba, quæ gustu imitatur succum myrrhæ arboris. Scimus enim Cynare Regis filiam fuisse *Myrrham*, cum patre concubuisse, ab eo profugientem conuersam fuisse in hanc arborem *myrrham*, de qua nos in commentariis Plautinis multa. Fulgentius *lib. 3 mythologicon* de myrrha sic, *Myrrha genus est arboris, de qua succus ipse exsudat. Hæc patrem amasse dicitur. Istæ enim arbores in India sunt, quæ solis caloribus cremantur, & quia patrem omnium rerum solem esse dicebant, cuius opitulatu cuncta germinum adolescit natiuitas, ideo & patrem amasse dicitur: dumque grandioris fuerit roboris, solis ardoribus crepãs rhagades efficit, per quas succum desudat, quod myrrha dicitur, & redolentibus lacrymosa guttulis fletus suauis scissuris hyantibus inculatur, vnde Adonem genuisse fertur. Adon græcæ suauitas dicitur.* Sed, vt diximus, hic de herba myrrha non arbore intelligitur, de qua herba scilicet Plinius hæc libro vndeuigesimo. *Panax piperis saporem reddit & magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorem thuris, myrrha myrrhæ.* Si quis tamen pertinaciter de laserpitio vellet hic mentionem haberi, legat non *Cyrenia virgo*, sed *Cyrenia virga*. Laserpitium namque caule ferulaceo crescit. Nam tradit Plinius in Cyrenaica prouincia fuisse repertum *silphium*. Melius tamen de myrrha intelligitur, & carmen sequens, vt ad euidentiorem explicationem insertum, ad rem eandem referetur.

Pensitatum diu carmen eiusdem.

CAPVT CLXVI.

QVis non hæsit illi scopulo quoq;, quem velificantibus omnibus per Moderati lacteam vbertatem affert hic versus:

Nunc veniat quamuis oculis inimica Coramblo.

De Coramble nihil adhuc reperi & mẽdosum codicem puto. Quid si legis χαμαίδρυς, hoc est, *Chamædrys*, quæ & *Chamædorps* & *linodrys*. Romanis *tripsago* minor dicitur: Nec obstant hæc Pedacii verba Moderato, αἴρει δὲ ἀχλὺς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς σὺν ἐλαίῳ, *Sola enim nocet, temperatur ab oleo, vnde tollit tenebras.* Nocet sola, quoniam est nimis διερμαντική. Vel legendum erit in Columella *corymbis* aut *corymbe*. Hæc a Græcis appellatur *lychnis coronaria*, hoc est, στεφανοματική, ab aliis *athanatos*, ab aliis *acylonion*, ab aliis *ballarion*, ab aliis *gerantopodion*, ab aliis *taurion*, ab aliis *sceptrũ*, Ægyptii *semeon*, Romani *genicularem*. Flos est similis leucoio coronis aptus. Semen cum vino percussis a scorpione prodest. Forte *oculis inimica* dicitur, quoniam igneo est aspectu auctore Dioscoride, positaque in coronis, oculos reuerberat, aspectum obtundit & heberat. Quid si

Corymbe legas, & intelligas de racemis ferulæ, propter hæc Plinia na verba posita, lib. 19. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen eius in Italia cibus est. Conditur quippe duratque in vreeis, vel anni spatio. Duo eius genera caules & racemi *Corymbiam* hanc vocant, *corymbosque*, quos condiunt. Omnino hic *corymbe* vel *corymbis* legendum est, quippe cum reperiam, quod maxime Iunii sententiæ congruit, ferulæ grana & caules, quos tum *corymbos*, tũ *corymbiam* vocãt, faciei nocere & esse venenum. Hoc vt sentiam, faciunt hæc Plniana verba, quæ posita sunt, lib. 13. nat. histor: *Semen ferula thapsiam quidam vocauere, decepti eo, quoniam ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis, foliis fœniculi, inane caule, nec excedente baculi longitudinem. Semen quale ferula, rara candida, lacte manat, & cõtusa succo abdicat omnia venenata. Quæ pe etiam fodientibus nocet, si minima aspiret aura, intumescunt corpora faciemq; inuadunt, ignes sacri.* Hæc Secundus. Quod si faciei tam diro veneno dehonestat & inuadit, quid illã oculo magis passibili facturam credemus? Nec obstat, quod *thapsia* & *ferula* differunt aliquo modo. Nam paruum discrimen inter vtramq; est, nec maius, quã inter Socratem & Platonem, qui cum sint diuersi in numero, tamen conueniunt in homine, hoc est, in specie. Distinctæ capita sunt apud Pedacium inter *ferulam* (quæ Græce νάρθηξ dicitur) & *thapsiam*.

Quid significet Cinara in Columella enodatus nodus hactenus inextricabilis, & quid apud eundem significet myrtiolum siue murceolum, & de Murcea Dea.

CAPVT CLXVIII.

ARistarchi lucernã, Typhis contum, & Argi oculos efflagitat videtur carmina sequentia, nemini satis (quod equidẽ sciam) obuia:

Hispida, inquit Iunius, *ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho*
Potanti veniat nec Phœbo grata canenti
Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo
Myrtiolo modo crine viret, flexaque colo
Nunc adoperta manet, nunc pinea vertice surgit,
Nunc similis calatho spinisque minantibus horret
Pallida nonnunquam tortos imitatur acanthos.

Insulsissimus interpres Pseudopomponius, non enim ausim crepe, talem mentem in hæc errata incidisse, *Cinaram* vocari trahi, quod gaudet cineribus: cum si inde etymon haberet, deberet *cera* vocari, non *cinara*. Sed hunc interpretem in errorem traxerunt hæc verba Columellæ, lib. 12. sic posita. *Cinara*, sic. n. in Columella lege, non *Cinera*, *Iobolẽ melius per autumni æquinoctium disponimus, semẽ commodius circa Calendas Martii seremus, eiusq; plantaria circa Cal. Nouemb. reprimemus, & multo cinere stercorabimus. Id enim genus stercoris huic oleri videtur aptissimũ.* Non vidit hic ἄμουσος & infestiuior libethriis interpres, *cinaram* dictionẽ Græcam esse nomi-

minaq; e Græcia detorta, Latinã etymologiam non admittere: hic legendũ *Cimare*, vt Penelope. Sed de carduo fit nunc mẽtio a Iunio, in quo mihi applaudere possum ex Græca doctrina, tanq̃ e Pharo lucẽ literatis omnibus, & cũ luce portũ veritatis aperuisse. Quod *Cinara* sit *carduus*, docet Dioscor. lib. 3. tradẽs *achantaleucen*, Romanos *spinam albam & carduum rhamtarium*, quem Græci vocant ἀχανθολεύκην. Vides me colligere carduum e verbis Dioscoridis esse *cinarã*. Hic carduus non satis cognitus erat Pedacio (mea quidem sententia) nos *altilem carduum* vocamus, vulgo *archicarduum* gratissimum in secundę mensæ cibis. Non enim sapit naturam cardui agrestis, qui *agriocinara* dicitur, sed inter illos principatu superbit. Ego peculiari epitheto *altilem carduum* vocitare soleo. Nam si Plinius *altiles* vocat *asparagos*, cur nobis hunc *altilẽ carduum* vocare non liceat? Verba Pliniana: *Siluestres fecerat natura cortudas, vt quisq; de meteret pessim, ecce altiles spectantur asparagi.* Idem lib. 19. de altili carduo intelligit sic prodens. *Heu prodigia ventris, mirum esset, non licere carduis pecori vesci, non licet plebi.* Nõ longe inferius Plinius quoq;: *Poterant videri dicta omnia, quæ in pretio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam Cordubamq; præcipua festertia sena millia, e paruis hu reddere, quoniam portenta quoque terrarum inganeam vertimus, etiam ea, quæ refugiunt quadrupedes consecta.* Carduos ergo duobus modis serunt autumno planta, & semine ante nonas Martias. Plantæq, quæ ex eo disponuntur ante Idus Nouembris, aut in locis frigidis circa Fauonium. Stercorantur etiamsi placet lætiusque proueniunt. Multa de carduis his Palladius, libro 4. inter quæ hoc notatu dignum duxi, *Si cacumina seminum cardui confringes spinis, carebunt.* Itẽ *si semina eorum mane fecerus per triduum laurino oleo, vel nardo, vel apobalsamo, vel succo rosæ, vel mastichino, & postea siccata depresseris, eiusdem saporis orientur cuius vnguentum semina combiberunt.* Contra talpas subdit idem Palladius, *prodest catos frequenter habere in mediis carduetis.* Vbi *carduetis* vsurpantur pro locis carduo consitis. Cum subditur *dulcia lacchos* expone, quã Bacchus, hoc est, comessator & nepos quisque, temulentus & vinosus experietur dulcem, & saporem non illiberalem vino conciliare. Est enim subamariuscula hæc Cinara, vinum odore, vt myrrha condiens. Nec grata, non vtilis, non conueniens Phœbo, homini cantum solito frequentare, quod Phœbi perhibetur apud Iouem munus. Tibullus:

Qualem te memorant Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuisse Ioui.

Ingratus inutilisq; carduus est Phœbo & Phonasco, hoc est, magistro vocis, quoniã arterias offendit propter suã amariciem, & consequenter vocẽ strangulat. Omnia amara lædunt arterias, dulcia leniunt & cõplanant. In amaris namq; partes extremæ. i. superficies

sunt asperæ, in dulcibus leues. Quicquid est asperum, stringit arteriam: *Hæc modo purpureo.* Hæc cinera modo verticem suo flore leuat, modo flore coronatur. Plinius, lib. 21. *Mirumque sine intervallo tota æstate aliud flores in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. Glomerata*, coglobata scapo pineato in similitudinem glomeris. *Corymbo*: scapo simili racemo hederaceo, qui peculiariter *corymbus* appellatur, vnde Bacchum *corymbiferum* dictitamus. Ouidius:

Festa corymbiferi celebrabat gratia Bacchi,
Myrtiolo.

Hermolai Barbari viri ætate nostra doctissimi verba super hac re ponam, *Murteolo vertice*, id est, *simile muricis*, hoc est, *ostreæ buccino.* Plinius de Carduo, *folia habet muricatis cacuminibus, & murteolum semen lentisci. Columella ipse infra appellat ceu ab hac figura, quæ nascitur ipsa folliculus*, nisi quis murceolo legat pro languido, quando *Murceam* socordiæ Deam vocabant, quæ faceret *murcidos.* Auctor Augustinus: Ego nihil immuto, *myrteolum* crinem verticem cardui vocans, a colore floris *myrthi* arbusculæ. Tales pene colores, imo penè similimos, aduerti *myrtho* florenti in Cesenæ litore adstante elegantissimo hospite meo Camillo Apio, viro prorsus ornatissimo, qui *myrthi* flosculus admodum similis est floribus cardui, quos, vt certa fidelocum hunc enuclearem, spectaui in cardueto florentissimo, quod alit Hannibal Bentiuolus vrbis & orbis deliciæ, amor meus & genius in secessu diuersorioque geniali, cui nomen *viola*, a formositate semper verpantis viridarii, est inditum. Quo identidem secedere consueui ad releuandum, tum æstus, tum curas, nec sine *Thoseo* meo Augustino Tencharario, eloquentissimo pragmaticorum. Erit igitur *carduo*, nomen inditum *myrtheolo*, a colore *myrthi*, quem in floribus duntaxat referre solet. Nec displicet si *murceolo* pro languido scribas. Quoniam sequitur, *& flexaque collo*, hoc est, habens collum inflexum. Ita sane vertice graui opprimitur & multis fœtibus subnascentibus & aquatis reclinitur, vt collum pōderi sarcinæque non sufficiat. *Nunc* al quādo. *Adoperta*: tecta & stipata multis carduis. *Pinea*: neutrum plurale, hoc est, *figuras pini*, metam videlicet quam repræsentat pinus. Quare dictum est a Calpurnio, *Metas imitata cupressus.* Cupressinę figure similis est pinea. *Pingit*: figurat formam metalem, adeo lepide, vt metà picta videatur. Quid si legis *fingit? Nunc simile calatho.* Aliquando pinearum verticem & metam illam comæ (post florem hoc euenit) adeo spinis & vallo cingit, vt calatho videatur includi. Est enim *calathus*, & per diminutionem *calathiscus*, apud Catullum quasillum, orificiatum fiscis. Vergilius cum loqueretur de rosa:

Nec mora ridentis calathi patefecit honorem.

Violis latioribus, in modum calathi apud Plinium, lib. 21. nomen est

est *calathianis*. *Pallida*: cum incipit arescere. *Tortos achantos*: infleros. Et hoc accidit carduo cum folia implicantur sidentia appetente maturitate Plinius lib 22. cap 19. *Achantos est topiaria & vrbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum adsurgentiumque puluinorum toros vestiens.* Duo eius genera sunt, *aculeatum* & *crispum*, quod breuius, alterum *lene*, quod aliqui *pederoton* vocāt, aliqui *melanphyllum*. Ab hac herba flexuosa vocamus *achantum* omnem flexuram. Hinc Propertius:

Et myos exiguum flexit Achantus iter.

De malua, quæ malachæ, & quod vsu compertum est illam se ad solem circumuoluere.

CAPVT CLXVIII.

QVam me olim torserit hic versus eiusdem:

Et Malachæ prono sequitur quæ vertice solem,

nouerunt seduli auditores mei, quibus nihil olim certum sciscitantibus affirmaui. Sed cum re congrediamur, rectus singularis est *Malache* vt *Penelope*. Fuit quando per *Malachen Helioscopium* seu *Heliotropium* intelligebam, cui *Malaches* nomē est inditum, quod habet folia μαλακά, hoc est, *mollia*. Nam Dioscorides creber est in hac figura loquēdi, vt cum velit folia mollia & resoluta herbæ cuiuspiam dicere, appellat μαλακὰ. Vel *Malache* dicitur, quoniam est emollificatiua, hoc est, ἐπιτεταμένη. Vocatur *Helioscopios* auctore Dioscoride in tertio, quoniam συμπεριφέρεται τοῦτο ἡ κόμη τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει· ὅθεν καὶ ὠνόμασται ἡλιοσκόπιος, quāuis apud Pedaciū *Helioscopium* differat ab *Heliotropio*. Si vero hic intelligere mauis de heliotropio, Malacham appella, quoniam habet eundē effectum quod *Heliotropium*. Nam auctore Dioscoride, τὰ τούτου φύλλα ποδάγραις, καὶ στρέμμασι καὶ σιριῶσι παιδίοις καταπλάττεται ὠφελίμως, hoc est, *huius folium podagris, siderationibus puerilibus superimponitur vtiliter*. Ceterum hæc omnia, quæ olim commentus fueram abrogo, & quod vsu reperi sequaris volo. μαλαχὴ Græcæ *malua* dicitur, quoniam mollit. μαλακὸν enim Græci *molle* vocitant. Hinc apud Plautum, *malachum capiam pallium*, Alibi in Bacchidibus, *malacissandus es* pro *molliēdus*. Præterea auctor est Plinius, *maluæ* speciē vocari *malachen*. Ne *malachen* olim pro *malua* interpretarer, hoc in caussa erat, quod apud neminem auctorem deprehenderam *maluam* ad solem verti. Sed quod vsu, optimo rerum magistro, nuper discimus, id reprobari non posse censemus. Vidimus oculata fide, *maluam* solem sequi, vt *Heliotropium*, *Helioscopium*, & *intybum* siue *cichoreum*. Quod facere reor has herbas, quoniam frigidissimæ sunt, solemque, sine quo intermoriuntur, sectari solent. Sed quod pene præterii scribit Proclus, in lib. de sacrificio & magia *selinotropiam esse herbam, quæ ad lunam vertatur, helioselinumque lapidem imitari congressum solis & lunæ*. Sed carmina de hac *maluæ* cū sole vertigine a nobis sub fide historica cōscripta recitare collibuit, quæ otiabundus in agro Vigorio lusi:

Malua ſalutiferas inter venerabilis herbas
Quas alit irriguo terra benigna ſinu.
Mira refert de te facundo Plinius ore:
Exerit & vires in decus omne ſuas.
Cum micat Eoo radians Pallantius ortu
Illico malluaceus imbuat ora liquor.
Omnibus hoc anno morbis, noxaque carebis,
Contemneſq; piam ſic Themiſonis opem
Syderis affiatus ſuccurris ab impete membris
Accipit & per te dira podagra quiem.
Nec tantum ob vires proprias tu digna referri
Carmine, & Aonia ſurgere in aſtra tuba,
Quantum decliui ſpectas quod vertice Phœbum,
Solis & ad radios molle cacumen agis
Salue igitur mihi digna coli, veneranda Poetis
Omnibus, ad Phœbi, qua quatit ora comas.
Et mihi præcipue retrahunt quem Chloridos ora
Ora ſerenato fulgidiora die.

Differentiam exſtare inter ocymum & ozymum idem enarratur.

CAPVT CLXIX.

MVlta (vt vſu cõperi) ſunt, quæ paſſim proferuntur, & non intelliguntur, multa intelliguntur, quæ nõ proferuntur, vt patebit in duabus his vocibus. Cum enim dixit Columella:

Ocyma comprimite & grauibus denſare cylindris.

Non *ocyma* legendũ eſt, ſed *ozyma*. pro herba odorata condimẽtis idonea, quæ deriuatur ab ὄζειν. quod eſt *redolere*. *In hortis ſatorũ celerrime naſcitur ozymum, nihil illo fœcundius, cum maledictis ac probris ſerendum præcipiunt, latius prouenit.* Hæc Plinius lib. 21. Columella li. 12: *Circa Idus Maias ozyma ſeruntur, quorũ cum ſemen obrutum eſt, diligenter inculcatur pauxillo vel cylindro. Nam ſi terrã ſuſpensã relinquas plerũq; corrũpitur.* De hoc *ozymo* meminit ſic Perſ.

Cum bene diſcincto cantauerit ocyma verna.

Nũc error publicus corrigendus illorũ, qui putant, *ozymum* idem eſſe, ꝙ *ocymũ*, imo ita ſcriptũ cum c. ſcil. in codicib. omnib. inueni, cũ in hoc ſignificatu p. z. ſcribi debeat. Nec refert, ſic Plinius tradit, *oyzmũ* celerrime prouenire, nõ. n. omnia proſpere naſcẽtia *ozyma* dici debẽt. Nos *ocymũ* lingua vernacula *baſilicũ* vocamus. *Ocymum* vero numeratũ inter pabulari tantũ diſtat ab *ozymo*, quantũ *Hyppanis* Veneto diſſidet Eridano. De *ocymo* Plinius meminit, lib. 21. inter hortenſia. De *ozymo*, lib. 8. ſic, *Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymum vocat, quo ſiſtebant aluum bubus. Id erat e pabulis ſegere viridi deſecta, antequã gelaret.* Manulius tradit, *fabã vitiam & eruiliam autumno miſcuiſſe priſcos, admixtaq; Græca auena*, cui nõ cadit ſemen hoc vocitaſſe *ozymũ* bonumq; cauſſa ſeri ſolitum. Varro appellatum a celeritate prouenienti a Græco ꝙ ὠκὺς ocyus dicunt.

De

De volucra & inuoluola idem explicatus.

CAPVT CLXX.

N*Ascuntur volucres serpitq; eruca per hortos.* Carmen hoc est eiusdem Iunii, vbi possumus & *volucres* & *volucre* legere pro vermiculo Vaginipenni sumendo, qui teneros prærodit pampinos, qui, vt annotauimus supra, non est idem cum *conuoluoluo* seu *in voluolo. Volucra* dicitur, quod volaticus est vaginipēnis & aliger, viridi colore, rostro serrato. *Inuoluolus* alas nō habet, quare ἄπτερον, hoc est, *impennem*, vocitat Aristoteles, cū oculata fide viderim ego *thaleatitium*, hoc est, volucram esse, volaticam, paruo scarabeo similem, alis vt vagina inclusis. Apud eundem Columellā dicitur hæc *volucra*, lib 3. sic. *Genus est animalis, volucra appellatur. Id fere prærodit teneros adhuc pampinos.* Quidam apud Columellam in verbis præcedentibus non *volucram*, sed *voluocem* scribunt, decepti a codice Pliniano mendoso, vbi cum *volucrem* scribi debuisset, *voluocem* intruserunt Sed ne in re dubia apud me sit fides, relego te ad codicem antiquissimum Plinii, qui Bononiæ in libraria minorum fratrum seruatur, vbi adhuc apparet intemerata vera lectio. Sed de hac re in superioribus affatim.

De Thamno & Ammi idem enarratus.

CAPVT CLXXI.

VErsus est apud eundē mendosus (meo quidē animo) *Lubrica iā Lapathos, iam Thammi sponte virescunt.* Quid si legis *Thamni?* quoniam arbustum *vtrinque foliatum*, ita vocat Homerus, sub quo delituit nudus Vlysses, repertus a Nasica. Vnde puto sic legi posse in Priapæis. *Frondenti Thamno vix potuisse tegi.* Nam Suida auctore θαμέες πυκροὶ καὶ θαμεῖαι καὶ θαμεῖος. Vides vt *densum* appellat, & *obscurum Thamnum.* Thamnos proprie *virgultum* Latine dicitur. Sunt qui putant intelligi de *cappari*, qui vt virgultum crescit, præsertim ita loquente Pedacio, κάππαρις θαμνός ἐστιν ἀκανθώδης Puto tamen apud Dioscoridem vocem generalem esse *Thānos.* Quid si legis? Iamq; Ammi ex Diosc. lib. 3. *Ammi*, inquit Romani, *Ammium Alexandrinū*, aliqui *Æthiopicum*, aliqui *Rhegiū cuminū* vocant, Aliqui alterius naturæ *Æthiopicum cuminum* dicunt esse & alterius Ammi. Vim habet istud feruentem accensam. Bibitur ad tormina cum vino. Si legeres *Thamni* pro virgultis, nō esset incongruum, quoniam inferius agit de omnibus crescentibus in altitudinem virgultorum, tanquam significare vellet, *Egimus de herbis paruis, nunc agamus de altioribus.*

De Ricino explicatus Columella.

CAPVT CLXXII.

INter difficilima carmina censui semper hæc annumeranda:

Tum modo dependens Ricini, modo more Cylindri.

Loq̄tur de cucumere generatim tradēs ex illis videri nō nullos similitudine referētes *Ricinū. Depēdēs* ait, q̄niā repūt brachia cucumerū

in editiora virgulta siue pergulas, illincq, dependent, quare a poeta dictum est *Et pendet tunco cæruleus cucumis. Ricini*, subintelligitur & similitudine, quod *Ricinum* repræsentat. Scribit hæc Dioscorides, lib. 4. *Cici vel croton, alii sesamon siluestre, alii sesili cyprium, alii crotona, Ægyptii sysiannna, alii ricinum, prophetæ sanguinem Iyrei, Romani Ricinum, alii lupa, folia habet similia Platano, agit per ventrem phlegmatem & aquam.* Est & *Ricinus* diuerso ab hoc significatu nomine pari cũ *musca canina*. Cur dixerit Columella more *Ricini* & *cylindri*, docebit Dioscorides *crotona* dictum testatus, ἀλλ' ἢ τὴν ὡς πρὸς τὸ ζῶον ἐμφέρειαν τοῦ σπέρματος. ὁ δὲ τοιοῦτος ὀλίγῳ μείζων ἐστὶν. Aliqui prodiderũt *Ricinum virgultum*, appellari *Helioscopium*. Certe mihi Ludouicus Gesilardus, in quo eruditio cum nobilitate certat, ex *Helioscopio* lemen attulit, siue illud fuerit ex *heliotropio cylindraceum* & oblongulum, mirifice verbis Moderati congruens, sed quomodocunque sumatur teres, aliquid intelligi debet in hoc loco. Potes hic *Ricinum* mora oblonga antequam matureſcant intelligere, vel certe *tulos* compactiles & teretes, cui interpretationi fidem faciunt hæc Pliniana verba, lib. 23. *Mora germinatione priusquam in folia exeant sinistra decerpi iubentur futura poma, Ricinos Græci vocant.* Sed cum afflatu scribi debet in hoc significatu.

De Trichilis vasis idem mandatus, & Cæsaris in commentariis lectio prior restituta.

CAPVT CLXXIII.

ESt & hic versus non omnibus obuius:

At qui sub trichila manantem repit ad vndam.

Seiunctim legendum *sub trichila*, vt dictio *sub* seiungatur a *trichila*. Et *trichilas* interpretare *vasa habentia tria labra*, vt naforum quatuor vas apud Satyrum. De *trichilis* meminit Cæsar in commentario tertii belli Pompeiani, quamuis quidã referant ad *thericlia* falso, qui Columellam non aduerterunt, cui opinioni syllaba repugnaret, si hic versus in *thericlam* vertendus foret. Præterea repugnat sententiæ. Non enim monet Columella vasa ex *terebintho*, pretiosissima videlicet, qualia tornabat *Therieles* supponẽda cucumeri, sed lata & capacia, vt sunt figulina vel lignea artificii nõ sic exquisiti. *Sub trichila manantem.* Coniunge *sub* cum *manãtem*, & expone ad *vndam*, quæ sub trichila vase suppositio cucumeri manat Plinius: *Oleum odere mire, nec minus aquas diligunt. Defecti quoque ad eas modice distantes adrepunt. Contra oleum refugiunt, aut si quid obstet vel si pendeant curuantur. Idque vel vna nocte deprehenditur. Si vas cum aqua subiiciatur a quatuor digitorum interuallo descendentibus ante postrerum diem.*

Quod

Quod congylis apud eundem sit Rapa.

CAPVT CLXXIIII.

SVbdit idem:

Congylis, illustri mittit quam nursia campo,
Quaeque Amiterninis defertur bunias aruis.

Per *congylim rapam* intelligit. Verba Dioscoridis, lib. 2. sunt haec: γογγύλη ἥμερος. οἱ δὲ γογγυλίδα οἱ δὲ γολοσίον ῥωμαῖοι ῥάπα. *Nursia, Nursinae rapae* summopere laudabantur. Martialis, *Nursinas poteris parcius esse pilas. Bunias*, non a *Bunio fonte*, vt inepte sentit interpres, sed per hanc vocem significatur *napus*, quod colligitur ex his Dioscoridis verbis in secundo: βουνίας καὶ ταύτη ἡ ῥίζα ἑφτὴ, φυσώδης ἐστὶν. Plinius lib. 20. *Naporum differentias, & in medicina Graeci seruant angulosis foliorum caulibus florentes, quod bunion vocãt, purgationibus foeminarum & vesicae.*

Noua de Satyris in medium prolata ex sententia Pausaniae.

CAPVT CLXXV.

SAtyres petulantes esse, & in Venerem pronos, Bacchi asseclas, quoniam ex vino petulantia nascatur, quis non nouit? ex hisq; seniores appellari *Silenos*, Pausania tradente, cuius sentẽtiam subiicere visum operae pretium: *Equidem de satyris cum aliquid amplius scire cuperem, quam alii tradiderũt vnius rei caussam cum multis loquutus sum. Euphemus tandem vir nec ignobilis haec mihi recensuit, quod cum in Italiam nauigaret vẽtorum impetu decursum, deiectum, & in exteriorem Oceanum, quo nondum aliquis nauigauit, delatum. Ibi esse insulas multas desertas, quae ab hominibus agrestibus incoluntur, aliis vt aiebat insulis nautae appellere nolebant, quoniam antea in eas appulsi incolas experti essent. Sed tunc etiam praeter eorum voluntatem ventis eo adacti sunt. Insulae a nautis satyrorum appellantur. Incolae sunt corpore caudas in imo dorso habentes, nõ multo equidem minores. Hi cum primum eorum aduẽtum sensissent, e vestigio nulla edita voce occurrerunt, ac mulieribus, quae in naui erant manus iniecere. Demum nautae trepidi mulierem barbaram in insula dimiserunt, in quam satyri non tantum, qua mos est, sed omni corporis parte libidinem exercuerunt.* Nec mirum igitur si Ouidius ait:

Panes & in venerem satyrorum prona iuuentus.

Etsi ex amoribus & promiscuo coitu Penelopes Duris autumat *Pana* natum esse cognomento τραγοσκέλην.

Inas esse neruos, quos amor afficit, explicatusque Apollonius Rhodius.

CAPVT CLXXVI.

SOmnium multis videtur sententia Rhodii Apollonii, *lib. 3. Argonauticon*, & nihil physicum sentire, sed prorsus verba sententiamque esse poeticam in his versibus:

ἀμφὶ τ' ἀραιὰς
ἶνας καὶ κεφαλῆς ὑπὸ νείατον ἰνίον ἄχρις,

ἐνθ' ἀλεγεινότατον δύνει ἄχος. ὅππο τ' ἀνίας
ἀκάματοι πραπίδεσσιν ἐνισκήψωσιν ἔρωτες.

Hoc est, *Comburebat raros Inas, nomen est nerui, & vsque ad infimum Inion, hoc est, neruum capitis, qua molestissimus ingreditur dolor, vbi solicitudines indeficientes mentibus implicuerunt amores.* Subdit Interpres: καθ' ὃν τόπον ἀλγιστὸν ἐστι μέρος τῆς ψυχῆς ὅταν ἀλλαλείπτως τις τῷ ἔρωτι κατέχηται. ἐπιμένει δὲ πιθανῶς τῷ χαρακτῆρι, ἑλκομένης μὲν τῷ πάθει λογισμῷ δὲ κρατουμένης, hoc est, *circa hunc locum molesta est pars vitæ, quando indesinenter aliquis amore confunditur. Insistitque enim frequenter ratione victa & tracta a charactere.* Qui communis & cum re ipsa congredietur, sentiet Apollonium philosophice & κατὰ ἀριστοτελὴν locutum esse. Nam cum fons & origo *neruorum* incipiat, a corde & penetret partim in cerebrum, quid mirum est si corde læso, titubat mens ipsa consistens in cerebro destituto a læsione *nerui?* Nec obstat Auicennam prodere *initium neruorum esse in cerebro*, cui reluctatur Aristoteles. lib. 3 de animalibus. Non tamen recte dices, a corde oriri *neruos*, sed a quadam substantia dura, occulta in substantia cordis, & *neruus* fuit creatus in corde, & non assimilatur illi. Sicut verrucæ & glandulæ nascuntur in carne, & non assimilantur carni. Galenus fallitur & ipse putans *neruos* oriri a cerebro, qui posuit pignus contra custodem altaris, affirmans se daturum multum aurum ei, qui ostenderet quod *nerui* nascerentur a corde. Proculdubio *nerui* a corde proueniunt ad pelliculam, quæ cerebrum circundat vnde læso corde læditur quidam *neruus*, cui Apollonius nomẽ facit *Inio*, & quasi per traducem traducitur dolor cordis in cerebrum & vicissim in mentem. Docet Albertus Magnus hac ratione non dubitandum *neruos* oriri a cerebro, sed a corde, eo quod *neruus* est factus durus ex parte cordis, & mollis ex parte cerebri, ideo oritur a corde. Dicebat Conciliator eum esse veluti pelagus ventis agitatum, a quo fluuii deriuantur tres magni, inter quos vltra fluuium demandantem spiritum vitalem per omne corpus, & est arteria aorti, & vltra alium fluuium magnum, scilicet venam concauam dantem toti sanguinem. Est alius fluuius ab ipso corde demandatus sursum tendens in cerebrum, scilicet neruus qui generatur ab eo ex materia continuata inter cordis & cerebri materiam, cum impellitur sursum. Ipse autem fluuius talis superfluus in eius expansione inueniens superius obstaculum, quendam generat lacum, puta cerebrum, a quo lateraliter originant riuuli multi, quorum vnus exstat maior, septem autem minores, sicut septem paria neruorum. *Nucha* namque ceu vicarius & nuncius cerebri per totum dirigitur dorsum, ex qua vtriusque lateraliter plures emergunt nerui, de sphondylum foraminibus egredientes.

Quid

Quid sit Xerolophon apud Priscianum.

CAPVT CLXXVII.

PRiscianum vndecunq; doctissimum semper existimaui, & fortasse cui nulli vel pauci sint in eruditione conferendi, is Grammaticalium institutionum, lib. I. sic scriptum reliquit: *Et Epigrammata, quæ egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis, quæ stant in Xerolopho Byzanthii sic scripta.* Ego nō *Xetolopho*, quæ vox est nihili, sed *Xerolopho* scribo, Quid vero sit *Xerolophon* his verbis tibi Suidas planum faciet, ξηρολόφον. ὅτι τὸν ξηρολόφον, σπουδὴν μὲν ἡμερῶν ἐκάλουν. ἐν ἀνυδρίᾳ δὲ κρηνάιου ις. καὶ ἀρτεμίδος σύντροφον ἑπλη. καὶ σιβυρῶν τῶν κλίνοντος. καὶ ἡμέρου τελετὴν. ἔνθα ἐδύσεις ἐποιοῦντο θυσίας σιβυρᾶς. ἐνθα καὶ κρῆς μοι πόθεν τῶν πεπυσμένοσι. καθ' ὃν καιρὸν καὶ κέρη πάροθι. ἐνθα. καὶ ἕδρα ἦν ἀστρονομικὴ λεγ. χρόνος ἀμφεκίσσου. Est igitur *Xerolophon* columna recta, in quo annulares sunt scalæ, dicata Mineruæ, in qua incidebantur epigrammata & aliquando oracula, sacrificiaq; non paucies fieri solita. *Xeros* lapis est sine Cœno fabricatus. λοφὴ summitas, λοφὸς locus erectus, hoc est, tumulus. Christodorus poeta Thebanus reliquit nobis omnia carmina, quæ in Constantinopolitana vrbe impressa *xerolophū* viderat digna cura & memoria posteritatis.

Carmen Antipatri Graci scriptoris explicatum, ibidemq; de hortis pensilibus agitatum, & de hortis nonnulla.

CAPVT CLXXVIII.

NOn ingratum diuerticulum facturus vtique videor, si ad Antipatri poetæ carmina me conferam & emendem, cuius hæc verba sunt εἰς ναὸς, hoc est, *in templa*,

κήπων πειρήμεσ, καὶ ἠελίοιο κόλοσσον.
καὶ μέγαν αἰπεινὰν πυραμίδων κόματον.

hoc est, *hortorum eleuationem & colossum & magnum Pyramidum laberem* Sed legendum est κήπων. κῆπος namq; dicitur *hortus*. Nam *pensiles horti* quos Semiramis siue rex Cyrus posuit, inter miranda censebantur opera. Quidam tamen κήρων legere mallunt pro capitibus, hoc est, statuis, quæ in templis dicabantur. *De pensilibus hortis* Plinius hæc, lib II. naturalis historiæ: *Antiquitas nihil prius mirata est, quam & Hesperidum hortos ac regnum Adonis & Alcinoi, itemque pensiles, siue illos Semiramis, siue Assyria rex Cyrus fecerit* Sed quoniam obiter incidit mentio super *hortis*, vindicemus illos ab iniuria poetica. Sunt enim quidam, qui contendunt *hortorum curam* esse negligendam, quippe Homero id incessente, qui tamen Poeta si perinde pensitatur ac legitur, non vitio dat curam terræ, sed postponit regio fastigio, sicuti Diogenes Magnus erat, Alexander Magnus, dixit tamen Macedo. *Si non essem Alexander vellem esse Diogenes.* Sed carmina Homeri si lecturi es apposui:

ὦ γέρον. οὐκ ἀδαημονίης ἔχει ἀμφιπολεύειν
ὀρχατον· ἀλλ' ἔυτοι κομιδὴ ἔχει, οὐδ' ἔτι πάμπαν
Οὐ φυτὸν, οὐ συκὴ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαίη
οὐκ ὄγχνη· οὐ πρασίη τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον
ἄλλο δὲ τοι ἐρέω, συδὲ μὴ, χόλον ἔνθεο θυμῷ.
αὐτὸν σ' οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει. ἀλλ' ἅμα γῆρας
λυγρὸν ἔχεις αὐχμεῖς τε κακῶς καὶ ἀεικέα ἔσται.
Οὐ μὲν ἀεργίης γε ἄναξ ἕνεκ' οὐ σε κομίζει,
Οὐδέ τι μοι δ' οὐλεῖον ἐπιπρέπει εἰσορώασθαι
Εἶδος καὶ μέγεθος βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας.
Τοιούτῳ δὲ ἔοικας, ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε,
Εὐδέμεναι μαλακῶς. ἡ γὰρ δίκη ἐστι γερόντων.

Latina pro tempore sic fecimus:

O venerande senex tibi non viridaria circum,
Segnis cura manet, nulla arbor omissa colendo.
Non vitis, mollis ficus, siluestris oliua.
Non neglecta pyrus sulco male frondet inerti.
Pauca tamen, sed nulla velim te exulceret ira.
Fas mihi dixisse senex, non consulis apte
Nunc tibi. Tu in senium tremulus decliuior annis.
Veste tegu vili tenuatum frigore corpus.
Regalem sola non sorde merebere laudem.
Nec res seruitio tantum te nutrit, vt æquum est.
Lautus eris mage cui similis, si molliter esse
Sentiet, in tenero si sternere membra cubili.
Sic dulces sueuere senes, sic serior ætas.

Nonne & Apollonius Rhodius dignatus est *holitorem*, *phytoscaphō* appellatum, quem comparatione heroum laboriosum facit detestari ventrem, dum aspicit manus sibi callosas. Laudes *hortorum* Vergilianis laudibus cludere melius erit. Inquit enim ille in quodam epigrammate:

Hortus salubres præbet corpori cibos,
Variosque cultus sæpe cultori refert.
Olus suaue multiplex herbæ genus.
Vuas nitentes atque fœtus arborum.
Non defit hortis & voluptas maxima,
Multisque commixta modis iucunditas.

Et id genus reliqua quæ sequuntur. Nunc ad institutum nostrum concedamus.

Quatenus hallucinentur multi, & qua fine dicatur illotis pedibus, & illotis manibus.

CAPVT CLXXVIII.

IN quamplurimis vitium non puræ nec Romanæ linguæ castioris inesse cōparet, obseruata tamen Grammaticæ norma. Quod vt clareat altius quædam repetenda sunt. Duo verba, hoc est, sententiæ,

tentiæ prouerbiales sunt in assiduo vsu dissertorum : *Ne illotis id manibus attingam, ne illotis pedibus ingrediar, aut accedam* : & cum id frequentius fit & vsitatius, videlicet, *illotis pedibus ingredi*, primū autem, hoc est, *illotis manibus attingere*, rarius comperiatur, solis tamen verbis, nō significatu distinguuntur. Cum dicit *illotis manibus*, verbum ad *manus* pertinens est addendum, vt verborum significatio cum re conueniat. Cum autem *illotis pedibus* dicit, verbum *pedibus* conueniens apponendum. Cum additur *ingredior*, *illotis pedibus* dicendum, cum *attingo*, *illotis manibus* pronuntiandum adagium. Est enim verbum, vt ita loquar, pedestre *pedibus* nō *manibus* attribuendum. Sed quod mirius sit, non tam graphice & elegantet *manibus illotis* dicitur, sicuti *pedibus illotis*, propterea inuenies illud rarius, hoc crebrius & vulgatius. Causam non, aliam subesse puto, quam omanis Græcos imitantibus, in eum qui opera & actiones immeditate ingreditur dicunt, αὐτὸς ποσὶν εὐθὺς ἐπέβαινεν ἐπὶ τὸν ἔργον. Significantissime & apposite loquens Iureconsultus cum mutet adagium Græcum, verbum conueniens manibus addidit. Eius verba sunt hæc digestis de origine iuris : *Inconueniens erit omissis initiis atq; origine non repetita atq; illotis, vt ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare.* Vides vt verbo *manibus* accommodo Iurisperitus vsus sit. In hæc libentissime diuerti, quippe cum aduertam ad hunc scopulum viros magnos illisisse.

De Laberio & Publio mimographis nonnulla allata cum codice Tranquilli emaculato.

CAPVT CLXXIX.

TRanquilli Suetonii verba sunt hæc in Cæsare dictatore : *Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suum egit, donatusq; est quingentis sestertiis annulo aureo fossam in quatuordecim scaena per orchestram transiit.* In codice prisco qui in opulentissima diui Dominici bibliotheca Bononiæ seruatur *scamna* scriptum esse deprehendi, quam lectionē summopere laudo, vbi pur *scamna* sedilia & ordines accipiuntur, in quibus ius erat sedere equitibus vel auctore Plinio : *Tunc cum quatuordecim gradus Laberius ingressus, omnes sese præ numero coartauerunt. Hinc Marcus Tullius Cæsarem dicaciter incessens, qui turba & vilitate hominum repleuit ordinem equestrem Laberiū sic appellat : Laberi te acciperem nisi angustè sederem, cui Laberius non infestiuus respondit, miror te angustè sedere cum duabus sellis sedere consueueris, taxans in Marco Tullio neutrarum partium obseruantiam, quamobrem & Salustius illum transfugam & leuum dicit esse.* Quidam post quatuordecim intelligūt ordines, quod nō placet. Adde & hoc, non Decimū Laberium sed Publium mimographū ex hoc ludo Cæsaris palmam reportasse, victumq; ab hoc Publio Laberiū. Quod vt planius intelligas Aurelii Macrobii verba subieci, *Is Publius natione Syrus cum puer ad patronī domum esset*

adductus, promeruit eum non minus salibus & ingenio quam formâ. Nam forte cum ille seruum suum Hydropicum tacentem in area vidisset, quæsisset, increpuisset q;, quid in sole faceret, respondit, aquam calfacit. loculari deinde super cœnã exorta quæstione quod nam esset, molestum otium, aliud alio opinante, ille podagrici pedes dixit. Ob hæc & alia manu missus & maiore cura eruditus cum mimos componeret, ingentiq; assensu in Italiæ oppidis agere cœpisset, productus Romam per Cæsaris ludos, omnes, qui tunc scripta & operas suas in scenam locauerãt, prouocauit, vt singuli secũ posita inuicem materia pro tempore contenderent, nec vllo recusante superauit omnes, in quibus & Laberiũ. Vnde Cæsar arridens hoc modo pronũtiauit: *Fauente tibi me victus es O Laberi a Syro*, statimq; Publio palmam, & Laberio annulum aureum cum quingẽtis sestertiis dedit. Tunc Publius ad Laberium recedentem ait: *Quæ cum contendisti scriptor, hunc spectator sublena.* Sed & Laberius sequenti statim commissione, mimo nouo interiecit hos versus:

Non possunt primi esse omnes omni in tempore,
Summum ad gradum cum claritatis veneris, consistas
Ægre, ne citius quam descendas decidas.
Cecidi ego, cadet qui sequitur. Laus est publica.

Explicatum cur Cæsar diceretur a Pompeianis Ægyptius, & annotatum Ægyptum non Ægyptium esse pronuntiandum.

CAPVT CLXXX.

TRanquillus quoque in eodem dictatore sic inquit: *Et quem gemens Ægyptium appellare consuesset*, legendum est *Ægyptum*. Sic enim vocatur is adulter Clytemnestræ, quem vulgus semidoctũ & cacidoctores, h. e. Grammatistæ dicunt oppido quam inscienter Ægyptum. Sunt qui ab hoc regionem vocatam cõtendunt, sic Græce scribitur, Αἴγυπτος. Nec mirũ sit, Cæsarem tanquam adulterum Pompeii vocari *Ægyptum*, quoniã Pompeius ipse ecommate, & vituperonum mordacitate vocabatur *Agamnẽon*, tanquam ductor & Imperator populi Romani, vt ille Græci. Res notior quam teste egeat. Quod si Cæsar Pompeii *Agamẽnonis appellari* subigit vxorem, recte ex historia *Ægypti*, qui veri *Agamemnonis* subigebat vxorem, & iste nuncupatitii Agamemnonis Pompeii vocabitur Ægyptus, ab adulterio in Agamemnoniam vxorem, hoc est, *Pompeianam* nomen adeptus.

Scribere, idem esse quod numerare, obiterq; Tranquilli codex emendatus.

CAPVT CLXXXI.

SVbdit quoq; Tranquillus: *Dilexit & reginas, inter quas Eunoen Mauram Bogudis vxorem, cui marito q; eius plurima & summa tribuit, vt Naso ferit sit.* In codice Tranquilli Romanæ editionis & syncerissimæ ita scriptum habetur: *Immensa tribuit & vasa fecit.* Quam lectionem summopere probare consueui, vtpote quæ

maxime

maxime Romanam antiquitatem & editionem redoleat. *Scribere* namque significat *tradere, transferre.* Sensus est, Cæsarem *Eunoes* amore sumtum multa & immensa præbuisse, inter quæ maxima dona, *vasa* itidem sua tradidit & condonauit, siue *numerauit* pretium *vasorum.* Nam hoc verbo proprie solemus vti in pecunia numeranda. Vel vtitur impropie Suetonius hac voce, quemadmodum *mutuum* dicimus, etiam id quod non numeratur & tamen in eodem reperitur *mutuum stuprum.* Seruius lib Æneidos 7. *Transcribi, tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia. Nam scribi est dari Horatius: Scribe decem Nerio, non est satis adde cicutæ. Rescribi vero reddi. Horatius: Dictantis quod tu nunquam rescribere possis. Terentius. Argentum illud denuo rescribi iube Phoenio. Plautus in Aulularia: Nunc satagit, adducit domũ etiam vlero, & scribit nũmos.*

Eiusdem codex emendatus de Thalamegis seu nauithalamis nauibus, & quare Bucentauri.

CAPVT CLXXXII.

IN nauis cubiculatæ Suetonii apertam cognitionem mihi nihilo secius exsultare libet, ac nautæ solent cũ procelloso mari circumlatrati, fluctibusque decumanis semiobruti. Pharon astulgere vident, aut portum se obiicere. Sed Tranquilli verba quid addere moror? *Et eadem naue thalamoque pene Æthiopia tenus Ægyptũ penetrauit, nisi exercitus sequi recusasset.* Adeo cõuulsa, mutila, male disposita sunt hæc verba vt sensus eruditus elici non possit. *Mulierositatem,* hoc est, *amorem nimium* & consequenter *reprehensibilem* Cæsaris carpens Suetonius, refert illum naue ab Ægypto in Æthiopiam cum Cleopatra proficisci destinasse, nisi sequi prorsus recusasset exercitus. Sed quo bono inserta sit illa dictio *thalamo,* non datur coniecturæ locus, nisi legamus iunctim *nauithalamo,* vt Suetonius Romana dictione sit vsus, ex Græco vocabulo detorta. Dicuntur enim tales a Græcia naues *thalamiphora,* hic non eadem voce, sed eodem significatu *nauithalamon* Latine dicere maluit. Est enim *nauithalamus* nauis pompatica, & apta genio oblectando, quæ secum instrumenta deliciarum affert: *thalamum,* scilicet cubiculum, mensam, qua geniales Ægyptii peculiariter vtebantur, vt nauigandi nauigantes molestiam non sentirent, sed in naui hac geniali, veluti in proprio thalamo conquiescerent. Hanc vulgus *Bucentaurum* vocat, a particula auctiua, *bu,* vt patet in verbo *bupædes* quo adultiores pueri significantur, *bulimos* magna fames, *bupina* magna sitis, *buficos* marisca ficus a magnitudine nuncupata. Hanc genialem nauẽ decoratam prætoriis tabulamẽtis & cœnationib. describit in hæc verba Plautus in Rudente. *Post animi caussa mihi nauem faciã atq; imitabor Stratonicũ, oppida circunuectabor.* Et apud Trãquillũ, *eadẽ, cum Eadẽ Cleopatra* expone, *cum qua nauithalamo circũuectus est per Æthiopicã oram.* Appianus in Libyco easdem naues vocat *thalamegas* eodẽ significatu etymo

diuerso *παρὰ τὸ ἄγειν τὸν θάλαμον*. Nec obstat in quibusdam annotatiũculis me olim admonuisse, *thalamiphoras* in Appiano scribẽdum conducere, tunc enim *σκαφὰς* non attigi, nunc in Appiano nihil mutandum censeo. Dum hæc annotarem, supervenit mihi Ianus Gallicanus auditor meus homo literatus, qui me non mediocriter ambiguum docuit, in libraria Monoriensi Dominici codicem seruari vetustatis multum reuerendæ, quem cum inuulgato componens, deprehendi illic non *nauithalamos*, neq; *nauithalamo*, sed *thalamego* fidelissime scriptum seruari, quæ lectio vera est, si germana, doctrinamq; penitus Tranquilli sapiens. Expone tamen similiter *thalamego*, vt *nauithalamo*. Lectio diuersa est, sensus vnus. *Thalamiphoras* & *thalamegus*, h. e θαλαμηγὸς, eosdem esse docuimus. Quas *pompaticas naues* Appianus θαλαμηγοὺς appellat, has Seneca lib. 7. de beneficiis, Latine *cubiculatas* vocat.

De Condito & quatenus errauit Plutarchi interpres.

CAPVT CLXXXIII.

TRanquilli in subsequẽti capite verba sunt hæc. *C. Oppius adeo indifferentem docet, vt quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositum aspernantibus ceteris, solus etiam largius dicat appetisse.* Nascitur quibusdam hæsitatio, quod in eodem exemplo Plutarchus *vnguentum* scripsit: Tranquillus vero *oleum conditum*. Imo si cum veritate ipsa congredi volumus, nunquam Plutarchus *vnguentum* scripsit, nec Græca vox est ista, vt palam est, sed Romana. Plutarchus *μυρὸν* scripsit *αἰῶνα ἔλαιον*, hoc est, *vetus oleum & conditum*, pro oleo non recenti in prima lingua disertissimus. Nouerat enim *μυρὸν* non tam *vngentum*, cum & illud significet quoq;, sed *oleum conditum & antiquum* recte nuncupari. Plutarchi interpres *myron*, non *vngentum*, sed *conditum oleum* secunda correpta, hoc est, *reconditum & veteratum* interpretari debuisset, quod scitamẽtis geneatisque cibariis idoneum non esset. Alioqui non rusticitatis Leo, sed ineptiæ reus fieret, qui vngentum apponeret rem minime conuiuiis idoneam, vel saltem cibo non quadrantem. Quoniam reperi apud Lucianum in dialogo contra Romanos inualescente luxuria, illos solitos vngentum bibere, quod & affert Epigrammatista: *Si foliata sitis.* Quod autem *veteratum oleum* per dictionem Græcam significetur, docet his Græcus interpres Suidas. *μυρὸν ἐπὶ κεφαλῆς τὸ ἀρχαιοτικὸν ἔλαιον ἐξ ὑδυσκάτων σωλήνος. διὰ τὸ εἶναι σπάνιον καὶ τὸ ἐσωτερικὸν τῶν ὀστρείων ἡφιέναι. ἢ δὲ πᾶσιν μὲν ἡ χρῆσις πολίτην τὸν τῶν ὀδόντων ἀρχαιζόντα τρόπον τὸν ἀδελφικὸν ἀκριβῶς συμφωνίαν ἀπεικάσαι. ἡ γὰρ τῶν ὀστρείων χροιὰ καὶ σωτηρία τελείως ζητεῖται τῶν ὀστρείων ἐρχαίζει.* Adde quod nullatenus *cõditum* media producta legi potest. Quoniã sensui Trãquilli repugnaret. *Conditũ* namq; significat scitum, gratũ, & cõdimento suo plane irritans, a verbo *cõdire* significante *conditura generata & electilibus* ariũ *opiarũ concinnare*, Proinde frequenter in Apitio leges pisce hoc

hoc vel illo modo cõdiendũ esse. Amorem omnium rerum *condimentum* esse leges in Plauto pro re cibo gratum saporem & callum afferẽte, in quam significantiã sic cecinit Satyrus: *Condire gulosum fictile.* Tranquillus autem oleum illud appositum Cæsari a Valerio illiberale, inscitum & aspernabile vult intelligi, vnde magis parsimoniam Cæsaris admiremur & abstinentiam. *Cõdimentum* fabulę Marcus Plautus decus & gratiam nuncupauit in Penulo. *Conditũ* elegantia & suauitate mirifica cibariũ excoctum dicitur. Hinc Epigramma Palladæ festiuissimum exiit, quod nos pro tempore sic Latinum fecimus.

Condito mihi opus Conditi nominis vnde
Propositum? Gracis vox aliena sonis.
Si bene Romana conditum voce loquuntur
Ipse scies, lingua qui decus es Latia.
Id quodcunq; para, Stomachi penetralia morbis
Occupat, hoc potu tinguier illa iuuat.

Quod in eodem Tranquillo Pompeius Macer, non Marcus scribi debet.

CAPVT CXXXIV.

IDem Suetonius inferius: *Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari in epistola, quam breuem admodum ac simplicem ad Pompeium Marcum scripsit.* Dicere vix possum, sentio tantum, quatenus barbariem sapit hæc series, & huius sententiæ male compactæ textus, quis adeo infestiuus est, qui ita loquatur? Ad *Pompeiũ Marcum* scribo, cum potius dicendum esset ad *Marcum Pompeium*, scribo. Quamobrem Romanæ editionis codicem probo & priscum illum diui Dominici, in quo ad *Pompeium Macrum* scriptum est vera & sensui Germana lectione, intelligitque Tranquillus illũ *Pompeium Macrum*, qui floruit sub Augusto, literarum columen & eruditionis quendam veluti thesaurum, ad quem amoris apologetica adhuc exstat Nasonis elegia, in qua Cupidinẽ, & se ipsum otiosum Cupidini stipendia faciẽtem excusat, cum *Macer* ipse negotiosus bella Troiana perscriberet. Eius hoc initium est elegiæ.

Carmen ad iratum dum tu producis Achillem,
Primaq; iuratis induis arma viris:
Nos Macer ignauæ Veneris cessamus in vmbra,
Et tener ausuros grandia frangit amor.

Nescio an idem sit hic Macer ad quem hæc lib. 2. Tristium scribit:

Esquid ab impressa cognoscis imagine cera,
Hæc tibi Nasonem scribere verba Macer,
Tu cano aterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu.

De Salutione Scipione & vnde nomen adeptus.

CAPVT CLXXXV.

Audendas, inquit Tranquillus, *vaticinationes, quibus felix & inuictum in ea prouincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, deſpectiſſimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitæ Salutionis cognomen erat, ſecum in caſtris habuit.* Solet fermo omnes exponere κατ' ἀντίφρασιν *Salutionem* dictum, quod *nulli ſaluti fuerat, ſed omnibus deſpicatui.* Sed doceri cupio quatenus *ſalus & ignominia ſine deſpicatus* opponuntur. Nonne quis poteſt eſſe non ſaluti, qui nec tamen deſpicatui ſit? Verbi gratia. Hoſtes acerrimi & hoſtiliſſimi, quos formidamus, & qui nos tenent inoppidatos, vaſtant *fata lata hominumque labores*, ſaluti non ſunt, vt palam eſt, imo ſalutē tollunt, nec tamen ſunt deſpicatui, qui nos habent maxime deſpicatos. Sed hoc agamus. *Salutio Cornelius* hic Scipio vocitatus eſt, quoniā moribus abiectis & mimicis viuebat imo pereque corpore corporeaq; ſimilitudine *Salutionem* mimū id æui cōtemtibilem (Nam omnes mimi ſunt famoſi) exſcribebat. Hoc docet Plin. li. 7. naturalis hiſt. *Eiuſdem familiæ Scipioni, poſt eum cognomen Salutio mimus dedit.* Ex ſimilitudine abiectorū hominū q; plurimos nomen ſortitos eſſe, patet ex altero Scipionū, qui a victimario nomē dedecore ſum traxit. *Mimos* porro, *Ludios*, & gregē *Comicum* apud Romanos, pbroſos fuiſſe ex Auguſtino diſcere poteris.

Quod Lampſana audiendum ſit in eodem, & Plinius emendatus.

CAPVT CLXXXVI.

QVis nō fando accepit *Lapſana* olere vixiſſe Cęſaris exercitū? quod & Tranquillus annotauit. Sed nec in Plinio Trāquillove *Lapſana* ſcribēdum ſed *Lampſana*, quæ Romanis *napiū* appellatur, de qua Diſcorides hæc, *ναπίου αἱ ῥίζαι πολὺ μᾶλλον λαχανώδεις ἐισὶ καὶ ἄρειον πεφυκυῖαι πεζῇ καὶ εὐσταφυλίνῳ πεζῇ τοῦ λαπάθου, ἃ δὲ φύλλα καὶ ἡ κανλὸς ἐσθίεται ἑφθά.* Latine ſic: *Lampſana Romani napium. Ægyptij cuchmi herba agreſtis, nutribilior & ſtomacho conducibilior lapatho. Eius folia & caulis comeduntur elixa.* Nec mirum igitur ſi victitarunt *Napio* Cæſariani milites, cuius folia & caulis vicem pulmenti præſtant. Similis paſſim circumfertur menda in codicibus omnibus in dictione *Pimplea*. Nam eliſa, M litera codices habent *piplea*. Addit & Plinius eundem exercitum Cæſaris famem toleraſſe genere radicis, quæ dicatur *chara*, quod admixtum lacti inopiam leuat, ſed non *charam* ſcribas, imo *caron*, ne cum mendoſo Secundi codice labaris in inſcitiam præceps, hoc a Dioſcoride diſce, qui ſic Græce ſcribit, *καρὸς σπερμάδιον ἐσὶ γλυκύμορον, εὐπνευστικὸν, στεμφυλικὸν, ἰνφιτικὸν, οὐρητικὸν, μιγνύμενον εἰς τὰς μαλθακὰς καὶ ὀξυπεπεῖς ἐγκαυματος, ἀδάλοιτο αἱ ἰσχνόρριζα ἐδώδιμος ὡσαύτως σταφυλῖνος.* Caui inquit Dioſcorides *eſſe peculiariter ſeminale, vrinam ciere, calorem gignere, ſtomacho conducere, odorem oris commendare, prodeſſe concoctioni, commiſceri antidotis vtiliter & oxyparis, congruere cum miſo. Radix eſtur vt ſtaphylinus, hoc eſt, paſtinaca.*

An Quiritium nomen ſit honeſtius militare.

Ca-

CAPVT CLXXXVII.

ADdit & idem auctor. *Decumanos autem Romæ cum ingentibus minis summoq; etiam vrbis periculo missionem & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neq; adire cunctatus est quãquam deterrentibus amicis, neq; dimittere. Sed vna voce quam Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit & flexit, vt ei milites esse confestim responderent, & quãuis recusantem vltro in Africam sint sequuti.* Hactenus Tranquillus. Affirmant quidam, Cæsarẽ milites suos *quirites* appellasse blandiori honorificentioriq; verbo ꝙ non nimis probo, cum *quirites* plebeii etiam ignobiles possint esse qui nullam operã reipublicę nauauerũt, nec aliqua dignitate sunt ornati. *Militis* igitur honorificẽtius nomen q̃ *quiritis*. Quoniam hoc militiã designat ornamentũ non mediocre, illud priuatã vitã. Gradus autẽ militares pro summis dignitatib. habitos, quis tã excors est, qui nesciat? si modo Iuuenalis vltimam satyrã legerit, vnde non pauci exstiterũt, q̃ arma literis ꝑponerent. Qua sententia ductus Marcus Tullius illud ꝓuerbialiter protulit. *Cedat forũ castris, otium militiæ, stylus gladio, vmbra soli.* Huic nostræ sententiæ congruit res ipsa. Nõne inhonoratiori nomine ꝑcipientes milites se vocari, respuerunt appellationẽ *quiritum*, tãdem dedecorosam & ignominiosam, se respondentes esse milites nomine digniore & honestiore? Similiter per indecẽtius nomen Alexander Romanus Imperator milites suos *quirites* dixit, cũ seditio sos increparet, delictaque coargueret in hæc verba: *Vos omnes hodie vna voce quirites dimittam, & incertũ an quirites. Non enim digni estis qui Romanæ plebis sitis, si ius Romanum non agnoscitis.* Amplius signate ꝓprieq; loquendo *quirites* publica res appellantur, & si generalẽ ad omnes significationem vox hæc habeat, speciatim tamẽ plebẽ notat, quod oratio Imperatoris Alex. videtur ostendere & Ouid. in amorib. ita canens: *Quod si plexissem minimum de plebe quiritem.* Ductum hic verbũ *quiritare* supperias a quiritib. expetere significãs, & infantiũ *quiritatus* dicuntur eiulatus a Plinio Cęcilio. Quapropter Cęsariani milites se populo & quiritibus honoratiores ducentes *quiritum* nomen tanq̃ *plebeium*, & consequenter *abiectum sordidumq;* despuerunt, & deprecati sunt. Quod si blandiori verbo Cæsar illos *quirites* appellasset, ipsos indulgenter non censorie tractasset, summisse non minanter. Quæ expositio non esset satis idonea Trãquillo, qui minis, non autẽ blanditiis Cęsarem decumanos adiisse scripsit eloquenter & historice. Laus Cæsaris ab audacia, qui non recusauit turbulẽtos milites adire, illis nulla molli appellatione subblãdiri.

Quod tibia funeribus adhiberetur, inibiq; de siticinibus & siticinio cum emendatione Tranquilli.

CAPVT CLXXXVIII.

VErba Suetonii: *Deinde tibicines & scænici artifices vestẽ quã ex instrumẽto triũphorũ ad præsentẽ vsum induerãt detractã sibi atq;*

discissam iniecere flammæ. In funere tibicines assuetos adsistere ita notissimum perinde ac vulgatissimum est, *tibia* consueuisse tibicines incinere funeris honorandi caussa, nec sola aderat *tibia*, sed & *querula tuba*, vnde exiit illud Persianum:

Hinc tuba, candelæ, tandemq; beatulus alto,
Impositus lecto crassisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.

Scitu dignum est, quod Grãmatici prodiderunt, *tuba Romanos solere maioribus funerib. incinere, tibia minoribus.* Proinde funus summatis atque patritii describens Persius *tubam* fecit assistere non *tibiam*: Vnde Propertius:

Tibia funesta tristior illa tuba. Ouidius:
Tibia funeribus cõuenit ista meis. Sed & rursus Propertius li. 1
Tibia Mygdoniis luget eburna sonis. Ouidius sexto Fastorum:
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus.

Apuleius libr. 4. Metamorphoseos significare videtur *tibiam* esse querimoniis aptam & lætis hymenæis ita scribens: *Et sonus tibiæ Gygiæ mutatur in querulum Lydii modum, cantusque lætus hymenæi lugubri finitur vlulatu.* Idem Statius Papinius innuit lib. sexto Thebaidos:

Cum signum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia.

Sed cum reperiam codices diligenter excussos, in quibus non *tibicines*, sed *siticines* legitur, enarrãda dictio est, vt si forsan quis in eos incideret, nouitatem dictionis non horreret. De his Marcellus, ex Gellio tamen scribit in hunc ferme modum: *Siticines vt liticines a lituo, vt tubicines a tuba, qui apud senatores, vel vita functos & sepultos, hoc est, iam sitos canere soliti erant honoris caussa cantus lamẽtabiles, quos Apuleius floridorum lib. 1. quoniam ad monumenta, hoc est, sepulcra canunt, monumentarios appellat. Is igitur Antigenidas cũ esset in tibicinio adprime nobilis, nihil æque se laborare & animo angi & mente dicebat, quam quod monumentarii choraulæ tibicines dicerentur. Qui ab Aristotele libro περὶ ζώων γενέσεως* dicuntur *αἰάζοντες.* Vir doctissimus & eloquentissimus Theodorus Gaza *siticines* graphice & significanter interpretatur. *Siticines* graui sono incinebãt, vt non sine penitissima doctrina protulerit id Statius: *Cum signum luctus cornu graue mugit adunco tibia*, sup qua re Aristotelica verba subscripsi: *τὸ μὲν γὰρ θερμὸν πνεῦμα διὰ παχύτητα ποιεῖ βαρυφωνίαν. τὸ δὲ ψυχρὸν διὰ λεπτότητα τοὐναντίον δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν αὐλῶν οἱ γὰρ θερμοτέρῳ τῷ πνεύματι χρώμενοι καὶ τοιοῦτον προϊέμενοι οἱονεὶ αἰάζοντες βαρύτερον αὐλοῦσι*, hoc est, *Spiritus n. calidus crassitudine sua grauitatẽ efficit vocis. Frigidus præ sua tenuitate contrarium facit, quod vel in tibiis patet. Qui enim calidiore vtuntur spiritu, & talem emittũt qualem siticines & lamentantes grauiorem sonum inspirant tibiis*

De

De artifice Restione in Augusto Tranquilli verbum enodatum.

CAPVT CLXXXIX.

M*Arius Antonius*, subdit Tranquillus, *libertinum ei proauũ exprobrat restionem ex pago Thurino, auum argentarium.* Ego ꝑ *restionem* Hieronymum secutus illum voco vilem artificem, qui *restes*, hoc est, *funes* intorquet, quẽ Græci σχινόπλοκον appellant. Nec *restio* in Tranquillo nomen est propriũ, sed accipi debet pro opifice funario, qui *restes* facit. Seruitq; hoc probrum stomacho Antonii ignobilitatem generis Octauii cõnumeranti, vtpote, qui proauum libertinũ habuerit, & quo cumulatius ignominiam superadderet, *restionem* addidit. Adiuuat quod auum vocat *argentariũ* nomine perinde officii sordidi. Est quidem *restio* deriuatiuũ a *reste*, nõ autẽ diminutiuũ. *Restẽ ducere* in tripudiis Donatus vtitur pro *choream ducere.*

De ordinariis idem enarratus & Seneca. CAP CXC.

S*Pectauit*, inquit idem, *studiosissime pugiles & maxime Latinos, nõ legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis solebat.* Ego *ordinarios* interpretor *viliores artifices*, & non legitimos, inexercitos, insuaues. Quod vt facilius ꝑcipe queas, ita vt sunt Sexti Pompeii verba ponam: *Ordinarius homo scurra & improbus, qui assidue in litibus moratur, ob eamq; caussam in ordine stat prætorem adeũtium, siue dictus per contrarietatem, quia minime ordine viuit.* Vocatur igitur *ordinarius histrio* a Tranquillo κατ' ἀντίφρασιν, qui *ordinem mimicum* non tenet, propterea vilior & minime legitimus. Seneca lib. 1. epistolarum significare volens Romanos adeo esse crudeles, vt gladiatoria certamina prẹponãt voluptificis & mimicis sic scribit: *Hoc pleriq; ordinariis paribus & postulatitiis vt in expeditione præferunt. Quid ni præferant? non Galea, non scuto repellitur ferrum.*

De Xystis & Xysticis vnde deriuentur idem explicatus.

CAPVT. CXCI.

NImis fortassis in vno immoror auctore, sed hoc excepto verbum non amplius addam. Sic scribit idem Tranquillus: *Nec tamen eo minus aut Xysticorum certationes aut gladiatorum pugnas seuerissime sẽper exegit Xystos* Grẹcos appellare scio porticus tectas, quas & *paradromidas* & *hypostegas*, a quibus *paradromides* & *Xystica ambulationes* nomen adipiscuntur, quæ hypẹthris & subdialibus opponuntur, sed caue ne a *Xystis* porticibus *Xysticos* certatores appelles aut *Xysticas* certationes. *Xystici* vero certatores appellantur a *Xysto* spiculo vel *hastili* quod non minus doctus quam candidus interpres Grẹcarum vocum Ioannes Placentinus agnouit, cuius opinionem fulciunt, quẹ in Tranquillo subduntur: *Fatetur namque Augustum libenter gladiatores spectasse, quorum decertatio vt Xysticorum versatur in certationibus armorum.* Sed si quis tergiuersatur, Suidam audiat: *Xystum hastile spiculum, & extremitas hastæ*, quamuis

quamuis idem scribat, *Xystum* esse locũ, in quo exercebantur Athletæ, de quo hæc Adrianus, εἰκόνες βασιλέων, στέμμαθ' πάντα χρυσᾶ· κατακρύπτα ἐπὶ ξύστων ἄγχι ἐφόδων

Eualidum modice validum significare carmen Italici emendatum, ibique aliud eiusdem relatum ad interiorem Leonum morem.

CAPVT CXCII.

SIlium Italicum tot mendis pene scatere quot, versibus, nouerũt emunctæ naris ingenuique ingenii professores, & vt ex paruis exemplum ad maxima cõsideranda protinus obiiciamus: Eius hoc carmen est libro Punicorum primo. *Et validam duris euellit ab ossibus hastam.* Quis non videt *eualidam* iunctim legendum pro *modice validam*, hoc est, quæ non valida fuit & sufficiens lethum inferre Annibali, quod vtique promiserat. Quare paulum supra idem Poeta vtens pathetico epiphonemate, sic exclamat:

Heu quantum nobis fallacis imagine teli
Promisere Dei.

Eualidum ea figura dicitur qua *egelidum*, imo tepens & subestuans, hinc ab Ouidio prolatũ est, illud auctore Seneca. *Et gelidum Boream, egelidumque notum.* Ausonius. *Impiger egelido monet arma Seuerus ab Istro.* Quid, nonne & idem interiori pollet eruditione cũ sic canens subdit hos versus de Annibale retrahente se, pugnando tamen, nec terga vertendo?

Ille regit clypeo fusum per membra cruorem,
Tardaque paulatim & dubio vestigia nisu,
Alternata trahens aduersus ab aggere cedit.

Sunt qui *auersus* legunt, significantes Annibalem se auertisse a bello retrouersum, sed hoc pacto codicẽ inuertendo tolleretur omnis Annibalis maiestas & pudor militaris, qui non vertit terga, sed pugnando & reluctando obstantibus retrahitur. Quare significantissimo vsus est verbo *cedit* pro *cessim repedat*, significare videtur inuereq; leoninam naturam, quod ex his Plinianis verbis planissime constabit: *Generositas in periculis maxime deprehenditur, non in illo tantummodo quod spernens tela diu se terrore solo tuetur ac velut cogi testatur. Cogiturq; non tanquã periculo coactus, sed tanquam amentia iratus. Illa nobilior animi significatio qualibet magna canũ & venantiũ vrgente vi contẽtum restitansq; cedit in campis, & vbi videri põt. Idẽ vbi virgulta siluasq; penetrauerit acerrimo cursu fertur velut deputans abscessioni turpitudinem. Aduersus* igitur interpretatur *versus* & *oppositus hostibus* pugnando cedit vt Leo.

Emendatus Apulei codex de Lampo augure.

CAPVT CXCIII.

APuleius ille Madaurẽsis Platonicorũ eloquẽtissimus, quem olim vsu nostrum fecimus, nec pœnitet, sic in libro de dæmonio Socratis scriptum habet: *Non secus etiam in Troiano exercitu, cum*

tum diuinationes res indigent, tacet ille sapiens senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hector, vel Iambo, vel Bitias, sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria Fleue, aut non credita vaticinia Cassandra. legendum est non *Iambo*, sed *Lambo*, hoc est λάμβων ex his Christodori Poetæ Thebanii in libello τῶν ἀγαλμάτων:

Λάμβων δακρυμένῳ ἐναλίγκιος ἦεν ἰδέσθαι
Οὐ γὰρ ἐπὶ φρεσὶν εἶχε κυλινδομένοιο κυδοιμοῦ.
Τερπομένοις τρώεσσι πεπεῖν πημόνα θελήν.

Hoc est: *Lampon tristato similis erat videri. Non enim in mentibus habebat reuoluto tumultu Pressis Troianis parere salubre consilium.* Cernis igitur quam hæc quadrent, & vt pedibus in meam sententiam discedere cogantur etiam inuiti Grammatistæ, qui hæc in mille nugamenta detorquebant. Adde quod non *Bitias*, sed *Clytius* legendum est, qui & ipse fuit Troianus vates, de quo apud eundem Christodorum sic legi:

Εἰσήκει κλυτίῳ μὲν ἀμήχανον. ἔῖγε δὲ δοιὰς
Χείρας ὁμοπλικίας, κρυφίης κήρυκας ἀνίης. *Stabat Clytius inops consilii, Habebat autem duas manus pectinatim iunctas occulta nuntias tristitiæ.* Nec *Hector* in Apuleio scribo, sed *Helenus*, de quo vate apud Maronem satis, & apud hunc Poetam Græcum. Nec *ingrata auguria Fleue* legendum est, quæ vox ex professo mendosa est, sed *Panthoi* legatur, ex his Christodori:

Πάνθοος ἦν τρώων βουληφόρος ἀλλ' ἔτι δεινὴν
Οὔπω μᾶλλ' ἔπαυεν ἀρηϊφίλων ἀπὸ λαῶν. Hoc est: *Panthous erat Troianorum consiliarius, sed grauem nondum mentem remittebat contra Græcos exercitus.* Superius in eodem opusculo deest carmen integrum in his verbis: Hinc illa Homerica Minerua, quæ mediis cœtibus Graium cohibendo Achilli interuenit, versum Græcum si paulisper operiamini latine enuntiabo. Supereſt quidem calumnicium non paruum, cui intrude hunc versum ex Homeri prima Iliados Rhapsodia. Οἰωφαινόμην, τῶν δ' ἄλλων ἅπτ' ὁρᾶτο Adde quod cui non placet *Panthoi* superius scribere *Phœbi* legat literarum similitudine lubrico lapsu. Nam Cassandræ vaticinia mente *Phœbi* veniebant, sed non erant credita Teucris.

De Polymita & Polymitariis opificib. Apuleii codex emendatus, superq; mos inspiciendi equos, qui a regibus obseruaretur.

CAPVT CXCIV.

IN eodem opusculo sic idem Lucius: *Quippe non intelligit homines aque spectari solere, vt equos mercamur, neq; enim in emendis equis phaleras consideramus, & Balthei polimiam inspicimus, & ornatissima cerritis diuitias contemplamur.* Scribo *Polymitam*, vbi Phrygionis opus intelligo. *Polymita* vestis seu redimiculum vocamus pluribus liciis contutum, quale Maro describit, *Pictus acu chlamidem.* Plinius acu pingere tradit inuenisse Phryges, vnde artifex *Phrygio*. Vulgo *Phrygerium* vocamus. Hieronymus

plumarios & polymitarios artifices pro eodem ponit. Opus *plumatile* in Plauto pro *polymitario* sumus interpretati. De quibusdã plumandi facultate nobilibus meminit Vopiscus. *μίτρα* a Græcis licium vocatur, vnde *polymita*, vestis a versicoloribus licijs, quibus est intexta. Sensus Lucii euidentissimus est, quod in emendis equis bullas aureas, nec opus Phrygium aut plumatile considerare debemus, quæ sunt extraria ornamenta, & bonitatem nõ arguentia, sed thoros, animosum pectus, argutum caput equi contemplemur, quæ sunt figna minime fallentia ipsum emtorem. Et hoc mutuatus est Apuleius a Flacco Horatio libro primo sermonum sic canente:

Regibus hic mos est, vbi equos mercantur, apertos
Inspiciunt, ne si facies, vt sæpe decora,
Molli fulta pede est, emtorem inducat hiantem.

Nec mihi placet in Flacco *opertos* scribere. Parum inferius, cum ait idem Lucius. *Si ephippia fucata, singula armata sint.* scribo *cingula* cum Ouidio. *Et mala velocem cingula ladit equum.*

De nemimibus magorum codex eiusdem emaculatus & enarratus.

CAPVT CXCV.

Ego ille sim Carmondas vel Damigeron vel Hismoses vel Ioannes, vel Apollonius, vel ipse Dardanus, vel quicunq; alius post Zoroastrem & Hostanem inter magos celebratus est. Scribo *Charondas, Demogorgon, vel Mos.s.* Hic *Charondas* fuit legum conditor, Pythagoricæ philosophiæ affectator, de quo scribit hæc Seneca, lib. 14. epistolarum: *Artani leges Charondæq; laudantur. Hi non in foro nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo sanctoq; secessu didicerunt iura, quæ florenti tunc Siciliæ & per Italiã Græciæ ponerent.* Eiusdem quoq; meminit Æschines in oratione contra Demosthenem. Demogorgon vero magus fuit tam excellens, vt posse laruis dicatur & illas pro nutu cogere, & si errent acerrime plectere. Auctor Lactantius interpres Papinii. Insimulatum magiæ Mosen docebunt Plinius & Tacitus, Diodorus lib. 2. Apud Iudæos Moses Abiao quem Deum vocant, acceptas leges dare præ se ferebat. De Apollonio *Tyaneo* mago nos in superioribus multa. De *Dardano* iurisperiti meminere, vnde Columellæ artes dictæ *Dardania* pro magicis & maleficis. Per Ioannem Apostolum notissimum intelligi reor. Nam omnes Christiani a gentilitate magi habebantur.

De Eurybate & Phrynonda idem explicatus Lucius.

CAPVT CXCVI.

Sed enim subdit Lucius. *Versutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam negabis te vnquam cognouisse. Quis Palamedes? quis Siphax? quis denique Euribates aut Phirinondas, talem excogitas-*

excogitasset? lego *Euribatus* & *Phrynondas*. Hi deceptores fuerunt & humani generis hostes, de quibus meminit his verbis Plato in Protagora: *Si forte in eos homines incideres, qui ex eorum cœtu sint humani generis hostes, bene tecum agi putares si Eurybatum offenderes & Phrynondam, deploraresq; fortunam tuam, desiderans nostrorum hominum prauitatem.* De eisdem præterea meminit Æschines in oratione contra Demosthenem. Scribit Suidas *Phrynondam* fuisse hospitem Athenis circa Peloponnesiaca, de quo sic Aristophanes: ὦ Μιαρὲ καὶ φρυνώνδα καὶ πονηρέ σου Ab hoc prouerbialiter pauperes facinorosos *Phrynondas* vocant. Fuit enim pessimus & dolosissimus hic *Phrynondas* De hoc Eudemus sic: ἀλλ' οἶμαι οὔτε φρυνώνδας, οὔτ' εὐρύβατος, οὐδ' ἄλλος πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν. τοιοῦτος μάγος καὶ γοῆς. Vides quemadmodum Eudemus magum & pauperem vocat *Phrynondam* cum Eurybato. De Palamede Syphaceq; nihil adhuc scitu dignum comperi vel comperisse me memini.

De Clunado cultro idem emendatus, & de pupulla.

CAPVT CXCVII.

CVm magis magisq; Lucium nostrum excutio maiora suboriuntur errata, vitio ætatis rancidæ inseminata, quæ auctorum delectum facit, & tanquam bulbos hos vt probos eligit, illos vt reprobos negligit. Sed ad rem veniamus. Parum suprascribit idem Lucius: *Tu ne effœminatissime tua manu cuiquam viro mortemque minitaris? At qua tandem manu? Philomenæ? an Medeæ, an Clytemnestræ? quas tamen consultas, tanta mollicia animi, tanda formido ferri est, sine cludine saltas.* Sensus apparet, illum accusatorem Apuleii adeo mollem esse, vt nedum Lucio (qui mortem contemnit vt Philosophus.) sed nemini posset exitium machinari, imo hic, qui histrionicæ se totum dedidit, cum effingit Clitemnestram securi parare mortem Agamemnoni, necesseq; tunc sit vibrare ferrum, illud & si sit imaginarium attingere non audeat. Sed legendum nõ *consultas*. Verum seiunctim *cum saltas*, hoc est, saltando histrionicã exerces aut tragœdicam. Nec *cludine* mea quidem sententia recognosces, sed *clunado*, de quo sic Pompeius. *Clunadum cultrum sanguinarium dictum, vel quia clunes hostiarum diuidit, vel quia ad clunes dependet.* Sunt qui *cludone* scribũt pro nimio impetu & fluctuoso, quoniam κλυδὼν tempestas appellatur, vt hic sit sensus: Hic nedum a ferro se abstinet, sed omnem fluctuationem, tumultum & impetum fugit. Quid si *cludone* scribis & Bacchicum tumultum interpretaris? si quidem hic tam mollis erat, vt nunquam in horrorem furoremque minimum insurgeret, quod, licet fœminæ, bacchæ factitare solẽt identidem, quę κλώδονες appellantur. Apud Macedones eædem *mimalones* dictæ, ὑπὸ τῆς μιμήσεως, hoc est, ab imitatione. Suidæ verba subscripsi: κλώδονες αἱ βάκχαι τοῦ διονύσου παρὰ μακέδοσιν, αἱ κληθεῖσαι ὕστερον μιμαλόνες, ἀπὸ τῆς μιμήσεως,

Superius quo quoq; sic in mendosis codicibus scriptum est *Quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur* Scribo formosa *pupula* pro tenera puella. Ausonius: *Latias vincis alumna pupas.* Persius. *Nempe hoc quod Veneri donatæ virgine puppæ.*

De Trochilo aue & Iynge Lucius declaratus.

CAPVT CXCVIII.

QVid nonne mira verborũ portenta sunt hæc Apuleiana quoque in prima Apologia posita? *Philtra omnia vndiq; eruunt. Antiphates illud quæritur. Trochisili vngues teniæ, radiculæ, herbæ, surculi. Aureæ illices, bichordile, hinnientium dulcedines.* Quis adeo Lynceus Argus, imo totus oculeus posset, ex his verbis meris nugis introspicere mentem Lucii nostri! Autumo sic scribi oportere: *Antipathes illud quæritur: Trochilli vngues, teniæ, radiculi, herbæ, surculi. Aureæ, iynges, trichiæ, cordilæ, hinnientiũ dulcedines.* Vbi p *antipathes* intelligo, quodpiam incantamentis idoneũ, quod contrariam, vt ita loquar, passionem habet, exempli gratia *magnes* est *sympathes* ferro, quoniam habet vim intrariam & passionem ferro congruentẽ *Allium* vero est magneti *antipathes*, hoc est intrinseca passione repugnans, quippe cũ *allium* vim illicẽ magnetis obtundat, reuerberet atq; refringat Vnde Pliniana illa *sympathia & antipathia.* Veneficiis philtrisq; amatoriis *antipathes* aliqd interuenire debet, quippe cum animus si modo aliquo diuerti debet ab odio in amorẽ, eget incantatrix re aliqua, vt instrumento quo cogatur animus ab odio in amorẽ declinare. Per *trochili* vngues intelligamus auiculæ, cui latine nomẽ est *regaliolus, qui rex auiũ dicitur, in Italia* πρεσβὺς ab Aristot, qui duo habet αἰδοῖα, h.e. geminũ sexum, maris videlicet & fœminæ, & seipsum inire dicitur. De quo in superioribus longe plura. Per *aureus* pisces *auratas* notissimos intelligimus, ꝙ si nõ placet *chryson* accipe, quem coloris aurei tradit Plin. lib. 32. Quod a. superest explicandũ *Iynges* sunt aues magiæ accommodę, vt superius admonuimus, sicut & *regalioli* sunt, vulgo *collitortã* dicimus, q̃ putauit interpres Hesiodicus amori pesse: fœmina maga atq; venefica in hãc auẽ desiliisse cõperitur. De *trichiis piscibus* lege Plin. in 9. lib. *Cordylã* vero fœtũ thunni esse didicimus ex his Plinii verbis libro 9. *Cordilla appellatur partus, qui fœtas redeuntes in mare autumno comitatur.* Limosæ vero a luto, pelamides incipiũt vocari, & cum annuũ excessere tempus thynni. Per herbas quoniã pisculenta maxime conferũt magiæ, intelligo *marina*, quę tertiã naturã habent, vt est *vrtica*, q̃ herba videtur cũ sit piscis, quæ summopere amori quadrat, cũ sit illix & ardorẽ prouocans Quidã referũt ad algã, per *tænias* minimas fibras intelligo & capillos herbarum vel aliarũ rerũ, quibus vtuntur sagę & incantatrices ad homines illiciendos, quẽadmodũ Apuleiana *Philotis* mittitur a domina magię perita ad minutias detonsi iuuenis colligẽdas vt illũ

noctu

noctu ad se magis is illiceret vocibus. Adiuuat q̃ p̃posuit *radiculas*, quę q̃uis herbā peculiariter significet, hic tamē p̃ omnibus ad magiā aptis radicibus vsurpat, q̃ esse verū interpretamentū docet *furculi* dictio sequēs, q̃uis *tanta* sit piſculus, quē *vittam* interpretatur Gaza. Quare per *herbas* simpliciter exponere potes *herbas magicas*, nec de pisibus intelligere. Per *hinnientiū dulcedines* intelligamus *hippomanes*, q̃ in pullorū equinorū fronte nascitur, quia equi *hinnientes* vocantur ab hinnitu, hoc est, p̃prio sonu, quare ab Ouidio dictū est: *Fortis equus visa semper ad hinnit equa. Dulcedines* dicūtur hæ carunculæ, quoniam morsū matrū p̃cerpuntur, perinde ac sint dulces illis in cibatu, vel q̃ amorē dulcē conciliāt, q̃ quā verum sit Plinius audi. *Et sanè equis amoris inuasit venefitiū Hippomanes appellatū in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœta, aut partū ad vbera non admittit, si quis præreptū habeat.* Sed continere me nequeo, quin emendē illud, q̃ subsequitur his verbis: *Mercurius carminū vector & illex animi Venus & Luna noxiū conscia* scribendū est *noctiū conscia. Luna* v. dicitur *conscia noctis*, quoniā nocte lucet & omnia speculatur, quę ab Horatio dicta *noctiluca*. sed q̃ causſa est, cur nō assumā interpretationē horū verborū subsequentiū? sed n. *fœminal* nullo pacto reperiēs munditer dicere ad mea scripta cōfugit, quia & e quodā meo libro legit. Interfœmineū legit & fœmoris obiectu & palmę velamēto. Pei *fœminal* pisce intelligo vuluulas qui pisces sunt similitudine genitalis muliebris expressi, de quib. his meminit Plin. Cęcilius lib. 1. epist. *An tu apud nescio quē ostrea, vuluulas, echinos, gaditanæ maluisti. Interfœmineū vero locos muliebres interpretare, quoniā inter fœmina cōcluditur.* Quin fœmina sine diphthōgo prima correpta, pferri debere docet Virgil. ita canēs: *Eripit a femina & trepidanti feruidus instat.*

Magiam esse cultum deorum Platonis verba sua restituta.

CAPVT CXCIX.

IN eadem oratione cum loquitur Apuleius de magia, simul que ex verbis Platonicis in primo Alcibiade positis comprobare nititur magū esse religiosum nomē, habetur in tritis codicib. sentētia Platonis fœdissimis & mēdosissimis, maleq; coagmentatis characterib. edita, quæ a nobis addita latina interpretatione sic emendabitur. Verba ipsa diuini viri memini, quæ tu mecū. Maxime recognosce dicentia: Ὃν ὁ μὲν μαγικὸν ἅπαντα ἐκδέχεται τὸν ζωροάστρου τοῦ θεραπεύοντος, ἐπὶ δὲ τῶν θεῶν θεραπείαν. Significant hæc diuina verba: *Quorum alter magicam docet Zoroastres Horomazi. Hoc autē est curare deos.* In eadem oratione superius mendum parum inficit egregiam sententiam. Id genus plurima recitem denuo, *vt sciant me eorum non pigre. Et tertius mea delicia sint salua Charina.* Scribo *sciant me eorum non pigere. Et Critias mea delitia sint salua carina. Critias* enim nomen est amati pueri. *Delicia* vero singulariter dici, testis est Gellius. Parum supra, cum de crocodilo loquitur.

Cum egressus in præripia fluminis hiauit, vna ex auibus fluuialibusq; amica auis, iniecto rostro sine noxæ periculo exculpit. Scribo *excalpit*, & de *regaliolo* intelligit, nec *fluuialem auem* in fluuio viuentem accipe ita, vt sit *auis aquatica*, sed *spineta & præripia Nili accolentem.* Testatur autē Plinius facere hoc *trochilum*, qui in Italia dicatur *rex auium*, quod aspiciens ichneumon vt iaculum per os apertum in ventrem Crocodili penetrat & interanea absumit, hocque pacto contrucidat conficitq; crocodilum.

Retractata apud Plautum quædam.

CAPVT CC.

ECce tibi Plautus iterum excutiendus, cum quo formidolosius bellum consero quam cum Excetra: semper enim monstris fœcundissimus est, & dum vnum aufers, aliud influit. Sed ego parum prudens, qui Ægyptium candefacere satago, & ad vitam cadauerosum reuocare. Sed *dii facientes adiuuant*, vt adagio Varroniano inoleuit. Pauca repastinare hic satius duxi, quoniam & me libētius, quam ceteros corrigo omnesque inuito, quos per genium virtutis adiuro exserant vires & ad conflictum se parent, idq; primum experiantur in meis, si modo aliquid decoctius habēt, quo possint posteritati consulere. Non enim ex his sum, qui nęuos suos amant, & se & sua sine riuali complectuntur. Sed ad procinctum.

Ex Amphitruone.

CAPVT CCI.

V*Suram* scripsi non satis latine dici pro *fœnore*, reperitur tamē aliquando. In eo carmine: *thorulus inerit aureus*, scribunt quidam *tornulus*, & intelligunt sigillum aliquod aureum tornatile. Plautus. *Hæc heri immodestia coegit me, qui hoc noctis a portu ingratis excitauit. Hoc noctis* subintelligo *tempore*, quāuis alias *hoc* pro *huc* exposuerim. Ibidē cito carmen Horationum: *Græcia barbarie lento conficta duello.* scribe. *collisa duello.* In expositione illius carminis. *Illic homo a me sibi mala rē accersit iumento suo*, sic scriptū est in commentariis: *humero gestari imitans*, scribendum, *humero gestanti imitanti.* Plautus, *Comprimam linguam.* In commentariis sic est scriptum: *Rumen* arteriarum claustrum vocatur, quæ græcis *epiglottis*, hoc adde, & hoc proprie & signate loquendo. Reperio tamen *rumen* pro *ruma* positum, sed de vsu loquimur, non de abusu. In eiusdem carminis interpretatione sunt hæc verba: *Super hoc deterrimo vitio Lactantius his inuehitur.* Scribo. *In hoc deterrimum vitium.* Plaut, *Etiam clamat carnifex.* In commentariis sic habetur: *vt sit ad Mercurium apostropha.* Scribendum, *vt sit Mercurii ad Sosiam apostropha.* Plaut. *mira sunt nisi latuit intus illic in hanea.* In commentariis *colliridam* dictionem Ambrosii muto in *lymbithram*, nunc nihil immuto. Plaut. *Itidem habet petasum ac vestitum.* Negauimus in commentariis *petasum* pro calciamento reperiri. Sed nonne ab Ausonio redarguimur in iambico ad Paulinū?

Petasoq;

petasoq; altis Arcados vectus vola. Videtur enim, quid subesse ambiguitatis, quam discutiendã ad aliud otium seponimus. Plaut. *Vt ego hodie raso capite caluus capiã pileum.* In comm. sic. *Dion Graecus auctor Brutum pugiunculos & pileum gestasse refert significare volẽs.* Scribo *volentẽ.* Plaut. *Cui tam ego hoc Scipione.* In commentariis sic legendum. *Scipionum familia a baculo nomẽ adepta, quod is primus ex ea gente pro sceptro filio sit vsus.* Significare volui filium patri Cornelio vicem scipionis præstitisse, vnde sit Scipio vocatus. Plau. *Facit ne vt dixi timidam palpo percutit.* In comment. *Palmos Graece Latine saltus venarum & subsultatio cordis,* id est, *expulsio qua caussatur ex dolore.* lege non *caussatur,* sed *originem ducit.* Hoc tersius & Latinius. Plaut. *Eamus Amphitruo lucescit hoc iam.* Multa tradidimus in comment. sed relatiuũ, *hoc,* ad cœlum referri potest, quippe cum cœlũ proprie vocari potest, *hoc,* quoniã a Platone τὸ πᾶν. Pla. *Virtus omnibus rebus anteit profectò.* In comment. *Quacunq; autẽ in diffinitione virtutis solent dicere, paucis verbis colligit & enarrat Lucilius,* non *verbis* scribendũ, sed *versibus.* Plaut. *Ni ego illi puteo oẽm animã intertraxero.* adde interpretationi hoc a timente Sosia dictũ videri, ne delegetur trahendæ aq̃ vsq; ad mortẽ. Nam lauatione maxime egent ea, quibus vtitur puerpera, & expone *intertraxero,* hoc est, *iubebunt me intertrahere.* Plaut. *Si minusculo digito fores increpuerint.* In commen *per id indicabatur,* scribo *per eũ indicebatur.* Prope cũ sic additur: *Is Harpocrates lingua, vt coniecto, Ægyptia Sygalion, vocabatur,* fortassis non *lingua Ægyptia,* sed *Graeca* dictus *Sygalion,* voce deducta a *silentio.* σιγὴ namq, *silentiũ* est, σιγάω *sileo.* Pla. *Vetus est adagiũ fames & mora.* In comment. sensi *adagium* dici, q̃ sit *in vulgus adactũ,* Pompeius tamẽ autumat *adagia* dici, *quod ad agendũ sint apta.* Et hoc admonitũ te volo, quamuis Plautina hæc addita carmina vocem, tamẽ me sentire, nõ a Plauto fuisse condita, sed ab aliquo Plautinæ doctrinæ imitatore. Cũ inferius scriptũ est de *Deioneo,* me nihil legisse, superadditũ hoc fuit, *imo apud Strabonem leges illũ Cephali patrẽ fuisse,* quẽ aliq̃ *Deioneum* aliq̃ *Eionem* vel *Eioneum.* Plaut. *Deuolant angues iubati deorsum in impluuiũ duo.* In comment. sic habetur: *Impluuiũ, in cauo ædium locus vbi superne,* hoc est, *ex impluuio superiori impluit.* corrige, *in cauum ædium, locus vbi superne,* hoc est, *ex compluuio.* Plaut. *Ego cunas recessum vorsum trahere & ducere.* Sic in commentariis legitur: *quod ante nos scribimus nõ retrorsum prorsum scribere dicuntur,* corrige, *quod autẽ nos scribimus nõ retrorsum prorsum scribere dicimur,* nam q̃ Lucius *prosam* dicit, nos vocamus *prorsum.* Paulũ infra deesse hoc carmẽ dixi: *Stat, vt multis hostiis Ioui supremi pace petãs.* nũc nihil deesse sentio.

Ex Asinaria secunda Comœdia.

CAPVT CCII.

PLaut. *Riuinus amens ob raptam mulierem. Riualem* in commentariis legendum censui, nũc censeo *Riuinum* riualis proprium

nomen esse posse, vel Priscus poeta Plautus potuit quos nos *riuales* ipse *riuinos* vocare. Plaut. *Solus solitudine ego te, atq; ab egestate abstuli solitudinē a sole*, deflexo vocabulo nunc capio pro *insolatione*. Insolantur.n non habentes ignem pauperculæ meretrices. Plaut. *Vnde sumam quo hanc celocem conferā?* Plautum in *Aulularia*, citatum aduertes pro in *Asinaria*. mendum sat apparēs. Paulo inferius cum de linea loquor Ouidius pro Martiali citatur in his versibus:

Linea diues. Cessat, & in populum multa rapina cadit.

Plaut. *Ad loquendum atq; ad tacendum tute habeas portisculum.* In sinceris Marcelli codicibus hæc leguntur, Scribo *Pompeii*. His quæ de *portisculo* scripsimus, hoc adde. Me nunc sentire a *portu* dici *portisculum* ex Helii verbis, non *a pertica*. Plaut. *Vbi prehensus in furto scies.* scribe *sies*. Paulo supra in *plute* Aristophanis deest ἐπ' αὐτοφόρῳ, Plaut. *Vt meq; teq; maxime atq; ingenio nostro decuit.* scribe *ingenia nostra*. Plau. *Da mihi istas viginti minas, vides meam ante mergere*, scribo, *me amantem egere*. Plaut. *Ego fecero, hem quid istuc est? & tu vide is.* In comment. innouaui codicem, nunc nihil immuto. ordo. vide vt tu is. admonet vt bene caueat quomodo eat, ne si male iret argentum perderet. Inferius in enarratione *Atthemones* sentio *arthemona* dictionem esse Latinam, quam Græci *epagonta*, dicunt Latini *Artemonem*, Vitruuius auctor. Plau. *Siccum frugi continentem.* Iam olim *siccum* cum Marcello accepi. Nūc *siccum* pro *sobrio* interpretor ad differentiam *madidi*, qui dicitur *ebrius*, quod Plaut. ostendit sic scribens: *madidum nihili, incontinentem*. Plaut. *Cliniam, Cremem, Cratinum, Climiā*. de le quæ de *Climia* in commen. addidi. Paulo post in fine primi carminis ex Theognide citati addendū est ἄνδρα τε μάγον. Plau. *Male cubandum est indidicatum me vxor adducit domum. Indicatum*, hoc est *indicta* caussa interpretatur Marcellus, quem nunc sequor.

Ex Aulularia tertia Comœdia.

CAPVT CCIII.

IN commentariis in argumento Aulularia sunt hæc verba, *quod* scilicet *Leonides adolescens nubilem & vnicam huius Euclionis filiam vitiarat.* scribendum *Lyconides*. Paulo post in interpretatione huius argumen *Licone* scribitur, ꝑ *Lyconide*. Plaut. *Longā laqueo collum, quādo obstrinxero.* In comment. *Cautum fuerat in pontificialibus libris, vt qui laqueo finisset vitam insepultus abiiciebatur.* scribendū *abiiceretur*. Plau. *Philippum regem autē Darium triuenefica.* In comment. pręterea adde Marcellum digestis de vi publica. *ostendit*, scribe *ostendere*. Plaut. *Nam noster nostra, qui est magister curiæ.* in comment. Interpretare *curionem nostrum*, hoc est, *illum, qui candidatis, hoc est magistratuū ambitoribus, pecuniam viritim partiebatur, qui* scribendum. *Interpretare curionem nostrum illum, qui iubentibus candidatis pecuniā viritim partiebatur, quem* Plau *Nunc petit cum pollicetur.* In comment. Iuxta hanc sententiam verbum id *Plautinū*

prola-

prolatum est Non *Plautinum*, sed *Priscum* lege. Non enim hoc *Plaut* protulit, vt Marcellus te docebit. Plaut. *Aurum mihi intus harpagatum est.* In comment. Cum vox a Græcis *furas* interpretetur, scribo: quæ vox græca *furax* Latine dicitur. Plaut. *Certe ædepol equidem te ciuem sine mala etiam malitia.* Censui in comme. hunc versum sic legendum. *summa omni malitia.* Nunc credo nihil esse in Plauto mutandũ, sed corrigendum Marcellum. Nã intellexit Nonius hunc dicere *mala malitia*, quoniam sit & *bona*: quod si non esset frustra hic additum esset *mala*. Plaut. *Nam si opulento sit petitum pauperioris gratiam.* scribendum *opulentos it. Opulentos* vsurpatur ritu Prisco pro *opulentus*. Plaut. *Heu Strobile sequere propere me ad macellum.* in cõment. *Strophos* in alia significantia Græcis est dolor intestinorum, quos *tormines* Latini vocãt Scribe, *quẽ tormina*, Plau. *Ecquid audis? vascula intus pure, propera atq; elue.* corrige, *purga propere atq; elue.* Plaut. *Etiamne obturat inferiorẽ gtuturẽ.* In comment. θυλικῶς & οὐδετέρως *guttur.* corrige ἀρσενικῶς, hoc est masculino & neutro modo *guttur* dicitur. Plau. *Quod te scio facile abstinere posse si nihil obuiam est.* In cõment. additur negatio dictioni facile nunc nihil immuto, asserens negationem nõ addendam hoc sensu, *Quod scio te facile abstinere posse, si nihil sit obuiam, Sed si habebis aliquam prædam domesticam obuiam, non facile abstinere posse te scio.* Plaut. *Volui animum tandem consolare meum* In comment. Euclio regrediens a foro *appedinario*, corrigo *cupedinario*. Plaut. *Post hanc rationem cordi ventriq; editi.* In comment. in huius carminis expositione *facimus*, scriptum est pro *facit* Plaut. *Ita me beneamit Lauerna.* In commen. instar corniculæ Horationę sibi *carmina constituentis*, scribendum *aliena carmina consuentis. Obtrunco Gallum furem manifestarium.* In commen. *Non dubitant trepidi contra constare leones.* Scribe: *Quẽ nequeunt rapidi.* Plaut. *opulentiores pauperorũ filias.* In cõm. *pauperiorũ*, scribo, nũc nihil immuto, siquidẽ *pauperũ* & *pauperam* dixerũt antiqui. Plaut. *In maxima illæc populi parte est.* In cõment. *Optima bonis morib. dotata est in pauciore pauperioreq; fortuna.* scribo, *in pauciore parteq; minore*, hoc est, *bona: rari.n sunt boni.* Plau. *Dotata es, istud ius pauperib. ponitur* In cõmen. censui legendũ esse *ponatur*, sed metri regula non admittit, quare *ponitur* expone cõcesso ꝙ ponatur. Plaut. *Saluti gerulos pueros vehicula qui vehat.* Post hunc versum putaui in comment. addendum carmen illud. *Strapta, scrupeda, strictipella sordida*, nunc nihil inserẽdum hic censeo. Istic enim carmẽ hoc nõ reponendum, sed in Neruolaria, vbi citatur a Gellio. Plaut. *Quod nõ os velit, oculi sciant.* In cõment. docere seruũ hominem multa vidisse, q̃ nolit *oculus* exloqui, scribendum, *lingua* non *oculus*. Plaut. *mortuũ ego me mauelim letho malo.* In comm. Omnia illa carmina q̃ censui præsigenda huic carmini, sunt eradenda. Illa.n. repeties in subsequentib. Plaut. *Vt ego aliquid boni dicam*, non probo expositionẽ meã, nihil immutã-

dum est, quippe cum melius exprimatur auaritia senis, qui nõ dare coruo, sed verbis bonis velit illum remunerari. Pla. *Vbi ille abiit, egome deorsum duco de arbore.* Omnia quæ in interpretatione huius versus attuli, sunt eradenda, mendosus Nonii codex me decepit.

Ex Captiuis.

CAPVT CCIV.

PLaut. *Vel ire extra portam trigeminam licet.* In comment. vbi id temporis mendici commorabantur, *sicut Persii*, corrige *sicut Satyri.* Pla. *Ego virtute Deũ & maiorum diues sum satis.* In commẽt. *virtute*, hic exponunt Grammatici pro *auxilio.* Pla. *Nunquam erit tam auarus, quin te gratus emittat manu*, corrige *gratis.* Plau. *Vtinã te dii prius perderent quã peristi e patria tua.* In comme scribunt Iurecõsulti illos periisse patrię, *qui capti sunt in exsilio.* corrige. *qui capti sunt vel exsules.* Plaut. *Tantus ventri cõmentus meo adest in portu cibus, commentus cibus* pro *cibi* dixit. Lege Priscian. lib. 6. Plaut. *atq; agnum afferri proprium pinguẽ.* Per agnum *proprium* intelligo, q; sit possessus ab illo, ex alienis n. non litamus. Vel *propriũ* expone, quod sit *sacris accommodus*, habeat omnia illa insigniaque, quæ hostiæ, sunt necessaria. Non enim oues omnes & agni victimæq; ceteræ erant idoneæ sacris. Plaut. *Aulas confregit omnes, nisi quæ modiales erant.* In comment. *Modiales, capaces & ventriosæ, vnius* scilicet *dolii*, corrige *ventriosæ & capaces vnius modii.*

In Curculione.

CAPVT CCV.

QVi e nuce nucleum esse vult, frangit nucem. His quæ in cõment. diximus, hoc adde nos opinari Macrobium lapsum esse, absit inuidia verbo *Molluscam* nucem minime Persicum intelligere possumus, quoniã *nux* dicitur, *quæ durũ habet foris, intus, quod est esui, Persicũ* potius inter poma numeramus (& ne te diutius teneã) scito *molluscam nucẽ* illã intelligi debere, quã Bononienses vulgo *scusarolam* vocãt, quæ obducta tenero cortice digitis preementib. nõ resistit. Sueuiq; *Eidyliũ* nunc non probo. Plau. *Flos veteris vini meis naribus obiectus est. florẽ ꝓ odore* capimus, auctore Lucretio sic canente, lib. 3: *Quod genus est Bacchi cum flos euanuit, aut cum*
Spiritus vnguenti suauis diffugit in auras.

Plaut. *Si te caussa mea Lydi barbari.* In comme. Obiter *ex te* non fuerit annotasse. scribo, *ab re.* hoc est *inutile.* Pla. *Tum etiam cũ nocturnis oculis odiũ me vocas.* In comment. Aristo. lib. 1 *Metamorphoseon*, corrige *Metaphysices.* Plaut. *Hem istoc verbo vindictã para.* In comment. permittere vt iura sua *cuiuslibet sibi vindicentur.* corrige *cuilibet sibi vindicare liceat.* Plau. *Num te igitur morbus agitat Epatarius?* In comment. *Epatarius epate laborantes*, corrige *laborans.* Plaut. *Quos semper videas bibentes esse in Hermopolio.* In com. Quæ ad *propangã* corrige *propagandã.* Plaut. *Et datores & fartores omnis subdam sub solium. Fartores* simpliciter interpretor, *qui stipant & farciunt*

fariunt iter, ne liber sit commeatus. Plau. *bibentes videas in Hermopolio.* Quidam codices habent *thermopolio.* Sic enim vocatur locus, vbi calidum bibebatur. Plaut. *Animo malo est.* In comment. Potest & resolutio neruorū inter lipopsychian haberi. Hoc ego nullatenus sentio. Plaut. *Neq; idem decet me memorari, neque nocti nocerier.* scribe *remorari.* Nocet nocti, qui potus non dormit. Is enim quietem noctis turbat. Propertius:

Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes.

Plaut. *Iacit volturios quatuor.* In comment. *In lusu tribus talis vtebatur, non vt nunc duo,* scribo *duobus.* Plau. *de Coelitum prosapia te esse arbitror.* In comment. Scita circumfertur sententia eam formam inter *absolutissimas* censeri, scribendum *absolutas.* Supra paulo *quas* scribitur pro *quos.* Plaut. *In medio propter canalem ostentatores meri,* quod in commentariis prodimus de *probatica* piscina penitus est eradendum. Illa namq; non erat Romæ, quæ *probatica* dicebatur. Plau. *Pone adem Castoris.* In comment. *qua exstructa fuerat in foro Romano de quibus.* corrige, *qua exstructa fuerat in foro Romano fratrib. Castorib.* Plaut. *Dii tu damnosos maritos apud Leucadiam.* In cōmentariis interpretamur Ouidium perperam, per *sponsum* nunc exponimus illum, *qui sponsionem fecit,* iuxta illud Plinianum. *Sponsioni non defuisse iacturam.* Plaut. in Cassina. *Mihi obtingat sors, vt quidē polparas cum cruciatu malo,* scribendum *pereas* Plaut. *Aper versus ques cantat Colax.* In expositione huius carminis censui apud Ausonium legendum, *suppillo pullipremo.* Quid si legis *subulo?* Plau. *Meum corculū, melliculum, verculū,* vide Priscianū, lib. 3. videtur enim addere *felculum.* Plaut. in Epidic. *Supparū submiriam. richam,* quod hic affero de *dorophagis,* nō est referendum ad Satyri sententiam. Voratores enim munerū dicuntur iudices ab Hesiodo quod pretio corrumpuntur. Plaut. *Paratum ductare, at ego follitum ductitabo.* scribo. *para tu ductare.* Plaut. *Quasi qua amaret caueat.* scribo: *quia memet.* Plau. *Mirum hoc quidem potuit fieri,* scribe, *mirū hoc quin* pro *quomodo.* Plaut. *Incertus sum caue ad me retulit pedē,* scribendum *causs.* Pla. *In manibus gestant copulas secum suavi priusquam pereo,* corrige *subuent priusquā pereo.* Plaut in Bacchidib. *Postquam inanis sum, contemtricē meam, sed conuenia mihi.* corrige *veniam mihi.* Plau. *Beneualens viuit tibi.* Emēda. *beneuolens.* Plaut. *Postremo id mihi est, quod volo.* lego *postremum.* Hoc sensu vltimo loco euenit mihi, quod cupio, quæ non cupio mihi, se statim offerunt. Plaut. *Nunc amanti hero filio secus.* corrigendum *senis.* Plaut. *Nimio illa res est mane diuidia mihi.* corrige *magna.* Plaut. *Æquum esse puto, sed nimis volo desidia ei dare ludum* scribo *minus.* Plaut. *Quid alii dant boni caue culpa tua amissis.* corrige, *quod dii dant.* Plaut. in Mostellaria. *Ex in sole pecuniam inuenire,* in comment. summulam nummariā intellige, quam in sole nens muliercula libidinis emeritæ *nebat.* corrige *non nebat sed lucrabatur.* Plaut. *Tangite vos quoq;*

terrã. In com. verba Ioannis *misere puluerẽ super capita sua*, non ad iniectionẽ pulueris referenda, vide ne sit deturbatio, qua lugẽtes caput coinquinabãt luctuoso mœrore confectam, qualem ritum Catullus ostendit. Plau. *Nequid esca vna meruerit magis*, scribo, *nec quid esca vna me iuuerit magis.* Plaut. *Nam postquam hic ædis viderat, vt dixi tibi, ædis vendiderat*, scribo Plaut. *Heus iam aperit meridie.* corrige, *heus iã appetit meridies.* Pla. in Menechmis. *Sustine hoc Penicule exuuias facere, quam suauum volo* lego: *Sustine has Penicule exuuias, facere quod suaue est volo.* Admonet Peniculum parasitũ Menechmus, vt brachio vestẽ fulciat, quoniã vult facere, q̃ est suaue sibi, hoc est, osculari puellam *Erotion.* Plau. *Interim ne quis quin eius aliquid indutus sis.* corrige. *Interim ne duis quid eius, quod indutui sit.* Hoc sensu, quid opus est te blandiri si non vxoris afters vestimentum quod induã? Ordo Interim ne duis quid eius, quod sit indutui, *quid eius*, expone *aliquod illius* vxoris vestimentum, *sit indutui, sit bonum ad induendum*, Quid hoc est? loquitur *Erotium* visa palla protẽta a *Menechmo*: *Induuia tua.* Menechmus respondet *Erotio.* Plaut. in mercatore *Cape modo vorsoriã, hic serenus fauonius est.* In comment. *Quod ex Tarao & Lucillo præcepi Græcis auctoribus* Emenda. *quod ex Tarrao Lucillo præcepi Græco auctore. Tarraus* cognomentũ est Lucilli a *Tarra* vrbe Cretæ. Plaut. in Pœnulo. *Iniuriarum multo induci satius est.* lege *mulctam*, hoc sensu melius est desistere ab iniuriis, quibus si quempiam taxauerit alius, mulctetur, vel *induci* expone, pro *deleri*, hoc est neminem afficiamus iniuria, sed *amnestia* promulgetur, hoc est *iniuriarum obliuio.* In Rudente fabula Plautina *Grippus* pro nomine piscatoris inducitur. Tu lege *griphus*, cui nomen hoc hæsit a *griphis* instrumentis piscatorum, de quibus meminit Pollux. In fine mei commentarii Plautini ad Lectorem sic legitur: *Nõ indecorum Varro putauit perfecto spicilegio spicam reliquisse.* Corrige, *de segete adeo spicilegium stipulam reliquisse.* Quod in principio commentariorum contra Diomedem dixi de *planipede*, nunc non placet obstante syllaba. Præterea in vita Plauti, Merulã nunc & Eusebium sequor, sed quid omne oleum in Plautum absumo, præcipue cum nouos in eundem poetam commentarios mediter. Qui longe fusiores erunt & explicatiores prioribus, non tantum doctis vt hi primi, verum etiam mediocribus seruientes.

Idem Ioannes Baptista Pius ad Lectorem.

IAm spectabam portum, & vela carpebam complicabamque cum Ioannes Paulus Spoletanus scholasticorũ meorũ doctissimus emersisse refert nonnullos, qui populatim meas annotationes, quas sparsim in Plauti, Sidonii, Fulgentiiq; cõmentariolis interseruimus pro suis ostentẽt. Proh imitatores brutũ pecus? Huic audaciæ ne dicã temeritati obuiã eundũ censui, breuiq; summula colligere in vnum corpus dissipatũ & pala-

& palabundum exercitum, vt si fors fuerit pro Imperatore suo pugnet, non autem pro inuerecundissimis plagiariis, qui hominum deterrimi sunt & inquinatissimi. Sed id iam a nobis emeditatum vberiori reseruamus otio, ex quo mox plura & meliora congestim emicabunt. Laus Deo.

Diomedes Guidalotus Bononiensis ad Lectorem.

Exsulta O tandem quisquis virtutis alumnus
Aetheria missum suscipis arce sophos,
Haec pia Pierio promsit de fonte sororum
Sydera, quae pulsat vertice summa Pius.
Ille inquam quo mox latentur praeside Musae,
Cumq; puellari Gratia trina choro.
Insinuat cui se Pallas Tritonia, Athena
Et quicquid priscis voluitur historiis.
At tu auersus abi hinc, & rumpere liuide. Maius
Inuidia hoc nescit surgere debet opus?

Iacobus Constantius Fanensis.

Troas reliquias, Danaum victosq; penates
Seruauisse prior dicitur ille Pius.
Hic Phoebum & comites Latiaq; analecta ruina
Seruat ab hostili scripta diserta manu.
Quanam igitur maior pietas, haec vltima, plures
Quae sibi mortales obligat atq; Deos.

Ludouici Pallioli Fanensis.

Haec monimenta Pu pendat quicunq; diserti,
Varronis cernet, vel Ciceronis opus.

Francisci Tisardi Ambacaei Galli.

πολλοὶ μὲν κ' ἀκριβῶς ζητοῦντες χάμμωλα, ὧν τε
ζητεῖτε πολλὴ χερσὶν ἔχοντες ἀεί.
ἡ βίβλος πάρα νῶι ἐσθλὴ, ποτ' ἐμείρεθ' πάντας
ὄφρα δυνήσητις κρυπτάων ὄγα νοεῖν.
εἰσὶ ποικίλαι εἰσὶν μελιηγρυεῖς, εἰσὶν
ὅσσαι ἀπείρονται, πίμπλαμβ' ἐγκύρσεν.
ἤρξαν μὲν ὁ βαπτίστης μέγας, ἄλλοχε μείζων
ἁπολομόρφεις πάντες δωρύφωνε λόγες.

FINIS.

CORNELII VVITELL. CORYNT. IN DEFENsionem Plinii & Domitii Calderini contra Georgium Merulam Alexandrinum ad Hermolaum Barbarum omnium disciplinarum scientia praeditum Epistola.

HAc proxima aestate Hermolae doctissime, cum Xenia & apophoreta Martialis opus sane difficile, vt cuius interpretatio varia veterum auctorum lectione indigeat, quibusdam patriciis iuuenibus exponerem, volui Georgii Alexandrini annotationes in exposi-

tionem Martialis, vel inuectiuam potius in Domitium Calderinum virum longe doctissimum, & lectionis antiquæ non mediocriter studiosum excutere, eo consilio, vt aliquid inde excerperem, quod ad Martialis lectionem mihi adiumento esset. At dii boni quam longe aliter quam putaram accidit? Nam præterquam quod nullum fere est Martialis carmen, ad cuius sensum peruenias, sed insolenti tantum dicacitate & maledictis, (vt mos est Merulæ) in eum ipsum Domitium inuehatur, Plinium multis in locis ita deprauat, ita confundit & conturbat, vt nullum fere verbum non a se deprauatum sit, & quod haud quaquam ferendum est, perdita quadam arrogantia & dementi elatione, Plinium a se vno tantum in pristinam & veram lectionem redigi posse iactat, ac dum se antiquarium ostendere vult, de iudicib. ludis Romanis, de iure Latii, municipiis, & coloniis meras insanias effutit. Quædam vero vocabula Græca ita interpretatur, vt plane id quod est, literas Græcas nescire videatur. Hæc igitur cum legissem, miratus sum vehementer, quod homo tam in nostris studiis veteranus, & omnis antiquitatis vt (ipse iactat) perscrutator, dum alterius incuria accusat & insectatur, adeo errauerit, vt maiori ipse animaduersione sit dignus, quippe qui non parua iactura rem literariam affecerit. Verum cum aliquib. ex ipsius auditorib. quædam ex his, quæ in Plinio corruperat, forte ostendissem, illiq; omnia ei detulissent, excanduit primum, ac obstitit repugnans, deinde cum illi ingentes sane tumultus, nec mediocriter doctis manifestis argumentis hominem vrgerent, cogniti tandem erroris homullum, quamuis inuerecundum, subpuduit. Putauit hac re homo ingratissimus se magna a me iniuria affectum, nam illi me auctorem dixerant. Itaq; quasi mihi gratiam relaturus, ad solita sua arma recurrit, & in me maledictis & fatua sua dicacitate inuasit, quib. profecto vehementius paulo mouerer quam facio, nisi hoc vitio homunculonem teneri iam diu cognoscerem. Cui non parcere potest Georgius, qui ne præceptori quidem pepercit? Nam in tam rabidam insaniam incidit, vt ea de Philelpho præceptore suo, viro in vtraque lingua doctissimo scripserit, quæ de sordidissimo lenone & spurcissima sentina parricidaq; crudelissimo dici possent, quæ discipuli insolentissimi ingratitudine commotus, vt par erat, ostogenarius senex tanto dolore conflictatus est, vt triduo vitam exhalauerit, ita solus Georgius Merula hac nostra tempestate non solum in præceptorem ingratissimus inuentus est, verum etiam præceptoris benemeriti interfector. Quid quod se αὐτοδίδακτον, homo nequam & impudens appellat, quasi ex seipso, sine vllo præceptoris auxilio literas didicerit? cum quicquid eruditionis in eo sit, quæ quam sit modica & hoc opusculo, & aliis ostendemus, id ex commentariis Tortelii, Laurentii Vallensis, Trapezuntii, Pomponii & aliorum excerpserit. Nam commentarios in Iuuenalem non prius edere voluit, quam Guarini, Omnibonii, Sabini, & Calderini in eundem auctorem commentaria diligenter excusserit, & tamen in omnes ingratissimus inuehitur, & inter legendum vel potius inter garriendum (non enim illa publica lectio appella-

pellari potest, ex qua nemo est, qui proficiat) mordet, lacerat, laniat, & eorum obtrectatione sibi famam quærit. Quamobrem cum hominem tam temerarium, audacem, impium, perditum, in me conuitijs grassantem viderem, non absurdum putaui, si aliquantum maledico conuitiatori, non ferendam dicacitatem excuterem, & maxime si id non sine aliquo rei literariæ emolumento fieret. Itaq; collegi locos aliquot inuectiuæ ipsius in Calderinum, in quibus fatuum literatorem erraſſe luce clarius ostendimus. Sed hæc quidem præludio quadam erit, non enim in præsens copias omnes educere decreuimus, sed his paucis tanquam leui (vt aiunt) armatura præludium inceptantes, missilibus velitum more hostem petemus, mox vero instructa acie, totaque phalange admota, in apertum certamen descendemus, cum mihi non iucundam victoriam ipsius in Iuuenalem Commentarij, & deprauationes Plautinæ exhibituræ sint. Hoc igitur opusculum Hermolae Barbare Philosophiæ & vtriusq; iuris, cunctorum denique studiorum veriſsimum ornamentum, tibi dedicamus. Tu enim vnus ex omnibus potiſsimum idoneus mihi visus es, cuius præsidio hæc mea lucubraciuncula tuta futura sit: Nam cum fatua illa belua te hæc tueri sentiet, nec reluctari audebit amplius, nec poterit. Tuo enim acutiſsimo ingenio Plinium deprauaſſe ostendes, & a falso Martialis sensu procul abfuiſſe iudicabis, Græcarum denique dictionum significatum, & etymologiam ignoraſſe, conuinces. Nam in eo studio tantum potes, vt non Venetijs, sed mediis Athenis natus videaris. Quo factum est, vt per te vere & Latine philosophari studiosi incipiant, & omnium disciplinarum scientia ita præditus es, vt iure optimo Varronem te nostri temporis appellare possimus. Quamobrem si hæc tu probaueris, nullos illius rabidi canis morsus pertimescimus, quem si paulo acrius inter reprehendendum exagitabimus, non mihi, sed ipsi potius insanienti imputabit. Is enim qui ceteros insectari & mordere non cessat, repungi aliquando & vapulare vt discat, par est. Sed iam ad Plinium, qui a Georgio deprauatus, a se initium fieri exclamat.

VVLVA EIECTITIA ET PORCARIA.

CAPVT I.

PLinius lib. 11 cap 37. de historia naturæ animalium: *Vulua enecto partu melior, quam edito, eiectitia vocatur illa, hæc porcaria. Primipara suis optima. Contra effœtis a partu, præterquam eodem die suis occisa liuida ac macra, nec nouellarum suum, præterquam primiparum, probatur, potius quam veterũ, nec dum effœtarũ, & biduo ante partum, aut post partum quo ejecerint die. Proxima eiectitia est occisa vno die post partum, huius & sumen optimum, si modo fœtus non hauserit, eiectitia teterrimum antiqui abdomen vocabant, priusquam callerent, id scientes occidere non assueti.* Hæc est vera constans & incorrupta Plinii lectio, non similis ei, quam confuse & implicite, falso & peruerse, indocte & petulanter Georgius Meru-

la Alexandrinus, tum in inuectiua in Galeotum, tum in commentariis in Iuuenalem iactabundus implicuit, peneque etiam in Calderinum iterauit, dum illum reprehendit, quod distichon Martialis:

Te forte esse magis capiat de virgine porca,
Me materna grauis de sue vulua capit,

Male sit interpretatus, quibus in locis proh Iupiter quam rudem se, & Plinianæ doctrinæ ignarum ostendit, dumque in mordendo Calderinum & Galeotum totus fertur, vt in eo impetu sensus quoque cum dentibus amittere videatur. Quid quod dum Iuuenalem interpretari vult, commemoratione Galeoti ita vel ira exanduit, vel lætitia ereptus est, vt præter eadem Plinii verba incorrectissime & inextricabiliter inculcata, nihil fere ad rem suã attinens nisi insulsum protulerit. Verum vt clarius errores illius pateant, verba Plinii ab eo allegata repetitaque, vt diximus, libet annotare, quæ hæc sunt in Iuuenalem sic eo dicente: *De vulua intelligit porcina, quam Plin. ciecto partu meliorem, quam edito habitam fuisse scribit: ciectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparis suis optima. Cõtra effœtu a partu præterquam eodem die suis occisa liuida & macra, nec nouellarum suum præter primiparas probatur, potius quam veterum, nec dum effœtarum, nec biduo ante partum, nec post partum, aut quo ciecerit die. Proxima abiectitia est occisa vno die post partum.* In Galeotum vero addidit vlterius: *Huius & fumen optimum si modo fœtum non hauserit, ciectitia terrimum, antiqui abdomen vocant, priusquam cadderent eiicientes occidere non assueti.* In his verbis primum dicimus male legere Merulam *ciecto*, ab eoque Plinii sensum corrumpi, & magnam auctori maculam inuri, qui duo participia idem importantia pro diuersis, vel posuerit, vel ponere ostenderit. Nam quod idem importet *ciecto*, quod *edito*, idem Plinius infra ostendit, cum dicit, *post partum, quo ciecerint die*, quod pro ediderint exponi certum est. Nec alium vnquam sensum ipse quoque Merula elicere poterit. Non est autẽ credendum tantũ in Plinio doctrinæ non fuisse, vt dictionum ipsarum significationem non tenuerit, vel adeo illum immemorem exstitisse, vt ea cognita tam leuiter abuteretur. Censemus igitur *enecto* scribi & legi debere. Nam vt Georgius, inquit, *a partu statim suem interficiebant*, ita nos dicimus non solum *statim a partu*, sed & *biduo ante partum* interficere solitos suem vna cum partu, vt Plinius ipse subdit, dicens, *biduo ante partum, easq; vulnas suum ante partum vna cum partu enectarum, meliores ceteris fuisse, & non earum quæ peperissent*, vt somniat Merula, cum dicit, *melior quæ erat eius quæ peperisset, quam virginis.* Imo contrarium, inquit, Plinius cum ait: *Contra effœtus a partu præter quam eodem die suis occisa liuida ac macra.* Si liuida ac macra post partum, quomodo melior Georgi? Quam sententiam nostram confirmat Martialis dicens:

Me

Me materna graui de sue vulua capit. In quo versu tam eucleate expressit, non vuluam de sue quę peperisset, sed de adhuc graui, quam biduo ante partum dictū est interficiſolere, vt ex cōposito Plinium exponere voluisse videatur. Talis autem vulua suis cū partu occisæ *porcaria* dicebatur, ob hanc (vt existimo) causam, q̄ porcellos adhuc contineret, cum sus interficiebatur, & hæc erat melior. Vulua vero suis occisæ a qua partus editus & eiectus fuisset, deterior erat, & *eiectitia* vocabatur, vt Plin. ipse asserit, cum dicit: *Vulua enecto partu melior quam edito, eiectitia vocatur illa, hæc porcaria.* Quæ verba, vel grandi sponsione facta, contenderem Merulam ipsum, ipsum inq̄ Merulam, tam curiosum verborū indagatorem nondū intellexisse, etiam posteaq̄ audiuit, non *eiecto* sed *enecto* legi debere, quippe qui duorum pronominū vim, vsumq̄; non discusserit. Putat enim hæc referre dictione *edito*, illa autem *enecto* siue *eiecto*, vt ipse asseuerat. Quo factum est, vt magis insanuerit in asserendo q̄ *eiecto* legi omnino debet, parū aduertens, ne dicamus penitus ignorans. In eiusce modi compositione, in qua aduerbium comparandi, q̄, cum comparatiuo iungitur, longius censeri & esse a sensu orationis & animo loquentis, quicquid ab ipso aduerbio, quū, dependeat, quam q̄ a comparatiuo præcedente dependet, & pronomen ille rei siue personę a loquente remotiori comungi, *hic* vero rei siue personæ addi, quæ dicenti sit propior, vt si dixero *magis amo Cornutū, quam Tifernum, Ille enim hil dignum laude rel quit, hic vero quam plurima virtutis signa*: Cui dubium, quin ille Tifernū, qui a sententia mea est remotior, hic *Cornutum*, qui est animo proximior referet, & nō econuerso? Possem hic innumerabilia Ciceronis & Quintiliani exempla subiicere, sed vno Ciceronis exemplo contentus hoc agam. In ea oratione, quam pro Aulo Cæcinna composuit sic legitur: *Non minus in causſa caderet Aulus Cæcinna Sexti Ebutii impudentia, quantum in vi faciendą cessit audacia. Verum & illud considerati hominis esse putauit, quę de re iure decertari oporteret, armis nō contendere, & hoc cor stantu, qui cum vi & armis certare noluisset, cum iure iudicioq̄ superare.* Videt ne Merula similē Plin. constructionem, & illud referre clausulam postremam, quanquam in dictionū compositione vicinior sit, hoc autem præcedētem, quæ est remotior, sed sensui & animo loquentis proximior. Idem dicimus in nostra causſa, h. e. eiectitiam vocari illam vuluam, quæ eiecerit & ed derit partum, hanc autem porcariam, cuius sus cum partu enecta sit, & ita pronomē *illa* referre seu designare participium *edito*, hæc autem *enecto*. Nisi fortasse mens Georgii sit (vt esse existimo) quod per eiectum partū Plin. abortū significare voluerit, id q̄ ne cogitauit quidem. Nā si ita esset, aliquid profecto de abortu clarius de more suo protulisset. Sed non in tantam insaniam exibit Merula, vt de abortu asserat Plin. intellexisse, cauebitque ne male audiat. Ad hæc inquit Merula in Calderinū Sed vulua ex Pli-

nio didicimus esse intestinorum partem, in qua conceptus fiat & fœtus contineatur. Duplici autem nomine appellabatur, eiectitia, scilicet, & porcaria, meliorque erat eius, quæ peperisset, quam virginis. Hic nos illum ita interrogamus. Per te Georgi duplex est vulua, eiectitia & porcaria, & melior est eius, quæ peperit, quam virginis. Quæro quo nomine hanc vltimam virginis appellabis? si dixeris eiectitiæ, insanis, cum non modo non eiecerit, sed ne grauida quidem fuerit sus virgo. Si porcatiæ, deliras eadem ratione, cum nec ediderit, nec conceptum aut fœtum vnquam cõtinuerit. Quid igitur garris duplici vuluam nomine appellatam, quorum neutro virginis suis vulua significetur, nisi forte opinaretur Merula, virgines porcas vuluam non habere. Quod si ita habet, imperitiæ eius ignoscimus. Verum vt in hoc studiosis viris satisfaciamus: Triplici nomine vuluam appellatã dicimus, eiectitiæ, porcariæ, & virginis siue sterilis: Hæc autem non in omnibus suibus virginib. grata erat, quippe, quæ nisi arte fierent, nullius saporis esset, sed in suib. tantũ castratis. Castrabantur enim fœminæ, *teste Plinio lib. 8. ca. 50.* suspensæ pernis prioribus recisa vulua, vt amisso libidinis vsu, magis pinguescerent, fierentque gratiores. Talesque vuluas sterilis dixit Apitius in re coquinaria. Et de his intelligit Mart. cum inquit: *Te fortasse magis capiat de virgine porca.* Ceterum ne in confutandis deliramentis homuncionis nimium euagemur, breuibus, cetera attingentur: Nescit quid loquatur, cum nunc *primipara*, nunc *primiparias* scribit, quorum alterum vnde deducat ignorat, alterius inflexione abutitur. Dicimus enim *primipara*, sicut *opipara, Ouipara, viuipara*, nõ *primipar*, neque *primiparia*: Cum autem, inquit: *Nec biduo ante partum, nec post partum, aut quo eiecerit die*, tam intelligit quid per ea verba significetur, tanquam illis verum aliquem sensum date possit, quam illiteratissimus & ignoratissimus quisque. Pudet profecto atque hominis vicem non parum dolemus, qui ita inconsulte & insscite duobus in libris ab eo tanta diligẽtia impressis, vt vulgi se fabulam fecerit. Et hinc mille quingentos, hinc sexcentos contra se testes parauerit, quot sunt volumina commentariorum suorum in Iuuenalem impressa, & inuectiuarum in Galeotum, ad patefaciendam insscitiam temeritatemque in alas se attollentis Merulæ. Quid quod addit *proximi abiectitiæ est*, dictionem a se de industria falso adinuentam & cõmutatam, cum *eiectitia* legendum sit, sicut supra & infra quoque legitur, eo vno videlicet consilio, vt de abortu intelligi, si non persuadere, saltem in dubium vertere possit, homo paucarum litterarum, inconstantis memoriæ, nullius penitus iudicii, quamuis ma hæc stultorum more soli sibi contigisse frequenter iactet, cum eis præ ceteris indigeat. Addidit præterea: *Antiqui abdomen vocant, priusquam calleret eiicientes occidere non assuetis.* Ad quorum verborum interpretationem, si Phœbi quoque tripodas consulat,

vix

vix illum puto suffecturum, vtpote quæ sensum nullum verum in se habent. Sed modo inculcet Georgius verba, modo Plinium nominet, satis sibi fecisse videtur. Et sanè iudicio suo confisus, vt primum noui aliquid obiicitur arripit & ad rem suam, quicquid id est, facere iudicat, hinc illi errores, hinc frequentes casus, intolerabilesque obstinati animi furores eueniunt, qui vt tanta ægritudine aliquantum subleuetur, paulumque resipiscat, monendus a nobis visus est, qui Plinium lacerari & corrumpi, tolerare non possumus.

EPITYRVM.

CAPVT II.

Plinius libro 11. capite 24. de diuersitate caseorum: At caprarum gregibus sua laus est in recenti maxime eam augente gratiam fumo, qualis in ipsa vrbe conficitur cunctis præferendus. Ita habet vera lectio, quanquam Merula & in Domitium inrepitet, vbi ille exponit Epigramma Martia:

Non quemcunque focum nec fumum caseus omnem
Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

Iactetq; a se corrigi errorem Plinii, quem ipse deprauat, & multos sibi credentes adegerit, temeratis suis inuentis ad eradendum & demutandum verborum contextum, & rectum Plin. sensum. Inquit enim male legi: *Et caprarū gregibus sua laus est. In recenti maxime*, licque legi debere, *laudatissimum & epityrum gregibus sua laus est Agrigenti maxima*, rem vt temerario ausu prolatam, ab eoque nulla certa ratione assertam, ita & omnino falsam & explodendā. Nam vbi quæso in toto Plinii codice legitur vocabulū illud *epityrum*, quod si Plinio peculiare fuisset, non vno tantum in loco, sed de consuetudine sua in cæteris omnibus eius mentionem pluribus in locis fecisset, & si non alibi, saltem in 28. vbi de medicinis ex animalibus placidis lactis vsu, & caseis, butyro atque adipe, & oxygalacte differit Cap. 9. Vbi cum de prædictis omnibus diffuse tractet, plurima ex antedictis resumens, de *epityro* verbum nullum. Præterea vbi vnquam vidit Merula Plinium ita sibi non constare, vt cum polliceatur libro 11. cap. 42. suprascripto, se dicturum de diuersitate caseorum, insereret *epityrum*, quod non est casei genus, vt se falso asserit legisse apud Varronem, sed *cibi genus*. Ita enim Varro licet corruptus ait apud Plautum, *si vnum epityrum esset insane*, bene *epityrum* vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia vsa. Verba autem sunt Plauti in Milite, vbi inducitur parasitus sic loquens cōtra Pyrgopolynicem. *Periurtorum hoc homine si quis viderit, aut gloriarum plenorem quam illic est, me sibi habeto, & ego me mancupio dabo, si vnum epityra edam apud illum esuriens insane.* Nūquid parasitus prægnans fectus erat Merula, qui vt grauidę mulieres consueuerunt, nouum aliquid semper & extraneum appetētes, *caseum vnum*, & quidē Siculum affectaret? At cur nō potius *insane esuriens* hoc est vehementer, vt Varro exponit, panē aut aliud edu-

lium, ꝙ magis ad manum esset, exoptauit, quo famē sibi eriperet, præsertim cū Athenis, non autē in Sicilia fabula militis acta sit, sed vt reor auaritiā militis & gulā parasiti ostendere voluit. Cū enim parasitus multū famesceret, & vereretur apud militē sibi ad satietē satis cibi non futurū, ꝓpter illius auaritiam, eā maximam cū dicere vellet, timere se ostedit, ne apud militē, ne vnū quidem ederet *epityrum*. ꝙ condimentū est, quasi moreto persimile, vt infra dicetur. Nam ꝙ inquit Merula sententiam suam a dictionis cōpositione iuuari, contra eū facit. Si enim ab ἐπὶ & τυρὸς componitur *epityrum* vt ipse iactat, nihil aliud significabit, quam *ad caseum*, hoc est aliquid vel *supra caseum*, vel *cum caseo*, aut *ex caseo factum*, non *caseum* solū, quanq̄ in afferenda eiusmodi dictionis cōpositione nullum habeat auctorē, sed ex se vt pleraq; alia confingat. Quid porro clamitat Pollucē adducēs, qui inter pretiosa edulia caseū Siculum ponit, o mentis inops, nonne hoc ipsum Georgium insanire conuincit? Dicat enim sicq; ita, ꝙ Siculus caseus inter pretiosa priscorū edulia numeretur, nonne *epityrum* Græcū vocabulum est, vt ipse inquit? nonne Pollux de idoneis vocabulis Græcis omnium rerum disserit? an obsecro de caseo tractans, & Siculi mentionē faciēs, suum, hoc est, Græcū & idoneū vocabulū *epityri* prætermisisset? Imo cum de pretiosis eduliis ageret, si *epityrum* ita laudatissimum erat, siue eduliū, siue caseus (vt hic somniat) intactū reliquisset? Sed nec caseus erat, nec eduliū laudatissimū, atq; ideo dignū non putauit Pollux de eo verbū facere. Caseum autē Siculum non nominauit tātū, sed & *Cythnium* cū de salsugine, & sale *Tragasæo* loqueretur. Sic enim ait. Posteaq̄ de *murenis*, *conchis*, & quibusdā aliis eduliis antiquorum verba fecit. καὶ θασία ἅλμη, καὶ θασίαι, ῥαφανίδες καὶ τυρὸς κύθνιός τε καὶ σικελικὸς καὶ ἅλες τραγασαῖοι, in quibus verbis, nec alibi vsquam *epityri* mentio a Polluce nulla fit. *Caseum* autem *Siculum*, quem nominat, existimare licet potius fuisse *caseum salsum*, q̄ fit in Sicilia nostro etiā seculo ita appellatū, sicuti *Cythniū* & *Creticum*. Sed q̄d hæc ad *epityrum*? Verū (vt vno ictu sternatur Merula) dicat vbi reperit in vrbe Roma fieri *epityrum caseum*, apud quem auctorē id legit? Nam Romæ quoq; necesse est vt fiat, iuxta verba Plinii dicentis. *Qualis in ipsa vrbe conficitur*. Nam cum prius dixisset, *laus caseo Romæ*, deinde addidisset, *Proximum autem & vrbi Vestinum: Crustuminumq;*, subiiciēs postea: *Qualis in ipsa vrbe conficitur* nō de alia vrbe intelligi debet, q̄de ea, q̄ prius nominauit, Roma scilicet. Nā si ad Agrigentū referre voluerit, cū nullibi memoretur non modo epityrū, sed ne *caseus* quidem *Agrigentinus*, peruerse & audacter nimis interp̄tari videtur, estq; penitus abominandus. Lecendū est ergo, vt diximus. *Et caprarū gregib. sua laus est*, in recenti maxime: & merito. Nā cū supra retulisset in genere, *Laus caseo Romæ*. Tū vltetius ꝓcedens dixisset, hunc & Liguria mittit ouiū maxime lactis. Subiecit, & *caprarum gregibus sua laus est* quasi diceret,

non bubus & ouibus tantum, sed etiam capris est laus sua in caseo, maxime in recenti, eam augente gratiam fumo, qualis scilicet caseus in ipsa vrbe Roma conficitur cunctis præferendus: Et hoc est quod Martialis ait:

Sed Velabrensem qui bibit ille sapit: Id est, *qui Romæ fit.* Quod autem, *in recenti* legendum sit, patet tum ex omnibus codicibus, in quibus vera lectio non est deprauata, tum ex cognitione & vsu eiusmodi caseorum caprarum, qui recentes in gloria habentur vsque in nostram ætatem, & Romæ ac per Hetruriam omnem pretiosissimi sunt, cibisque gratissimi, tum etiam asserente Plinio libro vigesimo octauo, capite nono, de quo supra, *caseos non salsos*, id est, recentes stomacho vtiles esse, veteres non ita. Et Varrone libro secundo *de agricultura.* Vbi de lacte, caseo & lana tractat sic dicente: *Est enim lac omnium rerum, quas cibali causa capimus liquentium maxime alibile, & id ouillum, inde caprinum:* Infra autem addit: *Ex hoc lacte caseus qui fiunt maxime, etsi sunt bubuli, & qui difficilime transeant fumi, secundo ouilli, minime cibi, & qui facilime deliccantur caprini. Et etiam est discrimen vtrum caseus molles ac recentes sint, an aridi & veteres; nam mollis sit alibiles magis, in corpore non resides, veteres & aridi contra.* Intelligit ne ex his Varronis verbis Merula, *capras oues* sequi in gloria *lactis & caseis* quem ordinem & Plinius seruauit. *Caseos* vero recentes magis commendari, quia sint *alibiles* & in corpore *non resides*, veteres & aridi *contra.* Si ergo *recentes* alibiles magis sunt, & stomacho vtiliores, quid mirū si gratiores & laudatiores? Sed quo Meruliæ ita os occludatur, vt cantare nunquam amplius audeat, suis armis iam iam fiet, qui contra se sentētiam tulerit o vecors animal & immemor, quanquam memoriam sibi æternam arrogare soleat. Nonne correxit ipse Columellam, & Catonem de agricultura? certe. At quomodo ita delirus factus est, vt cum in his legerit: *Epityrum* fieri ex confractis oliuis, & modum quo fieri debeat, tanquam quod cibi & condituræ, non *caseī* genus sit, nunc velit *caseum* esse? An obsecro ex oliuis quoq; feniculo, ruta, menta, & coriandro sit *caseus* Georgi? Sed vt opinor prius deprauauit Merula Plinii verba quam legisset Columellam, & Catonem. Ideo vt errorem suum aliquo modo inumbraret: in additionibus per eum factis veriq; auctori, in quibus exponi a se dicit quædam ignotiora illorum vocabula, dixit, *epityrum fit ex confractis oliuis*, quanquam sine e censemus legi debere *pityrum.* Quid ais Merula? duos nobilissimos auctores ita corrumpere audes inani & falsa quadā tua opinione, vel (vt rectius dicatur) machinatione atq; obstinatione? Nā certo scio nisi in Calderinū tā ꝓfusis habenis impetū feciſſet, & corrigi a se Plinii errorem exclamasset, hocque literis sempiternis mandasset, facile mutarer sententiā & recantaret Merula, nec inuitus toleraret, imo assentiret, vel integris incorrectissimi Plinii sui literis. *Caprarum gregibus* legi debere, non *epityrum.*

Sed non tam præceps in obiurgando alios, deprauandoq; veroscodices esse didicerit, cum hoc solo errore, hac sola iniuria in Plinium, hoc vno damno bonarum literarum, plus sibi dedecoris paranerit quam laudis ex vniuersis in Iuuenalem cõmentariis suis, quibus tã elatus amensque factus erat, vt se ex illis & Crœsi diuitias & Herculis gloriam consecuturum iam speraret. Vt vero nullus ei prorsus latebrarum relinquatur locus, manesque & futiles quoq; illius machinationes de medio tollantur, addendum hoc etiam videtur. Ait homo parum diligens, & in reprehendendo nimium velox & acer, existimare se *pityrum* sine est legi debere, hoc autem ipsum illiteratum penitus, & Græcæ eruditionis expertem ostendit. Nam quid *pityrum* significet minus adhuc intelligere verbis illis confitetur, vt re ipsa est. Quod si legisset apud Suidam in Etymologico, πιτυρον, ἀπὸ τοῦ πτίσσω fieri, hoc est, pityrum a verbo πτίσσω quod est frango, & esse κοπανισθὲν τῆς κριθῆς, id est, *fractum hordeum*, hoc est, *ptisanam*, non genus illud eduli ex oliuis fucniculo ruta, menta & & coryandro confectum, de quo inquit Cato & Columella, nimirum tantam insciriam suam non detexisset, sed semel errasse & grauiter quidem contentus silentium egisset. Latet ergo Merula, & vbi docti viri sint, nunquam hiscere audeat, nisi se velit Plinium eiusque studiosos meritas tantorum criminum pœnas exigere.

SCHEDA.

CAPVT III.

Plinius Libro 13 Capit. 11. De gummi generibus & papyro, prius tamen quam degredi mur ad Ægypto & papyri natura dicetur, cum charta vsu maxime humanitas vita constet & memoria. Et hanc Alexandri magni victoria repertam. Auctor ipse Marcus Varro condita in Ægypto Alexandria, antea non fuisse chartarum vsum, palmarum folia primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cepta aut ceris. Hæc Plin. Georgius vero Merula nouarum semper rerum inuentor, lectionis Plinii non minus destructor, q̃ eius doctrinæ & gloriæ inimicissimus, & studiosorum laudi inuidentissimus, Phœnicé se vel candidũ cygnũ existimatũ iri putans, si de suo noui aliquid afferret, nõ dubitauit tanti auctoris veram reclamq; dictionẽ deprauare, & bonarum literarum cultores, non mediocri damno afficere, cum vbi *ceris* legitur, ipse non *ceru*, sed *scenis* legẽdum cẽseat, cum in Calderinum dicit putare se *scedam* esse foliũ chartæ, vt vulgus ait, quam rẽ etiam ex Plinio colligit, vbi hæc scribit: *Postea publica monumẽta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cepta, aut scedis.* Collegisti tu Merula, hoc ex Plinio fortasse ex tuo, cuius ne decimam quidem partem recte scriptam affirmauerim, ita vbique mendis apertissimisque erroribus scatet quanquam tu illum pluris pene quam aqualiculum tuum facias,

pro

pro quo doctus nemo nebulæ cyathum daret, tibi vero perquam belle cõuenit qui libro ipso mendosior etiam existis. Sed esto, Codex tuus ita habeat, sit ea *sceda* figuificatio, quam tu dicis. Siccine ingenio cares, & iudicium amisisti, quo te iactare semper consuesti, vt non videris Plinium sibi contraria loqui, si *scedis* legeris, quippe qui prius dixerit, chartam auctore Varrone repertam Alexandri magni victoria condita in Ægypto Alexandria, antea non fuisse chartarum vsum? subdideritque quibus in rebus primo, hoc est, ante inuentam chartam fuerit scriptitatum. Si ergo nondum erat charta, cum in arborum libris, plumbo & linteis scribebatur & tu addas *sceda*, quod per te folium est chartæ, non vides te Plinio sibi contraria dicentem facere? Quis tam vecors amensq; ac sine vllo penitus iudicio est, vt Georgio similia proferat, nisi qui vel ignorantissimus sit, vel bonarum literarum studiosis, ita inuideat, vt tolerare non possit, Codicem vllum nisi peruerse laceratum & mendosum reperiri *Caris* igitur docti omnes legent & non *scedis*, dictionem sensui præcedentis lectionis Plinii consentaneam, & a rei veritate manantem Quis enim ignorat præter Georgiũ, apud antiquos nondum reperto chartarum vsu sicut in arborũ liberis, plũbo, & linteis, sic etiam in *caris* scriptum esse? An pauca eius rei sunt exempla, quale illud Ouidii *verbaque correctis incidere talia caris*, & alia innumerabilia, quæ subiicere talia tædiosum esset. Sed quæ clarior exhiberi posset expositio, quam a Plinio subdita, cũ vix bene expressis *caris*, addidit, *Pugillarium* enim vsum fuisse ante Troiana tempora inueuimus apud Homerum: quasi diceret, nec mireris quod *caris* dixerim, quia *pugillares* quæ & *cæræ* sunt in vsu fuerunt ante Troiana tempora. Quod autem *pugillares cæræ*, sint, cõfirmat cum Laurentius Vallẽsis, per quem Latine loqui didicimus, tum Plinius secundus in Epistola ad Cornelium Tacitum dicens, *Ad retia sedebam. Erant in proximo non venabulum, sed stylus & pugillares, meditabar aliquid, & notabam, vt si manus vacuas, plenas tamen cæras reportarem.* De hoc autem non agemus pluribus, ne verborum prolixitate malitiam illius æquare iudicemur. Verum quid miselluς inquit, cum dicit *scedam* nunc folium chartæ esse, nunc stratumina corii, quibus latitudo chartæ augebatur? sic addens, quam rem parum intelligentes correctores Plinii veram & frequentem lectionem deprauarunt, cum in codicibus manu scriptis, vbi habetur: Igitur secundo cõtrario *stratumina* facta sunt, correctores quidam *scamina* fecerint. O vtinam nunquam tu magis Plinium deprauasses ceterosque libros, in quibus manum posuisti sub correctoris nomine. Quid strepis hutusmodi verborũ repugnantia, nescis eum merito ab omnibus damnari, qui repugnatia loquitur. Quæ autem magis inter se repugnant, quam quę tu dicis? Si enim folium chartæ est *sceda*, quomodo dicis esse *corij* stratumina, quæ istiusmodi est inconstantia? quæ insciti? Sed vbi qęuso

scedam esse folium chartæ didicisti Merula? Ex Quintiliani verbis (si a te satis intelligitur) quid mirum qui peruersi adeo sis iudicii, vt *scedis* pro *caris* legendum putes, & modo tibi in mentem veniat, *Merdulam* pro *Merula* sis lectutus? At idem a ceteris non intelligitur, nisi vnum te existimas, sicut ceteris ingenii crassitudine & maledicentia præstas, ita & doctrina & sapientia omnes superare, id q a te multũ abest. Sed cognosce nunc miselle errorem tuũ, & fatea re tandẽ, Pliniũ non intellexisse, de *papyro* & *chartis* scribẽtem. Dicimus enim *scedã* fieri a verbo Græco σκεδάζω, quod significat *spargo*, siue *fundo*, & fuisse allinitionem sine glutinamentum illud, quo stamen & subtegmen chartæ conglutinabantur, dictũ q eo infunderetur alliniretur q; tabula papyri, cum texebatur. Plinius libr. 13. cum de papyro scribit, ita ait: *Texuntur que omnes tabulæ madentes, Nili aquæ: turbidus liquor, vim glutini præbet, cum primo supina tabula sceda allinitur longitudine papyri, quæ potuit esse segminibus vtrinque amputatis, transuersa postea crates peragitur, premuntur deinde prælis & siccantur sole, atque inter se plagulæ iunguntur.* Et paulo post. *Sed ratio deprehendit vitium vnius scedæ reuulsione plures infestante plagulas*, hoc est, reuulsione glutinamenti vnius scilicet plagulæ, plures infestante plagulas, quod facile prius poterat reuelli quia scabra charta erat. Ideo Plinius subiunxit: *Scabritia leuigatur dente concauo.* Vbi aduertendum est *plagulas* scribi debere, vt habẽt codices veteres, nõ *paginas*. Nam Plinius prætenues & latissimas papiri filuras contextas, a similitudine *plagæ*, hoc est retis, *plagulas* appellat. Et ideo superius dixit: Atq; inter se plagulę iunguntur a proximarum semper bonitate, diminutione ad deterrimas, nunquam plures scapo quam vicenę. Hanc *scedam* & corium Plinius appellat, cum ait: *Primatum mutauit Claudius Cæsar, nimia quippe angusta tenuitas tolerãdis non sufficiebat calamis, ad hoc tramittens literas liturae metũ asserebat aduersis.* Et alias: *In decoro visu pertrãslucida igitur & 2do corio stamina facta sunt e primo subtegmine, auxit & latitudinem, pedalis erat mensura, & cubitalis macrocolis*: Quorũ verborum sensus hic est, q a charta angusta nimiũ tenuis & ptranslucida erat, alterũ stamẽ a primo subtegmine q superius cratẽ appellat, secundo glutinamento siue allinitione Claud. Cæsar fieri iussit, latitudo quoq; tabularũ, q̃ pedalis erat & marocrolis, id est, latiorib. tabulis cubitalis, aucta est. Et Vitruuius cũ de tectoriis scribit, h.e. quo pacto dealbantur parietes, allinitionẽ tectorii, coriũ appellat his verbis: *Cũ igitur in parietibus tectoria facta fuerint (vti suprascriptũ est) & firmitatem & splendorem & ad vetustatem permanentem virtutem poterunt habere. Cum vero vnum corium arenæ, & vnum minuti marmoris erit inductum, tenuitas eius minus valendo faciliter rũpitur.* Hinc igitur *scedam* pro *pagina* accepit Martialis cum ait:

Ohe iam satis est, ohe libelle,
Iam peruenimus vsque ad vmbilicum,

Tu

Tu procedere adhuc & ire queris,
Nec summa potes in sceda teneri,
Sit tanquam tibi res peracta non sit,
Quæ prima quoque pagina peracta est.

Inquit enim, tu vis ire vlterius libelle, nec potes teneri in extrema parte paginæ, tanquam rem non perfeceris, quam etiam in prima parte paginæ perfecisti, hoc est, expleuisti statim lectorē. Et Quint. libro primo, cum de historiarum enarratione loquitur *scedas pro paginis* non pro *folio chartæ*, vt somniauit Merula, posuit, de contemtissimis enim auctoribus loquens ita scribit: *Nam qui omnes etiam indignas lectione scedas excutit, antiibus quoq; fabulis accommodare operam potest, id est, qui omnes etiam indignas quæ legantur paginas euoluit.* Inuenitur etiam *schedion* cum aspiratione genere neutro, & significat, quicquid subito & ex improuiso factum est, vt scribit Suidas ἀπὸ τοῦ σχεδιάζω quod est *aliquid de improuiso facio*, vel *inconsiderate scribo aut dico*, vt inquit Theodulus. Et hinc Apuleius in Deo Socratis *schedicum sermonem*, hoc est, extemporalem & incōditum appellat, vbi impressores errauerunt, nam *scedicum* pro *schedicum* fecere. Et Festus mala poemata *scedia* appellari scribit. Dicitur & *scedia* genere fœminino, & significat genus nauigii inconditi & celerius facti vt idem Suidas & Festus meminere. Nam quod vlterius garrit Merula sibiipsi nō cōstans, *scedā* putare se esse statumina corii, quibus latitudo chartæ augebatur, insaniam suam delirantis patefacit, nec verba Plinii, nec seipsum intelligit, & quod peius est, veram & integram Plii lectionem corrumpit, cum pro *stamina statumina* clamat legi debere, estque ita mente captus, vt inuitet diligentius hæc cognoscere volentes, ad lectionem Vitruuii & Palladii, quorum verbis & sententia conuincitur ignorare quid dicat, cum *statuminis* nullibi meminerint, sed *statuminare & statuminationem* scribant, quæ nihil ad sensum Plinii faciunt, nec etiam *statumen* si inueniretur. Verum ponam eorum verba a Georgio de industria prætermissa, vt quæsita inde dictis suis fide, redargui non possit. Vitruuius libro septimo de crudatione pauimentorum sic: *Coxationibus factis, si erit silex, si non palea substernatur, vti materia a calcis vitiis defendatur, tunc insuper statuminetur, nec minore saxo, quam quod possit manum implere. Statuminationibus inductum rudus si nouum erit ad tres partes vna calcis misceatur.* Palladius titulo nono, *de hybernis & æstiuis mansionibus & pauimentis sic: De acerno, aut fago, aut fraxino diutissime tabulata durabunt, si stratis super paleis vel silice, humor calcis nusquam ad tabulati corpus accedat, tunc superstatuminabis rudus, id est, saxa contusa duabus partibus, & vna calcis temperante cōstitues.* Hæc sunt vtriusque auctoris verba, quæ quantam ad *scedas* faciant seu tabulas papiri texendas, omnibus doctis iudicandum relinquimus, vtque non negamus inueniri *statuminare & statuminationem* in paui-

mentis, fieriq; *a stando* sicut & *stamen*, sic censemus Plinium non *statumina*, sed *stamina* dixisse, cũ inquit: *Igitur & secundo corio stamina facta sunt e primo sub tegmine.* Quis enim nisi sui oblitus, vt plerũq; est Merula, aliter legat, quam *stamina*, cum videat Plinium addidisse & subtegmen, quod stamini subiicitur, vt elicitur ex Varrone dicente *stamen a stando*, quod eo stat omne in tela velamentum. *Subtegmen* quod subit *stamini*, & Ouidius:

Tela iugo iuncta est stamen secreuit harundo
Inseritur medium radiis subtegmen acutis.

Audis Georgi quæ dicit Varro, & quæ de tela Ouidius tam pulcre depingit, vis ne tu subtegmen papiri subire statuminationi saxorũ contusorum & calcis? etsi addendũ est aliud stamen supra primum subtegmẽ papiraceũ, id fiat ex lapidibus, vel coriis, vt tu putare videris? Non intelligis Plinium dicentem: *Texunturq; omnes tabulæ* & infra, *sceda allinitur longitudine papiri, & transuersa postea crates peragitur.* Quomodo vis esse statumina corii si texuntur? quomodo corii si Plinius dicit lõgitudine *papiri*, an cæcus es factus, vt non videas. Videtur ne tibi *papirum* esse corium vaccę, aut bouis. Quomodo autem vis transuersam cratem peragi, nisi ea fiat ex *papiro*? An obsecro vis Didonem imitari, & corium subtiliter incidere ad faciendam cratem, quæ postea vocetur *papirus*? Nec illud profecto potes dicere statumen esse corium, hoc est, allinitionem pauimentorum, cum tu statumina corii dixeris, quæ duo vocabula idẽ per te significãt. Deinde si allinitio est statumen, quomodo allinitione charta augebatur? Ita enim dicis, *quibus latitudo chartæ augebatur.* Ad hæc vbi statumen in hoc significatu inuenisti? nullibi certe, quod si inueniretur, ex sententia Vitruuii esset calx ruderi admixta, quo pauimẽta fiunt. Verum quid hoc ad chartam? Vah quis vnquam credidisset Merulam ad hoc insaniæ peruenisse? sed inde omne malum effluxit, quod tantum sibi credit? tantam habet subitis inuentis suis auctoritatem, tam efferatæ est in omnes inuidentiæ, vt cum primum noui aliqui commentus est, comprobet, amplexetur, exspuatq; in aliorum etiam se longe pręstantiorum despectum, & contumeliam, qui sicut imprudenter & inconsiderate sertur, sic frequenter, & grauiter cespitare & cadere consueuit.

COPTA RHODIA.
CAP. IV.

SEd proh Deum fidem, qui fieri potest, vt homini huic alias non parum studioso, sibi vero tantum assumenti, quantum alius nemo, adeo vel ingenium vel prudentia plerumque deficiat, vt imperitissimi similis videatur? Nam reprehendens Calder. quod *coptam rhodiam* dixerit panem esse durissimum, qui e Rhodo mittebatur, ipse auctoritate Athenęi, Suidæ atque Aristophanis fretus, nunc placentæ genus esse inquit, nunc curricula, qualia pistores dulciarii & faciunt & vendunt ante sacras ædes festis diebus, quæ exposi-

tio vel fibi ipſi contraria, vel falſa eſſe perſpici poteſt. Siquidem curricula, de quibus Georgius ait, placentas non eſſe, manifeſtum eſt, nec placentas curricula, atq; ex hac parte cõtra dicere ſibi Georg. interpretationem apparet. Falſam quis neget omnino eſſe: ſi modo verba Mar. præponeret dicentis:

Peccantis famuli pugno ne percute dentes,
Clara Rhodos Coptam quam tibi miſit edat.

Nam quæ obſecro eſſet animaduerſio in famulum peccantem, ſi placentæ, quæ teſte ipſo Georg. in commentariis Iuuena. delicatiores pane ipſo ſunt, & vt Cato in re ruſtica ſcribit ex ſiligine, alica, melle, caſeo recenti, & oleo vncto fiebant, vel curricula, qualia piſtores dulciarii faciunt, illi apponerentur pro admiſſo? non ne potius gratum illi fieret, qua iniuria, & Mar. diſtichõ ſalis nihil haberet? Quid quod Merulam probe effingens garrit Suidæ & Ariſtoph. auctoritatem adducens nihil penitus ad rem ſuam faciẽtem? cum illi περὶ τῆς ἀμαξίδ' & tantum loquantur. De Athenæo vero nihil aliud dicit, niſi nomen id compoſitum ſolum κοπτοπλάκους, quod quid ſignificet, ipſum affirmauerim ignorare, maxime cum ex illo expoſitionem, & quaſi ſignificationem *Copta* elicere velle videatur, quo nihil remotius: cum per κοπτοπλάκους Athenæus placentam intelligat, quæ ſua duritie dentes comedentium pulſet, vel per antiphraſin quod infrangibilis ſit. κόπτω enim non ſolum ſignificat incido, verum etiam pulſo & percutio, vt Suidæ placet, ex quo verbo ſit κόπτης κόπτη κόπτον, & epitheton eſt tam *panis* quam *placentæ*. Itaque dicimus Martialem *coptam* appellare genus quoddam placentæ vel panis, qui apud Rhodios fiebat ingratiſſimus in cibo propter duritiem, & ideo Martialis dari ſeruo peccanti iubet, alludens ad ſignificatum verbi κόπτω. Hunc panem Rhodiũ Pollux ἐγκρὶς appellat, quod in craticula ſiue foco torretur. Calder. igitur expoſitionem veram & acuram eſſe, Georgium vero haud magni eſſe iudicii nec exactæ prudentiæ, facile omnes iudicare poſſunt.

COPHON PROSOPON.
CAPVT V.

QVid vero magis oſtendere poſſet in eo, de quo dicimus Georg. perquam obtuſum, ne nullum omnino dicamus ingenium, quam cum eundem Calde. mordens in expoſitione vocabuli Mar. quod eſt *Cophon proſopon*, poſt tot ambages, totque Ariſtophanis & Ciceronis ab eo adducta verba, nihil ad propoſitum facientia, ſed ad iactantiam tantum inculcata tandem ſubdidit: Senſum Poetæ cum dixit, *Cophon* Paula *proſopon* amat, hunc eſſe videlicet, oſtendere Paulam occultum quendam habere amatorem qui ſub alterius perſona, quæ muta ſit, rem agat, & pulcerrime de amore in Comœdos loquens ſubiunxit mutam illam perſonam, quam Græci *cophon proſopon* appellant amari. Proh Iupiter qualis eſt

isthæc interpretatio nonne puerilis & insulsa. At cur non potius sub propria & non alterius persona, occultus ille amator rem agat, quando occultus & mutus omnino remanet, quam geminum *cophon prosopon* efficere amatoris scilicet, & alterius personæ mutæ? sed non mirum est, cæcum sæpius in foueam decidere. Nam si vel minimum ingenii Merulæ contigisset cum Mart. Epigrammata habeat.

Comœdi tres sunt, sed amat tua Paula Lupercæ
Quatuor, & cophon Paula prosopon amat.

Ni mirum hunc potius verum sensum affirmasset, Paulam scilicet amare quatuor comœdos, & quia lex comœdiæ esset, vt drāmata tres personæ solæ agerent, vt inquit Diomedes, quarta muta induceretur, quam *cophon prosopon* appellabant, voluisse Martialem iocari in legem & quasi Paulam excusare, quod legem comœdiæ non præterieret, amando quatuor comœdos, quoniam amaret etiam quartam personam, quæ *cophon prosopon*, hoc est, muta persona in dramatibus dicebatur. hanc enim Martialis mentem fuisse, nemo doctus dubitare potest, Georgii vero expositionem futilem & ineptam.

POCVLVM NESTORIS
CAPVT VI.

NEc minus imperite & insipide, duos illos Mar. versus exposuit:

Hic duo longæuo consentur Nestore fundi,
Pollice de Pylio trita columba nitent.

Quem post tot exclamationes, cōmiserationes, deplorationes, Latinæ pariter & Græcæ linguæ editas in Calderinum, post tam difficilimarum quæstionum, vt ipse iactat, lōgissimam interpretationem, nihil aliud tamen, quam Eustathii verba ipsa cōtinentem, de varia Grammaticorum opinione, circa ansas, fundos & columbas *Nestoreos poculi*. Demum cū de suo esset aliquid additurus, de more ita cessauit, vt os etiam sibi cōfregerit, & velens exponere sensum duorum carminum sepidissimorum, ineptissime addidit: Ergo cum de positione duplicis fundi & columbis quæ in ansis inerant, variæ & dissidentes sententiæ Grammaticorum forent, dixit, Nestora cessisse geminum esse fundum. Hoc idem de columbā intelligēdum est, quam senis pollice tritam dicit. Hæc Georgius. Cur autē & nobis non licet aliqua in parte, si nō adeo, exclamare, saltem exprimere quod sentimus, & Grammaticulum vel potius Grammatistam vel insciticæ vel leuitatis accusare? qui velut prægnantes & tumidi montes murem effudere, & quod in aliis damnat insciti se manifesto teneri ostendit. Quænam est obsecro istiusmodi expositio? cum apertissime se Martialis aliter declaret intelligere? Narrat enim Euctum laudare solitum Archetypos suos tot verbis vt Martiali ipsi odiosus fieret, cum ostendens illos, vt maiore laude & pretio dignos faceret, sic dicere consueuerat: *Hæc fuerunt pocula,*

pecula, quibus rex Laomedon potare solebat, h.e fuit crater, quo Rhetus centaurus cum Lapithis decertauit, qui a pugna cum missa adhuc ist lasus, hic est scyphus, quo Nestor vtebatur, haec fuit patera e qua bebat Achilles, vt ab antiquitate scilicet & dignitate eorum, qui illa possederant, magis pretiosa haberentur. Cum ergo de *scypho Nestoris* loquitur, sic inquit: Hic scyphus, in quo duo fundi sunt, Nestoris fuit, & attritio istius columbæ, a manu & digito Nestoris facta est, & hac de causa censetur, hoc est, in pretio est, vt alio loco censetur apponi Liuio suo tellus. Nam quod, nisi absurdū. & præcedentibus non consentaneum esset, si discedens a proposito de gariulitate ducti stemmata argenti sui narrantis & extollentis, ad Grammaticorum disceptationem se conuertisset, & vt Georgius vult, per Nestoris iudicium, qui illos per quam plurimos annos antecessit, cōtrouersiam huiusmodi definire vellet? Explodendam itaq; ineptissimam & falsam ipsius interpretationem censemus, & sensum duorum versuum non alium esse, quā supradictum est.

PAROCHVS.

CAPVT VII.

ARguens præterea Calder qui Nonio Martinitatur ad ostendum, quid *Parochus* esset, & de Nonio ipso loquens Georg. inquit: Sed velut irridens sic ait de quodam, hic enim omnia erat, idem lacerdos, Prætor, Parochus denique idem senatus idem populi caput. Hūc enim significat fungentē omnibus superioribus magistratibus, vno & eodē tempore. Deinde infra subdit: Hortū erat, publice magistratibus præbenda conducere. Vnde ventidiū velut *parochū* scribit Gellius victum sibi ægre quæsisse, eumq; sordide inuenisse cōparandis mulis & vehiculis magistratibus, q fortiti prouincias forēt pbenda publice cōduxisse. Hoc idem ex Horatio colligimus, cū ait:

Proxima Campano ponis quia villula tecto
Præbuit, & Parochi quam debent ligna salemq;.

Et alio loco: *Vertere pallor tū Parochi facie.* Græce quoq; ipsi hac dictione in hoc significato vtuntur. In tot hominis ambagib. quinq; nobis stephensione digna videtur; Primū q dicit Nonium significare eiusdē fungentē omnib illis magistratibus eo dē tēpore, in quib. & *Parochū* numerat, cuius officiū fuisse illico subdit, vt conduceret publice magistratibus pbenda, nam hoc Nonius nō dicit: præterea q magistratus, quisve dignitatis gradus poterat esse *Parochus*, si eius officiū erat conducere magistratibus pbenda? imo mihi quidē seruitus, & abiectissimū ministeriū potius videtur fuisse, q̄ magistratus. Secundū q *Ventidiū* velut *Parochū* scribere Gelliū asserit victū sibi ægre q̄sisse, cū is sordide inuenisse, nonne in his verbis desipere videtur, q mō velit *Parochū* magistratū esse, nūc cū, q sit *Parochus* ægre & sordide sibi victū q̄rere & inuenire? Tertiū q maiore animaduersione indigeret, mea sententia quoq; Mer. fallarii nota asficiēdus esset, cū affirmare audeat Gelliū scribere de Vētidio, q velut *Parochus* sibi victū ægre q̄siuerit & inuenerit, cū *parochi* mētio nulla a

Gellio fiat penitus, sed ipse impudenter *parochum* illius verbis annectit, vt inde dictis suis aliquam fidē quærat vanis alioquin & insulsis. Quartū quod homuncionem cōuincit vel literas ignorare, vel iniquo admodū esse animo, cum inquit, colligere se idē ex Horatio. Nam quicquid horū Acron & Porphyrio dicunt de *parocho*, nihil ad expositionem Georgii facit. Nec ingeneratum aliquē designat, nec *parochi* fuisse migrantibus præbenda conducere. Sic. n. Acron ipse exponit: *Parochi genus officii, qui solent peregrinis salē & ligna præbere.* Porphyrio autē sic: *Parochi autē copiarii ἀπὸ τοῦ παρέχειν ab exhibere, hodieq; etiā copiariis præstantur, hæc iis, qui Reipu. caussa iter faciunt.* Hæc nihil ad propositū Georgii dicentis, *horum erat publice magistratibus præbenda conducere*, quod qui non videt, nihil videre iudicari potest, vel rudi ingenio admodum esse. Quintum quo Merula ad præcordia vsq; transfigitur, quando Græcos quoq; ipsos leuissimus iactat hac dictione in hoc significato vti, cum id apud Græcos nunquam legerit, imo vt est apud Suidam παρόχος dicatur ὁ ἀναβαίνων εἰς τ' ὄρμα, id est, *ascendens in currum*, & παρόχοι οἱ παρακύμφοι παρ' ὀχεῖσθαι, hoc est, *quia assistant & vehantur in curru*, cum ὄχος & ὄχημα, *currum* & *vehiculum* significet, vt idē inquit: quam deriuationem & Nonius confirmat, cum dicit: *Parochos* a Græco tractum est nomen, quod vehicula præeat. *Ochemata* enim Græce, Latine vehicula nuncupantur, quæ dictio *ochemata*, quia librariorum inscitia deprauata erat, & factum hoc *schemata*, non potuit a Georgio comprehendi, quamq̄ vehiculorum nomen illum mouere poterat, nisi prorsus deliraret. Ideoq; in expositione vocabuli Noniū omnino suppressit, & verba Varronis per Noniū allegata ipsi Nonio asscripsit. Nec tamen negauerimus, *parochum* etiam *exhibitorem* significare, vt Porphyr. inquit: aut genus officii quod magistratibus paret, vt Nonius. Et illos *parochos* appellatos dicimus, ad quos in prouinciis magistratus populi Romani diuertebantur, qui reipubl. gratia iter faciebant, quos Cicero in libro. 3. Verrinarum *hospites* appellat, quo in loco clare cognoscitur fuisse homines in prouinciis per vicissitudinē constitutos, qui magistratus Rom. reipublicæ caussa missos hospitabantur. Sed græcissantē Grammatistam non decuit Græcā nominis Etymologiam, variāque significationē ignorare. In qua Calderinum tanq̄ incuriosum mordēs, ipse magis accusandus cœcitatis fuit. In ceteris autem deceptum fuisse credimus, præcipue auctoritate Gellii, quē sibi persuasit *parochum* in Ventidio notare voluisse. Indeque omnis mali labes processit, sicuti in nō parum multis ei plane accidisse dignoscitur.

ANCILLARIOLVS.
CAPVT VIII.

QVale est illud, in quo se illiteratissimo & insano cuiq; similē ostendit, cum in eundē Calderinum super disticho, quod est,

Ancil-

Ancillariolum tua te vocat vxor, & ipsa
Lecticariola est, estis a laude pares, Ita inquit: Ergo humile & seruile nomen est *ancillariolus*. Audi Senecam in libris de beneficiis hæc scribentem: *Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienæ vxori annulum præstat: hunc matronæ & sordidæ libidinis, & ancillariolum vocant. Inde certissimum sponsa aliorum gentis est adulterinum*, &c. Deinde addit. Hic igitur erit sensus. *Vxor tua o Alaude, quemadmodum solent matronæ Romanæ, quod nulla amica te insignem feceris, nec alienæ vxori annulum præstiteris Ancillariolum, & sordidæ libidinis vocat*, vtpote existimans parum firmum matrimonium, quando prius nulli certo amori te addixeris. In vxorem autem recte poteris conuicia regerere, si eam appellaueris *lecticariolam*, vt quæ certum nunquam amatorem habuit. Et subdit, sed *ancillariolum* ab *ancilla* deriuari puto, dum prostitutam & lenoni seruientem significat. Proh Iupiter, quo insaniæ processit hic Merula? videtis ne, vt quotiescunque sententiam suam ingerit, turpiter cadat, & a laruis agitetur. Et de consuetudine sua, quia in Senecam incidit, illius verba arripuerit, & ea quam primum iudicauerit, ad rem suam facere, ac illis elatus quicquid dixerit ab oraculo acceptum putet? Clamat enim vix bene viso Seneca: *Ergo humile & seruile nomen est Ancillariolus?* quasi dicat imo magnæ cuiusdam dignitatis. Eo ne magnę Georgi, quia Senecam nominaueris? propter quem tibi non aliter omnes cedere velis, quam sibi illi Plautinus Mercurius Ioui subministrans? Sed quid miselle inquies, si Calderinus ita responderit, humile profecto, & sordidum, eiusdem Senecæ testimonio, quo tu adeo intumescis, qui ita in integro codice habet: *Hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, & ancillariolum vocant.* In qua compositione, augeri orationem nulli erudito dubium est. Si ergo post humilem addidit sordidæ libidinis augens videlicet & detestans, qui talis esset, quid cum adiicit, & *ancillariolum* tibi significare velle videtur, an spectatæ virum dignitatis? Imo equidem humillimum & abiectum, Id quod rute ipse vecordissime Georgi declaras, cum nondum ad metam profectus, sed eodem diuino furore percitus, ea subdis. Sed *ancillariolum* ab *ancilla* deriuari puto, dum prostituram & lenoni seruientem significat. Quæ est hæc inconstantia? quæ cæcitas, vt modo vnum dicas, modo aliud tibi contradicens? Sed quid de sensu dicemus, quem districho non illepido oscitabundus ascribit, tam districho conuenientem, tanquam poetæ menti consimilē, quā Luscinię vel Cygno Merula est, quorum nihil penitus habet. Nam vt Senecam vidisse se ostenderet ab aliis multo ante perlectum, quoquo modo siniſtra opinione sua potuit ei sensum Martialis applicare conatus est peruerse admodum & inscite, quam rem secunda pars expositionis ipsius docet, ne aliunde rationes aucupemur. Non potuit enim non repugnan-

tia & a vero sensu aliena, vel breui oratione connectere, si quidem dicit, vxorem Alaudæ, quod is nulla se amica fecerit insignem, nec alienæ vxori annulū præstiterit, *ancillariorum*. & sordidæ libidinis illū vocare, vtpote existimans parum firmū matrimoniū. Et addit, q̄ is in vxorem recte poterit conuicia regerere, si eam appellauerit *lecticariolam*, vt quæ certum nunq̄ amatorem habuerit, quæ expositis, verbis Martialis nō modo non conuenit, sed contraria quoq; est. Nam non dicit Martia. Alaudæ quod vxorem *lecticariolam* appellare debeat, imo dicit quod est *lecticariola*, h.e. quod per lecticas quę meretricum sunt, graditur. & se volentib. supponit, ipse vero similiter accedit ad ancillas & prostitutas, & ob hoc pares sunt, quia ille alias ineat, illa ab aliis ineatur. Hic est verus Mart. sensus, conueniens eius verbis, non alienus a sententia quam tangit Seneca, quando matronæ Romanæ *ancillariolos* eos viros dicerent, & sordidæ libidinis, qui nulla se amica fecerunt insignes, nec alienas vxores solicitauerant. Nam qui horum contrarium se nobiles facerent, eos humili animo esse, & ad prostitutas & ancillas tantum ire existimabant.

DAMNATA SPONGIA.
CAPVT IX.

QVale & illud, quo in Calderinum exponentem duos versus Epigrammatis Mar.

Quod fiat infelix damnata spongia virga,
Vel quid cana, canis, iuncta q̄, testa via.

Id dicit, quod in eum iure melius dici posset, hoc est, similis hic videtur homini per tenebras ambulanti, & quicquid occurrerit apprehendenti, & proinde nonnunquam grauiter ac turpiter casum facienti. Nam post Senecæ verba de *spongia damnata virga* ab eo adducta, vt primum sententiam suam exprimere tentauit, ex ea Georgium qui nunquam vidisset, cognoscere manifeste posset, totus enim sibi similis est, totus vanus, totus rudis, nam dicit: Hic ergo videtur sensus Poetæ, vt intelligat de cœna illa e pipara, nihil superaturum, quod sit aut custodi infelicis spongiæ dandum. Nam loca illa vbi solent saturi ventrem exonerare, mendici sæpe obsident, nec non & canes comedunt, hoc est, agentes vitam cynicam, aut testa iuncta viæ, hoc est, egeni stipem quærentes in marginibus viarum. Deinde addit: Tertullianus in Apologetico scribit, morem fuisse bestiarijs suprema cœnantibus, in publico discūbere. Quare per *spongiam damnatæ virgæ*, bestiarium capiemus, cui in publico discumbenti bestiis obiiciendi foret nihil reliquiarum quod de illa cœna dari posset. In qua nugarum implicatione, & falsa atque inconstanti interpretatione, hæc reprehendenda censemus: primum cum, inquit, nihil superaturum de illa cœna quod sit custodi *infœlicis spongiæ* dandum. Dicat enim vnde hanc expositionem traxerit, hic qui merito spongiæ illi custos dandus esset, eidem-

eidemque propter oris & totius corporis fœtorē q̃ belle conueniat, nō a verbis Martialis, qui custodem nulla in parte nominauit, nō a Seneca, qui in declaranda *spongia damnata virga* nullibi custodem spongiæ memorauit. Imo inquit, quod nullum aliud Germano illi, qui ad spectacula parabatur, dabatur sine custode secretum, id scilicet ostendens, quod nullus ibi custos erat. Vnde igitur custodis nomen elicuit Merula? Profecto ei quoq; tam ignotū esse, quam nobis existimamus, quod & ipse vt nunquam sibi constas, nunquam eadem in sententia perstans, aperte commōstrauit, subdens: Quare *per spongiam damnatæ virgæ, bestiarium capiemus*, & quæ sequuntur. At cur non te potius pro bestiario habendū censebunt omnes, cui nihil prudentiæ, nihil memoriæ, nihil doctrinæ relictum est, qui totiens inter se dissidentia coniungis? Porro vbi nam commentus est sensus illos tam exquisitos, tum spongiæ custodis, qui sint mendici obsidentes loca, vbi ventet exoneratur, tum canum, qui sint cynicam agentes vitam, tum testæ iunctæ viæ, qui sint egenti stipem quærentes in marginibus viarum? Næ illi Martialis anima in aurē dixisse debuit, vt de alterius poetæ, Plauti scilicet anima iactare solet, sed in latrinis illum puto offendit, sub Venetorum nobiliore ponte, vbi quia mendici complures aderāt, facilius memoriæ commendauit. Faceſſat hæc larua & stercorum sentina, & quas nō nouit literas, non corrumpat. *Spongia damnata virga* ea vtique erat, de qua Seneca aperte & eleganter narrat, quæ ligno adhęrens, ad emundanda obscœna ponebatur. *Canis* pro cane animali accipiendus est, & *testa iuncta via* pro testa viæ proxima in quam mingebant. Sensusque exactissimus hic est: Nihil de illa cœna superaturum, quod sciri aut sentiri possit, vel a spongia, quæ ad emundanda obscœna ligno adheret, vel a aliquo cane, qui in stercus inciderit, vel a testa illa, quæ lotium recipiebat. Quod autem hic sit verus sensus, & syncera poetæ mens, declarant duo sequentes versus, ad quos Merulam proculdubio non respexisse credimus. Ii tales sunt:

Mullorum, leporumq;, & suminis, exitus hic est,
Sulphureusq; color, carnificesq; pedes.

Quibus patet non de custode spongiæ, non de mendicis, non de cynicis, nec de egenis stipem quærentibus in marginibus viarum, sed de spongia, canibus, & testis (vt diximus) intellexisse, cum dicat exitus hic est, id est, in stercus & lotium conuertuntur & præterea innumeri morbi & malus color sequitur huiusmodi opiparas cœnas, quorum duorum versuum sensum, si præcedentibus duobus sui ingenii perspicacia Georgius coniungere poterit, magno certe numinis furore percitum credi licebit.

Quare Garum sociorum dictum sit.

CAPVT X.

QVid de *Garo sociorum* dicemus, in quo cum Calderinum arguere nō posset, iactat illum a se, quæ dixerit, accepisse, tum suo periculo (vt ipse, inquit) addit, rationem, quare *sociorum* cognomen inditum Garo sit, & sic ait: Tandem ab Ausonio Poeta non incelebri videor hoc elicere posse, fastidiebant prisci Latini, & quidem scientissimi vocabula Græca. Vnde cum Garo sæpe vtendum foret, & fere ex Hispania & a sociis Romani populi mitteretur, ideo *sociorum* Garum appellatum est, vt voce Latina adiuncta fastidium Græci nominis leuaretur. Videtis vt suo periculo periclitetur Merula? & quæ nec legit, nec vidit in Ausonio, se elicere temerarius iactet? Quid autem te induxit, aut saltem cōmouit, vt ea eliceres Georgi? An *Garū* Ausonius nominauit? Dixit ne quod fere ex Hispania & a sociis popu. Ro. mitteretur? Affirmauit ne Ausonius *sociorum Garū* esse appellatum, vt voce Latina adiuncta fastidium Græci nominis leuaretur? Nihil horum profecto ab illo scriptum est. Sed velim mihi respondeat Georgius. Apud Plin. legitur, & ipse nō negat: In Hispania, Græcia, Mauritania, Clazomenis, Lepti, & apud Foroiulienses fiebat *Garum*, qui omnes socii populi Romani fuerunt, nec Romæ fieret, quod conuenientius cognomen *Garo* dari poterat, quam *sociorū*, apud quos solum fiebat? Præterea si veteres Romani *Gari* vocabulum vt Græcum, fastidiebant, nōne *liquorem sociorum* poterant appellare? nihil enim aliud est *Garum*, nisi liquor ex intestinis piscium sale maceratis, ita dictum, quod primum Græci id liquoris ex *Garo* piscē factitabant, *liquorem* certe Plin. appellat, & Auson. *liquorem sociorum* nominat. Nam quod priscos Latinos pro veteribus Romanis dixit Merula errori errorem addens, haud quaquam mirandum est. Nam quotiescunque Latine loqui vult, imperitiam & ignauiam suam ostendit. Prisci enim Latini, ii tantum appellati sunt, qui ex triginta coloniis Albanorum (vt Dionysius & Liuius meminerunt) ante Romam conditam fuere. Sed quid de Græcis vocabulis, quæ tam cōstanter asserit, veteres & quidem scientissimos fastidiisse? ita ne prorsus fastidiebant? Vnde igitur *propola*, *mactra*, *symposii*, *lebetis*, *tripodis*, *stemmatis*, *dogmatis*, *architecti*, *monoculi*, *enigmatis*, *analogia*, *etymologia*, *et cetera rum*, & innumerabilium dictionum Græcarum mixtarumque ex Græco & Latino vsus, si fastidio erant? Periculo tuo si hæc blacteare iuuat Georgi, ita agas, vt in periculū ceteri non deducantur. Quod ne accidat nos cauebimus. Dicimus igitur *Garum sociorum* appellatum esse, non quod vox Græca fastidio esset Romanis, sed quia tantum apud socios populi Ro. *Garū* fieret, nec id Ausonius scribit, quod Merula singultit. Imo hæc elegantissimi Poetæ sententia est, non posse se Latino vocabulo nominare id nomen *muria*, quod in vsu vulgi esset. sibi a Paulino missæ: cum veteres scientissimi & ii quoque, qui Græcis vocabulis omni nixu abstinerent, Latinum eius liquoris vulgari appellatione

non

non haberent: id quod mirandum nō est, cum *Garum* non habeat nomen Latinum, & plurima sint apud Græcos vocabula, quæ nos Romanis verbis exprimere nō possumus, nisi aliqua circūlocutione vtamur, vt ἀμφίκυρτος, ὀπαίσθιον, ἐοξθολόγον, ἰφίπτια, & alia multa. Sed ipsius Poetæ verba subiiciemus, vt Georgium nō intellexisse Ausonium, legentes cognoscant, & ipse suum codicem corrigat. Ausonius. *Scis autem me id nomen muriæ, quod in vsu vulgi est, nec solere, nec posse dicere cum scientissimi veterum & Græca vocabula fastidientes, Latinum vulgari appellatione non habeant.* Sed ego quocunque nomine loqueris, *liquor* is tamen sociorum vocatur. Iam patinas implebo meas, auras igitur vanus hic expositor carpit, & in eruendis sensibus auctorum nimis est periculosus, cum quæ illi nec dixerunt, nec putauerunt vnquam, ipse elicere velle, & falso interpretari non erubescat.

COLIPHIVM.
CAPVT XII.

QVid autem & de illa interpretatione, seu etymologia dicendum est, qua *coliphium* a κόλιξ, Græco vocabulo deducendū censet forma diminutiua, cum Calderinum mordet, quod etymologiam eius dictionis commentitiam & deridiculam fecit? & ita inquit, quando non κῶλον κῶλα, quod est membrum, & ἰφι, sed forma diminutiua a κόλικος fiat *collitium & colliphium*. Proh literarum propudium quid a te excidit Merula? Vnde in tantam insaniam excurristi, vt talia effunderes, quibus te omnibus doctis indoctissimum & Græcæ eruditionis omnino ignarum patefacis? Tu *colliphium* forma diminutiua a κόλιξ κόλικος fieri temerarie effudisti, nihil faciens bonarum literarum & studiosorum virorum periculum & damnum, modo in Calderinum incidisses, modo illum morderes, laniares? hei mihi cur nō meritæ de te sumuntur pœnæ, & lapidibus (vt dignus es) a pueris exagitaris? quando a te omnis corruptio tam Græcæ, quam Latinæ linguæ proficiscitur. Dic enim leuissime Georg. vnde eam diminutiui nominis formam accepisti, quis Grammaticus, quis Rhetor, quis Poeta id te docuit, quem idoneum auctorem secutus es? Esto enim fierique possit a κόλιξ diminutiuum κολυκιόν, qua ratione, qua ve analogia postea *colliphium* efficies, quam similitudinem, quam affinitatem inuicem habent, κ & φ vt κολυκιόν φιόν dici possit: An tibi videtur, φ literum cum, κ solitam mutari, & inuicem pro illa poni? minime certe id vnquam a te compertum est. Quid vero de prima syllaba dicemus, quæ per, ο micron, id est, ο paruum scribitur, & ideo breuis est: *Coliphium* autem primam producit, vt Mart. & Iuuenalis auctoritate videmus. Id ne Merula respondebit, quod de industria a se per quam indocte excogitatum est κόλιξ, scilicet, & κολυκιόν gemino κκ scribi, & ob hoc produci: Valeat insanus & abhorrendus hic cauillator, dicatque, vnde dictionem κόλιξ geminum, κκ

assumere velit, quæ sit eius etymologia quod si nullam penitus adducere poterit, nisi ἀπὸ τοῦ κολοβοῦν (vt inquit Suid.) quod est truncare & mutilum facere, κόλοβος autem & κολοβεῖν, simplici λ scribuntur, & earum prima ac secunda breues sunt, quid nostræ auiculæ relinquitur, nisi quod stultitia vndique contecta sit. Verum vt in cauernam aliquam trudatur, vt digna est, ibique æternum lateat? lucem vt noctua pertimescat, inseriam obstrepentis in omnes belluæ ianuam sole clarius aperiemus, vult effrænatus Græcizator noster, a ἀκόλις, κόλιον, forma diminutiua deduci, & quid forma ipsa diminutiuorum requirat penitus, ignorat. Expellatur igitur, & fustibus ac lapidibus trudatur ad discendum Græcas literas, & idoneos Grammaticos euoluendum, vt ex illis intelligat, qua orthographia, diminutiua scribantur, nam vbi diu multumque insudauerit, inueniet fortasse tandem, κολύκιον, si diminutiuū esset per, υ in secunda syllaba scribi debuisse, & non per, ι vt abeo imperite admodum factum est, „cui nullus est excusationis locus, quod librariorum id vitio contigerit eum post impressas nugas suas, eas recognouerit & emendauerit duabus paginis in extremo operis adiectis, isque error tam in Calderinum, quam in Iuuenalem ab eo commissus fuerit. Si ergo a κολύκιον, κολύφιον, nulla analogia vel etymologia fieri potest, si prima syllaba dictionis, κόλιξ breuis est, vt auctoritate Suidæ est comprobatum, prima autem *Coliphi* longa, si κόλυκιον diminutiuum, κόλιξ per υ in secunda syllaba scribi deberet *Colyphum* autem per ι scriptum videmus tam in Latina quam in Græca scriptura, cui dubium quin Georg. delirauerit, cum in Calder. ita inique & falso inuectus est. Cumque *coliphium* Græce scribatur, κολίφιον per ω & ι & non sit diminutiuum, sed a κώλον, id est, membum, & ἰφικὸν potens, vel ἰφι fortiter & potenter deducatur, quod id genus panis vim comedentium membris adderet.

PETAVRVS.

CAPVT XIII.

NEc prætereundum illud quoque videtur, quod idem Georg. in Calder. loquens de *petauro* dicit. Nam Calde argues, quod *petaurum* eum esse dixerit, qui corpus emittebat per circulos, qui idem *petauristæ* appellatur auctoritate Nonii & Firmii, ita inquit: *Nonius Marcellus quo auctore nititur circuli mentionem nullam facit, quare dixerim petaurum machinam fuisse ligneam, vnde petauristæ se mouerent. Destinatur autem hoc petaurum, de qua dictione plura in commentariis Iuuenal. diximus.* Et ne ignoretur quid in Commentariis ipsis contineatur, verba eius subiungemus: *Petaurum genus ludi in quo homines per aera, rotarum pulsu iactabantur. Græca est dictio, vnde Græci exponunt petaurum esse læquearium ex asseres, quibus domos tegunt. Iulius item Pollux petaurum dicit esse asserculum, in quo vernaculæ gallinæ recubare solent & cetera.* Quid dii boni

boni sibi vult hæc Merula tam vario nugarum anfractu. Ergo quia circuli mentionem non faciat Nonius, non est *petaurus* & *petaurista* is, qui agilitate multa pollet, quique per circulos se immittere solet. Est hæc illa efficax ratio, qua *petaurum*, id non esse probas quod asserit Calde. qua Martialem negas *petaurum* pro *petaurista* posuisse, qua hoc *petaurum*, & non hic *petaurus* declinari affirmas? Vnde autem eam eruisti, an inde, vnde & *petaurum* machinam ligneam esse didicisti, sed quæ obsecro, aut qualis machina erat, an aries, an catapulta, vel eius generis, quibus muros subuerti legimus? Quo auctore, si non a te ipso hæc inquis? eodem vt puto quo insaniens & tibi contradicens *petaurum* garris ludi genus esse, in quo homines per aera rotarum pulsu iactabantur. O stabulũ confidentiæ, vbi hæc consomniasti, o flagitium hominis, qui nec ludum esse vsquam legit, nec si interrogetur, vnde id confinxerit, respondere poterit, vt pote qui nullo auctore nitatur, sed a suo tantum cerebro vehatur, vt pluma. Quemadmodũ & illud, quod homines rotarum pulsu per aera iactabantur. Vbi hęc desipiens inuenit? Num Iunonem miseri *petauri* solicitauerunt, quibus Ixionis pœna inecta sit, vt a rotis versentur, & rotarum pulsu iactentur? Heu infœlix Georgi, qui non tantum excors, sed cæcus etiam factus es. Quid enim addidisti de Græca expositione, si *petaurum*, *laqueum* significat & *asseres* quibus domos tegunt, aut quibus gallinæ recubare solent, non vides, tuas expositiones præcedentes euanescere? te tibi contradicere, omnibus te ipsum ignarum, inscium rudem, leuem, ineptũ, incogitantem, stultum, temerarium, petulantem, cõtumeliosum, insanum ostẽdere? Cur quæso ea vnquam addidisti? Dixisses saltem, *petaurum* plura significare, & nõ pro eodem semper accipi, dedisseque significatis auctores a quibus sensus excipiebas, & non vnum tantum dicens, idque multis testibus & rationibus comprobare ostendens, tam diuersa protulisses id ꝙ nos faciemus. Dicimus ergo *hic petaurus* & *hoc petaurum* inueniri, & *petaurista*, *petauros* & *petauristas* homines esse agiles qui, per circulos & per auras facile volent & iactentur. *Petaurista* auctores sunt Nonius & Firmius, *Petauri* autem Mar. cum dicit Lydiam tã laxam esse: *Quam rota transmisso toties impacta petauro*. In quo versu clare ostendit, nihil aliud significare *petaurum*, nisi eum qui se transmittit per rotam & circulos vt diximus. Nam nec machinam ligneam, per rotam transmitti lectum est, nec ludus aliquis vnquã excogitari, aut coaptari poterit, cum epitheto illo *transmisso*, si autẽ de homine intelligamus absolutissimus [illegible] sensus & omnia conuenient. Quę nominis significatio non minus liquido cognoscitur in eo Phalęcio in quo sic ait:

Quid si per faciles vias petauri
Inuitum iubeas subire Ladam.

In quo tam aperte ostendit *petaurum* de homine dici, & illud esse

quod prædiximus, vt in hac contentione iudicium facere & sententiam veluti ferre videatur. Primum cum dicit, *per faciles vias Petauri*, ostendens, sci. *Petaurum* eum esse, qui & *petaurista* qui faciles vias habere cernatur, vt qui a *volando* in auras dicitur. Nec poterit Merula cauillationibus suis ita verba compingere, vt ad sensum Poetæ coaptet *petaurii* genere neutro, cui faciles attribuantur viæ. Deinde cum addit: *Innitum iubeas subire Ladam*, quod manifeste declarat *petauros* subire solitos per circulos, vt a nobis est expressum, nec aliter intelligi potest stante dictione illa *subire*. De *petauro* genere neutro nihil aliud a nobis dicendum in præsentiarum videtur, cum de *petauro* tantum masculino genere cõtendamus: nam præter quam, quod *hoc petaurum* non legimus significare *asseres, quibus domos tegunt*, cetera de *laqueo asse, & asserculo, in quo gallina recubare solet*, apud Suidã leguntur & Pollucẽ.

DE SIDONE.

CAPVT XIV.

QVid de *Sidone* autem, quid inanis fabulator effudit? Nõ credere se Calderino exponenti purpuram per *Sidonem* significari, & inueniri apud scriptores Græcos, & imprimis apud Libanium *sindonem* pro *velo* subtilissimo accipi, in quam significationem venit illud Euangelii, vbi narratur *corpus domini inuolutum sindone fuisse*. O miserandam Græcarum pariter & Latinarum literarum sortem, quæ in tam ignauum tamque impudentem inciderint expositorem, qui cum ignoret penitus quid dicat, quidue sensui Poetæ congruat, pleraque omnia inuertit, & corrumpit. Epigramma est Mar. in Zoilum ægrotationem simulantem, vt opes lecti ostentaret accedentibus ad eum amicis:

Zoilus ægrotat, faciunt hanc stragula febrem,
Si fuerit sanus, coccina quid facient,
Quid thorus a Nilo quid sidone tinctus olenti,
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?

Quod cum Georg. minime intelligeret, non *sidone* legendum putauit, sed *sindone*, siue ita fuerit obtuso ingenio, vt non viderit magis conuenire sensui, si *sidone* legatur, siue offensus media syllaba dictionis, quam in *sidone* produci semper debere existimauit, parum, scilicet, aduertens minime legi posse *sindone*, nam *sindon* tincturam aliquam significare nusquam legit. Nec item *olentem* vocatã. Mediam vero syllabam *sidonis* etiam corripi solere, quod ab ipso non animaduersum miror, cum adeo diligens & haberi semper & esse studeat. Nõ *sindone* igitur, sed *sidone* legendum censemus, & pro purpura a Mart. poni, cum *Sidon* ciuitas sit Phœniciæ prope Tyrum, vbi præcipua laus erat purpuræ. Frequenter enim videmus locum pro locato, & contentum pro continenti a Poetis vsurpari, vt: *Beium Mantua pronocare noli*, cum de Vergilio & Lucano intellexerit, nisi curiosius indagãti placeret *sidone* pro cõtinen-

tiuenti etiam & vrbe ipsa accipere, vt sensus esset *thorus tinctus in olenti sidone.* Hæc nobis sane verior expositio videtur, quam ea, quæ a Merula confingitur, quam nostram sententiam confirmat additum epitheton *olenti*, quod in purpura addi consueuit, vt alibi *olida*, quæ vestes *murica*. Sed Georgium exspectare video, quid a nobis dicetur de syllaba, *do*, quam ipse in *sidone* corripi non posse existimat. Dicimus autem syllabam ipsam, & produci, & corripi solere tam apud nos, quam apud Græcos, quorum ea dictio est. Apud nos quidem producit Ver. cum dicit:

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido,

corripit cum inquit:

Sidoniam puer ire parat mea maxima cura.

Apud Græcos autem longa est similiter, vt quæ per ω. scribitur, vt plurimum. Breuis in hoc Homeri carmine:

Αἰθίοπας δ' ἱκόμην καὶ σιδονίους καὶ ἐρέμβους.

Sed quid exempla aliunde conquirimus, cum Stephanus ipse, qui de gentilibus eleganter scripsit & per ο. & per ω scribi affirmet, his verbis: σιδὼν πόλις φοινικῆς ὁ πολίτης σιδόνιος καὶ διὰ τοῦ ο, καὶ διὰ τοῦ ω. Quod si fortassis, vt est semper scrupulositatis & subterfugii plenus, tantis auctoribus tamen motus affirmabit syllabam *do*, in *deriuatiuo* quidem ancipitem esse, in *primitiuo* vero minime: dicat primum, vbi viderit vnquam similem deriuatiui formam in Græcis habere ο, primitiuum vero, a quo formatur, ω. tantum, deinde legat Eustathium in quarto ὀδυσσείας comprobantem σίδονα per ο apud Homerum vsurpari media syllaba correpta, cuius verba hæc sunt: Ὅτι δὲ τὴν σιδόνα ὅμηρος μὲν συστέλλει ἐν τῇ παραληγούσῃ ἐκτείνων τὴν ἄρχουσαν. Reiecta igitur puerili & falsa *sindonis* interpretatione, quæ nihil ad epigramma & sensum Mart. facit, cum non de *velo* subtilissimo, sed de *purpureo thoro* intelligat, *sidone* docti omnes & Georg quoq; ipse leget, si post hac ab insania paulum relaxabitur.

QVID CORS, QVID VIVARIA.

CAPVT XV.

QVa quidem sublatus in omnes æqualiter fertur, vel iure vel iniuria, sed præcipue in Calderinum ipsum, quem inique admodum & petulanter mordet, vbi minus arguendus est, & vbi ipse Georgius nihil penitus nisi garrulitatem ostendit & ignorantiam. Quale est illud, quod Calderinus *cortem* pro parte domus dixit, *vbi altilia seruabantur*. Georgius vero testimonio Varronis: *cohortem in villa ex pluribus tectis coniungi*, ait: *ac vnum quiddam fieri, vnde & nomen*: vel, *quod circa eum locum coercetur pecus*, & addit *Ouidius cohortem dixit in Fastis:*

Abstulerat multas illa cohortis aues,

quare nō video cur cohortem dixerit partem domus, vbi saltilia seruarentur, cum altilia in viuariis, non in cohorte saginentur. Hæc Georg: Nec videt impurissimus, pugnātia se loqui, cu nunc, *ibi pecus coer-*

ceri solitum dicit, nunc *non videre cur cohortem dixerit partē domus, vbi altilia seruarentur*, quasi *pecus* non inter *altilia* esse possit, & vbi Calderinus *cortem, partem domus, vbi altilia seruarentur*, dixit, non de *villa* intellexerit, cuius pars est *cors*, siue *cohors, vbi gallina & reliqua domestica animalia ad saginam seruantur*, & quod ab ipso est allegatum Ouidii carmen quasi non aues *cortis* expressent, sicuti & Martialis cum dicit: *Rauca cortis aues*. Quod autem de *viuariis* somniat, nescit quid loquatur. Nam *viuaria* pecorum sunt syluestrium, vt Plinius lib. 8. ait: *Viuaria eorum ceterorumque syluestrium primus togati generis inuenit Fuluius Lippinus*. Sunt etiam *viuaria* piscium ostreorum, coclearum, glirium, vt idem Plinius asserit. At in *cortibus* cicures seruantur, vt sues, oues, anseres, gallinæ, & huiusmodi. Idem dicimus de *prætoriis*, in quib. cū arguendi locus non esset, contineri tamen haud potuit quin rabidus canis allatraret increparetq. Calder. ꝙ de *prætoriis* siluisset, cū quid sint *prætoria* pueri etiā elementarii sciant, ipse vero extra propositū Vlpianum adducit, seruitutes rusticorū prædiorū exponentē, & de suo quoq; aliquid immiscere voluit, quando inquit: *Irridet ergo Octaciliū, qui suprà vires & opes suas, imitari volit magnificentiā ædificiorum atq; hortorum*, tanquā Martialis *hortorum* mentionē faciat, cū de illis penitus sileat, sed Octaciliū deludat, qui cū pauper esset, Torquatum virum diuitem in omnib. imitari vellet, vt epigramma ipsum in 10. lib. apertissime declarat, quod est ad lapidem: *Torquatus habet prætoria quartum, & cetera*. Simile est, cū arguit Calderinum quod exposuerit, vnde *cydonia* afferantur, & quo pacto seruentur, cum nihil ad distichi de *melimellis* interpretationem esse dicit, ipse vero alludere Poetam ad compositionem nominis inquit nā cum *melimella* composita sit dictio, & tota Græca, significetq; *mel & pomum, cydonia* melle condita, *melimella* vere possunt appellari, cum Calder. quoq; idē dixerit, sed est Georg. in carpendo tam pronus, vt maledicēdi desiderio, an bene, an turpiter feratur, plerūq; ignoret.

GALBVLA. CAPVT XVI.

QVemadmodum de *Galbula*, cum Latine vocari *Galbulam*, se putare scribit eam auem, quæ a Plinio *Icterus* dicatur, a quo si petet quispiā, qua caussa id putet, nescio an responsurus sit, cum plane eum lateat quid sit *galbula*, nec legerit quod *ictericis* medeatur, quemadmodum auis *icterus*, quin potius, vt multa alia, hoc etiam ex se fingat. Nam cum Plin. lib. 30. de *ictero* ita scribat: *Auis icterus vocatur a colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori*, hanc puto Latine vocari *galgulum*. Hic temerarius inuersor, & bonarum literarum pestis, pro *galgulo, galbulam* supposuit, cum nullibi *galbulæ* Plinius mentionem faciat, sed in decimo, de *galbulis* semel, & iterum scribat. Verum vt legentes meam opinionem de *galbula* habeant ex aliqua ratione profectam, dicimus eam autem appellari *galbulam*, quam nunc *galborum* corrupto

tapto vocabulo dicimus, magnitudine & colore turdi, viis & ficis infestam, quemadmodum est *ficedula* Ideo Martialis:

Galbula discipitur calamis & retibus alas,
Turget adhuc viridi cum lutea uua mero.

IVS LATII.

CAPVT XVII.

Sed peruicaciam inauditamq; hominis ignorantiam quis ferre posset? Qui Calderinum arguit, vt pugnantia & confusa de historiis afferentem, quo spatiosius eas cum priscis consuetudinibus conquirit, dumq; in explanandis duobus Martialis versibus qui sunt:

Dat populus, dat gratus eques, dat thura senatus,
Et libant Latia tertia dona tribus.

suam ipsius sententiam tandem exprimit, proh dii immortales, quam falso auctorum verba implicat, quam temerarius in enodando vocabulorū origine, quā imperitus in interpretandis sensibus apparet. Audet enim mendacissimus & impudens falsarius Appianum adducere, qui confecto sociali bello, multis e Latio ciuitatem Romanam datam esse dicat, a qua re ortum fuisse *ius Latii* clamat, cum nullibi in tota Appiani historia id legerit aut viderit vnquā, cum Appianus Latium non nominet, nec de *iure Latii* verbum faciat. Quin imo eo in loco cum Merula pro se adducit Italos, dicat, ciuium numero adscriptos, & non multos e Latio, vt Georgius inquit, cuius verba hęc sunt: *Italos vero in societate permanentes adhuc reliquorū ciuium numero adscripsit, quod vnicum ab omnib, maximè expetebatur.* Videt ne hic Georgius Appianum de Italis tantum loqui, non de Latiis? id quod etiam apud Liuium est, Italos ad ciuitatem Romanam assumtos a Romanis affirmantem, qui duo auctores nullum e Latio populum e bello (*quod sociale siue Italicum* dicitur) enumerant. Hinc ergo ortum fuit *ius Latii* Merula? tu hanc originem vocabulo tribuis: quia vt tu vis sociali bello multis e Latio data est ciuitas Romana? O diligens perscrutator, nisi potius mendacissimus inuersor dici debes, qui omnia inuertis & plane corrumpis, putasti ne fortasse Georgi *Latium* idem esse quod *Italia*, & *bellum Italicum* & *Latiale* idem fuisse, quod multis annis antea a Titio Largio dictatore ad Regillū lacum gestum est? cum omnes populi Latiales defecerunt? id scilicet, hāc fuit erroris causa, *Latinos* & *Italos* vnum significare existimauit, ideoque discretionem vocabulorum non fecit hic, qui *Cantharidum ritu* (vt Plautus ait) astans somniat. Sed Plinium legere oportebat in tertio de naturali historia Latii terminos designantem, & nō temere quicquid in buccā veniebat effundere. Quos vero auctores habes Georg. qui inde ius Latii ortum esse dicant, vnde ipse asseris? Nullum profecto nisi ineptum ingenium, & perquam fallax iudicium tuum. Quare nos potius a *Latio*, *iure Latii* dictū putamus, & illum *ius Latii* habuisse, qui ciuis Romanus fuerit eo iure, quo cateri

Latinę coloniæ, quod Asco Pedia. aperte ostendit, cū inquit: *Pompeius enim non nouis colonis eā constituit, sed veteribus incolis municipibus ius dedit Latii, vt possent habere ius quod cetera Latinæ coloniæ*, id est, *vt ius petendi magistratus & ciuitatis Romanæ adipiscerentur*. Hoc ius Italici populi habuerunt post bellum sociale. & Transpadani ex lege Pompeii Strabonis, & oppida, quæ hoc ius assequuta erant, *municipia* dicebātur, de quibus plura inferius, sed nunc ad alia. Quid de illa interpretatione dicemus, cum ait, hic igitur erit sensus: *Latia tribus*, hoc est, vrbes & oppida, quæ habent ius *Latii* & *Latia tribus* dicuntur a poeta: *Libant non distant tertia dona templis*. Tertia autem dona dixit, vt ostenderet eas tribus non esse diuisas a populo Romano, sed habere idem ius, quod populus conditione alia. Suetonius de testamento Augusti loquens hanc tribuum & populi discretionem fecisse videtur his verbis: *Legauit populo Romano quadringenties tribubus trities quinquies sestertium*. Hæc Georg. Imo verius credere licet, hunc sensum poetæ esse: Omnis populus Romanus facit sacrificia, & tertio iam dona templis affert, propter tertiam victoriam Domitiani, qui cum prius de Cattis Dacisque duplicem triumphum egerit, de Sarmatis quoque nunc lauream Capitolino Ioui reculit, vt Suetonius ait. Per *Latius* enim *tribus* nihil aliud vult significare, nisi *tribus Romanas* quas *Latias* appellauit per excellentiam: propterea quod Roma ipsa non solum in Latio est, sed Latii caput. Plinius ait: *Italia dehinc, primique eius Ligures, mox Hetruria, Latium, vbi Tyberina ostia, & Roma terrarum caput*. Et Martialis alio loco, *Romam vrbem Ausoniam*, dixit, ab *Ausonibus*, qui veteres Latii habitatores fuerunt. Nam cum populum tantum nominauisset, placuit postea clarius exponere, quid per populū intelligi vellet, equites scilicet, senatū, & tribus, hoc est, plebem a qua senatus & equites excepti sint, qui tres gradus appellatione populi continentur, vt in iurisconsultorum institutis cauetur, quamuis aliquando populus pro equitibus & plebe accipiatur, vt *Senatus populusque Romanus*, nonnunquam pro *equitibus & senatu*, vt Cicero pro Muræna dixit, *populo plebique Romanæ*, & sæpius pro ipsa plebe tantum. Fatuaque est ea Georg. expositio, quod dixerit *tertia dona*, vt ostenderet eas tribus nō esse diuisas a populo Rom. cum *tertia dona*, pro tertio triumpho Domitiani dixerit, vt auctoritate Tranquilli ostendimus. Quod vero de Suetonio inquit, indoctissimum & ratione carentem hominem ostendit, primum ex verbis ipsius Georg. qui nunc dicit. Mart. dixisse *tertia dona*, vt ostenderet eas tribus non esse diuisas a populo Romano. Nunc subdit, Suetonium hanc tribuum, & populi discretionem fecisse videri. Duo hæc repugnant, quanquam aliter Merulam loqui non cognoscerem. Deinde quæ insania est hæc de Tranquilli profundere, an ille discretionem hanc facere volēs non dixisset *tribubus Italicis* vel *Latiis*? præsertim cū essent ēt Romanæ tribus

bus quas 35 fuisse constat. Præterea, quæ leuitas esset existimare quod pop. Roman. diuiso in 55. tribus relinqueret Augustus quadringenta sestertia. Tribubus vero Italicis, quæ multitudine ciuium Romanas excedebant, vt Appia. ostendit 35. tantum sestertia reliquisset? Sunt ne hæc rationi consona? aut conuenientiam habent vllam? Quid quod tribus ille nouorum ciuium veteribus ciuibus immixtæ per legem Sulpitii fuerunt, vt idem Appian. scribit. Stultitiam ergo hanc damnantes non *tribubus* a Sueton. scriptum censemus, sed *tritibus*, cum ait: Legauit popul. Roman. quadringenties trities quinquies sestertium, abominandusque est iste Georg. qui cum Martialem, Plinium, & quotquot a se correctos iactat, codices lanauerit, Suetonium quoque depranare velit, vt nihil non a se corruptum posteris relinquat, videat fideles Suetonii codices manu scriptos, in quibus non inueniet *tribubus*. Et si ingenium ad verum discernendum non habet, curam saltem & diligentiam in uestigandæ veritati & perquirendis bonis libris adhibeat. Nam si qui codices *tribubus* pro *tritibus* habent id librariorum insciti, vel mediocris ingenii iuuenes iudicare possunt.

MEDVACI DVO.
CAPVT XVIII.

QVia vero de Plinio mentionem fecimus, non indecens futurum existimamus, si præterea, quæ a nobis supra asserta, & e manibus laceratoris erepta, atque in pristinam formam & veram lectionem vindicata sunt, vnum quoq; addiderimus. Nam pernicioſum hoc genus auiculæ, nisi contineatur, Harpyæ naturam sumet, & fœditate sua confundet omnia, polluetque cœlum ac terras. Cum enim in Calderinum loqueretur de lanis Altinatibus, more digladiatorum, qui nō vnum tantum, sed plures interdum petunt, iacientes ictus quaquauersum, in Blundum ruinarum Italiæ egregium illustratorem impetū fecit, & de Timauo & Meduaco verba faciens tandem ita ait: Ergo, vt quod ego sentio & verum est aliquando dicam, Fluuius is, quem *Brentam* nunc dicūt a priscis *Meduacus* appellatus est. Eodem nomine & *Bachilio* a Vicētinis defluens montibus. Nam ostia Padi Plin. scribens hæc ait: *Proximum portum facit Brundulum, sicut Edronem Meduaci duo ora fossa Clodia.* Hæc ille. Nos (vti fatemur) *Meduacum* appellarum a priscis eum, quem *Brentam* vulgus nunc dicit. Ita *Bachilionis* nomeo indoctum & nulla priscorum auctoritate probatū dicimus. Ab hoc autem Merula fictum nō mirari oportet, cum a laruis agitetur, & non plus bonarum literarum sapiat quam lapis. Apud quem enim antiquorum huiusmodi nomen vidit hic, qui vulgus omne superat insciti? Et vbi *Meduacum* habere ortum a Vicentinis montibus legit, cum Plin. lib. 3. *Togisonum* quem nunc Parauini appellant. *Bachilionem*, ex Parauinis agris in *Atesim* dicat fluere, & eorum partem *portum Brūdulum* facere. Ortus vero *Meduaci*,

vbi sit non scribat, nec ipse quoq; Strabo? Debuit aũt Georg. hoc non tacere, cũ & veteranus huius regionis incola sit, & iam pueri Patauini ortũ ipsius *Meduaci* sciãt esse ex lacu, qui est ea via Alpina qua Tridentum aditur, ad decimum fere lapidẽ ab ipso Tridento. Quod aũt Plin. iterũ incessat, iterũ cędat, laniet, distrahat, quis tolerare posset? omitto ꝙ tam trũcate, tã inerudite, tã turpiter illius verba adducat a dimidiato verborũ sensu, cũ quid id sit, ꝙ proximũ portum faciat *Brundulum* nõ addat, eo scilicet cõsilio, vt cum a nullo intelligi possit quid dicat, facilius ex sententia corrumpere & inuertere possit. Quid vero sibi volunt ea verba ineptissime & falsissime adiecta: *Sicut Edronẽ Meduaci duo & fossa Clodia?* quam sententiam eis accommodabit insana Merula? an id excogitauit, ꝙ *duo Meduaci & fossa Clodia* faciant portũ Edronem? ꝙ sicut impossibile est, sic impossibile sit verũ sensum eminentissimi auctoris discernere, id quod Georg. ipse quærit omni nixu? hoc profecto est. Nam quomodo ita eum omnino fatuum putemus, vt ignoret *fossam Clodiã*, per 20. milliaria distare ab Edrone portu, qui *& Meduacus* fluuii nomine appellatur, adeo vt fossa ipsa minime ad portũ faciendum accedere possit? quod si ita est, quid de eo suspicemur, nisi quod solito delirio feratur ad iuuertenda & deprauanda omnia? Quid aũt per *duos Meduacos* intẽlligi vult, an *Bacchilionem*, quem dicit alterum, alterũ quem *Brentam Meduacum* putat, O veritatis & lucis obscurator, O bonarum literarum peruersor, O rectorum sensuum demens interpretator, & interim ignorans Geographiæ expositor, nunquã ne ex Buzacarino tuo discere potuisti, qui sunt *duo Meduaci*, quorsumq; tendant, cũ in eius rure Patauino commoratus es. *Meduacum*, sc. circa Patauinum in fossas diductũ, duobus præcipue ostiis in paludes Veneras influere, quæ Veneti *Brentã veterem & nouam* appellant. & ob hoc Plinium *duos Meduacos* appellare cum manifestũ sit alterum ad *fossam Clodiam* tendere, & portum ipsum facere, alterum diuertere magis versus inclytam Venetorum vrbem, & portum *Edronem* efficere, siue *Meduacum*, eodem quo est fluuius nomine, quem nunc *Metamaucum* nominant. Pliniiq; verba, cum de ostiis Padi disserit, & *Tegisonum* atque *Atesim* accedere etiam dicit, sic scribi debere: *Pars eorum & proximum portum facit Brundulum, sicut Edronem Meduaci duo, & fossam Clodiam*, id scilicet ostendentis, quod *duo Meduaci* faciunt duos portus, alter *Edronem*, alter *fossam Clodiam*, quem nunc portum *Clodiæ* dicunt. Quod si quis ad portus ipsos se cõferat, videbit manifesto duo fluuii ostia recta in aduersum duorũ portuum decurrere, & verisimile esse, ꝙ antiquitus, cum minori cura & portus & cetera tenerentur, portus ipsos efficerent. Videmus enim, vt plurimum a fluminibus huiusmodi portus fieri, non a fossa aliqua solum manu facta. Denique nisi *fossam Clodiam* legerimus, quid sibi Plinius velit iudicari nõ potest, vt omni studio Georg. procurauit.

VRBS

VRBES ET OPPIDVM.

CAPVT XIX.

ET quis non omnino ignarus literarum toleraret, quæ alio loco in Calderinum subdit imperitus hallucinator dicens: Plin. citeriorem Hispaniam in conuentus tres diuidit. *Emeritensem, Pacensem & Scalabitanum*, in quibus essent coloniæ, municipia, & oppida veteris Latii, Emeritamque fuisse coloniam, nec *municipiũ*, nec *oppidum*, quando hæc inter se plurimum differant? Quid vesanus hic grammatista bubulis exuuiis dignus effudit? quid vbicunque de literis aut de cognitione aliqua historiæ disserit, incepte sentire non cessat? Non satis erat, quod supra cum *de iure Latii* disputaret dixerat: *Vrbes & oppida*, quæ habent ius Latii, patum intelligens quid loqueretur, quando non duo diuersa sunt *vrbes & oppida*, sed idem fere significant, vt infra dicetur Verum, vt in solito errore perstaret, hoc etiam in loco, suam ignorantiam ostendere voluit, vbi duplicem reprehensionem meretur: alteram, quia falso alleget Plinium dicere: *Emeritam fuisse coloniam, nõ municipium*, nec *oppidum*, cum apud Plinium nihil aliud legatur, nisi *colonia Augusta Emeritana fluuio appesita Metallinensis Pacensis*, & reliqua, nec *municipium*, aut *oppidum* ibi nominetur, alteram, quia ipse Georgius, qui vbique antiquarium se ostendere solet, minus inconsiderate & temere iactat *coloniam* non esse *oppidum*. Quod si Plinium & Varronem legisset, Gelliumq. & Festum Pompeium, de huiusmodi nominum significatione certior factus, ea siluisset, nec ex ingenio cerebroque suo tam falsa protulisset. Non enim diuersum est *oppidum* ab *vrbe*, nisi deriuatione, cum illud ab *oppugnando*, vel *quod opere sit munitum*, hæc ab *vruo* quod *curuaturam aratri* significat, sit dicta. Significatio autem eadem est vtrisque, nec aliena hæc sunt a *colonia* vel *municipio*, imo tanquam genus se habent ad illa, cum omnis colonia, omneque municipium *oppidum*, vel *vrbs* appellari possit, vt ex Plinio colligi potest multis in locis, vt ex Varrone plane elicitur, cum hæc scribit: *Quare & oppida, quæ prius erant circumducta aratro*. Ab *orbe*, & *vruo vrbs* est, ideo coloniæ nostræ omnes in literis antiquis scribuntur *vrbes*. Et infra: *Hinc post triginta annos oppidum alterum cõditur Alba*. Et infra: *Post Lauinium conditum annis triginta hæc vrbs facta, propter colorẽ suis & loci naturam Alba longa dicta est*. Alibi vero sic: *Non enim idem oppidum & Roma, cum oppidum sit vocabulum, Roma nomen*. Et Cicero in L. Agraria contra Rullum: *Est operæ pretium diligentiã maiorum recordari, qui colonias sic ideneis in locis contra suspictionẽ periculi collocarunt, vt esse non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii esse viderentur*. Idẽ pro Roscio Amerino *oppidum* & *vrbẽ*, idem significare ostendit, cũ ait: *Conuiuia cum patre non inibat, quippe qui nec in oppidum quidẽ, nisi raro veniret, domũ suam istum nõ fere quisquam vocabat, nec mirum, qui neque in vrbe viueret, neq; reuocaturus esset.*

Idem in l. Agraria, & *Capuam coloniæ deducetur vrbem amplissimam atque ornatissimam.* Et infra: *Ac primum de oppido dicam, si quis est forte, quem Capua magis quam Roma delectat, quinq; millia colonorum Capuam scribi iubet.* Ex his omnibus Varronis & Ciceronis verbis liquet, *oppidum* id esse quod *vrbs* & (vt diximus) generale vocabulum omnium prædictorum. Nec illud tamen est ignorandum, *vrbem* sine aliquo adiuncto absolute positam per excellentiam Romam significare. Quare non videmus quid a Calderino erratum sit, cum *oppidum* Hispaniæ *Emeritam* dixit. A Georgio autem vehementer peccatum nemo non iudicare potest, tum vbi dixit *vrbes* & *oppida*, quæ habent ius Latii, tũ hoc in loco cũ *Emeritam* ait fuisse *coloniam*, non *municipium*, nec *oppidum*. Sed nimirum hic corpulentus & somniculosus literator, Plinium de diuisione Hispaniæ, vbi de *coloniis* & *municipiis* loquitur, non intellexit. Hinc est, quod absurda quædam & omnino falsa de oppido somniauit, quæ omnia nunc recognoscat. *Colonia* dicebatur *oppidum* quo noui coloni ex ipsa *vrbe* ad comprimendos hostium incursus habitatum mittebantur. Ii etsi extra *vrbem* essent, ciues tamen Romani erant, & moribus & legibus Romanis obnoxii suffragia in vrbe ferre, & magistratum capere poterant.

Colonia denique ipsa simulacrum quoddam, & parua effigies Romanæ vrbis erat, quemadmodum nunc Candida in Creta insula est, quæ quondam Colonos Venetos patricios accepit. *Municipium* vero diuersum a *Colonia* erat. Nam *oppidum*, cuius habitatores accepissent ciuitatem Romanam, *municipium* dicebatur, suo tamẽ iure, suisque legibus vtens, nulla adstrictum populi Romani lege. Verum *municipiorum* duo quasi erant genera. Primo enim senatus populusque Romanus ita *oppida quædam* in ciuitatem accipiebat, vt eorum tamen habitatores sine suffragii ferendi & accipiendorum magistratuum iure essent, honoris tantum, & in legione Romana militandi cum populo Romano honorarii participes, vt fuerunt Cerites in Thuscia, & quidam ex Latio populi, & hoc vnum genus erat. Alterum vero *municipii* genus dicebatur, quando aliquod *oppidum* ita in Romanam ciuitatem veniebat, vt huius homines in vrbe suffragia ferrent, magistratus caperẽt, & in legione Romana militarent, propriis tamen, vt superius diximus, legibus vterentur, vt nonnulla Latii *oppida* fuerunt, *Aricia*, scilicet, *Anagnia*, & alia. *Municipium* autem dictum est a *munere capiendi*, hoc est, honore ciuitatis & magistratu. Et inde *municipes homines* dicti, qui hoc ius assecuti essent, quamuis & alios significatus habeat hæc *municipum* appellatio. Hæc ex Gellio & Festo. *Oppida* igitur, quæ horum alterum assecuta erãt, ius Latii habere dicebãtur: quia Latiales primum populi hoc vtrumque ius habuerunt, vt nomen ipsum confirmat. Verum oppida, quæ illud primum ius municipii sine suffragii latione & capiendorum magistratuum pote-

potestate haberent, *oppida veteris Latii* nominabantur, ad differentiã, scilicet alterius generis municipiorum, quod secundo loco constitutum est. Post illud antiquum ius Latii hanc differẽtiam facere videtur & Suetonius in Augusto cum ait: *Vrbes merita erga Remublicam allegantes latinitate vel ciuitate donauit.* Asconius Transpadanos scribens habuisse ius, quod ceteræ Latinæ Coloniæ, ne de primo iure Latii loqui putaretur, addidit, hoc est, vt ius petendi magistratus & ciuitatis Romanæ adipiscerentur. Itaque Plinius cum describit Lusitaniæ, oppida colonias Romanas & municipia enumerat. Sed siquę oppida, ex his municipiis ius illius primi generis municipiorum habent, *oppida veteris Latii* appellat, aut *veterum Latinorum*. Alterius vero generis vel *municipia*, vel *ciuium Romanorum oppida* nuncupat: qua oppidorum appellatione vtitur, quia *oppidum* generale vocabulum est, vt superius diximus, Sed ponam verba ipsius Plinii, vt clarius auicula errorem suum cognoscat, & codicem suum tãdem corrigat. Lib 4. natur. histor. cum de Lusitania loquitur ita ait: *Vniuersa prouincia diuiditur in conuentus tres, Emeritensem, Pacensem & Scalabitanum. Tota populorum quadraginta quinque, in quibus Colonia sunt quinque. Municipium ciuium Romanorum vnum. Latii antiqui tria. Stipendiaria triginta, sex Colonia, Augusta Emerita Anã fluuio appositã, Metallinẽsis, Pacensis, Norbensis Cæsariana cognomine. Contributa sunt in eam, castra Iulia & castra Cæcilia. Quinta est Scalabis, qua præsidium Iulium vocatur. Municipium ciuium Romanorum* Vlysippo *felicitas Iulia* cognominatum. *Oppida veteris Latii. Ebora* quod idem *liberalitas Iulia, & Myrtilis, & Salacia*, quam diximus. Et in tertio libro, cum citeriorem Hispaniam describit sic ait: *Prouincia ipsa præter contributa aliis 193. oppida continet. In his colonias 12. Oppida ciuium Romanorum 13. Latinorum veterum. 18 fœderatorum vnum. Stipendiaria. 149.* Non negauerim tamen *municipium* non nunquam pro *Colonia* accipi solitum, vt fecit Cicero in Pisonem, qui *Placentium coloniam municipium* appellat. Et Festus tertium quoddã genus *municipii* facere videtur cum in ius coloniæ transit. Et Cic. illud primũ genus *mũicipii* in oration. p P. Sestio, & in inuectiua Catilinæ *præfecturã* appellate: qa vt puto ex huius oppido hominibus fierent præfecti militum in castris, quemadmodum ex Romanis. Et in Pisonem sic ait: *Neque enim regio fuit vlla: neque municipium, neque præfectura aut colonia, ex qua non publice ad me venerunt gratulatum.* Plinius vero in tertio, cum ait: *Vniuersa Hispania Vespasianus Imperator Augustus iactata Republica procellis ius dedit Latii*, de secundo *municipiorum* genere intelligere videtur, id est, vt essent ciues Romani & magistratus petere possint, In eod. lib. Plin. de Illyricis scribens hoc ius Latii *Italicum* appellat, quod scilicet omnes Italiæ populi allecuti erant.

SEd in ius trahi iam tandem commeruit iſte capitali dignus odio plagiarius, omnium falſariorum nequiſſimus, vtpote qui niſi huius tanti ſceleris aliquando pœnas luat, magnum aliquod malum breui ſit perpetraturus, non enim ſe continet, non cõmigitur, non mutatur a priſtino more ſuo, tum inuertendi omnia, tum falſa penitus de auctoribus adducendi. Nam in Calder. exponentem Mar. diſtichon:

Cum te non noſſem dominum regemque vocabam,
Cum bene te noui tam mihi Priſcus erit.

ſic ait: Hiſtoriam enim latentem cõtinet. Scribit Seneca ad Lucillium, ſolitos fuiſſe priſcos, quoties homini ignoto occurrerent, eum *dominum*, & *regem* appellare. Ad quem morem reſpiciens Poeta, iocatur in Priſcum cuius nomen cum ignoraret, nõ vulgari, ſed honorifica appellatione *dominum* appellabat. poſteaquam autem eius nomẽ nouit, iam *Priſcum* vocabit, innuens videlicet, honorabilius nomẽ eum amiſiſſe, poſteaq; cognitus fuit. Hactenus ille. Nõ pudet ergo nebulonem hunc nugatorum omnium dicaciſſimũ, ea de Seneca iactare, quæ ille nunquã ſcripſit? Cuius verba hæc ſunt: *Quo modo omnes candidatos bonos viros dicimus, quo modo obuios, ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus.* In his Senecæ verbis ad Lucillium, nec *ignotos* ſcriptũ eſt, nec *reges*, ob quæ falſatii nota Gorgonis huius fronti inurenda eſſet, vt eius exemplo territi, ab aſſertione falſi ceteri abſtinerent. Præterea quem ſenſum, quid ſalis habebit diſtichon Poetæ lepidiſſimi, ſi dixerimus *Priſcũ*, ignorato ſuo nomine, honorifica appellatione *dominum* appellatum, at poſteaquam ipſius nomen cognitum eſt, amiſiſſe honorabilius nomen? Hic profecto nec leporis, nec ſalis, nec acuti quicquam ſenſus fuerit, nulluſque vel mediocriter doctus Georg. expoſitionẽ hanc eſſe, non ex verbis ipſis cognoſcet. Quare potius verum Mart. ſenſum putamus fuiſſe, vt morderet *Priſcum*, cuius mores, aut genus cum ignoraret, bene autem & magnifice de illo adhuc incognito ſentiret, ipſum *domini* & *regis* nomine dignabatur, cum autem bene illum nouit, & deceptum ſe fuiſſe videt, quia vel moribus, vel genere, vel aliter, is non ſit quem putauerat, iam proprio illum nomine tantum vocari dignum putat, quemadmodum ſi quis perditos mores & inſcitiam tuam ignorans, te autem virtute ſupra ceteros excellere putans, vt tibi quoque videris, honorificentiori appellatione quã mereari, *dominũ* Gerorgiũ, vel *regem* hominũ appellaret, tanquam ob virtutem *domini* & *regis* nomine te dignum exiſtimaret, cum vero & vitia & ignorantiam tuam cognouiſſet, non amplius *domini* vel *regis* appellatione, ſed vix proprio Georgii nomine vocandum cenſeret. Nec de hiſtoria latenti, quam dicit Merula, hoc tractum eſſe poteſt, cum nihil de *regis* nomine Seneca loquatur, nec item de horainibus *ignotis*, nec hiſtoriam recitet, ſed

eam

eam tantum tangat consuetudinem, quæ apud nos quoque est, vt scilicet, obuios plerumq; etiam a nobis cognitos, cum nomẽ non succurrit, *dominos* salutemus, *ignotos* enim salutare, moris non est. Sensus autem Mart. a sensu Senecæ non minus distat, quã Georgius ab omni doctrina & vrbanitate.

Centumuiralis hasta & XL. viri Veneti.

CAPVT XXI.

QVando vero magis inscientissimum hunc Epicurum ex hara productum, quando magis voluptarium hunc belluonẽ, abdomini suo natum, flagris cædi, tortoribusq; tradi par fuit, quam vbi in Cald. declarantem versum Mar.

Hunc miratur adhuc centum grauis hasta virorum.

hæc inquit: Nõ vna erat *centũuiralis hasta*, sed plane duplex, quantum ex Quintil cognoscimus, qui de præiudiciis loquens hæc scribit: *Aut cum de eadẽ caussa pronũtiatum est, vt in reis deportatis, & assertione secunda, & de partibus centumuiralium, quæ in duas hastas diuisæ sunt.* Valer. item Maximus vbi tradit de rescissis iudiciis, *centumuiralis hastæ* meminit. Putoq; *centũuiralia iudicia* sic apud Romanos agi solita fuisse, quemadmodum in præpotenti & sanctissima Venetorũ Rep. 40. *virales caussæ* exercentur, sunt enim Venetiis bis 40 viri publico consilio ad iudicandum constituti, quorũ alteri ciuiles caussas cognoscunt, alteri vero de criminibus & quæstionibus iudicant, quo ordine apud Romanos *centumuiri in duas*, vt puto *hastas diuisi* decernebant per sentẽtias suas. Hæc sunt inepta fringultientis Merulæ verba, cui satius fuisset in remotis tesquiis, vermiculos spurcissimo suo rostro, vt solita est fodere, quam has ineptias tã impudenter effutire. Tu omnium impudẽtissime, *Centumuiros* de ciuilibus caussis ac quæstionibus iudicasse dicis? quo auctore nixus? an Quintil. quem non intelligis, vt apertissime ostendam, an Valer. Maximi? quem falso allegas, tu infantissime bis 40. patritiorum in Veneta Rep. iudicium *centumuirali hastæ* simile esse audes dicere? O hominis inscitiam singularem, & fustibus dignam, qui sedecim & amplius annos Venetiis agit, & ignorat, quo ordine clarissimum simul & sanctissimum quadragintauirale iudicium, in quęstionibus & ciuilibus caussis administretur, quod profecto nosse operæ pretiũ est. Nam ausim, pace omnium dicere, nulla in vrbe hac tẽpestate, nec olim apud Romanos ipsos sanctius iudicium, quã hoc Venetorum quadragintauirale (de vtroque enim intelligo) constitutum fuisse, de quo mox dicemus, vt αὐτοδίδακτος iste, ita enim se in quadam epistola appellat, aliquando a nobis doceatur, & *cẽtumuiralem hastam*, apud Romanos longe dissimilimam quadragintauirali Venetorum iudicio fuisse, cognoscat. Primo igitur Merula, nullam a veteribus auctoribus *centumuiralis hastæ* mẽtionem fieri dicimus, nisi cum de testamentorum & hereditatum caussis scribunt, ex quo nullam aliam caussam

in centumuirali iudicio, nisi hereditariam, agi solitam facile cognoscitur. Cicero in L. Agraria contra Rullum, *Primum tum populo Romano hereditatem decemuiri iudicent, cum vos voluerint de priuatis hereditatib. centumuiros iudicare.* Idem pro Aullo Cęcinna ornate & copiose: *L. Crassus longe eloquẽtissimus paulo ante quam nos in forum venimus iudicio centumuirali hanc sententiam defendit, & facile cum contra eum prudentissimus homo Qu. Mutius diceret, probauit omnibus Marcum Curium, qui heres institutus esset, ita mortuo Posthumo filio, cum filius non modo non mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere.* Valerius vero Maximus de rescissis testamẽtis, quem Georgius de rescissis iudiciis falso allegat, in rationem, scilicet insciticę suæ, cum nulla capita, de rescissis iudiciis fecerit Valerius, sic ait: *Militantis cuiusdam pater, cum de morte filii falsum e castris nuntium accepisset, aliis heredibus scriptis decessit, peractis deinde stipendiis Adolescens domum petit. errore patris impudentiam amicorum, domum sibi clausam reperit. Quid enim illis iuuenecundius? florem iuuentę pro Rep. assumserat, maximos labores, & pericula toleraverat aduerso corpore exceptas ostendebat cicatrices, & postulabat, ne animos eius lares otiosa ipsi vrbi onera possiderent Itaque depositis armis, coactus in foro togatam ingredi militiam acerbe, cum improbissimus enim heredibus de paterno bonis apud centumuiros contendit, omnibusque non solum consiliis, sed etiam sententiis superior discessit.* Idem in alio capite: *item Marci Ancii Carseolani splendidissimi equitis Romani filius a Suffenate auunculo suo adoptatus, testamentum naturalis patris, quo prateritus erat, apud centumuiros rescindit.* Idem de ratis testamentis: *Quam certa, quam etiam nota insania Tutidanus, vtpote qui populo numos sparserit, togamque veluti tragicam vestem in foro trahens maximo cum hominum risu conspectus fuerit, ac multa his consentanea fecerit, testamento filium instituit heredem, quod Titus Longus sanguine ei proximus hasta iudicio subuertere frustra conatus est: magis enim centumuiri, quod scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimauerunt.* Idem alio capite: *Idem Pom. Rheginus vir Transalpinę regionis, cum testamento fratris prateritus esset, & ad coarguendã iniquitatem eius binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas, habita vtriusque ordinis maxima frequentia recitasset, in quibus magna ex parte heres frater erat scriptus, prælegebaturque ei centus & quinquagies sestertium, multum ac diu inter assentientes indignatione amicos quæstus, quoad hastæ iudiciũ attinet, cineres fratris quietos esse passus est.* En Merula, satis veterum auctoritate probasse videor? *centumuiros* testamentarias solum causas apud Romanos cognouisse? An negare poteris adhuc, nullum aliud genus caussæ hoc iudicio fuisse agitatum? Hi igitur *centumuiri*, cum in caussa testamenti iudicassent, & ille contra quem iudicatum erat forte appellasset, denuo alii *centumuiri* ex decuriis iudicum, per prætorem sorte eligebantur. Quo ordine & primi, qui in eadem

cauſſa iudicaſſent Hi ſecundi *centumuiri* finem cauſſæ imponebãt, nec ab his licebat prouocare. Quod ex Suetonio in Domitiani vita facile cognoſci poteſt, cum ait: *Plerumq; in foro pro tribunali, extra ordinẽ ambitioſas centumuirorum ſententias reſcindit.* Quod aũt bis in cauſſa per centumuiros iudicaretur Qu. li. 5. inſtitutionum orat. (cũ de tertio genere præiudicii loquitur) aperte declarat. Inquiens: *Aut cũ de eadem cauſſa pronuntiatum eſt, vt in reis deportatis, & aſſertione ſecunda, & partibus cẽtumuiralium, quæ in duas haſtas diuiſa ſunt.* Nã cauſſa, de qua per primos centumuiros pronuntiatum erat, ad alios centumuiros perueniebat, qui vltimo iudicio cauſſam tranſigebant; Ideo dixit, quæ in *duas haſtas* i. *bis centum iudices* diuiſæ ſunt. Magnitudo enim rei ita fieri cogebat, vt clarius res, quę in iudiciũ venerat, & medullitus cognoſceretur. Nã vltima hominis voluntas, i. teſtamẽtum, eorum ſententiis reſcindebatur, aut rata eſſe decernebatur. *Centumuiralis* aũt *haſta* hoc iudicium nominabatur, q̃ poſita in ſuo foro haſta centumuiri iudicabant, quemadmodũ *auctionarii publici*, ſiue *priuati in atrio auctionario, haſta præconis*, vt inquit Cic. bona emtoribus adiudicabãt. Vides nũc Merula, q̃d ſint *duæ haſtæ centumuirales*? potes nunc negare, te nõ intelleriſſe Quint. de diuiſione haſtæ? Nam ſi ſolæ cauſſæ hereditariæ ex integro eo iudicio cognoſcebãtur, vt tot auctoritatib. oſtẽdi, cauſſam de qua per hos pronuntiatũ erat ad ſecundã haſtã, hoc eſt, ſecundos centumuiros deueniſſe neceſſe eſt. Sed videor videre Merulã in mucoſas nares digitũ, vt ſolet, cũ cõuincitur, infodiẽtẽ, & quærentem a me auctoritatẽ de iudicum decuriis, & eorum per Prætorẽ ſortitione. Id faciam Merula, nec agam tecum niſi auctoritatibus. Sed vt vna cum *cẽtumuirali haſta*, alia etiam iudiciorum genera, quæ apud Romanos erant, legentes tecum cognoſcant, paulo altius repetam. Iudicia olim apud ſenatores tantum erant. Sed C. Gracchus Tyberii frater huiꝰ ordini infenſus, primus ea in equeſtrem ordinem, lege ad populum lata traduxit. Inde vt Aſconius ſcribit, Plotius Syllanus tribunus plebis C. Pomp. Strabone, & L. Portio Catone conſl. anno ſecundo Italici belli, cum equeſter ordo in iudiciis damnaretur, legem tulit, ex qua ſingulæ tribus, ex ſuo numero, quinos denos ſuffragio creabant, qui eo anno iudicarent, & ex eo factum eſt, vt ſenatores & quidam ex ipſa plebe, eo in numero eſſent. Appianus tamen in bellis ciuilibus, & Liuius ſcribunt, Liuium Druſum in ſuo tribunatu ſenatorib. & equitib. pari portione iudicia exhibuiſſe Interiecto deinde tempore, Aurelius Cotta Orator, vt idem Aſconius meminit, lege ſua ſenatui, equitibus & tribunis ærariis iudicia communicauit. Et Sueto. ſcribit, Iulium Cæſarem, iudicia ad duo iudicum genera redegiſſe, equeſtris ordinis & ſenatorii, tribunos ærarios, q̃ erat tertiũ, ſuſtuliſſe. Horum igitur iudicum tres erant decuriæ cõſtitutæ. Quartam poſtea addidit Auguſtus. Sueto. in Octauio ait: *Ad tres iudicum decurias,*

quartam addixit ex inferiore censu, qua ducenariorum vocaretur, iudicaretq; de leuioribus summis, iudices a trigesimo ætatis anno elegit, id est, quinquennio maturius, quam solebant. Plinius vero, lib 33 quatuor primum iudicum decurias fuisse affirmare videtur, cum ait: *Iudicum quoque non nisi quatuor decurias fuere primo, vixque milia singula in decurias inuenta sunt, nondum prouincias ad hoc munus admissis, seruatumque in hodiernum diem est, ne quis e nouis ciuibus his iudicaret.* Et Cicero pro Aulo Cluentio iudicum decuriarum meminit cum ait: *In summa enim L. Quin. inuidiam cōtionibus eam quotidianis seditiosis turbulentis adduxerat, vno iudicio multa esse petita, sicuti a Iunio, quod non sua decuria munere, neq; ex lege fecisset.* Idē in prima Antoniana, tres iudicū decurias fuisse significat inquiens: *Quid de ea lege, qua promulgata est de tertia decuria iudicum, nonne omnes iudicaria leges Cæsarus disseluuntur.* Quartæ postmodū decuriæ Caligula quintā addidit, vt Plin cōmemorat. Et Sueton. ait in Caligula: *Vt leuior labor iudicantibus foret ad quatuor priores quintam decuriam addidit.* Ex his igitur decuriis, iudices prætor vrbanus in publicis iudiciis sortiebatur, & in legem iurare cogebat, vnde iurati iudices dicebantur, qui in libro prætoris notabantur, ne alii ad iudicandum supponerentur, vt multis in locis Asconius meminit. Et Cicero pro A. Cluentio ait: *Videsne igitur non in causa, sed in tēpore ac potestate spem omnē accusatoris fuisse, mulctā petiit, qua lege? quod in legē nō iurasset, qua res nemini vnquā fraudi fuit. Et quod C. Verres prator vrbanus, homo sanctus & diligens, substitutionē eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.* Sueton in Augusto ait: *Fori extruendi caussa fuit hominū & iudiciorum multitudo, qua videbatur non sufficientib. duobus etiā tertio indigere. Itaq; festinantius, nedum perfecta Martis ade, publicatum cautumque est, vt separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicum fierent.* Idem in Iulio: *Subornauit etiam qui C. Rabirio perduellionis diem diceret, quo præcipuo adiutore aliquot ante annos L. Saturnini seditiosum tribunatū senatus exercuerat, ac sorte iudex in reum ductus, tam cupide condemnauit, vt ad populum prouocanti nihil aque ac iudicis acerbitas profuerit.* Lege enim Tullii Hostilii regis, & postmodum Valerii (qui primus consul fuit) in iudicio capitis prouocatio ad populum erat, vt ex Dionysio & Cicerone pro Posthumo Rabirio cognoscere licet. Nec tamen negauerim in aliquibus causis criminalibus, quibus de capite ageretur, populum iudicem fuisse, vt ex Valerio cognoscitur. Sed idem prætor iudicia etiam constituebat, id est, qua actione quis actor vteretur. Cicero pro A. Cecinna: *Etenim si prator is qui iudicia dat, nunq; petitori præstituit, qua actione illum vti velit, videre quem iniquum sit cōstituta tam re, tum quid agi potuerit, aut quid possit, non quid actum sit quærere.* Per eundem etiam Prætorem facta reiectione iudicum eorum qui aut reo, aut accusatori suspecti erant, secunda sortitio fiebat, vt legitimus iudicum

dicũ numerus explereretur, vt Asconius meminit, & Cicero in Verr. ait. Vnde illud intelligo quod Prætor in reiectione iudicum, iudicauit ea spe iſtum fuiſſe præditum, vt omnem rationem ſalutis in pecunia poneret. In quibuſdã vero iudiciis Prætor quoq; vna cum iudicibus iudicabat, vt licet cognoſcere ex his Cicero. verbis pro A. Licinio: *Sed ne cui veſtrum mirum eſſe videatur, me in quæſtione legitima, & in iudicio publico, cum res agatur apud Prætorem populi Romani lectiſſimum virum, & apud ſeueriſſimos iudices tanto conuentu hominum ac frequentia, hoc vti genere dicendi.* In nonnullis autem iudicijs vnus ex iudicibus ex lege præerat, qui dicebatur Quæſitor. Cicero pro Cluentio: *Quæſiuit abeo C. Iunius quæſitor, ex lege illa Cornelia, quatum erat, clam an palam de ſe ſententiam ferri vellet.* Idem pro eodem: *Atq; in hanc flammam recidem, tum C. Iunium, qui illi quæſtioni præfuerat incidiſſe memini.* Verũ iudicum numerus nõ idẽ in omnib. cauſſis erat. ſed maior aut minor, vt diuerſæ cauſſæ accidẽrãt, quib. numerus iudicũ ex lege dabatur, quẽadmodum ex repetundarũ, quã ratio a ſenatore repeti ſolebat, quinquaginta iudices ex equeſtri ordine dabat. Cicero pro Luc Flacco, qui repetundarũ a Decio Lelio eſt accuſatus, vt ex ipſa oratione cognoſcitur, ita ait: *Quẽ enim alium appellem, quẽ obteſtor, quẽ implorẽ? Senatũne? at is auxiliũ petit a vobis, & confirmationẽ auctoritatis ſuæ veſtra poteſtate permiſtã eſſe ſentit, an equites Romanos? iudicabitis, principes eius ordinis L. q cũ omnib. conſentijs, an pop. Romanum? at is quidem omnem ſuã poteſtatem, de bonis tradidit vobis.* Itẽ in cauſſa Oppianici qui veneni a Cluentio accuſatus eſt, duo & triginta iudices lederunt. Cicero pro A. Cluentio: *In conſilium iturierant iudices triginta & duo, ſententijs decem & ſex abſolutio confici poterat, quadraginta millia nummũ in ſingulos iudices diſtributa, cum numerum ſententiarum cõficere debebant, vt ad cumulum ſpe maiorum præmiorum, ipſius Staleni ſententia decima ſeptima accederet.* Sed ne longius in hac re immoremur, non eundem iudicum numerum in omnib. cauſſis fuiſſe ex Asconio Pediano multis in locis diligẽs lector cognoſcet. Satis mihi videor iudices omnes Romæ in decurias fuiſſe redactos, & eorum ad diuerſas cauſſas ſortitiones per Prætorem fieri ſolitas probaſſe, quo ordine & *centumuiros* ſortiri ſolitos quis ambigit? Nec dicet Merula *centumuiros* populi ſuffragijs creatos, vt quis quadraginta viri Venetijs in comitijs patritiorum creantur, cum apud priſcos auctores nullibi inueniatur. Hæc igitur Georgium ignoraſſe nõ eſt mirandum, cũ in cognoſcendis quorundam vocabulorum tantummodo ſignificationibus omne ſuum tempus ablumat, in quibus dij boni quantum fallitur, & puerilis apparet. Illud vero nullo pacto eſt ignoſcendum, quod impudentiſſimis ſuis ſcriptis *quadraginta viralis* cauſſis Venetijs agi, quo ordine *centumuirales* Romæ agebantur, perſuadere voluerit. Sed quemadmodum hæc neſciſſe iam oſtendi, ita & illa ignorare cum

maximo ipſius dedecore mox indicabo. Illud primo mihi pace omnium liceat dicere, quod & veriſſimum eſt, Venetiis ius rectiſſime & dici, & adminiſtrari, ac maxime in illis ſanctiſſimis & diuine excogitatis biſquadraginta patritiorum iudiciis, quorum alteris crimina & quæſtiones, alteris ciuiles cauſſæ, ſed longe diuerſo ordine cognoſcuntur. Nam quadraginta criminales de criminibus, magiſtratu aduocatorum communis ſeueriſſimo cauſſam agente, ex integro, hoc eſt, a principio iudicat, & criminalium cauſſarum appellationes cognoſcunt, quæ ab aduocatoribus, & recognitoribus maris & continentis (quos ſyndicos appellant) agitantur. Quadraginta vero ciuiles tantum appellationis ſunt iudices, & aut approbant iudicatã per alios cauſſam, aut reſcindunt, agentib. auditoribus, qui veteres & noui nominantur, vel ipſis etiam recognitoribus, de quibus primum quã breuiſſime. Poſtmodũ de criminalibus dicam. Creantur igitur ſuffragiis patritiorum, octo fere comitiis, quadraginta viri, qui minores XXX. annis non admittuntur: hi octo menſibus in ciuilibus iudicant, ac totidem in criminalibus decernunt. Itaq; quãdo in aliqua cauſſa ciuili vrbana per aliquem aliorũ magiſtratuum, qui diuerſi diuerſis cauſſis conſtituti ſunt, pronuntiatum eſt, & ille cõtra quem eſt iudicatum, appellationẽ quærit, itur ad auditores veteres, qui tres ſunt. Agitur hic vtrinq; ab actore & reo cauſſa, inde auditis partibus, ac teſtium dictis, hinc inde productis. Si cauſſa minoris eſt ſummæ, hoc eſt, 30. aureorum, concordes approbant, quod iudicatum eſt, vel reſcindunt: ſi vero vnus, aut alter diſſentiat, tamdiu cauſſa pendet, quo ad inter eos conueniat. Sin cauſſa ſit maioris ſummæ, hoc eſt, a triginta ad trecentos aureos, & omni hinc inde narrata cauſſa, vnus aut duo, aut tres ſimul appellationem accipiũt, quod ipſi *intromittere* dicunt, in *frugum collegio*, quod ita appellatur, quia inter alios lectiſſimos magiſtratus, qui ibi ſunt, præfecti annonæ iudicant, cauſſa ab auditoribus agitur. At ille ſecundum quem prius iudicatum fuerat, ex actore reus rem ſuã vel proprio, vel aduocati patrocinio defendit. Diſceptatur diligenter cauſſa, inde tribus ad ſummũ iudiciis maiori ſententiarũ parte, aut laudatur primi iudicis ſententia, & ſic cauſſa finẽ habet, aut reſcinditur, & ad primum iudicium ex integro reuertitur. In minori etiam ſumma cum auditores diſſentiũt, ſi qui appellat, voluerit, in eodẽ collegio is auditor, cui appellationem forte accipere viſum eſt, cauſſam agere poteſt. At ſi cauſſa maioris ſit ſummæ, a trecentis, ſcilicet aureis vſq; ad infinitum in *quadraginta aureali iudicio*, quo ciuiles cauſſæ cognoſcuntur, eodem quo in *frugum collegio*, ordine ab iiſdem auditoribus cauſſa agitur, ac totidem conſiliis & ſententiis, vel finitur cauſſa, vel in integrum redit. Non negauerim tamen quadraginta quoq; criminales huic miſceri iudicio ſolitos, ſi ciuiles in tertia quoq; actione inter ſe ſententiis diſſideant. Cui quidem iudicio tres viri præ-

præsunt, qui *quadraginta auiralia iudicii capita*, nominantur. Hi ex eodem numero inter se ipsos electi duobus mensibus diebusque viginti iudicio præficiuntur, ac sic deinceps alios sortiuntur, qui eodem seruato ordine sine aliqua sortitione postmodum in criminalibus sedent. Horum officium in ciuilibus est cõsilium causis distribuere. Sententiæ autem non tabella, vt apud Romanos, sed suffragiis linteis in formam pilæ minusculæ, ad id tantum cõfectis, feruntur, quæ tribus vrnis scribæ colligunt. Vna enim eorum est, qui damnant, altera qui absoluunt, tertia vero qui non constare sibi rem dicunt. Hos Veneti *non sinceros* appellant. Qui mos & apud Romanos fuit, vt testatur Asconius in diuinatione Verrinarum. Sed vt diximus tabellis sententiæ ferebantur, quæ tres erãt, vna *absolutionis*, in quã scriptũ erat *A.* Altera *cõdemnationis*, in quam *C.* Tertia. *N.* & *L.* notatũ habebat, & eorũ erat, qui sibi *non liquere* dicebãt. Has iudices in diuinationib. & iudiciis maiorib. simul in cistam cõiiciebant In minoribus vero iudiciis singuli de tabella sententiã ferebant. Hunc morẽ iudicandi & Cicero significat in oratione Miloniana, cum ait: *Quod nisi videret posse absolui qui fateretur, cum videret nos fateri, neq; queri vnquam iussisset, nec vtiq; tam salutarem hanc in iudicando literam, quam illam tristem dedisset.* Verum (vt ad rem reuertamur) si causa peregrina fuerit, id est, de qua prætores aut alii magistratus vrbium, quæ sub ditione Venetorum sunt, pronuntiauerint, qui prouocant ad auditores nouos, qui & ipsi tres sunt: Venetias profecti confugiunt, ac idem actionis ordo ab illis in omnibus pecuniæ summis seruatur. Et hæc quidem de *ciuilibus* dicta sint, qui peractis octo mensibus *criminales iudices* fiunt, tantumdemque temporis crimina & quæstiones cognoscunt. Sed huic etiam iudicio vna cum tribus præfectis, quos, *XL. criminaliũ capita nominant*, tres consiliarii, *qui inferiores* cognominantur, præsunt. Caussæ igitur *criminales* vrbanæ vel peregrinæ, integræ vel ex appellatione ab aduocatoribus communis hoc iudicio aguntur. Peregrinæ vero ex appellatione, vel integræ, si in eos, qui in magistratu fuerunt, agitur, a recognitoribus maris & cõtinentis agitantur, qui ciuiles etiam causas, quarum appellationes in prouinciis acceperũt, in collegium vel iudicium ciuile inducunt. Contra illi, secundum quos iudicatum prius fuerat, citati rem suam tuentur, & rei per suos aduocatos, vel ipsi causam dicentes defendũtur, ita vltro citroque disceptata causa, maiori sententiarum parte vel rescinditur prima sententia, vel laudatur: rei vero vel absoluuntur, vel lege, qua teneri conuicti sunt, si qua est vel decretis ab his ipsis iudicibus pœnis condemnãtur. Nec semper *criminales* causse eo iudicio cognoscuntur, verũ aliquando in minori consilio, quod ex principe, sex consiliariis, tribus capitibus criminalis iudicii, qui personam totius dominii agunt, constat. Sæpius vero in consilio rogatorum, nonnunquam

toro patritiorum consilio (quod ipsi grande consilium vocant) si aduocatores, vel recognitores voluerint, transiguntur. Præterea in quæstionibus hic seruatur ordo, quem ne iustitia quidem ipsa, sanctius excogitare potuisset: Etenim cū querela Aduocatoribus, defertur aut Princeps & consiliarii alicuius sceleris clandestini quæstionem decreuerint, ipsi aduocatores statim summa & diligentia, & cura inquirunt, testes examinant, inde si res periculosa est, & clam esse velint, in minus consilium proficiscuntur, remotum narrant, postulant vt sibi auctorem sceleris comprehendere liceat, tunc res suffragiis agitur: si forte dissentiunt, maior pars si decreuerit, reus capitur, trium dierum spatio Aduocatoribus retinendi rei est potestas, interim in criminale iudicium Aduocatores euntes, enarrata re confirmari sibi retinendi auctoritatem, simulac torquendi potestatem dari efflagitant: si iudicum maior pars suffragiis annuerit, retinetur reus quoad res petacta sit, & collegium quæstionis conceditur. At si res sine vllo periculo sit, hæc omnia in criminali iudicio curantur. Et si forte reus citatus contumax sit, ex consilii sententia, in fcalis fori mercatorii (*quod ipsi riuum altum appellant*) dies quo adesse debeat, ei dicitur (*hoc Veneti stridare reum dicunt*) quo die peracto, proceditur in causa, nec vlla ipsius rei defensio amplius admittitur. In *collegio* vero *quæstionis* hi magistratus sedēt, duo *inferiores consiliarii*, totidem ex nocturnis dominis, vnus ex capitibus criminalis iudicii, & ex Aduocatoribus vnus, qui coram his reum ex vinculis interrogatione examinat, is vero causam diluit, testes innocentiæ suæ, si potest adducit. Postmodum si quatuor ex collegio visum sit, torquetur, quæstione ab eo exprimitur, quod verbis & asperioribus minis non potest. Re tandem quamexactissime fieri potest cognita, criminale in iudicium itur. Causam Aduocatores agunt, reus per suos Aduocatos defenditur. Causa hinc inde perorata prima actione, altera ve, aut tertia ad summum, si reus aliqua lege teneri conuincitur, Aduocatores de seruanda lege sententias dicunt, & si suffragiis iudicum decernitur, lege reus mulctatur. Sin autlex non sit, aut iudices eam non probauerint, iidem Aduocatores de puniendo reo sententias dicunt, quod Veneti *mittere partem in procedendo* nominant. Hoc suffragiis decreto, iterum de genere supplicii ab Aduocatoribus, siue recognitoribus, si ipsi causam agunt, sententiæ dicuntur, nam hi in causis prouincialibus Aduocatorum potestatem habent. Idem tres *consiliarii inferiores*, & totidem capita eiusdem iudicii faciunt. Accidit enim aliquando vt in supplicii generibus singuli dissideant, sed ea tandem mulcta siue supplicio, reus mulctatur, quod iudicium pars maior approbauerit. Et hic ordo dicendæ sententiæ, in omnibus consiliis seruatur, quibus criminales causæ discernuntur, nam Princeps tantummodo, & sex consiliarii, & tria capita criminalis iudicii,

dicit, Aduocatores, vel recognitores si actio eorum est de pœnarum generibus, sententias dicunt. Alii vero qui in consiliis sedent, in horum sententias discedunt, & vt clarius hæc cognoscantur, in criminali iudicio tres consiliarii inferiores, & totidem eiusdem iudicii capita, personam domini gerunt, in Rogatorum vero, & magno consilio, Princeps, sex consiliarii, & tria alia criminalis iudicii capita, dominiũ referunt, ideo ab his consiliis quibus crimina cognosci diximus appellatio non est, cum causa criminalis integra in his transacta sit. In quæstionibus vero quibusdam leuioribus, rei non ex vinculis causam dicunt, sed libellis per Aduocatores siue recognitores porrectis, quos *capitula* appellant respondent testibus, crimen diluunt, inde cum diligenter in causa inquisitum est, in consiliis quibus est dictum, res eodem ordine peragitur. Hæc longius ac particulatim exsecutus sum, quia (vt superius dixi) tantum in iure dicendo ex actissimum ordinem cognoscere, operæpretium est, simul vt Georgius mera somnia dixisset iam plane cognoscat. Sed age Merula, quid simile in *centumuiru Romanis & his quadraginta viris Venetis* vides, cum nihil prorsus sit dissimilius? *illi enim* sortibus electi, aut testamenta rescindebant, aut rata esse iubebant, nil profecto aliud illo iudicio discernebatur, *hi* vero, id est, quadraginta ciuiles suffragiis patritiorum in comitiis creati, octo mensibus iudices appellationis, ciuilibus causis præsunt, tantundemque temporis crimina & quæstiones, sed longe dissimilius cognoscunt. Dicet fortasse Merula, vt est omnium ignarissimus, illud quod peculiare *centumuirorum* munus erat, quo iudicio Venetiis agit criminali Merula id iudicio transigitur. Nam qui testamentũ quę vltima volũtas est irritũ habet, eo crimine tenetur, quo ille qui cõtra legẽ facit. Res vero sic agetur: Si tu Merula subita insania correptus, collatinum tuũ molossicum canem, quẽ in delitijs habes, quem tãtopere amas, cũ quo dormis, qui cũ cœnas, qui nõ minus sordidus, squalidus, fœdidus q̃ dominus est, heredem testamento frater tuo præterito moriens faceres, frater tuus post mortẽ, statim ad aduocatores cõmunes, quos honoris caussa detecto capite semper nomine cõfugiens, testamenti ab insano fratre condicti rescissionẽ postularet, illi manifesto delirio tuo cognito, in criminali iudicio vno verbo tantum, vt morem ciuitatis seruarent, caussam agerẽt, & vna actione, nam altera aut tertia, testibus vel alia inquisitione opus non esset, omnibus sententijs deliri & frenetici hominis testamento rescisso, frater superior discederet. Iam sentis inepte maiori te dignum esse reprehensione, quam illum in quem scripsisti, nam. Quis nt. de præiudicijs minime intellexisse, Valerii ordinem nõ aduertisse, *centumuirales* iudicia ignorasse, & quod turpius est, illius vrbis in qua consenueris instituta præclarissima vsq; in id tempus nescisse, fatearis necesse est.

QVID MEGALENSIS PVRPVRA.

CAPVT XXII.

ET quemadmodum de iure Latii & iudiciis centumuiralibus quædam in totum vana vaniſſimum hũc Georgium effutiſſe apertiſſime oſtenſum eſt ita de ludis Romanis quædam ſomniaſſe, & Martialis ſenſus penitus inſcium fuiſſe, iam notum facimus. Ille enim in Calder. exponentem, quid per *Megalenſem purpuram & populare ſacrum*, Martialis intellexiſſet, ſic ait: Ita permiſceet & obturbat, hic literator, quæ Poeta diſcernit, vt iam laborioſius ſit diſtinguere, quæ hic confundit, quam difficiles ſenſus aperire, vt in hoc ioco. Nam per verba Poetæ, *populare ſacrum a Megalenſibus*, differt. Quando centum millia in ludis *Megalenſibus* impendenda eſſent, in *ſacro populari* biſdena abſumerentur. Sed *populare ſacrum* ludos florales intelligo, in quibus miſſio fiebat in populum ab iis, qui gratiam plebis quærebant. Perſius, *vigila & cicer ingere largè rixanti populo: noſtra vt floralia poſſint, aprici meminiſſe ſenes. Populare* autem *ſacrum* ideo dixit, quia vel per eos dies populo laſciuia & licentia maior erat, vel quia *Flora*, cum magnas opes ex arte meretricia quæſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit heredem, certamque pecuniam reliquit. Cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies editione ludorum celebraretur, quos appellant *floralia*. Exiſtimo autem per *ludos Megalenſes*: Prætutam ſignificari, per *ſacrum populare*, hoc eſt *floralia* ædilem intelligi. Hæc Georg. Adeo licentioſus eſt Merula, vt quod ingenio ſuo craſſiſſimo comprehendere non poteſt, ſtatim erratum dicat. Hinc eſt, quod omnes ingenioſos & literatos impudentiſſime mordet, nec interim quid loquitur ſcit. Nam dicit *populare ſacrum a Megalenſibus* per verba Poetæ differre, quod falſum eſt: non enim *Megalenſes ludos* ait Poeta, ſed *Megalenſem purpuram*. Nam cum oſtendit Proculen iam feciſſe diuortium cum marito paupere, ne dotem abſumeret ad minus, inquit, *purpura Megalenſis*, id eſt, prætexta qua prætores & ædiles vtuntur, ac præſertim cum ludos celebrant, & ideo *Megalenſis*, hoc eſt, quam in celebratione megaleſiorum ſibi induturus erat maritus, fuit conſtatura centum millibus. Et *populare ſacrum* hoc eſt, *Megalenſes ludi*, quorum celebratio totius populi erat, biſdena millia tuliſſet. Prætores enim ſiue ædiles propria impenſa ad ineundam cum populo gratiam, ludos celebrabant, quã rem declarat Suetonius in Iulio, cum de ædilitate eius ſcribit. inquit enim: *Venationes ludoſq; & cum collega, & ſeparatim edidit, quo factum eſt, vt communium quoq; impenſarum ſolus gratiam teneret.* Verum addam totum Epigramma, vt legentes Merulæ phreneſin cognoſcant, & neſcire literas aperte fateantur:

Menſe nouo lani veterem Proculeia maritum
Deſeru, atq; iubes res ſibi habere ſuas.

Quid

Quid, rogo? quid factum est? subiti qua causſa doloris?
Nil mihi respondes? dicam ego, prator erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Millibus, vt nimium munera parca dares.
Et populare sacrum bis millia dena tulisset,
Dissidium non est hoc Proculeia, lucrum est.

Megalensis purpura inquit Mart. & *populare sacrum* causſa diuortii fuerunt, id est prætexta prætoris, quæ ex *purpura*, vt Plin. meminit in nono erat, & *Megalesia*. Nam per *populare sacrum Megalenses ludos*, Martialem intellexisse clarum est, cum dixerit, *Megalensem purpuram*. Duplex enim erat impensa, prætextę scilicet prætoriæ, & faciendorum ludorum Megalensium. Quod autem prætextati ædiles, siue prætores celebrarent ludos, Cicero in oratione contra Pisonem testis est: *Tu* inquit *cum Calendis Ianuariis compitalitiorum dies incidissent, Sex. Clodium (qui nunquam antea prætextatus fuisset) ludos facere, & prætextatum volitare passus es.* Nec audebit negare Merula prętextam tā prætoris quam Ædilis fuisse, cum Cicero & Tranquillus pro me sint. Quorum alter in oratione contra Vatinium sic ait: *de quibus duos prætextatos sedentes vides, te Ædilitiam prætextam in togam, quam frustra confeceras vendidisse.* Et alter de Prætura, C. Cæsaris scribens ait: *Ac nihilominus permanere in Magistratu, & ius dicere ausus, vt comperit paratos qui vi ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, abiectaque prætexta domum clam confugit.* Nec mirabitur aliquis, quod purpurea prætexta tanti apud antiquos cōstiterit, quanti Martia. scribit, cum Plinius hæc de purpura dicat. *Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obiit, me, inquit, iuuene, violacea prætexta vsgebat, cuius libra denarii centum veniebat, nec multo post rubra Tarentina, huic successit dibapha Tyria, qua in libram denariis mille non poterat emi, hac Lentulus Spinther Ædilis curulis primus in prætexta vsus improbabatur.* Sed refellamus illa, quæ Merula somniauit. Ait enim *populare sacrum floralia* intelligo, quasi alii ludi scenici scilicet, saturnales, Megalenses non fuerint populares, qui omnes ad religionem & lętitiam populi excogitati sunt. Imo *Florales ludi* plebei potius quam populares erant, quibus propter licentiam & lasciuiam, nobiles, id est, equites, senatores, & patricii non aderant, vt ex Plutarcho in vita Catonis Vticensis licet intelligere. Et Persius, quem ad rationem insaniæ suæ Merula allegat, *populum* pro *plebe*, vt sæpius fit accepit, quamuis Asconius *ludos plebeios* appellari scribit, qui pro libertate plebis exactis Regibus, aut pro reconciliatione post secessionem plebis in Auentinum fierent. In Megalensibus autem ludis, omnes sedebant, & liberi homines, a quibus amouebantur serui omnes, vt Cicero meminit in Augurum responsis, qui Ædilitatem Clodii, qui *Megalesia* celebrauit, vituperans ait. *Tua tum tua, Cn. Lentule eadem virtus fuit, qua in priuato quondam tuo proauo,*

te nomen, imperium, vocem, aspectum, impetum tuum stans senatus equites Romani & omnes boni sequebantur, cum ille seruorum & ludentium multitudine senatum populumque Roman. vinctum, ipso confessu & constrictum in spectaculis, atque impeditum turba, atque angustiis tradidisset. Et paulo post de *Megalensibus* loquens, ait. *Illi cum ludos facerent seruos de cauea exire iubebant, tu in alteram seruos immisisti, ex altera liberos eiecisti. Itaque qui antea voce praeconis a liberis se mouebantur, tuis ludis non voce, sed manu liberos a se segregrebant.* Praeterea si *ludi Florales* fiebant ex annuo fœnore illius certæ pecuniæ, quam populo *Flora* reliquit, quid iacturæ & damni potuissent afferre Proculeiæ marito? quem Martial. repudiarum ab vxore dicit, propter impensam popularis sacri? Poteris ne adhuc negare arrogantissime Georgi, te in expositione popularis sacri, non modo ignorauisse quid diceres, verum etiam sine vllo iudicio penitus fuisse? illud quoque omnino Merulam sine literis, sine ingenio, memoria & iudicio esse ostendit, quod inquit: *Existimo per Megalenses ludos praetorem intelligi, per popularem sacrum, hoc est, Floralia aedilem significari.* Ergo per Merulam eodem anno maritus Proculeiæ & Prætor erat & Ædilis, quod quam sit absurdum quis prætereatabeum hunc ignorat? cum isti magistratus annui, & diuersi fuerint, & aliud prætoris officium sit, aliud Ædilium, quamuis ludos vterque populo exhibere posset. Postremo cur per *Megalenses ludos*, non tam Ædilem quam Prætorem posses intelligere vanissime interpres, qui per eos tantū præturam significari existimas, cum Ædilium peculiare munus fuerit ludos celebrare? Nam *Megalesia* ab Ædilibus celebrari solita, Cicero in Aruspicum responsis, & Asco. scribunt. Et Valerius his verbis meminit: Sed hunc morem Attilius Soranus L. Scribonius Ædiles ludos matri Deum facientes, posteriores Africani sententiam secuti, diseretis senatus & populi locis soluerūt. *Megalenses* vero *ludos* ad honorem magnæ matris fieri solitos, testatur idem Cicero in Aruspicum responsis Et *Megalesia* dicta sunt a templo magnę matris *Megalesio* a Græcis dicto. Vnde ex libris Sibyllinis, vt inquit Varro, Romam Dea fuit aduecta, non quemadmodum ineptus iste Georgius mentitur in expositione Iuuena. ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρὸς, hoc est, a magna matre. Non potest igitur Merula legentium iudicio, imo seipso iudice (nisi prorsus desipiat) negare, quin in exprimendo Martialis sensu, & ludorum consuetudine declaranda, delirauerit. Quamobrem pœna talionis mulctandus est, cum Domitio calumniam intulerit.

Quid subsellium & splenium.

CAPVT XXII.

NEc mediocri profecto animaduersione dignum scelus admisit, lutulentus iste popinarum gurges, cum arguens eundem Calderin expositione Epigrammatis Mart. quod incipit: *Rufe vides*

vides illum subsellia prima terentem, ita loquitur in *subselliis, quæ proprie*, vt Pedianus ait: *minorum erant, cum tribunalia maiorum forent*. Iudices sedebant trifariam aliquando diuisi. Nam & ordo Senatorius, & Equestris, & item Tribuni ærarii iudicabant. Aliquãdo tamen iudicia penes senatores solos, interim penes equites fuere. Et paulo post subiungit: Ego autem dixerim, *subsellia prima tenentem* equitem fuisse, qui iudicaturus *prima subsellia*, mollis & ornamento molliore ornatus frequentaret. Hic impurus veterator, nec Asconium Pedianum de iudiciis & subselliis, nec quid Mart. in Epigrammate derideat, intelligit, vt mox ostendam. Non enim iudices trifariam diuisi, vt Merula ait, iudicabant, nec hoc Asconius scribit, sed (vt superius late ostendi) ex lege Aurelii Cottæ, iudicia senatui, Equitibus & Tribunis ærariis communicata sunt, & ex his tribus ordinibus: æquali portione is iudicum numerus per Prætorem sortibus eligebatur: quem lex ea dabat, qua quis teneri dicebatur. Et hoc Asconius affirmat, apud quem in Milonianam orationem, ita scriptum legitur: *Tribuni Ærarii. XIII. condemnauerunt, absoluerunt quatuor, Senatores condemnauerunt, XII. absoluerunt quinque, Equites condemnauerunt XIII, absoluerunt quatuor*. Nam in Miloniano iudicio vnus & quinquaginta iudices ex lege Pom. sederunt, & sic in aliis iudiciis factitatum esse apud Asconium multis in locis diligens lector inueniet. Præterea *subsellia* non erant minorum iudicum, *Tribunalia* vero maiorum vt somniat Merula? Sed minorum magistratuum, hoc est, Tribunorũ, Quęstorum, Triumuirorum, qui non in *Tribunalibus, & sellis curulibus*, vt Consules, Prætores, Ædiles Curules, qui sunt maiores magistratus, sed in *subselliis* considebant, & de rebus minoribus, ac de iis quibus præerant ius dicebant, quod *priuatum iudicium* appellabatur. Asconius: *Sunt enim subsellia Tribunorum, Quæstorum, Triumuirorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus & Tribunalibus cõsidebant, sed in subselliis*. Nec ꝓfecto Merula (quãuis omnem ætatẽ suam in ediscendis vocabulis absumserit) quid *subselliũ* significet, vnq̃ intellexit, hinc est, ꝙ ad sensum Martialis minime penetrauit. *Subsellium* enim vt Varro scribit, id *sedile* dicitur quod non plane sit sella, sed aliam fere formam habeat, & ea ratione dictum est, qua *subsipere*, hoc est, *non plane sapere*. Inde *subsellium* dicitur vbi eiusmodi duo sunt. Et dicebantur *subsellia*, præter illud quod de Magistratibus diximus, sedes in foro, vbi iudices electi in publico iudicio sedebant. Quin. in decimo: Quod accidisse etiam Portio latroni qui primus clari nominis ꝓfessor fuit traditur, vt cum ei summam in scholis opinionem obtinenti caussa in foro esset oranda, impense petierit vti *subsellia* in basilicam transferentur. Et Cicero pro A. Cluentio. *Cumque id ei per viatores consulto negligentius agi videretur, ipse e publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus est, & illud pro potestate dimitti iussit*,

Stolonum ipse ad subsellia adduxit. Dicebantur & *subsellia* in curia, vbi senatores sedebant. Cic. in ea oratione quam habuit in senatu in Catilinam. *Quid quod ab aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt? quid quod omnes consulares, qui tibi per sæpe ad eadem constituti fuerunt simulatq; assedisti, partem istam subselliorum nudam atq; inanem reliquerunt.* Erant & *subsellia*, vbi sedebant rei & accusatores, & testes, & illi, qui iudicium spectabant in foro. Cicero pro Roscio. *Et ne forte me frustra hoc pollicitum esse prædices, te te inquam Fanni a tuis subselliis, te testem suscitabo.* Idem pro Lucio Flacco, *hoc vero quid est? vna sedent, ex accusatorum subselliis surgunt, non dissimulant, non verentur.* Idem pro Sex. Roscio Amerino: *neque enim accusatore muto, neque teste quisquam vtitur eo, quod accusatoris subsellio surgit.* Et idem pro A. Cluentio. *Itaque cum callidissime se dicere putaret, & cum illa verba grauissima ex intimo artificio depromsisset. Respicite iudices hominum fortunas, respicite dubios, variosque casus, respicite C. Fabritii senectutem. Cum hoc respicite, ornanda orationis caussa sæpe dixisset, respexit ipse. At C. Fabricius a subselliis demisso capite discesserat.* Dicitur etiam *subsellium* sedile, quo quis vel ad mensam sedet, diuersum tamen a sella. Plautus in Stycho. *Scis tu me esse vni subsellii virum.* Et Cornelius Celsus in septimo. *Homo tum resupinus eo modo, quo in curatione ant figuratur super subsellium, aut lectum collocandus est, vnde & subsellia sedes in theatro appellabantur.* Cicero pro Cornelio. P. *Africanus ille superior, vt dicitur, non solum a sapientibus hominibus, qui tum erant, verum etiam sæpe a seipso accusatus est: quod cum consul esset cum T. Longo passus est a populari concessu, subsellia senatoria separari.* Et Sueto. in Augusto ait: *Facto igitur decreto patrum, quotiens quid spectandi vsquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus.* Didicisti tandem Merula, quid significet *subsellium* & vnde dicatur. Recognoscis iam singularem insciitiam tuam, & temeritatem. Per *subsellia* iudicem intelligis? Cur non minorem magistratum? Cur non senatorem? Cur non accusatorem aut reum, conuiuam, aut ægrotum, aut spectatorem ludorum? horum enim omnium *subsellia* erant, vt late ostendi. Num iudicem Martia per totum epigramma intelligit & nominat? Minime. Quid igitur, inquies Martialis, intelligit per *subsellia?* Dicam Georgi: Tu interim recognosce errorem tuum. Videtur Mart. quantum verba epigrammatis innuunt, notare velle quendam delatorem fronte inusta litera notatum, diuite tamen cultu ornatum, in foro iudicum, vbi *subsellia* erant spatiantem. Ita enim inquit:

Rufe vides illum subsellia prima terentem,
Cuius & hinc lucet Sardonicata manus,
Quæ q; Tyron totiens epotauere lacernæ,
Et toga non tactas vincere tussa niues,
Cuius olet toto pinguis coma Marceliano,
Et splendent vulso brachia trita pilo,

Non

Non externa ſedet lunata ligula planta,
Coccina non laſum pingit aluta pedem,
Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem,
Ignoras quis ſit? ſplenia tolle leges.

Nam *ſplenium* Mar. appellat panniculum medicamētis perfuſum, qui ſupra inuſtionem literæ impoſitus erat ad medelam & contectionem vſtionis. Martialis alio loco hoc declarat, cum fingēs ſe ęgrotare in mento *ſpleniumque* adalligatum ferens, ne cauſſam haberet baſiandi Philennin feliatricem, ſic ait:

Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento,
Alba ve pictus lana labra ceruſa,
Philenni quæris, baſiare te nolo.

Et Plinius vigeſimo nono, cum de remediis ad oculos cruore ſuffuſos ſcribit, quem Georgius intellexiſſe nunc fatebitur, *ſplenium* pro medicamento ipſo accipit, cum ait *ſupernimponi oportet ſplenium e melle decoctum, lanamque ſuccidam ex oleo & vino.* Quod autem delatores inuſtione literæ notarentur, qui non recte accuſarent, Cicero pro Roſcio Amerino contra Erucium delatorem aperte oſtendit, cum ait: *Sed ſi ego hos bene noui, literam illam, cui vos vſque eo inimici eſtis, vt etiam columnis oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea nemmem alium, niſi fortunas veſtras, accuſare poſſitis.* Verbum præterea leges in fine Epigrammatis appoſitum plane demonſtrat literam illam in Ruffi fronte fuiſſe ſcriptam, nec ad expoſitionem, & verba Georgii vllo modo conuenire poteſt. *Torentem* etiam, non *Tenentem* legendum eſt, vt habet Codex antiquus, & ſignificat *Terere*, vltra proprium ſignificatum *vltro citroque ſpatiari*, vt alio loco, *quod ambulator porticum terat ſerus.*

TOMVS.
CAPVT XXIII.

ESt præterea Martial. Epigramma ad ſuorum librorum furem, ſic incipiens. *Erras meorum fur auare librorum, ſieri Poetam poſſe qui putas, tanti ſcriptura quanti conſtat & Tomus vilis*: In cuius interpretatione Calder. reprehendens Georgius ait: *Tomon appellant Græci particulas librorum abſciſſas, veluti volumina, qua inſcriptione notati ſunt Hermogenis libri.* Hieronymus proprie *Tomos* volumina interpretatur. Quo rectius dixerim *Tomum* accipi pro particula libri, quam pro craſſiore papiri parte. Quantam ſibi licentiam aſſumit hic ſordidus grammatiſta, & inuerecundus, adducit dictionem Græcam, quæ nihil ad Martial. ſenſum facit, & quod peius eſt, eam male interpretatur, cum ignoret, vnde deriuetur, quod facile perſpicere poterat, ſi quid ei ineſſet ingenii ex interpretatione diui Hieronymi. *τόμος* enim verbum Græcū *duo* ſignificat *incido* & *diuido*, ex hoc *τόμος*, id eſt, *locus* dicitur, & is locus diis ſacer ſeparatus & ſemotus ſit, vt ſcribit Suidas, ex hac

igitur secūda significatione deriuatur etiam *Tomos*, quod proprie significat *libri diuisionem*, hoc est *volumen*, & Hermogenes diuisit librum suum in *Tomos*, id est, *volumina*, non in abscissas particulas vt aliolus Merula inquit. Sed quid hoc ad Martialem? qui sic ad furem: *fur meorum librorum*, id est, meorum voluminum, aliquando enim *liber volumen* significat, erras qui putas fieri Poetam tanta pecunia, quanti constat exscriptio librorum, & *Tomus vilis*, id est charta, vel incisio illa qua libri coaptantur & poliuntur, & ideo vilem dixit. *Tomos* enim vt scribit Suidas, duo significat, chartam & incisionem τέμνω, hoc est, *incido*.

Myrinus & Summœnium.

CAP. XXIV.

NEgat insuper ignorantissimus hic pergræcator *Myrinum* fuisse nomen gladiatoris, cum Martialis ipse alibi id aperte declaret in eo Epigrammate:

Nuper cum Myrino peteretur missio laso. Et Summœnium locum Romæ fuisse, vbi meretrices prostabant, & quædam insulse nec ad propositum ex Horatio adducit, cum Martialis alio loco dicat: *Summœnianas cœnet inter vxores.* Sed nimirum sine memoria, sine vllo ingenio, sine vlla omnino prudentia & iudicio est hic indoctus αὐτοδίδακτος qui si quid eruditionis habet, quod profecto admodum exiguum est, ex commētariis aliorum didicit, & tamen impudentissime in doctores suos ingratissimus recalcitrat, & obtrectatione eorum sibi famam quærit. Veruntamen doceamus, quid fuerit *Summœnium*, & vnde dicatur, ne amplius hic canis allatret. Locus erat Romæ *Subura* dictus, vt inquit Varro, quod esset sub muro terreo carinarum. Et Iunius scribit *suburam* dictam quod sub antiqua vrbe esset. In hoc loco meretrices habitasse, multis locis testatur Mart. & Virgilius in lasciuis epigrammat, inquit:

Nota Suburanas inter Theletusa puellas,
Quæ puto de questu libera facta suo est.

Hinc Martialis suo nouo vocabulo meretrices *Summœnianas* appellat quæ in loco prostarent, qui olim fuisset sub antiquis mœnibus. Nam quemadmodum dicitur *Subura* a sub & muro, ita *Summœnium* quod esset sub antiquis mœnibus. *Suburam* Mart. appellauitam rem eti, quam in dictionibus Græcis fecit. Cum enim dicatur Apollo *Sminthius*, & campi *Sminthii* a muribus dicti, vt scribit Strabo, cum de Asia minori loquitur, Martialis Apollinem *murinum* maluit appellare, & primam syllabam breuem fecit, cū mus longa sit syllaba, sic campis diues Apollo sic *murinis*, quod autem secundam syllabam *Summœnii* breuem, contra naturam nominis Martialem dicat protulisse, aperte mentitur Merula, nec de syllabis loqui debet, qui a musis est alienissimus. In codicibus enim antiquis ita scriptum est. Raraque *Summœni* fornice rima patet: pro *Summœnii*, vt pauperis & *tuguri*, pro *tugurii*.

Quæ

Quare rudis Sinuessa.

CAPVT XXV.

NEc silentio præ ereundum est, quod alibi somniculosus interpres Georg. vt gracculus crocitauit super Mart. epigrammate quod est:

Hetrusci nisi thermulis laueris.
Illotus morieris Oppiane.
Nulla sic tibi blandientur vndæ.
Nec fontes apponi, rudis puellis
Non mollis Sinuessa. feruidiq;
Fluctus passeris, aut superbus Anxur.
Sic enim implicitas ambages eructat.

Quod autem Aponus sit vicinus Patauio, nemo est, qui nõ norit, quod autem dixerit rudes puellis, quod imprimis desiberabam non satis exponit. In quæstionem hanc soluendam, cum aliquando diligentius incumberem, atque peraccurate multa legerẽ. forte incidi in epistolam Ioannis Cassiodori, quæ mandante Theodorico rege Gothorum, ad Archiatrum Patauinum scribitur, vt præparet balnea Aponi. In ea igitur epistola tradit esse in aquis Aponi, stupendam quandam continentiæ disciplinam. Nam in vndam qua viri recreantur, si mulier descendit, inscenditur propterea, quia & ipsis altera exhibitio decora collata est, scilicet ne ardẽtium aquarum fœcundissimum locum non crederent habuisse. Vnde plurima largiretur, si vterq; sexus vno munere communiter vteretur Hæc verbosius Merula hesternã crapulam exhalãs effundit, quem si quis retortis post tergum manibus, fidiculis torqueat, cogatque exponere, quid Cassiodorus de Aponi fontibus sentiat, disrumpetur potius quæstione, quã id exsequi possit, adeo verba corrupta subtexit, vt nihil solidum elici possit, quod ad Martia. interpretationem faciat. Ego vero *rudis* numero singulari legendũ puto, & ita habet codex antiquus & sic erit ordo: *Nec mollis Sinuessa rudis*, id est incognita & intacta puellis, sic blandietur tibi Oppiane, vt thermulæ Hetrusci, In agro enim Campaniæ Sinuessano aquæ calidæ erant, molles (vt inquit poeta) hoc est, quæ lasciuiam & mollitiem inferebant. Et ideo puellis rudem Sinuessam Martialis dixit, quia ab his aquis propter earum mollitiem puellæ arcerentur. Vnde Plinius aquas Sinuessanas sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere scribit. Quibus si se lauisset Merula, non tam vehementi delirio vexaretur, quo percitus in bonos & literatos viros, bonarum literarum omnium ignarus ipse, allatrationibus ineptis inuehitur.

CAPVT XXVI.

HÆc sunt, in quibus Georg Merulam, dum in Domitium Cal dicaciter nimis ac licenter inuehitur, in Plin. & Mart vehementer errasse abunde satis (vt credo) ostendi. Quædam

vero præterii consulto, quæ magis iudicium quoddam, quam cognitionem aliquam reconditæ antiquitatis requirunt, & ipsâ huiusmodi sunt, vt vel mediocris ingenii iuuenis facile per se cognoscat. Nam de his ita velim omnes existiment, communis tantum vtilitatis rei literariæ a me ductam esse rationem, omni ambitione, omni deniq; odio amoto. Neque enim is sum, qui derogatione alienæ laudis mihi æstimationem & nomen aucupe r. Quamobrem omnes bonarum literarum & veritatis sectatores mihi non iniuria adesse debent, & vna mecum insolentem licentiam maledici conuitiatoris reprimere. Illud præterea non putaui silentio prætereundum, quod de Alba longa, & Auentino delirus magister somniauit, vt eius auditores, quam modica in eo eruditio & antiquitatis cognitio sit, cognoscentes, non ita facile insomniis & deliramentis ipsius credãt. Nam cum me ad auditorium ipsius, vt hominem officii admonerem contulissem, offendi illum forte Liuium ab vrbe condita legentem, si legere est, ieiune, inepte, nulla elegantia, nullo seruato ordine, & de ipso blatterare, & in vires literatos inuehi. Ibi inter alias ineptias, quas mõstruosus præceptor effutiuit, Albam longam ad differentiam alterius Albæ appellatam, & Auentinum ab aduentu Herc. & Caci nominatum, non sine præfatione diligentiæ suæ affirmauit. Hæc profectõ nũquam misellus dixisset, si sobrius ad auditorium esset profectus, sed hesternæ cœnæ crapulam nondum concoxerat, nam verba Liuii non aduertit, a situ in dorso porrectæ vrbis Longam Albam appellatã scribentis. Quod autem Varronem in lingua Latina non legerit oscitabundus heluo, haud quaquam mirandum est, qui de Alba sic ait: Hinc post triginta annos oppidum alterum conditur Alba, id a sue alba nominatum. Hæc e naui Ancæ, cum præsset Lauinium, triginta parit porcos. Ex hoc prodigio post Lauinium conditum annis triginta, hæc vrbs facta propter colorem suis & loci naturam, Alba longa dicta est. Nam de altera Alba, quod vigilans somniauit, apertissimum mendaciũ est. Alba enim ad fucinum lacum in Marsis, vnde sunt Albenses, vt inquit Plinius: Colonia fuit Romanorum octingentis fere annis post conditam ab Ascanio Albam longam, vnde sunt Albani, deducta. Victis. n. Marsis tres Coloniæ, Sora, Alba, Carseoli, eodem anno deductæ sunt, vt Liuius meminit. Auentinus autem vnde dicatur, idem Varro declarat, qui scribit, non ab aduentu Herculis & Caci montem appellatum, sed vel ab Auentino Albano rege ibi sepulto, vt Liuius & Dionysius etiam meminere, vel (vt Neuius) ab auibus, quod eo a Tyberi ferrent aues, vel ad aduentu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianæ templum erat constitutum, vel ab aduectu. Nam olim paludibus mons erat a reliquis disclusus. Et eo ratibus ex vrbe aduehebantur, vnde velabrum dictus locus est, qui inter Palatium & Auentium erat. Sed iam huic opusculo sit finis, quod tanquam

tanquam præludium quoddam, vt diximus, edituri sumus. Quæ-stiones enim Plautinas exspectamus, quas tantopere iactat, nec tã per decennium edidit. Vereor autem ne hæc tam longa vteri ge-statio abortum faciat, cum iam celerius elephanti pariant. Præ-terea vt nobis nuntiatur, propediem se toti orbi bellum indictu-rum, sua solita arrogantia prædicat. Hoc per Iouem lapideũ, quod olim maximum iusiurandum erat, lætus exspecto, nec præ desi-derio tantum mihi vitæ superesse puto, vt hoc videam. Sed quid tam diu moratur? Exeat tandem, & illam ferratam, siue sanguineam præustam hastam, huius tanti belli indicium faciat. Ego vnus pro toto orbe primus cum Georgio Merula congrediar, nec galea & lorica, thorace & lancea munitus in certamen descendam. Non enim his armis mihi in Georgium opus erit. Hispanam cetram, & acutum gladium in eum asferam, vt leuiori agilitate cominus ip-sius iugulum petam. Nec deerit tamen laqueus & hamus, si Pro-tei ferte artibus vsus, aut, vt Merula auis, quoniam ita vult ap-pellari, rostro luteo morsus intentabit, aut, vt pisces Merula, bran-chiis apertis, & excussa cauda insiliet. Tum facile cognoscet, quæ in enodandis Iuuenalis sensibus offenderit, quæ in Columella, Varrone & Catone censorio arroganter deprauauerit, tum demũ in Plauti emendatione, non Herculis labores, vt ipse iactat, sed errores fecisse fatebitur. Nam de Tuberonum ductu in Ligarii ac-cusatione quædam in totum vana somniasse, Intercalarium men-sium rationem non deprehendisse, centuriatam concionem in-docte dixisse, & in inuectiua in Galeotum Latinum sermonem non seruasse, & si omnium impudentissimus est, vt tamen eum pudeat, necesse erit.

CORNELII WITELLII CORINTHII DE *dierum, mensium, annorumq; obseruatione ad Pyladem Brixiensem, Graci, Romaniq; sermonis doctissimum Præfatio.*

HEsterna vespera in foro diui Marci vltro citroque deambu-lantes, cum de Græcis Latinisque literis multa confabularemur, venit ad me (vt nosti) quidam ex auditoribus Georgii Me-rulæ, iuuenis sane non parum doctus, meque percunctatus est: Quo pacto locum illum in primo Liuii ab vrbe condita intellige-rem, vbi Numam Pompilium ad cursum Lunæ & Solis annum scribit constituisse, quod diceret Georgium Merulam frequenti auditorio, se nunquam mentem Liuii potuisse comprehendere, palam profesum esse. Et iccirco id in suis commentariis tacuisse, cum de anno & intercalario mense scriberet. Ego cum libenter iu-ueni respondissem (vt soleo omnibus) edocuissemque ex senten-tia Macrobii, quæ lectio vera Liuii esse deberet. Ostendissemque, quibus in locis Merula in anni obseruatione errasset. Efflagitasti

tu mi Pylades optime, vt ea omnia. quæ de intercalationibus, & annis ex auctoritate Censorini, & Macrobii Plutarchiq; pro tempore enarrassem, breui ad te epistola colligerem,, qua in re nunc quidem inuitos tibi morem gessi, tum veteri nostra amicitiæ motus, pro qua tibi omnia debeo, tum etiam, vt in hac epistola, meo aliqua ex parte satisfacerem, consilio. Scis enim ita mihi perceptũ animo, vt quanto meo studio possim & diligentia Georgium Merulam, nescire literas, & ipsius commentaria, quibus in tam turpem elationem deuenit, vt omnes literatos viros contemnat deptimatque, variis scatere erroribus ostendam. Hoc ipsum in defessione Domitii Calderini me feciſſe confido, & posthac diis bene iuuantibus faciam. Habeo enim sexcentos & amplius errores ipsius ex commentariis Iuuenalis, & oratione in Ligarium, accusatione Plauti, Columellæ, Catonis Censorii, & Varronis collectos, quos iam edidissem, nisi exspectarem ipsius quæstiones Plautinas, quas iam decem annos in vtero gestat, & adhuc non modo non parit, sed ne parturit quidem, cum ei opus sit recantare, quæ in toto Plauto deprauauit. Itaque mi Pylades plenior obsequio desiderium tuum demeritus sum. Non enim solum hac epistola diuersorum annorum veterem obseruationem habebis, verum etiam quædam de diebus & mensibus, quæ hinc inde per auctores dispersa, collegi. Posthæc vero Merulæ errata aspergentur, sed iam dies ex quo mensis, & annus constat, initii auspicabitur, qui, vt Censorinus ait, aut naturalis est, aut ciuilis. Naturalis dies, tempus est ab oriente sole ad occasum, huius principium, *mane* appellauere antiqui, vel quia tunc *manat* ab oriente dies, vt inquit Varro, vel boni omnis gratia. *Manum* enim veteres *bonum* dicebant, vnde dii inferi *manes* sunt dicti, quos bonos putabant, cuius contrariũ est *immane*. Occasus vero *suprema* dicebatur. In 12. tabulis, ortus & occasus tantũ notati sunt, post aliquot annos adiectus est & meridies, accenso consulum, vt inquit Plin. id pronuntiante: Cum curio, hoc est, sacrorum præco inter rostra & Argeorum thesin prospexisset talem solem, a columna ænea ad carcerem inclinato sydere suprema pronuntiauit, sed hoc serenis tantum diebus. Aliqui vero quadripartitum diem faciebant, sicuti castra noctem, ideo in historiis, prima, secunda, tertia & quarta vigilia legitur. Ciuilis vero dies id tempus dicitur, quod vno cœli circumactu fit viginti quatuor horarum spatio, quo dies verus & nox continetur. Huiusmodi dies ab Astrologis, & ciuilibus, quatuor modis diffinitur. Babylonii enim a sole exorto ad alterum exortum, diem statuerunt. Athenienses vero ab ab occasu solis ad alterum, & multi in Vmbria, quæ gens Italæ est, a meridie in meridiem, quam opinionem Varro damnat: Nam (vt inquit Gellius) qui Calendis in meridie apud Vmbros natus est, dies eius natalis videri debebit, & Calendarum dimidiarum, & qui est post

Calen-as

Calendas dies ante meridiem, quod nimis absurdum est. At Romani sacerdotes, & qui diem diffiniuere ciuilem, Ægyptiique & Hipparchus, dies singulos a media nocte ad mediam proximam computabant. *Marcus Varro*, teste Gellio, *ait homines, qui media nocte ad proximam mediam noctem in his horis XXIV. nati sunt, vna die nati dici dicuntur*, ac de ciuili Romanorum die Vergil. intellexisse Gellius scribit, cum ait:

Torquet medios nox humida cursus,
Et me sanus equis oriens afflauit anhelis.

Huiusmodi igitur dies sic diuidebatur, vt Censorinus scribit: *Media nox*, quod principium diei erat. Inde de media nocte proximum erat *gallicinium*, cum galli canere incipiunt. Deinde *conticinium*, cum conticuere. Tunc ante lucem siue *diluculum*, cum sole nondum orto iam lucet. Post hoc *mane*, cum lux videtur, inde ad meridiem, tunc *meridies*, quod est medii diei nomen, inde de meridie. Hinc *suprema*, quamuis multi suprema post occasum solis esse existimabant quoniam in 12. tabulis ita scriptum erat: *Solis occasus suprema tempestas esto*. Sed postea Marcus Pletorius Tribunus pl. plebiscitum tulit, in quo scriptum est: *Prætor vrbanus, qui nunc est, quique posthac fiet, duos Lictores apud se habeto, hisq; suprema ad solem occasum, iusq; inter eius edicunto*. Post suprema dicitur *vesper* siue *vespera*, quam Plautus *vespertiginem*, Vergilius *hesperum* appellatur. Postmodum *crepusculum* a *crepero*, vt inquit Varro, quod dubium significat, quia id tempus, noctis ne sit, an diei incertum. Post id tempus sequitur, quod luminibus accensis, siue *prima face* notabatur. Deinde *concubium*, cum itum est cubitum. Exinde *nox intempesta*, quod nihil agi fit tempestiuum. Tunc ad *mediam noctem*. *Dies* etiam genere fœminino, aliquando pro tempore simpliciter ponitur, Ouidius:

Non venit ante suam nostra querela diem.

Et alibi: *Ante diem pœna quod perijere mea.*

Vnde *diecula*, vt inquit Asconius paruum tempus. Horarũ in 12. tabulis nulla mentio erat, sed postea quo tempore, & a quo Romę horologia sint inuenta, incertum est, hoc satis constat, *solaria* primum appellata, quod ex sole horæ cognoscerentur. Huius primus inuentor apud Lacædemonios Anaximenes Milesius fuit, appellatumque est sciotericum. Plinius ita scribit: Princeps Romanis horologium statuisse ante 12. annos, quam cum Pyrrho bellatum est, ad ædem Quirini Lucius Papyrius cursor, cum eam dedicaret a patre suo votam a Fabio Vestali, proditur. Sed neque facti horologii rationem, vel artificis nomen significat, nec vnde translatum sit, vt apud quem id scriptum inuenerit. Marcus Varro primum statutum in publico secundum rostra in columna tradit, bello Punico primo a Marco Valerio Messala consule: Catina capta in Sicilia deportatum inde post

triginta annos, quam de Papyriano horologio traditur, anno vrbis quadringentesimo septuagesimo septimo, nec congruebat ad horas eius lineæ. Paruerunt tamen ei annis vndecentum, donec Quintus Martius Philippus, qui cum Lucio Paulo fuit censor diligentius ordinatum iuxta posuit, idque munus inter censoriaopera gratissime est acceptum. Etiamnum tamen nubilo incertæ fuerunt horæ vsque ad proximum lustrum: Tunc Scipio Nasica collega Lenati primus aqua diuisit horas, æque noctium ac dierum, idque horologium sub tecto dicauit anno vrbis quingentesimo nonagesimo quinto, tamdiu populo Rom. indiscreta lux fuit. Huiusmodi horologia clepsidræ appellantur, quia aquam, qua horæ notabantur, includam & occultã habebant. Et hæc de diebus. Mensis autem, vt Macro. scribit, a luna est appellatus, quam Græci μὴνα nomine dicunt, quod intra eum Zodiacum Luna lustret. Verum tamen mensium quoque alii naturales, alii ciuiles sunt. Naturalium autem, alius solaris, alius Lunaris est. *Solisq; mensis* id temporis spatiũ dicitur, quo sol in aliquo signo moratur. Id vero modo maius, modo minus esse astronomica computatione colligitur. *Lunaris* autem *mensis* is est, quem luna in circuitione signiferi consumit, qui omnino tricenos dies non explet. Hunc mensem Vitruuius in nono vertentem appellat, quem Luna peragit, dum ad id signum, ex quo egressa erat, denuo reuertitur. Ideo & annum lunarem Macrob. appellari affirmat. At *ciuilis mensis* dicitur, quẽ quæq; ciuitas sibi constituit, vt Romani ex constitutione Romuli quatuor menses, Martium scilicet, Maium, Iulium & Octobrẽ, tricenis & singulis diebus claudebant. Reliqui vero sex tricenos dies habebant. Nam decem mensibus annum Romulus computauit. Sed omnium mensium dies primi Calendarum appellationem notantur a verbo græco καλῶ, quod idem est, quod voco. Prius enim quam Cn. Flauius scriba inuitis patribus fastos in omnium notitiam ederet, primo mensis die a minore pontifice vocato in capitolium populo feriarum caussas, ac quid in eo mense esset agendi Rex sacrorum enuntiabat, & Calendas tamen Græci non habent. Ideo Augustus Cæsar, cum aliquos nunquam soluturos significare vellet, *ad Calendas Græcas soluturos* dicebat ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. Græci principia mensium appellant. Omnes etiã menses *Nonas* & *Idus* habent, & cũ omnibus idem numerus Iduũ sit, nonarum diuersus est. Quatuor enim menses Martius, Maius, Iulius & October, septimanas habent nonas. Reliqui vero quinquanas, quæ dictæ sunt, (vt aliqui volunt) quod nouæ sint initium obseruationis, vel quia ab eo ad Idus nouem numerantur dies. *Iduum* vero appellatio, quinis octo numerantur dies, a Tuscis (vt multis placet) emanauit, qui diẽ illum *Itim* nominantes, Iouis fiduciã interpretantur. Ideoque idibus res diuina Ioui agebatur, quemadmodum calendis iunoni. Aliqui *idus* dictas affirmant, quasi *Vidus*, v litera detracta. Quod enim

enim Græci ἰδῶν dicunt, nos n litera addita videre dicimus, quoniam eo die Luna plena videatur, vel ἀπὸ τοῦ εἰδέναι, quòd is dies plenã Lunæ speciem demonstret. Sunt qui *Idus* appellatas scribunt ab oue, quam Tusci *Idulim* nominant, quod ouis a Flamine Idib. Ioui mactaretur. Macrobius vero *Idus* ab *iduare*, quod diuidere est, deduci existimat, quod is dies mensem diuidat. Inde *vidua* dicitur, quæ sit viro diuisa. Verum reliqui mensium dies, qui ab Idibus ad finem mensis supersunt, a Calendis sequentis mensis numerantur, vno semper die addito. Sed omnis computatio a maiori numero incepta, retrorsum in minorem desinit, quod etiam in *Nonis & Idibus* fit. In mensibus enim, qui septimanas habent nonas, sexto, quinto, quarto nonas dicimus. In iis vero qui quintanas, quarto tertio. Et in Idibus, octauo, septimo, sexto idus dicentes, dies computamus. Verum hæc notiora sunt, quam vt a me latius explicentur. Nunc vero de Anno dicendum est, quem a circuitu temporis Atteius Capito, teste Macrobio dictum esse putauit. Veteres enim *an* pro *circum* vsurpabant. Hic igitur *annus*, aut *vertens* est, aut *ciuilis*, aut *magnus*, de quo inferius. Annus vertens, (vt Censorinus ait) natura est, dum sol duodecim signa percurrens, eodem vnde discesserat reuertitur. Hic quod dierum numero colligendus esset, inter Astrologos veteres non conuenit, quorum opiniones enumerare, & longum, & superuacaneũ esset. Aliqui etiam incomprehensibilem & innumerabilẽ esse vertentem annum putauerunt. Verumtamen plures sunt, qui trecentis & sexaginta quinq; diebus, & quadrante, hoc est quarta parte vnius diei, annum vertentem colligunt, cuius sententiæ & Iulius Cæsar fuit, & huic numero, annum Romanum accommodauit. Hunc autem annum Virgi. *magnum* appellauit, respectu Lunaris anni, qui eo longe minor est, cum ait: *Interea magnum sol circumuoluitur annum.* Præterea omnium errantium stellarum, quas Planetas Græci appellant, a certo loco ad eundem locum reditus, omni emenso cœli circuitu, vertens annus, vt Macrobius scribit, appellatur. Verũ ex vsu cõmuni *vertens* annus pro solari accipitur. *Ciuilis* vero *annus* is dicitur, qui cuiusque ciuitatis est proprius, & vt de aliquibus dicam, Acarnanes sex mensibus annum suum claudebant, Arcades vero tribus. Et Romani ante imperium Numæ, decem mensibus suum annum computabant, qui continebat dies trecentos quatuor. Numa postea quinquaginta dies addidit, constituitque, vt trecentis quinquaginta quatuor diebus annus Romanus conficeretur, quibus duodecim Lunæ cursus confici credidit. Addidit postea vnum diem ad honorem imparis numeri, annumq; duodecim mensium fecit, quos ita constituit, vt septem vndetricenis conficerentur diebus, quatuor, Martius scilicet, Iulius, Maius, & October, priſtinum numerum obtinerẽt, Februarius vero octo & viginti diebus computaretur. Eorum etiam ordinem mutauit.

Martius enim ex Romuli constitutione, cum annum auspicaretur, ipse *Ianuario*, quem a *Iano* principiorum Deo appellauerat, initium anni attribuit, & *Februarium* secundum fecit a *februamentis*, ab ipso appellatum, quod eo mense, ciuitatem februari, hoc est lustrationibus purgari iussit. Verum cum hic annus Numæ et Lunæ cursibus computaretur, imitatione Græcorum cursui solis per intercalationes accommodatus est. Quis autem intercalandi auctor Romanis fuerit incertum est. Macrobius varias veterum scriptorũ de hac re opiniones adducit. Liuius vero & Plutarchus, Numam Pompilium primum omnium intercalasse scribunt. Id ex Græcorum consuetudine sumtum esse, satis constat. Illi enim vt Macrobius ait, cum annum suum trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinassent, viderentque de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus, & sex horis signiferum ambit, vndecim dies & quadrantem anno suo deesse, intercalares certa ratione excogitauerunt. Nam cum laboriosum nimis ac difficile esset, omnibus annis vndecim dies & quadrantem intercalare, octo annos labi sine vlla intercalatione sinebant. Inde octies vndecim multiplicantes, ex qua multiplicatione, dies nonaginta nascuntur: si quadrans octies componatur, intercalabant. Hos dies Græci ὑπερβαίοντας, hoc est, superabundantes vocabant, ex quibus tres menses ἐμβολίμους, hoc est, intercalares facientes, mẽsi vltimo exacto octaui anni addebant. Ita octauo quoq; anno, vt Liuii verbis vtar, ad metam eandem solis, vnde orsi essent, plenis omnium annorum spatiis, dies congruebant. Hunc igitur intercalandi morẽ Numa (vt Liuio placet) imitari voluit, sed alio ordine: nam ex illis nonaginta diebus, qui per octennium affluebant, quatuor cõfecit menses intercalarios, quos Romani Marcedonios siue Mercedinos, (vt scribit Plutarchus) appellabant, quorum primus & secundus duorum & viginti dierum erant, tertius vero & quartus vicenos ternos dies habebant. Hos menses per octennium intercalationibus quatuor, alternis annis, diei tertio & vigesimo Februarii, inter *terminalia* & *regifugia* dispensando intercalabant, & quoniam octauo quoq; anno, dies octo affluebant, propter diem illum, quem ad honorem imparis numeri, vt diximus, addiderant tertio quoq; octennio, non nonaginta dies, verum sex & sexaginta, totidem intercalationibus, & eodem mense interponebat, compensatis viginti quatuor diebus pro illis, qui in tribus octenniis, hoc est, quatuor & viginti annis supra Græcorum numerum affluxerãt. Locus igitur ille apud Liuium, cuius gratia hæc omnia altius repetiuimus, ita legendus est: Atque omnium primum ad cursum Lunæ in duodecim menses describit annum, quem quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno: qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares menses interponendo ita dispensauit, vt vigesimo quarto anno ad

meta-

metam eandem solis, vnde orsi essent, plenis omnium annorum partiis dies congruerent. Et Cicero libro 6 epistolarum ad *Lentulum* in epistola, quam Ligario scripsit cum ait: *Ego idem tamen tum ad 2. Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cæsarem*, consuetudine intercalādi ex institutione veteri notat, & ante principium primi intercalarii mensis, hoc est die tertio & vigesimo Februarii profectum se esse ad Cæsarem Cicero significat, prioresque intercalares Calendas dixit, respectu secundæ, tertiæ & quartæ intercalationis, quibus ex consuetudine Numæ, alternis annis Romani vtebantur, Verum (vt inquit Macrobius) tempus fuit, quo intercalatio omnis omissa est, & per gratiam eorum, qui fastis præerant, qui publicanis proferri, vel minui consulto dies volebant, modo auctio, modo retractio dierum proueniebat, ac sub specie obseruationis maior confusionis occasio emergebat. Nam neque messium feriæ æstate, neque vindemiarum autumno, per intercalandi licentiam conueniebant, donec Caius Cæsar Pontifex Maximus, suo tertio, & Marci Æmilii consulatu omnem hanc inconstantiam temporum vagam adhuc, & incertam in ordinem statutæ definitionis coegit. Initurus enim nouæ exordium ordinationis, dies omnes, qui confusionem afferre poterant, absumsit, effecitque vt vltimus annus confusionis quindecim esset mensium intercalatis duobus mensibus inter Nouembrem & Decembrem, & intercalario addito mensi Februario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat, protentusque est is annus in quadringentos quadraginta tres dies. Inde imitatus Ægyptios ad numerum solis, qui diebus trecentis & sexaginta quinque, & sex horis cursum peragit, annum Romanum direxit, interiectis decem diebus anno priori, effecitque vt quatuor menses Nouember, Aprilis, Iunius, & September tricenis diebus clauderentur. Reliqui vero omnes, præter Februarium, qui pristinum retinuit numerum, tricenos & singulos dies haberent, & vt ratio quadrantis haberetur, constituit, vt quarto quoq; anno finito, dies vnus ex quatuor quadrantibus confectus, diei tertio & vigesimo Februarii quinti anni sequentis, vt morem antiquum seruaret, per intercalationem adderetur, quem quoniam sextus a Calendis Martiis erat, bissextum appellauit. Vigesimus enim quartus Februarii dies, cum intercalabatur, & vigesimus quintus, sexto Calendas Martii eadem appellatione dicebatur. Itaque habitis etiam dimensionibus Lunæ hic constitutum annum ciuilem Cæsar edicto palam posito publicauit Sed ex hac emendatione nouum errorem sacerdotes, qui fastis præerant fecerunt: Cum enim diem illum intercalare quarto quoque anno exacto mensi Februario quinti sequentis anni addi oporteret, illi incipiente quarto intercalabant. Et hic error sex & 30 annis permansit, quibus intercalati sunt dies duodecim, cū nouē

intercalari oporteret, quem quidem errorem deprehensum Augustus correxit, qui duodecim annos sine vlla intercalatione labi iussit, vt dies illi, qui per annos sex & triginta, sacerdotum incuria excreuerant, eo spatio absumerentur. Postea vnum diem, secundū Cęsaris constitutionem, quinto quoq; incipiente anno, intercalari iussit, qui pristinam etiam bissexti appellationem retinuit, quamuis *bis pridie Calendas Ianuarii* dici debuisset, hunc igitur ordinem in æs incidi ad æternam memoriam mandauit, quo etiam nunc gentes vtuntur. Verum hic annus ad cursum solis, qui vertēs dicitur, non solum a Calendis Ianuarii vsque ad easdem intelligitur, sed etiam id tempus, quod esta sequente post Calendas die, vsque ad eundem, & a cuiuslibet mensis die vsque ad eundem diem, vertens annus appellatur, ac sic accipit annum Iuuenalis, cum ait in satyra septima: *Et cum se vertit annus*. Et Suetonius, cum Caligulam immensas opes non toto vertente anno absumsisse scribit, hoc est non expleto spatio vnius anni solaris. Hactenus de ciuilibus & vertentibus annis, nunc ad magnos annos transeundū est, qui ex vertentibus (vt Censorius scribit) conficiebatur, quorum magnitudo non minus diuersa agentibus obseruata est, quam ab auctoribus tradita, eaq; caussa id accidit, quoniam inter veteres Astrologos (vt diximus) nō conueniebat, quanto vel sol, plus quam trecentos sexaginta quinque dies in circuitu Zodiaci conficeret, vel Luna minus quā triginta. Itaq; vt de aliquibus dicam, Democritus ille Abderites annum magnū confecit, ex vertentibus duobus & octoginta, ac intercalariis mensibus octo & viginti. Diuinus vero ille Hipparchus trecentos & quatuor in suo anno magno numerari voluit, in quo bis centies decies intercalabatur. Et Methon Athenienſis annum magnum constituit, qui *Methonicus* est appellatus, & vndeuiginti annos vertentes, cum intercalationibus septem habuit, eoque ἐννεακαιδεκαετηρὶς dicebatur. Fuit & *annus magnus Caldaicus* a Caldeis constitutus ex duodecim vertentibus, ideoque δωδεκαετηρὶς dictus, quē genethliaci nō ad solis Lunęque cursus, sed ad obseruationes aurum accommodatum habebant, quod in eo tempestates frugumque prouentus, ac sterilitates, morbosque circuire putabant. Ὀκταετηρὶς vero magnitudo, erat octo vertentium annorum, quæ etiam ἐννεατηρὶς dicebatur, quia initium eius nono quoque anno redibat. Hunc magnum annum Leostratum Tenedium primū constituisse ferunt, alii vero Eudoxum Gnidium. Ludi quoque Delphici, qui *Pythia* appellantur, hoc interuallo temporis, hoc est noni anni principio celebrabātur. Erat & πεντετηρὶς, quæ ex quatuor vertentibus annis constabat, q̄ etiā πενταετηρὶς dicebatur, q̄ quinto quoq; anno rediret, & certamē Olympicū Ioui ab Hercule (vt nonnulli volunt) dedicatū, quinto quoq; incipiente anno conficiebatur, vn-

tur, vnde *Olympias* hæc annorum magnitudo est nuncupata, qua Græci historiographi in notandis temporibus sunt vsi. Idē tempus *anni magni* Romanis fuit q̄ lustrum appellabant, a Seruio enim Tullo rege constitutum est, vt quinto quoq; anno redeunte, censu ciuium habito, lustrum conderetur, sed non ita a posteris seruatum. Et Agon Capitolinus a Domitiano constitutus, quinto quoque anno celebrabatur, quem Sueto. *quinquennale certamen* appellat. Verum lustrum siue Olympias, quamuis quatuor expletos annos contineat, tamen pro quinquennio accipiuntur, quia principio quinti anni, & lustrum conderetur, & Olympica certamina fierent. Ouidius:

Et qui Penelopa reſcribere fecit Vlyſſem,
Errantem ſauo per duo luſtra mari.

Et Martialis: *Vt qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro.*
Impleat innumeras Irus Olympiadas. Fuit & *annus magnus* dorum vertentium τριέτηρος trieteris dictus, quod tertio quoq; anno intercalaretur, vnde mysteria, quę Libero patri alternis annis celebrabantur, Trieterica a poetis dicuntur. Aristoteles autem teste Censorino, *annum maximum*, potius, quam *magnū* appellat illum, quem solis & Lunę, vagarumq; stellarum orbes cōficiunt, cum ad idem signum, vbi quondam simul fuerunt, vna referuntur. Cuius anni hyems summa est κατακλυσμὸς quam nostri *diluuionem* vocant. Æstas vero κοσμοῦ πύρωσις, hoc est, *mundi incendium*. His enim alternis temporibus mundus tum exigneſcere, tum eraqueſcere videtur. Hunc annum vere vertentem esse Cicero scribit, & Macrobius *mundanum* appellat, quia conuersione plenæ vniuersitatis fiat, earum etiam stellarū, quæ propter tardissimum eoq; incomprehensibilē earum motū, cœlo infixæ videantur. Hunc annum Aristarchus constare putauit ex annorum vertentium duobus millibus quadringentis octoginta quatuor. Aretis vero Dyrrachinus ex quinq; millibus quadringentis quinquaginta duobus. Heraclytus, & Linus, decem millium octingentorum, Dion decem millium nongentorum octoginta quattuor hunc maximum annum esse affimauerūt. At Macrobius annorū quindecim millibus eum censeri scribit, alii autem infinitum esse, nec vnquam in se reuerti existimauerunt. Iccirco Cicero variæ in hac re auctorum opinionis non ignarus, in somnio Scipionis, de hoc anno magno loquens ait: In quo vix dicere audeo, quā multa hominum secula contineantur. Hæc habui mi Pylades incundissime quæ de diebus, mensibus, & annis quanta potui diligentia, ex varia auctorum lectione collecta, ad te scriberem, in quibus si fortasse non ex toto tuo honesto desiderio satisfactum erit, nō mihi, sed potius tibi imputabis, qui me hæc ipsa scribere voluisti. Verum nunc ad reliquam debiti partem accedendum est, in qua quid offensum a Georgio Merula sit, in iis, quæ de annis scripsit, dilucide

vt tibi pollicitus sum) enitar ostendere. Hic enim dum epistolam Ciceronis ad Ligarium (de qua supra mentio facta est) decem mensibus scriptam fuisse post defensum a Cicerone Ligarium, ostendere voluit, & quædam altius, nec ad rem facientia de anno ex sententia Censorini repetiit, statim ab ipso principio in errorem lapsus, quam parui sit ingenii aperte indicauit. Vertentem enim annum, tum barbare, tum inscite & indocte *solstitialem orbem* appellari bis dixit, cum *solstitialis orbis*, non pro anno vertente, sed pro signifero circulo, cuius circuitu sol & reliqui errones annum vertentem conficiunt, a veteribus, & qui latine locuti sunt, accipiatur, vt Liuius ipse declarat cum ait: *Defunctique dies sol do anno, qui solstitiali circumagitur orbe*, hoc est, *Zodiaco*, quod sol lustrans annum vertentem conficit. At dii boni, interpretatione illius carminis Iuuenalis, *& cum se verterit annus*, quam belle ostendit, nec vertentem annum, nec se ipsum intelligere. Ita enim ait: *Non simpliciter intelligimus absolutum annum, sed vertentem*, de quo hæc Vitruuius in octauo: *Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi mense vertente vadens transit in* 12. *mensibus*, 12. *signorum interualla peruagando, cum redit ad signum unde cœperit, perficit spatium vertentis anni*. Quid ais Merula? non vides Vitruuium, quem pro te allegasti, contra insulsissima tua verba dicere? Nam si vertens annus is dicitur, qui a solis circuitu fit (vt Vitruuius inquit) & Iuuenalis ait, *Et cum se verterit annus*, simpliciter absolutum annum intelligi, annumque communem aperte notari a poeta necesse est, qui ex solis cursu a gentibus obseruatur, cum anni vertentes etiam aliorum planetarum syderumque cursibus conficiantur, vt late superius ex auctoritate Macrobii ostendi. Quid quod octauum Vitruuii falso allegat, homo minimæ, vel potius nullius memoriæ, cum in nono id Vitruuius scribat. Præterea enumerans aliquot magnos annos extra propositum (vt dixi) horum annorum appellationes græcas falso & barbare apposuit. Vbi enim scribi debet: *Enneadeceteris*, *dodeceteris*, ipse *enneateteris*, quod nihil nisi Merulæ inscitiam, significat, & *dodecateris* scripsit, quemadmodum in Codice suo, scriptoris vitio notatum inuenit, quæ res non minus Græcæ literaturæ ignarum esse ostendit, quam Romani sermonis sit. Carmen vero illud Lucani, quod est: *Non meus Eudoxi vincetur flatibus annus*, tam non intelligit, quam reliqua illius Poetæ carmina ignorat. Etenim cum apud Censorinum legisset: *Eudoxum Gnidium* annum magnum ex octo vertentibus constituisse, statim idne vllo iudicio arripuit, & Lucanum de eo intelligere affirmauit. Nec aduertit homo inconsideratus, de eo anno minime intelligi posse, cum Cæsar eo versu, suum annum non vectum iri fastibus Eudoxi dicat, hoc est, obseruatione dierum singu-

singulorum vertentis anni. *Fasti* enim tabellæ erant, vbi *festi profesti q; dies*, in quibus syderum signorūq; ortus & occasus, qui fiunt, notabantur, quos nunc *Calendaria* dicunt, quamuis Lucanus fastibus, declinatione quarta dixerit. Erant etiam *fasti dies*, quib. prætori ius dicere non licebat, quorum contrarii sunt nefasti. Eudoxū autem annum vertentem cōstituisse, tum ex Censorino colligi potest, qui scribit ex annis octo vertentibus annum magnum ab Eudoxo constitutum, tum vero ex Columella *in re rustica*, quem Georgius inconsiderate (vt solet semper) cōtra se allegauit. Sed modo ille auctores antiquos nominet, satis sibi fecisse videtur. At illud epistolæ Ciceronis ad Ligarium, quod est, secundo Calendas intercalares priores, cum exponere conatur, apertissime ostendit, morem antiquū *intercalationis*, neq; ex Cēsorino, neq; Macrobio potuisse percipere. Putat enim priores Calēdas dixisse Ciceronem ad differentiā secundæ Cæsaris intercalationis, q̄ eodem anno fecit, cum id Cicero scripserit ex antiqua cōsuetudine. Nam vt superius ostendimus, quatuor intercalationes alternis annis per octēnium Romani faciebant, & in eum annū, quo Cæsar *fastos* correxit, intercalarius mensis incidit, vt Suetonius ait, cuius pridie Calendas Cicero se Ligarium defendisse ait. Præterea nonne insulsissimum fuisset, si Cicero Ligario exsultanti scribens, ita defensionis ipsius tempus notasset, vt minime id intelligere valeret Ligarius, cum id ipsum ex seruata consuetudine significare posset? Quid quod si etiam sic esset, vt Merula fringultit, non tamen ex hoc colligi potest, Epistolam illam decem mensibus post defensum Ligarium a Cicerone scriptam? Per Calendas enim priores dies defensionis notantur, non scriptæ Epistolæ. Et simile veri est, Ciceronem statim post habitam pro Ligario orationem, de his omnibus certiorem reddidisse, vt res tanta postulabat. Sed nimirum mi Pylades id verum est, quod Cynthius noster sæpius iactare solet, qui illius consuetudine iam multos annos vtitur, homo est peregrini & obtusi ingenii, nullius iudicii, modicæ eruditionis, & qui in exquirendis quibusdam vocabulis, omnem suam ætatem elementarius senex absumit. In quibus suis etiam auditoribus perridiculus est. Scis enim quo pacto his diebus insaniuerit de Seplasia, cum tumidus hanc dictionem ab aliis intelligi negaret, ac propter hoc Plinium, cum de *Seplasia* loqueretur, a Romanis correctoribus deprauatum fuisse blatteraret homo singularis amentiæ, ac licentiosæ, vel potius maledicæ mordentisque dicacitatis, qui quod in eo vitium est, aliis ineste putat. Vtrum Merula, quia in senectute tua tandē didicisti, quid esset *Seplasia*, ob id alios ignorare arbitraris? An quod hoc nomen reconditum, inusitatumque apud auctores veteres sit? adeo ne fatuus es, vt credas alios doctissimos viros, & qui his nostris studiis summa cura & diligentia incubuerunt, quid *Seplasia* esset ignorasse, quia tu ad hunc vsque

diem id nesciuisti? Non vides inepte, multos esse iuuenes bonarum literarum studiosos, vel in hac inclyta Venetorum vrbe, vt Romam, & alia Italica oppida taceam, qui in euoluendis veteribus te sunt diligentiores, ingenio vero, & iudicio memoriaque, te longius præstant? Sed tam ne reconditum est hoc *Seplasiæ* vocabulum? quod apud auctores multis in locis legitur, nam Asconius in orationem Pisonianam forum fuisse Capuæ *Seplasiam*, vbi vnguenta venderentur, scribit, cuius Ausonius quoque meminit, cum dicit: *Aere Seplasiæ decipiare caue.* Et Cicer. in oratione contra Pisonem de Gabinio vnguentato loquens, inquit: *Seplasia dignus & Capua sed illa veteri.* Et in lege Agraria contra Rullum de Capua scribens ait: *Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum, & in Albana & Seplasia quæ concursatio percunctantum.* Quos omnes locos tu Pylades a me præmonitus, furenti homulo enumerasse meministi. Sed & Ælius Lamptidius, quem dispeream si Georgius vnquam discussit, Antoninum Heliogabalum pinxisse se vt cupedinarium, vt Seplasiarium, vt popinarium, vt tabernarium, vt lenonem scribit. Cum igitur *Seplasiæ* tot locis auctores meminerint, quis est, qui non facile intelligat, vitio impressorum apud Plinium libr. 34 cum de scoria, flore, & squamma æris loquitur, impressum esse *simplaciæ*, siue *Semplasiæ* pro *Seplasiæ*? Sic enim Plinius medicorum inscitiam reprehendens ait: *Credunt Seplasiæ ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti, factaq; iampridem emplastra & collyria mercantur, tabesq; merciũ, sic fraus Seplasiæ exteritur.* Et in 16. de picea scribens ait: *Hæc plurimam resinam fundit, interueniente candida gemma, tam simili thuri, vt mixta, visu discerni non queat.* Et inde fraus *Seplasiæ*, quod impressores fecerunt sæpissime *Asiæ*. Quod autem *Seplasiæ* scribi debeat, idem Plinius in duodecimo declarat, scribens, enim quo pacto adulteretur thus, inquit: Apud nos adulteratur resinæ candidæ gemmæ per quam similis, sed deprehenditur quibus dictis est modis. Itaque recognoscat aliquando Merula suam ipsius puerilem leuitatem, nec intumescat, ac sibi ipsi adeo placeat illa sua in dictionibus inquirendis curiositate, in qua quidem sæpius fallitur. Non enim hæc ipsius iam ingrauescentem ætatem decent studia. Turpe mehercules est viro iam seni, fulcire se notissimis & paucissimis vocibus, & memoria stare. Perridicula res est, vt inquit Seneca, elementarius senex. Excudat iam aliquid senili ætate sua dignum, nec semper ex commentario sapiat. Et si natura ita eum imbecillis ingenii esse voluit, vt id assequi minus queat, intra terminos suos manere contentus, excellentis ingenii viros, & qui rei literariæ plurimum profuerunt, maledicendo ne insectetur. Vale.

AD AVGVSTVM ET ILLVSTRISSIMVM PRO tonotarium Bentiuolum Antonium Galeaz Patronum valde obseruandum, Iacobi a Cruce Bononiensis Epistola.

Athe-

Athenienſes a Lacedæmoniis frequenter bello ſubacti & profligati, Ammonis oraculum conſuluiſſe feruntur, princeps Auguſte, quid cauſſæ eſſet, quod cum ipſi lectas bidentes & bones eximios auratis cornibus Diis immortalibus offerrent, nihilque huiuſmodi facerent Lacedæmonii, in ſacrificiis etiam parciſſimi, victoria tamen ſæpius ad Lecedæmonios verteretur, reſponſum tulere: orationem Lacedæmoniorũ magis Diis probari, quam reliquorum Græcorum pompam inanem. Ex quo illud confirmatum eſt, Deos non tam accuratis & elaboratis precibus, exquiſitiſque cerimoniis, quam alacri voluntate, & mentis ſynceritate gaudere. Artaxerxi etiam Perſarum Regi maximo obequitanti, occurrens agreſtis ingenio, vt mos eſt, obtuſo & craſſo, ceterum probo, cui nihil aliud eſſet, aquam vtraque manu e proximo flumine hauſtam obtulit, iucundus ille ac ridens benigne ſuſcepit, non rei, quę oblata eſt vſu, qui nullus erat, ſed voluntate vehementi gratiam metiens, ac promtitudine hominis impendio delectatus. Quibus exemplis commotus, non dubitaui, ſingularis mi patrone, munuſculum hoc qualecunque tibi porrigere, ac nomini tuo dicare libellum hunc tumultuariis opellis a me nuperrime exaratum, his diebus vnctis & licentioſis, quippe qui libellus fœtus menſtruus dici poterit, menſis enim eſt quo a calce ad meram peruenimus, quod verum eſſe vereor ne nimium exilis & ieiuna res ipſa prodat. Hunc ergo tibi mittimus non emerendi fauoris gratia nec oſtentationis, neque etiam lucelli, ſed potius teſtimonium noſtræ erga te obſeruantiæ. Nam, quemadmodum, vt ait. Tertull. *non licet Deos noſſe gratis*, ſic ego te timui ſemper manibus vacuis ſalutare. Quamuis μὴ κατὰ σὸν τύχην σε σέβωσι, εἰ πλέον ἔχον, πλεῖόν κε ἰδόντες, h. e. *quamuis non ſecundum fortunam tuam Auguſte, ſi plus haberem, plus darem.* Harum igitur lucubratiuncularum primus tu libamina carpes, a quibus Criticos & Ariſtarchos propellimus. *Nam*, vt Lucillius dicere ſolebat, *ea, quæ ſcriberet, neque ſe ab indoctiſſimis, neque ab doctiſſimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe, quam ipſe*, ſic ego nolim quidem ruſticos noſtra legere, ſed nec eruditiſſimos, &, vt ille: *malo orationem meam non intelligi, quam reprehendi.* Hæc ergo ſterilia & puſilla his ſcripſimus, qui & candidi ſunt, quique nondum literarum faſtigium ſunt aſſecuti. Habebit igitur lector annotaciunculas & obſeruationes quaſdam ſtudioſis iuuenibus non inutiles, vt ſpero, neque iniucundas. Explicamus enim quædam, ni fallor, niſi pauciſſimis & his doctiſſimis perpenſa & cognita in Ouidio, Vergilio Perſio, Lucano, Papinio, Martiale, Donato, & Seruio. Ad hoc in Cicerone, Salluſtio, Liuio, Valerio Max. & Tranquillo, Gellio, nõn nulla partim declaramus, partim emendamus, & ex antiquis codicibus & receptiſſimorum auctoritate. Sed & hiſtorias quaſdam in tranſcurſu per alluſiones Poetarum inſertas miſcui-

mus, quibus scimus Genium tuum delectari, vtque volumini iusta magnitudo accederet, ac pariter varietate (quæ omnium iucundissima est) lector permulceretur, adiecimus prælectiones quasdam in varios auctores, quibus præfari quotannis ferme noster mos fuit, cum publice profiteremur, cumque ad Beroaldum nostrum & Codrum viros vndecunq; eruditissimos, & ad nos qualescunque audiendos tum officii, tum genii tui caussa ventitares, aliquam forte audire potuisti, eoque libentius has etiam prælectiones adiunximus, quod in vna mentio est tuæ sacræ peregrinationis, *qua Hierosolymam petiisti, imo adorasti*, quodque interdum Illustris principis nostri patris tui Augustissimi meminimus. Præpropera (fateor) editio est, sed amoris affectu præcipitata, qui moras non patitur. Quapropter, si forte aliqua secus, quam opto, in animum tuum aut cuiusuis lectoris descenderint, celeritati ascribatur & imputetur, quæ rem ipsam non permisit maturescere, si qua etiam ex his in aliorum scriptis aut commentariis reperientur, non vitio det quisquam, sed potius, quod cum palma in medio sit posita, vel noluimus vel potius, tantum otii non fuit, vt tot commentarios nostri temporis (qui prope innumeri sunt,) euolueremus, sique aliqua nimis omnino minuta paruaque nec editione digna cuiquam videbuntur, sciat illud Martialis in nobis verissime comprobari:

Sunt bona sunt quædam mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis hic, aliter non fit, Auite liber.

Cum ergo sacris occupationibus paulisper fueris leuatus, poterit delectu meliorum habito (si qua tamen bona hic ne dicam meliora sunt) tibi prælegere, tanquam Anagnostes fidus, Petrus Borgolochus tuus Epistolarum magister ornatus & amanuensis politus, in amicos clientesque tuos apprime officiosus. Quod, si (quæ tua in omnes benignitas, mansuetudo, liberalitas & clementia est) nostra hæc tyrocinia, & has primitiolas vnus tu mihi semper honoratus semperque maximus probaueris, ita me in posterum confirmabis, vt probe diem Panegyricon ad te sim missurus, quo multa, sed quidem merita domus tuæ Bentiuolæ libenter agnosces, & alia meliora mox accipies, quibus hæc qualiacunque nunc præludunt, ex quo hoc etiam fiet, vt aduersus maleuolos & obtrectatores hac tua probatione ac patrocinio suffultus, tutissime ambulare possim. Vale decus meum.

Eiusdem Hendecasyllabi ad libellum.

Festinas nimium libelle lucem
Præceps visere. Vafra te iuuentus
I dicet pete, quas mereris, vndas
Aut ignes, piperisq; sis cucullus:

Pascas

Pascas vel tineas breuesq; blattas.
At tu Bentiuoli sinu obuolutus
Antoni latices focosq; spernis.
Sic dispendia nulla te morantur
Tanto vindice, nunc sapis libelle,
Exii cum duce, cui perire vita est.

EIVSDEM IACOBI ANNOTATIONES & primum in Ouidium.

IN præclaro P. Nasonis Metamorphoseos opere, complura mendose & leguntur & exponuntur. Ex quibus illud pene in fronte atque in vestibulo occurrit:

Quaq; erat & tellus, illic & pontus & aer,
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda.

Versus hi elementorum confusionem pristinam signantes, ita confuse a pleriſq; omnibus exponebantur, vt mihi non de *Chao* ipso loqui videretur Poeta, sed in ipso potius *Chao* immergi atque obscurari. Ceterum nos solicitius sensum inquirentes indaganteſque, hunc locum ita emendamus, Porphyrionis Horatiani interpretis clarissimi auctoritate admoniti, carmen hoc ita citantis:

Quaq; fuit tellus, illic & pontus, vt aer
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda.

Hic enim sensus est, ex quo, priusquam elementa digesta essent, tellus diffusa sparsaque iacebat, & pro libidine quaquauersum extendebatur. *Instabilis erat*, quia in centro non quiescebat, ad quē ingenio suo semp cupit deuolui. Nec nō quia in aere sedebat, aqua natari haud sane poterat, cum solido corpori minime adiaceret. Physica enim ratione natari aquæ non valerent, nisi densō solidoque adhærerent. Hic ergo ordo sit: *Tellus quaq; fuit*, id est, quaquauersum dispersa est & diffusa, fiatque pausa, ac suspendatur oratio, demum inferatur: *Illic & pontus* supple *fuit*, *vt* pro *vbi aer erat* subaudiendum *propter qua tellus erat instabilis, vndaque innabilis*. *Vt* ergo pro *vbi* hoc in loco accipiendum. Sic enim legit Porphyrio illud Horatianum in tertio Odarum enarrans: *Vtcunq; mecum vos eritis pro vbicunq;*. Hæc enim particula, *vt* pro *vbi* sæpius apud veteres ponebatur, quod etiam annotauit Diomedes. Verg. in quinto Æneid:

Casis vt forte iuuencis.

Densior hic tellus elementaq; grandia traxit.

Subest hic quoque sensus occultior, & quem pauci agnoscunt. Per *elementa grandia* nos alluuionem materialem intelligimus quæ *hyle* Græce dicitur, cuius Macrobius, Diogenes, & Seruius

meminerunt, in qua fex eſt elementorum omnium, id eſt, ignis ſordidior, aer, aqua & terra, ſordidiora. *Tellus* ergo a Poeta grandia elementa traxiſſe ideo memoratur, quatenus in eam lordes & excrementa elementorum confluxerunt. Cui noſtræ ſententiæ Lucretius his verſibus blanditur & adſtipulatur:

Sic igitur terra concreto corpore pondus
Conſtitit, atq; omnis mundi quaſi limus in imum,
Confluxit grauis & ſubſedit ſunditus, vt fex.

Elementa ergo *grandia* principia corpulenta materiaſque fecoſa accipe, quæ vndique ad imam tellurem grauemque deſluxerunt. *Elementa* namque pro ſeminibus & principiis apud eundem Lucretium inuenire eſt, vt hoc carmine: *Omnia enim magis hæc e leuibus atq; rotundis ſeminibus multoq; minoribus ſunt elementis.*

Et cum fulminibus facientes frigora ventos.

Fulgura ſubſtituimus, tum moti his verſibus tertii voluminis, vbi in hanc ſententiam huiuſmodi, quæ in aere concipiuntur, ita repetuntur: *Ergo mœſtiſſimus altum, Æthera cõſcendit vultumque loquentia traxit: Nubila, quis nimbos immixtaq; fulgura ventis Addidit, & tonitrus, & incuſtabile fulmen,* tum maxime ſenſu, quippe qui inſultus foret & fatuus, nec maieſtati diuini operis reſpondens, ſi *frigora*, legeres, nam venti non modo *frigora*, verum, etiam *calores* æſtuſque interdum feruentiſſimos inferunt:

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem rectumq; colebat,
Pœna metuſq; aberant, nec verba minantia fixo
Ære legebantur, &c.

Legebantur putamus corrigendum, etſi *ligabantur* ab aliis reponatur, exiſtimantibus Poetam alludere ad leges, quæ inciſæ in æris tabulis parietibus affigebantur, vt ait Seruius, illud Virgilii exponens. *Vixit leges pretio atque refixit.* Hic autem locus pene totus videtur exceptus ex monumentis Fabii pictoris, cuius verba hæc ſunt: *Aurea ætas primo ortu generis humani fuit, ſic dicta, quod poſterioribus ſeculis comparata, aque atque aurum inter metalla effulſit.* Deinde ſubſequitur: *Principes quia iuſti erant & religionibus dediti, iure habiti Dii & dicti, non enim arbitria illorum ab æquo, vel populus a iuro innato diſcedebant, nullo tunc vindice aut metu, ſed ſua ſponte retinebant fidem & rectum. Pudor ipſe regebat populos, & ius principes.* Ex quibus apparet huiuſmodi aurea ætate Poetam mutuatum, non vt vulgus ſentit, ab Heſiodo, ſed ex Fabio pictore ſcriptore vetuſtiſſimo.

Tum primum ſubiere domos (domus antra fuerunt)
Et derſi frutices, & iuncta cortice virga.

Verſus hos ita putamus ordinandos, *tũ primũ & dẽſi frutices & virgulta*

geiunctæ cortice subiere domos. Parẽtesis est *domus antra fuerunt*, & hic erit sensus: Tum primus frutices, & virgę, veluti tibicines & fulturæ, domos substituere, & quasi succolantes subiere. Ante enim ꝓ domibus speluncas primitus mortales incoluere, vt scribunt Plinius, & Lucretius. In hanc vero nostram sententiam Senecæ verba adscripsimus ad Lucilium ita loquẽtis: *Furcæ vtrinque suspensæ fulciabant casa spissatis ramalibus, ac fronde congesta & in procliue disposita, decursus imbribus quamuis magnis erat.* Fabius quoq; pictor hoc scriptum reliquit: *Domus illis non exstructæ, non ornatæ luxuriaque insignes erãt & splendidæ, sed vel criptæ, aut viminum tuguria, & caua arborum ligna erant.*

Quæ sitisque diu terris vbi sistere posset,
In mare lassatis volucris vaga decidit alis.

Volucres, de quibus vulgo dicitur, *& genus aerium volucres*, diu terras q̃sisse ait Poeta, eas innuens terrestre potius, quam aeriũ animal comprobari, in quam sententiam Apuleii verba subiecimus: *Imo si sedulo animaduertas, ipse quoque aues terrestre animal non aerium rectius perhibeantur, semper enim illis victus omnis in terra, ibidẽ pabulum, ibidem cubile, tantumq; aera proximum terræ volando trãsuerberant. Ceterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est.* Martianus quoque a medietate aeris, vsque ad montium terræque confinia *hemitheos heroesque* versari ostendit, nec non *manes*, quos ἀγαθοὺς & κακοὺς *dæmonas* memorat Graia discretio. Huiusmodi ergo aeris animantes erũt peculiares, volucres autem minime, cum potius terrestres sint:

Discedite templo,
Et velate caput cinctasque resoluite vestes.

Quemadmodum religio est, sacra illotis manibus tractare, sic ego crediderim a diis immortalibus iustam irrogatũ iri mihi pœnam, si hæc tria excepta ex oraculo, quę mystica sunt, nec sine multa sacri ritus cognitione dicta, parcus & ieiunus transmisero. Signanda ergo quamuis breuiter hæc tria sunt, Primo: *discedite templo*, dictum est ex more augurum. Templum enim dicitur locus manu auguris designatus in aere, post quem factum illico captabantur auguria. Vnde *extemplo* dictum est *subito*. De hoc templo mentio est apud Liuium & Seruium, & apud Varronem plura. *Et velate caput*: hoc quoque deducitur ex more sacerdotum & augurum, qui Deos tecto capite sic adorabant, auctore Plutarcho, vt aut operiendo capite sese humiliores redderẽt, aut metu, ne quid ignominiosum aut triste interpretandum alicunde auribus acciderer, iccirco vestem ad aures vsque attollebant. Liuius ab vrbe condita: *Augur* inquit *ad læuam eius capite velato sedem cepit. Cinctasque resoluite vestes*, hoc quoque ex prisca sacrificantium consuetudine deriuatum est, nam vt inquit Seruius, piaculum in sacrificio est, aliquid esse religatum. Vnde Maro noster dixit. *Vnum*

exutæ pedē vinclis in veſte recincta: Et alibi, *Eripui fateor lato me & vincula rupi:*

Et: *aut fallax aiit eſt ſolertia nobis*
Aut (pia ſunt nullumq; nefas oracula ſuadent)
Magna parens terra eſt.

Verſus hi a pleriſque non adhibita cōuenienti ſtructura, nec interpoſita neceſſaria parenteſi confuſe leguntur & perperam intelliguntur. Nos vero ſuum ordinem adiungentes & debitam interpoſitionem apponentes, ita ordinamus & exponimus: *Et ait* ſupple *Deucalion, aut ſolertia fallax eſt nobis*, hoc eſt, aut nos viri fallimur, qui acutiores dicimur & ſolertiores, iuxta illud Lucretii, & ſolertius eſt multo genus omne virile: *aut terra magna parens eſt:* parenteſis eſt, *pia ſunt nullumque nefas oracula ſuadent*, hoc eſt, dii enim pietate inſignes, nihil impium ac nefarium ſuaderent:

Primus amor Phœbi Daphne Peneia &c.

Sub Poetico figmento *Daphnes*, quæ *laurum* ſignificat, forte alluſit Poeta ad amorem conſtantiſſimum & pluſquam coniugalem Auguſti Cæſaris & Liuiæ Druſillæ, quam prægnantem idem Auguſtus abduxit matrimonio Tiberii Neronis, dilexitque & probauit vnice ac perſeueranter, ex qua nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Huic autem cum Auguſto pacta eſſet: *Gallinam* inquit Plinius *conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæſam, intrepideque miranti accęſſit miraculum, quoniam teneret roſtro laureum ramum oruſtum ſuis baccis. Conſeruari alitem & ſobolem iuſſere aruſpices, ramumque eum ſeri, acrite cuſtodiri, mireque ſylua prouenit, ex ea poſtea triumphās Cæſar laurum in manu tenuit, coronamque in capite geſſit, ac deinceps Imperatores Cæſares cuncti.* Per *Daphnen* igitur *Liuiam* & huius *Lauri ramum* potes accipere, hæc enim cū Auguſto ſterilis vixit, *vt laurus.* Nec non per Phœbum Auguſtam, qui tum Apollinis filius voluit dici & exiſtimari, tum magis Apollo eſt dictus, quod ex Tranquilli hiſtoria clarius luce perſpicies. Sidonius Apollinaris inde ait:

Maculis genetricis
Alter Phœbigenam ſeſe gaudebat haberi.

Et in Bucolicis Vergi. Principi dum blanditur, inquit: *Tuus iam regnat Apollo:* Per Apollinem Auguſtum ſignans, quod etiam annotauit Seruius:

Eridanuſque ſenex leniſque Amphryſus & Æas.

Sic quidem in venuſtis codicibus pleriſque legitur, quam lectionem ſi probemus, de *Eridano*, qui prope Athenas reponitur, neceſſe eſt intelligamus, de quo Strabo his verbis meminit: *Inſtituarum aggregationem videre Callimachus inquit, ſi quis ſcribere audiat virgines Athenienſes dulce ac purum Eridani hauſire vinum, a quo pecora ſe abſtinent. Sunt autem aqua potui ſuauiſſimæ fontes (vt a-*

iunt)

sunt) *extra portas, quas diochares appellant iuxta Lyceum.* Huius etiam meminit Pausanias. *Eridanum* ad hoc Hyginus his verbis memorat: *Eridanum hunc alii Nilum, complures Oceanum esse dixerūt. Aratus in cœlo reposuit.* Vtque, vnde digressi sumus, reuertamur, ita in dubio vetustas fuit de *Eridano*, quod Strabo. v. volumine nō dubitauit hæc scribere: *Reliqua permulta fabulis vulgata vel ficta alium in modum absint, sicut, quæ ad Phaetonem & sorores Eliades in populos conuersas circa amnem Eridanum, qui nullibi terrarum exstitit.* Huc adde, quod si de *Attico Eridano* velis intelligere, non belle neque concinne inter Thessaliæ fluuios apponetur. Vt igitur & nos audacter aliquid in hoc immutemus, forte sic corrigi poterit hic versus:

Appidanus Phœnix leniſque Amphryſus & Æas.

Appidanus enim & Phœnix in Thessalia proximi a Plinio conscribuntur, necnon a Strabone. Huius etiam Lucanus ita meminit:

Accipit Aſopus curſus Phœnixque Melaſque.

Et, quia idem Lucanus de Appidano hoc scriptum reliquit: *It flumine rapto Appidanus*: Appidanus senex dici non poterit, qui leniter fluat secundum interpretem. Ceterum si senex leges, ad spumas potius aut ad caniciem & colorem aquæ referatur. Iam pascua lernæ:

Conſitaque arboribus Lycea reliquerat arua.

Castigandum censemus hoc carmen, & pro *Lycea Lyrcea* reponēdum, ne, si *Lycea* legas, & sensus & syllaba, quę prima in *Lyceo* corripitur, repugnent. *Lyrcea* ergo arua iterum contendimus legēdum. Inachus enim fluuius, vt ait Strabo, iuxta Lernā labitur, qui oritur ex *Lyrceo* ad Cynuriam mōtem Arcadiæ. De *Lyrceo* autem hoc Papinius in 4. Thebaidos mentionem fecit hoc carmine:

Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens,
Inachus.

Quem versum Priscianus pariter citat:

Arte noua vociſque Deum dulcedine captum
Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit.

Hic non desunt, qui *colloquium*, quique *consilium* legant, nos vero malumus *condilium* emendare. Cum enim Poeta supra cecinisset Pana calamos palustres fuisse complexum, nunc huiusmodi calamorum fortuitam complexionem *condilium* appellat, quod verbum est a *condilo*, quo Græce pugnus Latine significatur & annulus. Multi ad hoc calami fistulam componentes *condilium* appellari posse videntur:

Martialis. *Parui fiſtula condili ſonabit.* *Saxoq; cruētum*
Detecet, & maculat praruptam ſanguine rupem.

Hunc locum ita exponendum putamus. Mercurius deiicit Argum cruentum saxo: Perque copulam &: intelligimus eundem Mercurium maculasse rupem sanguine, hoc est, saxum epitaphio cruēto inscripsisse. Quod sequens versus continet:

Arge iaces, quodque in tot lumina lumen habebas,
Exstinctum est, centumq; oculos nox occupat vna.

Credimus igitur hoc distichō in memoriam Argi interemti a Mercurio ter maximo, ac omnium bonarum artium interprete, subito fuisse exaratum. Nisi forte videri possit sacarsmos, hoc est, hostilis quædam derisio & insultatio:

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iouis, perque vrbes iuncta patenti Templa tenet, &c.

Quo pacto Io, quæ postea Isis, nuncupata est, in Ægypto coli & adorari ceperit, nouerunt plerique omnes, qua vero ratione Epaphus, haud quaquam exponunt interpretes. Per *Epaphum* igitur intelligitur Apis, de quo Herodotus in 3. historiarum ita meminit: *Apis, quem Græci Epaphum vocant apparuit.* Et in secundo *Apis* inquit, *Græca lingua est Epaphus.* De quo Api. plura apud Plinium, Diodorumque Siculum, & Eusebium inuenies. *Isis autem & Apis iunctim in Ægypto colebantur.*

Æthiopasque suos positosque sub ignibus Indos
Sydereis transit, patriosque adit impiger ortus.

Cur Æthiopas suos appellauerit, in ambiguo est. Nos autem eos hoc dictos putamus, vel quia cum Phaeton sit idē, qui sol Æthiopas nigros loci proximitate reddit. De quibus Aris. in caussis, & in quam sententiam ita scripsit Hyginus: *Qui proximi sunt æstiuo circulo, eos Æthiopas, & perusto esse corpore*, vel quoniam in Æthiopia Phaeton regnauit, vnde Berosus, apud Ligures inquit: Phaeton relicto filio Ligure, reuersus est in Æthiopiam. Euripides ad hoc Phaetone traditam esse Clymenen Meropi & terræ eius imperium habere asserit, Æthiopiam intelligēs. Aut imo suos dixit, quia mox dicturus est:

Sanguine tum credunt in corpora summa vocato,
Æthiopum populos nigrum traxisse colorem,
Regia solis erat sublimibus alta columnis, &c.

Quemadmodum Seruius interpres clarissimus commentatio septimo Æneidos illud exponens:

Tectum Augustum ingens centum sublime columnis,
Vrbe fuit summa, &c.

Domū in palatio ab Augu. factā exponēs Virg. per trāsitū laudat scribit, sic nos hoc loco Ouid. obiter & in transcursu eiusdem Augusti sacrosanctis penatib. assentari putamus, & forte per regiam Basilicam accipiemus, nec nō per hanc tēplum palatini Apollinis cuius cōplures meminerunt, & imprimis Tranquillus, cuius verba hæc sunt: *Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine ictam desiderari a Deo augures pronuntiarant.* Addit porticus cum bibliotheca Latina Græcaque, quo in loco iam senior sæpe senatum habuit, decuriasque iudicium cognouit:

Aut

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.

His versibus Cacozelia est, per effectionem decoris corrupta sententia: cum eo ipso decoretur oratio, quo illam voluit auctor exornare, quæ sit aut nimio tumore: Vt est illud:

Iuppiter o præsens cœli qui sydera torques,
Ore tuo dicenda loquar:

Aut nimio cultu & ornatu, vt in exemplo præsenti: Quem locum obseruauit Diomedes:

Munichiosque volans agros gratamque Mineruæ
Despectabat humum, cultique arbusta Lycæi.

De *Lyceo* Archadiæ celeberrimo hoc in loco sentire bene non potes: loquitur enim Poeta de locis Attico solo accumbentibus. De Gymnasio igitur prope Athenas malumus intelligere, cuius Cicero, Gellius & Diogenes mentionem faciunt. Iocũdissimus enim secessus fuit, vbi ambulans Aristoteles disputabat. Strabo etiam ꝓpe Athenas *Lyceum* ponit Academiam & philosophorum hortos, appellatumque autumat a *Lyco*, Pandionis filio, a quo Lycii quoque in Asia denominati fuere:

Arcadiæ tamen est impensior illi,
Cura suæ.

Arcadiam Iouis propterea nominat Poeta, quod *Proselines* dicti ceteris præstare vetustate sese iactabant, quasi vel cum Ioue ætate cõpares, vel potius ante Iouem fuissent, vtpote qui cum Cretensibus contendant de alimentis ac Iouis infantia, quod imprimis Azanes atque Parrhasii facere solebãt, qui se antiquitate vniuersam Græciam excellere auctore Strabone laudabant. De quibus ita Papinius in quarto. Theb. loquitur:

Venit & Idæis vlulatibus Æmulus Azan
Parrhasiique duces,
Maiorque ambobus olympus.

Ex quo *Olympi* mentio frequens est, tum apud historicos, tũ apud Poetas, ne quispiam huius nominis multiformi significantia differatur distorqueaturque, semel affatim vocem hanc exponamus. Quatuor *Olympos* memorat Strabo, *olympum in Thessalia*, qui a Theophrasto *Pierius* nuncupatur, *in Mysia*, cuius & idem & Herodotus meminerunt, in *Lycia*, nec non *in Phrygia*, de quibus plura apud Plinium & eundem Strabonem inuenies. Xenophon vero in æquiuocis *Olympus* inquit, *plura significat. Nam omnis mons regionis altior, Olympus a Græcis dicitur, vnde & plures Olympi quasi toti lympidi, a barbaris etiam omne spatium circulare lympus dictus, Olympus etiam area interior est, vnde Cato in originibus fani olympum fossamq; sacratã, cũ ait ambitũ & interiorẽ area intelligimus. Sacrum ẽt pomeriũ olympus est. Hac ẽt voce cœlũ significatur, tuncq; Olympus dictus est, vt ait Priscianus, quasi ololampos, id est, totus lucens.*

Vt tamen ingratos in pectora fudit odores,
Et dedit amplexus iniusta aque iusta peregit.

Forte per *busta iniusta* exsequias paruas, quales extemporales solēt esse, & quas tunc sors ipsa dabat, potes accipere. *Iniustus* enim *parum* interdum significat, sicut contra Cicero *iustas inimicitias* magnas appellauit Asconio auctore Ver.

Non secus ac patrius acer Romanus in oris.
Iniusto sub fasce viam dum capit,
Exuritq; herbas & summa papauera carpit.

Non modo hic alluditur ad Tarquinii Superbi historiam notissimam, quem constat papauerum cacumina decutiendo sæuum illum & sanguinarium nuntium remisisse ex horto, cuius rei Liuius, Dionysius, Valerius, & alii complures meminerunt: Sed & ad illud Periandri, quem ferunt nihil respondisse ei, qui consilii petendi caussa ad ipsum missus fuerat, sed supereminentes spicas demēdo, segetem æquasse, cuius caussam cum non intelligeret nuncius, ac factum ab eo narraret, intellexisse, Thrasibulū, quod oportebat supereminētes ciues auferre, quod scribit Aristoteles in tertio Politicorum, nec non Laertius Diogenes.

In tertio volumine passim sic legitur:

Prima fidem vetiq; data tenuamina sumsit,
Cerula Liriope.

Tu vero ex Prisciano legito *fide* pro *fidei* iuxta illud Ver.

Libra die somniq; pares vbi fecerit horas.

Aut est genitiuus antiquus, propter quod in sexto legendum si adseueramus:

Vtque fide pignus dextras vtriusq; popposcit. Lucretius:
Multaque preterea tibi possum commemorando
Argumenta fide dictis contendere nostra.

Flaccus etiam scripsit *Prastantis iuuenem fide* pro *fidei*.

Hunc dixere tamen famulum comitemq; sacrorum,
Cœpimus.

Quemadmodum Seruius omnesque eruditi animaduerterūt Maronem sub inuolucro Poetico frequenter ad ritus antiquos Romanasque historias alludere, ita audacter crediderim Ouidium in gratiam Augusti subinde Romanas peregrinasque historias signare. Hic ergo sacerdotis Veientani casum innuere videtur, de quo hanc sententiam legitur: quod cum Albanus lacus plus solito tumuisset, isque sacerdos quædam in modum vaticinii cecinisset ad colloquium blande a Romano excitus inermis & imbecillus armato & præualenti eodem Romano iuuene raptus, in castra Romanorum translatus, remedium tanti tumoris Romanis patefacere coactus est. Quæ historia colligitur in primis ex T. Liuio & Valerio Max.

Et

Et dubia est de te Babylonia narret
Derceti, quam versa squamis velantibus artus,
Stagna Palestini creduntur coluisse figura.

De *Derceta* Dea, quæ iuxta Ascalonis stagnum colebatur, facie hominis, reliqua parte piscis, deq; eius fabula meminit copiose Diodorus Siculus in tertio. Verum, quoniam idem tradit pudore doloreque in lacum abiisse atque ibi in piscem conuersam, vnde & Syri vsq; ad hæc tempora his piscibus abstinentes eos pro diis colunt. Hoc addimus ex Higino. Diogenites Eritbrachus ait quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem venisse, & eodem loco repēte Typhona Gigantem apparuisse, Venerem autem cum filio in flumen se proiecisse, & ibi figuram piscium forma mutasse, quo facto periculo esse liberatos. Itaque postea Syros, qui in his locis sunt proximi, destitisse pisces edere, quod vereantur eos capere, ne simili caussa Deorum præsidia impugnare videantur, aut eos ipsos captare.

Vulgatos taceo dixit pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphæ pellicis iræ
Contulit in saxum, tantus dolor vrit amantes.

Quia fabella Daphnidis non multum protrita est nostris, eam ob hoc ita explicamus. *Daphnis* Mercurii filius fuit, quem Nympha Thalia nomine deperiit, efflictimque arsit, vt ait Sositheus. Hæc postea suspicione pellicis offensa, Daphnidis congressus amolita est, at ille amoris desiderio extabuit. Cuius mortem longo carmine deflet Theocritus. Ouid.

Pallidus in lenta Naide Daphnis erat.

Cur autem hic Poeta dicat eam in saxum commutasse Daphnim, declarandum sic censeo: Quemadmodum Niobe *lapidea* fingitur auctore Cicerone propter æternum in luctu silentium, ita credideram pastorem hunc dolore repulsæ attonitum ac stupidum instar statuæ iugiter siluisse, nec non ex illo stupore ac interno dolore cōsumtū. Quo intellecto haud quaq; Poeta noster a Theocrito dissētire videbitur in morte *Daphnidis*, vt nonnulli male iudicant. Nec nō, quia in fabella Hermaphroditi eodē volumine sunt hi versus:

Vnde sit infamis quare male fortibus vndis
Salmacis enerues, tactosque remolliat artus,
Discite caussa latet.

Pro viribus scrutati sumus, an caussa huiusce rei possit inueniri, ne a puella vinceremur, aut cum puella penitus sentiremus. Sic ergo scriptum offendimus in secundo Vitruuii de fonte hoc differentis: *In cornu autem summo dextro Veneris & Mercurii fanum additum Salmacidis fontem. Is autem falsa opinione putatur Venereo morbo implicare eos, qui ex eo biberint, sed hæc opinio quare per orbem terrarum sit peruagata, non pigebit exponere. Non enim, quod dicitur molles & impudicos ex ea aquafieri, id potest esse, sed est eius fontis*

potestas perlucida, saporque eius egregius. Cum autem Melas & Areuanias ab Argis & Troiezene coloniam communem eo loci deduxissent barbaros Caras & Lelegas eiecerunt. Hi autem ad montes fugati discurrebant, & ibi latrocinia facientes crudeliter eos vastabant. Postea de colonis vnus ad eum fontem propter bonitatem aquæ quæstus caussa tabernam omnibus copiis instruxit, eamque exercendo eos barbaros allectabat, ita singulatim decurrentes & ad cœtus conuenientes e duro feroque more commutati in Græcorum consuetudinem & iam suauitatem sua voluntate reducebantur. Ergo ea aqua non impudico morbi vitio, sed humanitatis dulcedine mollitis animis barbarorum eam famam est adepta. Ex his verbis apparet historiam occultiorem sub hac fabella delitescere:

Tympana cum subito non apparentia raucis
Obstrepuere sonis.

Versus hic ex quarto volumine historiam eam notare videtur, de qua Valerius in memorabilibus, & Plutarchus in Cæsare meminerunt. Hæcque in commentariis leguntur: *Eo die, quo Cæsar Pompeium in Pharsalia profligauit, Antiochiæ in Syria bis tantus exercitus clamor & signorum sonus exauditus est, vt in muris armata ciuitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis & remotis templis, quo præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci adyta appellant, tympana sonuerunt.* Ex quibus colligimus suspicamurq; Poetam hoc loco *tympana* hæc Pergami audita agnoscere, simulque Augusto principi in victoria Iulii patris ex bello ciuili Pompeiano blandiri:

Protinus Andromeden & tanti præmia facti,
Indotata rapit.

Hoc in loco verbum hoc *Indotata* exponendum putamus pro *incomta*, in quam significationem, illud quoque ex septimo volumine conuenit: *Aut dantur in altos, indotata rogos.* Hæc ex Marcello & Cicerone:

Ecce Suenites genitus Metione Phorbas:

Suenites nomen deductum putamus haud quaquam a Suenio Æthiopiæ oppido secundum interpretem, sed a *Syene*, quod est oppidum supra Alexandriam quinq; millibus stadiorum, de quo Plinius & Seruius. Lucanus: *Atque vmbras nusquam flectente Syene*, qua propter *Syenites* etiam legi posse credimus, nec non *Suenites* cognatione literarum, *y* & *u*.

Concidit & digitis morientibus ille retentat,
Fila lyræ, casuq; fuit miserabile carmen.

Hanc extremam ex quinto volumine particulam cum legeremus: *Casuq; fuit miserabile carmen*, recordati sumus Tragœdiæ, hoc est, tristis & luctuosi exitus Marci Crassi in Parthis interemti, de quo hæc præclare apud Plutarchum in hanc sententiam scribuntur:

Cum

Cum nuntius a Surina missus, qui Crassi caput ferebat, ad Hyrodem pervenisset, eorum Regem in conuiuio accubantem offendit, & Iason Trallienſis fabularum actor, remotis iam mensis, Euripidis fabulam de furiis Agaues actitabat, eumque ab omnibus summa iucunditate & lætitia probarentur, Scylaces caput Crassi in medium proiecit. Iason vero dimissis, quæ manibus tunc gestabat, luctus insignibus, Crassi capite in manibus sumto, quasi furens de bacchari cœpit, ac multis caput illud telis perfodit versus e Tragœdia huiusmodi decantans. Ferimus e montibus, hinnuli prædam felicissimam. Huiusmodi ergo finem Crassi expeditio quasi Tragœdia quædam sortita est, ad quem nunc alludere videtur Poeta:

Sed fasque nefasque,
Confusura ruit pœneque in imagine tota est.

Hoc etiam in loco nec non inferiori carmine sexti vol vbi ait: *Non est lacrymis hoc inquit agendum, Sed ferro,* alludit ad Thomyrim Reginam Scytharum ferociſſimam, quæ filio a Cyro Perſarum Rege interfecto, haud quaquam lacrymis fœmineo more parẽtauit, ſed vltione pluſquam virili. Cyrum namque cum ducentis millibus Perſarum diſpoſitis in montibus inſidiis trucidauit, vt ſcribũt Trogus & Iuſtinus. Qua etiam de re tales ſunt Hendecaſyllabi Sidonii Apollinaris:

Non Cyrum Aſtyagis loquor nepotem,
Nutritum vbere quem ferunt canino,
Cuius non valuit rapacitatem
Vel Lydi ſatiare gaza Crœſi,
Cuius nec feritas ſubacta tunc eſt,
Cæſis millibus ante cum ducentis
In vallis Scythicæ coactus arctum
Orbata ad Thomyris veniret vtrem.

In octauo, verſus hic a pleriſque ſic legitur: *Prædaque potita nefanda fert ſecum ſpolium ſceleris.* Vbi *ſceleris* legitur, *celeris* emendamus, cum ex antiquo codice, tum ex Priſciano locum hunc ita citante. Hicque ordo erit, ipſa *celeris*, hoc eſt, *feſtina* fert ſecum ſpolium. Nec non in eodem vbi legebatur: *Cumque Feretiade & Hyanteo Iolaoque* particula expungatur, ne claudicet verſus in ſyllaba *Feretiades* enim Græce Φηρητιάδης dicitur, & ſcribitur per η in primis duabus ſyllabis, quæ per hoc producuntur. Significatur autem Admetus filius Pheretiæ, cuius meminit Homerus.

Immunitamque frequentat Sparten.

Hanc etiam particulam percurrentes epitheti huiuſce ratione pẽſtrata, admoniti ſumus dicti Ageſilai Spartani ducis, de quo Plutarchus in Apophegmatis ita ſcribit: *Ageſilaus peremptante quodam quamobrem Sparta careret muris, oſtenſis armatis ciuibus, hi ſunt inquit Lacedæmoniorum muri.* Apud eundem quidam reſpon-

dit Cleomenes in hanc sententiam. *Quod si mœnia felices ciuitates efficiunt, infelicissimam esse Spartam necesse erat, cum nullis sit septa mœnibus.*

Illud etiam ita ab omnibus legi solet, & quæ pars admonet, *absit*, nos vero ex Prisciano *abstit* pro *abstinet* reponimus.

Et nondum tonsos ornata capillos.

Sub hoc Alcyones fabellæ inuolucro, ingeniosus Poeta in II. alludit ad Semyramim, de qua Valerius Maximus nono memorabilium sic loquitur: *Namque Semyramis Assyriorum Regina, cum ecu. ca cultum capitis occupata, nuntiatum esset Babylona defecisse, tam parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam vrbem imperiatem suam redegit. Quo circa statua eius, Babylone posita est illo habitu, quo ad vltionem exigendam celeritate præcipiti tetendit, de cuius muliebri imo viraginis, excellentia hunc in modum loquitur Berosus. Hac antecessit militia, triumphis, diuitiis, victoriis, omnes mortales. Ipsa hanc vrbem maximam ex oppido fecit, vt magnificentissimi posset illam ædificasse, quam ampliasse. Nemo vnquam huic fœminæ comparandus est virorum, tanta enim in eius vita dicuntur & scribuntur, tum ad vituperationem, tum maxime ad collaudationem magnifica.*

Nec tenuis, quam si quis Athon Pindum ve reuulsos, &c.

Hoc carmine alluditur ad historiam Xerxis Persarum Regis maximi pariterq; potentissimi, qui montem Athon continenti abscidit in longitudinem passuum mille quingentorum, vt ait Plinius, qua de re Iuuenalis *creditur olim velificatus Athus*. Et Sidonius:

Admissoque in Athon tumente Ponto,
Iuxta frondiferæ cacumen alpis,
Scalptas classibus ire per cauernas.

Nec non per *Pindum*: clarum Herculis facinus innuit, qui Thessaliam stagnantem aperuit ac tempe, cuius rei Diodorus Seneca & Lucanus commeminerunt.

Et primo: *Si sit circumspicit illic;*
Qui modo visus erat, nam motu voce ministri
Intulerat lumen.

Hic quoque videtur alludi ad historiam Cassii Parmensis, qui M. Antonii partes sequutus, existimauit adse venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squallidum barba, & capillo demisso interrogatumque quisnam esset, respondisse cacodemona, perterritus tam tetro visu & nomine horrendo, seruos inclamauit, deiciatusque est, si quē talis habitus, aut intrantē cubiculū, aut exeuntem vidissent, quibus affirmantibus neminem illuc accessisse, interrum quieti se dedit, & eadem animo eius obuersata est species, fugato ergo somno, lumen introferri iussit, puerosque a se discedere vetuit. Hæc ex Valerio.

Tunc

Tunc quoq; cura fuit partes velare pudendas.

Quamuis hoc in 12. videatur tractum ex Euripide, qui de Polyxena ita inquit: πολλὴν πρόνοιαν ἔχειν εὐχρήμως πεσεῖν, id est, *multã prudentiam habuit honeste cadere*, tamen videtur hoc quoq; loco alludere ad Cæsarem, qui cum in senatu strictis vndiq; pugionibus feriretur, ita togam composuit, in eaq; se conuoluit, vt honeste caderet. Quod etiam Pompeium & nonnullos ex nobilioribus Romanis moribundos secuasse legimus:

Turnusq; cadit, cadit Ardea Turno
Sospite dicta potens, quam postquam barbarus ensis
Abstulit, & tepida paturunt tecta fauilla,
Congeries e media, tum primum cognita prapes
Subuolat, & cineres plausis euerberat alis.

Hoc in loco verba Seruii ex commentario septimo Æneï. recitanda censemus, quæ talia sunt. Illud namque Ouidii Metamorphoseos fabulosum, incensam ab Annibale Ardeam, & in hanc auem esse conuersam. Quæ lectio, si vera est, tum barbarus ensis non Æneæ, sed Annibalis intelligetur. Qua enim ratione Ouidius noster, cum Augusto blandiatur per Æneam Veneris filium, cum barbarum appellare potuerit, non hercule agnosco, sed & Vergil. in tota Æneidos (quod equidem sciam vel meminerim) nunquam barbarum Æneam appellat. Verum in hoc, vt etiam in multis, amplius censemus requirendum:

Cornuaq; auratis miram referentia formam
Postibus insculpunt, longum mansura per aeuum.

Mendose versus hic exponitur & legitur. Non enim *auratis*, sed *aratis postibus*, legendum est ex historia Valerii, cuius verba hæc sunt de Cippo loquentis. *Cuius testandæ rei gratia capitis effigies aerea porta, qua excesserat, inclusa est, dictaq; rauduscula*, nam olim æra raudera dicebantur. Quod vt clarius intelligatur M. Varronis verba hæc adiungemus: Deinde porta *rauduscula*, quod ærata fuit, æs *raudum* dictum. Exeo in veteribus mancupiis scriptum. *Rauduscule* libram ferito.

Dextra prarupta Celenia parte
Romechium q; legit.

Locus hic diutissime nos distorsit, & tantisper dum forte Pompeium legeremus, vbi *Rumentum* fractionem ostendit appellari, statimque *Rhegium* illi apponit, municipiũ in freto Siciliæ, quod ab *rumpendo* dictũ est. Quibus verbis excitati repẽte admoniti sumus huius loci. Quapropter credimus *Rumentũ* hic esse legendũ, nõ *Romechium*, per quod intelligimus Rhegium oppidũ celeberrimũ, de quo multa Strabo, Plinius & ceteri. Quod vt credamus ita esse, tum sensus perficit, tum codex antiquus noster, vbi *Rumethium*

legebatur. Paucis igitur mutatis literis *Rumentum* honeste asseueramus legendum.

EIVSDEM IN VERGILIVM.

IN ludicro Bucolico Maronis scriptum est:

Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.

Et illud: *Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,*
Pan etiam Arcadia dicet se iudice victum.

Et hoc: *Solicantare periti Arcades.*

Curtam frequenter Maro Arcades in cantu celebres ponat, nullus interpres hactenus, (quod legerim) enarrat. Nos vero communi veritati consultum cupientes, ex Polybio hæc excerpsimus, quæsitum soluentia: *Musicam vniuersis hominibus vtilem esse constat, Arcadibus necessariam.* Arcades in ea non solum pueros, verum etiam adolescentes & iuuenes vsque ad 30. annum exercent volunt, homines alioqui viræ difficilis & austeræ. Pueros ergo ab ineunte ætate in cantibus hymnorum & pæanum assuefieri mos est, quibus singuli iuxta patriæ morem, Genios, heroas & deos laudare consueuerunt. Post hæc Philoxeni & Timothei disciplinis instructi cum cantibus & choreis, ludos Libero patri faciunt, omnis denique eorum vita in huiusmodi cantibus versatur. Quæ res a maioribus instituta, non deliciarum aut lasciuiæ gratia, sed cum animaduerterent assiduos eius gentis labores in colendis agris, & duritiam atque asperitatem vitæ, præterea etiam morum austeritatem, quæ ex frigiditate & tristitia aeris prouenit, cui nos similes gigni necessario oportet: (non obscurum est enim plagas cœli esse: quæ genres moribus & forma & colore & plerisque disciplinis inter se dissimiles faciunt.) Volentes igitur Arcades mitem & tractabilem reddere naturam, quæ per se ferocior ac durior videbatur, primo ea omnia: quæ supra meminimus, introduxerunt, deinde conuentus omnes & sacrificia plurima, in quibus viri ac mulieres congregarentur, postremo virginum ac puerorum choros, quæ omnia ad eum finem fecere, vt id, quod in animis hominum natura durius erat, consuetudine placaretur, ac minus fieret.

In eodem versus hi sunt:

Quid loquar aut Scyllam Nisi quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates, &c.

Plerique omnes versus hos ita exponunt, perinde ac Scyllam Nisi, pro Phorci Poeta posuerit, tanquam hæc in auem tantummodo fuerit transfigurata, illa vero in monstrum maris deformata. Ceterum tum ex Marone ad Messallam scribente, tum etiam ex Ouidio accuratus lector hanc metamorphosin monstri

monstri maritimi vtrique Scyllæ conuenire, clarius sole deprehendet, ex quo Lucretius docte *Scyllas succinctas canibus semimarinis* multitudinis numero scripsit. Ouidius huic nostræ sententiæ in amoribus ita astipulatur:

Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos inguinibusq; canes.

Nec non in secundo de remedio amoris inquit:

Preterita cautus Niseide nauita gaudet. Ex quibus colligimus, Scyllam Nisi filiam accipiendam, non Phorci, vt ait Seruius, in quam nostram sententiam verba Strabonis adiicimus: *Syllæum: quod in Hermie est, nomen a Nisi filia Sylla cepisse inquiunt, qua Minois cupiditate capta, cum Niseam proditione tradidisset, ab eo in profundum deiecta est, & fluctibus horsum agitata, sepulturam obtinuit.*

Id quoque obseruatione dignum putamus, quod ait Seruius, idem, dum hoc Verg exponit: *Quas ille Philomela dapes.* Atqui hoc *progne* fecit. Per hoc volens innuere Poetam improprie *Philomelam* pro Progne posuisse. At nos *Philomelam* pro *hirundine*, eaq; quę Terei coniunx memoratur, dici posse asseueramus. Papinius:

Non sic Philomelam penates,
Circuit amplectens, animamq; in pignora transfert.

Legimus adhoc apud M. Varronem hæc verba: *Luscíola, quod luctuose canere existimatur, at q; esse ex Attica Progne facta auis.* Quibus verbis *Prognem* constat in *luscíniam*, conuertam. Probus etiam huic nostræ sententiæ respondens, *Prognem* in *luscíniam*, *Philomelam* in *hirundinē* commutatas affirmat. Proprie ergo & docte Poetam etiam hoc loco locutum contendimus, sicut & in superiori exemplo de Scylla Nisi probauimus. Et quia adduximus Varronis testimonium, vbi *luscíola* passim legitur, castigato audacter verbum hoc, *luscíniola* reponendo. Est enim diminutiuum a *luscínia*, quippe quod eiusdem Varronis auctoritate confirmatur in libris de re rust. cantatrices *luscíniolas* appellantis.

In tertio Georgicorum volumine versus hic est:

Labore in felix studiorum atq; immemor herbæ,
Victor equus.

Vbi *herbæ* legitur, nos exponimus *victoriæ*, Marcelli auctoritate. Vtq; ait Pompeius: *Herbam do*, cum dixit Plautus: *fateor me victum* intellexit. Plinius quoque huiusmodi scripta reliquit. *Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam prorrigere victos*, hoc est terra & altrice ipsa humo & humatione etiā cedere.

Seruius exponens illud Verg.

Non secus ac patriis acer Romanus in oris
Iniusto sub fasce viam dum carpit & hosti,
An exspectatum positis stet in agmine castris,

Iniusto sub *fasce, magno* exponit. Cuius sententiæ Vegetius asti-

pulatur', primo de re militari versus hos citans. Asconius vero Pedianus Ciceronis clausulam hanc declarans *iustas* inimicitias, *iustas magnas*, inquit, vt e contrario Vergil. *Iniusto sub fascе viam dum carpit.* Quæ quidem expositio si admittatur probeturque, tunc *parua* referendum erit ad robur inuictum fortitudinemque immensam militis Romani, cuius animo ac laborum meditationi nihil tam arduum occurrere potest, quod non facile transmittendo paruum reddat iuxta illud Sallustianum. *Igitur talibus viris non labor insolitus non locus vllus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus.*

In quarto illud quoque:

Quippe in Neptunno visum est immania cuius,
Armenta & turpes pascit sub gurgite Phocas.

Seruius exponit Phocas *turpes*, id est, *magnas*, vt cui turpe caput. Ceterum nos, cum & hunc locū legeremus, nec non *deformes Phocas* apud Ouidium in libris Metamorphoseos, huius epitheti diligentius rationem pensitantes, ita scripturmoffendimus in secundo Aristot. de Animalibus: *Vitulus marinus tanquam læsa imperfectaque quadrupes est.* Quippe qui continuo a scapulis pedes habet manibus similes modo vrsę. In quinos enim finduntur digitos, qui singuli ternis articulis flectuntur. Quia igitur Phoca, quæ idem, quod Vitulus marinus est, læsa & imperfecta quadrupes, vt supradictum est ex Aristotele, ob hoc nunc deformes nunc turpes denotari a Poetis asserimus.

In primo Æneidos a plerisque alioqui eruditissimis carpitur idem Seruius illud exponens: *Æoliam venit*, per in ac prodat insulas, quæ *Ephestiades* a Græcis, Latinis *Vulcania* dicuntur, nouem esse cum ceteri septē tantum asseuerent, de quibus insulis Varro: Strabo, Plinius & Solinus multa. Nos vero audacissime contendimus hac in re tam lucida claraq; Seruium haud quaquam caligasse, imo scripsisse Æoliam nomen esse insulæ, non nouē aut aliud simile, tanquam Æoliam illam ex 7. peculiariter ostendat appellatā, in qua habitauit Æolus Hocq; Verg. credimus, sicuti pleraque, ex Homero deductum, apud quem in decimo Odysseę in hanc sententiam legitur, Æoliam inde nauigantes ad insulam venimus, in ea habitabat Æolus Hippotades amicus immortalibus diis. Quemadmodum igitur Homerus Æoliam insulam dicit, sic eam nominare potuit Seruius nominare, quippe quem locupletissimū interpretem haud ignorasse insulas Vulcanias 7. numero esse, ex his probamus, Quatinus commentario octauo dum hæc enarrat, *Insula Sicanum iuxta latus Æoliamq; erigitur Liparem fumantibus arduaque saxis.* Hæc ad verbū scripta reliqt. *Æoliā* autē ideo *Liparē*, quia vna est de illis septē insulis, quib. Æolus imperauit. Ex quib. colligi potest haud verisimile esse in principio nouem, hic tantum septem insulas recensere, perinde atque nunc duæ excidissent.

Apud

Apud eundem Seruium carmen hoc enarrantem:

Alij fontemq; ignemq; ferebant
Ornati limo & verbena tempora victi.

Menda est. Ita enim legitur: *Limus est vestis, qua vsque ad pedes tegunt pudenda pomparum.* Verbum hoc emendamus *pomparum, poparum* legentes. Popæ enim dicuntur victimarii & ministri in sacrificiis. Propertius:

Succinctiq; calent adnoua sacra popa. Et *popam* ventrem dixit Persius pro pingui & crasso.

In octauo Æneid. legitur: *Et magnis Circensibus actis.* Quem locum eleganter explicat Asconius, cur scilicet, *magni* Circenses dicti sint a Poeta. Romani ergo, inquit, ludi sub regibus instituti sunt, *magnique* appellati, quod magnis impensis dati. Tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum, adeo magnos ludos factos putant, quod consiliorum secretorumq; Deo, id est, Neptuno dati & diis magnis, id est, laribus vbi Romæ dati sunt, quibus aiunt raptas Sabinas, vt videatur propter hoc dicere Vergilius *magnis Circensibus actis.*

In eodem octauo *alumnum* ait dici pro eo, qui alit, & qui alitur, vbi ab aliquibus capitur, in qua re ingenue fatemur *alumnum* frequentius pro eo accipi qui alitur, non tamen pernegamus eum quoque *alumnum* dici posse, qui alit. Marcellus nostræ opinioni respondens ait: *Alumnos consuetudo, quos alas vel educes, vel eos, qui alunt, dici vult.*

IN PERSIVM.

Sed numeris decor est & iunctura addita crudis
Claudere sic didicit versum, Berecynthius Atys.

Versus hos Persianos, interpretes exponunt, quatenus historiæ fides, fabularumque enarratio, vocabulorumque Etymologia exigunt expostulantq;. Nulla vero ex parte admodum Poetæ intentio mõstratur. Hic ergo erit, ni nos cum aliis pariter fallimur sensus, si non verus, vero saltem proximus. Persius risu mordaci ac Satyrico cõpositionem Poetarum sui temporis subsannat morosam nimis & affectatam, dum scribere non audent quicquam, nisi ordine iunctura numerisq; ad plenum seruatis, tanq̃ semper sit intra præscriptum dicendũ, nec liceat transuerso, vt dicitur vngue, a catholico discedere. Cũ contra oratio, vt ait Fabius, quæ ferri debet ac fluere, demerendis pedibus ac perpendendis syllabis consenescit. Neq; enim qui se totum in hac cura consumserit, potioribus vacabit, si quidem relicto rerum pondere, ac nitore contemto, tessellas struet, vt ait Lucillius. Quia ergo numeri debent sponte fluere non accersiti, non coacti, idcirco Poeta de hac scrupulosa nimis obseruantia queritur. His igitur versibus necnon proxime sequentibus examinanda fuerant *iunctura, numeri.* Quippe quæ *iunctura* tribus constare putatur, incisо, quod Græci κώμμα, membro, quod κῶλον, ambitu seu circunducto, quod περίοδον vocant.

His vero quoniam ex Quint. Diomede, Priscianoque copiose haberi possint, omissis, ad Poetam, illiusq; rythmos iamiam accingor.

Claudere sic didicit versum Berecynthius Atys. Hoc carmine taxatur mollis textura, eneruataque desinentia carminis hexametri, de qua sic Quint. Est quoque non nihil in eo, quod singulis verbis bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est permolle, nec solum, vbi quinę syllabæ connectuntur, sed etiam quaternæ, cum versus cluditur, Appenino, Armamentis. Quare hic quoque vitandum est, ne plurium syllabarum his verbis vtamur in fine.

Et qui cœruleum dirimebat Nerea Delphin.

Versus iste non nisi normatim & ex præscripto incedit, ad amussimque penitus mouetur. Est enim *proprius*. Proprii autem dicuntur, quoties in priore loco spondæus ponitur, & in quarto & in sexto, vt apud Verg:

Immotamq; coli dedit & contemnere ventos,

Et illud: *Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos?*

Ceterum, qemadmodum equorum cursum delicati & minutiores passus frangunt, sic oratio & versus refrigerantur, imo emasculantur, si calor & impetus pereat. Ex hoc igitur metu transgrediendi pedes proprios & legitimos, carmen nimis effœminatum ac molle constituitur.

Sic costam longo subduximus Appenino.

De historia Annibalis credimus hoc esse tractum, qui alpes igne acetoque macerauit atque diduxit. Teneritudo vero ac lenitas immodica ostenditur in hoc versu, prædiximus namque ex Quintiliano, mollem esse versum, cum quaternis dictionibus cluditur. Huc accedat quod cum auctore Diomede initio carmen hexametrum heroicum sex spondæis compositum fuerit, versus hic omnibus pene spondæis constat, dactylum semel admittens, & in scansione nullus pes nisi quartus & vltimus, partē orationis finit.

Arma virum nonne hoc spumosum & cortice pingui,
Vt ramale vetus pregrandi subere coctum.

Qui cum Persio ex aduerso loquitur, Vergilii carmen illi obiicit, qui pene huiusmodi scansionem sortitur, vbi pauci pedes partem orationis terminant. Quippe quod pulcerrimum & præclarissimum iudicatur in heroico, de cuius præstantia Diomedis verba subiecimus: *Versus heroicus is dignitate primus, plenæ rationis perfectione formatus, ac totius grauitatis honore sublimis, multaq; pulchritudinis venustate præclarus, qui sine vlla coniunctione quascunque alias partes orationis, ita mutuis inter se connexionibus colligat, vt in scansione nullus pes, nisi nouissimus, integram partem orationis includat, atque ita e regionibus suis spondæum pedem dactylumque custodiat, vt dactylus perraro, & hoc quidem ornādi poematis gratia, quintam regionem suam, spondæo concedat:* Quæ quidem ornamenta diligens

ligens lector deprehendet in superiori carmine: *Sic costam lõgo subduximus Appenino.* Versus autem perfectionem huiusmodi suscipiens est apud Vergilium bis positus.

Oceanum interea surgens aurora reliquit. Hic enim aduertere est pedes singulos ita esse scansionis lege diuisos, vt eorum nullus partem orationis clauserit, nisi nouissimus, quem finalis necessitas cogit.

Quidnam igitur? fiat pausa, sunt enim verba, ni fallimur, Poetæ dicentis. Quidnam igitur Vergiliano exemplo vis innuere, hicque eadem bile percitus respondet: Tenerum & *laxa* ceruice legendũ

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis, &c. Quod est, vin' tu hos versus sonoros & ampullosos leniter contraque suũ decorem proferre?

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Vulgo sic legitur versus iste, ceterum a Diomede hunc in modum citatur:

Torua Mimalloneis inflatur tibia bombis. Et reponitur inter *teretes*: Teretes autem versus dicuntur, qui volubilem & cohærentem continuant dictionem, vt hic patet:

Et sectum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris & Lincem Maenas flexura corymbis
Euhion ingeminat, reparabilis assonat Echo.

Versus hi sonori sunt & strepentes, primus autem proprius est, de quo supra, spondæum habens in primo, quarto sextoque loco, & hoc carmine primo coma semiquinarium, hoc est, incisum cum affectatione nimia apparet, tam in materia, quam in rythmo:

Bassaris & Lycem Maenas flexura corymbis. Hic coma est semiseptenarium, pariterque includitur periodus, hoc est, totius comprehensio carmine sequenti: *Euhion ingeminat*, &c. Hicque versus dactylicus est, valdeque sonorus in quo pronuntiatio fragosa crepitat, quale est:

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Quod vitium Quintilianus noster obseruat, sic scribens nono volumine: Etne, (quod nunc maximum vitium est) breuium contextu resultent, ac sonum reddant pene puerilium crepitaculorum.

Hæ fierent, si testiculi vena vlla paterni
Viueret in nobis, &c.

Indignatus, & vere stomachatus cum aduersario Persius, superiorum carminum nimia mollitie, si essemus, inquit, masculæ proles, hæc tamque tenera cuderemus? Merito igitur & dolet & queritur Poeta de eo, de quo idem Quint. sic queritur est *In vniuersum fineesse sit, duram potius & asperam compositionem malim esse, quam effœminatam & enervem, qualis apud multos, & quotidie auditumus.*

IN LVCANVM.

IN Lucani Pharsalia illud primum occurrit:

Audax venali comitatur Curio lingua,
Vox quondam populi, libertatemq; tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.

Horum carminum explanationem quia interpretes aut non adiuuerunt, aut potius negligunt, ita ex historia accipe. Ex commentariis Cæsaris deducta verba hæc sunt: *Curio Tribunus plebis cum Cæsaris caussam dignitatemque defendendam suscepisset, sperabat senatui pollicitus, si quem timor armorum Cæsaris laederet, & quoniam Pompeis dominatio, atque arma, non minimum in foro terrorem fecerant, discederet vterque ab armis, exercitusque dimitteret, fore eo facto liberam & sui iuris ciuitatem, neque hoc tantum pollicitus, sed etiam per se discessionem facere cœpit, quod ne fieret, omnes amici Pompeii iusserunt.* In quam sententiam Appiani verba quoque subiecimus, & Curio Turbatius rem protulit, & nec successores Cæsari mitt dēos decreuit, si Pompeio minime mittantur. Cum enim inter se suspecti forent, nunquam vrbem pacem habituram, quæ stabilis esset, ni ambo priuate degerent. Propter quæ dictum a Poeta putamus, & armatos plebi miscere potentes, hoc est, Cæsarem Pompeiumque Imperatores præstantissimos exarmare, & intra conditionem priuatorum redigere, & quasi plebeios constituere ausus est Curio.

Nos primi Senonum motus, Cimbrumq; furentem,
Vidimus & Martem Lybies, &c.

Per *Martem Lybies*, haud quaquam de Hannibale intelligendum putamus. Nam, vt inquit Strabo, cum duæ essent viæ, Ariminiocq; melior, illa tamen non transmisit Hannibal, sed asperam deligere coactus est. Asdrubalem igitur fratrem innui putamus, qui a Livio Salinatore, & Nerone Claudio, apud Metaurum profligatus & interemtus est, de cuius laudibus, hæc a Liuio scribuntur: *Quippe Asdrubalem eodem patre Amilcare genitum, atque impigrum Ducem per tot in Hispania annos Romano exercitatum bello, gemma victoria insignem, duobus Ducibus cum clarissimis exercitibus deleto, nam itineris quidem celeritate concitatis ad arma Gallicis gentibus, multo magis, quam Hannibalem ipsum gloriari posse. Quippe in his locis hunc coegisse exercitum, quibus ille maiorem partem militum fame ac frigore (quæ miserrima mortis genera sunt) amisisset.* Per *Martem* ergo *Lybies* accipiendus erit Asdrubal, qui Lybicus imperator Clarissimus in Hispania Cneum & Publium Scipiones doctores præstantissimos interemit, compluraque alia facinora insigniter fortiterque obiuit:

Tethys maioribus vndis
Hesperiam Calpen, summumq; impleuit Atlanta.

Sic

Sic ferme ab omnibus legitur. Priscianus autem locum hunc allegans, ita legendum autumat:

Tethys maioribus vndis
Hesperiam Calpe summoq; impleuit Atlante.

Quippe, quæ lectio apprime probatur, vtpote, cui concinne & eleganter sensus ipse congruit, cõsonat, mirificeque quadrat: nam cum supra dictum fuerit a Poeta:

Tum cardine tellus
Subsedit, veteremq; iugis nutantibus Alpes
Discussere niuem.

Mox subiecit, Tethys impleuit Hesperiam maioribus vndis, Calpe & summo Atlante, hoc est, niuibus horum montium e verticibus ex cussis, ablatiuus enim est. Tumefacto namque & æstuante mediterraneo mari, liquefactis niuibus maria Hesperiæ, hoc est, Italiæ vehementer delæuiunt tumescuntque. Ad hæc cum *Hesperiam* legis absque alio epitheto, *Italiæ* accipiatur, vt ait Seruius, cum vero *vltimam* apponis, tunc *Hispaniæ* significatur. Sic Horatius *qui nunc Hesperiæ sospes ab vltimæ*. *Italiæ* namque & *Hesperiæ* denominatæ fuere a fratribus *Italo*, & *Hespero* vt affirmant Cato, & Fabius pictor. Huc accedat, quod Poeta potissimum prodigia portentaque enumerat, quæ in Italia euenere. Ceterum, si Hesperiam *Calpen* & summum Atlanta legeres, in sensu necesse erit, vt intelligatur aut factum esse cataclysmum, cuius nulli historici meminerunt, aut sit insana hyperbole, excessusque nimium fatuus:

Aut hic errat ait nulla cum lege per æuum
Mundus, &c.

Legimus eodem auctore, necnon ex antiquo codice, *nulla sine lege*. Duæ namque negationes Græco more interdum magis negant, quod annotarunt Donatus, Marcellus, & Priscianus. Sic Vergilius in Bucolicis: *Nulla neq; amnem libauit quadrupes*, quamuis & illic in plerisque mendose legatur: *Vlla neq; amnem*.

In secundo volumine eiusdem Pharsaliæ legitur: *Motura Daras vt cladeGetasq; securo me Roma cadat*, vbi legitur *Dacas*, quia syllaba reluctatur, emendamus *Dahas*. *Dahæ* autem populi super Scythas, Scytharumque deserta a Pomponio collocantur, necnon a Strabone & Plinio memorantur. De quibus ita Cornelius Tacitus: *Prosperisq; prælijs medias nationes subegit, ad fluuium Gyndem, qui Dahas, Arioq; disterminat*. In eodem versus est:

Hanc latus angustum cum se cogentis in artum
Hesperia tenuem producit in æquora linguam.

Linguam hic accipio pro altitudine non præcipiti, sed molliter decliui, vox enim hæc præter manifestam significationem Pompeio auctore promontorium signat, non excellens, sed in planum cuexum, Ouid. *Tribus hæc excurrit in æquora linguis*:

Illud etiam: *O rabies miseranda ducis, cum fata Camillis*
Te Cæsar, magnisq; velint miscere Metellis,
Ad Cinnas, Marioq; venis.

Putamus sic exponendum hicque sit sensus, si Cæsar æquo animo exilium tolerasses, fata te Camillo, Metelloque, ducibus clarissimis, nec non patriæ ciuibus amantissimis, conferre parabant, quorum vterq; exsilium patienter tulisse memoratur, at tu, tu impius in patriam desæuiens, Cinnæ, Marioque sanguinariis latronibus maluisti comparari, quo fit, vt honestissimo tantæ laudis præconio, quod iam tibi præsto erat, te ipsum fraudaueris:

Tres, q; putant veram credi Salamina carina.

Hunc locum erudite me hercule, & eleganter annotationibus suis enarrat Beroaldus noster, vir alioqui eruditissimus, attamen, quia, vt ait Seneca: *Inuenta inuenturis non obstant*, vide an etiam hoc pensitari possit, Poetam e contrario ad illud Horatianum allusisse:

Ambiguam tellure nouæ Salamina futuram. Patiterque ad Themistheclis victoriam omnium pene sub sole clarissimam, quippe quæ perfecisse videtur, vt Salamis iam non ambigua, sed nimis vera apparuerit Xerxis naufragio, in quam nostram sententiam mox & infra dicturus est Poeta, vt *Salaminiacum mimmi mare*.

Nec non illud passim sic legere est ex tertio volumine eiusdem:

Hinc & Sidonias gentes auroq; legatas
Substringens Arimaspe comas.

Nos vero *Scythonia* corrigimus, nihil etiam tam remotum, immo tam contrarium, quam Arimaspi, qui ad Septentrionem sunt, & Sydonii, qui ad meridiem. *Scython* autem Thracia antiquitus dicta, & Scythonæ gentes in Thracia a Plinio, & Solino reponuntur.

Obseruatione quoq; dignum putauimus carmen hoc ex tertio: *Sydera respicies delapsa portitor Helles*, pro his, qui pernegant *portore* dici posse pro eo, & qui portat, & qui portatur, vt ait Seruius. *Portitor* autem & hic, & apud Martialem non nisi pro eo qui portat, accipi potest, in qua significatione illud quoque Vergil. intelligi posse putamus: *Portitor ille Charon*. Non tamen imus inficias *Portitorem* illum etiam significare, qui portū obsidens, omnia scisciatur ex his, quæ inferuntur, quæq; efferuntur, vectigal recipiat, quæ *portoria* dicitur. Plautus in Asinaria: *Ego istū portitorem primus portorio*. Terentius quoq; Epist. scribit ad *portitores* delatam, quæ verbum Donatus Marcellusq; eleganter exponunt.

IN SYLVAS PAPINII.

IN *Syluis Papinii* pleræque adhuc scatent mendæ, sensusque nonnulli reconditi iacent, nos vero paucula pauciſſimis perstringentes annotabimus, primumq; illud exponendum:

Et

Et attoniti vidit domus arduæ Daci.

Cur *attoniti* dictum sit, est in ancipiti, aut igitur *attoniti* intelligè, perterriti consternatique vel fama, vel maiestate fulminei Ducis, secundum illud Martialis:

Latus, & attonitus viso modo præside mundi. Nam *attonitus*, vt ait Seruius, proprie dicitur, cui casus vicini fulminis & sonitus tonitruum dant stuporem, in quam sententiam Ouid.

Non aliter stupuit, quam qui Iouis ignibus ictus
Vixit, & est vita nescius ipse sua.

Aut *attoniti* expone rudis & hebetis stupefactæque naturæ, nam vt ait Cornelius Celsus: *Attonitos* dicimus, quorum corpus & mens stupet, per quod Dacos *attonitos* accipere potes, stupentis & crassi ingenii, cuiusmodi sunt populi Septemtrionales, qua de re multa Aristoteles in Problematis, nec non Vitruuius & Vegetius scripsere.

Terga pater, blandoq; videt concordia vultu. Per *patrem* minime *Martem* significari putamus, sed potius *Vespasianum*, qui templum Pacis erexit, de quo Martialis & Tranquillus: perque *hominem rem*, hoc est, *templum* pro *persona* accipere debemus, quale est illud Vergilianum: *Iam proximus ardet Vcalegon*: & per prosopopeiam visus detur inanimatis. *Blandoque videt concordia vultu*, de templo Concordiæ, quamuis Cicero, Liuius, & Plinius multa scribant: nos vnum addimus ex Varrone hausto, cuius verba hæc sunt: *Tum quendam Curtium virum fortem, armatum, ascendisse in equum, & a Concordia versum cum equo eum præcipitatum.*

An tacita vigilet face Troicus ignis.

Tacita face dictum credimus. Quibusdam enim sacris operabantur virgines vestales, quæ aliis videre non licebat, quod Dionysius Halicarnasseus & Plutarchus clarissime ostendunt. Horatius: *Dum capitolium scandet cum tacita virgine Pontifex.*

Famosusq; lacus nomen memorabile seruat.

Aulus Gellius vir facundissimi eloquii, nec minoris doctrinæ, huiusmodi nomina *vinosus, mulierosus, verbosus, morosus, famosus*, in culpas tantum incidere autumat, sed pace tanti scriptoris dixerim, *famosum* in virtutem, laudemque sæpius reponi, vt hic: Nec non apud Iuuenalem in antiquissimo ac fideli codice nostro legitur.

Famosos equitum cum dictatore magistros. Nec non *famosos equos*, *famosissimamque matronam* apud Tranquillum & Hieronymum in laudem accipimus, omitto auctoritates & testimonia Apulei, Taciti, Plinii, & Porphyrionis, apud quos verbum hoc in bonam partem sæpius deducitur. *Famosus* hic ergo lacus laudabilis, & insignis intelligatur. Quam nostram sententiam, sequens clausula confirmat, *nomen memorabile seruat.* Ve-

rum vt aliquando & hoc verbum quid significet, proprie & signi-
te explicetur: *Famosus* proprie is est, qui circumfertur & celebra-
tur. Hinc Orestem scenis agitatum *famosum* dicit Seruius, & Por-
phyrio Æsopum & Roscium *famosos* nominant, Pliniusque in Epi-
stolis Matii prisci negotium claritate personæ *famosum* scripsit.
Quibus exemplis nihil aliud vox ista signare videtur, nisi *celebrem*,
& qui famigeratus sit, quacunque fuerit ratione modoque. Ce-
rum quoniam historia de hoc Curtio præstantissimo solemnis-
vnica (quod equidem sciam) apud Plutarchum in comparation
bus scripta est, vt cupientibus eam intelligere præsto sit, hic inse-
contexui, cum alio simili exemplo, sed peregrino.

Tyberinus amnis per medium forum Romanum deuolutus Iouis
ira magno conuulso aggere complures ædes & exterauit & obrue-
Mox oraculo intellectum huiusmodi calamitatem finiri posse, si pretio-
sissimum quiddam in illud conijceretur. Ceteris igitur aurum atq; ar-
gentum congerentibus, Curtius insignis adolescens cum pretiosissi-
mam hominis animam esse intelligeret, sese in hiatum terræ præcipi-
tem eques demisit, suosq; tanta calamitatis immunes reddidit. Auctor
des in iii. rerum Italicarum huius historiæ meminit.

Circa Celenen Phrygiæ oppidum terra hiatus cum aqua domos pe-
multas cum ipsis mortalibus absorpsit in profundum. Mydas rex ora-
culo monitus, vt res eo pretiosissimas conijceret, futurum enim, vt ter-
ra coiret, auro & argento iniecto, nihil opis attulit. Anchurus rex
filius cum nihil in vita humana pretiosius anima secum ipse verse-
set, datis genitori complexibus & Timotheæ vxori, equum ascendit
ing; hiantem locum concitatus est, quo facto in vnum terra coiuit
est. Huius rei testis est Callisthenes.

Cedat equus, Latia qui contra templa Dionæ,
Cæsaree stat sede fori.

Quem tradens orsus Pelleo Lysippe duci, forte hoc in loco Ne-
ronis statua innuitur, de qua ita Plinius scriptum reliquit: *Nam Ly-*
sippus fecit Alexand. M. a pueritia eius orsus, quam statuam mutare
iussit Nero princeps, de qua quidem statua infra dicturus est Poeta

Mox Cæsaris ora auratæ ceruice tulit.

Illud quoque haudquam visus est agnouisse interpres:

Huc & sub nocte silenti
Cum superis terrena placent, tua turba relicto,
Labetur cœlo.

Hanc igitur particulam *cum superis terrena placent*, ita exponen-
dam arbitramur. Cum sydera per occasum vertuntur, per quod
stellæ (quæ deorum formæ & superi dicuntur) videntur terras
inhabitare, & ad ima se flectere, hoc est, terram petere, in qua ho-
mines sunt.

Qua-

Quatiunt q; nouena
Lampade solemnem thalamis cocuntibus ignem,
Et de Pyrrhis vocalem fontibus vndam.

His versibus Poetam reor alludere ad antiquum morem, quo nouæ nupta ignem & aquam iubebatur attingere. Nam, vt ait Varro, causa nascendi duplex: ignis & aqua. Ideo ea in nuptiis in lumine adhibelantur, in quam sententiam censemus illud Ouid. in arte accipiendum:

Ista viri captent, si iam captanda putabunt,
Quos faciunt iustos ignis & vnda viros.

Sacramento namque ignis & aquæ, nuptiarum fœdera sanciuntur, vt inquit Lactantius, quippe quem morem seruantes, viri tum iusti, tum legitimi merito possunt appellari:

Sestiaces nunc fama sinus pelagusq; natatum
Lactet, & audaci iunctas Delphinos ephebo.

De ponte Xerxis notissimo non solum intelligit Poeta, quo ille Europamque Asiæ Sestonque admouit Abydo, sed & quem Caligula Imperator struxit æmulatione Xerxis, de quo ita loquitur Tranquillus: *Nouum præterea atq; inauditum genus spectaculi excogitauit. Nam Baiarum medium interuallum Puteolanas moles trium millium & sexcentorum fere passuum ponte coniunxit, contractis vndique onerariis nauibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis, superiectoque aggere terreno ac directo in Appiæ viæ formam.* De Delphino autem, qui per sinum Puteolanum frequenter ibat, mētio est apud Plinium in naturali historia. Cum ergo Poeta dixit, *& audaci iunctos Delphinos ephebo*, nihil aliud sensit præterquam hunc pontem inter Puteolos & Baias a C. Cæsare conditum:

Superantq; nouis Alarota figuris.

Ita legendum censemus, sic exponentes: *Alarota superant nouis figuris*, *superant* positum videtur *pro eminent & exstant*, tanquam per emblemata vermiculata, per quod describitur pauimentum, in quo testulæ eductæ erant, quod conuerri haud sane poterat.

Et concolor alto vena mari. Forte per *venam mari* concolorem signari poterit *marmor Augustaum*, de quo Plinius libr. 36. naturalis historiæ ita loquitur: *Augustaum enim marmor appellatum est, quod principatu Augusti repertum est, vndatim crispum in vertices:*

Illis ipse antris Anienis fonte relicto.

Anienus legimus recto casu, non patrio: nec non infra, vbi *Tyberinus* reponimus *Tyburnus*, quippe quæ lectio purior est & syncerior. *Anienus* enim inclinatur ex Prisciano & Propertio ita canente: *Accessit ripæ laus Anienæ tuæ*, Dicitur tamen etiam *Anio* nec non *Anien*, qui fluuius hac de causa denominatus fertur, quā tradit Plutarchus in comparationibus in hanc sententiam: *Rex Thusciæ Anius egregia forma filiam habuit Saliā nomine, quam virginē*

accuratissime obseruabat, Cathetus nobilissimus adolescens. Cum aliquando colludentem puellam vidisset, exarsit in amorem, & impatiens raptam Romam abegit, pater insequens raptorem, cum prehendere non posset, fluuium insiliens, nomen ei perpetuum reliquit, Anionem postmodum appellatum constat. Cathetus deinde, ex Salia Latinum creauit & Salium, a quibus nobilissimæ ortæ sunt familiæ, prout Aristides Milesius & Alexand. polyhistor in tertio rum Italicarum tradunt.

Dites Caprea virideſq; reſultent
Taurubula, & terris ingens redit aquoris Echo.

Quia vox hæc *Taurubula* a pleriſque incognita, forte nomen ei oppidi deductum e *Tauri conſilio* quaſi ταυρὸς βουλή. Reſolutaque imo extrita vtrobique altera ex diphthongis ſyllabæ mediæ corripiuntur. Quo pacto autem Samnites duce *Tauro* in coloniam fuerint deducti, Strabo plura volumine 5 differit:

Cur vada deſidant & ripa coerceat vndas.

Cecropio ſtagnata luto. Per lutum Cecropium nidos hirundinum accipimus, de quibus ita Plinius in decimo naturalis hiſtoriæ ſcriptum prodidit: *In Ægypti Heracleotico oſtio, molem continuationi nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt ſtadii fere vnius ſpatio, quod humano opere perfici non poſſet.*

Nec qui fraternus adulter
Caſta Mycenæo connubia polluit auro.

Per *Mycenæum aurum* credimus Papinium ſentire de *ariete aureo*, de quo plura Seneca in Thyeſte, & Varro in ſecundo de re ruſtica. Atreus enim queritur ſubductum eſſe ſibi arietem pellis aureæ a fratre Thyeſte. Et quia hic mentio fit *aurei arietis*, illud ex Varrone addimus, vt intelligatur ſemel, quid veri lateat ſub *velleris aurei* fabula, & quid per *aurea mala* intelligendum ſit. Poetæ, fas pecudes propter caritatem *aureas* habuiſſe *pelles* prodiderunt, vt Argis Atreus, quam ſibi Thyeſtem ſubduxiſſe queritur, & in Colchide Oeeta, ad cuius arietis pellem profecti, regio genere dicuntur Argonautæ, vt in Lybia ad Heſpidas. Vnde *aurea mala*, id eſt, ſecundum antiquam conſuetudinem, capras & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim ſua voce Græci appellant *mala*, in quam ſignificationem putamus illud a Marone in Bucolicis dictum: *Tum canit Heſperidũ miratam mala puellam.* Ceterum Strabo de *ariete aureo Colchidis* aliter ſentire videtur, in hanc ſententiam ſcribens de Colchis, dum loquitur: *Aput eos torrentes dicuntur aurum deferre, quod barbari perforatis taurlis, ac lanoſis pellibus excipiunt, vnde aurati velleris fabula creata eſt.*

IN TRAGOEDIAS SENECÆ.

IN Tragœdiis Annei Senecæ verſus huiuſmodi in Hippolyto leguntur:

Tibi

Tibi dant varia pectora tigres,
Tibi villosi terga bisontes,
Latisque feri cornibus tauri.

Vbi *Tauri* passim legitur, *uri* corrigendum putamus, sensu syllabaque suffragantibus. Cum enim Germania multas feras insignes mittat, cum primis bisontes, & *uros* insignia boum ferorum genera ferre a Plinio memoratur. De his autem *uris* plura Cæsar in cõmentariis, nec non Solinus, & Seruius multa prodiderunt.

Illud quoque perperam in eodem scriptum est:

Lucique boues vindicat omnes natura sibi.

Nos vero *Lucas Boues* emendamus, Elephantes per *Lucas Boues* accipientes, quoniam primum in *Lucania* visi sint. Ex Varrone, & Plinio obiter castigamus locum ex quinto Lucretii, qui mendosissimus erat, ita corrigentes:

Inde boues Lucas turrito corpore tetros,
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.

Hoc etiam vulgo sic legi solet:

Qualis per alta graditur Oceani freta
Fluctus refundens ore Phyleus rapax.

Vbi autem *Phyleus* alii, nos *Physeter* substituimus. De *Physeter* autem Solinus, & Plinius ita scribunt: *In Gallico Oceano Physeter ingentis columnæ modo se attollens, altiorque nauium velis diluuiem quandam eructans.* Non tamen eo inficias *Phileum* Augei filium exstitisse, de quo Plutarchus in quæstionibus. Sed hoc nihil ad rem.

In Tragœdia octaua in omnibus pene codicibus ita scriptum est:

Quis mea digne deflere potest mala
Qua lacrymis nostris quæstus redderet Andon.

Nos autem & hunc pariter locum castigamus, *reddet ἀηδὼν vel Latine Ædon*, ἀηδὼν enim Græce, Latine dicitur *luscinia*, & in transcursu pariter emendamus Petronii codicẽ maculosum, apud quem sic legitur: *Testis syluester Hyasdon, atque vrbana Progne:* cum Ædon, non *Hyasdon* sit legendum. Vergilius. *Quodque leues calami, quod suauis cantat Aedon.* Calphurnius in Buc.

Astile credibile vt vincat achantida cornix,
Vocalem superet vt dirus Aedona bubo.

IN HORATIVM.

APud Horatium versus est Sapphicus:

Terruit gentes, graue ne rediret
Seculum Pyrrha noua monstra questa,
Omne cum Protheus pecus egit altos
Visere montes.

Cur *Prothei* mentionem faciat hic Flaccus in Pyrrhæ & Deucalionis diluuio, nullus interpres (quod sciam) ostendit, nec exponit quisquam. An idem *Protheus* Deucalionis & Pyrrhæ fuerit contemporaneus? Quod vt clarius lucescat, faciliusque explicari possit, ante omnia illud obseruare oportet, Poetas plurima, quæ diuersis temporibus fuere similia, frequenter in vnum congerere. Quippe quod apud Maronem in Georgicis Lucanumque in primo Pharsaliæ prodigia canentes facile cautus lector animaduertet. Verum, vt id quod instat, aliquando agamus, Xenophon in æquiuocis hæc tradit: *Inundationes plures fuere, prima Nouimestris sub prisco Ogyge: Secunda Niliaca menstrua sub Ægyptiis Hercule ac Prometheo, bimenstris autem sub Ogyge Attico, trimenstris in Thessalia sub Deucalione. Par Pharonica sub Protheo Ægyptio in raptu Helenæ*: Quia ergo sub Deucalione Pyrrhaque, necnon sub Protheo diuersis temporibus cataclysmi fuere, hoc in loco nunc Poeta coniunxit:

Cressa nec careat pulcra dies nota.

Vbi *Cressa* passim & legunt & exponunt interpretes, nos vnius literæ commutatione spiritu accedente *Thressa* castigamus, ne Poeta videatur exorbitare ab historia notissima, ex quo institutum peculiare Thraciæ, non Creticæ gentis fuit, *lapillis albis & nigris, candidos atrosque dies signare.* Et ne vox ista alicui insolens videatur, illud addimus *Thressam* pro Thracensi alibi ab eodem Poeta sic scriptum fuisse: *Me nunc Thressa Cloe regit.* Seneca ad hoc in Hercule Oeetheo hoc verbũ sic vsurpat: *Verum est, quod cecinit Sacer Thressa sub Rhodopes iugis.*

In arte Poetica versus iste sic ab omnibus pene legitur:

Intererit multum Dauus ne loquatur an heros.

Vbi *Dauus*, nos *diuus* reponimus, nam sensus, ni fallor, honestius quadrat, si subsequentia accurate pensitentur. Poeta enim gradatim variarum rerum ac personarum πρέπον seruandum ostendens, a *diuo* ad *heroem*, mox ad *senem* aliosque inferiores decurrit. Quod carmen infra positum clarius exponet:

Ne quicunque Deus adhibebitur heros
Regali conspectus in auro nuper & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas.

Ceterum si *Dauus* iuxta neotericũ interpretem legatur, fatuus erit sensus, nisi statim subsequatur & legatur *herus*, hoc est, dominus, quod si fit, tunc versus claudicabit in syllaba.

Eiusdem versus ille, qui ab omnibus circumfertur, vulgatissimus est:

Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est

Cui dubitationi nos ex Terentiano illud adiungimus:

Penta-

Pentametrum dubitant, quis primus finxerit auctor,
Quidam non dubitant dicere Gallinoum.

IN MARTIALEM.

VAlerii Martialis, in quo, vt dixit Plinius, *multum fuit salis & fellis, nec tandem minus*, carmen hoc:

Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,
Liberior Partho viuere rege potes,

Simpliciter declaratur & exponitur. Cur autem dictum sit *liberior Partho viuere rege potes*, declarãdũ putamus. Hic ergo sensus deducitur ex dicto Sallustiano: *Nam quodlibet impune facere Rex potest*, quæ quidem licentia peculiariter Parthorum regi maximo ascribitur. Nam, vt scribit Herodotus, *Lex est, qua licet Parthorum regi facere, quicquid libet.* Cererum quia lex etiam fuit apud eosdem Parthos, vt filiæ, & sorores impune in matrimonium ducerentur, eodem Herodoto & Eusebio scriptoribus, ob hoc vide, an locus sit mordax, & salis consueti.

Apud eundem legitur: *Nec dictat mihi luculentus Atys mollem debilitare Galliambon. De Galliambo* plura eleganter tradit Diomedes. Illud vero nos addimus ex Terentiano, *Galliambum* appellatum esse a *Gallis*, qui apte & concinne motus celeres & tremulos agunt. Sic ergo Terentianus:

Nomenq; Galliambi memoratur hinc datum,
Tremulos, quod esse Gallis habiles putant modos.

Adeo vt frequenter illum prope ab vltimo pedem mage, quo sonus vibretur, studeant dare Tribrachum.

Versiculus etiam eiusdem passim sic legitur: *Hæc tam rustica malo, quam Biruntos.* Emendandum autem putamus *Bisuntos: Bisuntium* autem oppidum in Hispania celebrat Ptolomæus.

Hunc quoque versiculum: *Et linguæ pariter loquutus omni*, quia citat Seruius octauo commentario dicens, se Ianum quadrifrontem legisse, addimus clausulam Fabii Pictoris huic sententiæ respondentem. Verba hæc sunt: *Imus est Argiletus, vbi Ianus quadrifrons, qui & Vertumnus in fine vici Thusci ad radices Capitolii in foro Boario.*

IN SILIVM ITALICVM.

IN Silio Italico vulgo sic leguntur hi versus:

Sæpe etiam famuli turbato ad lumina somno,
Expauere trucem per vasta silentia vocem.

Nos *ad limina* corrigimus, ita vt in structura & ordine coniungantur & copulentur famuli *ad limina*, hoc est, ædituí & quasi cubicularii, Verg. in nono:

Hic Dardanio Æneæ
Armiger ante fuit fidusque ad limina custos.

Vbi Seruius noſtræ huic ſententiæ non refragatur ita ſcribens: *Fidusque ad limina custos, editus fuit*, id quod diximus, ſupra ingenti honore apud maiores fuit: illic enim epulabantur, & Deos colebant. Cenſus autem omnis illic ſeruabatur. Necnon in tranſcurſu locum in quarto Metamorphoſeos corrigimus, vbi legendum eſt:

Et inter
Bis ſex Leucothoen famulas ad limina cernit.

Non ad *lumina*, vt plerique omnes legunt.

Illud quoque puſillum quamuis, & minutulum non prætereundum eſt, vt ne quis hoc ſic legat:

Ingenio motus audax fideique ſinistræ,
Is fuit exuberans aſtu, ſed deuius æqui.

Non enim *exuberans* legendum, ſed *exſuperans*, ne claudicet verſus in ſyllaba. *Vber*. enim primam producit.

Verſus hic quoque eiuſdem circumfertur: *Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix*: penſitandus nec vllo modo tranſmittendus videtur. Quæri namque ab eruditis ſolet, cur Phœnicem dixerit Poeta, longa terris cognomina dediſſe. Hunc ergo locum ita explicamus. Complures memoriæ prodiderunt a Phœnicibus multas diuerſis locis vrbes conditas, & colonias deductas, quam rem Curſius his verſibus notauit: *Nam cum Tyros a Phœnicibus orta fuiſſet*, inquit, *coloniæ Syriorum certe pene toto orbe diffuſa ſunt, Carthago in Africa, in Boetia Thebæ, Gades ad Oceanum.* Quia ergo Tyros a Phœnicibus oriunda in Aſia, Carthaginem in Africa, Thebas in Europa poſuit, Gadeſque vltimas ac pene extimas in occiduo orbe deduxit, ob hoc crediderim a Poeta dictum: *Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.* Niſi forte alluſerit ad Phœnicum gentem, quæ, vt ait Plinius, *fuit in magna gloria literarum inuentionis & ſyderum, naualiumque ac bellicarum artium.* De quibus Lucanus:

Phœnices primi fame ſi creditur, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

De Phœnice vero, Cadmo Phœnicibusque Xenophon in æquiuocis:

Haud procul Herculei tollunt ſe littore muri
Clementer erſcente iugo, quis nobile nomen
Conditus excelſo ſacrauit colle Zacynthus.

Sagunthum Silius denominatam tradit a *Zacyntho* Herculis comite, quæ autem ſimilitudo ſit in *Sagunthо* & *Zacyntho*, declarandum puto. Duo igitur hæc nomina quamuis aliquibus elementis videantur diſſidere: Vnum tamen & idem ſunt cognatione literarum & proximitate, quippe quod cum ex diſciplina Græca, tum maxime

matime ex Priſciano colligimus in hunc modum ſcribente. *Et y. prin. pro ζ. s. vel d. vt φυγὴ fuga ζακυνθὸς Sagunthus κυβερνήτης Gubernator.* in hac ergo dictione *Zacynthus* z in *ſ. c.* in *g. y.* in *u.* & ita fit *a Zacyntho Sagunthus.*

In tertii quoque voluminis principio ſcriptum eſt:

Fœmineos prohibent greſſus, ac limine curant
Setigeros arcere ſues,

Vbi duo videntur penſitanda, & cur *fœmina ab Herculis templo* ſubmoueantur, curque *ſues.* Cauſſam primi quæſiti ex Macrobio ſic habe, vbi ſermonem facit de bona Dea: *Hæc apud Græcos θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro filiam Fauni tradidit adeo pudicam, vt extra γυναικωνίτιν nunquam ſit egreſſa, nec nomen eius in publico ſit auditum, nec virum vnquam viderit, vel a viro viſa ſit, propter quod nec vir templum eius ingreditur. vnde & mulieribus in Italia ſacro Herculis non licet intereſſe, quia Herculi, cum boues Gerionis per Italiæ agros duceret, ſitienti reſpondit mulier, aquam ſe non poſſe præſtare quod fœminarum celebraretur dies: Nec ex eo apparatu viris gustare fas eſſet, propter quod Hercules facturus ſacrum deteſtatus eſt præſentiam fœminarum, & Potitio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus iuſſit, ne mulierem intereſſe permitterent.* Ad hoc ergo inſtitutum Herculis nunc alludere videtur Poeta. Secunda etiam quæſtio ita ſoluatur, cur *ſues* eius templo arcerentur, ex Herodoto hunc in modum de Hercule Ægyptio ſcribente. *Suem Ægyptii ſpurcam bellua arbitrantur, quam ſi quis vel tranſeundo contigerit, abit lotum ſeſe cum ipſis veſtimentis, eoque ſoli omnium ſubulci in Ægypto etſi indigena tamen nullum ingrediuntur templum, nemoque aut filiam eorum in matrimonium accipit.* Hic ergo nodus ex Herodoti volumine ſecundo explicatur & ſoluitur.

In Epiſtolas Ciceronis Familiares.

IN Epiſtolis familiaribus Marci Tullii Ciceronis, pleraque mendoſa ſunt: ex quibus paucula, ne penitus diſſimulare videamur, breuiter percurremus, & hoc potiſſimum in ſecundo volumine, quod vtpote adoleſcentulis conducibile, plerique omnes Grammatiſtæ profiteri atque enarrare aſſolent. Vt igitur ludi magiſtris nec minus iuuenculis, aliqua ſaltem pro parte proſimus, paucula hæc minutula, ceterum neceſſaria curſim annotabimus. In Epiſtola, cuius initium. *Raras tuas quidem &c.* clauſula eſt: *Quoniam κωμικὸς μάστιξ accidit, vt opinor, Phania.* Per quam commendatur facetus & elegans libertus Appii *Phania* nomine, cuius dexteritatem ac prudentiam commendat Epiſtola prima voluminis tertii. Ceterum complura in octauo ad ſenſum declarationemque Epiſtolæ huius facientia diligens lector inueniet, ea præſertim Epiſtola, cuius initium eſt: *Non dubito*

quin perlatum ad te sit, &c. Vnde *veternus* ciuitatis legendum, non *veteranæ*. In calce præterea huius Epistolæ locum ita corrigimus emendamusque. *Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, ciuitates locupletaram, in publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorum vlla querela conseruaram, in primatu, summis, infimis fueram iucundus, profectus sum in Cilicium.*

Epistola, quæ incipit: *Non potuit accuratius agi*, sic legitur: *Quod hic qui erat competitor tuus & idem meus, assensus est ei, qui ornauit res nostras diuinis laudibus.* Duo hic exponenda, quis iste fuerit *competitor*, nec non *quibus ipsas Ciceronis laudibus ornauerit. Competitor* igitur accipiendus est quidam *Hirtius*, Ciceronis vero ornator & laudator, *Caro*, quippe qui honorifice de Cicerone verba fecit, quam rem colligimus ex epistola Octauii, cuius principium est: *Nō dius fus acriter nos tuæ supplicationes torserunt.* Nec non in Epistola libri 15. ad Catonem, cuius principium est: *Summa tua auctoritas fecit.*

De Ocella parum ad me scripseras: Quia & hic hæret interpres, quisnam fuerit *Ocella*, dicimus quod hic appellatus est *Seruus Ocella*, qui olim deprehensus est in adulterio, de quo Cælius ad Ciceronem in octauo sic loquitur: *Seruius Ocella nemini persuasisset, se mœchum esse.* Et in ea, quæ incipit: *Putares me accidere posse*, clausula est: *Sed tamen sedulo fit & in primis a Patisco. Patiscus* nomē est præfecti venationis, cuius Cicero meminit in quadam ad Attiçum Epistola.

In septimo ad Trebatium Epistola, quæ incipit: *Accepi aliquot Epistolas*, clausula hæc vulgo sic legitur: *Illud miror, qui solet eodem plures dare, quam qui sua manu scribit, nunc quod in palimpsesto.* Vbi credimus sic emendari posse: *Illud miror, qui soles eodem exemplo plures dare, quam qui a manu scribit, nunc quod in palimpsesto*, subaudi *scribas*, iocusque videtur in Trebatium perinde ac sterilem ac ieiunum oratione & inuentione. Hicque erit sensus & ordo. Illud miror, quod tu Trebati, qui soles plures Epistolas eodem argumento ac pene exemplo dare, quam libertus amanuensis, nunc quod scribas in palimpsesto, id est, in tabella iterūrasa, perinde ac sedulæ parsimonia labores, eloquentiæque noua vbertate desloreas & abundes.

Illud quoque prætereundum haud arbitror, quod in septimo epistolarum eiusdem Ciceronis ad Trebatium his verbis scribitur: *Quomodo autem placebit tibi Iouem lapidem iurare.* De ritu enim lapidis aliquid scribendum. Ita ergo loquitur Pompeius. *Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem hæc verba dicentes, si sciens fallo, me Dispiter salua urbe atque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem.* Polybius vero multo diffusius morem hunc his verbis signat: *Ritus lapidis huiusmodi fuit. Fœcialis sumto manibus lapide, priusquam de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba dixit*

dixit: Si recte ac sine dolo malo hoc fœdus & hoc iusiurandum factum mihi cuncta felicia præstent. Sin aliter aut ago, aut cogito, ceteris omnibus salvis in propriis patriis, in propriis sedibus, in propriis tribus, in propriis templis, in propriis sepulcris, solus ego peream, ut hic lapis e manibus meis excidet. Nec plura locutus lapidem de manu dimisit.

In eodem volumine, epistola hoc initium habet; *Persæpe mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus tot annos versamur, & ut video versabimur, solet venire in mentem illius temporis recordatio*: Verbum hoc notissimum expungendum putamus. Nam *venire in mentem* veteres cum genitiuo iungebant. Cicero in Verrem: *Fac tibi Ancilia legis veniat in mentem.* Lucretius:

Et venit in mentem solis lunæq; viarum.

Terentius: *Vbi in mentem eius aduenti venit*. Recordatio ergo tollatur, sicque syncera lectio relinquetur, & pura si legetur: *solet venire in mentem illius temporis.*

IN RHETORICOS CICERONIS.

IN Rhetoricis ad Herennium primo volumine verba hæc plerique omnes sic legunt: *Mimus quidam nominatim Actium poetam compellauit in cœnaculo. In eo Actius iniuriarum agit.* Castigamus, & ita legimus: *Compellauit in scena, cum eo Actius iniuriarum agit*: Quippe quæ lectio & sensui quadrat & structuræ. Non enim in hominem dicimur iniuriarum agere Ad hoc, si *cœnatulum* legas, nihil ad rem. Hoc quoque eodem volumine perperam sic legitur. Item, *assumtiua pars est, cum per se defensio infirma est, sed assumta ex contraria re comprobatur. Extraria*, non *contraria* legendum tum antiquo codice, tum sensu. *Extrariam* autem pro *externa* posuit, hoc est, quæ extrinsecus aduehatur Lucretius: *Posti extraria lux oculos pertinget*, &c.

In secundo inquit: *Veluti Pacuuius fortunam insanam esse cæcam & brutam perhibent Philosophi, saxique ad instar globosi prædicant esse volubilem.* Nos vero ex antiquo codice legi posse asseueramus & contendimus: *saxeoque instare globo volubilem.* Seneca enim *veteresque fortunæ mobilitatem & inconstantiam significantes, in pila sedentem posuere.* Ausonius autem *rota*, dum ait: *Cur rotula insistis, stare loco nescio.*

In tertio legitur: *Vis discernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, reuocationes hominum & alias huiusmodi res.* Vbi *reuocationes*, nos *euocationes* emendamus, vt & hoc castrense verbum cum aliis apponatur. *Euocatio* enim genus est militiæ, vbi dux per tumultum allo quitur milites. *Inde euocati* dicuntur. De *euocationis* multa Donatus & Seruius.

Hæc etiam clausula sic ab omnibus legitur: *Rem vbi pangunt, oratione pangunt.* Nos ex antiquo codice receptissimorumque auctoritatibus legendum asserimus *pagunt*, non *pangunt.* Sic legit & obseruat Priscianus. Quintil. quoque verba hæc citans ait *Rem vbi pagunt, oratione pagunt.* Sicut enim cado cecidi, sic pago pepigi. Verbum enim est antiquum, nec non ex antiquo fideliter reponendum. Quamuis Seruius *pago* sese nunquam legisse dixerit.

In Rhetoricis de inuentione ex Prisciano, & antiquo codicell. lud castigamus, quod sic pene ab omnibus legitur: *Tempus id, quo nunc vtitur (nam ipsum quidem definire difficile est) pars quædam æternitatis cum alicuius anni, mensis, diurni, vespertini, nocturni ve spatii certa significatione.* Vbi legitur *manstrui*, nos *mensum* contendimus emendandum, Prisciano ita scribente: *Cornelius Columnus, tacitus tacturnus, mensis mensurnus. Sic enim Cicero posuit pro menstruus in primo Rhetoricorum.*

IN CATILINAM SALVSTII.

IN Catilina Iugurthaq: Crispi Sallustii quædam velociter transcurrentes annotamus, in primis illud ex Gellio exponētes, quod in præfatione ita legitur: *At mihi, tametsi haud quaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Arduum* hic positum est, non pro *difficili* tantum, sed pro eo quoque, quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν vocant, quod est tum *difficile*, tum *molestum*, quoque *incommodum & intractabile.*

Ex eodem legendum. *Satis loquentia, sapientia parum.* Non *eloquentia*, vt vulgus solet. Nam si, cum Cicero de his verba faceret, qui arte dicendi abutebantur, in malo non est ausus *eloquentiam* nominare, vt obseruauit Victorinus Rhetor clarissimus, tanquam eloquentia, vt dixit Cælius, sit quædam *innocentia*, nec nisi in bonam partem possit deflecti, cumque Catonis illa notissima definitione Oratoris, omniumque opinione Rhetorum comprobatum sit, *eloquentiam* tantum viro bono innocentique conuenire, Sallustius clarissimus dicendi magister ac artifex subtilissimus, duo hæc haud miscuisset penitus discordia: *Eloquentiam & malignitatem.* Audacter igitur tum A. Gelli auctoritate, tum magnatione *satis loquentia* legendum, non *eloquentia* secundum protinum atq; imperitum vulgus Grammatistarum.

Nedum illi corruptis moribus victoria obtemperarent. Legimus ex Prisciano Augustinoque locum hunc citantibus, *nedum* pro *saltem* positum est, & hic est sensus: Saltem necesse fuit milites hos tanta indulgentia, imo licentia imperatoris corruptos victoriæ obtemperare, quod est pro libidine impetuque victoriam citra modum exercere.

Libidi

Libido stupri, ganeæque, ceteriq; cultus, non minor incesserat. Cultu accipimus pro *elegantia*, quæ apud veteres pro vitio sæpius reponebatur: Quod Catonis auctoritate probat Gellius, scribēs elegantem dictum antiquitus nō ab ingenii elegantia, sed qui nimis lato amænoque *cultu* esset. *Cultus* ad hoc apud veteres nunc in bonam, nunc in malam partem accipiebatur. Horatius:

Mundus erit, qui non offendet sordibus,
Atque in neutram partem cultus miser.

Sed antea item pauci coniurauere contra Remp. quibus fuit Catilina, de quo quam verissime potero dicam. Quia plerique, *de quo* legunt, nec hoc relinquimus. *De qua* igitur legatur, non *de quo* ex antiquo & fideli codice. Hic enim, vt ait Diomedes, locum hunc exponens, *est secunda Anaphora, per quam elocutio non conuenienter respondens aliud infert occulte. De qua enim* intelligendum *coniuratione.*

Nunquam Hispanos præterea tale facinus fecisse. Notanda hic vox ista *præterea*, quæ hoc in loco *tempus præteritū* significat, quod annotauit Agræcius, quod rarissime inuenies.

Atque eo dictante fecisse, quo fidi magis inter se fierent. Sic passim legitur. Nos autem putamus sic emendari posse: *Atque eo dictitant effecisse.*

Quint. Martius Rex, & Quint. Metellus (nam vterque ad vrbem imperatores erant.) Quid verbum hoc *ad vrbem* significet, eleganter exponit Asconius his verbis: *Omnes enim magistratus, qui intramuranus non est, etiamsi administrator Romæ est, ad vrbem dicitur.*

Et quia mentio facta de hac præpositione *ad*, obiter & in transcursu ponatur differentia, inter *ad* & *in*, nō mediusfidius spernenda, quippe quæ particulæ non vnum idemque signant, vt vulgo creditur: Nam *in forum* ire est *forum intrare*, *ad forum* autem *ire in locum proximum foro.* Sicut etiam non vnum *ex Theatro* & *a Theatro* venire. Nam qui *ex theatro* se venire dicit, ex ipso venit *theatro*, qui vero *a theatro*, non ex *ipso theatro*, sed ex loco, *qui proximus theatro est.*

Ceteram multitudini diem statuit, antequam sine fraude liceret ab armis discedere præter rerum capitalium condemnatis. Legendum, *ante quam*, ita vt *quam* relatiuum nomen sit. Et hic est sensus. Præscriptus est dies ceteris, ante quem diem possent ab armis impune discedere sine periculo ac noxa exceptis condemnatis. *Fraus* autem hic pro *periculo* ponitur, in quam significationem veteres Iurisconsulti sæpius vsurpauere, vt ait Seruius illud Vergil. exponens: *Quis Deus in fraudem.* Ad hoc *præter condemnatis* dictum est, pro *condemnatos*, quam rem obseruauit Priscianus in libris de constructione.

Apud eundem in oratione Cæsaris menda est. *Hi ceperet pessimum quemque, & omnibus inuisum indemnatum necare. Ea lege populus iuberi. Lege* dictio expungatur, cum ex antiquo codice tum maxime sensu. Nulla enim *legis* hic facta est mentio, adhuc accusatiuus est: Quod etiam Prisciano auctore aduertimus hunc locum citante.

In oratione Catonis inualuit error & macula in omnibus codicibus etiam vetustissimis, vbi legitur: *Vereor ne ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertentur. Ne* hic positum est pro *nimis*. Vnde *vereor* particula expungenda Donato auctore locum hunc ita citante: Ne ista mansuetudo & misericordia in miseriam conuerterentur. *Ne* hic pro *nimis* positum. Cicero: *Ne isti vehementer errant*, sic ergo legatur: Ne ista mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertentur.

Ac sicut effœta parentum multis tempestatibus haud sane quisquam Romæ virtute magnus fuit. Sunt qui putant legendum *effœta parente*. Ceterum, cum omnes codices *parentum* habeant, nihil immutando sensus ita explicari posse videtur, sicque ordinandum puto: Haud sane quisquam Romæ virtute magnus fuit, sicut effœta, subaudi *Respub.* & erit ablatiuus absolutus; *effœta dico magnis tempestatibus parentum*, hoc est, *calamitatibus maiorum*, per quod innuere videtur bella ciuilia & discordias intestinas in causa fuisse, vt nullus iam multis seculis clarissimus emerserit.

Illud etiam in fine Catilinæ ita legendum arbitramur: *Pauci, quos medios cohors prætorio discesserat, paulo diuersi alii alibi stantes, omnes tamen aduersis vulneribus ceciderunt. Alii* enim antiquius dicebatur, quod nunc *alius*, auctoribus eodem Diomede ac Prisciano.

IN IVGVRTHAM SALVSTII.

IN Iugurtha ad hoc primum illud occurrit: *Nunc vero exsul primo domo solus, atq; omnium rerum honestarum egens, quos accidam, aut quos appellem?* Ex Donato corrigendum est: Quos accidam. *Accidere* enim eodem auctore est gestum corporis ostendere in humilitatem cadentis, quod est *iuxta & cadere*. Tranquillus in Claudio: *Et præmetu ad genua sibi accidentem, imperatorē salutauit*, non *accedentem*, vt passim legitur.

In eodem in Africæ descriptione illud est: *Prima Cyrene, Colonia, Thereon.* Vbi interpres in sole caligat, hallucinaturque pueriles nugas blacterans. Sic enim inquit: *Colonia Thereon nomina sunt ciuitatum.* Ordo autem est, posteriora est Cyrene Colonia Thereon, id est, Thereorum. Est enim *Thereon* genitiuus Græcus, sicut *Philenonara* pro *Philenorum*, si Latine proferantur. *Cyrene*

vero

vero ob hoc *Thereorum* Colonia dicitur, quoniam *Therei* eam condidere, qui ex Laconia profecti *Theram* insulam coluerunt, de qua Callimachus: *Nomine Calisto primum, sed postmodo Thera dicta fuit tellus vrbis origo meæ.* Illud quoque ita legendum putamus, *Cum interim Metellus ignarus hostium monte digrediens cum exercitu conspicatur*, non vt vulgo *conspicitur*. Hoc quoque ex Donato.

Dum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur. Imperandum expone, *vt ei imperaretur.* Est enim modus gerundii in significatione passiua, quod annotauit Seruius in Bucolic. Vergil. illud exponens: *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* Vergil. ad hoc alibi: *Vritq; videndo fœmina*, quod est, dum cantatur & videtur. Verum in hac voce *imperandum* legendum, & alia id genus rarenter inuenies significationem passiuam. Nos tamen in epistolis Ciceronis obseruauimus dictum, *ad succedendum*, id est, *vt ei succederetur.*

Quæ postquam modo gloriosa neq; patrandi belli cognouit, ita legendum ex Prisciano absque verbo *caussa*, dum id ostendit: quomodo Latini sæpius hac prætermissione vtuntur in huiusmodi genitiuis seu vocibus, vt subaudiatur *caussa*, vt cum dicimus: *Populi seruandi laborat, & Reip. defendendæ periclitatur*, deest *caussa*,

Comperio Bocchum magis fide Punica. Comperior legendum tum ex antiquo codice, tum ex Prisciano locum hunc allegante. Passiua enim vox est in significatione actiua iuxta illud: *Et pictis bellantur Amazones armis.* Et illud:

Hos pinguem & placidam paci nutritor oliuam.

Illud etiam pene in calce Iugurthæ sic ab omnibus legitur fere: *Ego flumen Mulucham, quod inter me & Mycipsam fluit, non egrediar.* Tu autem periculo meo *Mulucha* legito. *Mulucha* namque genere neutro pronuntiatur. Vt enim ait Caper, *Duo barbara neutri generis lecta sunt apud Salustium Mulucha & Duria.*

IN TIT. LIVIVM.

EX Titii Liuii decade prima paucula quædam transuolabimus magnitudine immensa deterriti, veluti mare formidantes, nec tamen a littore discedentes, hoc agentes, vt in hoc, nec non in ceteris voluminibus gradu suspenso lector ambulet progrediaturque, partim labeculas ostensurus, partim per tesqua interdum nemorosa facturus iter. Sic ergo in primo volumine legitur.

Censu perfecto, quem maturauerat metu legis deinceps latæ cum vinculorum minis mortisq; interdixit, vbi *deinceps* passim legitur, nos *de incensis* reponimus, accipientes Liuium pure scripsisse metu legis latæ *de incensis*, quod est *de his qui non censi fuissent*, id est, *qui minime denuntiassent, quid in bonis haberent.*

Et illud cum peruenisset ad summum Cyprium vicum, vbi Dianium nuper fuit. Vox ista *Dianium* nos aliquantisper distulit disturbitque, quam vix agnoscimus, vt ingenue fatear, quod ignoro. Ceterum quia studiosos iuuare in animo est, quod scio, quodque sentio scribam, meliora mox alius inueniet. Vt igitur ad rem ipsam veniamus, & cum ea congrediamur, *Dianium*, inquit Pompeius *locus Dianæ sacratus*. Ex quibus coniectare licet, *Dianium* velut Arthemisium fuisse, hoc est, *Lucum Dianæ* consecratum aut locum monomachiæ aptum, qualis fuit in Aricia, vbi Rex Nemorensis, & idem fugitiuus sacerdos, singulari certamine dimicare solebat.

Illud etiam infra sic ab omnibus legi solet: *Vt primo pugnatum sit ad spem æquo Marte, iterum ad portam Collinam.* Corrigimus *ad spei.* Sicut ad *Veneris* dicitur. *Et ventum erat ad Vestæ*, supplebitur enim in talibus *ædem* aut *templum*, aut aliud huiusmodi ac simile.

IN VALERII MAXIMI MEmorabilia.

LAbes complures non desunt in memorabilibus Valerii Maximi, ex quibus prima hæc pone in fronte communis, quæque per omnium Grammatistarum ora circumfertur. *Maiores statas solemnesque cerimonias*, &c. Locus hic quia, vt multa alia, ex Ciceronedelectus est, ita corrigatur magistra oratione de responsis aruspicum: *Maiores statas solemnesque cerimonias pontificii scientia, bene gerendarum rerum auctoritates augurum obseruatione, Apollinis prædictiones vatum libris, portentorum depulsas Hetruscæ disciplina explicari voluerunt.* Si ergo fiant pausæ conuenientes, suaque interualla, & singula singulis reddantur, & ordo & sensus erit sole lucidior, qui confusus ex pristina ac vulgari lectione reddebatur.

Illud etiam ex primo Valerii Maximi notatu dignum iudicamus, vbi ita legitur: *Qui tametsi debita supplicia non exsoluit, dedecore tamen filii, mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Lento etenim gradu ad vindictam sui, diuina procedit ira, tarditatemque supplicii grauitate compensat.* Hoc enim in loco quæri potest, quid causiæ sit, quod Valerius noster mortuum dicat pœnas pependisse: cum enim mortui non sint, qua ratione pœnas patiantur, non me hercule video, nisi sit locutus ex opinione eorum, qui putant post fata rerum humanarum sensum relinqui. Et quo in problematis Aristoteles defunctis ostendit pium esse magis succurrere, quam viuis. Et quia subiungit dedecore filii, illud addimus ex eodem Aristotele in primo Ethicorum, priscos fuisse in dubio, an *mortuo* homini bonum & malum contingere posset, sicuti *viuenti*, veluti sunt infortunia & honores filiorum posteriorumque prosperitas aduersitatesque,

Verba

Verba eiusdem apposuimus: *Hæc etiam dubitationem effecit, quod scriptum est, vt qui ad senectam vsque beate vixerit decesserit q;, eidem eamin multa ac varia circa filios contingant. Aliosque esse probos, & cum dignitate vitam agere, alios vero contra. Patet ergo, quod si hæc transeant ad parentes, varie se eis habere oportet. His ergo satis patet arbitramur filiorum dedecora & ornamenta ad parentes quamdiu defunctos attinere posse.*

In calce primi voluminis eiusdem clausula hæc est: *Vel quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, possidere voluerit*, pro *Macedonia* legendum putamus *Paphlagonia* ex Plinio & Victruuio.

In septimo legitur: *Punicanos lectulos pellibus hadinis strauit. Et pro Argenteis Samia exposuit.* Docti quærunt, qui sint *lectuli Punicani.* At igitur *Punicanos lectulos*, accipe *Phœniceos*, hoc est, solitos sterni conchyliata veste & purpura Tyria. *Punici* enim a *Phœnicibus* orti sunt Aut *lectulos Punicos*, id est, *Numidico marmore structos, Pauimenta* enim *Penica* Pompeius exponit *marmore Numidico strata.* Et quia *Samiorum* obiter facta mentio est, *Samium* interdum pro *testa* ponitur. Lucilius: *Non paruper Samio curtoque Catino.* Cicero. 6. de Rep. *Imperia pontificum diis immortalibus grata sine Samio.*

In octauo, de Platone cum loquitur, ita scriptum inuenies: *Altero & octogesimo anno decedens sub capite Sophronis numeros habuisse fertur.* Emendamus *Sophronis mimos. Sophronisque* non *Saphonu* legatur. *Sophron* enim Mimographus fuit, de quo sic Quintil. in primo: *Et eosdem vtriusque rei præceptores fuisse tum Sophron ostendit mimorum quidem scriptor, sed quem Plato adeo probauit, vt suppositos capiti eius libros, cum moreretur, habuisse tradatur.* Idem pene scribit Diogenes Laertius his verbis: *Videtur Plato Sophronis quoque mimographi libros antea neglectos primus Athenas inuexisse, gestumque ex eis acquisiuisse, quos aiunt sub capite eius fuisse repertos.*

In Tranquillum Suetonium.

IN Tranquillo codicem in multis mendosum partim castigabimus, partim ex eo nonnulla exponemus, primumque illud in Cæsare dictatore *Cornelium Dolabellam* legentes cum ex antiquissimo fidelique codice tum ratione deductionis. Trahitur enim cognomen hoc a *dolabra*, cuius diminutiuum est *dolabella. Dolare* autem est lignum ascia scindere. Et illud: *Portibus ad tempus exstructis, vbi pars apparatus exponeretur, par* non *pars* lege. Et infra, & cum *editis comitiis, edictu* non *editis.*

Illud etiam Lucio Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum adiecit, vt ad genua sibi accederet, acciderat repone. *Accidere* namque auctore Donato est gestum corporis ostendere in humilitatem cadentis, quod est *iuxta cadere.* Salustius in Iugurtha: *Quos accidam aut quos appellem?* Illud etiam: *In sequenti quoque*

anno. C. Marcello, qui in consulatu successerat eadem tempestate. Tentante non *tempestate.* Et illud: *Sessum in quatuordecim scena persilium Orchestram transiit.* Codex antiquus habet *sessum in quatuordecim scanna, & solium* expungatur. Martialis: *Sedere in equitum liceat an tibi scannis videbo Didime.* Et infra cum de bibliothecis loquitur: *Data est cura Marc. Varroni dirigendarum. Digerendarum* corrigimus. Vnde digesta volumina. Vergil. *Ita digerit omnia Calchas.* Et illud: *Post aciem Pharsalicam cum præmissis in Asiam copiis per angustias Hellesponti victor nauicula traiiceret. Vectoria nauicula* habet antiquus codex.

In Augusto: *Remisit iudicato necessitudines amicosq; omnes atque inter alios C. Socium & T. Domitium consules. Sosium* non *socium* legimus. *Sosiorum* autem familia Romæ fuit celebris. *Famosiq; Sosii* fuere etiam bibliopolæ. Horatius: *Hic meret æra liber Sosiis.* Et illud: *Sibiq; instituit sortiri consilia semestria. Semenstria* habet codex antiquus, quod ex ratione magis approbamus. Sicut enim a mense *mensurnus* dicitur & *menstruus*, ita *semenstris, bimenstrisq;* ceteraque id genus deducta scribenda videntur.

Illud quoque: *Nihil postea præterquam adolescentulum Lucium honeste natum exhibuit. Lycium* non *Lucium* habet idem codex antiquus. Ex quo intelligimus natum in *Lycia.* Vergil. *Et crudelia secum fata Lyci* pro *Lycii.* Nõ tamen imus inficias & *Lucium* legi posse, dummodo hominem in Lycia natum intelligas y enim in u. subinde commutatur, vt *Sylla* & *Sulla, Tyle* & *Tule, Cyma Cuma,* &c.

Illud vero in fine Cæsaris Augusti pulcerrimũ & notatu dignissimum, quod ita legitur: *Supremo die exspirans, an de se tumultus foris esset, petito speculo capillum sibi comi, & malas labentes corrigi iussit, & admissos amicos percunctatus est, ecquid his videretur minimum vitæ commode transegisse.* Nos *mimum* emendamus, nõ *minimum* admittentes. Quæ lectio purior ac syncerior, nec nõ sensui belle respõdens. Sicut enim exitus vitæ luctuosus infelixq; tragœdia dici solet (quod in M. Crasso obseruauit Plutarchus) sic contra quietus & iucundus, qualis fuit in Augusto Comœdia, vel potius Mimus, debuit appellari facete & eleganter. *Mimus autem,* vt inquit Diomedes, *est sermonis cuiuslibet motus sine reuerentia, vel factorũ cum lasciuia imitatio, dictus quod solus imitetur.* Et illud: *Proxima vrbi loca Lauinium Præneste,* &c. *Lanuuium* habet codex antiquus, sicque legendum ex Strabone aliisque Cosmographis, qui *Lanuuium* non *Lauinium* prope *Præneste* ponunt. Huius *Lanuuij* meminit Asconius. Necnon Ouidius in 6. Fastorum hoc carmine: *Et populus Laurens Lanuuiumque meum.* Vbi *Lanuuium* lege non *Lauinium,* ne claudicet versus in syllaba.

In Tyberii præfatione inquit: *Vel quod magis constat T. Claudio gentis principe.* Codex antiquus habet *Ata Claudio principe* non

Tito

Tito Ata ergo prænomen fit, non *Titus*. Dicuntur autem *Atæ*, qui propter vitium crurum aut pedum plantis inſiſtunt, & attingunt magis terram, quam ambulent, quod cognomen Quintio Poetæ adhæſit, Martialis: *Siue leuem curſu vincere quaris Atam.*

Et illud: *Sexto Claudio libidinoſo ac prodigo ſeni olim ab Auguſto ignominia notato Seſtio Gaulo* habet codex antiquus. *Gaulum* autem puto cognomen eſſe conueniens guloſo & libidinoſo luxuriosoque ſeni. *Gaulus* enim genus eſt nauigii pene rotundi, auctore Pompeio, per quod *Gaulum* putamus cognominatum ſenem hunc obiecti vētris & prominuli corporis, ita vt pene craſſitudine orbiculari rotundaq; videretur.

In Claudio illud perperam in pleriſq; codicib. legitur: *Sed cum proclamantibus Naumachiariis Aue Imperator morituri te ſalutant, reſpondiſſet aute vos, neque poſt hanc vocem quaſi nania data quaſquā dimicare vellet, diu cunctatus*, &c. Vbi legitur *aute vos*, codex antiquus habet, aut *non nec non*. Vbi *Nania*, *venia* corrigatur, ſicque legendum cōtenderim, *aut non*. Fuit enim reſponſio principis. Nam cū *Naumachiarii* ei obiecíſſent, *morituri te ſalutant*, ſubiecit ille *aut non*, quod eſt forte *non perituri*. Quo audito illi quaſi venia data pugnare non laborabant.

In Domitiano legitur: *Ianos arcuſque cum quadrigis & inſignibus triumphorum.* Per *Ianos* non ſimpliciter accipimus *Iani ſtatuas*, ſed ſpatioſas aditus ſpecie portarum, per quos cōmode tranſmitti poſſit & ambulari. *Iani* enim, vt ſcribit M. Tullius, in libris de natura Deorum, *dicuntur pervia tranſitiones*, portones nunc vulgus appellat. In quam ſignificationem exponendum putamus in Auguſto *Ianum marmoreum*, non enim & illic *ſtatuam*, ſed tranſitum accipere debemus.

In Epiſtolas Plinii.

IN epiſtolis Plinii deprehenduntur multa corrupta, mutilata, adiecta, immutata meo iudicio, quod ne penitus diſſimulanter agamus, ex primo volumine quædam minutula fateor, ſed quæ ſi negligas non ſit ordini neque ſenſui locus, annotabimus, quippe quod hac potiſſimum ratione molimur, vti lector cautius ad opus hoc accingatur.

In ſecunda ergo epiſtola ſic in antiquo codice legebatur legiturque: *Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & meipſum & contubernalis ab editione non abhorrere, ſi non fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris.* Quippe quæ lectio ſyncera eſt & penitus emaculata. Hicque ſenſus eſt: Animus noſter contubernaliumque ipſorum ad editionem inclinat & propenſus eſt modo non faueas errori meo, quod eſt, modo ne mihi aduleris. *Adulatio* enim, vt ait Seneca, *infatuat*. Expuncta eſt a quibuſdam particula *non*, quod cum ſit, ſenſus e regione contrarius penitusque repugnans. Si enim lectio hæc probetur, ſi modo tu errori

noſtro album calculum adieceris, ſignificabit Plinium cupere, vt errori ſuo ſuffragetur, quo nihil erit inſulſius.

In tertia: *Crebris excurſionibus auocaris.* Credimus reponēdum *aduocaris.* Aduocatur autem daturus patrocinium. *Aduocari* proprie eſt in auxilium vocari, quod faciunt, qui adeſſe ſolent. Virgilius: *Omnisque arma aduocat.*

In quarta: *Quantum coptarum in Oriculano, in Narnienſi, in Carſeolano, in Peruſino tuo, &c. In Carſulano,* non *Carſeolano* contendimus legendum, vt habet codex antiquus, ſed & ratione magis. Ad viam enim Flaminiā ſunt *Ocriculi, Narnia, Carſuli,* vt inquit Strabo: *Carſeoli* vero eodem auctore in Valeria via, quæ incipit a Tiburtinis montibus & ad Marſos & Corſinium Pelignorum metropolin ducit. *In ea* inquit idē Strabo: *Latina vrbes ſunt Valeria, Carſeoli, Alba.*

In quinta: clauſulam hanc ſic cenſemus legendam: *Satrius Rufus, cui non eſt cum Cicerone æmulatio, & qui contentus eſt eloquentia noſtri.* Regulus enim pari mordacitate Rufum, nec non Plinium taxare conſtituerat. At Plinius verbum hoc, quod in laudem accipi potuerat, maligne dictum a Regulo agnoſcens nunc eum repercuſſit dicens: *Eſt enim mihi cum Cicerone æmulatio, nec ſum contentus eloquentia ſeculi noſtri.* Primo enim & Plinius honorifice putauerat emiſſum a Regulo. Satrius Rufus, cui non eſt cum Cicerone æmulatio. *Miſerum eſt enim ſemper alienis veſtigiis inſiſtere, & alienis pedib. ambulare, ſemelque luuat nutare ſine cortice,* vt dicitur.

In Epiſtola. Cuius initium eſt *Peropportune,* &c. Verba hæc mendoſa corrige: *Eſt enim Paulo glorioſius & latius, Elatius* non *latius.* Et illud: *honoremque paucorum ceteri patienter exſpectarent & mirarentur, mererentur.* Et illud: *Intentionem effectumq; muneris affectum* non *effectum* legas.

Idem in Epiſtola ad Septitium in antiquo & fideli codice *olim Bethyca,* ſuppoſitum eſt *Betacei,* perinde ac *Bethyca* non oluetus fuerit inſignis. Pap. *Qua Tritonida fertiles Athenas vnctis Bethyca prouocas trapetis.* Et Mart. *Nec Thartefiacis Pallas tua Roſe trapetis, &c.*

Vnum tamen ex ſecundo volumine haudquaquam cenſui prætermittendum: eſt enim, ni fallor, annotatu dignum. In epiſtola igitur, cuius initium eſt: *Miraris, cur me Laurentinum, &c.* Clauſula hæc ſic paſſim legitur: *Adharet dormitorium membrum & tranſitu interiacente: Quod ſuſpenſum & tabulatum vaporem conceptum ſalubri temperamento hua digerit & miniſtrat.* Nos autem putamus ita legendum: *Tranſitu interiacente, qui ſuſpenſus & ſubulatus conceptum vaporem,* &c. ita vt *qui* ad *tranſitum referatur,* per *tranſitum* autem *ſubulatum, locum* putamus ſignari, qui quaſi per tubos aut fiſtulas veluti tibicen ſufflabat, & ita vaporē diffundebat. *Subulatus* ergo accipitur quaſi ſufflatorius, *Subulo* namq; Pompeio auctore

In

tibicen dicitur.

In Tusculanas quæstiones.

EX Tusculanis quæstionibus hoc non arbitror prætermittendum, quod ita passim legi solet: *Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutauit vnquam? quis non modo fletit, verum etiam decubuit turpiter, quis cum decubuisset, ferrum recipere iussus illum subtraxit? Ergo hoc poterit Samius spurcus homo vitam illo dimus loco que, &c.* Vbi *Samius* legitur, corrigimus *Samnis*, vt sit nomen conueniens ac respondens gladiatori. Ex Sammio enim gladiatores optimi fuere, sicut olim Thraces, quod ex historiis compertum habeo, quodque etiam adnotauit Porphyrio illud Horatianum enarrans: *Ceu mur & totidem plagis consumus hostis Lento Samnites ad lumina prima duello.* Vbi per *Samnites gladiatores* intelligi posse affirmat.

Annotatio pulcerrima in Gellium.

APud Gellium facundissimi eloquii scriptorem scripta hęc inuenies: *De patria Homeri multo maxime dissensum est. Sunt, qui Athenas: sunt, qui Ægyptium dicant fuisse. Aristoteles tradit in Insula Io natum:*

ἑπτὰ πόλεις μάχῃ ἐρίζουσι περὶ πατρίδος Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. Id est:
Septem vrbes certant de laude insignis Homeri
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.

Primum igitur, vbi legitur *Ios*, putamus reponendum *Chios*, secundum illud:

Diceris a multis Colophonis alumnus Homere,
Hicte Smyrnæum credit, at ille Chium.

Nullus enim, quod sciam, *Ion* tradit patriam Homeri, multi vero Chion. In *Io* autem decessit & sepultus est Homerus, Strabonis & Plutarchi auctoritate, non natus. Hic ergo cum de natali, non de morte agatur, corrigendum & hoc arbitramur, nec non illud Aristoteles tradit in insula *Io* natum. *Chio* enim non *Io* audacter contenderim legendum. Ceterum, vt hæc quæstio, quæ apud priscos multipliciter ingenia legentium distorsit, aliquando tollatur, & quælibet patria, quod suum est, decus retineat, operæprerium me facturum putaui, si Archilochi clarissimi simul & vetustissimi scriptoris verba tantas lites dirimentia ponerem. Ita ergo loquitur: *Secuti sunt anni quingenti a captiuitate Troiæ vsq. ad 8. Olympiadem. In quibus floruerunt octo Homeri. Horum primus in Annalibus Teutei Regis Assyriorum traditur, qui 27. a Nino exstitit: hic Homerus, vt ibi traditur, fuit Smyrnæus & præfectus eiusdem regis, paulo ante descensum Heraclidarum in Peloponnesum, anno 20. Demophoontis regis Athen. quando Pyrrhus in templo Apollinis fuit ab Horeste interemtus. Hunc secutus est Homerus Chius, qui (vt Chiensium memoria tradit) floruit arte Medicina, anno 19. Melanthis regis Athenien. Alius fuit Homerus patria Cumæus, qui, vt ipsi Cumæi prohibent, enituit magica*

magis, quã literatura anno 24 Codri regis Athenienſium. Quartum ciuem ſuum prædiuitem Salaminienſes Cyprij perhibent artis ſtatuaria inclytum anno octauo Agaſti Athenienſ. Biennio poſt emerſit Homerus Colophonius, quem illorum annales migrationis Ionicæ prædicant effluxiſſe arte pictoria ſimul, & ſculptili. Sextus fuit Athenienſis qui vt ipſi ſcribunt illuſtres reuocatione abolitarum legum & nouarum latione floruit ſub Archippo. Septimum Argiui habent Muſica, atque Geometrica diſciplina præceptis admirabilem, anno decimo ſeptimo, Diogeniti Athenienſis. Vltimum hunc Homerum ætas noſtra cernit. Qui olympiade 23. & a Troiæ excidio, anno quingenteſimo, patria Maon, Olympico certamine victor iudicio totius Græciæ eximia Poetarum eſt habitus, & ei ſolitus tributum emendandi characteres & nomina & linguam Græcam, quæ, vt ferunt, Cadmus Samothracum fere barbara & plena ruditatis attulit ſub excidium Troianum: cum reuerſus eſſet a fuga, quam inierat propter certamen quod illi Priſca vxor intulerat propter nuptias ſuperinductæ Armoniæ. Suæ ergo characteres ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariem quandam vetuſtam, & non Phœnicam ferebant, quia nihil Phœnicum habent, vt cernimus, ſed Galatarum & Maonum figuras retinent. Idem Homerus reformauit characteres, & Grammaticæ præcepta primus dedit, cum anteà quiſque ſermone ſcriberet ſimul & loqueretur vernaculo, quæ profectò etiam Italia, quæ & magna Græcia, ſuſcepit. Xenophon quoque in æquiuocis pluries, inquit Homeri fuere: *Quorum qui eximius Poetarum exſtitit vltimus omnium, poſtque Thalem Mileſium inuenitur.* Ex quibus colligitur complures & octo numero Homeros exſtitiſſe, diuerſis, vt ita dicam, patriis, nec non diſciplinis & artibus inſignes memorabileſque. Et, quia ſecundus Homerus ab *Archilocho* & *Chio*, non *Io* deducitur, hoc quoque correctioni noſtræ reſpondere videtur, &c.

In Donatum.

IN Adelphis Terentii legitur: *A villa mercenarium vidi.* Quem locum exponere cupiens Donatus, alioqui interpres clariſſimus & elegantiſſimus, ita inquit: *A villa vt apro depoſitum ſit, vt ſit de villa, an deeſt veniſſet.* Nos autem pace tamen prius a venia impetrata *mercenarium* a *villa* ſic dici putamus, vt *libertum* a *manu*: *Seruum ab epiſtolis, a libellis*, eleganter dicimus, id eſt, *amanuenſem & magiſtrum epiſtolarum & libellorum*, per quod intelligimus *magiſtrum villæ*, id eſt, *villicum*. Nam vt ait M. Varro *villicus*, agri colendi cauſſa conſtitutus atque appellatus a *villa*, quod ab eo in eam conuehuntur fructus & euehuntur, cum veneunt, vnde ruſtici viam nunc quoque *vehem* appellant, propter *vecturas* & *villam* non *vellam*, quo vehunt, & vnde vehuntur.

In octauo Silii carmen eſt. *Oceni priſca domus paruique Bonæ*

nia Rhani : Vbi *Bononiam* docte me hercule & acute suspicatur Interpres a *Boiis* denominatam. Re enim vera eam Italiæ partem incoluerunt *Boii* Catonis Straboniſque testimonio. Nos vero (ex quo illa nobis patria) rem solicitius accuratiusque indagantes eiusdem Catonis auctoritate appellatam contendimus a *Bono Thusa* principe. Catonis verba fidei gratia subiecimus : *Princeps Metropolis Felsina primum a rege Thusco conditore, inde a successore Bono Thusco appellata Bononia dicta.* Manethon ad hoc scriptor vetustissimus receptissimusque, in hanc nostram sententiam ita loquitur : *Apud Thuscos Piso successit Thuscus iunior annis XXXIX. huic Annius annis XXV. quem secutus est Felsinus annis XXX. tribus, huic Bon annis XXVIII.* Siue ergo *Bon* in tertia forma, vt *Manethon*, siue *Bonus* in secunda, vt Cato, ab hoc *Bononiam* nominatam asseueramus.

Illud etiam obseruatione dignum putauimus pro his, qui sunt morosi rerum elegantium scrutatores de *ei*, quæ sæpius a veteribus pro *i longa* ponebatur, nec non pro discriminando casu & numero. Verba sunt Nigidii : *Si huius amici & huius magni scribas, vnum* i, *facito extremum, si vero hi magnei & hi amicei casu multitudinis recto, tunc ante* i *scribendum est* e. Quippe quod diligens lector accuratusque in quibusdam Plautinarum comœdiarum argumentis deprehendet, primas cuiusque versus literas obseruans, & in vnum mox componens. Vnde Terentianus. *Sic oneis plures & omneis scribimus pluraliter, non enim nunc addis* e, *sed permanet, sicut fuit.*

Declaratio historica quarundam Fabularum.

EXtremo in loco harum annotatiunculatum, quædam latitantia sub poeticis velamentis ad veritatem & historiam traducere in animo est. Sicut enim quispiam argento circumfundit aurum, sic & Poeta veris cõtemplationibus fabellas apponit, quibus elocutionem dulcedine conciliat & ornatu, vt inquit Strabo. Huiusmodi namque mystica sensa referantes voluptatem & genium nobis, auditori vero ac lectori vtilitatem qualemcunq; non inuidebimus.

Et quoniã inprimis de Gigantib multa circumferuntur, & quidẽ prisca valde, de his primo videtur dicendũ, quid magistra lectione sentiamus. Hos existimauit Cicero fuisse homines *repugnantes naturæ*. Macrobius vero inquit : *Gigantes quid aliud fuisse credendũ, quã hominũ quandã impiam gentẽ Deos negantem, ideo existimatam Deos pellere de cœlesti sede voluisse.* Horũ pedes in draconũ volumina desinebant, q̃ significat nihil eos rectũ, nihil superũ cogitasse, totius eorũ vitæ processu in terrã mergente. De his ad hoc Berosus in hunc modũ scriptũ reliquit : *Hi vastitate corporis & robore confisi viuẽtes oẽs opprimebãt, luxuriq; inseruientes papiliones, & instrumẽta musica & delicias inuenerunt. Manducabant homines & proturabãt*

aborsus, in edulliumq; præparabāt & commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis & brutis, & nihil erat sceleris, quod nō admitterent contemtores religionis & deorum. Gigantes etiam memorat Iosephus in antiquitatibus. Ad hoc Plinius & Solinus in polyhistore staturosos enormitatisque prodigiosæ & vastæ repertos memoriæ prodiderunt. August. etiam in lib. de ciuit. Dei, mira quædam, ceterum a se visa de Gigantibus loquitur.

Quo pacto Mercurius Argum occiderit, ex Macrobio sic accipe, apud quem complura de Pythone, nec non de variis diis pulcerrima inuenire est, quippe quæ poetica figmenta ad naturæ historiæque veritatem deducuntur. *Argum ergo*, inquit, *ferunt per ambitum capitis multorum oculorum luminibus fuisse ornatum & custodisse Iunonis imperio Inachi filiam eius Doæ pellicem conuersam in bouis formam.* Sed sub huiusmodi fabula Argus est cœlum stellarum luce distinctum, quibus inesse quędam species cœlestium videtur oculorum. Cœlum autem *Argum* vocari placuit a candore & velocitate παρὰ τὸ λευκὸν ταχὺ Et videtur terrā desuper obseruare, quam Ægyptii Hieroglyphicis literis cum significare volūt, ponunt bouis figuram. His ergo ambitus cœli stellarum luminibus ornatus, tunc existimatur enectus a Mercurio, cū sol diurno splendore obscurando sydera veluti enectat vi luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus.

Qua etiam ratione Tyrrheni in Delphines transfigurati circumferantur, Myrsilus Lesbius ostendit hæc scribens: *Tyrrheni nautica toti orbi erant admirabilis, de quibus fabulantur Græci, quod in Delphines conuersi sunt, qui nauibus alludunt, & his socii sunt. Re enim vera tūc Delphin ob pyraticam simul & dominium Maris dicebantur.* Erant enim classe potentes, & vndique colonias transportabant. Argumento sunt, qui Tyrrheni dicuntur in insulis Atticis & faucibus Thraciæ. Higinus ad hoc inter nauicularios illos reponit.

Myrmidonas in formicas deformatos, cur etiam Poetæ ludant, hæc ex Strabone hausimus in hunc modum pene loquente: *Ager vero ipsius, si altius fodias, terrenus est, si superne, lapidosus est, præcipue est campestris ipsa planities. Ideo nuda tota hordei ferax satis est. At Æginenses Myrmidonas appellatos memorant, non quo modo in fabulis canitur, vt ingenti inualescente pestilentia formicæ Æaco precante in homines versæ, verum quia formicarum more terram fodientes ad petras transportarent, vt agri colendi materiam haberent, fossas quoq; incolerent, vt non expendentes lateritiam agerent parsimoniam, &c.*

De Chimera & Bellerophonte omissis, quæ a Strabone, Plinio, Solino & Eusebio memorātur, ex Plutarcho illud addimus de claris mulierib. in hanc sententiam scribente: *Nauis fuit, cuius prora leonem. Puppis vero Draconis gestabat insigne, cui Chimarus præerat, hunc fugientem aliquando Bellerophon Pegasea, id est, citissima, vt arbitror, naui assecutus interemit.*

Non

Non sunt prætermittendæ quoq; mutationes illę, quas M. Tullius in Tusculanis quæstionibus docte pariter & acute ad veritatis historiam nititur reducere, cum inquit: *Nec vero Atlas subsistere cælum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum vxore genero filia traderetur, nisi cœlestium diuina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset, a quibus ducti deinceps omnes, qui rerum contemplationę studia ponebant, sapientes habebantur & nominabantur.* Sed nec fœminæ tacendæ *Niobe & Hecuba.* Niobe fingitur ergo lapidea propter æternum credo in luctu silentium. *Hecubam* autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem esse conuersam, &c.

AVCTARIVM PII ANTONII BARTOLINI, IN QVO CORRIGVNTVR LXX. loca in iure ciuili & septem legum nouæ & veræ sententiæ aperiuntur.

MARII CARPENTARII EPIGRAMMA.

Veridica de gente Pium pia pertulit ætas
Antonium, miro, qui valet ingenio.
Qui fas quiq; nefas dispungis, iusq; ministras,
Et legum nodos soluere quiq; cupis.
Virgineos cultus supplex & templa require,
Proq; Pio grates reddere promtus eris.
Septuaginta tibi seruos ex hoste redemit,
Liber erit posthac, qui modo seruus erat.
Veraq; nunc septem legum sententia surgit
Vmbrarum fuerant, quæ modo mancipia.
Si daret ad superos iterum Proserpina manes,
Ingenium foret hoc Papiniane tuum.

Pius Antonius Bartolinus clarissimo viro Ioanni Francisco Aldrouando præclaræ Reipubl. Bono. sexdecemuiro ornatissimo. Salutem plurimam dicit.

CVm a Dialectica vir præstantissime ad iuris Imperatorii studium me contulissem, capissemq; Iurisconsultorum ac principalia monumenta perlegere, adeo tot difficultates mihi occurrebant, vt Nigidianos aut Heraclitei codices ante oculos habere viderer, ita quod parum abfuit quin omni spe destitutus ab incepto desisterem: sed cum cautius ac diligentius leges scrutari cupissem, secus rem se habere proculdubio cognoui. Inueni namque iurisperitos quorum monumenta in manibus nostris quotidie versantur, non minus elegantia, & verborum proprietate quam aquitatis iustitiaque studuisse, econtra vero nullam curam in exsercendis libris librariis adhibuisse, adeo quod si reuertendi ad superos iterum ipsis auctoribus daretur facultas, non tantum hæc sua

volumina non agnoscerent, sed sua nunquam fuisse aperte faterentur. Fuit praterea in culpa Gottorum ineffrenata rabies, qui manibus pedibusque Romanum nomen delere conati sunt, quod quamuis non ex voto eis successerit, tamen magnum detrimentum literis nostris attulerunt, ita quod per multa secula litera nostra usque in hanc etatem iacuere. Hac vero nostra tempestate tandem Latina litera, qua tamdiu delituerant in lucem prodiere, cum propter quamplurimos virtutisq; eruditionis peritissimos, qui fere eodem tempore floruere, tum praetpue propter librorum copiam, quam perspicax ingenium diuino quodam munere formis aereis nobis condonauit. Potuit namque feralis barbarorum impetus conscripta volumina nobis eripere, ingenium autem minime. Quamobrem cum in florem ac pristinam consonantiam lingua nostra redierit, cumque passim occurrat, qui Maronem amuletur, qui Ciceronem non admiretur, qui Nasoni non inuideat, qui Tibullo parem, qui Martiale non deteriorem praestet, in quorum numero honestissimum locum tibi vindicas, & cum quisque professor sua volumina corrigere & restaurare nitatur, sola nostra legestorpet, sola miserãda adhuc a barbaris mancipãtur: nemo has redimere, nemo e manibus hostium eripere parat, quod non laboriosum factu esset, tum propter eruditissimorum frequentiam, tum propter exemplar, quodἀχίνητον Graci appellant, quod maxima cum veneratione, & doctorũ desiderio in Florentina republica Pisana calamitati ereptum custoditur. Itaque miseratione non mediocri motus quamplurima loca communiter deprauata, tam in voluminibus Pandectarum, quam Codicis collegi, eaque pro ingenii nostri viribus correxi, non vt tanto oneri me parem esse persuaderem, sed vt ceteros excitarem, lacesserem, ad capessenda arma, quibus e manibus barbarorum nostra leges auferantur, & tandem iure postliminii fruantur. Qua quo duce ederentur euique dicarẽtur te potissimum delegi, quia & te peritissimum ac literatorum amantissimum omnique bonorum morum genere excultissimum & nostri amantissimum cognoui. Qui Respublica tua senatum non solum consilio & vigilantia, sed etiam doctrina moribusque exornas adeo, vt tanto viro quaque Respubl. & gloriari & se iactare possit Venit mihi in mentem quod nuperrime admiratus sum, quod cum pro Respubl, tuitione peregrinaturus esses ob Gallorum turmas, qui per agrum Bononiensem pertransibant, pottores comites quos elegeris fuerunt volumina, vt nullum tempus apud te vacuum laberetur, sed si quando aret militaris cura vacares, literarum studio incumberes. Soles praterea & illud sapenumero in verbis habere, rem militarem sine literarum adiumento inermem esse. Quamobrem non dubito quin hi nostra lucubrationes a te & benigne, ac hilari fronte susciptantur, atque in tua florentissima bibliotheca honestissimum locum adipiscantur. Vale. Pridie Calendas Septembris.

Ciste-

Ciſtophori non coſtrophinati eſſe legendum. Et quid ſint.

CAPVT I.

IN libro 16 digeſtorum titulo depoſiti, lege Publia ita ſcriptum eſt: *Titius Sempronio ſalutem, habere me a vobis auri pondo plus minus decem, & diſcos duos ſaccum ſignatum, ex quibus debetis mihi decem, quod apud Titium depoſuiſtis, item coſtrophinati decem*, &c. Eo in loco aduertendum eſt, quia mendoſa dictio eſt ibi, *coſtrophinati*. Nam quid ſignificet hoc verbum *coſtrophinati* fruſtra quærimus. Corrigamus ergo ne diutius in poteſtate barbatorum ille locus detineatur, & *ciſtophori* legamus verum verbum. Sunt namque *ciſtophori* numiſmatum ſpecies, de quibus mentionem facit Cicero ad Atticum. & liquido oſtendit Feſtus Pompeius, cuius hęc ſunt verba: *Euboicum talentum nummo Graco ſeptem millium & quingentorum ciſtophorum eſt, noſtro quatuor millium denariorum.* Dicti *ciſtophori*, quod in eis imprimebatur imago cuiuſdam ſerentis ciſtam, veluti & nos appellamus in coronatis id genus nummi, quod caput coronatum impreſſum habet.

Thymelici non Temelici. Et quid ſint.

CAPVT II.

IN l. Athletas. ff. de his qui notãtur infamia, ita ſcriptum habent codices noſtri, videlicet: *Et vtile videtur, vt neque Temelici neque ſexuſtici, nec agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt ceteraque eorum miniſteria, qua certaminibus ſacris deſeruiunt ignominioſa habeantur.* Hunc locum a barbaris vindicamus, tandem in priſtinam libertatem reſtituimus, ſi quidem non *Temelici*, ſed *Thymelici* ſcribendum eſt. Sunt namque *Thymelici athletæ*, ſeu *hiſtriones*, qui in ſcenis verſantur. Nam Græci θυμέλην ſcenam vocant, & θυμελικὸν hiſtrionem. Hinc dicta eſt *Thymele* vxor Latini mimi. Iuuenalis. *Carus & a trepido Thymele ſummiſſa Latino.* Hoc verbo vſus eſt Modeſtinus libro 50. dig. tit. de pollicitationibus lege, Septicia, quo loco eodem modo mendoſe ſcriptum eſt:

Xyſtici non ſexuſtici eſſe legendum. Et quid ſint.

CAPVT III.

ET etiam eodem libro & lege, deprauatum verbum, *Sexuſtici*. Quod corrigimus, cum non *ſexuſtici*, ſed *xyſtici* legendum ſit, ſunt etenim *xyſtici* athletæ *xyſtis* certantes. Suetonius: *Nec tamen eo minus xyſticorum certationes aut gladiatorum pugnas ſeueriſſima ſemper exercuit.* Græci namque *xyſtum* porticum vocant ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Hos & *paradromidas* Græci appellant, a noſtris *ambulationes* dicuntur, & *ambulacra*. Plinius: *Ante criptoporticum xyſtus eſt violis odoratus.* Cicero: *Sed tamen nihil eireſtabat præter balnearia & ambulationem & auiarium* Plinius: *Tum fora atque gymnaſia, & pro ſuis extẽta porticibus ambulacra miremur.* Xyſtus originẽ habet a ξύω, quod *haſtam* ſeu *telum ſpiculumve* denotat.

Oenomelle non Cenomelli esse legendum.

CAPVT IIII.

SCriptum habent codices mendosi li. dige 33. titul. de tritico & oleo legato. l. si quis. *Cenomelli quoq; plane, id est, dulcissimum vinum continebitur.* Eo in loco corrigendum est illud verbum *cenomelli*, nam *Oenomelle* legendum quis negat? quod quid significet aperuit ibi Vlpianus, & ipsa compositio verbi liquido ostendit: nam compositum verbum est ab οἶνος quod est vinum, & *melle*, quod genus potionis fieri docet Palladius, lib. 11.

Pollinctorem non pollicitatorem legendum, & quid sit.

CAPVT V.

IN libro 14. dige. titulo, de institoria actione. l. cuicunque. plerique codices sic scriptum habent. Item ait: *Si libitinarius quem Græce νεκροθάπτας vocant seruum pollicitatorem habuerit.* Hoc in loco liber a barbaris mancipium redimere, vt tandem iure postliminii *pollicitatorem* fruatur, quod verbum, dum apud hostes erat *pollicitatorem* nominatur, nunc autem redemtum *pollinctorem* vocabitur. Est enim *pollinctor* qui curat, lauatque cadauera, nam *pollincere* est mortuos curare. Plaut. *Et qui curat pollinctorem accerse.* Mart.

Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato,
Heredem scripsit me Numa, conualuit.

Plaut. *Carthaginens. duo fratres fuere, eorum alter viuit, alter mortuus est. Propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.* Quidam putant dictum *pollinctorem*, quasi *pollutorem* a *polluo*, quod est *porro lauo*, quanquam *polluo* interdum *inquino* significat, a quo *pollubrũ* est dictum vas, quo manus abluuntur quod & *Trulleum* dicitur: proprie tamen *pollinctor*, dicitur *pistrinarius*, a *polline*, id est, *flore farinæ*, vnde *pollincere* est farinam in pistrino lucrifactam diuidere & *pollinctio* ipsa *diuisio* dicitur.

Xenia non Enxenta legendum. Et quid sint.

CAPVT VI.

SIc scriptum est lib 1. dige. titul. de officio proconsulis. l. solent. videlicet, *Sed modum adijcere, vt neq; modo se in totum abstineat, neq; auare modum enxeniorum excedat, &c.* Nos hunc locum corrigentes non *enxenia*, sed *xenia* legendum censemus. Nam *xenia* dicuntur *munera hospitalia*, id est, quibus hospites inuicem se munerantur, quod maxime fieri consueuerat saturnaliorum diebus, vnde Martialis tertiumdecimum librum operis sui, in quo huiusmodi munera distichis describit, *xenia* appellauit, quod versus ipsos pro *xeniis* mitteret, vel quæ mittebat munera, disticho exornaret, vt his versibus idem ostendit:

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Constabit nummis quatuor emta tibi,
Quatuor est nimium poterit constare duobus,

Et

Et faciet lucrum biliopola Triphon.
Hæc licet hospitibus pro munere dedicha mittas,
Si tibi tam rarus quam mihi nummus erit.

Et dicta sunt xenia a ξένος, quod hospitem significat, vnde & *xenodochium* dictus locus, vbi *hospites recipiuntur*, quem vulgo *hospitale* vocamus. A *xenia* fit diminutiuum *xeniola*. Aduertant igitur recentiores Iurisperiti, ne amplius verbo deprauato vtantur, sed tandem Latine loquantur.

Veterinarii non veteranarii legendum. Et quid sint.

CAPVT VII.

IN lege vltima, titul. de iure immunitatis, li. dige. l. legitur *veteranarii*, quod verbum mendosum corrigendum ita arbitror, vt *veterinarii* legamus. Sunt namque *veterinarii*, *veterinarum* curatores, hoc est, *veterinarum* medic, iquos vulgus appellat *marescalchos*. *Veterina* vero animalia dicuntur, quæcunque *vehere quid possunt*. Plin. *Vngula veterino generi tantum renascuntur*. Opilius: *Veterinam beluam putat* dictam quasi *venterinam* a *ventre*, quod ad *ventrem* religatum onus gerat. De *veterinario* Columella: *Nam & arator reperitur aliquis bonus & optimus fossor, aut fœnisector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius & probus pastor.*

Automata non Entinoma legendum.

CAPVT VIII.

IN libro 1 dige. titulo de legibus. l. 3. ita scriptum est: *Iura constitui oportet, vt dixit Theophrastus in his, quæ entonima frequenter accidunt.* Quo in loco quid sit *Entonima* non reperio, quapropter *Automata* legendum puto. Nam Græci *αὐτόματα*, *casualia & spontanea* appellant, quæ sententiæ sensui legis optime accommodatur.

Fornacarius non fornicarius legendum.

CAPVT IX.

IN l. si seruus. tit. ad legem Aquiliam. lib. 9. dige. ita scriptum est: *Si fornicarius seruus coloni ad fornacem obdormierit*, &c. Illam dictionē *fornicarius* corrigēdā arbitramur, & *fornacarius* legendū a *fornace*, sicuti *fornacaria* genere fœminino proferimus. A foco aūt *focarius* & *focaria* dicetur, vt in l. quæsitum. ff. de fundo instructo. Aduertendum præterea est in l. continetur. de fundo instructo. quia *fornacator* nō *fornicator* debemus scribere, quod idem quod *fornacarius* significat.

Veruecem non berbicem esse legendum.

CAPVT X.

IN titulo de abigeis 47. dige. in l. 1. sic scriptum habent codices: *Et qui porcum vel capram, vel berbicem abduxerint*, &c. Hoc in loco illa dictio *berbicem* corrigenda est, & *veruecem* legendum. Est enim *veruex* aries castratus ita dictus, quod in eo sit vera natura. Et hoc distat *veruex* ab ariete, quod cantherius ab equo, malis a verre, capus a gallo, caper ab hirco.

Pirrhicarii non Purrhicarii legendum.

CAPVT XI.

COdices nostri in l. aut damnum, titu. de pœnis 48 digestorum ostendunt: *Quicunq; in ludum venatorium sunt damnati, videndum est an serui pœna efficiantur. Solent enim iuniores hac pœna affici. Vtrum ergo serui pœna isti efficiantur, an permaneant in libertate, videndum est. Et magis est, vt hi quoque serui efficiantur. In hoc enim tātum distat, a ceteris, q̄ instituuntur venatores aut pericharii, aut aliam quam volunt artem gesticulādi, vel aliter se mouendi gratia.* Notandum est hoc in loco, quod illud verbum *purricharii* male scriptū est, & ab interprete male intellectum. Nam id genus venationis dixit esse. Vt ergo posthac recte scribatur, & recte intelligatur, de hoc verbo quid sentiendum sit, subiiciam. Itaq; nō *Purrhicarii*, sed *Pirrhicarii* est legēdum. Dictus autem est *Pyrrhicarius* a *Pyrrhica*, quod est genus saltationis Græcanicæ, quā *Pyrrhus* in Creta primus inuenit, vt Plin. refert in 7. nat. hist. Et scribit Strabo in 11. *Pyrrhicam* repertam fuisse a *Pyrrho* pro iuuenibus ad disciplinam militarem exercendis, cui Solinus adstipulatur. Scriptum enim reliquit Solin. Pyrrho repertore equestres turmas Cretā prima docuit lasciuas vertigines implicare, ex qua disciplina rei bellicæ vsus datus. Plat. lib. 7. de legib. Motus Pirrhices imitatur flexus corporū, quib. tela plagæq; vitantur declinando, cōcedendo, exiliendo, in altū humiq; se cōtrahendo, contrarios item gestus, imitatur, quibus videlicet contra alios quicquā infertur, sagittādo, iaculando, feriendo. Dion. Halicarnasseus tradit in 7. *Pyrrhicā* saltationē esse Enopliam, hoc est, armatā. Refert Apuleius in 10. de asino aureo, pueros puellasq; Græcanicā saltasse Pyrrhicā, cū nunc in orbem rotatū flexuosi, nunc in quadratū curuati, discursus reciprocos explicarent. Sensus itaq; legis nostræ est, quod quibusdam damnatis dabatur facultas, vt eligerēt quo more in ludū dimicaturi cum bestiis & morituri procederent, neca ceteris condemnatis distabant, nisi quod mori eo modo eis concedebatur. Quod genus spectaculi miserandum iuuenibus præbere permittebant.

Pityocampas non Pityocarpas legendum.

CAPVT XII.

IN l. eiusdem. tit. ad legem Corneliam, de sicariis, lib. Pandectarum 48. ita legitur: *Si cui temere cicutam, salamādram, aconitum, pituocarpas aut bobustrum, mandragorā & id quod lust-ameni causa dederit cātharidas, pœna teneatur huius legis.* &c. In hoc loco corrigendū est verbum *pituocarpas*, & legendum *pityocampas*. Pityocampæ autem sunt vermes e pinu arbore nascētes, morsu venenato, nec dissimili a morsu *bupreſtis*. Plin. *Vsus fepa, contra cantharidas bupreſtin pinorum quas pityocampas vocant.*

Bupreſtin non Bobustrum legendum.

CAPVT XIII.

In

IN eo loco legitur *bobustrum*, quod deprauatum est, & *buprestin* est scribendum. Est enim *buprestis* auctore Plin animal rarum in Italia similimũ scarabeo longipedi, fallit inter herbas bouem maxime, vnde & nomen inuenit: nam eo, quod bouem vrit *buprestis* est nũcupata. Græce. n βοῦς, bos dicitur, & πρῆσαι vrere. Deuoratum ita inflammat tacto felle vt rumpat. Est etiã *buprestis* herba, quam Græci in laudib. ciborum habuere, qua degustata boues desiliunt.

Pila non Pyra legendum esse.

CAPVT XIV.

SCriptum est in l. creditor, tit. de actionib. emti. 19. ff. *An domum mari iunctam molibus iactis pyram constituit, & vti ab eo possessa domus fuit Caio Seio vendidit. Quæro an pyra, quæ ab auctore domui coniuncta erat ad emtorem quoque iure emtionis pertineat*, &c. Hunc locum corrigendum nemo est qui negat, & *pilam* scribendum esse non fateatur. Est autem *pila* rupes in mari, quæ fit molibus, id est, ingentibus saxis iactis, vt supra dorsum eminens ędificia cõsurgant, de quo verbo etiam meminit. l. ergo. ff. de acquir. rerum dominio. Quanquam & alia significata habebat hoc verbum, quæ hic referre ad propositam materiam non spectet.

Calantica non Lautica legendum.

CAPVT XV.

IN titul. de auro & argento legato. l. argumento. 34. ff. codices ita scriptum habent: *Ornamentorum hæc vittæ mitæ & semitræ lautica*, &c. Quid eo in loco *lautica* velit nõ satis compertum est, quod vt intelligerẽ diu laboraui, nec potui inuenire quid *lautica* significet, nisi epularum magnificentiam. Quapropter puto mendosam ibi dictionem, & *calanticam* legendum. Notum namque est, vt apud Nonium legitur *calanticam* esse tegmen muliebre, quod capiti annectitur. Cicero in Clodium *Tu ne cum vincirentur pedes fueris cum calanticam capiti accommodares?*

Porcas non Porras legendum.

CAPVT XVI.

EMendanda est *lex vicinus* in tit. de aqua pluuia arcenda, 39 ff. in verbo, *portas*. Nam non *portas* vel *porgas* (vt interpres sensit) est legendum, sed *porcas*. Nam *porca*, vt ait Varro, & refert Nonius est: *terra elata inter duos sulcos Dicta quod eam secus frumentũ porrigitur*. Vel a *proiiciẽdo, quod vltra se semina proiici prohibet*, vel quod *prohibet ne aqua frumentis noceat*, vt auctor est Festus. Verba vero legis sunt hæc: *Vicinus locus superioris pratum ita arabat, vt per sulcos itemq; portas aqua ad inferiorem veniret, & cetera.*

Comminisceretur non commisceretur legendum.

CAPVT XVII.

IN l. 1. tit. de eo per quẽ factum erit, 2. ff. legitur: *Verum qui alios quoq; rogauerit, vt eum detinerent vel abducerent, ne iudicio sistat, siue scientes, siue ignorantes, quid esset ꝙ commisceretur.* Quo in loco

puto illud verbum *commiſceretur* mendoſum. Nam quid ibi *commiſceretur* velit non perſpicio, nec interpres recte declarat, quem enim locum ſibi vindicare poteſt in eo loco *commiſceretur*? qui propter non *commiſceretur*, ſed *commiſcſceretur* ſcribendum censeo. nam *commiſcor fingere* interdum ſignificat, vnde *commentum* dictum pro *fictione*. Sin autē *committeretur* quis vellet legere longe a communi litera diſcederet.

Smyrna non Sinurna legendum.

CAPVT XVIII.

IN l. vltima, titulo de publicanis libro. ff. 39. pleraque vocabula ſunt deprauata, quę in quantum in me erit a barbaris vindicabuntur. Legitur namq; ibi *Sinurna* vel *Sirina*, cum ſcribendum ſit *ſmurna*, ſiue *ſmyrna*. Eſt enim *ſmyrna* quam noſtri *myrrham* appellant. Hanc arbuſculam ſcribit Plin. in 12. natur. hiſtor. in Arabia præcipue naſci altitudine cubitorum quinque ſine ſpina, caudice duro & intorto, craſſiore quam thuris, corticem lenem habentem ſimilemque vnedoni, folium rotundius, ſed ſapore iuniperi. Inciditur myrrha bis hiſdem temporibus, quibus thus ſudat ſponte, priuſquam incidatur.

Pentaphylon non Pentaphorus ſcribendum.

CAPVT XIX.

IN eadem l. ſcribitur: *pentaphorum*, ego *pentaphyllon* ſcribēdum puto, quod latine dici poteſt *quinq; folium*.

Malobatrum non Malobaſtrum legendum.

CAPVT XX.

IN eadem l. ſcriptum habent mendoſi codices: *Malabaſtrum*, quod corrigendum eſt, & *malobatrum* legendum: Eſt enim *malabatrum* (vt Plin. ſcriptum reliquit, lib 12. natur. hiſtor.) *arbor, qua ex Syria fertur folio conuoluto aridō colore, exprimitur oleum ad vnguenta fertilore eiuſdem ex Ægypto.* Laudatius ex India venit.

Caſtamomum non Caſtramomum legendum.

CAPVT XXI.

IN eadem l. ſcriptum eſt *caſtramomum*, ſed non recte cum *coſtamomum* ſit legendum, vt verbum ſit compoſitum ex *coſto & amomo*, & ita reperi apud codicem vetuſtiſſimum. *Coſtum enim eſt frutex odore eximio, radix eius guſtu feruens*, vt auctor eſt Plinius in 12. de *amomo*. Idem Plin. hæc tradit: *Amomi vua in vſu eſt Indica vitis labruſca vt alii exiſtimauere frutice venenoſo, palmi altitudine, carpitur & cum radice manipulatim, leniter componitur, protinus fragile, lib. 12.*

Callamus non aliter legendum.

CAPVT XXII.

IN eadem l. ſcriptum eſt varie de verbo *callamus*. Nam quidam codices habent *callam*, quidā *callainus*, quidam *callamus*. Nos *callamus* legendum arbitramur, neque intelligendū de *calamo* quo

quoſcribimus,neque de *callamo* odorato,qui ex Arabia prouenit, de quo tractat Plinius in 12. ſed intelligendum de *callamo* lapide pretioſo, quia inter lapides eum connumerat Martianus Iuriſconſultus. Eſt enim *callamus* vnum ex generibus *arùs* ex Thaphiuſonaſcens, vt teſtatur Plinius 36. natur. hiſtor. Si quis vero *calais* legere vellet, auctoritate eiuſdem Plinii nititur, qui libro vltimo ſcribit, *calais* lapidem pretioſum eſſe *ſaphyrum* imitantem & candidiorem, litoroſo mari ſimilem.

Cylindrus an ſit legendum, an aliter.

CAPVT XXIII.

CODices varii in l. vlt. tit. de public. libro 39. ff. varie habent ſcriptum in verbo *chelin*: nam & *chelin* & *cheil* & *chelinne* reperio ſcriptum, neq; ex his potui rimari aliquem bonum ſenſum: lapidē pretioſum puto voluiſſe ſignificare Iuriſconſultum, quia inter lapides id verbum cōnumerat, quapropter nihil certum cenſeo, niſi *Cylindrus* ſit legendum, de quo meminit Iuriſconſultus in l. pediculis, de aur. & argen. lega. & tradit Plin. 37. Item *xilinas* veſtes legimus ex *xilo* lino Ægyptio, quæ & *Coslampinæ* appellantur.

Ceraunium non ceranium legendum.

CAPVT XXIV.

IN eadem l. varie legitur verbum, *ceranium*, cum ſit legendum *ceraunium*, quamquam Plin. fœminino genere *ceraunias* has lapides appellat libro vltimo, cap. 9.

Amphitapa non anſitaria legendum eſſe.

CAPVT XXV.

IN tit. de auro & argent. legat. lib. dige. 34. in l. veſtis, inter virilia veſtimenta connumeratur, verbum *anſitaria* ſeu *anſitapa*, quod corrigimus & *amphitapa*, eo in loco legendum proculdubio cenſemus. Sunt enim *amphitapæ* veſtes, quæ vtrinque ſunt piloſæ, vt refert Nonius.

Sicilicum non ſiliquam legendum eſſe.

CAPVT XXVI.

CODices pandectarum in titul. de annuis lega. l. liberto. 33. ita ſcriptum habent: *Quæſitum eſt cum nouerca vniuerſa hereditatis habeat dodrantem, ſemiunciam & ſiliquam, an eius partem dimidiam priuigno ſuo reſtituere*, &c. Hunc locum corrigimus & *ſiliquam* abiiciendum non dubitamus & *ſicilicum* eius loco ſcribendum. Eſt autem *ſicilicus* pars quarta vnciæ, qui ex ſex ſcrupulis conſtat, ita dictus; quod *ſemiunciam* ſecet. *Silica* autem non poteſt eo in loco vllo modo ſtare, quia non ſignificat quartam partē vnciæ, vt in ea lege intelligendum eſt, imo vncia continet *ſiliquas* ſex & quinquaginta ſupra centum, quod apertius oſtendimus in libello, quem de interpretatione verborum iuris ciuilis confecimus.

Emporia non Elemphoria legendum.

CAPVT XXVII.

IN lib. vlt. pandectarum, titul. de muneribus & honoribus. l. vlt. codices sic scriptum continent: *Elemphoria & hospitatura apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur*, &c. Quid hoc in loco *Elemphoria* velit quærendum est Ego quæsiui, sed incassum. Forte Emporia ibi scribendum est, sunt namque Empora loca, vbi mercatus seu nundinæ fiũt. Græci enim ἔμπορον *mercatorem*, ἐμπορίον *mercatum*, ἐμπορίον *oppidum siue alium quemuis locum, in quo fit mercatus*, vocant.

Lana succida, non lana succus scribendum.

CAPVT XXVIII.

COdices in l. vltim. tit. de publicanis 39 scriptum habent, *lana succus*. Cuius loco non dubito, quin *lana succida* sit scribendũ, ꝙ si quis recte perpendat, quin mihi astipuletur non ambigo.

Baphiæ non Baphia legendum, & alia,

CAPVT XXIX

SIc exarata sunt verba in l. vlt. tit de vestib. Holoberis & auratis lib. Codicis 11. *Et ideo septimum de scrinio exceptorum. Sextũ de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum, at quartũ de scrinio ad baphia Phœnices per certum tempus mitti iubemus*, &c. Hunc locum deprauatum nemo negabit. Quare ita corrigendum existimo, vt præpositio, *at*, quæ præponitur huic verbo, quartum, abiiciatur, nisi quis id, *at*, aut in *et*, vellet conuertere. Item alia præpositio, *ad*, quæ præponitur verbo *baphia* auferatur, & postponatur. Itemque legatur *baphiæ*, non *baphia*. Sic ergo series verborũ supra memoratorum erit ordinanda videlicet: *Et ideo septimũ de scrinio exceptorũ, sextum de scrinio canonũ, quintũ de scrinio tabulariorum, quartũ de scrinio baphiæ ad Phœnices*, &c. Præterea intelligendũ est *baphiam* nõ esse nomẽ prouinciæ, vt interpres ibi opinatus est, sed *baphiam* dici *tabernã tinctoriã*, quod & *baphiũ* dicitur, vt in l. priuatæ eodẽ libro tit. de murilegulis. Vnde *baphii, tinctores* dicuntur, & *lana bapha* & *dibapha*, seu *bapta* & *dibapta*, id est, *tincta* & *bistincta*. Græce namque βάπτειν est *tingere, inficere*.

Baphiorum non Pamphiorum legendum.

CAPVT XXX.

IN l. priuatę, titulo de murilegulis, li. 11. codicis, legitur *pamphiorum* vel *bamphiorum*, quo loco scribendum est *baphiorum*, quid verbum quid notet, supra declaratum est.

Num, legendum, non, aut non?

CAPVT XXXI.

IN l. penultima, titulo pro derelicto; libro ff. 41. sic scribi consueuit videlicet: *Si quis merces ex naue iactatas inuenisset, non ideo vsucapere nõ possit, quia viderẽtur derelictæ: Quæritur, sed verius est, eum pro derelicto vsucapere non posse.* Hunc locum si quis recte intuea-

fatueatur, non legendum arbitrabitur negatiue in principio l. sed interrogatiue & dubitatiue, nec scribet notam negantis *non*, sed notam dubitationis atq; interrogationis *non?* exemplo l. 1. §. ruetur, ff. de superficiebus, & l. qui decem in fine. ff. de solutio. & l. si procuratorio. ff. quando appel. sit. & multis aliis locis: Ita ergo puto legendum. *Non ideo vsucupare non possit, quia viderentur,* &c.

Schemate non stemmate legendum.

CAPVT XXXII.

IN Authentica, Interdicimus. titul. de episcopis & clericis. libr. 1. codicis, legitur: *stemmate*, quo loco *schemate*, est scribendum, quod & ratio suadet, & locus, ex quo descripta est illa authentica probat; Est namque *schema*, id quod nostri vocant *cultum, formam, figuramve*: vnde Imperator vtitur centies in Authentico, hoc verbo *schemate* pro *forma* seu cultu, & si qua sunt huiusmodi. Hinc dicimus, *χήματα λέξεως & χήματα διανοίας*, id est, figuras verborum & sententiarum. *Stemma* autem aliud significat, quod hic referendi locus non est.

An legendum si heres interfuerit, an si heredis interfuerit.

CAPVT XXXIII.

IN l. 1, §. hæc actio. ff. si quis testamento liber esse, legitur videlicet: *Sed & si heres interfuerit*, &c. Corrigendum hunc locum existimo, & legendum, *sed & si heredis interfuerit*, quod etiam mediocriter eruditus non inficiabitur.

Latus clauus pro latis clauis est legendum.

CAPVT XXXIV.

IN titulo de testamento militis, libro sexto, codicis. in l. si Ruffinus. codices ita scripti sunt: *Si Ruffinus vir clarissimus tribunus latis clauis maior annis lege diffinitus faciens testamentum te manumisit*, &c. Hic locus est depravatus, quamquam nemo aduertat. Nam eo in loco non *latis clauis*, sed *latus clauus* est legendum, quod verbum *patricium* signat. Nam *patricii, lati clauis* dicebantur a quodam genere *vestis*, qua ipsi vtebantur, quæ *clauos latos* vestibus consutos habebat. Vnde Varro dixit: *Si tunicam latis clauis quæ ex vna parte consuit: ex alia angustis, vtraque pars caret analogia.* De his *clauis* intelligit Vlpian. in leg. eum aurum & Pomponius in leg. sequenti. ff. de auro & argent. legato. De *laticlauo* Suetonius in Nerone: *A laticlauo cuius vxorem attrectauerat Cæsar.* Silius: *Sacrificam lato vestem distinguere clauo*, Quibus verbis notatur: *latum clauum* & sacerdoti concessum fuisse. Horatius: *Et latum demisit pectore clauum.* Quintilian. *Notatur interim negligentia latum habentium clauum.*

Matt. *Dum te posse negas nisi lato Gellia clauo. Nubere, nupsisti Gillia cestigero.* Tradunt & Mœcenatem in equestri ordine

sponte permansisse, cum vtiq; sumēdi *laticlauii* potestas ei pateat. Ex his potest intelligi, quid Gaius Iurisconsultus scripsit in l. nupendige. de donat. inter virum & vxorem.

Pannarios non partiarios legendum.

CAPVT XXXV.

Lib. 10. Cod. in l. negotiantis, de excusationibus munerum legitur *partiarios*, quod reor mendosum, & *pannarios* legendū a *panno*. Nam quid sibi velint *partiarii* eo in loco nō video, quanquam interpres ita legat. Sicut enim supra retulit vestiarios, linearios, purpurarios, ita sequi debet pannarios.

Cucuma scribendum, & non aliter.

CAPVT XXXVI.

COdices pleriq; mendosi sunt, in l. 1. dige. ad l. 1. Corneliā de sicariis, in verbo *cucuma*, quidam enim *cucunia*, quidā *cucurnia* scriptum habēt, cum sit scribendum *cucuma*. Quod verbum tanquam rarum inuentu, notauit Angelus Politianus vir vtriusq; eruditionis perititissimus. Est autem *cucuma* vasis genus, a quo fit diminutiuum *cucumella*, quo verbo vsus est Iurisconsult. in l. si quando, ff. si seruitus vindicetur.

Cucumas non cucurnia legendum. Et quid sint cucuma.

CAPVT XXXVII.

IN l. 1. titul. nulli licere in frenis & equestribus sellis, &c. lib. Codicis 11. sic scriptum est videlicet. *Aliis autem gemmis frena & equestres sellas & balteos suos priuatos exornare permittimus, cucurnia vero omnem personis qualemcunque gemmarum habitum principaliter summouemus*, &c. Hoc in loco, quid significet illud verbum *cucurnia* reperire non potui, sed id verbum varie scriptum reperio: nam quidam *cucuruis* continent. Quapropter legendum puto *cucumis*, de quo verbo superiori capite dictum est. Et hoc in loco *cucuma* accipientur pro his ornamētis, quæ ex auricalco fiunt in modum lancis, quæ loris affiguntur, puta habenis & ceteris loris, quæ a pectore & ab illibus equorum pendent.

Terreas non teneras legendum.

CAPVT XXXVIII.

IN l. si quando. ff. si seruitus vindicetur, ita legitur: *Labra & tenera cucumella*. Corrigenda est illa dictio *teneras*, & legendum *terreas*, id est, ex terra. Quæ vero sint *cucumella*, dictum est supra quamquam interpres male sit interpretatus in memorata. leg. si quando.

Decaprothi non Aprothi legendum. Et quid sint?

CAPVT XXXIX.

IN l. vltima tit. de muneribus & honoribus libr. vltimo. ff. ita Codices scriptum habent? *Nam decaprotichos aprothi tributa exigentes & corporale ministerium gerunt.* Hoc in loco illud verbum

aprothi,

aprothi, quid significet, ne quidē minima coniectura percipere potuimus, vnde quid sit *aprots*, & quid velit in eo loco quærendum est. Ego *decaproti* scribendum puto. Nam *decaproti* dicebantur, qui *Decaprotia* munus obibant (vt apparet liquido in l. 3. eodem tit. *Decaprotia* autem dicitur a nostris *decem primatus*. *Decaproti* vero, vel quod præfecti erant in decimis exigendis, vel quod decem ex actoribus præerant, nomen (vt quidam putant) sumsere. De verbo *Decaprotia* etiam meminit lex neque protestasiæ. C. de muneribus patrimoniorum, lib. 10.

Logarium non aliter scribendum.

CAPVT XL.

IN l. qui penum. ff. de penu legata. pleriq; Codices sunt mendosi. Nam aut *legatarium* aut *logatarium* habent scriptum. Ego puto *logarium* scribēdum, a Græco dictum. λόγος enim rationem significat. Liber est, in quo domesticæ rationes describuntur.

Aut Echinni non Antechinni legendum. Et quid sit pecten Echinni.

CAPVT XLI.

IN l. 1. titulo de monopoliis, lib. Cod. 4. quidam Codices mendosi ita scriptum habent: *Iubemus ne quis cuiusq; vestis vel piscis, vel pectinum forte antechinni monopolium audeat exercere.* Recti codices in hoc loco habent: *Aut echinni non antechinni.* Sed quia interpres eo loco, quid sit *pecten echinni*, non intellexit, & quia pulcra est eius indagatio, operæ pretium fore arbitratus sum, si quid sit *pecten echinni* subiecero. Est autem pecten echinni, qui ex *pelle echinni* conficiebatur. *Echinus* vero animal est spinosum paruum, qui & *Erinaceus* dicitur, cuius pellis apud maiores in vsum vestium conficiebatur, vt his vestimenta mundarent expolirentque, in quem vsum nos setis apri vti solemus. Plinius in 8. de hoc pectine loquitur apertissime: imo legem nostram, quamuis non fuerit legum interpres, nobis aperit, cuius verba subiicio: *In desperatione vero vrinam ex se reddunt talificam tergori suo, spinis noxiam, propter hoc se capignari. Quamobrem eximanita prius vrina ars est venari, & tunc præcipua est dos tergori.* Alias: *Corrupta fragilis, putribus, spinis atq; deciduis.* Et paulo infra idem Plinius: *Ipsum animal non verentur plerique dicere vitæ hominum superuacuum esse, si non sint illi aculei frustra vellerum mollities in pecude mortalibus data. Hac cute expoliuntur vestes, fraus magnum & ibi monopolium inuenit, de nulla re crebrioribus senatusconsultis, nulloq; non principe adito querimoniis prouincialibus.* Hæc Plinius de *pectine echinni*. Dictus est *echinnus* græca origine, nam Græci ἔχινος hirtum vocant. Est præterea echinnus piscis, & castanearum *thecahirta*, *echinni* dicuntur.

Gazophylacium non carzophylacium legi debere.

CAPVT XLII.

IN Authentico de restitutione fideicommiss. codices varii varie scriptum habẽt in verbo *Gazophylacium*. Qua propter non amplius *carzophylacium*, sed *Gazophylatium*, quod latine sonat opum conditorium a Gaza, quod Persica lingua opes significat, & φυλάττω custodio scribatur.

Alogistas non analogistas legendum esse.

CAPVT XLIII.

IN l. quidam decedens, ff. de administrat. tutor. quidam putant scribendum *alogistas* non *analogistas*, quibus adit pulor. Nam compositum verbum est, ab *a*, quod est *sine*, & λόγος *ratio*. Vnde & *logistæ* dicuntur rationales, id est, procuratores fisci & rerum privatarũ, vt in titulo de modo mulctarum, libr. 1. C. Vnde & *logographi* dicti, qui publicas rationes conscribunt, de quibus fit mentio in l. vltim. ff. de muneribus & honor. & in rubr. C. de tabularijs & logographis, lib. 10. *Alogista* ergo dicetur, qui non tenetur reddere administrationis suæ rationem.

Ebamma non Emblema scribendum. Et quid sit ebamma.

CAPVT XLIV.

IN l. si quis. ff. de tritico, vino & oleo legat. locus depravatus est, quem nunc corrigimus, Verba legis ita exarata sunt: *Si acetum quis legauerit, non continebitur legato acetum, quod vini numerositatis habuit, emblema autem continebitur, quia aceti numero fuit.* Quo loco non *emblema*, sed *embãma* est scribendum. Est enim *embãma* liquaminis genus, quo panem vel obsonium intingimus, dictum a Græco, nam ἐμβάπτειν est tingere, & inficere. *Emblemata* autem sunt poculorum ornamenta, quæ affigi & refigi poculo possunt, quę & aurea & argentea, & gemmis fieri solebant, de quibus habetur in l. si gemma de auro & argent. lega. Paulus Iurisconsultus, in l. pediculis. de auro & argent. lega. *Aurea emblemata, quæ in lapidibus assidibusque argenteis essent & replumbari possent, debari Gallus ait: Embãma* ergo est legendum, quod Latine *intinctum* & *immersio* dici potest. Et puto Iurisconsultum hoc in loco intellexisse de eo liquamine, quod fit ex immaturis vuis, quod vulgo agreste appellatur, quod proprio vocabulo Græci ὀμφάκιον, id est, omphacium dicunt.

Atrienses non atterenses legendum. Et quid sint Atrienses?

CAPVT XLV.

IN l. instrum. ff. de fundo instructo, codices scriptum habent *aterenses*, vbi *atrienses* est scribendum. *Atrienses* autem sunt, qui atrii curã habẽt, vt in l. sed & si. ff. de vsufr. qui & *atriarii* dicuntur.

Emphyteomata non Emponemata legendum. Et quid sit Emphyteosis apertum?

CAPVT XLVI.

DIu quæsitum est, quid significet verbum illud, scilicet *emponemata* in l. fi. C. de iu. emph. sicuti & de hoc verbo *emphyteosis*. Qua-

Quapropter quid in hoc sentio aperiam. Certū est. quod prædia quæ dabantur in *emphyteosin* sterilia erant, nam propterea dabātur, vt *emphyteota* ea prædia meliora sibi faceret, vt, si coleret plātaret q; arbores, & cetera faceret: quib. prædia meliora redduntur. Quāobrem *emphyteosis* est dicta, & cōtractus *emphyteoticus*. Nā Græce ἐμφυτεύω significat impono, planto, vnde & *emphyteomata*, illę meliorationes dictæ sunt, non dico *emponemata* (vt codices fere omnes habent) sed *emphyteomata*, quia inueni scriptū apud vetustissimum codicem. Si quis autem *emponemata* vult legere, dicat id verbū descendere a Græco πονέω quod est laboro. Quod autem interpres in memorata lege dicat, *emponematographos* eos esse, qui *emponemata* scribebant, nō dicit verum. Nam non *emponematographi* est legendū in l q̄ allegat sc. l. si quos C. de decurio. lib. 10 sed *hypomnematographi*. Nam *hypomnematographi* dicuntur, qui commentaria scribūt.

Corriguntur multa verba in Tit. de in diem adiectionis.

CAPVT XLVII.

MVltæ mendæ sunt, in rubri. & toto titu. dige. de in diem adiectione q̄ processerunt propter similitudinem duorū verborum, videlicet *addico* & *adicio*, quæ verba ponuntur sæpe numero in eo ti. Quapropter vt corrigere valeamus loca, quæ mēdosa sunt, primo videndum est quid ista verba significent & quomodo variātur. Verbum *addico* idem est, q̄ *destino & voueo*, vt in l addictos. C. de epi. & cle. & in ti. de appe. Cice. *Et is qui morti addictus erat paucos sibi dies cōmēdandorum suorum causſa postulasset*. Facit in præterito perfecto *addixi*, & supino *addictum*, & nomen verbale *addictio*, q̄ est destinatio, seu si recte dici posset destinata vēditio. Vnde addictio indiē, quæ sub cōditione resoluitur, nisi quis meliore cōditionem attulerit, valeat venditio. Verbum autem *adicio* idem significat quod *adiungo*, *addo*, quod facit *adieci* & *adiectū* & nomen verbale *adiectio* quod est idē, quod *adiunctio*. Et hæc verba spectāt in nostro titulo personam emtoris, sicut *addico* & sua deriuata spectant personam venditoris, nam venditor fundum addicit Titio, nisi melior cōditio ab alio afferatur intra diem certum, Gaius adiicit vel addit meliorem conditionem, & ita admit fundum Titio. Hęc melius sensu percipiuntur quam verbis concipiantur, satis dictum ingenium habenti. Est præterea notandum, quod in eo titulo ponitur verbum *addo* siue *additur* siue *additum*, quod idem est quod *adiungo*, & spectat personam emtoris.

Pantomimum non Pantonium legendum.

CAPVT XLVIII.

LEgitur in l. 3. dige. de condictione causſa data causſa non secuta, *Paridem Pantominum* vel *Pantonium*, vbi legendū est, *Pantomimum*. *Paris* nanq, *Pantomimus* dictus est, eo quod omnia imitabatur. Mimi nanq, hystriones sunt, & *Pantomimi*, qui omnes gestus imitari sciebant, qui modo huius, modo illius personam sumebant, πᾶν enim omne & μίμος, imitator dicitur.

Sitocomas non Sicomas legendum, & quid sint.

CAP. XLIX.

SCriptum est ita in l. vlt. tit. de administratione rerum ad ciuitates pertinentium. *Item rescripserunt Sicomas indemnes esse oportere, qui non segniter officio suo functi sunt.* Hūc locū corrigamus, & nō *sicomas* sed *sitocomas* legamus. Est enim *sitocoma* præfectus frumētarię seu qui frumentario munere fungitur. Nam σῖτος frumentum & curo. Ex his intelligemus, l. sextam decimam, dig. de vacat. mune. vbi interpres scripsit *sitoniam* nomen esse prouinciæ, sed non recte, nam *sitonia* frumentaria dicitur.

Siriarchia non Sinarchia legendum.

CAPVT L.

MEndosos codices inuenio, in l. 1. C. de officio comitis orientis, nam scriptum habent *Synarchia*, cum *Syriarchia* sit legēdum q; interptatur Syriæ præfectura, vnde Syriarcha Syriæ præfectus.

Liminarchiæ non Litarchia legendum.

CAPVT LI.

EAdem in l. scribitur *litarchia*, cum sit legendum *liminarchia*, q; interpretatur liminum præfectura, vnde *liminarcha* præfectus liminis imperii, seu militum, qui limina custodiunt, qui *limitanei* dicuntur, vt in l. 2. Codic. de officio præfecti prætorio Afr. Hinc fundi limito trophii sunt dicti qui alimēta limitaneis præstabant, quod male intellexerunt interpretes in titul. Codic. de *limotrophis fundis*, lib 11. Nam descriptionem fundorum nescio quam ibi commenti sunt. Præterea iidem interpretes dixerūt *irenarcham* idē esse, quod *liminarcham*, quod non est verum: cum *irenarcha* sit ille, qui gratia habendæ quietis & pacis & persequendorum latronum præpositus erat in locis diuersis, vt ostendit lex vltima ff. de mune. & hono. & in titu. de *irenarchis*. C. lib. 12. Et dicitur *irenarcha* ab εἰρήνη quod est *pax* & ἄρχος *princeps*.

Epistomea non Epitonea legendum, & quid sit.

CAPVT LII.

SIc scriptum est, in l. fundi. dige. de actionibus emti: *Epitonea fistula aplumbata*, quo in loco est legendum *epistomea fistula aplumbata*, & significat fistulā, quæ ad os, ex quo oritur aqua aplūbatur, dicta ab ἐπί quod est in vel supra, & στόμα quod est os.

Lucuco & Lucuca non aliter legendum.

CAPVT LIII.

MEndosi codices sunt, in titu. de cupressis lib. 11. Codicis leg. 1. nam varii varie scriptum habent ibi *luco* & *lucha*, cum (vt mea fert sententia) legendum sit *lucuco* & *lucuca*, vt sint ablatiui casus, vt cetera verba inferiora ostendunt: & intelligendum est *lucucum* & *lucucam* custodes luci Dampheſis in quo cupressi alebātur: alias nullum bonum intellectum extrahi posse videtur. Verba legis ita scripta sunt, *sed nec a lucuco nec a lucuca vnam cupressum aliu plantatu excidere sibi licere contendat.*

Male exponitur quo magis, id est, quo minus.

CAPVT LIV.

IN l. quotiens C. de iudiciis, interpres exponit *quo magis*, id est, *quo minus*, & hoc facit, quia alias verba sensui cõtradicerent. Ego autem non video quo pacto, *quo magis* exponatur, pro *quo minus*, cum hęc contraria sint. Quis enim id, quod *nigrum est*, poterit recte dicere *album esse*? item quis dicet idem significare *plus*, quod *minus*? ita quis tam stultus est, vt in l. nostra exponat *quo magis*, id est, *quo minus*. Quę enim difficultas fuisset Imperatori aut cõpilatoribus, qui facilitati studuere & obscuritati obuiauere, dicere *quo minus*. Quapropter puto aut incuria librariorum *quo minus* in *quo magis* cõmutatũ, aut negationem deficere in fine legis, quę negare debeat verbũ terminetur. Verba legis ita exarata sunt: *Quoties ęstio status bonorum disceptationi concurrit, nihil prohibet quo magis apud eum quoq;, qui alioquin super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur.* Ego autem ita legerem: *disceptatio non terminetur*, vel vbi scriptum est, *quo magis*, scriberem *quo minus*.

Deficit negatio in l. 1. de verb. oblig.

CAPVT LV.

IN l. 1. tit. de verb. obliga. libro dige. 45 sic codices nostri scriptum habent: *Si sine verbis annuisset, non tantum ciuiliter sed nec naturaliter obligatur.* Hæc verba non habent sensum perfectum, quamuis quid senserit Iurisconsul. aperte intelligatur, sed vna negatio deficit, quæ negare debeat illud dictum, *non tantum ciuiliter*, &c. vt ita legere debeamus, *non tantum non ciuiliter, sed nec naturaliter obligatur*, & sic sermo rectus erit, & sententiæ Iurisconsulti conformis. Si autem vt communis litera manet legamus, primũ dictum affirmabimus & secundum negabimus, quod est contra sensum legis. Nec est dicendum, quod illa negatio, quæ præcedit dictionem *tantum*, negat verbum, quia solum modo negat dictionem *tãtum*, alias si diceres quod negaret totam orationem, nunquam daretur oratio affirmatiua, in qua præcederent hæ dictiones, scilicet *non tantum*. Quod non est dicendum. Nam hic est rectus sermo & oratio affirmatiua videlicet non solum studeo, sed etiam mercor, ita non solum scribo sed etiam lego. At si ita verba conciperes, non solum studeo, sed nec mercor, insulsa esset oratio, quemadmodum est in nostra lege. Si vero ita concipias, non tãtum non studeo sed nec mercor, recta oratio erit, sicut debet esse in l. nostra, qui error incuria librariorum euenit, sed in ea oratione dictio, autem, nihil peficit, imo videtur elegantiæ detrahere quod forte successit loco negationis.

Brephotrophium non Bephotrophium legendum.

CAPVT LVI.

COrrigendum est verbum *bephotrophium* in l. illud. C. de Episc. & cleric. & in aliis plerisque locis, & *brephotrophium* est legen-

dum, quod interpretatur *locus in quo infantes aluntur*, a βρίφω, quod est infans, τροφὴ *cibus*.

Capitatio non captus legendum.

CAPVT LVII.

IN l.vlt.C.de officio præfecti prætoris Africæ, prope finē ita scriptum est, *pro annonis & captu, &c.* Quid hoc in loco sibi velit *captu*, non video. Propterea *capitationis* legendum non dubito, q̄ probatur ex rubri.& in l.1.C.de annonis & capitatione.

Qui sint Diui fratres & alia.

CAPVT. LVIII.

HIc corrigenda puto pleraque loca deprauata in iure. Nam vbicūq; scriptum est hoc modo: *Diuus Antoninus cū fratre suo*, ibi scribēdum est, *Diuus Antoninus cum patre suo*: quāquā crebrius vere legatur, tamen in pleriſq; locis mēdosi sunt codices, fuerunt nāq; *Diuus Seuerus* & *Diuus Antoninus* Imperatores, qui diu simul regnarūt. Nā eo tēpore bini & terni solebant imperare. Propterea inuenimus plerūq; hos Imperatores pariter in iure ff. &C. eādem legē ferētes. Diuus Seuerus fuit pater, Antoninus vero filius, & tam Seuerus ante Antoninū factū Augustum, quā Antoninus post mortem Seueri sui patris solus imperauit: hi *magni* cognominati sunt, vt in l.1.ff.de requirendis reis.& in l.vlti. ff.de priui.vetera. Hos fratres fuisse opinatus est interpres in l.de qua re dige.de inofficio.testa.quod falsum est. Nam hi quos legimus, sæpenumero in voluminibus dige & codicis diuos fratres non fuerunt *Antoninus* & *Seuerus*, quos supra memorauimus, sed alii fuerūt, quorum alter *Marcus* alter *Commodus* nominati sunt, & ante Seuerū & Antoninum imperarunt. Nam *Marcus* & *Commodus* locum decimū septimum imperii a Iulio Cæsare sibi vindicarūt, *Seuerus* autem & *Antoninus* primo & vigesimo loco regnarunt: quod latius diximus in opusculo, quod de serie Imperatorum confecimus.

Delenda dictio.fratres,in Instit. titul. de codicillis.

CAPVT XLIX.

IN Institutionibus.tit.de codicillis apud recentes codices legitur *Diui fratres Seuerus & Antoninus*, q̄ est falsum, vt supra ostendimus. Nam hi non sunt quos lex vero vocabulo *fratres* appellat. Quapropter delenda est, illa dictio, *fratres*, & legendum *Diuus Seuerus & Antoninus*.

Certaminis non certam in his legendum.

CAPVT LX.

INterpres iuris nostri in l.si testamentum. C.de instit. & substi. legit duobus modis illud verbum, *certaminis*. Ait, enim *certaminis* vel *certam in iis*, posse legi, quod non est verum: nam tantummodo *certaminis* est legendum propter illud relatiuum, *quod*, sequens & *certaminis* verbum referens. Verba legis ita exata sunt: *Papinianus respōdit, vicos reipu. relictos qui proprios fines habebāt non ideo ex fideicom-*

deitem missso nō minus deberi, quod testator fines eorum & certaminis formam, quod celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, &c.

Ianthinum non aliter legendum.

CAPVT LXI.

ITa scriptum est in l. si cui lana. ff. de leg. 3. videlicet: *Purpura autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto, sed coccū non continebitur. fucinum, & iachinum cōtinebitur.* Hoc in loco deprauata est dictio ill. *ſiachinū*: nam pleriq; codices habēt *iacinthū* alii vero *iachinum*, cum legendū sit *ianthinum*. Est autem *ianthinū* quo *ianthina*, id est, *violacea vestes* tinguntur, siquidem *ianthinus color, purpurea viola* color est. Nam cum Græci ceterarum violatū genera propris nominib. vocent, vt ἰὸν μέλαν *violam nigram* ἰὸν λεύκον *violam albam*, ἰὸν ξανθὸν *violam luteam*, solam *purpuream* generali vocabulo ἰὸν ξανθὸν, id est, *violam florem* vocant, vnde *ianthinæ* vestimenta dicta sunt. Marti:

Coccina famosa donas & ianthia macha,
Vis dare qua meruit munera, mitte togam.

Est prēterea color hyacinthinus, cæleſtinus color, vnde hyacinthina legimus, in l. C. quæ res vend. non possunt.

Epimetatis non Epidematicis legendum.

CAPVT LXII.

IN tit. de metatis & *epidematicis*, lib. 12. C. in rubr. quid significaret illud verbum *epidematicis* diu quæsiuimus, & fessi nihil certi inuenire potuimus, vnū tamen cognouimus, q̄ illud verbum, integrū sit nec ne, significat inscriptiones quasdam, quæ fiebant a mēsorib. domorū, quib. significabatur, quis hospitaturus in ea domo esset (vt ostendit lex prima eius tit.) qua propter deprauatū verbum reor & *epimetaticis* legendum, ab ἐπὶ quod est in, & *metatis*. Nam *metata* erant præstationes domorū, quæ præstari solebant militib. in prouinciis a priuatis hominib. & vt sine cuiusq; iniuria cōmode hospitarentur, erant qui domos metirentur & cōsignarent hospitibus, vt quisq, pro census seu domorū quantitate grauaretur, qui mensores dicebātur: hospes autē vel miles qui recipiebatur *metator* nuncupabatur, illæ mēsurationes vel domorū præstationes *metata* appellabantur, domini vero domorū *metata* præstare a prēside cogebantur. Hæc vocabula in eo tit. reperiuntur.

Blata & oxyblata an recte scribatur.

CAPVT LXIII.

IN l. i. C. quæ res vendi non possunt legitur *lana blata & oxyblata* quæ verba quid notent non satis coniectura perspicio, nisi legi debeat *bapta & dibapta*, id est, *tincta & bistincta*, vt supra latius est dictum. Hic tamen nihil certi censeo.

Olobera vestimenta an recte dicantur.

CAPVT LXIV.

IN rubrica. C. de vestibus oloberis & auratis, lib. 11. quæsitum est die, quid sint *olobera vestimenta*, nihil tamen certum inuentum est. Quamobrem multis videbatur legendum *holoseriais*, quod verbum notat vestes totas ex serico. Ego nihil censeo.

Pelles Parthicæ non Baumestiæ legendum.

CAPVT LXV.

QVidam codices in l. vltima. ff. de publ. habent scriptum *pelles Baumestiæ*, quidam *pelles Parthicæ*. Primū quid sibi velit non video, secundum est clarum, quia a *Parthis* populis dicuntur.

Nautebatæ qui sint.

CAPVT LXVI.

SIc scriptum est, in l. vltima. ff. nautæ, caupones, stabularii: *Equidem si quis ex iis, quos vulgo nautebatas dicunt*, &c. Hic textus nō video quomodo stare possit. *Nam nautebatas* scribendum videtur, vt sit accusatiui casus, vel illud relatiuum *quos*, est scribendum *qui*, & postea *dicuntur*. Quapropter quærendum est, qui sint *nautebatæ*. Interpres non recte intellexit, ait enim *eos esse maiores nautas, qui operas suas præstabant, vt exercitor res suas in nauem portare pateretur*. Quod non est dicendum, cum *nautebatæ* dicatur *cursor*, *nautæ* vel *ascensor*. Nam βαίνω ascendo significat, vnde & *schenobates* dicitur *ascensor funium* a σχοινὸς quod est *funis*, & βαίνω, *ascendo*. Sunt ergo *nautebatæ* qui ascendunt & currunt per funes, arborem, & similia in naui.

Legendum sarcocola non sargogola.

CAPVT LXVII.

IN l. vltim. dig. de publ. legitur sargogola, in quo loco est legendum sarcocola, quod est genus gummi, quod ex oriente fertur.

Commilitium non commilitonum legendum.

CAPVT LXVIII.

LEx ita scripta est, in lib. 50. ff. tit. de Castrensi peculio: *Nobis itaque videtur si ante commilitonum factum sit testamentum*, &c. In hoc loco interpres legit *commilitonum* vel militum, sed *commilitium* est legendum, & ita recti codices habent. Est enim *commilitium* sub eodem duce militia commilitonum. Cornelius Tacitus: *Penes quos ciuitatis regimen in commilitium adsciti.*

Corruptus textus in l. 2. de orig iuris.

CAPVT LXIX.

SCriptum est ita, in l. 2. tit. de origine iuris, *Temporibus quibus superbus Demarati Corinthii filius*. Hic textus est mendosus. Nam *superbus Tarquinius* non fuit filius *Demarati Corinthii*, sed fuit nepos ex patre *Tarquinio Prisco*, qui & *Lucumo* dictus fuit. Quidam codices habent ita scriptum: *Superbus Demarati Corinthii Tarquinii filius*, quod quamuis magis historiæ adhæreat, attamen obscu-

obscuriſſimum eſt. Si vero ita verba conciperentur: *Superbus Damarati Corinthii filii filius*, rectius legeretur.

Album non alium legendum.

CAPVT LXX.

IN l.1.tit.de edendo.digeſt.lib.2.ita ſcribitur: *Eum quoq; edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ſuum ad alium, & demonſtrat quod dicturus eſt, &c.* Hoc verbum *alium* in archetypo *album* legitur, vt atteſtatur Angelus Politianus, cui inſpiciendi exemplaris facultas non denegata eſt, & de *albo prætoris* intelligendum eſſe ait.

Pius Antonius Bartolinus Bonifacio Fantucio in almæ vrbis Bono.Gymnaſio Legum Doctori excellentiſſimo, ac Præceptori ſuo præcipuo. S.P.D.

NVperrime correximus nonnulla loca qua in corpore iuris ciuilis mendoſa erant, qua inſtantibus amicis noſtris edidimus. Nunc autem par viſum eſt, vt ad te dem nonnullarum legum nouas, ac prater communem opinionem ſententias, vt tuum ſeueriſſimum iudicium experiantur, quod ſi noſtro conforme erit non dubito quin ceteri Iuriſperiti nobis aſtipulentur: Quas poſtea ſi conſulueris pro communi vtilitate, & vt noſtris condiſcipulis morem geram, edere non dubitabo. Quod ſi factum erit nomine & auſpicio tuo, eas edam, tibique ex nunc dedico, eorumq; te protectorem præcipuum eſſe volo, quod faciam non vt quemquam vel carpere, vel notare cogitauerim, ſed vt veritas amplius non lateat. Non enim ignoro quam plurimos viros fuiſſe & eſſe, qui difficiliora & abſtruſiora palam nobis facere, ſed quandoq; bonus dormitat Homerus, & non omnes per omnia ſed certi per certa meliores & deteriores ſumus, vt ait Iuſtinia. tit. de veteri iure enucleando, ad Tribunianum. Poteſt præterea (vt idem teſtatur) vnius forſan & deterioris ſententia multos & maiores in aliqua parte ſuperare. Suſcipe ergo has noſtras lucubratiunculas fronte non matutina, quod ſi facies propitium non iniucundiora recipies. Vale.

Pii Antonii Bartol. lex noua.

LEx ita eſt concepta, *in tit. de ſacroſanc. Eccleſ. lib.1.C. Nemo Apoſtolorum vel Martyrum ſedem humanis corporibus extimet eſſe conceſſam.* Maiores noſtri præceptores tres quatuor ve ſententias huic compendioſæ legi dedere, Quas apud Bartol. Bal. & Paulum, ceteroſque qui commentarios fecere liquido perſpicimus, quorum nulla vera eſt, iuxta illud vulgare prouerbium, cuius auctorem tradunt Boetium: *Quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur.* In refellendo has ſententias non conteram tempus, quia malo pauca & vtilia ſcribere, quam multis in vtilibus ingenia prægrauare (vt vtar verbis ſacratiſſimi Iuſtiniani in *tit. de vetur. enucle.*) Dicamus ergo verum & nouum legis ſenſum: *Quod lex prohibet, ne humana corpora, id eſt, cadauera mortalium ſepeliantur*

in *sepulcris Apostolorum vel Martyrum.* Hic verus legis sensus est, qui tibi, cum alias ostenderim, mirum in modum placuit, nec dubitasti affirmare, verum Imperatoris sensum hunc fuisse, quem nō aliter argumentationibus fulcio, ne videar iurisperitorum iudicio diffidere, non.n. dubito quin recte sentientes nobis adstipulentur.

Pii Anton. Bartol. lex noua.

IN *l. præalle. ſ. 11. C. de ſacroſanc. Eccle.* Bart. dixit casum esse *in l. Baſilicam. C. de publ operi. quod in Eccleſ non debent fieri contractus,* Parcent Bart. manes reuerendi. Illam. l. non intellexit nec Bart. neq; interpretes ceteri. Nam intelligunt *Baſilicam* pro Eccle. quod est falsum: Nam *Baſilica* est locus publ. *non ſacer.* in quo & negotia & iudicia populus exercebat. Vnde Vitruuius docet *Baſilicam* ita fieri oportere, vt superius iudicia, inferius negotia exerceri possint, sed quis melior testis nostro Paulo *in l. pediculis. ff. de aur. & argen. lega.* qui ita scripsit: *Cum teſtatrix negotiatrix fuerit an non ſolum argentum, quod in domo vel vltra horreum vſibus eius fuerit, legato cedit ſed etiam quod in Baſilica fuerit mulicbre.* Resp. *Si teſtatrix habuerit proprium argentum ad vſum ſuum paratum, non videri id legatum quod negotiandi cauſſa venale proponi ſoleret, &c.* In hac significatione ponitur *Baſilica*, in *l. inter ſtipulantem. ff. de verbo. obli. & Inſti. de emts.* & multis aliis locis. *ff. & C.* Nō tamen eo inficias, quin & *Baſilica* accipiatur pro *Eccleſia* sed hoc rudiore & recenti significatione, vt apud sacros canones & in Authenticorum volumine. Sed emuncti Iurisconsulti aliter id verbum posuere, vt supra memoratum est. Non ergo prohibet. *l Baſilicam* cōtractus in ea fieri, imo multi contractus in ea fiebant, sed prohibet ne ibi tabulata fiant, vel ergasteria seu tabernæ pergulæue, vel tabulæ pictæ appendantur imaginesue, ne pulcritudo ædificii obumbretur. Vt liquido apparet in *d. l.*

Anton. Pii Bart. lex noua.

LEx ita lata est, *in lib. ff orum. 7. tit. de vſufr. Vſufru. nouum tectorū parietibus, qui rudes fuiſſent, imponere nō poteſt, &c.* Hāc legem interpres alias eruditissimus non intellexit, adsit reuerentia vero: Nam *tectorium* pro *tecto* accepit & alia nonnulla interpretatus est, quæ nulla veritate nituntur. Intellexit n. Accursius quod nō liceat vsufruct. tectum nouum parietibus superponere. Nos alium & verū aperimus sensum huius legis. Est.n. intelligenda lex ita, vt prohibeat vsufructuariū, *ne tectorium parietib. rudibus imponat,* id est, *ne imponat parietibus dealbatione ſiue oblinitione incruſtationeſue.* Quid enim aliud est *tectorium*, quam *parietum dealbatio seu oblinitio*, quæ ex calce seu gypso fieri solet, vt domus elegantior atque ornatior sit. *Parietes rudes* dicuntur, cum nondum sunt calce obliniti, sed in prima forma sua permanent: *Tectorium* ab *incruſtatione* eo differt, quod *incruſtatio* sit ex *cruſtulis*, id est, *laminibus lapidum*, puta marmoreis vel ex alio lapide in tenues lamminas sectione. *tectorio.* Iuuen. de fucata muliere loquens.

Tan-

Tandem aperit vultum & tectoria prima reponit,
Incipit agnosci, &c.

Potuerunt admoneri nostri maiores ex, *l. hactenus in eod. tit.* quod *tectorium* & *tectum* differunt, in qua dicitur quod *tectoria* voluptatis caussa fiebant. Item ex. *l. nostra*, quæ ait: *Tametsi meliorem excolendo ædificium, &c.* Nam *excolere* est *ornare*, *decorare*, *cultiorem reddere*. Hinc *tector* dicitur qui *tectoria* parietibus imponit, de quo fit mentio in *l. si vt certo ff. commo.*

Pii Anton. Bart. lex noua.

AIt Iurisconsul. *in tit. de censibus lib. dige. vlt. in l. forma. Qua posit censum editum nata aut postea quæsita sunt, intra finem operis consummati, possessionibus edi possunt.* Præceptores nostri hunc locũ non recte perceperunt vt mea fert opinio: opinati enim sunt hanc legem ita intelligendam, quod ea quæ nascuntur aut quæruntur, *interim dum cẽsus editur & scriptura professionis fit*, possint profiteri seu denuntiari, & sic intellexerunt de illo paruo tempore, quod intercapitur *dum fit scriptura*, vt si eo interuallo seu momento quid acquiratur, possit denuntiari *censitoribus* seu *tabularijs*. Ego aliter hanc legem intelligo. Nam per absurdum est intelligere *de quæsitis eo minimo interuallo & momento*: quid enim acquiri potest *eo momento*, vt ait Imperator *in l. si in fin. C. de bonis quæ libe.* & maxime quia lex ait: *Prius censum editum*, quæ verba *perfectionem & finem editi census* denotant. Dicamus ergo legem ita intelligendam, vt ea *quæ nascuntur & acquiruntur, postquam est editus census*, possint denuntiari *censitoribus*, vt *census* seu *tributum* imponatur, & hoc debent *facere*, id est, *denuntiare*, antequam opus acceperit perfectionem & finis impositus sit: Exempli gratia. Postquam omnia mea bona denuntiaui censitoribus, incepi ædificare palatiũ, & vineam facere, & si qua sunt huiusmodi. Iubet lex hæc denuntiari intra finem operis consummati. Si quis autem obiiceret, quæ nascuntur, videntur statim cum nata sunt perfectionem accipere. Sed hoc ad quędam non ad omnia. Item ad ea quæ acquiruntur potius, quam ad quæ nascuntur, inferiora verba adaptantur.

Antonii Pii Bartol. lex noua.

IN *tit. ad. l. Corn. de sica. lib. ff.* 48. lex tertia ait: *Qui hominem libidinis caussa vel commercii castrauerit ex Senatus consul. pœna legis puniatur.* Hunc locum interpretes male intellexerunt: nam putauerunt *caussa libidinis castrari*, id est, propterea quod hi homines qui castrarentur *essent libidinosi*, & quod propter suam *libidinem castrabantur*. Hæc interpretatio non est bona, cum sit intelligendum de libidine *castrantis*. Nam lex nostra prohibet, ne quis castret homines *caussa libidinis*, id est, vt exerceat postea in castratum *libidinem suam*, eoque aburatur ac in deliciis habeat. Nam castrati molles & effœminati erant & sine barba. Iuuen.

Sunt quos Eunuchos imberbis ac mollia semper,
Oscula delectent & desperatio barbæ.

Idem. *Nullum ephebum*
Deformem sæua castrauit in arce Tyrannus,
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem vel
Strumosum, atq; vtero pariter gibboq; tumentem.

Verbum autem *commercii* in ea l. vendendi causſam continet.

Pii Antonii Bartol. lex noua.

CElſus in *tit. de vſuſruct. lib. dig. 6. in l. item ſi. ait*: *Seminarios fructus puto ad fructuarium pertinere, ita tamen vt etiam vendere et seminare liceat, debet tamen conferendi agri, cauſſa ſeminarium paratum ſemper renouare, quaſi inſtrumentum agri vt finito vſufructu domino reſtituatur.* Et Vlpianus *in l. vel ſi. ff. de impen. dota.* ita ſcripſit: *Vel ſeminaria pro vtilitate agri fecit, &c.* Hæc loca maiores noſtri præceptores non intellexerunt, & hoc propterea quod ignorarunt quid ſit *ſeminarium*. Nam putarunt *ſeminarios* fructus ſeu *ſeminarium* eſſe locum, in quo frumenta ad ſeminandum reponebantur, vt ſcriptum reliquerunt eo in loco, quod falſum eſt. Aperiamus ergo legum verum ſenſum, ne amplius eas tenebræ contineant: Qui ſenſus apertiſſimus erit: ſi declarabitur quid ſit *ſeminarium*. Eſt enim *ſeminarium*, *plantarium*, ſiue *locus conſitus nouellis teneriſq; arboribus*, ex quo ſtirpitus euulſæ arbores alio tranſportantur atque plantantur, vt ex duabus ll. memoratis facile poteſt coniectari. Vlpianus *in l. 3. dig. arbo. furti. cæſa. Quod ſi e ſeminario, id eſt, ſtirpitus arborem tranſtulerit, eam quamuis nondum comprehenderit terram, arborem tamen videri.* Columella, *ſeminaria vitium facienda. Seminarium a ſemine* dictum eſt. Nam *ſemen* & de arboribus recte dicitur. Vergil. in 2. Georg.

Seminibus poſtis ſupereſt deducere terram. *Seminarium* ipſa prima ſatio eſt: *Plantarium* vero poſtquam translatæ ſunt arbores e *ſeminario*, quod maxime dicimus in olitoriis. Ex hiſ-ce ſupra memoratæ facile intelliguntur.

Pii Anton. Bartol lex noua.

IN *tit. ad munici. lib. digeſt.* lex ita eſt ſcripta: *Titio cum eſſet Romæ ſtudiorum gratia, Epiſtola miſſa eſt a magiſtra. patria ſua, vt porrigeret Impera. decretum eiuſdem ciuitatis, quod erat cum Epiſtola miſſum: is autẽ qui ſuſcepit lituras reſtituendas, colliſione facta, dedit Lucio Titio, qui & ipſe Romæ morabatur ſuæ rei gratia, ſublato Titii nomine, cui erat decretum miſſum, vt per ipſum daretur, ſuum nomen inſcripſit, & ſic Imperatori ſecundum mandata reipub. decretum dedit, &c.* Hanc l. non intellexerunt maiores noſtri, vt mea fert ſententia. Nam opinio eorum fuit, vt in illa, l. quæſtio ſit, quis debeat *viaticum* petere a nuntio, qui tulit literas, & ſic *viaticum* accipient pro *mercede* quæ debebatur Titio, vt decretum Imperatori porrigeret. Hic ſenſus eſt abſurdus, pace eorum dixerim. Quod enim *viaticum* debetur Titio? quis eius labor in porrigendo decreto? quæ merces ei conſtituenda eſt? qui centum forte paſſus in adeundo prin-

principe confecerit, item quas expensas in itinere fecit, vt ei *viaticum* debeatur. Præterea lex dicit *ab eo petere potest*, illud relatiuũ, *eo* quomodo possit referri recte ad nuntium non video. Sed ne quod falsum patet, in refellendo longior sim, breuiter legem hanc intelligendam puto, vt quæratur, vbi de *viatico*, id est, *expensis, quæ fiunt in studio a scolhastico*, nam & id *viaticum* dicitur, vt *in l. si longius ff. de iudi. & in l. cum filiusfa. dig. si. cer. pet* quod viaticum Respu. decreuerat eo decreto, vt daretur Titio Romæ studenti, & relatiuum *eo*, refert personam principis. Nostræ sententiæ suffragantur illa verba, *in l. studiorum gratia*, &c. Sed ea in l. notandum est, quod Iurisconsultus propositis *tribus quæstionibus*, *vni* tantummodo respondet, quod forte a compilatoribus id omissum est ex consulto. Item quod interpres in ea, l. exponat *restituendas*, id est, *dandas*, quia, vt ait, *restituere* quandoq; est *dare*. Tu dic legem proprie loqui, quia qui *scribit*, dicitur dare literas tabellario *ferendas*: *Tabellarius* vero seu *nuntius* dicitur restituere seu reddere tertiæ personæ. Laus Deo.

FINIS.

IANI PARRHASII SYLLOGE IV. DE REBVS PER EPISTOLAM QVÆSITIS, ALIAQVE AD REM CRIticam spectantia.

HENRICVS STEPHANVS LVDOVICO Casteluetro S. P. D.

Mitto ad te mi Ludouice quasdam lucubrationum Iani Parrhasii reliquias, quæ si tibi æque ac mihi placebunt, in munusculo munus ingens accipies: sin illæ non tanti apud te pretii fuerint, quanti apud me sunt, at pretiosas vel ipsa donantis manus (vt spero) efficiet. Sed ego aut valde fallor, aut eas obuiis (quod aiunt) amplecteris vlnis: & quamuis non eo pumice tersas quo sunt ceteræ, atq; adeo alicubi plane etiam rudes & impolitas, Parrhasii tamen esse recordaberis, id est, viri tam feliciter tantaque cum laude in hoc scribendi genere versati, vt nihil, paruum ab eo debeat exspectari. Atqui (dicet aliquis) his eius scriptis leuiuscula nonnulla permixta sunt. Id quidem certe & ipse fateor, & mecum fatebuntur ceteri quoque, qui Ianum amant & colunt, sed captus eorum quibus scribebat, rationem habuisse, & ad eum se accommodare voluisse, ac ne vllam quidem horum partem eo animo vt in lucem qualia, sunt ederet, scripsisse, eum respondeo. Ego tamen, quum vir optimus omnisque politioris doctrinæ studiosissimus Iouas, ea mihi dans, simul etiam ius in ea omne dedisset, & de iis pro arbitrio statuere permisisset, in tenebris

iacere velle, qualiacunq; sunt, eius esse putaui, qui gloriæ Parrhasii inuideret, contra vero, luce donare, eius qui illi faueret. Etsi enim multos auctorum locos qui Iani ætate obscuri erant, nobis claros reddiderunt ea quæ postea reperta fuerunt adminicula, nihilo minoris propterea æstimandum est illius in explanandis quæ obscura tunc erant acumen. Verũ enimuero quid cum plerisq; hominibus agas, qui doctrinæ famam ex doctissimi cuiusq; vituperatione aucupantur? Quasi vero quicunq; μωμήσασθαι potest, idem & μιμήσασθαι possit. Sed (vt nunc sunt mores) heroes etiam illi, Angelus Politianus, Hermolaus Barbarus, Budæus, Erasmus, aliiq; plurimi, viles sunt hodie nonnullis, qui tam de illorum scriptis, quam cæci de coloribus, iudicare possunt. At si nobis cum vituperatoribus illis negotium sit qui aliquo his in rebus præditi iudicio sunt, vnum fortasse & alterum locum ex cuiuspiam horum scriptis maledicentiæ suæ non sine magno fastu prætendent.

Quorsum hæc? rogas, Nimirum vt ostendam eo minus debere nobis mirum videri quod sordeat hodie plerisq; Parrhasius, & tanquam vnus e Grammatistarum grege in ordinem redigatur. Ad me certe quod attinet, tam procul ab eorum sententia absum, vt credam, si paucos aliquot e nostri seculi hominibus excepero, non inuenturũ me quem non dicam cum Parrhasio, sed ne cum Beroaldo quidem aut Domitio Calderino in eodem scribendi genere committere ausim. Age enim tu quicunque Beroaldi aut Domitii scripta non vnius assis præ iis quæ hodie eduntur æstimanda putas, quid sine Beroaldo ac Domitio aliisque huiusmodi magistris scribi ab eorum posteris potuisse arbitraris? Quod si doctiores suis magistris (vt sæpe fit) euaserunt discipuli, an magistri propterea e doctorum albo eradendi erunt? Quod tamen de hisce duobus aliisq; nonnullis fatebor, absit vt de Parrhasio itidem confitear, Hunc enim præ ceteris fere omnibus qui Poetas commentariis illustrarunt, & varia doctrina & iudicio & ingenio & memoria valuisse, limaq; exactiore vsum esse, persuasum habeo. At sunt qui hodie multa præterea ad eorundem locorum explicationem afferre possint, dicet aliquis. Hoc certe mihi fit verisimile: quippe qui facile inuentis addi sciam. Sed qui hodie addet iis quæ a Parrhasio dicta fuerunt siquidem id faciat alicuius libri adminiculo qui in Parrhasii manus non venerat, hoc illi acceptum minime ferri debet: sin ex ingenio id depromat, consideret quam multa vicissim e suo depromserit Parrhasius, de quibus ipse ne cogitasset quidem vnquam, & sine quibus hærendum ei tanquam in salebris fuisset: atq; ita curtam suam supellectilem cum ampla Parrhasii supellectile comparans, suo se pede metiri discat.

Nonnulli vero, ne desit quod in Parrhasio carpere possint, consilium eius reprehendunt quo animum ad scribendos in Claudianum commentarios appullit. Nam cur non potius aliquem primæ notæ Poetam sibi illustrandum sumsit? inquit. Atqui non id agitur, an melius de literarum studiosis meritus fuisset nauando Vergilii poematis operam,

tam, sed quam bonam operam in Claudiano, qualiscunque Poeta sit, nauarsit. Quod si reprehendendus sit hoc nomine Parrhasius, iisdem certe reprehensione dignus fuerit ille, qui Statium enarrauit Lactantius. Quinetiam ad Graecos vsq; scholiastas veniendum erat, vtroque vertendum doctissimo illi Tarrhaeo, quod Apollonium Rhodium nequaquam primas in poesi obtinentem enarrare dignatus fuerit. At ego eum qui illos hoc nomine vituperat, perinde facere dico, ac si quis eum militem qui se fortissime strenuissimeque in proelio gesserit, strenuitatis fortitudinisq; laudem sibi arrogare non sinat, quod non in proelio omnium celeberrimo talem se praestiterit.

Sed quid mirum si fordescunt hodie multis Parrhasii aliorumque quos antea nominauimus scripta, fordescunt vero & multorum quos nostra haec aetas doctissimos habet, cum iisdem bonam veterum quoque auctorum partem contemtui esse videamus? Sallustium & Caesarem laudem in scribenda historia meruisse plerique fatentur, at Liuio eam denegant, aut certe tanquam precario eam obtinere volunt. Nonnulli vero qui illum quoque ea participant, at Cornelio Tacito & Quinto Curtio ne vnciam quidem illius deberi putant. Sed ad Poetas vt transeam, (ad quos vocare nos videtur institutus de Parrhasio, Beroaldo, Domitioque sermo) quis nescit plurimos esse qui Latium sex tantum habuisse velint Poetarum nomine dignos? Vergilium, Horatium, Catullum, Tibullum, Propertium, Ouidium? Esse vero & qui pauciores eo titulo insigniendos censeant? Quid quod Ouidii ea etiam laude spoliare vir quidam magni alioqui nominis voluit, quam antea illum omnes vno ei consensu tribuerant? nimirum eius versus magis quam cuius quam alius, diuite vena fluere, ac modo non αὐτοφυῶς esse? Imo, inquit, vel hic versus quo suam Dearte amandi opus auspicatur, coactus est. Si quis in hoc artem populo non nouit amandi. Atqui si ita impingit in limine, si hic versus coactus est & male tornatus qui totius operis primus est, & eius quidem operis in quo non solum magis quam alibi vsquam ingenium illi in numerato esse, sed luxuriare etiam videmus, et quid in ceteris libris non coactum esse suspicabimur? Hic vero operaepretium fuerit expendere quam multa absurda emendationem carminis Ouidiani, qualem reprehensor ille affert, consequantur. Ita potius, inquit, scribere debuit Ouidius: Si quis in hoc populo leges non nouit amandi, vel, Si quis in hoc populo morem, &c. Cur vero ita potius scribendum fuit? Quia dicendo artem cogitare debuit, esse sibi necesse disiicere membra quae sua cohaerent natura (vocat enim disiecta membra hoc & populo.) At ego tantum abest, vt fatear aliter scribere debuisse Ouidium, vt plane existimem, etiamsi leges: aut legem, vel morem, dicere voluisset, tralectione in illis quoque vsurum fuisse, scribendo, Si quis in hoc legem populo, non Si quis in hoc populo legem: Nam praterquam quod grationem auribus sonum efficit haec tralectio, tamen etiam ab oratione soluta distinguit: vt eam a Poeta quaesitam esse,

nedum ita cogente versus mensura irrepsisse, existimandum sit. Sitamen refingendus esset versus, quam ineptum sit artem *in* leges *aut* legem, *seu* morem, *mutare, consideremus. Primum, non inscribitur liber de legibus aut lege amandi: seu De more amandi: sed De arte amandi, quem titulum & ab ipso Poeta confirmari videmus. Deinde, passim se praeceptorem appellat, & se tradere praecepta dicit, quanon* legem *sed* artem *tradenti consentanea sunt. Postremo, in ea qua statum subiungitur comparatione.*

Arte cita veloq; rates remoq; reguntur,
Arte leues currus, arte regendus amor.

Quid cogitari possit ineptius, quam mutando arte *in* lege, *vel* more, *dicere,* Lege citæ, &c. *deinde,* Lege leues currus, lege regendus amor. *Aut,*

More cita veloq; rates remoq; reguntur,
More leues currus, more regendus amor.

Quinetiam interiectis duobus duntaxat versibus, addit, Me Venus artificem tenero præfecit amori. *Alia praterea tanquam ex abundanti ad refellendam emendationem illam afferre possem sed vt putidam, libenter missam facio. Quid vero quod idem primos Metamorphoseos versus modis omnibus reprehendit, in iis tamen refingendis, ita cum Ouidio certat, vt nō aque se det campo, sed versibus sex duos Ouidianos adoriatur. Ego vero iustius ne hic quam illic reprehensus fuerit Ouidius, sagaci & emuncte tue nari, Ludouice κελαινώπτε & πολυκώπτε, relinquo: hoc tantum addo, Ouidium, licet breuiter, non tamen incommode mentem suam expressisse videri, & vel id argumento esse puto, quod ego minime alioqui in scribendo versu felix, hosce quatuor Latinos, Gracis totidem, & pene ad verbum inclusos, dilucide tamen reddidisse iudicatus sim, quod certe fieri non potuisset, si incommoda breuitate vsus ille fuisset.*

Καινὼς μορφώσειν εἰδέτην ἦτορ ἀείδειν
Σώματα θεσπιδίαι, οἱ τῶν σ' ἠλάλαξατι μορφῶν,
Περδρόμιες τελέσσατε, & ἀκάτμοιο ῥιθέλης
Μίσφα κ' εἰς ἡμᾶς ἵκοιν μηνύετε θεσμόν.

Hac autem cum dico, non ignoro, multa non apud hunc tantū Poetam (quod & ipse fatetur) verum etiam apud ceteros legi, qua meliora fieri potuissent. Sed quomodo, si ipsimet ea sua incudi reddidissent. Vt tamen alioqui esse dem, qua non reprehendi solum, sed & reprehensoris etiam incudi meliora exire possint, at etiam atq; etiam attendendum esse dico, quid & cur reprehendamus. Alioqui, n. quod in precipiti ira vsu venire videmus, vt nimirū in immeritos, quadentibus interim qui, culpam commeruerunt, eam expleamus: idem & in ardente illo precipitiq; reprehendendi studio contingat necesse est.

Verū vt tandem ad Parrhasiū nostrū reuertar, huius inquam alicrumq; multorum scripta in tanto veterū etiam contemtu, tacere, minime mirandū est. At ego cōtra, quo minore apud huiusmodi homines in pre-

in pretio Ianum esse video, tanto pretiosiorem mihi esse fateor, & quoniam in eodem illum apud te loco esse arbitror, gratum tibi (cui modis omnibus gratificari cupio) munusculum nostrum fore spero. Vale.

A. IANVS PARRHASIVS IO. LASCARI BYZantio Gallorum Regis apud Senatum Venetum Legato. S. P. D.

EPISTOLA I.

LIs est mihi cum Politiano sinuosa, quæque non, nisi ab eo qui iuxta Græce sciat ac Latine, decidi recte possit. Itaque te disceptatorem si per aduersarium liceat) elegi, quum nemo nostrorum, multis abhinc annis, adeo Græce profecerit, vt ipse Græcus homo Latine: quamque Græcis a Cicerone laudem questus est Apollonius ereptam, tu cum pulusculo corrasam, tibi tuisq; vindicaueris: in aliena lingua tantus, vt sapientissimus Venetorum senatus eloquentiæ tuæ vi captus, opes in Italia Gallorum coalescere non indigne ferat. Vtinam Byzantii nouæque Romæ res amplificari per te daretur, vt a maioribus olim tuis in sua Republ. potentissimis. Hoc enim satius longeque magis expetendum quam exteræ genti regnum constituere. Quoniam vero per immanem Scytharum dominatum non licet, hoc (vt ille dixit) Catone contenti, tempori seruiamus & Musis, in quarum collegio quum principem locum teneas, accipe cõtrouersiam tibi iure debitam, quaque soles libertate meliori causæ suffragare. Nam quod est in me, non appellabo. Verg Æn. 2.

Sopor fessos complectitur artus
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacita per amica silentia Lunæ
Littora nota petens.

Hæc (vt omittam phaleras & superuacanea verborum pigmenta) Politianus ita exponit: *Equidem Lunam hic silentem prominime tum lucentem acceperim, quod fuerat tempus Græcis obseruandum. Neque ita tamen interpretor, vt ad viuum resecem, atque ipsum deniq; Lunæ coitum plane intelligam, cum nox tota tenebricosa, nam hoc vtique refellitur, quoniam Poeta mox ait, Oblati per Lunam. Nondum igitur Luna lucebat, cum illi a Tenedo sub vesperam nauigabant: sed lucere tum cœpit cum iam vrbem occupauerant. Non igitur vt sera fuerit aut pernox Luna, tum nec Lunæ quidem omnino coitus: sed tempus arbitror potius, quamdiu illa non luceret. Etenim plura quam videatur, nox apud Poetas complectitur.* In his Angeli verbis nonne fraus illa deprehenditur, quam ia clementer ipse in Domitio insectatus est? vt nec abstiterat, nec plane congrediatur, ac vt sepia, cum iam teneri metuit, atramentum spargit, ita perplexe confuseque loquitur, vt intelligi nolle videatur. Nam quæ, malum, nugatio est hæc? *Non igitur sera fuerit aut pernox Luna, tum nec Lunæ omni-*

no coitus: sed tempus arbitror potius quamdiu illa non luceret. Ambages istæ sunt, ambages. Explicandum denique est quota qualisque tum Luna fuerit cum Troia capta: *serane* an *pernox*, an *silens*. Vt enim horum aliquid fuisse necesse est, ita hæc omnia simul esse non poterant: vt sub vesperam *silens* esset & *nulla*, mox intempestate nocte repente luceret. Atque vt ita fuisse concedam, * si per aliquam noctis partem *conspicua* Luna fuit, *silens* certe non erat. Etenim *silentium Lunæ* Plinius ab aliis *interlunium* vocari tradit ipsam solis & Lunæ coniunctionem, cum penitus in aspectum non venit, idque tum non fuisse, cum Vergilius indicat hoc hemistichio (quod ne Politianus quidem dissimulare potuit) *Oblati per Lunam*, tum vetustissimus apud Græcos Poeta Lesches Ascyteluri F. ex oppido Mitylenarum Pyrrha, qui Tullo Hostilio Romæ regnante paruam scripsit Iliada, cuius apposui carmen (vt contumaces suis saltem credant oculis) ab interprete Lycophronis & Eusebio mutuatum.

** Lege Plut. in Camillo, Græce 84. Latine 49.*

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα, id est,

** Nox erat intempesta, nitebat & aurea cælo*

Luna. Non igitur erat *silens*, aut, qualem fingit Politianus, *in coitu conspicua*, sed *in orbem sinuata*: quod euntibus ad opprimendum sopitos hostes aduersum tempus non est existimandum: nam Papinius in id genus insidiis ait,

Armataq; Iuno
Lunarem quatiens exserta lampada dextra

Pandit iter Quo Poetico colore *propitios Lunæ radios* Argiuis ab aere significat immissos. Ergo per *silentia tacitæ Lunæ*, Vergilius intempestam noctem voluit intelligi, quia tunc omnia tacent. Ex quo Orpheus ait in hymno Lunæ ἡσυχίᾳ χαίρουσα, id est, *silentio gaudens*. M. Varro Macrobiusque & Censorinus hinc appellatum conticinium docent, id quod Æneid. 4. per hæc a Poeta pulcerrime describitur:

** Horatius, Nox erat & cælo fulgebat Luna sereno Inter minora sydera. Lege Porphy. nam describit Horatius intẽpestam noctem.*

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras: syluæq; & sæua quierant
Æquora, cum medio voluuntur sydera lapsu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres:
Quæq; lacus late liquidos quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Et in eodem libro,

Post vbi digressi, lumenq; obscura vicissim
Luna premit: suadentq; cadentia sydera somnos.

Et Leander apud Ouidium.

Vnda repercussa radiabat imagine Lunæ:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat:

Nulla

Nullaque vox vsquam nostras veniebat ad aures
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.

In Tristibus vero.

Iamq; quiescebant voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos.

Martialis in Ludimagistrum,

Nondum cristati rupere silentia galli. C. item Balbus in descriptione noctis:

Ipsa quies rerum, mundiq; silentia terrent. Sed expressius a Vergilio Statius in secunda Theb. agens de Mercurio & vmbra Laii, transtulit:

Inde per Arcturum medieq; silentia Lunæ
Arua super populosq; meat, sopor obuius illi
Noctis agebat equos, trepidusque assurgit honori
Numinis & recto decedit limite cœli. Euolauit a spiraculo Ditis, ipsoque Tænaro circiter secundam, inquit, vigiliam, nocte videlicet intempesta, quando dii terras inuisunt, vt ipse Papinius ad Domitianum syluarum 1.

Huc & sub nocte silenti,
Cum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cœlo, miscebitq; oscula iuxta. Bootes autem (de quo Manlius: *Arcturumque rapit medio sub pectore secum*) sub easdem noctis horas incipit apparere, & ante crepusculum matutinum desinit. Propertius:

Non audis, & verba sinis mea ludere, cum tam
Flectant Icarii sydera tarda boues.

Iuuenalis:

Syderibus dubiis, aut illo tempore quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ Qui suspicantur iter a Mercurio factum per *arcticum circulum* (sub quo Crates tartarum statuit) indeq; per Lunæ globum, quem silentem a Papinio dictum volunt, eo quod vmbrarũ silentium sedes est, aut quod infimus orbis Lunæ grauissimo sono mouetur, vt est apud Ciceronẽ) obscuritatẽ in re clara affectant. Vt enim verum sit, εἶναι ἐπ' αὐτῆς καὶ οἴκησιν ἄλλην, πεταμούς τε καὶ ὅσα ἐπὶ γῆς (vt Anaxagoras opinatus est, & Achilles Arati refert interpres) ipse certe Mercurius ex instituto terræ propius volat, vt Æneid: 4. Poeta cecinit:

Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit, hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit, aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta:
Haud aliter terras inter cœlumq; volabat,
Littus arenosum Libyæ ventosq; secabat. Ac vt nouo exemplo nunc demum Mercurius *arua super populusq; Lunæ volet*, vmbra certe Laii, quam ab impiorum sedibus euocatam

ad furiale miniſterium deducebat, vt Eteocles violata fide, regni viciſſitudine fratri non cederet: agere tam ſublimem curſum non decet, vt orbem Lunæ piorum manibus aſſignatum tranſgreſſa, diuina atque æterna, præſertim diuerſiſſime a deſtinato curſu, dira contagione polluat. Quin & auriga noctis, ſomnus & obuius Mercurio ſemita decedit: iſque noctem per medium cœli ſpatium infra Lunæ globum vehit, vt officio ſuo fungatur, mortaleſque ſparſo humore ſopiat, vt eſt in fabulis. Itaque cum Leſches *pleno orbe* * *Lunæ* Troiam captã cecinerit, & Martialis Valeriuſq; Flaccus, & Statius Vergilii metaphraſtes, *intempeſtam noctem*, per *ſilentia Lunæ* deſcribant, idipſum tempus, in quibus dixi Vergilii verſibus, autumo deſignari. *Luna* vero, non *noctis*, ab eo dicta *ſilentia*, vt oſtendat *niti diſſimam cœlo Lunam* fuiſſe, cum Troia capta eſt, quamquam *Luna* pro *nocte* rectiſſime poni poteſt. cum *Luna* ſit (vt idem cecinit Orpheus) *νυκτὸς ἄγαλμα*, id eſt, *noctis imago*: & Vergilius Æneid. 4. *Poſt vbi digreſſi*, &c.

* *Lego Plut. in vita Nicia, Ia. 262. Cor. Tac. hiſt. primo. Iuuenal. nox ſyderib. illuſtris. pagin. 13.*

A. Ianus Parrhaſius Galeatio Thyeneo equiti Veietino S. P. D.

EPISTOLA II.

ETſi certo ſcio, quod hæc & longe meliora domi tibi naſcuntur, ac, ſi tuum candorem cognitum non haberem, ſuſpicari non iniuria poſſim te non inquirere, ſed percontari, malui tamen apud me pluris eſſe boni viri nomen, quam doctrinę famam, ſatisfeciq: tuæ voluntati in ea, quæ voluiſti in *Iuuenalem*. Tu ſi quid offendero, velut audendi auctor, in me culpam præſtabis, ego de euentu ſecurus, officii teſtimonium gratificandi ſtudio iam merui. Verſus in quæſtionem vocati, ſunt ii:

Nota magis nulli domus eſt ſua, quam mihi lucus
Martis, & Æolii vicinum rupibus antrum
Vulcani, quid agant venti, quas torqueat vmbras
Æacus, vnde alius furtiua deuehat aurum
Pellicula, quantas iaculetur Monychus ornos,

His ego (ne te refellendis aliorum præſtigiis obtundam) Valeriũ Flaccum taxari, non abſq; ſuſpicione æmulationis autumo, cũ fuerint æquales, & vterq; Veſpaſianorũ principatu clarus, auctoritate tamen apud eos, & gratia diſpari. Quippe Iuuenalis odio Veſpaſianorum flagrauit, & quia cauſſatius in Domitianum plena velificatione graſſatus eſt, cui contra Flaccus in Argonautico ſtatim per initia blanditur, a poetica facultate commendans, ad Veſpaſianum patrem, *Proles tua pandat Idumen.*

Namq; poteſt. Eius itaq; ſucceſſu, populariq; recitatione & plauſu Iuuenalis offenſus, locorum rerumq; deſcriptiones, & (q; Poetæ heroici ꝑcipuũ eſt inſigne) numinũ colloq;a, carptim ſaltuatimq; conuellit, &, quaſi ſubductis columnis, totũ opus labefactare conatur. Etenim Flaccus luci Martis aliquoties meminit, vt illic:

Martius

Martius ante vrbem longis iacet horridus annis
Campus. Item ex Æetę persona ad Martem:
Tu quoq; sacrata rutilant quæ vellera quercu,
Excubias Gradiue tene, præsentia luco Arma tubaque sonent. Et hæc in lucum Martis ab Apollonio quoq; Rhodio Oui dioque celebratum, satis. Per antrum vero Vulcani quis illa Flacci maleuole petita non videat?

Æquore Trinacrio, refugiq; a parte Pelori
Stat rupes horrenda fretis, quot in æthera surgit
Molibus, infernas toties demissa sub vmbras,
Nec scopulos aut antra minor iuxta altera tellus
Cernitur, illam Acamas habitat, nudusq; Pyracmon:
Has venti nimbiq; domos & naufraga seruat
Tempestas. Obseruandumq; quod ait: *Iuxta altera tellus.* Ad quod alluſit Iuuenalis illo hemistichio: *Æoliis vicinum rupibus antrum.* Sed vt appareat hanc inuidiæ procellã in Flaccũ a Iuuenale emissam, audi quid agant: idẽ consilii capiant apud eum venti:

Interea medio sæuus permissa profundo
Carbasa Pangæa Boreas speculatus ab arce,
Continuo Æoliam Thyrrenaq; tendit ad antra. Quorum naturam situmq; persecutus, addit & Boreæ concionem:

Pangæa quod ab arce nefas, ait, Æole vidi:
Graia nouam ferro molem commenta iuuentus,
Pergit, & ingenti gaudens domat æquora velo.
Nec me hi libertas imus freta tollere arenis,
Qualis eram nondum vinclis & carcere clausus,
Hinc animi, structæq; viris fiducia puppis,
Quod Boream sub rege vident. da mergere Graios,
Insanamq; ratem, nil me mea pectora tangunt.
Tantum hominum compesce minas, dum littora iuxta
Thessala, nec dum alia viderunt carbasa terra.
Dixerat, at cuncti fremere intus, & æquora venti
Pulsare. Quid apertius? siquidem agere, proprie concionantis est, aut acclamatoris, eiusque qui sententiam dicit in senatu, vt ex Cicerone discimus & Liuio. Verum ne dubites *in Æaci iudicio* a Iuuenale *Tartarum* designari, de quo Valerius hæc Argonauticon primo:

Cardine sub nostro rebusq; accisa supernis
Tartarei sedet aula patris, &c.

Quæ in tanta notitia prętermittere negligentia non sit. Accipe & Horatii in eandem sententiam carmen:

Quam pene furtiua regna Proserpinæ
Et iudex amarus vidimus Æacum.

Item Statii in secundo Syluarum:

Ibimus omnes,
Ibimus: in mediis vrnam quatit Æacus vmbris.

Eadem ratione Iuuenalis *Monychi* dixit *ornos*, & Centaurorum pugnam significauit, quam Flaccus expressit in Argonautis encaustica pictura per hæc,

Parte alia Pholoe, multoque insanus Iaccho
Rhœcus, & Atracia subita de virgine pugna.
Crateres mensæq; volant, araque deorum,
Poculaque, insignis veterum labor, optimus hasta
Hic Peleus, hic ense furens agnoscitur Æson.
Fert grauis inuito victorem Nestora tergo

Monychus. Quod vltimũ Centauri nomen eo magis illustrẽ Valerii notã reddit, quo non apud aliũ ſũi temporis poetam facile reperitur. Non exſpectas, opinor, vt inde etiam tibi recitem, quæ de *velleris aurei* furto cecinit, cum totius id operis argumentũ ſit, egoq; non laborem aliis hæc probare, ſed apud te tantum teſtari, ſtudium tibi meum non defuiſſe, nec vnquam defuturum. Vale.

A. Ianus Parrh. Bartholo. Paullo Poetæ & Equiti Veicetino. S. P. D.

EPISTOLA III.

VEtus eſt adagium, cuius meminit & Apuleius, *Vbi vber, ibi tuber. Ab eodẽ namq; culmine voluptas, & ei comes mœror ſequitur*, vt eſt apud Plautum. Cum lepidiſſimas Atticiq; ſalis elegias, & quæ mihi recognoſcenda tua miſiſti carmina, cupide lectitarẽ, videbar equidẽ mihi per amœna Muſarum vireta ſpatiari; gliſcebam gaudio, quod hodieq; exſtarẽt ingenia quæ cũ quolibet antiquorum ſeculo certarent, agebamq; (ꝙ ipſe mandaueras) acerrimum cenſorẽ. Nã collatis tuis Tybulliq; & Propertii locis, ad excitandos mitiores affectus excogitatis, in pleriſq; nutante trutina, non videbã cui potiſſimũ palmam darẽ Dumq; velut in adoleſcentiam reuolutus, eruditionem Propertii reconditã rimor, incidi in illum multorum naufragiis infamem ſuſpectumq; ſcopulum,

Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno
Æquora, Miſenis proxima nobilibus Hærenſque (vt ingenue fatear) in ſalebra, ad interpretes, vt ad anchorã confugi, ſed vtrunq; ex Domitii commentariolis aptũ pendentẽq; ſtomachabundus abieci; cœpiq; egomet ipſe mecum carmẽ expendere. Totus in iis eram nugis, & ecce tibi neſcio quis (vt tũ mihi viſum) intempeſtiue ſalutatũ me venit, & *Cuia ſunt hæc*, inquit, *qua tãto ſtudio pertractabas?* Vnici huius ætatis, inq; Poetæ Paiellii noſtri. Tum ille ſuſpirans, *O præſagã mali mentẽ: quaſi diuinaret haud ita multo poſt orba fore, parauit eis te tutorẽ.* Tũ ego abominatus tam triſte verbum, Dii meliora, inquã, nam Paiellus annis adeo conſitus nõ eſt, vt aliquandiu ſua gloria ſaluus frui non poſſit. *Eſt vt dicit*, inquit, *& ipſe Neſtoris ætate dignus, ex aduerſa tamẽ valetudine iauet, medicorum iudicio pene conclamatus.* Ad hæc ego obrigui, quod hyeme proxima laterum te dolore vexatum, certiſſimo mortis

(vt Lu-

(vt Lucilius ait) nuntio, non eram nescius: verebarque ne recidisses in idem morbi genus, & quidem desperatius, vt vsu venit. Subibat miseratio reputantem, te bonis artibus a teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis intentum defraudasse genium, nihil vnquam voluptati concessisse: nunc exhaustis omnibus animi corporisque laboribus, a summo Parnassi fastigio, quo tandem vix euaseras, intempestiuo obitu detrahi. Non iniuria sane mihi moriens Theophrastus accusasse naturam videbatur, quod cerui & cornicib. diuturnam vitam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maxime interfuisset, exiguam dedisset, quorum si ætas potuisset esse longior, futurum fuisset vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita eruditetur. Argumento nobis erant inuentutis tuæ lusus, elegantiæ, venereque castissimæ: quanto potiora daturus esses in posterum si te fata non inuidissent. In hac acerbissima cogitatione dies aliquot absumsi, nihil insticuti memor: essemque forsan adhuc in ea defixus, nisi audissem te magis ac magis indies leuatum melius habere. Statim voto cum gratulatione soluto, Propertium resumsi, quem in illo propemodum omnium luctu proieceram. Consultisque manu scriptis (vt nostri moris est) exemplaribus in aliis inueni *Tesproti*, in aliis autem *Tesproti*: in nullo *Thesprotis*, vt vulgo legitur. Et sane cum *Cynthia Baias* desideat, a Propertioq; proxima *Baiis* loca describantur, quæ tanta nominum similitudo Poetæ blandiri potuit vt *Thesprotos* ingenti terrarū spatio diuisos, ex *Epeiro* transferret in *Campaniam*? non minus insulse quam qui idem fecit in *Samosatis* oppido Syriæ, Luciani sophistæ patria. Negas ergo (dicet aliquis) Campanos esse Græcorum colonos? etsi vere possem, (siquidem non omnes e Græcia profectos ab opinatissimis auctoribus affirmatur) vt tamen vltro condonem num propterea *Thesprotos* appellabimus? cum præsertim Græciæ finibus *Epirotæ* (quorundam sententia) non contineantur? At vtrobique fluuius, *Acheron* & *Acherusia* palus est. Sint & *Puteoli*, si placet, & ipsæ *Baiæ*. Eane de caussa *Thesprotis* regno subdita nuncupentur? Amnis *Acheron*, & *Pandosia* ciuitas in *Epeiro* redduntur, eiusdemque nominis a Strabone, Liuioq; & Trogo in Brutiis, vbi fatum fugiens incurrit Alexander alterius Alexandri auunculus. Nemo tamen vnquam *Thesprotos* in *Brutiis* nominauit. Equidem suspicor ex imperitia, *Tesproti*, pro *Te Protei*, librarios apud Propertium corrupisse. *Proteus* enim ab aliis ad insulam *Carpathon*, ab aliis ad *Pharon*, ab aliis ad *Capreas* habere sedem fingitur: de quo Silii carmen exstat 7 Punicorum,

Telchoi medio surgunt qua regna profundo,
Pumiceaque procul sedes, immanis in antro
Conditur abrupto Proteus, ac spumea late
Cautibus obiectis eiectat carula vates.

Hinc apparet vnde Propertius *Puteolani sinus*, id est, inter *Capreas*

& Miſenum maris, penes *Proteum* regimen eſſe dixerit, in hunc ordinem: *Ecquid o Cynthia, ſubit te cura noſtri, mirantem æquora ſub. dita regno Protei, proxima nobilibus Miſenis, in ora Campaniæ, Vergilii carminibus inclyto promontorio?* quod aut ſyllabis obſequutus, numero multitudinis enuntiauit, aut vt annexam quoque regionem ſignificaret, vt quum *Circen* dicimus & *Circeos*. Ac ne quis obſtare ſyllabarum dimenſum putet in paterno *Protei* caſu, Maronis adieci teſtimonium:

Atrides Protei Menelaus aduſque columnas. Sed & ipſius etiam Propertii:

Hæc eadem Perſei nobilis vxor erat. Vide quam belle te remunerem, qui pro terſiſſimo Poemate minutam parumque cultam quæſtionem remiſerim. Sed veniam (ſcio) dabis, vbi ſuccurret aliquando tua ſcripta tantum negotii factura poſteris, quantum nobis antiquorum. Vale.

A Ianus Parrh. Galeatio Thyenæo Quinti Comiti Veicetino S. P. D.

EPISTOLA IV.

SI nihil obſtat aliud, quominus illo Iuuenalis carmine, de quo pridie reſcripſeram, C. Balbus obliq; ſuggilletur, vt ego ſentio, niſi quod *orni* non meminit, equidem facile eximam tibi ſcrupulum. Solent enim Poetæ locos aliúnde ſumtos in parodiis immutare, Martialis:

Vſſit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum,
In tota iuuit quem nihil eſſe domo: Quum Tibullus, eo pentametro *Delia*, non *Nemeſi*, blandiatur.

Idem ad Flaccum,

Riſit Thuſcus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri iuſſit abire fuga.
Accipe diuitias, & vatum maximus eſto
Tu licet, & noſtrum, dixit Alexin Ames. Et alibi,

Mœcenati Maro quum cantaret Alexin. Satis autem conſtat ex Apuleio Tiberioque Donato, & aliis, *Alexin* ficto nomine *Pollionis amici puerum*, non *Mœcenatis*, a Poeta appellatum. Illeipſe etiam Martialis alludens ad Ouidii ex tertio de Arte præceptum,

Ride ſi ſapis, (inquit) *o puella ride,*
Pelignus, puto, dixerat Poeta. Nam ſuſpicari vel ab epigrammatibus, (vnde laudem non meruit Ouidius) vel a Medea teſtimonium citari, quum neque numeri, neque ſententia Tragœdiæ conueniat: & hoc in vniuerſum puellas omnes (vt eſt in artibus) ab Ouidio moneri Martialis innuat, Accedit ad ſocordiam Propertius de Vergilii Bucolico,

Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galeſi
Tyrſin, & attritis Daphnin arundinibus. Apud Vergilium res

res agitur in *ripa Mincii*, Propertius inde scenam trāstulit in *agrum Tarentinum* iuxta amnem Galesum. Fugit enim, quantum Poetis in hoc genere liceat, eos, qui præter historiam scripserunt *in Tarentino secessu* Bucolicum carmen a Vergilio lucubratum, quod Propertius hic intelligat. Horatius in odis,

Haud parauero

Quod, auarus vt Chremes, terra premam. Terentiana quidem persona *Chremes* est, & rei familiaris admodum diligens, infodisse tamen argentum non inducitur. At hoc ex commodo suo Flaccus* affinxit. Idem in arte Poetica,

Vt nihil intersit, Dauusne loquatur, an audax

Pythias emuncto lucrata Simone talentum, *Satis habuit argumento personisque tantum Comicis indicare Terētium, quum cetera nihil ad eum. Nam qui librarii impostura ad *Acronis Helenii* nomen indigne & falso obrepsit, vt in plerisque omnibus, ineptit, vbi docet Horatius verba agrestium satyrorum (quos a priscis tragicis induci pro choro moris erat) ita a tragicis differre oportere, vt ab ipsis satyricis comica, a Lucilio alterius generis Poeta, præsertim quem non probaret: non ab aliquo comico, vel ipso potissimum Terentio, cuius studiosum fuisse constat, exemplum mutuaretur? At (inquiunt) *Simonis* & *Pithyæ* congressus apud Terentium non exstat. Affirmo, sed & nomen *Daui*, & epitheton *audax* illi *Terentianæ Pythiæ* maxime consentaneum, nobis astipulatur. Daturque hæc, & maior etiam, Poetis venia. Nam quædā conferunt in eos, qui nunquam scripserunt, modo non sint a materia, in qua versantur, aliena. Nicander in Theriacis ait: Omnia quæ venenato morsu petunt, e cruore Titanum prodiisse, Hesiodumque laudat auctorem: quia verisimile erat ab eo traditum: quum tamen ille prorsus hoc tacuerit, vt a diligentissimis apud Nicandrum Grammaticis obseruatum proditumque est. Alexis apud Athenæum Dipnosophiston 4. dedisse fabulam legitur, in qua Linus ad se disciplinæ gratia deducto Herculi mandat, vt ex auctoribus in conspectu positis, Orpheo, Hesiodo, Chœrilo, Epicharmo, Homero, sumeret quemcunque primum sors offerret ac ipse vellet: hoc enim pacto Herculis ingenium detectum iri credebat. Ille manum forte coniecit in commentarium de re coquinaria: atque in eo genere studiose versatum profecisse. Quis autem nesciat Hesiodum, Chœrilum, Epicharmum, Homerum, Lino & Hercule posteriores? Ad viuum resecanda non sunt hæc apud Poetas. En ipse quoque de Statio Iuuenalis,

Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agauen. Id est, ante editionem Thebaidos, quod *Agaues* in ea semel aut iterum meminerit. Ergo per *ornos arboresque Monychi*, Centaurorum pugnam in Flacco designauit, armis de suo tantum datis, & inuidiose per exaggerationem calumniamque portentosis. Arboribus enim soli-

** Statius Syl. 1. cedant vitreæ iuga perfida Circes Dulichiis vlulata lupis: quū non tradat hoc Homerus.*

** Vt supra, Iratusq; Chremes tumido delitigat ore quem versum lege apud Horatium.*

dis, earumque ramis Centauros pro telis vsos, Apollonius, eoque prior in Cæneo fato Pindarus, ac vtrumque sequutus ostendit Ouidius Metamorph. 12 per hæc ex persona Nestoris,

Vidi ego Petræum conantem vellere terra
Glandiferam quercum.

Et infra,

Demoleon, inquit, *solidoque reuellere dumo*
Annosam pinum magno molimine tentat.

Et paulo mox,

Chthonius quoque Telebo asque
Ense iacent nostro, ramum prior ille bifurcum
Gesserat. Apud eundem Monychus exclamat,
Nos semimari superamur ab hoste:
Saxa trabesque super, totoque inuoluite montes.
Dixit, & insanis deiectam viribus Austri
Forte trabem nactus, validum coniecit in hostem:
Exemploque fuit, paruoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion vmbras.

Et Propertius de Milanione,

Ille etiam Hylæi pertusso vulnere rami
Sanctus Arcadiis ruptibus ingemuit. Hylæus enim Centaurus a Papinio Thebaidos 4 celebratur,

Non aliter syluas humeris & vtroque refringens
Pectore, montano duplex Hylæus ab antro. Precipitat. Vt in superiore Propertii, *ramum* pro *sagitta* accipere sit absurdum. Non dubito quin hæc alium te reddant, & omnes qui modo cogitent a Iuuenale Poetam sui temporis oblique notari, nec exstare quenquam in quem magis illa cadant quam Valerium. Vale.

A. Ianus Parrh. Galeatio Thyenæo suo S. P. D.

EPISTOLA V.

IDvnum deerat, (inquis) vt receptos auctores in ordinem redigas, & *Acronem* (si diis placet) a studiosorum manibus excutias. Ego vero Thyenæ summa veneratione veterum memoriam semper, & nunc, si quando maxime, prosequor, cum non agnosco trivialium magistrorum nugas, vt *Acronis*, in cuius eruditionem præstantemq; disciplinam non cadunt errata, quibus scatent ea quæ circumferuntur *in Horatium*. Licebit (inquis) hoc ipsum de Seruio ceteris que dicere: quos in ius a minimo quoque literatore vocari cottidie videmus. Agere Seruii reliquorumque cauillum nunc omnium mihi non est: at *Acronis* ea commentatio non esse quæ legitur *in Horatium*, nisi certissima ratione docuero, nolim credas. *Helenius Acron* ætate sua Grammaticus anxie doctus, accuratas in Terentium reliquit enarrationes, vnde testimonium *Charisius* identidem citat, antiquior aliquanto quam Seruius. Id quod inde colligitur, quod cum Grammaticos omnesque passim per quos profecerit

fecerit (qui candor eius est) alleget, vnum certe Seruium non omisisset, si is ante se exposuisset opera Vergilii, quem cum suis interpretibus frequenter habet auctorem. *Vester Acron* apud Horatium 1. serm. *Denuntiantes (inquit) litem, an testatos habebant, quibus præsentibus conuenirent, ita vt aurem illis tertio vellerent. Sic Seruius magister vrbis exponit.* Ex his apparet *Acronem*, quem dicitis, *Honorato* fuisse posteriorem, cum *Charisius* aut æqualis Seruii fuerit, aut eum (quod vero propius est) vna vt minimum ætate præcesserit. Ad hæc (cur enim non tuo potius eum gladio iugulemus?) *Vester Acron* in Flacci vita, commemoratis Poetæ scriptis, hoc addit, *Cōmentati in illum sunt, Porphyrion, Modestus, &* * *Helenius Acron omnibus melius. Acronemne* putas adeo stultum vt se tum illa prodentem connumeraret Horatii commentariis, qui ante se claruerant? aut inepte glorioſum, vt semet ipse ceteris omnibus anteponeret? At in eo multa sunt plena bonæ frugis. Ea, si qua sunt, ab iis accepit quos initio recensuit. Idque facile concederet quisquis istius & Porphyrionis inter se scripta contulerit. Deprehendet enim Porphyrionis ab eo singula propemodum verba, nedum res, impudentissime compilari. Quod in Iulio Modesto ac ipso *Heleno Acrone* † accidisse, vana coniectura non esset. Vnde igitur hic in *Acronis* nomen inuasit? a cupiditate librarii, qui primus impressit. Id quod in aliis quoque fieri videmus, vt in M. Catonis originibus, Berosо, Sempronio, Cor. Gallo, sexcentis, vsitata fraus est, edendis operibus auctoritatem suppositio specioso titulo conciliare. Denique vetusti codices *Acronis* inscriptionem non habent. Vale.

χόλιον.

* Helenium citat Ælius Donatus in Eunucho Terentii, dū Poetam tuetur a calumnia criticorum de colore mustelino, per hæc, Ego autem Helenium sequor, qui recte intelligit Terentium, &c. tametsi librariorum negligētia apud eum mutatis syllabis adeo nō legitur. Ex quo satis apparet Ælium Donatum Charisio posteriorem, vel æqualem certe fuisse, quod Aruntii Celsi, Flauii Capri, Heleni Acronis, in Terentium commentaria alleget: Donati nusquam meminit, non vtiq; facturus si prius edidisset. Citat & Cornutus in Persiū, nam quod Persiū Cornutus explanauerit, antiquissimus eius Poetæ cōmentator, ostēdit in illud, quisquis o modo, &c.

† Incidi in Probi Grāmatici cōmentarios in primā Persii Satyram non illos qui Cornuti nomine circūferuntur, & quos Hermolaus, vt Prob. citat 11. cast. Plin. in verbo Barba: sed alios longe maiori cura ac ingenio cōpositio. In iis ita scriptū legimus, Curas Acronii apprie dicere videtur, quæ si vtiliter exercentur, virtutis locū obtinent: si in superuacuū, desidiæ. Ex quib. apparet, Acronē Probo fuisse vetustiorē. Itē Cornutus in illud, Fratres inter ahenos, Acronem citat. Lege Seruium in 7. Æn. in illud carmen, postquam alta quietuat, vbi ait, auctor Hebrus, tu lege, Acron Helenius.

A. Ianus Parrh. Lucæ Bonfio Patauino S. P. D.

EPISTOLA VI.

DVabus hodiis Veicetiæ fuimus apud hospitem tuum Galeatium Thyenæum, tamque me comitate, elegantiaque morum cepisti, vt te non minus amem geramque oculis, quam si tecum vixissem. Viget in te Liuii lactea vis eloquentiæ, viget humanitas, viget vrbana consuetudo, quæ te conciliant omnibus, & imprimis amplissimo patri Marco Cornelio Cardinali, Bizantinoque Pontifici, quodque longe pluris est, humanarum diuinarumque rerum peritissimo, qui tuo consilio operaque, maximis in rebus vtitur. Itaque per has vindemiarum ferias, cum meas lucubrationes in vnum quasi corpus redigerem, iucundissima tui memoria statim subit, cui merito, quod in *Amoribus Ouidii* præter aliorum sententiam videor obseruasse, nuncupem. Id est, huiusmodi ex lib. 3.

Flumina deberent tuuenes in amore iuuare:
Flumina senserunt ipsa quid esset amor.
Inachus in media Bithynide pallidus isse
Dicitur, & gelidis incaluisse vadis.

In hæc multi multa: nemo (quo equidem sciam) bene. Nam neque *Bithynia* vel *Bithynidis*, *Inachus* amnis est neque *Bithynis* Argiuorũ regio, quo quidã cõminiscũtur, alioquin a Pausania, qui vel omnes Græciæ lapides illustrauit, omissa nõ esset. Ego (ne te diutius morer) ita castigandum reor,

Inachus in Melia Bithynide pallidus isse: *Dicitur*. Nam *Melia* Nympha fuit, vt Callimachus ait, ex qua Neptunus *Amycum* suscepit Bebryciæ regem: de quo longum carmen extat Apollonii Argonauticorum secũdo. Ex hac Inachus *Ægialeum* sustulit, a quo Peloponnesus *Ægialea* dicta, vt in Homerum refert Didymus. Affirmare non ausim eademne sit an altera, ad quam inquirendam pater Oceanus Caanthum puellæ fratrem misérit, eius filium, qui delatus in Bœotiam, quum *Meliam* raptori Apollini non potuisset eripere, ausus est eius templum quod *Ismenium* postea vocatum Pausanias auctor est, incendere: vnde sagittis a Deo confixus, tumulum habuit in margine fontis Martii consecrati, vbi Cadmus illum serpentem portentosæ magnitudinis interfecit. Apollo et *Melia* Tænerum genuit & Ismenum: a quo nomen amnis accepit, quum *Laden* antea diceretur. Vtcunque mater ex Inacho *Melia Bithynis* ab Apollonio etiam appellatur, eius carmen est hoc:

Ενθάδ' ἔσαν ναιήμοι πεδοῦν, ἀῶλις τ' Αμυκλαιο
Βεβρύκων βασιλῆος ἀγήνορος, ὄντινα ποτε νύμφη
Τίκτε Ποσειδάωνι μενεπτολέμῳ ἐυπλοκάμοιο
Βιθυνὶς Μελίη.

A. Ianus Parrh. Augusto Baldo Patauino S. P. D.

EPISTOLA VII.

BEne habet Augustæ, quod quem propter ingenium præstantéque disciplinam vel inuiti amare cogeremur, eum te gerens vt

memus etiam libenter. Etenim quum *Demetrium Chalcondylen*, secundum Deum parentemque colas, ab eoque plus eruditionis in ipsis tuis pene laribus hausisse te prædices, quam a ceteris omnibus in ipsa Græcia, meque tum in soceri honorem, tum mea in te impulsus obseruantia diligas, aliquam vigiliarum mearum particulam tuo iudicio subiiciendam putaui. Nam, quæ tua auctoritas est, omnes idem quod tu, vel respuent vel amplectentur. Ouidius Metamorph. II. *Ocyrhoes* filiæ *Chironis* in equæ speciem mutationem describit, quod ea Deorum consilia mortalibus enuntiaret. In qua fabella quum suo more lasciuisset, adiecit,

Vtque vagi crines per colla iacebant,
In dextras abiere iubas: pariterq; nouata est
Et vox & facies: nomen quoque monstra dederunt.

Hoc alii sic exponunt: *Nam* Εὐίππη, *id est, equa fuit appellata.* Iulius autem Pollux, lib. 4. inquit, Εὐίππη ἡ Χείρωνος, ὑπαλλαττομένη εἰς ἵππον παρ' Εὐριπίδῃ, id est, *Euippe Chironis filia in equam versa apud Euripidem.* Vnde constat Ouidium dixisse *nomen quoque monstra dederunt*: quod amisso priore nomine vocata sit *Euippe.* Emendandum apud Higynum puellæ patrisque nomen est in *equi signo* sic: *Euripides Euippen Chironis filiam dicit*: & quæ notiora sunt quam vt a nobis oporteat indicari. Cui nostræ castigationi sententiæq; si tu vir vtraque lingua doctissimus accedes, obtrectatorum sannas floccifaciam, Vale.

A. Ianus Parrh. Bartholomæo Leonico, S.

EPISTOLA VIII.

NOn excidit mihi, Leonice, quam benigne nos in vrbe salutaueris: itemque Venetiis anno superiore, priusquam Veicetiam concederem. Viuit, & quamdiu viuam, viuet illius officiosi congressus tui memoria: nec vnquam cogitandi finem faciam quo pacto possim testari quam carus mihi sis. Itaque qualemcunque nactus occasionem, vltro arripui: locumq; ad te defero Ouidii ex diris in *Ibin*, in quo cum ceteris mihi non conuenit, vt vtriusq; linguæ peritissimus, illine an ego ad historiæ fidem ipsumq; Poetę sensum propius accesserim, diiudices. Ouidii carmen est hoc:

Fœta tibi occurat patrio popularis in aruo
Sitque Paphagæa caussa leæna necis. Vbi Domitius, *Paphagus (inquit) Ambraciæ rex quum incidisset in leænam catulis stipatam in hortis suis, ab ea est dilaniatus.* Id ipsum tradunt & alii, ex vetere (vt aiunt) interprete. Cui quantum credas ipse, nescio: ego certe, cur credam, nihil habeo, quum pene plura in eo deprehendantur errata quam verba. Historia apud Ælianum de animalibus lib. 12. legitur hunc in modum: *Phayllus* Ambraciæ tyrannus fuit: hunc obuia casu leæna discerpsit: Ambracienses eam consecrauerunt vt suæ libertatis auctorem.* Quæ si vera sunt, (vt esse putare debemus) ex Æliano.

**Phayllus. Huius nominis alterum lege apud Pausaniam*

Sitque Phayllæa caussa leæna necis, emendandum viderunt. Vale.

A. Ianus Parrh. Paulo Veienti S.

EPISTOLA IX.

NOn recusem quin ingratus habear si maximis etiam in rebus officium abs te meum, tot iustissimis de caussis tibi debitum, desiderari patiar. Et tu tantulam rem cunctanter a me petis? Accipe quod in Ouidium de *Broteo* volebas: & quidem cum fœnore. Nam sequentia carmina declarauimus, ab aliis (nisi fallor) haud intellecta. Domitius in *Broteo* fucum facit. Historia alia est hæc: *Brotus*, non (vt ipse vocat) *Broteus*, indigena fuit, ac terræ filius, vt scribit Euemerus: vt Hesiodus, Ætheris & Auroræ. Natus hic erat immortalis, sed eum tantum lucis odium cœpit, vt nouo exemplo omnium primus vitam cum morte commutarit. Vnde Græce βροτὸς, id est mortalis, ab eo dictus homo. Mirum quod ante pedes historiam quodammodo positam Domitius & alii post eum non viderint. In his enim versibus:

Inclususque necem cauea patiaris, vt illo

a Lege Laertium in vita Aristotelis.

* *Non profectura conditor historiæ, Chœrilus* intelligendus non est, sed *Callisthenes*, quem Alexander, Philippi F. insimulatum insidiarum, propter Persicę salutationis interpellatum morem, vel quod ei consuluisset ne frustra affectaret ab Atheniensibus appellari dominus: abscissis auribus ac naso labiisque, & truncatis crudeliter membris, deforme ac miserandum spectaculum reddidit: & cum cane in cauea clausum ferrea, ad metum ceterorum circumferrebatur, donec Lysimachus audire Callisthenem solitus, tanti viri misertus, non culpæ, sed libertatis pœnas pēdentis, ei venenum dedit in remedium calamitatum, quod adeo offendit Alexādrum, vt Lysimachum obiici ferocissimo leoni iuberet. Hæc Trogus & Suidas, in cuius monumentis, consumtus a pediculis ex quorundam sententia traditur, cuius fatum Theophrastus impatiēter adeo luxit, vt edito Callisthenis nomine libro, laudarit illam sententiam, *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Seneca, *Callisthenes (inquit) Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet.* Quæ cedes eo maiorem inuidiam conflauit Aleandro, quod etiam condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi fuerat, & ab ipso ad prodenda memoriæ acta eius accitus, vt idem scribit Trogus. Hinc Ouidius ait,

Non profectura conditor historiæ. Nam nihil ei profuit Alexandri res illustrasse. Vale.

σχόλιον.

Ouidius in Ibin, *Vtque ferunt Protheum*, &c. Is qui collectanea fecit historiarum, scribit hunc in modum, Βροτέας κυνηγὸς ὢν τὴν Αρτεμιν οὐκ ἐτίμα, ἔλεγε δὲ ὡς οὐδ' ὑπὸ πυρὸς πάθοι ἐμμανὴς ὢν γεννόμενος ἔβαλεν εἰς πῦρ ἑαυτὸν. id est, *Broteas erat venator: is nullo honore Dea-*

nam

nam dignabatur, auſuſq; eſt dicere, nullâ ſibi noxâ ab igne afferri poſſe, tanquam furore correptum, in ardentem regum ſe præcipitem dedit & periit.

A. Ianus Parrh. Francisco Poncherto Archidiacono Transtugenensi S. P. D.

EPISTOLA X.

NVnquam dubitaui pleroſque fore, ſcilicet eos maleſciolos, præſtigioſos, negligendos, & Latinas (vt appellare ſoleo) febres, qui non aliter eruditationes apud te ſuas venditare poſſe confiderent, quam ſi noſtram præceptionem, certam illam quidem, & tibi ex animo traditam, ſubuertere conarentur. Hos equidem vno ictu nominatim proſternerem, niſi indignos arbitrarer quibus a bonis maledicatur: inſulſos, hallucinabundos, iiſque ſimiles, qui noctu per tenebras ambulantes, apprehẽdunt quicquid occurrit, albas prorſus lineas quæ in albo lapide nihil ſignant, nullumque diſcrimen faciunt hoc an illud rectius, vt qui futili vel nullo iudicio ſint. *Architrenium* neſcio quem ſequuti verſificatorum poſtremum, contra omnem vetuſtatem ſtant, audentque affirmare, *Pariſium* quam dicunt *vrbem*, a *C. Cæſare* conditam: cum nec eo nomine dicta ſit, Cæſareque in Gallia bellum gerente, opibus & ciuium frequentia iam floreret, vt hæc eius ex ſexto Commentariorum verba teſtantur: *Concilio Galliæ primo vere (vt inſtituerat) indicto, cum reliqui præter Senones, Carnutes, Treuiroſque, veniſſent, initium belli ac defectionis hoc eſſe arbitratus, vt omnia poſtponere videretur, concilium in Lutetiam Pariſiorum transferr.* Item ſeptimo, *Labienus (inquit) eo ſupplemento, quod nuper ex Italia venerat, relicto Agendici, vt eſſet impedimentis præſidio, cum quatuor legionibus Lutetiam proficiſcitur. Id eſt oppidum Pariſiorum, quod poſitum eſt in ripa fluminis Sequanæ*, Strabo, *Pariſii (inquit) ad Sequanam ſitis in ipſo flumine colunt inſulam, vrbemque Lutetiam.* Vibius etiam Sequeſter: *Sequana fluuius Galliæ Lutetiam Pariſiorum circumfluit, & inſulam facit. Lutetiam* præterea Mela Pomponius & Plinius & Ptolemæus appellant, vtbiſque ſitus & nomen antiquæ ſuffragatur hiſtoriæ. Nam *Pariſii* confines erant *Senonibus*, vt ſcribit Cæſar, hodieque ſunt, vt ipſe teſtis es optimus. Itaque cauemi Poncheri, ne inauſpicatis iſtorum vocibus aures patefacias, & a priore ſententia deducaris. Nam nec a nobis aliquid audiſti dediſcẽdum, nec a *Cæſare conditore Lutetiæ* quicquam laudis accedet, cum ſua vetuſtate ſuiſque cenſeatur bonis, imprimiſq; Stephano Poncherio Pontifice, patruo tuo nunquam ſatis laudato, & te, qui per eius veſtigia pleno gradu adoleſcens incedis. Vale.

A. Ianus Parrh. Petreo Aculeo Bononienſi S. P. D.

EPISTOLA XI.

APuleium Petreie, non improbamus, vt maleuole quidã iactãt. Etenim Philoſophus ætatis ſuæ fuit acutiſſimus, & in familia Platonica fere princeps. Vnde Macrob. admiratur eũ luſiſſe fabulas

Milesias, Epistola quadam Seueri principis ad senatum non sine felle perstrictas. *Cum ille nenias (inquit) quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleii jus & ludicra literaria consenesceret.* Et hoc est, Aculee, quod etiam nos offendit, esse quosdam, qui neglecto Cicerone, bonas omnes horas in eo dicendi genere collocent, quod *Apuleius* in ludicris affectatum, non auderet in seria transferre, cum sit Asiaticum, molle, ventosum, nec nisi lasciuis & iocosis accommodatum. Videas aliquos non *Apuleii*, quod ipsi videri volunt (alioquin eum sectarentur in potionibus) sed insolentium, exsoletarumq; vocum molestissimos amatores, quibus se duntaxat antiquarios ostentant) orationes & commentaria *Milesia dictiens* contexere, non minus inepte quam si sordida planipedis humilitate Tragœdiæ fastigium velint attollere. Sed ad rem venio. De *magorum nominibus* in *Apuleii* defensionem, nihil habeo quod referibam cum ceteris in cōmune. Nam *Demogorgon* pro *Damigeronte* substitui non placet, cum *Damigeron Pythagoricus* rerum naturā scrutatus sit, & inde *magus* existimatus, vtomnes eiusde secłæ Philosophi, si Tyanæo credimus Apollonio Testimonio *Damigeronis* vtuntur is, qui rei rusticæ collectanea Græce fecit, adiungitque fere semper Democrito, Sotioni, & Apuleio. *Demogorgona* inter *magos* a Lutatio memoratum non memini: nec *Demogorgon*, sed *Demiurgos* apud eum legi debet: quo nomine rerum omnium opifex Deus accipitur apud Platonem. Nefas vero, nefas inter *magos Ioannem Christi discipulum* nominare, cū † Numenius ille Pythagoricus in tertio libro, Ἰαννᾶς τοίνυν Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι μάγοι ἐξαίρετοι εἰσὶν ἀνδρες ἐν τέχνῃ μαγικῇ οὕτω κεχαδικότες εἶναι ἐπὶ τοσοῦτον ἐξελαύνοντες ἐξ Αἰγύπτου. Μωυσῆν γοῦν τὸν Ἰουδαίων ἐξηγητὴν φασὶ γνησίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ τελείοις δυναμένοις τὰ παραδοθέντα τῶν Αἰγυπτίων θεῖα ἤσαν, id est, *Iannes (inquit) & Iambres Ægyptii erant magicis artibus adeo præpotentes vt Musæo Iudeorū duci, viro Deo maxime contundere solito resistere posse a cunctis Ægyptiis iudicati sint.* De *Palamede Syphaceque* quod alii nihil inuenerint, nō mirum, *non omnia possumus omnes*, eminentissimus ait Poeta. Tu pro Syphace scribe *Sisyphus* ex Polyæno Macedone: qui Stratagematōn primo, Sisyphum Æoli filium † omnium vaferrimum fuisse prodit ex Homero. Nam de *Palamede* quis dubiter, cum dolos Vlyssis detexerit? Vlyssis, inquam, qui apud Homerum gloriatur omnes ab se mortales animi versutia superari. Sed iniquus es, qui me reddere rationem cogis antiquitus institutæ pronuntiationis, & nunc etiam publicæ. Lutarius autumat *Ægisthō* nomen inditum, quod esset a *capella* educatus, id ei facile non crederem, nisi grauis apud Græcos auctor Orion adderet originationem vocabuli sic: *Ægisthum a verbo ἄω, quod est lacto, atque αἴξ, capella, velut αἰγιστὴν, adiectaque s littera, αἰγιστὴν.* Vale.

† *Euseb. de præpar. Euang. l. b. 9.*

† *Lege Eras. in prouerb. Sisyphi artes.*

A. Ianus

A. Ianus Parrh. Ludouico Imano Physico & Medico S. P. D.

EPISTOLA XII.

JVrene redarguatur *Aretinus* interpres Aristotelis, a me quæris. Ego, qui salutem pene tibi debeam, si spectanda voluntas est, cum per te non steterit eam mihi restituere, si genus acerbissimi morbi curationem reciperet, a me impetrare statui, quod facturus alioqui non videbar, vt de viro seculi sui doctissimo, deque aliorum iudicio iudicem. Verba sunt Aristotelis Eth. 7. Ὥσπερ ὁ Θεοδέκτου Φιλοκτήτης ὑπὸ τοῦ ἕρπητος πεπλῆχθαι, ἢ ὁ Καρκίνος ἐν τῇ Ἀλόπῃ Καρκίνων. Hæc *Aretinus* hunc in modum transtulit: *Ceu Theodectæ Philoctetes a serpente percussus: vel Carcini in Alope Cercyon.* In quibus error *Aretini* nullus apparet, præterquam si librarii culpā præstare iniurie cogatur. Nam quia ea verba transferenda cēsent, *Carcini* vel *cancri canum Cercyon*, auiditate mordendi, dentes in plaga reliquerunt. *Aretinus* enim recte, & ex historia Aristotelis extulit sententiam. Nam quemadmodum *Philoctetes* Theodectæ fabula dicta est, ita a *Carcino* Tragico Poeta *Alope*, ex nomine puellæ *Cercyonis* filiæ, quam Neptunus compressit: vnde natus *Hippothoon*, a quo Atticæ tribum *Hippothoontida* appellatam *Atthidos* 2. scribit Hellanicus, & Euripides. Meminit & Lycurgus in eo cui titulum fecit. *De sacrificio.* Hoc igitur argumento Tragœdiam docuit *Carcinus*: de quo Diodoros *per initia sexti Bibliothecæ: Carcinus Poeta Tragicus, &c.* In monumentis Suidæ de *Carcino* Poeta iocose plura legere volentibus in promtu sunt. Ictu sane cancri percussum *Cercyonem* tradit nemo. Nam quos *leonis oculos* Aristoteles χαροπούς appellat, equidem sentio parum commode expressos *affectu gratiosos.* Lucilius enim Tharreus & Sophocles apud Apollonium χαροπὴν (*inquiunt*) *auroram dixit, ab eius splendore, quo aer illustratur. Glaucum* enim & χαροπὸν inuicem ponuntur, & vtrunque pro *splendido.* Igitur Aristoteles *oculos Leonis* χαροπὰς, id est, *glaucos & cæsios*, appellauit. Inde Catullus, *Cæsio veniam obtutu leoni.* Viden' quo me deduxeris? vt in alienam messem iniecta falce pericliter a Philosophis tuis explodi, nisi tu qua polles inter eos auctoritate me tuearis. Vale.

A. Ianus Parrh. Vincentio Macro Physico & Medico S. P. D.

EPISTOLA XIII.

QVidni placeam mihi Macer, abs te vtriusque linguæ peritissimo acerrimiq; iudicii Philosopho nostra commendari? †Decreueram, quod in hortis Columellæ collegeram, domestico contentus vsu, venum non exponere, sed tu probando effecisti, vt aliquid esse mihi videatur. Itaque tuis auspiciis inter alios manipulares in aciem prodeat & hostis ad terrorem compositū vultum minasque, te duce, pati discat intrepide. Columellæ carmen est, (vt scis) hoc,

†*Lege Columella hortulum. nam noua adiecimus.*

Nunc veniat quamuis oculis inimica coramble. * Quam vocem qui non percipiunt, aut emendant *chamædris*, aut *corymbe*, quasi racemum ferulæ Columella designet, in eoque multa parum necessario disputant. Ego veterem defendo lectionem, *corablemq;* a Columella *agrestem brassicam* metaphrasticōs appellatam sentio * quam partim *cramben*, partim *raphanon* Græce vocant. Eadem metaphrasi Theocritus vtitur in Syringe: qui μακροπτόλεμον Τηλέμαχον Vlyssis filium dixit. Et Æschylus *in Agamemone, leonis catulos* δρόσους intelligi voluit ἔρσας, id est, *teneros adhuc & paruulos*, ab eo, quod ἔρση Græce *ros* est. Eadem ratione Flaccus Horatius *Camelopardalin* commutatis verbis expressit,

Diuersum cōfusa genus Panthera camelo. Nā *crambe* nomen accepit ex eo, quod hebetat visum, quasi κοράμβλη τὶς οὖσα, ἢ ἀμβλύνουσα τὸ διορατικὸν, vt apud Suidam legimus. Vale.

A. Ianus Parrh. Tatio Cornigero S.P.D.

EPISTOLA XIV.

NEmpe vt apertius ad te scribam quorsum tendat illud adagium *Martialis*, vt ipse putas, alteri ad te epistolæ insertum. Atqui (si nescis) *Martialis* illa non est, sed hominum consensu recepta sententia, de qua Spomsiacōn 1. Plutarchus hæc, Μισέω μνάμονα συμπότων *Procille*, id est, *odi memorem cōpotorem.* Quibusdam dictū placet *in conuiuii magistros non ingrate nimios & qui blande pelliciunt ad potandum.* Nam qui colunt Siciliam *Dorienses*, arbitrum bibendi vocant μνάμονα. Nonnulli prouerbium monere putant, *obliuioni danda quæcunque dicuntur & fiunt in vino.* Quo argumento maiores nostri λήθην, id est, *obliuionem*, νάρθηκα, id est *ferulam*, Libero patri cōsecrauerunt, quod non oporteat eorum seruare memoriam quæ per vinum committuntur. Habes ex Plutarcho prouerbii vetustatem, quod *Martialis* in vsum reuocauit. Eius exemplum si tu sequutus esses, plus (mihi crede) laudis habuisses. Vale.

A. Ianus Parrh. Archangelo Clarauallensi S. P. D.

EPISTOLA XV.

AMe vero tuo iure potes & debes omnia, Archangele, exspectare, cum propter studiorum societatem, tum quod Mediolani (in qua vrbe honestissimo loco natus es) humanissime me cōplectebaris, & es (vt audio) futurus apud archidiaconum Poncherium meum, cuius amicos & familiares omnes amem colamq; necesse est, si memoris & boni viri nomen retinere velim. Quod in *Pomponio Mela* te remoratur, id aliquando nobis etiam negotium fecit: donec tua caussa locum diligentius expensum correximus. Nam si legas in Cretæ descriptione, *Multis famigerata fabulis aduētu Europæ, Pasiphaes, Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoque: Dædali operibus & fuga, tum statione atque morte*: quod vltimū de *Dædalo* traditur, erit præter historiā. Quippe *Dædalus* in Lycia, non

Eadem ratione Pl. hist. nat. duodetrigesimo impetus pituitæ dixit impetigines. Impetus pituitæ in facie butyro illito colluatur.

*Lege Athē. 234.

non in *Creta* fato functus est, cum eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem, qua commeabat, egressus momordisset, vt *Alexander apud Stephanum* refert. Et Hermolaus castigat Plin. lib. 5. vt mirum sit, hunc apud *Melam* librarii lapsum, ab eo non animaduersum. Tu mea sententia lege, *Talo stationes atq; morte. Talus* enim *aneus* fuisse dicitur opus Vulcani. Minoi dono datus ab ipso Deo, vt insulam Cretam custodiret: tantæ velocitatis vt eam ter in die obiret, vt canit Apollonius *Argon. 3.* Quem Minyas appellere prohibentem, Medea potionatum vertit in furorem, atque exstinxit: vel (vt alii scribunt) cum promisisset immortalem facere, refixo extractoque clauo, quo fatalis in eo vena comprimebatur, effuso sanguine exstinxit. Alii malunt a Pæante Philoctetæ patre sagitta in calce confixum. Simonides ait in *Sardonia* versatum, antequam migraret in Cretam, ibique multos ab eo neci datos: qui quoniam *contracto ore* perirent, inde *Sardonium risum* in prouerbium venisse. Rhadamanthus orci iudex in delitiis habuit *Talum*, vt canit Ibycus. Sed hoc nihil ad te, cui satis est scire *Talum* Cretæ custodem fuisse, quem Medea veneno vel fraude sustulerit, id quod *Mela Pomponius* intellexit. Vale

A. Ianus Parrh. Io. P. ffo sacerdoti S. P. D.

EPISTOLA XVI.

Recte sentis illum Papylo nasutiorem nasi nihil habere: prorsusque non Gellium, sed esse: quippe qui bardum sapiat, omaque ea de *succida*, id est, *cornu copiæ* transcripserit, quæcunque dictauit in Senecam: præter ea quæ Britanno nescio cui, malo illi quidem sed eius veteri Poetæ expositori, surripuit. Alterum vero Græcarum literarum non imperitum iure miraris illud ex Hippolyto,

Talus erat cum placuit hosti Theseus, ad *Ariadnam* referre, quæ *Thesei* forma semel capta, nihil in eum hostile cogitauit. Equidem de *Minoe* dictum puto, quem *Teneus Chius auctor est*, & *repetit Athenæus*, inimicitias aduersus Athenienses deposuisse, *Thesei* amore inductum: quo potius, inquit, ei *Phædram* matrimonio filiam iunxit, vt *Phædræ* dicat *Hippolytum referre Thesei vultus eos* quibus Minos captus est. Hæc ad te pluribus scribere supersedeo, cum pro tua eruditione & ingenio, facile rem percipias. Vale, & Ianum tuum ama.

A. Ianus Parrh. Antonio Moreto S. P. D.

EPISTOLA XVII.

Non recuso quin insimulari contendas eum, qui Mediolani *Ciceronis opera* publicauit, nisi vel iniquissimo iudici probauero, nullam fere paginam vitio carere. Sed ne verbis agere videamur, ad rem statim veniã. In Academicis ita habetur: *Vt Democritus in profundo veritatẽ esse diuersam*. Cui non apparet legendũ esse

demersam, vel ex ipso Lactantio, qui inde locum mutuatus est: Item de Legibus primo, *Prudentissime Q. dicis, nam quæ a me adhuc dicta sunt, nec Lycurgi leges, neq; Solonis, neq; Charondæ, neq; Seleuci, neq; nostras 12. tabulas, neque plebiscita desiderant.* Non dubito quin hic intelligas esse reponendum Zaleuci, quem Locrensibus dedisse leges, ex Strabone Valerioque Maximo & Eustathio sciunt omnes. Eius ad Lucilium Seneca meminit, & infra Cicero, *Quod idem & Zaleucum & Charondam fecisse video.* Tametsi illic etiam Zeleucum perperam suo more impressit. Equidem pudenter hoc ad te eruditum & perhumanum virum: sed tamen alii hærent in eo, quod de tabellaria lege, *Excitabat fluctus in simpulo*, vt dicitur: Cum *Fluctus excitabat in simpulo*, prouerbium, significet in parua re maxima turbam facere. Quam vero commode periodum mutauit ex proœmio de Officiis? Sequimur igitur hoc quidem tempore & in hac quæstione potissimum Stoicos, non vt interpretes, sed vt solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. Cum veteres codices adhuc veram seruent lectionem, *Quantocunque modo videbitur.* Leue offensaculum quod adiiciam, sed non negligendum; cum Grammatici tradant, Ciceronem a verbo quod est *implicor*, *implicatum*, non *implicitum*, protulisse, manuque scripti codices habeant, *Qua quatuor, quanquam inter se colligata atque implicata sunt*, non *implicita*. At in etymo fidei, qualis est? *Fundamentum iustitiæ est fides, dictorum conuentorumque constantia & veritas. Ex quo, quanquam hoc fortasse videbitur cuipiam durius, tamen vt videamur imitari Stoicos, qui studiose inquirunt, vnde verba sint dicta, credamus, quia fit, quod dictum est, appellatam fidem.* Vide quam flagitiose Ciceroni personam simulatoris induat, *Vt videamur imitari Stoicos*, ac si ad ostentationem se compararet, cum scriptum reliquerit, *Audeamus imitari Stoicos.* In illo vero sum æquior, quod commune sibi cum multis est erratum. *Hinc Rhetorum campos de Marathone, Salamine, Platæis, Thermopylis, Leuctris, Stratocle. Hinc Decii, hinc Cn. & P. Scipiones.* Antiquitatum exemplaria castigatius, *Thermopylæ, Leuctris. Hinc sunt Cocles, hinc Decii.* Non *Stratocles*. Nam inter exempla fortitudinis Horatius Cocles a Valerio Max. ponitur, & ab ipso Cicerone paradoxo primo, per hæc, *Qua vi Coclites contra hostium copias tenuit in ponte solum? qua vi patrem Decium, qua filium deuotos immisit?* Et Vergilius in Culice:

Hic Fabii, Deciiq;, hic est & Horatia virtus. Vt qui *Stratoque* pro *Stratocle* reposuerit, ostentandi ingenii materiam frustra captauerit. Inuertit & honestissimum dicendi genus, in iis: *Ne quid temere, ne quid crudeliter fiat*, extremo verbo otiose addito. Nam Cicero ita dixit, *Ne quid crudeliter*, vt Terentius in Andria: *Ne quid nimis.* Et infra, *Cleombrotus inuitam timeas.* Itane, si quid saperet, vnquam

vnquam deprauasset? cum fidelia Ciceronis habeant exemplaria, & sensus exigat, *Cleombrotus iniuriam timens*. Ignarum penitus historiæ, & Ciceronis parum studiosum prodit eum, quod addam, *Prudentiaque est aquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademque frons: vt de Isocrate idemque de C. Lælio accepimus*. Atqui de Isocrate nemo tradit, sed de Socrate, vt Gellius in Noctibus Atticis, & ipse Cicero in Quæstionibus Tusculanis. Sed age videamus, an in ea philosophiæ parte, quæ differendi rationem continet, eum se præstet, quem iactare solet. Agens Cicero περὶ πρεπόντος, id est, *de decoro*, cum diffinitionem præmisisset, ad speciem transiit, hunc in modum, *Quæ autem subiecta pars generi est, eam sic diffinivit*. At noster iste dialecticus ita transposuit, *Quæ pars subiecta est eius generi*. Forsan alicubi diligentior hanc iniuriam deprecatur: imo sui similis hallucinabundus & somniculosus, pandiculantibus semper oculis nisi cum nummum contemplatur. Cum docet Cicero quo pacto constare in perpetuitate vitæ possimus, *Nobismet ipsis ad hanc* (inquit) *rationem quam maximam vim natura habet: fortuna, proximam. Vtriusque omnino habenda est ratio in eligendo genere vitæ, sed naturæ magis. Multo enim & firmior est & constantior natura quam fortuna: vt fortuna nonnunquam, tanquam ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare videatur*. Adhibe quæso cum hac veteri synceraque lectione suam: & intelliges in quo peccatum est. Nam sana mente tum fuisse videri non potest, cum Ciceronis hæc verba, *Quæ enim natura occultauit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis*, interpolauit, *Qui sani sunt mente*. Nam cui non risum sed lacrymas non excutiat, eo recidisse rem literariam, vt vix idonei impressores audeant omnia ex libidine mutare? vt eece de Catulis, qui optime vti lingua Latina putabantur, *Vt exquisito iudicio putares vti beneficio literarum, quanquam literati & alu*. Videre licet in eius exemplaribus erasum *Beneficio*, quasi minime necessarium, cum sensus in eo vertatur: Et paulo post quam συγχυσιν verborumque confusionem minus apto loco fecit? *Et quoniam omnia persequimur* (*volumus quidem*) *dicendum est, qualem hominis honorati & principis domum placeat esse*. Ciceronis verba non sunt, sed hominis plane minutuli, corruptorisque veræ lectionis, quæ erat huiusmodi, *Et quoniam omnia persequi volumus quidem certe, dicendum est qualem, &c. At ea saltem quæ natura magna sæpe intelligimus ex paruis, in promtu posuit, exacte retinet: Ex oculorum obtuitu, superciliorum remissione*. Cum Cicero scripserit, *Ex eleuatione superciliorum aut remissione, aut contractione*. Quod vsu discere potuit, & Plinii testimonio. Nam contiguo pene loco ne Grammatici eam quidem rationem seruat, *Vt siquid dedecet in alios, vitemus & ipsi*. Cum vetus omnis exemplarium fides habeat, *Dedecet in illo*: & ita dicendum compitalitii quoque

magistelli videant. Restituere Ciceroni (credo) voluit ea, quæ iam detraxerat, addita de suo clausula, non minus friuola quam superuacanea. In *quibus*, inquit, *videndum est, non modo quid quisq; loquatur, sed etiam quid quisq; sentiat.* Hæc tamen Cicero: quibus impressor iaculauit, *Atq; etiam qua de caussa quod quisq; sentiat.* Ὁμοιοτέλευτον, id est, similiter cadens in Cicerone nemo quasi notaret. In id tamen aliena negligentia cur incurrat? vt hic, *Sordidi etiam putantur qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant.* Antiqua lectio castior, *Sordidi etiam putandi, &c.* Consule aures, quarum iudicium superbissimum putat Cicero, nec dubitabis iterum ferulæ manum subiiciat oportet is, qui toties offendit in disciplina Grammaticæ. Nam quid ita scripsit, *Totumq; ludum talarem*: cum *talarium* vetusti codices habeant, & ita Cicero dixerit, vt alibi: *Nec in talario quidem ludo turpior confessus.* Nam sicut a parte pedis *talo*, talaris appellatur vestis, ita a talo cum significat ἀστράγαλον, *talarius* fit. Ita est vt dixi: quæ non percipit, aut adiectione, aut detractione, aut transpositione corrumpit. In calce primi negat *communitatem vitæ atq; societatem a natura ortam.* Deinde subdit hæc, *Quod si omnia nobis quæ ad cultum victumq; pertinent, quasi virgula diuina (vt aiunt) suppeditarentur, tamen optimo quisq; ingenio negotiis omnibus omissis, se in cognitione scientiæ collocaret.* Addit iste de suo verbum *Praditus optimo quisq; ingenio*: quasi aliter sententia non staret. Hæc ex multis ad te pauca, vt nimio plus honoris amori tribuentem vulsa aure excitaremus. Alia vel per te deprehendes, vt in iis humaniorib. studiis aliquandiu cum laude versatus, vel ex nostris ad amicos obseruationibus: ex quibus intelliges, me nihil odio dedisse. Vale.

Lege August. de Ciu. Dei, lib. 7. ex dictis Senecæ, ex eo lib. quem scripsit De superstitione.

† *Cor. Tac. hist lib. 21. Pessimus quisq; spretis religionibus patriis, tributa & stipes illuc congerebat, vnde aucta Iudæorum res. Et infra, Trangressi in mores eorum idem usurpant.*

Adamus Parrh. Hieronymo Plegaphetæ Veicetino, familiæ Prædicatorum Priori S. P. D.

EPISTOLA XVIII.

REcte coniicis, Hieronyme, latentis aliquid historiæ subesse Iuuenalis illi carmini,

Cophino fœnoq; relicto,
Arcanam Iudæa tremens mendicat ad aurem
Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos.

Vt omittam de *cophino fœnoque* satis vndique iactato, non abn Iudæa sacerdos ad aurem mendicat arcanam: cum soleant alii palam stipem rogare, vt Irus apud Homerum: & Romæ in cliuo Asricino, aut in ponte, ex Ouidio, * Seneca, Martiale. Sed Iudæa sacerdos, opem petebat a matronis quæ defecerant in Iudaicam religionem, quod frequenter & a pluribus etiam viris esse factum, † Corn. Tacitus auctor est & Dion. Itaque cum non Deorum, sed opificis omnium, vnicique & veri Dei nomine stipem peteret, id palam facere non audebat: & Romanorum metu, qui Deos patrios negligi indignissime ferebant, & ne consectaneas suas proderent

derentatque in discrimen adducerent: acerbius in Iudæos animaduertentibus tum Romanis, quod inde Christianorum secta pullulabat eo tempore vulgo inuisa. Faciunt & ad ritum magicæ damnatæque artis, † catelli exta. Pausanias, *Ouis*, inquit, *hædique & vituli exta passim consulebant haruspices, etiam suis apud Cyprũ, canis autem nemo, nisi Thrasybulus augur & vates arcano peculiarique quodam ritu.* Diis ergo manibus euocandis ab haruspice Commageno rem diuinam factam debemus accipere. Nam canes Hecatæ mactabantur, vt canit Sophron. Ideoque Iuuenalis adiecit,

Interdum & pueri: faciet quod deferat ipse,

Patrabit infanticidium, quod indicio suo postea detegat, vt propositum præmium delationis assequatur. Id quod a delictorũ complicibus hodie quoq; fieri videmus. Arbitror esse verũ, quod aliqui dicunt, vos etiam philosophos in concionibus ad populum lectione Iuuenalis adiuuari, quod vtriq; vitia castigatis Hinc in eo genere tantum præstas, quod caussarum cognitionem iusq; Pontificium cum dicendi copia coniunxisti, nec vnquam rimari desinis etiam minima, modo quicquam cõferre possint instituto tuo: tantaque cum laude versaris in iis etiam nostratibus, vt eos æquipares, quorum proprium munus hoc est, & se Grammaticos aut Rhetoras, aut Poetas profitentur. In † libraria tecum sentio libri bripendem accipiendam, quæ pensa partitur inter ancillas, ex Vlpiano. Sed & † Taurea matronæ nomen a feritate tauri non est, vt quidam putãt, sed lori. Tarquinius Superbus, *vt est apud Eutropium*, primus apud Romanos excogitauit vincula, taureas, fustes, latomias, carceres, compedes, catenas, exsilia, metalla. Quæ totidem verbis in Eusebium suũ transtulit Hieronymus. Vtitur ea voce Turantius Ruffinus in Iosepp. lib. 2. *Præfecti*, inquit, *militũ curabant comprimere tumultum, & pugnaces quosque comprehensos taureis vlciscebantur & vinculis.* In quibus tamen equidem malim scribi; *contumacissimos quosq;*, quam *pugnaces*, ex proprietate Latini sermonis. Vale.

A. Ianus Parrhas. T. Phædro Lateranensi Canonico.

EPISTOLA XIX.

CVi potius inscribam quicquid id est inquisitionis, quam tibi T. Phædre? quem certa disciplinarum ratio nõ ad honestissimum modo sacerdotium, sed euexit ad splendidam quoq; Palatinæ bibliothecæ curationem, quemq; ex omnibus maxime scio censoris & amici animo nostra lecturum, cum præterquã q; optimo iure tibi debentur eius studiosissimo, quæcunq; ad illustrandũ Plinium pertinent, alius nemo libros habeat, vnde hæc hausimus, vt me non mentiri possis apud eos affirmare, siqui nihil exstare credunt, quod ipsi non viderint. Hermolaus in C. Plinii glossematis in verbo cluere, *Clipeum*, inquit, *a cluendo, id est, pugnando, peruersa*

† *Exta catelli lege Ioan. Gram. in Hom. de genere auspiciorum.*

† *Libraria Lege Erasm. 39. in prou.*

Pensum persoluere.

† *Lege Sueton. nã Taurea, familia Roma fuit.*

Grammaticorum subtilitas tractum existimat, cum tamen ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc est, *a scalpendo cælandoque, deducatur, imaginibus in scuto contineri solitis, vt 35. lib. docuit, vnde fit, vt clypeum, non clipeum, scripsisse videatur.* Hæc Hermolaus interpretatione verborum Plinii parum recta: quæ quo facilius expendas, adieci. *Scutis* (inquit) *qualibus apud Troiã pugnatum est, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypeorum, non (vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit) a cluendo. Origo, plenã virtutis faciem reddi in scuto cuiusque, qui erat vsus illo.* Quæ sane Plinius inseruisse de industria videtur, vt ex institutionibus suis, Grammatices, in quem lapsus erat, errorem corrigeret. In secundo namq; dubii sermonis ait, indistincto genere clypeum dici, sed litera differre, vt imaginẽ per y *clypeum* dicamus, a γλύφειν (quod est *cælare*) dictum: pugnatorium vero, per u a *cluendo*. Quam differentiam Fl. item Caper agnoscit. *Clupeum* (inquit) ἀσπίδα, *clipeum, ornamentum dices*, Et si aliis apud eum syllabis deprauata præceptio est. Et Pollio Trebellius, *Illi clipeus aureus, vel* (vt Grammatici loquuntur) *clipeum aureum senatus totius iudicio in Rom. curia collocatum est.* * Suetonius Tranq. in Domitiano: *Senatus adeo lætatus est, vt clypeos & imagines eius coram detrahi, & ibidem solo affligi iuberet.* Idipsum Corn. etiam Fronto sentit in differentiis nominum verborumque, per hæc, *Clipeus armorum: Clipeum imaginis.* Hoc autem discrimen Fl. Sosipatro Charisio displicet, propter communionem *i* & *u* literarum. Nam & *maximus* & *maxumus*, & *optimus* & *optumus* indifferenter dicimus, existimatq; *clipeum* masculino genere in significatione scuti ponendum, neutro, cum significat imaginem. Sed Asinium pro imagine *clypeum* masculine dixisse: Clypeus prætextæ imaginis positus: & Liuium in significatione scuti, neutrali sæpius & Pomponium in Capella, cum ait: *Clypeum in medio fixum est.* Et his efficitur, & imaginem & scutum clipeũ dici, sed aut genere, aut scriptura differre, & scutum quidem clipeum vocatum non a *cluendo*, id est, pugnando, sed a *clypeis*, id est imaginibus, quas habebãt expressas. Igitur originationi, quam Merulam sequutus Hermolaus attulit ἀπὸ τοῦ γλύφειν, locus in scuto non est apud Plin. Excute intelligentiam tuam, & de tota re statue. Nam integrum tibi esse volo hoc aut edere, aut supprimere. Vale

** Lege Suetonii Caligulam, & Macrob. de scommatibus M. T. Ciceronis in Quint. 15.*

A Ianus Parrhas. Hieronymo Burgo Veicetino cognomento Paradoxo.

EPISTOLA XX.

DElector ingenio tuo Paradoxe, quod se non effert ad ostentationem, sed (vt fauilla cinereque obrutus ignis), intra pectoris imum penetrale vigilat. Apud me dum videris abesse, tum potissimum hauris omnia, domi dum lauas, dum cœnas, aliisque naturæ requisitis operam das, a nobis audita ruminas: rui nunquam voluptatibus adeo te permittis, vt aliquam sine linea diem

diem transfire patiaris. A pugillaribus ad aucupium: vnde statim ad Musas. Alterum testantur aues, alterum, ad me missæ literæ. Equidem te sum solitus appellare Parodoxon, non tam quod Paradoxa Ciceronis habeas in numerato tanquam digitos, quam quod præter meam omniumque opinionem profieis. Alere pro mea virili parte conabor hunc ardorem discendi tuum, nec ex iis, quæ summo labore comperta mihi sunt, aliquid te vnquam celauero. Tu velim, de quibus hæsitas, audacter a me petas, vt nuper illa † Iunenalis, ad quæ paucis accipe. *Testudinem facere*, Cæsar, Liuius, Annæusque, Florus, & nostri dicunt, Græci συναστίζειν, cum sarcinis & impedimentis in medium coniectis, equites & leuis armaturæ milites eodem recipiuntur, ac scutis armati in lateribus ad agminis quadrati speciem disposiri continent alios in officio: quibus autem clypei sunt ampliores, & ipsi locantur in media acie, clypeisq; supra caput elatis, & se tuentur & alios. Ipse vero clypeorum tam perpetuus tenaxque nexus est, vt videre non sit aliud quã clypeos, ab ictibusq; telorum defenduntur omnes. Eam testudinẽ tantæ firmitudinis esse scribit in Octauio Dion, vt homines interdum supergrediantur, & equi curruſq; (præsertim si fiat in angustis) agi possint: vnde dicta testudo, quod imperuia telis & validissima sit. Συναστίζειν, id est, *testudinem facere*, Geographiæ tertio Strabo posuit pro eo, quod est conspirare, & ita videtur accipere Iuuenalis.

† *Iuuen. sed illos. Defendit numerus, iunctæq; vmbone phalanges.* Lege *Erasm.* 227.

Respice primum,
Et scrutare viros, faciunt hi plura, sed illos
Defendit numerus iunctæq, vmbone phalanges, id est, multitudo & conspiratio, quod pluribus idem nolle idemque velle est. Ideoque statim subdit,
Magna inter molles concordia. Vale.

Ianus Parrhasius. Bernhardino Leoniceno S. P. D.

EPISTOLA XXI.

DVrum licentiosi literatoris & acerbæ stellaturæ, nomen ac inuidiam subire, sed durius optime de me tibi merito quicquam negare, in eo præsertim studiorum genere, quod ego profiteor, & a teneris annis ad hanc ætatem te delectat. Proinde quod efflagitasti in Ouidii Sappha, paucis explicabo, cur iis non accedam, qui duobus illis versibus,
Nec mihi Pierides subeunt, Dryadesue puellæ:
Nec me Thespiadum cetera turba iuuat.
Pro Pierides *Pyrino* substituunt. Et primo quidem, quod amica Sapphus appellata *Pyrino* non est, sed *Gyrinno*, vt ostendit is, quem Græci vocant etymologicon, allata nominis ratione, inquit, Γυρίννω, ὄνομα, κύριον Λεσβίας κόρης, εἴρηται παρὰ τὸ γυρίνω, ὃ σημαίνει τὸν ἔλαττον. Γυρίννω ὡς ἐρῶντες Ἐρρίνω, καὶ πλέω Κλεώ

κοῦ Κλεοῦς id est, *Gyrinno, virginis Lesbiæ proprium nomẽ, indidtũ abnominationem ab eo quod est γρῦς & Græce, & Latine grana, vt Erato Erato, Cleos Cleo & Clio* Citat Hephæstion Sapphus Æolicum carmen, in quo Gyrinno scribitur δ' μερφοῦσ' ἀπὸ τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννως: Deinde quod in patria historia Myrtilus ait, *melos esse dictum a Lesbiis virginibus, quæ & Musæ vocarentur, erantq; solitæ in luctibus ire ad lamentandum mortuos.* Vnde inualuisse consuetudinem, vt neniæ, quas canebant, *mele* vocarentur. Has nempe virgines e Melia, vel, vt est apud - - , *Meloente* Lesbiloco, esse, vbi etiam Apollo colebatur. Lege Stephanum. Itaque illud Ouidianæ Sapphus equidem non muto. Nam vetusti codices habent *Pyrrhiades*, ab oppido Lesbi Pyrrha: &, *Meliaque puella*, a Melia: de qua † Strabo, & Ptolomæus libro quarto, de situ Asiæ minoris. Vale.

† Vide Strab. pagin. 162. Theophr. in hist. plantar. pag. 123. & Arist. de gener. animal. lib. 3. ca. 10.

A. Ianus Parrhas. *Hieronymo Thyenæo* S. P. D.

EPISTOLA XXII.

NOn extorquebis a me Thyenæe, quod te cupere declaras, vt confutandis aliorum sententiis eximam diem. Quid enim oportet hac inuidia laborare, cum cuique satis esse debeat sua prodere? Quare quod in Iuuenalem requiris a me, sic habeto. Tu qui ingenio vales, & assiduitate studiorum consequutus es, vt adulescens eruditione pleriſque maioribus natu non cedas, hanc nostram cum ceterorum componens expositionibus, odio vel gratiæ nihil dabis, quamq: magis ad rem facere iudicabis, eam sequere. Lauronia apud Iunenalem ita moles exagitat,

Vos lanam trahitis, calathiſque peracta refertis
Vellera, vos tenui praguantem ſtamine fuſum
Penelope melior, cui tantum torquetis Arachne:
Horrida quale facit reſidens in codice pellex.

Id est, annus algore confecta tremulaque. Nam quas vxor ancillas olim suspectas habuisset, vt pellices, cum per absentiam vel obitum viri licebat, ad caudicem vinctas iniqua pensa trahere cogebat in compedibus. Id quod ab amica Propertii, quam defuncta Cynthia superduxerat, in Petalen factum queritur vmbra Cinthiæ, quod eius tumulum sertis redimisset:

Noſtraque quod Petale tulit ad monumenta corollas,
Codicis immundi vincula ſentit anus.

Eademque superius expostulauerat,

Et grauiora rependit iniquis penſa quaſilla,
Garrula de facie ſi qua loquuta mea eſt.

Hippodamia Briseis apud Ouidium, modo non deseraturab Achille, pollicetur operam suam in lanificio strenuam.

Nos humiles famulaque tua data penſa trahemus,
Et minuent plenas ſtamina noſtra colos:

Exagi-

Exagitet ne me tantum tua, deprecor, uxor:
Qua mihi, nescio, quo non erit aqua modo.

Suspectam pellicatus ancillam notat apud Tibullum Sulpitia, nisi me fallit ratio,

Sit tibi cura toga potius, pressumq; quasillo
Scortum, quam Seruis filia Sulpitii.

Quod si meritoriam placet illic intelligere, quoniam togæ meminit, hic annis grauem prostibulã licebit exponas. In Apulei defensione, quid sit *robur* ex Verrio iam olim didici, sed hic ita conuenit, vt quod minimum. Vale.

A. Ianus Parrhas. Ambrosio Pagnano Mediolanensi
S. P. D.

EPISTOLA XXIII.

ET quia Mediolanensis & quia bonarum literarum studiosus, & quia Thyenæi nostri familiaris es, amo te plurimum, meq; abs te amari certo scio. Proinde si quid est, quod efficere tua causa possim, tantum innue, nullam feres a me repulsam. Quod quidã negant apud Iuuenalem *Scatiniam legem* sortitam nomen ã *C. Scatinio*, qui Marcelli filium corrumpere tentauit, accusanteque Marcello patre damnatus est, *vt tradit Valerius*: apud me tanti non est, vt a pristina veraq; sententia deiiciar. Vt enim condonem leges appellationem ab iis, qui tulerunt, plerunque sumere, sic equidem *Scatiniam* ab eo, qui primum damnatus ea fuit, exemplo Græcorum vocatam contendo. Nam cum Laius OEdipi pater omnium primus inter homines intulisset stuprum Chrysippo Pelopis filio, lex eiusdem formulę cum *Scatinia*, *Laia* ab eo dicta est. Eius meminit Plato. Superiora accepimus ex Dicæarcho, Athenæo, Euripide. Nam de quibus in Antonium Cicero Scatiniis legibus, alia cauebantur, vt apud eum demonstrabo. Non dubium quin ad molliciem referatur effœminate loquentis,

Et per Iunonem domini iurantem ministro. Fl. enim Sosipater agens de prouerbiis, *Medius filius per Iouem*, vel *fidem filiumue Iouis*, inquit *Herculem*, quæ iuratio propria virorũ, vt fœminarum *Ædepol, Ecastor*, & *Iuno*. Deniq; Titinnius, in Setina cum molliculum reprehendere vellet adulescentulum, *Az*, *quia pol edepol*, inquit, *fabulabar*?

Nunquamne reponam?

Reponere significat parem gratiam referre, siue bonam, siue malam, translatione sumta ab iis, qui mutua celebrant inter se conuiuia. Cicero ad Leentulum primo, *Cur Vatinium laudarim, peto abs te, vt id a me ne in hoc reo, neue in aliis requiras: ne tibi ego idem reponam, cum veneris*, id est, exprobrem. Seneca in Thyeste: *Sceleri debetur modus, cum facias scelus, non vbi reponas.* Ex quo Iuuenalis:

Nunquamne reponam,
Vexatus totiens rauci Theseide Codri

Id est, nonne eadem recitandi molestia alios afficiam, qua me ill.

Frontonis plutam conuulsaq; marmora clamant

Semper. Assidua poetarum recitatione, vel ediscerent in culcata toties, & effutiunt. In eundem fere sensum M. Tullius, Torquatum, Sed in ea es vrbe, in qua hæc vel plura & ornatio parietes ipsi loqui posse videantur. *Assiduo ruta lectore columna* dixit, vt alibi de Statio, *Cum fregit subsellia versus.* Martianus in Capella, *Non absq; iis, qui perturbantes pectora sensusq; cunctorum cognoscentium quoq; perfregere subsellia.* † Qui credunt Arabarches e Iuuenale fictum nomen, falluntur. Etenim M. T. ad Attic. lib. II. *Velim tecum Theophanem respicere quid animo sit in me Arabarches.* Hæc in præsentia succurrunt ad ea, quæ requiris. Si quid in posterum melius impartieris. Vale.

† *Iuuen. Ægyptius atq; Arabarches ad Ioseppum referri debet ex hist. Hieronym. nam statuã meruit, &c.*

A. Ianus Parrhas. Tamisio Leoniceno S. P. D.

EPISTOLA XXIV.

QVantum sustineas oneris, & quam non desidendum tibi sit, vt Nicolao patruo diguũ euadas, illo, qui solus hac ætate reuocauit orbem disciplinarum, sic vt in plurimis ex æquo cum C. Plinio contendat, hinc te sentire Leonicene perspicio, quod præsens auditorium, meum frequentas, abiens, per epistolam consulis. Age, quoties incidis in aliquem nodum, quem per ætatem non possis exsoluere, refer ad eruditissimos quosque. De me vero non tam tibi polliceare doctrinam, quæ perexigua est, quam studium, quod abs te desiderari nunquam patiar. Itaq; de Iuuenalis ex Satyra. III. versibus audi quid sentiam,

Et quoniam cœpit Græcorum mentio. transi
Gymnasia, atq; audi satius maioris abellæ.
Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Discipulumq; senex, ripa nutritus in illa
Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi.

Philosophi disputabant in gymnasiis. Vitruuius Architecturæ 6. de Aristippo Cyrenaico, Rhodũ contendit, & recta gymnasium deuenit, ibique de philosophia disputans, muneribus donatus est. Ipsum vero verbum *transire*, non in eo tantum ponitur quod est præterire & missum facere, sed etiam demigrare. Tib. Donatus in vita Maronis, *A Cremona Mediolanum, & inde paulo post Neapolin transit.* Et cum propositam materiam satis abunde ex ipso facultate tractatam putamus, & alio stylum conuertimus, transire dicimur. M. Cicero, siue Cornificius, siue M. Gallio potius ille est, qui Rhetorica scripsit ad Herennium, *De exordio satis* inquit *dictum, deinceps ad narrationem transeamus.* Et infra, *Nunc ad confirmationem & confutationem transeamus.* Idem libro quarto de exornationibus, *Transitio vocatur, qua cum ostendit breuiter, quid dictum sit, proponit item breuiter quid sequatur.*

Lege primum de Orat Cic.

Itaq;

Itaq; Iuuenalis ex Vmbritii persona *Quatenus* (inquit) *incidimus in mentionē Græcorum, missa turba, veniamus ad ipsos philosophos.* Hoc enim significat, *Transi gymnasia*, non (vt quidam putant inepte) *Præcereamus certamina gymnica*: de quibus antea ne verbum quidem fecit vllum.

--atque audi facinus maioris Abollæ. id est, Stoici philosophi, sanctioris, opinione vulgi, familiæ sectæque:

Stoicus occidit Baream, delator amicum,

Discipulumque senex. Attende inuidiosam accusationem. *Stoicus*, a professione. Nam P. Egnatius auctoritatem Stoicæ sectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem honesti exercitii, *vt est apud Tacitum.* Non, auctor necis fuit, sed occidit, dixit: & discipulum, cui paternam pietatem debebat.

Lege Neronem Dionis.

--ripa nutritus in illa

Ad quam Gorgonici delapsa est penna caballi. A patria crimen exaggerat. Hac autem periphrasi Tarson aspersit, vrbem Ciliciæ clarissimam: quam Terson quandoque dictam ponit Stephanus παρὰ τὸ τερσανθῆναι, quod est exsiccare & stagnare: propterea quod aqua cum deflueret omnis in vnum locum, quod mare nunc est, omnium primus Taurus mons apparuit. Dionysius autem Thrax in iis, quæ de Rhodo scripsit, a casu Bellerophontis appellatam Tarson autumat. Nam ταρσὸς est pedis pars: & antiqui, condita ciuitate, Bellerophonteæ claudicationis exstare monumentum voluerunt. Alexander cognomento Polyhistor ait: *inde nuncupatam, quod Pegasus in eo loco ταρσὸν, id est, plantam fregerit: Bellerophontesque errauerit in campo, cui nomen Aleus a re factum:* Meminit & Apher Dionysius in Periegesi. Vides a casu Pegasi Tarso nomen inditum: quod intelligit Iuuenalis, innuens Egnatium fuisse Tarsensem, non (vt somniant alii) Bœotium. Vale.

A. Ianus Parrh. Vincentio Iamchino. S. P. D.

EPISTOLA XXV.

LAudas epistolam ad Tamisium meam, quatenus ad gymnasia philosophorum: de Tarso ampliandum arbitraris, eo quod emphasis in eo tanta non sit quam si nutritus in Helicone dicatur, in contubernio Musarum. Sed heus tu? quis vnquā, rogo te, quenquam honore verborum sic extulit, a studio literarum commendans, vt in Helicone Parnassoque, & aliis Apollini Musisque consecratis montibus educatum dicat? præsertim Stoicæ familiæ philosophum, cui non adeo gloriæ sit Athenis, nedum alibi, natum esse, quā vbi sui dogmatis auctor Melitus habuit incunabula. Bœotios ab illiberalitate morum *sues* appellatos ex prouerbio Pindarus etiam confitetur: & exercendo corpori tantum intentos, historia tradit Satyri: qui miratur Alcibiadis ingenium versatile, nationumque moribus accommodatum, quod in Ionia luxu diffluerет, in Thessalia alendis agitandisque equis non concederet Ale-

uadis, in Laconia Spartanos animi fortitudine vafritieque superaret, in Boœtia Thebanos in suis gymnasiis. Ipsam vero Tarsoa antiquissimam ciuitatem fuisse, Ioseppus affirmat, & a Tarso filio Iaphet ædificatam: Cilicesque ab ea omnes vetusto nomine dictos esse Tarsos, opulentissimam & principem vrbem significante vocabulo. Philologus Eratosthenes ait: *incolas Tarsi post hominum memoriam primos instituisse, fructus, antequam corrumperentur, exsiccatos in hyemis vsum condere.* Sed multo magis ad rem, quod Alexander in successionibus inde fuisse Chrysippum scribit, antistitem Stoicæ sapientiæ clarissimum. Ex quo tanta Iuuenalis indignatio:

- ripa nutritus in illa, &c. nutritus ita dixit, vt illic:

Vsque adeo nihil est, quod nostra infantia cœlum
Hausit Auentini, bacca nutrita Sabina? cum Romanum se vellet ostendere. Qua ratione Vergilius alumnum terræ, filium terræ, Tityon appellauit. Vale.

A. Ianus Parrh. Bruto Ricio Ticinensi, S. P. D.

EPISTOLA XXVI.

VT in *amystide*, cum frequenti auditorio Horatii carmina anno superiore interpretarer, a Domitio Porphyrione discederem, Grammatico alioqui doctissimo & eloquente, potissimum nos impulit eius addubitatio. Sic enim de ea disserit quasi quid proprie sit, incompertum habeat, ac in medio relinquat. † Ego vero certissimis fretus auctoribus, † Amystidem potionis genus esse dico, quod vno haustu sumebatur: & inde nomen, παρὰ τὸ μὴ μύειν, quod opus est aperto ore bibere, diuque non respirare, nec labra comprimere: vel παρὰ τὸ ἅμα πιεῖν χωρὶς τοῦ διαπνεῦσαι, quod eam necesse sit totã pariter e bibere citra animæ reciprocationem, perinde ac ἀπνευστὶ, id est, *vno ducta spiritu*: quæ Thracũ peculiaris erat, vt Athenæus Dipnosophistãn 10. scribit & Callimachus his elegis:

Αὐτὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν
οἰνοπότην, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κρισσυβίῳ. id est,

At quoniam patulo non gaudet amystidis haustu
Threicio Bacchi, & pocula parca placent. Mos apud Romanos inualuerat, vt exonerandi stomachi gratia, statim a balneis amystin, id est, vno ductu multum vini biberent, deinde vomerent. Id quod Erasistratus improbauit, quasi oculis noxium, ventrem quoque sisteret. Hanc in Romanis matronis consuetudinem reprehendit Iuuenalis illo versu:

- tandem illa venit rubicundula, totum
OEnophorum sitiens, plena quod tenditur vrna,
Admotum pedibus: de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexin. Itaq; si certiorem tibi videor historiam sequutus & magis idoneos auctores, abs te peto, qui natalium ingeniique claritate, & doctrina gratia-

que

† *Lege Athenæum. 289.*

† *Politianus esse vestem putabat amystidem, epist. pag. 130.*

que non minus in vrbe Roma Patauiique vales quam Ticini, ne patiaris impudentiæ nos insimulari, quod aliquid ausi sumus innouare. Vale.

A. Ianus Parrh. Basilio Chalcondyla Demetrii F.

S. P. D,

EPISTOLA XXVII.

NIhil æque mihi probat adolescentium studia, quam cum dubitant & maiores natu consulunt. Itaque laudo propositum tuum, quod quæ salebrosa tibi videntur, in Græcis ad patrem, in Latinis, ad me refers: in vtrisque ad ornatissimum virum Lascarin. Gloriari sane merito potes, abs te deprehensum latentem in herba anguem quam suspectam nemo habuit. Animaduertisti pene puer ineptum sensum, si quis illud Iuuenalis,

- vtile porro

Filiolam turpi vetula producere turpem. ita accipiat, matri inhonestæ vtile esse obscœnis alere filiam moribus. Itaq, cum per te scieris errorem vitare, quid sequaris, accipe. *Producere* non alere Iuuenali, sed prostituere significat, vt † Ciceroni, Asconio, Septimio Tertulliano, Lactantio, Plauto, cuius illa sunt:

† *Lege Cic. ad Att. lib. x*

Audientem dicto mater produxisti filiam. Origo verbi Græcanam illi dicũt ἀπαγωγεύειν. non (vt Hermolaus autumat) ἀπάγειν. id quod ex Theophrasto, Plutarcho, Athenæo & Aristotele dices, ex V. Ethicorum, manifesta Aretini hallucinatione, quem fugit ἀπαγωγίαν, Latine *productionem* esse. Iuuenalis ait anui, quę turpiter integram suam ætatem iuuentamque duxit, vtile esse, *producta* (id est, clam prostituta) *filia* quæstum facere. Vale.

A. Ianus Parrh. Ludouico Zuffato physico & medico, S.P.D.

EPISTOLA XXVIII.

IVre laudas acumẽ ingenii Hietonymi Nogarolæ, quod carmen illud ex sexta Iuuenalis Satyra,

Nullum crimen abest facinusque libidinis ex quo,
Paupertas Romana perit. Hinc fluxit ad Histros,
Et Sybaris colles, hinc & Rhodos, & Miletos: emendandum censet:

- hinc fluxit ad istos, Et Sybaris colles. Vt in hunc sensum loquatur: *Ex opibus fluxit ad istos colles*, id est vrbem Romam, Sybaris & Rhodos & Miletos. Nam molles Histros fuisse, friuolum sit ex illo Pompeii suspicari, quod histriones inde sint appellati: cum breuiarium quod ipse fecit ex Verrio, deinceps alias aliasque barbarorum manus, iniquo Latinæ linguæ fato, passum sit, & Liuius Valeriusque Maximus & Tacitus aliunde deducant. Ego quoque Nogarolæ sequutus exemplum, quando non magis Aristotelis, Hippocratisq; & Galeni, quam nostrorum studiosum te video, eiusdem Poetæ versus, a multis frustra tentatos, ad te defero:

Plebeium in circo positum est, & in aggere fatum.

Qua nudis longum ostendit ceruicibus aurum,
Consulit ante phalas delphinorumque columnas. Phalas enim Nonius ex Ennio turres ait esse ligneas. At quem locum poeta designet, adhuc nemo prodidit. † Historia Dionis habet hunc in modum: *Cum videret Agrippa Circensibus ludis aliquos in pugnandis missilibus errore spectatorum, numero decipi, delphinos in circo posuit, ac ad ouis speciem machinas & artificia, quibus indicaretur, quoties quis decursis circi spatiis, ambitaque meta, redijsset ad calcem.* Constat ergo phalas a Iuuenale vocari ἀοιδῇ δημιουργικῶς, hoc est, ad ouis speciem machinas, & delphinos in circo positos ab Agrippa. Sed & illud inferius:

Transeo suppositos, & gaudia votaque sæpe
Ad sputeos decepta lacus. In vrbe lacus erant ad excipiendas vndique sordes, vt ostendit P. Victor & Liuius, de censura Catonis & Valerii Flacci. *Lacus* (inquit) *sternendos lapide tegendosq; curauerunt.* † Ælius Donatus in Adelphos Terent. in illud, *Apud ipsum lacum*, scribit hunc in modum: *Credibiliter addidit lacum. Nam Varro docet semper lacum portis additum, & ob usum iumentorum introeuntium & exeuntium, & præterea vt aduersus hostilem ignem portis de proximo subueniretur.* Hæc ille. Ad inuentum Nogarolæ nondum proprius accessi: proinde accipe & hanc appendicem pro corollario,

Mordeat ante aliquis quicquid porrexerit illa
Qua peperit: timidus praguſtet pocula papas.
Fingimus hæc, altum satyra sumente cothurnum,
Scilicet egressi finem legemque priorum,
Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
Montibus ignotum Rutulis cœloq; Latino.
Nos vtinam vani. Sed clamat Pontia, Feci,
Confiteor: pueriſq; meis aconita paraui.
Qua deprensa patent: facinus tamen ipsa peregi.

nam præterquam quod in papa, puerorum cibum ridiculum sit intelligere: cum *Papas* apud Syracusios, & adiecto p, *Pappas*, patrem significet (*vt est apud Suidam*) Iuuenalisq; ità altorem & pueri custodem vocauerit: a Pontia duos veneno necatos esse filios ipsi comminiscuntur. Vectii Bolani vxor ea fuit: Crispinum eiusq; fratrē, quos Bolano pepererat, e medio tollere mala potione tentauit: indicioque detecta, pœnas dedit, vt in V. Syluarum Papinius auctor est, & hic apertissime Iuuenalis ostendit:

- sed clamat Pontia, Feci: Confiteor: habita scilicet in quæstionibus. *pueriſq; meis aconita paraui*, id est, non dedi. Namitatim sequitur, *Qua deprensa patent*. Nam quod ait, *- facinus tamen ipsa peregi*, ad voluntatem refertur & consilium patrandi sceleris. Habes epistolam verbosius ad te scriptam. Nam, cum non liceat ad elegantem Bruti quondam, nunc tuum, laconismon aspirare,

qui

† *Lege Varia Cassiodori, lib. 3. epist. 52. Varro in Logisterico, q inscribitur Curia, de Deorū cultu, Tres aræ sunt (inquit) in circo medio ad columnas in quibus stant signa.* *Lege Val. Probum in Bucolica Maronis, in illud, Nāq; canebat vti, &c.* † *Lege Claudium Suetonii.*

qui sola possum rerum copia, dictionis infestiuitatem compenso. Vale.

A. Ianus Parrh. Alexandro Macro. S. P. D.

EPISTOLA XXIX.

NOn placet, Alexander, in prima Heroidum Nasonis epistola: *Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum*, mutare cum Politiano,

Siue quis Amphimachum. Fuit is quidem Cteati filius (*vt ait*) inter Græcos ab Hectore in acie cæsus, vt Iliados 13. canit Homerus: cum Nestoris filius Antilochus a Memnone sit interemtus, vt *est apud Quintum.* Nihilominus antiquam receptamque lectionem tueor. Etenim Penelope matronali quadam simplicitate vertit historiam: cuius admodum studiosas a Iuuenale carpi videmus,

Illa tamen grauior, quæ cum discumbere cœpit,
Laudat Vergilium, si forte ignouit Elisæ.
Committit vates, & comparat: inde Maronem,
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.

Et infra,

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema: nec historias sciat omnes:
Sed quædam in libris & non intelligat. Hinc Ouidius ex OEnones persona dubitando dixit,

Illam de patria Theseus (nisi nomine fallor)
Nescio quis, Theseus abstulit arte sua. Nec tantum comici, sed omnes qui versantur in dramatico scribendi genere, sententias & verba personis adscribunt: vt Plautus in Truculento, *Nõ saluo*, minus Latine posuit ex persona rustici: Terentiusque, *Emorire*, apud quem tamen Atticus adulescens, *Emori cupio*, dixit, vt Ælius Donatus obseruauit. Et Theocritus, eumque sequutus in Bucolicis Maro, multa dicunt aliter, quam res habet, ad exprimendam rusticam simplicitatem: quod Seruius etiam notauit. Itaque nihil mirum si Penelope non exacte narrat historiam: quæ non ex nuntio, sed incerto rumore collegerat, in belli terroribus plerunque vano. Statius Thebaidos tertio, de comitatu Martis,

- at vigil omni
Fama sono varios rerum succincta tumultus,
Anteuolat currum, &c.

Et paulo mox,

Facta infecta loqui.

Vergilius,

Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.

Ouid. Metam. 12.

Atria turba tenet: veniunt leue vulgus, euntq;:

Mixtaque cum veris pariter commenta vagantur.
Millia rumorum, confusaque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures,
Hi narrata ferunt alio: mensuraque ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic credulitas, illic temerarius error,
Vanaque lætitia est, consternatique timores:
Seditioque recens, dubioque auctore susurri. Plura ad eandem sententiam Silius: quæ transcribere supersedeo, cum res vsu percipiatur:

- *a Memnone victum,* ne legamus, ipsa syllabæ ratio refragatur. Vale.

A. Ianus Parrh. Tamisio Ritio, S. P. D.

EPISTOLA XXX.

EXigis a me, Maronis ex Culice versus, in quibus incassum se plerique omnes torserunt:

Atque vtinam Veneri, nec tantum grata Diana,
Venatus esses virgo sectata virorum,
Gnosia neu Partho contendens spicula cornu
Dictæas ageres per gramina nota capellas:
Nunquam tam obnixe fugeres Minoia amores,
Præceps aeria specula, aut de montibus isses.
Vnde alii fugisse ferunt: & numina Phocæ
Virginis assignant: alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam. Quæ numina Phocæ sint, explicari vis. Equidem vt fortasse verius, ita libentius, aut Aphææ legerim (nam Britomartin non modo Cretenses, vt Deam colunt, sed ipsi quoque Æginenses, & Aphæan cognominant: quod ea cum se præcipitem dedisset, augustiore forma apud eos apparuerit. Auctor Pausanias. In Aphæan Pindarus in Æginensium gratiam, sacrum carmen edidit) aut Rhoccæ. Ælianus enim de historia animalium 12. Apud Cretam in templo Rhoccææ Dianę, quod appellatur, canes in rabiem versi, cum vim morbi sentiunt, ex edita specula in caput se statim præcipitant in subiectum mare. Itaque tui iudicii sit, Aphææne potius an Rhoccæ per complexionem reponas. Vale.

A. Ianus Parrh. Antonio Galoto, S. P. D.

EPISTOLA XXXI.

IN Moreto plures mendę faciles animaduersu. Nec mirum quod hoc vnum te pene puerum, & musarum tyronem, cum me veterauum quoq; exercuerit, etiamsi vitio caret:

Contrahit admixtos tum fontes, atque farinæ
Transfuerfat durata manu: liquidoque coacto
Interdum grumo spargit sale. Nam quid *coactum* sit, & *grumo* sal, si quis exponat, operam non luserit. In Epitome Verrii, quam

Festus

Festus vtinam non fecisset, exstat ita, Coctum a cogendo dicitur, quia coercetur, vt ad vtilitatem vescendi producatur. † Fl. Caper in Ortographia, coactum, non coctum, dicendum precipit, in quo ostendit idem esse coactum quod coctum. * Nec multo post affert hoc ex Lucilio:

Lactantia coacta cum melle bibi. Quamuis vtrobique locus inuersus apud eum, Coactus & Coctus, pro Coactũ & coctum, & Coacta pro Coacta circumferantur. Grumus autem sal opponitur trito. Nam grumi sunt λίθων συροὶ (si Charisio credimus:) estq; nomen absolutum: quanquam Vergilius adiectiue Poetico iure posuit. Vale.

† *Lege Plin. nat. hist. lib. 33. cap. 4.*

* *Liuius a s. c. lib. 3. Nihil præter arma, & quod coacti ad manum fuit cibi, militi ferre licuit.*

A. Ianus Parrh. M. Marcello Pico. S. P. D.

EPISTOLA XXXII.

AIs te Culicis argumentum percipere, sed vbi res gesta sit, a me scire velle. Paucis expediam. Pastor a Culice seruatus est in Thessalia iuxta Thebas cognomento Phthioticas, quod indicat Maro per hæc:

Condensos pastor pecudes cogebat in vmbras:
Et procul aspexit luco residere virenti
Delie diue tuo: quo quondam victa furore
Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue,
Infandas scelerata manus, & cæde cruenta.

Lucanus 6. Pharsalidos:

Atque olim Larissa potens: vbi nobile quondam,
Nunc super Arges arant: veteres vbi fabula Thebas
Monstrat Echionias: vbi quondam Pentheos exul
Colla caputque ferens supremo tradidit igni
Questa quod hoc solum nato rapuisset, Agaue. Viden' vt Lucanus Vergilio concinit, Agauen post cædem Penthei, nondum remisso furoris impetu, ex fuga Thessaliam petiisse: cum resipuisset, iustis filio persolutis, ex nomine veteris patriæ Thebas condidisse? Quæ si venissent in mentem literatoribus alioqui doctissimis, nec ii putarent in Bœotia casum culicis accidisse, nec illi ambigerent cur Echionias Thessaliæ Thebas Lucanus appellasset. Vale.

A. Ianus Parrh. Euangelistæ Bladario Veiecetino poetæ, S. P. D.

EPISTOLA XXXIII.

QVasi parum pudenter a me factum quidam mussitãt, quod ab A. Gellio viro anxie docto, tot exemplis auctoritatibusq; septo, discesserim in illo Vergilii:

Munera lætitiamque Dei. Cum ipse *die* legat. In quo sensu, cum sit ab eo luculentissime traditum, ne toties inculcetur, omittam: contentus afferre nudas rationes quibus adducor, vt veterem publicamque lectionem tuear, id est, *Dei.* Mittuntur Æneæ socijs ad j classem 20. tauri, centum sues, centumq; oues & totidem

agni:in vſumne (rogo te) vnius diei? Vix quinquaginta nauium claſſiarii naualeſque ſocii tantum obſoniorum vno die abſumſiſſent, ne dum ſeptem, quę ſolum ſupererant Æneæ naues. Quarum omnem multitudinem, ſeptem ceruorum carne, viſceratione ferina, paulo ante ſatiauerat. Et quid opus eſt poetæ præſcribere modum victus, in aliena præſertim liberalitate & munificentia? Num medici perſonam ſuſtinet, & Troiani tunc ægrotabant? An officio promi condique fungitur: an potius obſonatoris? Oſtendant apud eum, vel alium quemuis aut Græcum aut Latinum poetam, comparem locum? & herbam do. Cur autem nihil ad eos vini? niſi forte credamus heroicis temporibus omnes abſtemios fuiſſe. Sed exſtat apud Homerum vini laudatio, Troianique hoc ipſo loco,

- fuſique per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferina. Quare nō quam diſerte diſputetur, de genitiuo nominum, quintæ declinationis a Gellio, ſed inſpiciendū quid ad rem maxime faciat, & vtrum magis decorum: cuius retinendi ſummum poetis eſſe ſtudium, ne Cicero quidem tacuit. Equidem per *munera lætitiamq; Dei*, periphraſticῶς: accipio vinum, quod Liber inuenit. Inde Silius,

Bacchi dona volunt. Et Propertius ad Liberum,

Funera ſanabunt vel, tua dona, malum. Lætitiam vero, quod vinum nobis (vt ait Homeri gener, is qui Cypria cecinit, Staſinus) ad diſcutiendas triſtes animi curas ab diis immortalibus datum. Quod etiam Plato ſenſit. Apuleius, *Prima cratera ad ſitim pertinet: ſecunda, ad hilaritatem.* Laberius, *Ebriolati mentem hilaram arripiunt.* Et Pythias illa Terētiana ad Chremetem, qui ſe vino victum fatetur, *Certe tu quidem pol multo hilarior.* Valer. Max. Memorabilium, lib. 6. *Orīs* (inquit) *conuiualiū hilaritatem depoſuit.* Et Macrobius, *Vbi modeſtus edendi modus ceſſare fecit caſtimoniam ferculorum, & conuiualis lætitia minuſculis poculis oriebatur.* Sed quid ego teſtibus non neceſſariis vtor? vnus Heſiodus ſatis eſt,

ὅτ' ὄμφακες αὖοι λοετπι.
Οἶα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα πιεῖν ἄχθε. id eſt,
Munera cum Bacchi varium traxere colorem,
Quæ mentes hominum pariterque hilarantq;, grauantque,

Et ipſe Vergilius infra,

Adſis lætitiæ Bacchus dator. Itaque fateor ab A. Gellio diſſentientem, meis auditoribus affirmaſſe legendum,

Munera lætitiamq; Dei, per familiarem poetis ipſique Vergilio figuram: vt dicat a Didone miſſum Troianis vinum, quod animos hilaritate lætitiaque diffunderet. In hac interpretatione ſi tu tuique ſimiles, id eſt, eruditiſſimus quiſq; nobis applauſerit, loquacium nebulonum rabioſa murmura contemnā. Sin minus, etiamſi vulgo in cœlum tollatur, equidē mihi non placeam. Scis illud Democriti, *Vnus mihi pro populo, & populus pro vno.* Vale.

A. Iauni

A. Ianus Parrh. Alexandro Porto S. P. D.

EPISTOLA XXXIV.

QVid est, cur cœlum ac terras isti misceant? A. Gellium redarguere Ianus audet? Hui quantum mali. Notantur ab eo Varronis, Plutarchi, Annæi Cornuti, Hygini, Cassellii Vindicis, Sulpitii denique Apollinaris errata. Nec Cicero, Seneca, Plinius, Vergilius, aliique præterea multi suæ famæ relinquuntur: & eorum vicem nemo dolet. Ipse quoque Gellius a quibusdam quasi κακόζηλος, & orationis affectatæ studiosus incessitur a nonnullis, ac si quædam parum vere periteque præceperit: & omnes dissimulant. At nunc demum extra aleam Gellius: nunc vt Aiax ferro, sic ipse morsibus impenetrabilis a Iano perstringitur. Quanto facerent æquius & se magis dignum, si non ætates auctorum, nō personas, non speciosa nomina, sed res, & non a quo, sed quid afferretur, expenderent. Ac ne quicquam se profecisse credant huiusmodi Tragœdiis, aut a consilio pro vitili parte iuuandæ rei literariæ me deiectum, rursus in Gellium Maronis & Apollinaris agam nomine. Nam cum Cassellius Vindex in illis Vergilii versibus e lib. 6,

Syluius Albanum nomen, tua posthuma proles,
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem regumq; parentem, posthumam prolem non significare, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus sit, existimaret: Apollinaris Sulpitius cum iure redarguens, ait, *longæuo*, non *seni*: (significatio enim esset contra historiæ fidem) sed in longum iam æuum & perpetuum recepto, immortaliq; facto. Anchises enim, qui hæc dicit ad filium, sciebat eum cum hominum vita discessisset, immortalem atque indigetem futurum, & longo perpetuoque æuo potiturum. Quæ cum recitasset Gellius, *Hoc* (inquit) *Apollinaris argute. Sed aliud tamen est longum æuum, aliud perpetuum: neq; dii longæui appellantur, sed immortales.* In quo non tantum Sulpitio facit iniuriam, quem per calumniam reprehendit, sed etiam Vergilio, quem reliquit indefensum. Sed ignoscant eius manes. In longæuo *perpetuus* etiam aliquando significatur, ipsique *Dii longæui*, dicuntur. Æschylus in ea fabula, cui titulum fecit, Επτὰ ἐπὶ Θήβαις, ait, Δαίμοσιν ἐχθρὸν εἴκασμα βροτοῖσί τε δαροβίοισι θεοῖσιν. Id est, *Inuisum manibus signum, mortalibusq; & longæuis Diis*. At Æschylus poeta Græcus est. Quasi vero Vergilius a Græco fonte multa rerum vocabula non detorserit, idque permissum non doceat Horatius in arte poetica. Sed hæc a me sibi scripta refractarii non autument. Assensionem vulgi non capto: satis sunt mihi pauci. Satis es vnus, in quo summa nobilitas amplissimumque patrimonium pene vincuntur ab ingenio præstantique eruditione. Cui, si cum Sulpitio, mecumque videbitur ex Æschylo, *longæuus* apud Vergilium pro Deo perpetuoque poni posse, Ver-

gilius Aristarchi virgam, molestissimosq; criticos, Apollinaris A. Gellium valere iubebit, egoq, omnes inuidos Vale.

A. Ianus Parrh. Io. Bruno sacerdoti Veicetino, S.P.D.

EPISTOLA XXXV.

AIs negotium tibi factum in illo Maronis Æneid. 2. *Vadimus immixti Danais, haud numine nostro:* cum ipsi expositisses, mea sententia, sub *externorum Deorum tutela*, tum fuisse Troianos, cum Græcis insignibus ornati per vrbem captam incensamque vagarentur. An aliud Æneam, eiusq; socios aliquandiu tutos ab hoste præstitit, quam quod Græcos erant mentiti? Certe non. Ergo tum non a *Diis Troianorum patriis* (quos ab hostibus euocatos ad se desciuisse iam questus erat Æneas) sed a *tutelaribus hostium Diis* adiuuabantur, habitu specieque Græcorum simulat: non quod *Dii* fallerentur, sed *homines*, qui Græcos arbitrabantur, & quasi sociis parcebant hostibus. Ergo *qui Dii* Græcis, *iidem*, donec in ornatu Græco latuerunt, Æneæ sociisque propitii fuerunt. Itaq; versabantur in hostium agmine, non *suo*, id est, *Troiano*, sed *alieno*, id est, *Græco*, numine. Ælius Donatus illud ex Adelphis apud Terentium, *Plebem primulum facio meam*, exponit, *Mihi fauentem*: & statim subdit: *Vt a contrario Vergilius, Vadimus immixti Danais, haud numine nostro.* Quid si quis interpreteretur, *haud nostro*, id est, *aduerso? Meos*, Ouidius ex persona Phyllidis Heroid. 2. posuit pro *fauentibus*:

Protinus ipsa meos augur or esse Deos.

Et in Sappho: *Non agitur vento nostra carina sue.*

Horatius in Epodis: *Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus*
Ventis iturus non suis,

Tibullus quoque:

Audiat auersa non meus aure Deus. Vt propter euentum parum prosperum, cædemque sociorum sequutam, dicat Æneas, aduersantibus & iratis Diis in medios hostes se conieciisse. Nam de *scutis* historiam suo more commentus est *Honoratus*: audiendusq; Nonius non est, qui Maronis hac auctoritate falsus, in numine *ornatum* quandoque significari, perperam prodidit. Vale.

A. Ianus Parrh. Io. Georgio Trissino Veicetino, S.P.D.

EPISTOLA XXXVI.

CRispus Passienus (vt est apud Senecam (dicere solebat, *quorundam se malle beneficium quam iudicium, quorundam iudicium quam beneficium*: ego vero abs te vtrunque. Etenim a quo potius accipiam beneficium quam ab eo qui potest, animoque tam liberali largoque confert, vt (ex sententia Publii Syri) *beneficium accepisse ducat cum digno dedit?* Idque me acceptum tibi referre, quod optimi ciues tui, te referente, ducentenis annuis, instituendæ iuuentuti suæ me conduxerunt, quanta mercede nullum ante me Rhetorem: tantoque habent in honore, vt neque Mediolani frequen-

quentiam, neque vrbis Romæ magnitudinem, neque Campaniæ secessum amplius desiderem. Iudicii vero, ꝙ argumentum maius? accessisti serus ad studia literarum, ex indulgentia parentum, qui filio timebant vnico, in spem successionis & maximarum opũ clarissimæ familiæ suscepto. Dii boni quam cito non modo Latinam, sed etiam Græcam vorasti linguam! verius *helluo librorum* quam *M. Cato.* Reuocasti vetus exemplum Luculli, quod in Academicis a Cicerone memoratur, & a Plutarcho. Prædicantem Demetrium socerum, (qui tam falli nescit quam mentiri) virum minime blandum, sæpe audiui, neminem ex eius auditoribus adeo breui tantum profecisse: quod ita plane esse experiebar ego Mediolani, siquid abstrusius occurrebat apud auctores. Et nunc absentem cõsulendum putaui, *de quodam sensu Iuuenalis*, aut ab omnibus aliis, aut a me non percepto. Quorum alterutrum te iudice facile mihi persuaderi sinam. Iuuenalis ex tertia Satyra carmina sunt hęc:

laudare paratus,
Si bene ructauit, si rectum minxit amicus,
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Omnium primum vetustorum codicum fidem sequutus emendandum reor, *si lectum minxit amicus*, id est, *triclinarem culcitram*: quod ebriis, in longo præsertim conuiuio quis nescit accidere? Brutii gentiliter vsurpant, *opulentos cum lectum commeiunt, ex adulatione sudasse dici.* Sed inter idiomata Fl. Sosipatri inueni, *Commeio lectum.* Diomedis etiam manuscripti codices habent *Commeio culcitram*, non (vt impressi) *commuto.* Sed Horatius apertissime rem declarat Sermonum primo, *Comminxit lectum potus.* Deinde, cui nauseam non faciat ille *crepitus* (*vt Plautus ait*) *polentarius?* ad quem referunt *excitatum cottabo sonum*: de quo lege (quæso) quod attulimus ex Athenæo, Suida, Polluce, ceteris: moxque, si videbitur, explode. † *Cottaborum lusus* inuentio Sicula: quippe quem Siculi excogitauerunt: ipsa quoque *latage* Siculum nomen est, eaque *liquorẽ* significat *ex potione reliquum*, quod in *lusu cottabi* in summum caput elata ac inuersa manu eiiciebant. A Thessalis & Rhodiis appellatur *latage cottabus*, id est, *reliquũ quod e poculo eiectum resonat.* Item *cottabus* in potu victori *propositum præmium* vocabatur. Hinc Euripides:

Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχείου τοξεύμασι
Κάρα γέροντος· τὸν βάλλοντα δὲ στέφειν
Ἐγὼ τεταγμὴν, ἆθλα κοττάβων διδούς. Id est, *Crebris ictibus Bacchici senis impetebant caput: egoq; eram constitutus, vt ei qui destinatum locum feriebat, imponerẽ corollam, dato in præmium cottabo. Cottabus* item dicebatur vas, in quo *latagæ* ponebãtur. *Accensos* etiam quosdã *cottabos* nuncupabant, κατάκτους, id est, *lucernas, quæ suspensæ dimittebantur.* Eubulus: Τίς ἂν λάβοιτο τοῦ σικελοῦ κάτω θέμενος; Ἄνω γὰρ ὥσπερ κοττάβιον αἰρόμενον, id est, *Quisnam siculum capiat,*

† *Lege interpretẽ Aristophanis circa calcẽ, & Erasmũ 237. & Plautum 301. & Suidam 303 Sed in primis lege, quæ Ianus excerpsit ex historia confusanea.*

vt dimittat? est enim in sublime eleuatum, ceu cottabion. Antiphanes, κότταβος· τὸ λυχνίον ἐφ' ᾧ ἑστᾶσιν οἱ νῦν· ὃ καὶ μᾶλλον πίπτει νικητήριον. πῶς τόπον: ἐγὼ οὐδὲν ξύω· καθ' ὅσον ἂν τὸν κότταβον ἀφεὶς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα. πῖδον, τοῦτο τὸ πικρὸν ἄνω τὸ μικρὸν πινάκιον λέγεις τοῦτ' ἐπὶ πλάστιγξ· ὅπως ὁ κρατῶν γένηται. πῶς δ' εἰσπτύῃ τις τοῦτό γ' ἂν τύχῃ μόνον ἀνῆς, ἐπὶ τὸν μάννην πεσεῖται, καὶ ψόφος ἐστὶ πολύς. ὡς γοῦν τῷ κοτταβίσαι καὶ μάννης τις ὥσπερ οἰκέτης. Id est, *Cottabus est lucernula: adhibe mentem. Ex cottabo victor oua quinque referes in præmium. Quo pacto? ego ostendam, cottabo in staterem dimisso. Quemnam? hancne dicis superimpositam paruam lancem? hic stater est: hinc victoria tingit. Quomodo quis hoc intelligat? si tantum detrusa, in manemque immissa ingentem crepitum ediderit. Nunquid cottabo manes aliquis assistit, vt minister?* Idemque paulo post inquit Antiphanes: *δεῖ καρκινᾶν τοὺς δακτύλους. Οἴνου τι μικρὸν ἰσχίαν καὶ μὴ πολύν. Εἶτ' ἀφῆσεις πίνα τόπον: δεῦρ' βλέπε. Τοιῆτον. ὦ Ποσείδων, ὡς ὑγρὰς σφέρα: Οὕτω ποιήσεις· ἀλλ' ἐγὼ μὲν σφενδόνη, Οὐκ ἂν ἐφικοίμην αὐτῆς, ἀλλὰ μάννῃ.* Ἀσκυλᾶν τε δεῖ σφόδρα τὴν χεῖρ' εὐρύθμως πίμπειν τὸν κότταβον. Id est, *Oportet in cancri similitudinem contrahere digitos: infundere vero non multum vini. Quid tum postea? aut quomodo dimittes? Animaduerte. Sic. O Neptune, quam vehemens excitatus est crepitus? ita fac. Atqui egone funda quidem id assequi possum. At disce quippe opus est admodum contracta manu, librateque ad perpendiculum eiicere cottabon.* Apud Platonem præcipitur Herculi *cottabo* lusuro, vt duram habeat manum. Appellabant etiam ἀπ' ἀσκύλης σφῆσιν, id est, *a flexa iactura cottabi.* quod in eius lusu dextra manus incuruaretur. Aliqui tradunt ἀγκύλην esse *poculi genus* ex quo quidã *cottabi* nominantur ἀγκυλωτοί. Superior in lusu *cottabi*, capiebat præmium *oua* atque *bellaria*. Alterum ludi genus est in *trulla* aqua plena. In aqua *inania vascula* fluitant: hæc iactis ex poculo reliquiis, sub aquam detrudere certabant. Qui immersisset altius, erat in honore. Euripides, πολὺς δὲ κοτταβῶν ἀραγμός, id est, *multos cottaborũ sonitus.* Hæc ex Athenæo. Deinceps ex Suida. *Cottabi lusus* erat huiusmodi: Potionis aliquid in *aneas phialas*, quæ λαβάγεια vocabantur, iniiciebant: vndę si sonitus reddebatur, argumentum erat in amore puerorum potiores esse. *Cottabus* autẽ appellabatur *ex poculo reliquum*, q̃ iis illidebant phialis. Athenienses *cottabo* ludebant ita: Baculo humi depacto, transuersum alterum imponebant, examine in trutina libratum, ne vnquam cõsisteret, sed alterno motu nutaret. In cuius extremis cornibus singulæ lances vtrinq; lineis appendebantur. His autem singulis lancibus singulæ suberant aquæ plenæ trullæ: quas suppositio vertice sustinebãt *aneæ signa* in aurata duo. Idque factitabant in conuiuiis. Itaque ex colluuoribus exsurgens aliquis *phialam mero plenam* sustinẽs, eminus vna superfusa, atq; cõtinenti iactu, quantũ erat in phiala vini, in subiectam lancem ex alto dimittebat, vt eo subito vini casu prægrauata,

grauata, sub aqua latentis statuæ verticem percuteret. Victoria penes eum stabat, qui vinum sic iniiciebat, vt nihil inde efflueret, maioremque crepitum excitaret: isq; omnium iudicio putabatur ab amica amari. Dicebatur autē sub aqua latens statua *manes*. Et statim, Κόττα βῶ· λάπυξ χαλκῆ φιάλη, ἣν μεθ' ὑδάτος ἐπῆσαν εἶτον πεπληρωμένην. εἶτα εἰς μικρὰ ποτήρια ἐμβάλλοντες, λάβᾳ ὕψος ἐρρίπτουν, ἐπὶ τῷ ψόφου λόπτελίσαι· ὃς ἐκαλεῖτο κόττα βῶ. ἐπῃνεῖτο δὲ ὁ μείζονα ψόφον ποιῶν, καὶ μεθυσικὸς παῖδες ἐκαλοῦντο οἱ τῆδε ἐρασθέντες. Id est, *Cottabus est anea phiala quā mero plenam in medio conuiuio statuebant: indeq; modicis poculis hausturi merū, a summa aure librata manu iacebant, vt sonitum redderet: quem quo maiorē quis excitabat, eo magis laudabatur: quique hoc faciebāt, μεθυσικὸς παῖδες vocabātur*, ideſt, *excottabo temulenti*. Iulius itē Pollux de verbis idoneis ad Commodum Cæſ. x. † *Quem delectat* (inquit) *in potu* κοτταβίζειν. i. *singultare, καὶ ἐξαμεῖν, id est, euomere* (*quod plerique omnes* κοτταβίζειν *dicūt*) *huic apta pelvis est ad excipiendum, quod exuberante potu defluit. Etenim* λεκάνην, *id est, trullam, vas appellant, in quod reiicitur, vt vocat in Horis Cratinus.* Μῶν βούλυμ' ἔχει; πλέρον τοχέως τὶς καὶ λεκανίνη εἰσηγκάτω, *id est, Singultune cōcutitur? actutum aliquis afferat huc trullam. Polyzelus in Mimo Tyndaret,* Λεκανία γὰρ πρῶτον μὲν ἐναποπνίγεις, ἐξεμίσεις, ἐκκαθήρεις, *id est, In trulleo primum lauabis, vomes, implebis. Itaq; vas hoc,* λεκάνιον, *id est, trulleum, proprie dicitur. Licet* καὶ λέβητα καὶ λεβήτιον, (*id est, pelvim pelviculamq;*) *vocitare,* καὶ φορ quoque (*id est, scaphā*) *dixit Aristophanes in Anagyro.* Hæc Pollux: quem redarguit is, quem Græci nūcupant ἐτυμολογικόν, hūc in modum, Κοτταβίζειν, *vti cottabe dicunt Attici, non* (*vt ætatis nostræ quidam prodiderunt*) *euomere. Cottabus in medio discumbētium positum erat vino plenum, in quo aliud minoris formæ vasculum fluitabat: in hoc oportebat ita reliquum potionis iniicere, vt deprimeretur, idque erat indicium, vel vxori vel liberis esse earum.* † *Victor in præmium tollebat ex tritico vel sesamo, cocto, melle confectas placentulas, isq; crepitus* λάπυξ *vocabatur.* Huc & illa Ciceronis ex prima Tuscu-
lanarū ſchola pertinent; *Cum* † *Theramenes coniectus in carcerem* 30. *iussu tyrannorum, venenum vt sitiens obbibisset reliquum sic eiecit, vt id resonaret, quo sonitu reddito, ridens: Propino, inquit, hoc poculum Critiæ.* Et Plinii 24. nat. hiſt. de Nouellio Tricongio, *Nihil ad elidendum in pauimentis sonum ex vino reliquisse.* Et Horatii ex 2. Carminū, *Mero tinges pauimentum superbo, Pontificum potiore cœnis.* Φ accepit ex illo Græco incerti auctoris, qui cōremtus a Cornelio,

Εἴκαμεν ψυχὴ πεπαλαίσμεθα· μὴ δὲ βιάζου·
Εἰς ἴσα φῶς τέχνης κεῖμαι ὑπ' ἀμφοτέρης.

A. Ianus Parrh. Vincentio Tarsiæ S. P. D.

EPISTOLA XXXVII.

REmitteret aliquid de iudicio ſuo Lucilius, &, qui Lucilio ſubſcripſit, Cicero, ſi viuerent hac ætate: iuuentutemque Co-

† *Lege Pollucem, li. 10.*

† *Lege Athenæum. 228. ex Theophraſti teſt. Item 288. ex auctoritate Bacchylidis, &c.*

Ité 293. pag. ex Harmodio & Hegeſandro.

Ité pag 357.

† *Lege Val. Max. cap. de fortitudine, agentem de Theramene.*

sentinam bonarum artium studiis cum quauis Italiæ ciuitate certantem viderent. Adhuc etiam post illud inexpiabile Romanorum in Brutios odium, iusque victoriæ crudeliter & superbe exercitum, florent antiquæ domus armorum rerumque gestarum gloria clarissimæ: & in iis vestra virtute, diuitiis, honoribus in Brutiis nulli posthabēda. De *Brutiis* exstat historia Trogi Pompeii grauissima, altius eorum repetens originem, magis ex fide (mea sentētia) quam Strabo: qui tamen vt vera tradiderit, auctor generis *pastor Asylo* propudiosior non erit. Hermolaus Byzantius in breuiario Stephani, *Brettus* Tyrrhenorum ciuitas, a *Bretto*, quem genuit Hercules ex Baleria Baleti filia: quam qui colunt, appellantur *Brettii* terraque, *Brettia*. Sed ne quis ambigat, an iidē *Brettii* sint & *Brutii* legat Eustathium: cuius in Dionysium Punicum verba, Latina quidem (nam quid oportuit Græce?) subieci: *Lucani & Brentii per n, vel Brettii per geminatum t, pertinent ad vsque Leucopetram.* Et infra, *Lucani vocabulum sortiti sunt a Lucio quodam: Brettii ab eiusdem nominis Herculis filio.* Geographus autem refert ita dictos eo, quod *a Lucanis defecissent*, Lucanorum lingua *transfugas* significante vocabulo. Vides vt *Brettios* appellant Græci, quos nostri *Brutios*? id quod indicant ex ære argentoque & auro vetusta numismata, ex altera parte cum inscriptione Λεύκων, ex altera τῶν Βρεττίων. Nam quantæ fuerint olim *Brutiorum* opes, vt omittam, quæ Liuius Valeriusq; Max. in oppugnatione Thuriorum, Troguſque narrat, argumento sit ad Alexandrum Philippi F. orientis domitorem in extremos Asiæ fines missa legatio, vt est apud Arrianum: Idque & ab Antiocho scribitur, vniuersam Italiam, *Brutiam* prius appellatam, deinde *Œnotriā*. Nec te moueat, apud Stephanum reddi *Bretton* vrbem *Tyrrhenorum*. Nam † *Tyrrheni* maris accolas omnes appellare *Tyrrhenos* Græci solent, vt in Strabone Pausaniaque non indiligens lector animaduertet. Inde Sostratus *regem Tyrrhenorum* dixit *Æolum*: vel quod *Æolias insulas* in conspectu Siciliæ *Tyrrheni* tenuerunt, vt ἀνίκων primo Palæphatus auctor est. Hinc apparet insulse & inuidiose nouam nominis rationem a Sipontino excogitatam. Nam neq; moribus obscœnis *Brutii* sunt, nec inde dicti, sed a *Brutia* muliere, vt Trogo, vel Herculis & Baletiæ filio, vt Stephano placet & Eustathio. Nam si literaturam spectare volumus in etymis vocabulorum, *Sentinates* sui per belle deduci possent a *sentina*, atque a conuenarum spurco vitæ genere, & colluuione. Sed Dii meliorem mihi mentem, quam vt animi perciti insanias imiter, & alicui nationi conuicium faciam, Sipontini Narnenses, & alios Italiæ populos inceptis exemplo. Quanto præstaret in excutiendis accuratius antiquorū scriptis, & nō in effundenda publice priuatimq; bile, bonas horas impendisse? nam toties a compitalitio quoq; literatore in ius nō vocaretur. *Bilinguem pro fallaci*, inquit, *accipimus. hoc vitium ad mentē*

† *Lege Lycophronem, & eius interprētē circa calcem. Nā Tyrrhenos appellabāt omnes Italos.*

tem referentes, unde Brutii Italiæ populi Lucanis vicini bilingues appellati sunt, & Græciloqui dicti. Cæca nimirum est inuidia: maledicendi cupiditate non vidit ire se præcipitem. Si *Brutii* bilingues appellati sunt, quia fallaces, cur *Græciloqui* dicti? Pompeii verba etiam in vetustis exemplaribus vitiata penitus inuertit. *Bilingues*, inquit Festus, *Brutacesenii dicti, quod Brutii & Osce & Græciloqui dicti sunt. Sunt Italiæ populi vicini Lucanis.* Siquid habuisset ingenii vel studii, veram lectionem deprehendisset hanc, *Bilingues Brutii ad Cosentiã dicti, q Osce & Græce loquerentur*, &c. In illud Horatii, *Canusini more bilinguis.* Porphyrion ait: *Quoniã vtraq; lingua vsi sunt, sicut per illũ omnem tractum Italiæ quẽ magna ex parte Græci incoluerant: ex quo Magna Græcia nomen accepit. Ideo ergo Brutios & Græciloquos & bilingues dixerunt.* Hæc Porphyrion: etsi mutatis apud eum syllabis impressor excuderit. Nam si *bilinguis* in vitio tantum ponitur, quid de *Massiliensibus* dicendum, quos ait Varro *trilingues* esse, quod Græce, Latineq;, & Gallice loquantur? At eorum mores a Strabone, Plauto, Valerioq, Max commendantur. Sed ignoscendum omnia tractanti. Oppido quam obscura *lingua* erat *Brutia.* Illud vero fidem prouerbio fecit, *Bis pueri senes.* Si Pompeii verba non expendit, ab Acculeo nostro hypodidascalo notatum. *Domuncula, parua domus, quæ domuscula vocatur, & domuncio.* Apuleius: *Iam vero nec larem requiro, nec domuncionem paro.* Verum nec a domo domuntio diminutiuum fit, & Apuleius *domuitionem*, non *domuncionem*, frequentissime protulit, ex *Domo* & *Eo*, duplicato nomine. Pacuuius in Hermiona *domuitionem dedit.* Lucii lib. 17. *Domuitionis cupidi, imperium regis pene imminuimus.* Apud Pompeium librarii vitio legitur, *Lingulaca piscis, & mulier augurarix.* Id ipsum trãstulit in suum cornucopiæ: cum castigari debeat, *Argutatrix.* Amatorie legit apud Ouidii *Sappho*, atque ex interpretatione Græci nominis exponit *Erato.* Quid quod *amuletum* deducit ab *amula*, cum Fl. Sosipater hunc in modum præcipiat, φυλακτήριον, quod Græci appellant, *amolitum* Latine dicimus. Nam & Varro Diuinarum 42. dixit: *Siue amoliendo*, id est, *infringendo vim mali, siue æmulatione.* Notauit Hermolaus in eo fallam nominis rationem, sed non literaturam: quippe non *Amuletum* per *u* & *e*, sed *Amolitum* per *o* & *i*, scribendum. Voluminis instar efficiam, si pergam congerere eius errores. Et audet inepte gloriari, omnium Græcorum, qui iam quingentis annis in literarum studiis floruerunt, errorem ab se deprehensum? quod Aristotelis Ælianique & Plinii verbis inter se collatis, ostendit γαλῆν esse mustelam, non felem. Non inficior αἴλουρον esse felem: quod eo prior Charisius institutionum Grammaticarum primo docuit, *Feles, Æluros, Felis.* Et Hyginus in Astronomico: tametsi quidam *catum* scribãt in eo ridicule. Sed & γαλῆ pro fele ponitur. Homerus in Batrachomyomachia:

Μῦς ποτε διψαλέης γαλέης κίνδυνον ἀλύξας, id est,
Mus auidus quondam sitiente pericula fele.

Elabi. Sostratus elegorum scriptor in Tiresia ait, *indignatione Veneris in anum mutatum Tiresiam beneficio Gales vnius Gratiarum (secundum quam de præstantia formæ litem dederat) in Creta Arachnum quendam inuenisse amatorem: qui cum gloriaretur haberi rem non cum Tiresia, sed cum Venere, ab irata dea esse versum in galen, Tiresiam vero in murem, animalia inter se inimica.* Nihil in iis dici potest, quin gale felem significet. At vide quam cōtumeliosus in Verrium, quem Pompeius redegit in epitomen: *Quod Festus* (inquit) *Pompeius scribit, saperdam genus esse pessimi piscis, vbi legerit ipse dicat. Atqui si ipse non potest, annis ab hinc mille vita functus; equidem pro eo dicam, ne tantus vir immerito obstrigilletur.* Archestratus Syracusanus, siue Gelous, is qui ventris eorumque quæ sunt infra ventrem, gratia, orbem terrarum peragrauit, in Hedypathia quam versibus hexametris ab eo compositam Q. Ennius inscriptione & argumento imitatus est, vnde testimonium citat Apuleius (etiamsi titulus in eo perperam scriptus *Hedusphagetica,*)

† *Lege Athenæum, pag. 198.*

† *Σαπέρδῃ δ' ἐνέπω κλαίειν μακρὰ ποντικῷ ὄψῳ,* id est,
Saperdam iubebo procul valere Ponticum obsonium.

Quid ita, nisi quia pessimus piscis Archestrati palato sordebat præthynno Siculo, quem iam laudauerat? Inde etiam Persius,

Et quid agam? rogitas? hem saperdam aduehe Ponto,
Castoreum, stuppas, &c.

Ineptus equidem sum qui tam minutatim hęc in Sipōtino, quem senem Domitius admodum iuuenis in Plinio castigando conuicit hallucinatum locis amplius mille, & in vertendo Polybio infantissimum. Hic enim (si nescis) quem Broteum vocat & Fidentini præceptorem. Vale.

A. Ianus Parrh. Antonio Cæsario Consentino S. P. D.

EPISTOLA XXXVIII.

DEterreor Ouidii carminibus abs te propositis, exemploque Themidis & Thebanorum, ingenio nimis indulgēdo, offensam numinis, id est, doctissimi cuiusque, incurram: meumque agrum, id est, vigilias, non vna vulpes, sed certatim multæ populentur. Nam quæ sapientia est hæc, malle malum periculum fortasse facere, quam fateri te nescire quod omnes nesciant? Atqui ita valeam Cæsari, vt me potius officium quam trahit ambitio, ne tua caussa noluisse videar id, quod a me primum petieris. Itaque iacta sit alea, atque Ouidii versus ex 7. Metam.

Carmina Naiades non intellecta priorum
Soluunt ingeniis: & præcipitata iacebat
Immemor ambagum vates obscura suarum,
Scilicet alma Themis.

† *Lege Ho-*

Exponamus ita. Philochorus auctor est † *tres* olim *Nymphas Apollinis*

linis nutrices Parnassum tenuisse, quibus erat nomen *Thriis*, vnde Græci *sortes* appellauerunt *thrias*. Alii dicunt (vt Didymus refert, & Tharrhæus in collectaneis adagionum) Mineruam *diuinationum* per *sortes* inuenisse, quæ cum Delphico præponerentur oraculo, Iupiter in gratiam Apollinis abrogauit iis fidem. Itaque rursus Apollinem consulentibus Pythia respondit.

meri hymnii in Mercurium circa finem.

Πολλοὶ μὲν θύρσοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι ἄνδρες, id est?

Sortilegi plures, vatum sed copia parua. Qui versus vice prouerbii iactatur. Apud Pausaniam sic inuenio, specus in Bœotia fuisse † Sphagidion *Cytharonidibus* consecratum *Nymphis*, quæ † *Lege Plut.* priscis seculis oracula reddebant. Aut ex iis aliquas intelligit Ouidius *Nymphas*, aut certe adhuc incomperta historia. Vale. *in Aristide pag. 141. vbi de Sphragitidum Nymopharum antro.*

A. Ianuis Parrhas. Andreæ Puliano Consentino S. P. D.

EPISTOLA XXXIX.

DVo ne fuerint *Acrisii*, alter *Argiuorum rex & Danaes pater*, a Perseæ, frustra declinata fati necessitate, ictu disci necatus, alter (vt est apud Ouidium) *Iouis filius & Vlyssis auus*, a me requis. Dicam quod sentio, nec plus apud me respectus alienæ famæ, quam veteris amicitiæ valebit inter nos a teneris annis institutæ: cum tu præsertim Consentinos instituas meos, quibusq; non nisi selectissima quæq; tradi velim: quod abs te pro tua virili parte fieri, vel ex eo mihi persuaserim, quod abstrusa Poetarum sensa (qui Ciceroni videntur alia quadam lingua loquuti) si tuo marte non assequeris, ad amicos refers. Apud Ouidium 10. Metam. *Vlysses* in concione Græcorum de se prædicat hunc in modum,

Sed enim qui rettulit a Aiax
Esse Iouis pronepos, nostri quoq; sanguinis auctor
Iuppiter est, totidemq; gradus distamus ab illo.
Nam mihi Lacertes pater est, Acrisius illi,
Iuppiter huic.

Aristoteles in Ithacensium Republ. *Cephalum* Deionei F. cum *Telebois* imperaret *insulis*, absse postmodum *Cephalenis*, aliquandiu carentem liberis oracultum, soluisse ex respõso, cum vrsa corpus miscuisse, quam mulierem fors obuiam dederat: vterum gerentem feram diuinitus in hominem esse mutatam, maturoq; partu enixam, Ἀρκείσιον, id est, *Arceisium* Laertæ patrem, sic appellatum ἀπὸ τῆ ἄρκῳ, ὅ ἐστιν ἄρκτος, ab *vrsa*. Sic Aristoteles. Herodianus ait ab ἀρκέω verbi *futuro*, quod est ἀρκέσω, dictum prius Ἀρκίσιον: deinde interiecta ι per diphthongum Ἀρκείσιον, id est *Arceisium*. Diomedes agens de *Nomine*, *His accidit*, inquit, *agnomen aliqua virtute foris insecus quæsitum, quod* ἐπιγένημα *Graci dicunt, quo cognomina discriminantur, vt est Vlyssi agnomen Polydes: nam prænomen est* (vt ait Ibycus) *Vlyssis: nomen Acrisiades*, &c. Tu castiga, *Agnomen est Polyides* (ita namque agnominatus est Vlysses a perspicaci solertia rerumque prudentia)

& nomen est Arcisiades. Apuleius de Deo Socratis, ex Accii Philoctæta de Vlysse:

Inclyte parua patre patria, nomine celebri,
Claroque potens pectore Achiuis classibus auctor.

Gratus Dardanijs gentibus victor Laertiade. Nouissime patrem memorat. Ceterum omnes laudes eius viri audisti, nihil sibi nec *Laertes*, nec *Anticlia*, nec *Arctissimus* vindicat. Et hic *Arcisius* emendandum, per te petipicere iam potes. Eustathius in Homerum, genealogiam Vlyssis ordinat aliter, hunc in modum. Cephalo Deionei natus est Celeus: ex quo Arcesius, Laertæ patet. Hinc apparet ex historiæ fide verius apud Ouidium legi,

Nam mihi Laertes pater est, Arcisius illi. Nec impedit ei Ioue, non esse *Arcisium*. Artificiose mentitur hoc Vlysses ex commodo suo, quod ab oratoribus & Ciceronе factum testis est Asconius. Vale.

A. Ianus Parrhas. Crasso Pedacio Consentino
S. P. D.

EPISTOLA XL.

SIt hoc *ἀντιπελαργεῖν*. Vt enim *ciconia* parentibus ætate confectis alimenta, sic ego tibi parem studiorum gratiam pro virili parte referam: *tametsi nulla satis referri potest*, vt inquit Plato. Tu me puerum literis imbuisti: tu, quasi Pythagoras, ex hoc totiusq; corporis filo, optima de me cõcepta spe, pollicebaris euasurum quatenus. vtinam priusquam fato concedam, liceat euadere. Sed quantuscumq; sum, secundum deos & parentes tibi debeor. Itaq; non grauabor ad te scribere, quæ de latentibus historiis in 6. Metamorph. a me petisti. Versus Ouidii sunt hi:

Altera Pygmæa fatum miserabile matris
Pars habet, hanc Iuno misit certamine victam
Esse gruem, populisq; suis indicere bellum. *Matrona* fuit e Pygmæorum genere, nomine *Gerana*, adeo præstanti forma, vt a iuuis popularibus pro numine coleretur: ex quo tantopere sibi placuit, vt cœlestium Deorum cultum negligeret, imprimisque Dianæ & Iunonis. Igitur irata dea in turpem *gruis* speciem, eam conuertit, hostemque & infensam *Pygmæis* esse iussit, a quibus diuinos honores assequuta. Ex *hac* & *Nicodamantena testudo* terrestris est. Hæc apud Athenæum Dipnosophiston nono Bœus. Ab Ouidio non otiose dictum *matre*, sed vt offenderetur etiam peperisse. Eadem fere Ælianus de histor. animalium libro 15. nisi quod addit, apud *Pygmæos* deficiente virili regum stirpe, principatum ad *Geranam* deuolutum, quæ non modo *Dianam*, *Iunonemque* præcipue contemserit, sed & *Minervam atque Venerem*, eumque abiisset in *gruem*, continenter in *Pygmæos* exercuisse bellum, quod decretis ei diuinis honoribus, pernicie maturassent. Vale.

A. Ianus

A Ianus Parrh. Alexandro Thyenæo S. P. D.

EPISTOLA XLI.

OVidius 8. Metamorph. in *apri Calydonii* venatione commemorat heroas, vel a Meleagro accersitos, vel qui *sua sponte* cupiditate laudis aduenerant illuc: & carmen hoc legitur,

Actoridæque pares, & missus ab Elide Pileus.

In quo nonnulli *Menetion* intelligunt *Patrocli patrem*; quidam *Menetion* & *Iron* filios *Actoris*, ex Apollonio & eius interprete. Ih qua sententiarum varietate quæris a me quid ipse sentiam. Ego vero (vt ingenue tecum agam) neutrum probo. Nam periphrasis est insolens & inepta, *Venit Actoridæ pater*, id est, *Menetius*, ex quo natus est *Patroclus*, *Actoris* nepos. *Iros* autem *Menetiusque* quos *Actor* genuit, *pares*, id est, *gemini*, non fuerunt, itaque latius est accipere *Cteaton* & *Eurytion*, quos *Neptunus* ex *Molione* puella suscepit, etiamsi putabantur *Actoris*, vt Mnaseas Patareus auctor est. Hos Homerus *Actoridas* appellauit, recentiores, a matre *Molionas*. Homerusque tantum geminos fuisse dixit, Hesiodus, & Aristarchum sequuti, *διδύμους*, id est, *ex duplicinatura* concreto corpore, fabulantur. Ibycus item Rhegînus addit hoc amplius, *ex ouo editos*, vt de *Tyndaridis* rumor est, aitque eiusdem fuisse ætatis, æquali statura, corporisque habitu, similitudine denique indiscreta, vtrunque ex *argenteo ouo* prodiisse. Quibus Hercules apud Pacuuium minatur interitum, per hæc:

Habeo ego istam qui distinguam inter vos geminitudinem.

Nam cum præstantissimæ fortitudinis essent, & aurigandi periti, cæstibus Herculem superauerunt in Olympico certamine. Ex quo natum prouerbium, *Nihil Hercules aduersus duos*, vt in collectaneis Didymi Tarrhæique reperi. *Quos* nactus Hercules ex *Elide euntes in ludos Isthmiacos* ad spectaculum, sagittis confixit in agro Cleonæo, caussatus *in acie contra se stetisse*, cum bellum gereret aduersus Augeam Elienium tyrannum, propter abiuratam sibi purgati stabuli mercedem, vt est apud Pindarum & Pausaniam. *Pares* igitur Ouidius intelligi voluit *geminos*, vt Vergilius *in Iuuenibus* de Castore & Polluce, *Germanique pares*. Neque satis erudite (mea sententia) scribitur & exponitur, *Et missus ab Elide Pileus*. Non enim *Pileus*, sed *Phileus* Augeæ filius Eleorum Tyranni celebratur ab Homero, qui orta inter se & patrem simultate, Dulichium secessit, vt refert etiam Strabo, Pausanias, & Eustathius. Caussam *Porphyrius* affert apud Homerum, *quod is testimonium dixit in patrem pro Hercule, quærentem abactum sibi armentum quo tempore stabulum purgauit* Ouidius ait, *ab Elide profectum*, vt indicaret a patre nondum defecisse cum *Calydonius aper* a Meleagro cæsus est. Agnosco plurimus egisse tecum quam tua

postulet humanitas & eruditio, sed hoc ideo factum scias, vt habeant alii tua caussa historiam paulo remotiorem. Vale

A. Ianus Parrhas. Ioan. Baptistæ Morello Consentino S. P. D.

EPISTOLA XLII.

INgeniose, inquis, & erudite rimatus es apud Ouid. veram lectionem 6. Metamorph. hoc versu,

Variusque Deoida serpens: inuidia non sit, insequentem quoque nobis explicare. Blandus es (vt video) puer, & belle concinnas aream: *sed non omnis turdus transenna lumbricum petit.* An si semel argutiæ non male cesserunt, iterum quoque tentandæ sunt? Atqui nihil est, quod te fugiat. Erras nisi putas longe plura esse, quæ nesciam, quam quæ sciam. Sed quia non improbus in quærendo fuisti de *Bisartida*, quæ me fatigare potuisset, experiar desiderio tuo satisfacere,

Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Æolia posuit. *Arne* fuit hæc, Æoli filia, quam Neptunnus compressit: vnde *natum Bœotum* canit Euripides & Euphorion, ita nominatum, *quod pastores a matre iram veritæ paternam, boum fimo obuolutum inuenerunt*: Vnde accensa Poetarum licentia finxit, a Neptuno in *tauri specie* genitum, a quo *Bœotia* nomen accepit, vt Nicocrates autumat: etsi Castor a *præuia Cadmo boue* mauult. Huius in Bœotia cognominem ciuitatem celebrat Homerus, appellatque εὔβοτρυν, id est, *vuidam*, ex interpretatione Papinii. Puellam vocabulum sortitam sentit Eustathius ab *ouium copia.* Theseus Corinthiacorum tertio commemorat *Arnen* præterea *Nympham Neptuni nutricem*, quæ cum *Sinuessa* prius appellaretur, hac de caussa nomen mutauit: *Acceperat alendum a Rhea Neptunum, quem quærenti Saturno* ἀρνησαμένη, id est, *inficiata, esse Rheæ*, & inde dicta Arne. Vale.

A Ianus Parrhas. Iac. Varroni Cremonensi S. P. D.

EPISTOLA XLIII.

SCribimus inuitum te nobis assiduo docendi munere districtis, aliquid noui laboris iniungere: sed cum diu frustra commentarios exspectasset eorum, qui iam per annos viginti parturiunt, (*quoto tempore bis elepanti pariunt*) ad me referre decreuisse, de quibusdam locis Ausonii non satis omnibus obuiis. Equidem mi Varro, si temporis angustias in his vindemiarum feriis excusare non possum, possem tamen ægritudinem qua grauiter & diu laboro. Sed tanta est vis amoris erga te mei pluribus iustisque de caussis instituti, vt posse necesse sit, etiam quod non possum. Quod in *monosyllabis Deorum* te remoratur,

Nec genius hoc domuum Larunda progenitus Lar, habet vitium, castigandumque est, *Nec Genius domuum Lar* enim, *familiaris* (vt

rius (vt discimus e M: Catone. Plauto, Ouidio, Columella, Plutarcho) *domorum custos est*, ex *Lara* matre, vel (vt est apud Lactantiū) *Larunda*. Designat *Ibycus* Poetæ fatum carmen insequens:

† *Ibycus vt periit, vindex fuit altivolans grus.* † *Ibycus vt periit, lege Erasmum.*

Is enim cum iter faciens incidisset in latrones, elatis in cœlum oculis, conspicatusque superuolantes *grues*, obtestatus eas est vt suam vlciscerentur necem. Post aliquot annos, cum latrones inter spectatores in theatro sederent, visis forte *gruibus, Ecce*, inquiunt, *Ibyci grues*. Iis ad magistratus delatis, comprehensi latrones, & in quæstionibus habiti, pœnas homicidii dederunt. Inde prouerbium natum in eos, qui præter opinionem supplicium luunt, *Ibyci grues*, A D. dymo Tharreoq; traditur. Illud autem,

† *Tergora dic clypeis accommoda quæ faciat glus*, eruditionis est, non ingenii. Nam *glus* & *gluten* eiusdem significationis duo verba sunt, nominatiui tantum terminatione distantia. Fl. Sosipater *Hæc, inquit, glus glutinis alii gluten dixerunt.* In *gripho ternario*, qui affectatæ obscuritatis est, † *Lege Polybium de re militari.*

Ter clara instantis Eoi
Signa cani: seruus deprenso Marte satelles:

† *Alector* intelligendus *Martis comes*, quem cum foribus Vulcani reliquisset, ingressus ad Venerem, iussum obseruare ex officina aduentum fabri Dei: isque somno victus, in causla fuisset vt Mars in amplexu Veneris a viro deprehenderetur, exsiliens ex sedibus Mars, cum adhuc sopitum offendisset, in *gallum gallinaceum* vertit, a Græcis *alectora* denominatum, qui quo tempore Marti signum daturus erat, antelucio ter canit. Historiam fabulosam perstringit Aristophanes, eiusque narrat interpres, & Lucianus Samosatenus, & alii. † *Lege Erasmum* 208. *Luciani Alectryonē* 268. *& Libanii Dyscolō.* 68.

Pene oblitus eram, quod ex eodem *gripho* primum petieras,

Tris Ope progeniti fratres, tris ordine Parca.
Vesta, Ceres, & Iuno, secus muliebre, sorores.

Historiæ Grammaticæque ratio demonstrat, emendandos esse hunc in modum versus,

Tres Ope progeniti fratres, tres ordine parta. Nam *Tris* in accusatiuo tantum dicimus, & quanquam numerus in *Parcis* arrideat, antiqua tamen suaque lectio est *parta*. Refertur enim ad *Vestam, Cererem, & Iunonem*, quas vocat *muliebre secus*, id est, *fœminei sexus Deas*. Etenim *secus* (vt in Catholicis inquit Probus) duas res significat: *aduerbium separandi* (*vt Haud secus ac iussi faciunt,*) & *sexum*. Salustius: *Virile ac muliebre secus*. Plautus in Rudente: *Virile secus nunquam vllum habui*. Ammianus & Marcellinus Rerum gest. 16. *Egressi, promiscue virile & muliebre secus, sine ætatis vllo discrimine trucidabant.* Illud autem, quod incomperium plerisque omnibus ais, *Lege Probi Catholica, pagm. 23. & Noniū de diuersa generib. qui dissentit a Probo, pag. 14. & Prisciano de generib. pag. 39.*

Tris primas Thracum pugnas tribus ordine sellis
Iuniada patri inferias misere sepulto, Planissimum tibi reddam. Liuius ab 5. cap. lib. 16. *D. Iunius Brutus*, inquit, *munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus.* Valerius item Maximus memorab. 11. *Gladiatorii munus primum Romae datum est in foro Boario, Ap. Claudio, Quint. Fulvio Coss. dederunt M. & D. filii Bruti, funebri memoria patris cineres honorando. Thraces* autem *gladiatorum genus* esse docet Vetrius. Instauratos *ter ludos* intelligi voluit, in quo ait: *Tribus ordine sellis.* † Vale.

† *Adde & illud medicum, quod Iapyga dicunt, & emunda, vel Iasona ex Pindaro, vel medicumaq; quod Apida dicunt, ex Io. Gram. Homeri interprete in verbo Agis. pag. 7.*

A. Ianus Parrhas. Alberto Barbarano S. P. D.

EPISTOLA XLIV.

IN Ouidii diris in Ibin duos hos versus:

Mens quoq; sic furiis vecors agitetur, vt illi
Vnum qui toto corpore vulnus habet. Idque de *Marsya* dictum Domitius interpretatur (vt etiam tibi videtur) incommode, cum *Marsya* direpta pellis vno vulnere sit, & eius alio loco meminerit Ouidius hunc in modum,

Nudaq; direpta pateant tua viscera pelle,
Vt Phrygium cuius nomina flumen habet.

Hic *Aiax Telamonis filius* intelligitur in armorum iudicio victus ab Vlysse & in furorem versus, vt integro Tragœdiæ argumento docet Sophocles: e nostris, Pacuuius & Ouidius Metam. 10. ipseque pentameter ex antiquis exemplaribus emendandus est: *Vnum cui toto corpore vulnus erat.* Aiax enim ferro dicitur fuisse *impenetrabilis* præter *sinistrum latus* quod obiecto clypeo tegebat, vel (vt alii tradunt) *iugulum.* Nam cum Telamon eius pater nihil liberorum suscepisset, ab Hercule petiit, vt vteretur eius hospitio, peractaque re diuina, a patre sobolem sibi impetraret. Inter preces igitur Herculis, aduolans aquila prosperum fecit augurium. Tum Hercules Telameni, *Puerum suscipies*, inquit, *atque nomen impones Aetos, propter aquilæ auspicium.* Itaque natum Aiacem, die lustrico vocauerunt *Aeton*, id est *aquilam*: deinde mutatis syllabis, *Aiacem*, quem mox Hercules adulescentem tergo leonis inuoluit, absque corporis parte quam dixi, vbi leonis pertusa pellis erat in vsum gestandæ pharetræ. Fabulam perstringit Lycophron in *Alexandra*, quique in opere consummando successit Homero, Quintus † Historiæ fides habet hoc: *Aiax armorum scientia atque agilitate corporis excellens, e multis pralijs intactus, & sine vulnere reuersus, vbi adacto gladio latus transuerberauit, aut iugulum solut: inde locus fabulæ datus est, has tantum corporis partes habuisse ferro impenetrabiles.* Non dubito, quin hæc expositio amœnissimo ingenio tuo videatur argutior. Vt enim facile deprehendit errorem, ita quoque percipiet veritatem. Vale.

† *Lege Palæphatum de Cyeno.*

A. Ianus

A. Ianus Parrh. Nicolao sacerdoti Veicetino S. P. D.

EPISTOLA XLV.

NOn ab re suspicaris Orcamum Leucotheæ patrem ab Ouidio minime designari per hæc in Ibin,

Vtq; patrem Sameus, condat te Phœbus in ima
Tartara: quod nate fecerat ipse suæ.

Nam Psamates, vt libentius, ita fortasse verius, equidem legerim. Nam Crotopus Argiuorum rex vbi resciuit Psamaten eius filiam ab Apolline vitiatam, atque matrem iam esse, neci dedit, vt Thebaidos primo canit etiam Papinius. Vnde Apollo indignatus, Crotopum suis confecit telis. Illud autem prope calcem,

Obstructusq; famem patiaris lumine tecti,
Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.

Nihil ad Eurysthenem pertinet, a Domitio male pugnasse confictum, & a matre perire inedia coactum, sed ad Pausaniam Lacedemoniorum principem, quem compertum proditionis, cum fugisset ad ædem Mineruæ, quæ χαλκίοικος appellatur, ephori statim, ne posset exire, valuas eius ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub dio interiret. Dicitur eo tempore Pausaniæ matrem vixisse, eamque iam magno natu, postquam de scelere filii comperit, in primis ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias, cum semianimis de templo elatus esset, confestim animã efflauit. Historiam scribit Probus Æmilius, Macedo Polyænus, qui mulieri, Theano, fuisse nomẽ ait. Vale.

A. Ianus Parrh. Modesto sacerdoti Veicetino S. P. D.

EPISTOLA XLVI.

AIn' tu Romæ quoque, vbi ingenuarum artium studia florent, omnes ad vnum Rhetoras accedere Domitii nugis in illud ex Ouidii diris in Ibin?

Aut, vt Acarnanides insutus pelle iuuenci,
Turpiter ad dominum præda ferare tuum:

Hermianque intelligere nescio quem commentitium, qui ab Acarnanibus quondam obsessus & captus, insutus sit pelle iuuenci, & ad victorem in contemtum delatus. Atqui manuscripti codices habent *Atarnides*: & ita legendum videtur ex historia Pausaniæ, qui refert in Messeniacis, *Atarneum locum esse in obiecta Lesbo continenti, quem Medorum rex Chiis dono dederit, quod si Pactyen hominem Lydum, qui supplex ad eos confugerat, ei dederant.* Hunc igitur Ouidius Atarniden vocat a loco, quem Chii in præmium proditionis acceperant. Insutus autem iuuenci pelle est ad ludibrium: quod in Christianos exercuisse Neronem refert Tacitus: *Pereuntibus*, inquit, *addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent.* Vale.

A. Ianus Parrh. Lysio Capra S. P. D.

EPISTOLA XLVII.

HYlam vocas, incassumque quæris Ibyci filiam quam Mars amauerit, Ilicen a Domitio ficto appellatam nomine, nam neque ipsa neque pater vsquam legitur: & Ouidius in diris in Ibin non Lydia, sed *liuida* scriptum, reliquit:

Liuida se scopulis vt virgo misit ab altis,
Dixerat inuito quæ mala verba Deo.

Nam designatur Aglauros Cecropis filia, quæ Mercurium accedentem ad Hersen prohibere tentauit, immissæque a Pallade inuidiæ atro liuore suffecta est. Fabulam scribit Ouidius Metamor. 11. Pausanias addit ex historia, *Mineruam apud Cecropis filias Erichthonion deposuisse, cum interdicto ne depositi curiosæ essent: Pandrosamq; in officio fuisse, reliquas duas, Hersen & Aglauron, quoniam cistam resignauerant, viso Erichthonio, furere cœpisse, & ex arce, qua maxime præceps locus erat, se deiecisse.* Sed Ouidius totam rem contulit in Aglauron, quæ liuore pallebat, & Mercurio conuitium fecit hoc,

Hinc ego me non sum nisi te motura repulso. Non est igitur, cur te labor inquirendi diutius auocet a venatione & ruris voluptate, cuius gratia vrbem reliquisti. Vale.

A. Ianus Parrh. Hieronymo Chierigato S. P. D.

EPISTOLA XLVIII.

VIue (si mihi credis) Hieronyme, & quoad per indictiuas autumni ferias abes a molestiis vrbis & scholæ, relaxa animum, daque operam sobriæ voluptati. Nam

Post otia maior Virtus est, vt noster ait Papinius: & tu per ætatem satis profecisti, vt verendum nō sit, ne ad eloquentiam Nicolai patris euadas. At siquid interea in manum sumis, ex iis velim quæ iam didiceris & per te facile percipias, ne nodosæ quęstiones amœnitatem quietis tuæ corrumpant: vt illud † Ouidianum fecisse certo scio, quod anxios sollicitosq; aliquandiu nos habuit. Non enim designatur Heraclia Heronis filia (quam tu recte ex Liuio nihil ad Ouidium facere deprehendisti:) sed Deidamia quam genuit Pyrrhus Epeiri rex: ex Polyæno Macedone, qui Strategematωn 8. scribit hunc in modum: *Deidamia Pyrrhi filia, cum occupasset Ambraciam, necem Ptolemæi per insidias interemti vltura, deprecantibus bellum per legatos Epirotis, arma deposuit, his conditionibus, vt honores maiorum acciperet, ad hæc vtrinq; data fide decepta est. Nam conspiratione Epirotarum quorundam facta, Nestor vnus ex Alexandri stipatoribus in eam percussor immissus, cum deiectis in terram oculis offendisset, maiestate matronæ perculsus, infecta re discessit. Interea Deidamia ad ædem Dianæ confugit quam vocant ἡγεμόνα. Summissus itaq; rursus Milo, qui matrem Philoteram dicebatur interemisse, armatus in eam grassatus est. Illa vero exclamauit, O matris interfector, cædem cæde cumulas? Hæc dicentem in ipso Deæ templo iugulauit.* Polyæno subscribit Pausanias in Messeniacis ita:

† *Ouid. In Ibin, Nataq; vt Æacide, &c.*

Deida-

Deidamiæ Pyrrhi filiæ liberi non fuerunt: sed post eius obitum, rerum regimen ad populum translatum est. Filia fuit hæc Pyrrhi Ptolemæo nati, eo quem genuit Alexander, is qui patrem habuit seniorem Pyrrhum. Trogus autem Pompeius historiarum 14 de Olympiade Alexandri Magni matre, *Audito Cassandri aduentu, dissa Macedonibus, cum nuru Roxane & nepote Hercule in Pydnam gibem concessit. Proficiscenti Deidamia † Æacidæ regis filia, & Thessalonice prisigna, & clara Philippi patris nomine: multaque alia principum matrona (speciosius magis quam vtilis grex) fuere comites.* Idem lib. duodetrigesimo, *Olympias*, inquit, *filiis regnum tradiderat: & in locum Pyrrhi fratris defuncti Ptolemæus successerat, qui cum hostibus instructo exercitu obuius processisset, subita morbi vi correptus, in itinere decedit. Olympias quoque non magno post tempore, gemino funerum vulnere affecta, ægrum spiritum trahens, non diu filis superuixit: cum ex gente regia sola Nereis virgo cum Laodamia sorore superesset. Nereis nubit Geloni Siciliæ tyranni filio: Laodomia autem, cum in aram Dianæ confugisset, concursu populi interficitur, quod facinus dii immortales assiduis cladibus gentis, & prope interitu totius populi vindicauerunt. Nam sterilitatem famemque passi, & intestina discordia vexati, externis ad postremum bellis pene consumti sunt: Miloque Laodomia percussor in furorem versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa dentibus laceratis visceribus, 12. die post ipsam interiit.* En vt Trogus non ab aliis modo, sed a se diuersus it, vt enim Deidamia filia fuerit Æacidæ regis Epirotarum, non Pyrrhi, quod apud Polyænum & Pausaniam: certe duobus nominibus appellata non est, Deidamia, scilicet, & Laodomia. Nam quod aliam Trogus non accipiat in Laodomia quam Deidamia, fati genus arguit, ædesque Dianæ in qua patrata cædes est, & Milo percussor: vt apud Trogum puellæ nomen esse deprauatum, suspicari liceat ex aliis mendis quibus vbertim scatet, incuria temeritateque librariorum qui omnia violant: scribendumque videatur Deidamia: quam Ouidius intelligit, etiamsi Deæ nomen (obsequutus, vt puto, carmini) mutauit, & pro Diana Cereri dixit. Vale.

† *Lege Plut. in Pyrrho.*

A. Ianus Parrh. Tamisio Mercatori S. P. D.

EPISTOLA XLIX.

ROgasti Mercator vt explicarem, quæ Neæra sit in Ouidii Corinna a Xantho & Peneo fluminibus amata. Morem gessi non inuitus, cum te literarum ardore flagrantem, nostrique studiosissimum cernam. Sed antequam de re, pauca de verbis apud ipsum Poetam de industria deprauatis a correctoribus, in antiquis enim codicibus ita loquitur,

Nondum Troia fuit lustris obsessa duobus,
Cum rapuit vultus Xanthe Nerea tuos.

Et paulo mox,

Te quoq; promissam Xantho Penee Creusam,
Phthiadum terris occuluisse ferunt.

Qui vero formis excusa Nasonis opera primi vulgauerunt, cum superius amatam legerent a Xantho Neæram, non putauerunt ita sequenti versu Creusam conuenire, cum Xantho promissa fuerit, & vtrobique castigandum censuerunt Neæram: quando Neæra nihil nomen huic loco non quadraret. Hesiodi quoque testimonium eorum fouit errorem qui Neæram commemorat, &c. Ego vero mordicus institutum meum, licet a multis improbatum, teneo, vetustorum codicum fidem tuendi. Nam quamuis & ipsa quandoque vacillet, in pluribus tamen veræ lectionis integritatem seruat, vt in hoc Ouidiano. Pindarus enim Poeta lyricus vnus enouem, canit in Pythionicis, Oceani filium Peneum ex Creusa Naia terræ filia, genuisse Hypseum: cuius & Eurybiæ fuerit Cyrene. Vbi interpres hæc ad verbum scribit, κρέουσα, ἡ δὲ Ναὶα γῆς παῖς ἔσχε τέκε τὸν Ὑψέα τὸν πατέρα τῆς κυρήνης, id est, *Creusa, quæ & Naia, terræ filia peperit Hypseum patrem Cyrenes* Ex iis apparet Creusam fuisse binominem, quippe quæ & Naia dicta sit & Creusa: Peneo nuptam, cum Xantho desponsa iam fuisset. Itaque nos in priore versu corrigimus,

Cum rapuit vultus Xanthe Naia tuos, est Creusa, quæ Naia trisyllabice ῶς appellabatur. In sequenti vero, *Te quoq; promissam Xantho Penea Creusam,* quæ eadem cum Naia fuit, vt ostendimus. Vale.

A. Ianus Parrh. N. S. P. D.

EPISTOLA L.

Libet Horatiano carmine gestientis animi lætitiam declarare, *Audiuere dii mea vota, Audiuere dii*, id est, ille rerũ omnium opifex, eiusque personam qui sustinet inter homines, Leo decimus, & vtriusque diuinitatis particeps heros noster Michael Syluius per quem factum scimus, vt ipse Pontifex max. in tanta negotiorum mole me respiceret ætate diuoque morbo iam confectum, vitæq; commoda mihi tandem decerneret in otium literarum secessuro. Quod si idem legatus, auctor meæ tranquillitatis, operam dederit, vt a nostro principe non tam meæ fortunæ, quæ extreme misera vel glebam sit acceptura, quam ratio suæ dignitatis habeatur, vt ab Alexandro dictum legimus, qui negauit sibi conuenire parua dare: certe siquid ingenii, siquid eruditionis in me, siqua dicendi commoditas est, id omne effundam prodendis iis quæ tot annorum varia lectione comperta, conquisita, collectaque mihi sunt, in vsum studiosæ iuuentutis: nec absque grata atque honorifica mentione eorum qui nobis ad ea facultatem suppeditauerunt: vt siquem fructum posteritas inde percipiet, acceptum referat Pontifici primum max. deinde Syluio nostro, per quem conciliata mihi Pontificis voluntas est. Expostulare vero tecum liceret qui tantula de re me obtestaris, ac si non essem in re quoque tua. Cunctatius ad te rescripsi, quod non habebam, quæ

quæ magnopere probarem. Nihilominus, quando sic vrges, officium prius opinione doctrinæ ducendum putaui. Itaque paucis expediam quid in mentem veniat. Inter ambigua non in re, sed in verbo posita, Cicero memorat in 2. de Oratore, Scipionis Africani dictum ex Lucilio. *Quid Decius, maculam an confixam vt facere?* inquit. In quo obseruanda potissimum duo: *Decius*, Atticum esse vocatiuum, nominatiuo similem: vt apud Maronem,

Socer arma Latinus habeto. Sed & *maculam*, non *niculam*, legi in vetustis exemplaribus. Est autem *macula*, etiam retis, & confixum reticuli genus ex admodum densis aut nullis pene maculis. Vnde iocatus est Africanus in Decium, festiue rogitans, *an vellet puellam pertundere nec ne.* Nunc ad asellū. *In hoc*, inquit, *genus coniiciuntur prouerbia: vt illud Scipionis, cum asellus omnes prouincias stipendia merentem peragrasse gloriaretur, Agas asellum.* Scio quas tragœdias apud Martialem quidam excitarint, & *Agas asinum*, non *animam*, legendum contendere, obscœno exsecrandoque sensu, qui nullo pacto conueniat Africano Ciceronis. Itaque mihi quidem videtur ἀστεῖως eleuata asselli iactantia aduominatione & adagio, quo dicuntur agere asinum intempestiui: vt honeste permittendo prohibeat Africanus, *Agas asellum*, vt apud Terentium Syrrhia (tametsi nonnulli corrigunt) *Agis asellum*, id est, inepte gloriaris. Hæc habui in propositas abs te quæstiones, ea si non implerunt aures, adscribito difficultati, quæ me (*sicut omnes alios*) absterruisset, nisi tanti te fratremque tuum facerem, vt necesse mihi rear etiam quæ nesciam scire.

Alanus Parrh. Tamisio N. S. P. D.

EPISTOLA LI.

PApinii carmina de quibus ambigebas, hæc sunt,

Quid referam alternas gemino super aggere mensas,
Albentesq; lacus altosq; in gurgite fontes?
Teq; per obliquum penitus qua laberis amnem,
Martia & audaci transcurris flumina plumbo?

Anio fluuius e lacu Velino per Tyburtinorum fines influit in Tyberim: vt Vibius Sequester, eoque prior Strabo refert: hinc hodieque dictus Tybero (*Pareusius antiquitus appellabatur:*) ab Anio demum Thuscorum rege (*qui rapta Romamq; asportata Salia eius filia a Catheto, doloris impar, in proximo fluentem se præcipitauit*) Anio transnominatus est. Historiam scribit Aristides Milesius, & Alexander Cornelius ille cognomento Polyhistor, *De rebus Italicis tertio.* Sed ipse Vibius amni inditum vocabulum sentit ab Apollinis filio Anienes: nisi fuerit idem cum superiore Thuscorum rege diuersa declinatione prolatus. Ad Anienem via Tyburtina flumen Albula redditur a Vitruuio architecturæ lib. 7. quas Albulas alii pluratiue nuncupant, a multiplici scaturigine, quæ potu natatuque varia morborum genera curant, vt ipse prodit

Strabo. Pausanias in Messeniacis ad hanc sententiam Græce scribit: *Ad vrbem trans Anienem latices occurrunt albi: quos vbi primum quis ingreditur, horrescit: deinde plusculum ibi moratus, tantisper ac siquid ignea calfactoria, & potionis hauserit.* Martialis,

Itur ad Herculi gelidas qua Tyburis arces,
Canaq; sulphureis Albula fumat aquis. Et alibi.
Quod siccæ redolet palus lacunæ,
Crudarum nebula quod Albularum.

Quas hic Papinius per *albētes* intelligit *lacus*, & superius illo versu *Ridet anhelantes vicino flumine Nymphas.* Sequentia carmina pertinent ad aquam Marciam, quæ quōdam vocabatur Aufeia, fons ipse Piconia, oritur in vltimis montibus Pelignorum, transit Marsos & Fucinum lacum: mox specu mersa, in Tyburtino se aperit, nouem millibus passuum fornicibus instructis productæ. Primus eam in vrbem ducere auspicatus est Ancus Marcius vnus e regibus: postea Quin. Marcius rex in prætura: rursusque restituit M. Agrippa. *Hæc ex Plinii naturalis hist. C. Plinii, Iulioq; Frontino de aquæductibus.* Iraq; Statius ad hanc ipsam versa sermone, *Quid, inquit, o Martia, te commemorem, quæ subterraneo meatu, demersaque sub Anienis altum gurgitem, laberis, & transis per amnem obliquum, id est, transuersum.* Naso,

Stultus, ab obliquo qui cum discedere possit,
Pugnat in aduersas ire natator aquas.

Vel ad aquarum respexit anfractus.

Et audaci transcurris flumina plumbo, trans Anienem fluis. Id quod accidere quibusdam etiam ductuum formis idem Frontinus auctor est, *plumbo*, stanneis tubis & canalibus *audaci*, quod tantis aquarum vorticibus se credit. Hæc habui quæ super abstruso Statii loco referiberem: quæ nisi boni consules, ego quidem per se placitura non spero. Literas ad Æsculapii nepotem (*cur enim Peregrini mei verum decus ornamentumq; non agnoscam*) quas his annexui, perferendas ex fide velim cures, eadem quippe opera tibi deuinxeris vtrumque nostrum. Vale.

A. Ianus Parrhas. N. S.P. D.

EPISTOLA LII.

DIxin' ego tibi, si Papinium pergeres excutere, nullum fore inquirendi finem? Vix absoluto superiore, ecce iam scirpus alius occurrit: & ego opto quidem, sed non spero, semper Oedipodem præstare, cum tu præsertim nonnunquam roges ea quæ etiam me torquent: vt hoc,

Terga pater blandoq; videt Concordia vultu,

Domitius autumat ædem Martis a tergo statuæ sitā: cuius exstructionis mentio videtur apud Tranquillum in D. Iulio. *Destinabat, inquit, Martis templum, quantum vsquam esset, extruere, replere & complanato lacu in quo naumachia spectaculum ediderat.* Ac ne dubitem

iam

intelligere Suetonium de tẽplo Martis, quod erat in campo Martio, nona vrbis Romæ regione, ex descriptione P. Victoris, audi verba Cocciani Dionis a nobis in Latinum versa: *Naumachiam dedit non in mari, sed continenti, inducta per fossam aqua in excauatum in campo Martio locum.* Quare si pater accipiendus est Mars (vt Domitio placet) ad ædem Martis vltoris referre satius est, inter Augusti Traianique forum in proximo sitam, nisi quis ad ædium sacrarum rationem respexisse dicat. Amabant enim veteres in altum templa educere, vt quam longissimus eorum prospectus esset, quod in æde Veneris quam Romæ fecit, cum non seruasset Hadrianus, ab Apollodoro architecto per epistolam reprehensus est. Alii cum Martis ædem in circo Flaminio extra muros, aureumq; eorum Domitiani tam longe dissitos non putent inter se mutuo conspicabiles, accipere templum Iani malunt, quod in foro Romano reddit ura P. Victore. Nam Iani propria appellatio patet est, vt ostendit Ouidius in Fastis, Macrobius in Saturnalibus, & Lyricus Poeta Septimius, *Ianepater, Ianetuens, diue biceps, biformis.* Ego tutius arbitror interpretari tẽplum Vespasiani, quod in foro Romano secundum Pauli basilicam fuisse constat ex eodem P. Victore. Nam Vespasianum consecrauit Titus, vt Plinius iunior in Panegyrico testatur: id quod ipse moriens optare & vaticinari visus est his verbis. *Iam Deus fio.* Sentit enim Papinius, *a tergo*, id est, pone equestrem statuam, fuisse templum D. Vespasiani patris eius, id est, Domitiani, quod mox ab ipso Domitiano, fratre consecrato, Vespasiani & Titi nuncupatum. Sed vt Titi non meminerit, est ratio. Nam Domitianus insidias viuenti Tito struere non cessauit: & fato functum, nullo præterquam consecrationis honore dignatus est, & sæpe etiã carpsit obliquis orationibus & edictis, vt Tranquilli docet historia. Sed & concordiæ ædicula supra Græcostasin recensetur a P. Victore, templo Vespasiani proxima, id est, inter Capitolium & forum: vbi Senaculum antea fuit, in quo magistratus cũ seniorib. deliberare: vt *Nicostratus in eo refert opere q̃ inscripsit. De senatu habendo, Marcusq; Varro de ling. Lat. ad Cic. primo.* Vale.

A. Ianus Parrh. N. S. P. D.

EPISTOLA LIII.

NIsi te supra quam dici potest amarem, non equidem tantum laboris inuidiæque tua causa subiissem. Nam quid oportet hominem tot aliis rebus melius vacaturum, Poeticis quæstionibus impendere bonas horas, vt offendam? Quos? inquis. An ignoras adhuc esse qui non Domitium propter studia literarum, sed studia propter ipsum diligant, quique errare cum eo malint quam cum ceteris bene sentire. Non mentior: exstant aliqui mutis eius manibus, ita addicti, vt quasi iurauerint in verba, Domitii existimationem per æqua & iniqua tueantur, imperitiæque damnent omnes, qui transuersum (*vt aiunt*) vnguem discedunt ab eius qui-

buscunque traditionibus. Vtcunque cadet alea semel iacta, statui nihil hoc in genere tibi denegare. Prosequar igitur, vt efflagitas, enodare versus ex prima Statii Sylua - *te signa ferente, Et minor in leges iret gener, & Cato castris.* In quos ipse Domitius hæc, *Te signa ferente*, si tu fuisses dux in castris Cæsarianis *gener*, Pompeius, *iret minor in leges*, in fœdera tua veniret, *Cato castris*: Cato, inquit, *abiret ex castris: quod non fecit victo Pompeio. Nam conatus est reliquias Pompeianas colligere & comparare in Cæsarem.* Hæc ille: quæ Politianus (*vt quidam prodiderunt*) improbauit. Sed cum suam sententiam (quod ego sciam) non aperuerit, ego te meam non celabo. *Te signa ferente*, si bellum ciuile gestum tuis esset auspiciis, id est, si Iulii Cæs. personam sustinuisses. Non enim Poeta committeret vt ducem Iulii Cęsaris arrogantissimum, principem vocaret, vt exponit Domitius: nisi forte parum sane luculenter in Cæsarianis ducem castris intelligi voluit eũ, qui administraret totam belli summam, quique esset in exercitu cum imperio. *Minor in leges iret gener*, Pompeius inferiorem se gereret, multumque de dignitate sua remitteret, ac iniquas etiam conditiones abs te oblatas acciperet: quod offerente Iulio Cæs. non fecit. Offerebat autem Pompeio Cæsar has conditiones, vt Pompeius iret in Hispaniam, delectus qui essent habiti, & præsidia senatus, dimitterentur. Auctor in Epistolis ad Tironem & ad Atticum Cicero. *Et Cato castris.* Non placet intelligas, ipse M. Cato discederet ab armis: imo, si tu copias in vrbem duceres, vt olim Cæsar, vltro M. Cato veniret in tua castra, nec turpe duceret sub te stipendia facere: quæ Domitiani laus est maxima. Nam bello ciuili Pompeiano cum alii ad Cæsarem inclinarent, alii ad Pompeium, solus Cato fecit aliquas suas & Reip. partes, & neutrum sequutus est: vt Epistolarum duodeuicesimo scribit Seneca, vtrunque enim improbabat, vtrunque exarmabat. Hanc tulit de vtroque sententiam, Si Cæsar vicerit, moriar: si Pompeius, exsulabo: sibiq; & victo & victori constituerat quę constituta esse ab hostibus iratissimis poterant. Periit itaque ex decreto suo: quod affirmat etiam Cicero de Offic. primo, per hæc, *Differentia naturarum tantam habet vim, vt nonnunquam sibi ipsi mortem alius consciscere debeat, alius non debeat, non enim alia in causa M. Cato fuit, in alia ceteri qui se in Africa Cæsari tradiderunt. Atqui ceteris vitio datum esset forsitan si se interemissent, propterea quod eorum vita & mores fuerant faciliores: Catoni autem cum incredibilem natura tribuisset grauitatem, eamque ipse perpetua constantia roborasset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum potius quam tyranni vultus aspiciendus fuit. Irei* ergo (Papinius inquit) *Cato castris*, id est, ferrum Catonis in ciuili bello purum & innoxium pro te bonas & nobiles edidisset operas.

A. Ianus Parrh. N. S. P. D.

EPISTOLA LIV.

Esti

ETsi statueram nulla posthac edere commentaria, cum pluribus aliis magnisque de caussis, tum propter impudentissimos quosdam plagiarios, a quibus ad verbum transcribi res cognitu dignas ab interpretationibus in Claudianum nostris, ac in suas annotationes, auctore dissimulato, referri, sæpe mecum stomachatur: tamen in tuam Papiniique gratiam, consilium mutassem si scissem te eius eruditione tantopere delectari, ne nunc abstrusa tot eius sensa vellicatim carptimque enuclearem. Verum nec ipse vnquam præ te tulisti præcipuum aliquod huius Poetæ studium, nec ego diuinare potui quid acturus esses. Itaque debet imputare tibi siquis apud hunc ipsum Poetam desiderabit alia. Nos enim satis in præsentia duximus ad ea tantum rescribere quæ tu poscebas. *Arion Adrastum* ab *Adrasto* possessore nactus epitheton est, Argiuorum rege: de quo Homerus Antimachusque & Euripides, e nostrisque Papinius in Theb. plura. Pausanias in Arcadicis fabulosam narrat historiam. *Cerus amissam filiam*, &c. Lege Apologiam Iani. Ex hoc ergo *Neptum* compressu rumor est, ipsam *Cererem* peperisse *puellam* (*cuius nomen initiatis tantum notum, nefas sit in vulgus efferre*) & *equum Arionem*: indeque *hippion*, id est, *equestrem*, *Neptunum* in Arcadia primo cognominatum. Quod affirmare videtur Homerus in Iliade cum *dium vocat Arionem Adrasti celsum dimanque stirpis equum*. Sed & in Thebaide canit *Adrastum* ex clade quam Thebis accepit, *Arionis* ope elapsum: quem κυανοχαίτην [*id est caruleum tubas*] appellat, innuens ex *Neptuno* genitum. Sed Antimachus *terram* ei tribuit matrem, quo licet Homericum trahere. Nam diuinæ stirpis esse potest ex tellure editus, & *inde caruleus* (*id est terræ concolores*) habere *iubas*. Aiunt Herculem copias in Augeam ducturum, ab Oncio qui Thelpusæ imperabat in Arcadia, *Arionem* accepisse: eoque in acie vectum domuisse Elidem: mox Herculem dono dedisse Adrasto. Quod significat Antimachus, *Adrastum* vocans *Arionis tertium dominum*, nam primum fuit *Oncii*, deinde *Herculis*, postremo *Adrasti*. Quintus autem, qui scripsit Iliadem exorsus a fine Homeri, fingit *Arionem* ex *Zephyro & Harpyia* natum, Adrasto muneri a Neptunno largitum. Vale.

A. Ianus Parrh. Antonio Amiternino.

EPISTOLA LV.

QVis vnquam credat, vt alias in rebus sic & in literis, exstare quosdam, qui tanquam Phalarides aut Dionysii tyrannidem sibi vindicent, famamque per æqua & iniqua captatam, non studiis honestisque contentionibus, vt par esset, sed conuitiis ferroque barbarice tueri malint? Exponis hoc anno Papinium, Poetam sane celeberrimum, & ob exactam rerum notitiam, suumque peculiare dicendi genus, non omnibus satis obuium. Cuius ego studiosus cum semper fuerim, ea de caussa cœpi te prius amare

quam nosse: adesse cum prælegebas, laudare conatus, amice de te sentire & loqui, multoque magis fortasse quam decuerit. Nam (vt ingenue tandem fatear) sicut non inepte quędam visus es enarrare, ita non parum multa offenderunt: quæ, non obscuro candoris argumento, ad te statim detulimus, quo aliquo nobis pacto satisfaceres. Tu vero, cum id aut nequires aut nolles, ad notas artes conuersus, cœpisti maledictis incessere, clamare, iurgari, minari, quocunque momento nos nostraque lacerare, summittere qui clam monerent necem mihi, ni cederem, maturari. Hæc ego cum non secus ac debui negligerem, nouo quodam commento, inuidiæ tabulam proposuisti, quasi vero aut ego inuidus, aut is tu sis cui boni inuideant. Quare ne sciens fallaris, monendus mihi es Amiternine: memineris te in ea vrbe profiteri in qua bonis quibusque locus, & is industriæ fauor semper fuerit, vt oppressa iam libertate Grammaticus sibi quidam Tib Cæsarem ex oratione reprehendere, affirmantique Capitoni id esse Latinum, &, si non esset, certe futurum, respondere permiserit, Capitonem mentiri, quod Cæsar auctoritatem date posset hominibus, verbis non posset. Nos autem fortuna simul & mente non ita excidisse, vt in tanto doctissimorum prouentu (Marsos dico, Volscos, Sulpitios, Phædros, Flaminios) te, qui nihil ad eos, obtrectandum præcipue sumserimus: non est quod eo nomine metuas Amiternine, non est. Ames licet tua sine riuali, quando eiusmodi sunt quæ vel mediocriter eruditis placere non debeant. Quod ne falsum putes, rationes cur ita videatur adiecimus. Ad hæc si pro re non pro libidine respondebis, lis intra parietes continebitur, nec erit cur alicuius errata bibliopolæ cognoscant, sin minus, ad æquiores iudices prouocabimus, quorum suffragio damnatus pueris propinabitur irridendus. Vale.

Age iam videamus an aliquid in te sit cur Ianus inuideat. De literis autem loquor: nam in ceteris (puto) non prouocas. Tydeus apud Statium in 11. Theb. Palladem sic adorat,

Siue Aonia diuortis Itone,
Læta choris seu tu Libyco Tritone repexas
Lota comas, qua te biiugo temone frementem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum. In iis tu versibus nullam subesse historiam suspicaris: at Harpocration grauis inter Græcos auctor, sic ait, *Minerua quam ἱππίαν, idest equestrem, vocant, Neptūni filia fuit ex Nympha Polyphe, quæ patrem habuit Oceanum. Hæc (vt in primo de Europa Mnaseas refert) currum princeps effecit: vnde & Hippiæ nomen. Meminit & Isæus in Calydonē* Hactenus Harpocration. Cui vero dubium quin de hac Papinius intelligat, quam & *inuehi bigis*, & in *Tritone ablui* dicit: eam velut digito signans quæ *Neptūni quoque filia, & ad Tritonem* impensa in Libya cosi traditur ab Herodoto? quanquam cum reliquis de matre non conuenit. Quid quod adiectiua quibus necessario loca separat

separat, tanquam superuacua, non exponis? *Iton* enim (*sic autem malo quam quod ipse in recto Itone*) ob id *Aonia* dicitur, vt a *Thessalica* discernatur, cui nomen *Itonus* Amphyctionis filius dedit: vt scribit Armenidas in Thebaicis, a qua & *Itonia Pallas* nominatur. Sed illud non omittendum, quod Plutarchus in amatorius narrationibus & interpretes Apollonii, *Itoniæ Palladis templum*, non vt Papinius, *Itone*, sed in *Coronea Bœotiæ* reddunt: nisi aut *Iton* locus in Coronea, aut eadē vrbs fuerit: quod non legi. Sed nec *Triton Libycus* otiose. Nam *tris eius nominis amnes*, in Bœotia, Thessalia, Libyaque, & vniuersos Mineruæ sacros, iidem interpretes memorāt. Hæc te, qui primas in literis occupas, latere non oportebat.

Non possum non satis ridere, siquando venit in mentem quantopere te suspexeris quod per id carmen quod in 4 legitur,

Plaudentique habiles Caryæ resonare Dianæ, Eleæ Dianæ *templum* significari omnium primus ostenderis: quod ἰλωδὴς Græce, *palustrem* Latine sonet, *iuxtaque paludes carex multa* proueniat a *qua* nomen Deæ factum sit. Nam quid aliud in mentem tibi venerit, non sane video. Et audebis posthac ab Italia Græcos explodere? quos si miser adires, tantis in tenebris nūquam versareris, nec fortasse *Caryas* ignorares (*vel vt identidem Polybius Caryum vocat*) *oppidum esse Laconiæ*, & in eo *lucum Dianæ sacrum*: in quo eius Deæ festa cum cantu solemni chorus virginum celebrabat, contendentibus inter se citharœdis, vt infra docebimus. Lucianus Samosatenus in dialogo Περὶ ὀρχήσεως ita tradit, Λακεδαιμόνιοι δὲ ἄμφω ἐκπονοῦσιν ἄνωθεν δικαίως, παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυάτιδος μαθόντες (ὄρχησις δὲ καὶ τοῦτο εἶδος ἐν Καρύαις τῇ Λακωνικῇ διδασκόμενον ἀπὸ τῶν μυρτῶν πιθανόν), *Lacedæmonii*, inquit, *qui præ cæteris Græcis virtute maxime præstant, vbi a Castore Polluceque caryatizare didicerunt, genus & hoc saltationis in Laconia Caryis, nihil non cum musica faciunt.* Hæc ille. Hinc (puto) Lycophron *in Cassandra, aquas* in Laconia *Caryas*, & Alexander commentarios *Caryorum* memorat, quorum testimonia multi citant. Polemon etiam in 2. Græce quidem, sed ad hanc sententiam, scribit, *Execestides citharœdus Pythia vicit, vicit & Caryorum certamen in Lacedæmonia.* Apertissime ex his (vt reor) liquet, cur *Caryas plaudenti Dianæ resonare* Statius dicat. Iamne tibi videtur in Græcis opera male collocari, quorum ope, etiam vastis sordidisque paludibus in quas te sponte conieceras, extrusus es? Quanquam poteras & hoc in Latinis aduertere. Diomedes enim Grammaticus in eius rei mentionem sic incidit: *Quo*, inquit, *tempore aduentante Xerxe in Græciam, omnes de tota Laconia metu barbarorum perterriti, in diuersas partes fugisse creduntur, cum virgines timore laterent: ex hoc euenisse vt eo die quo solitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad solemne sacrum inueniretur. Tunc itaque pastores in vrbem conuenerunt, &, ne ritus sacrorum interrumperetur, pastorali car-*

mine composito, Deæ honorem celebrauerunt. Huc vsque Diomedes. Sed illud, arbitror, te decepit, quod in vulgatis codicibus *Curiati* corrupte legitur: quod erat officii tui deprehendere, si Grammatici modo nomen, quo maxime tibi places, retinere volueris.

An ob id forsan æmulabimur, quod *pubem Martiam* propter *Hermionen* Martis filiam, *Thebanos* autumas, cum dubio procul a *Spartis* sint potius, quos *Cadmi socios in vrbe condenda* Pherecydes & alii scripserunt: præsertim quando Palæphatus draconem, de cuius *dentibus enati finguntur*, non (vt alii) *famulum*, sed Martis *filium* prodat: nec de patre *Hermiones* vniuersi consentiant, quippe Idomeneus & Ephorus ex *Electra & Ioue* natam, ac e Samothracia a Cadmo raptam volunt. Nec, si *Martis omnino filia sit, ab ea Thebani Martii* nominentur: a qua non omnes ducebant originem magis quam a serpente, de quo diximus: ad quem Thebanorum plerique genus referebant. Inter enim terrigenas ab interprete Euripidis Pelor, Echion ab Ouidio, & Creon a Timagora, Creontis illius auus, qui post Eteoclen regnauit, & alii ab aliis memorantur: quorum familiæ diutissime Thebis floruerunt.

Pudet refellere quod in his versibus,

Angue ter excusso & flagranti præuia taxo
Tisiphone dux pande viam,

Per *anguem* serpentibus crinitum caput intelligis: cum de *serpente* Poeta manifestissime dicat, quē a *Furia gestari* alicubi sic indicat, *Viuo manus aera verberat hydro.* Sed nimis vrgeo, nam quis hæc in Amiternino reprehendat? Ad illa iam venio quæ sine iuuentutis iactura sileri non possunt: cuiusmodi hoc est quod subiiciam,

Hunc iuxta cumulo minor ara profundæ
Erigitur Cereri. Profunda Ceres non magis a matre *Proserpina* videri debet, quam quod *esse Luna creditur*, quæ sub terris serpit, vt Varro docet: quod etiam *proserpere* vetusti dicebant. Cur autem *Cererem* Vergilius Lunam vocet, pluribus argumentis ostendit Macrobius. *Profundam* vero *Cererem*, *Proserpinam* dici, sic vt paulo post ab hoc ipso Poeta *Iunonem*, *Stygiam*, & a Claudiano *profundam* quoque *Iunonem*, quis non videat? Perperam, quide *Cerere* simpliciter exposueris, cum ob alia non pauca, tum quod ex ritu sacrorum nec *Cereri* nec item *Telluri* (*quam per Cererem vis intelligi*) in euocationibus manium veteres faciebant. Quod vt concedam de *Tellure*, quasi nō Poetas sed mysteria interpretemur, quid sibi vult epitheton male feriatum *Profunda*, cum nudo *Cereris* tantum nomine *Tellus* appellari potuerit: quippe cum non alia *Ceres* quam *Tellus* putaretur, vt ex Varrone recitat Augustinus? At quid absurdius (inquis) quam *tris aras*, quas ante sub *Hecates* nomine *Proserpinæ* consecrarat, velut ab oblito Poeta in vnam redigi? Sed heus tu, *Proserpinam Hecatenque* (quod mos

osten-

ostendemus) non eandem semper Græci habebant: quos (vt in multis) hic Papinius sequitur. *Ararum* quoque non bene abs te subducta ratio, sub calculum denuo reuocanda est, vt ex impare, quem piaculariter constitueras, par numerus efficiatur. Quod ita denique cadet, si nostra sententia *tres Hecates, totidem Furiis, Plutoni ac Proserpinæ* singulæ statuantur, vt *octo* omnino sint, id genus sacris numerus accommodatus, quem adeo maiores nostri obseruabant, vt *propter dies pares, inferis Februarium, Ianuarium propter impares, superis* attribuerint. Quin & viri etiam doctissimi ob eam præcipue causam contendunt a Sibylla *Deiphobum* increpari, quod sua prælentia *imparem apud inferos numerum* constituerit: indeque ab eo dictum, *Explebo numerum, reddarque tenebris.* Tantum abest vt *impar numerus infernis sacris* adhibeatur. At sicubi secus inuenias, aduerso mox euentu piaculum committi cognoscito. Sed hæc non parum multa propter eos qui prauas, quibus inhærent, opiniones reuelli sibi a pulmone non patiuntur. Nunc ad promissa festino, *Cererem* scilicet & *Proserpinam* non eandem videri. Sed locum non negligendum, cuius *Stygia Iunonis* mentio nos admonuit, prius exponamus. Papinii versus hi sunt,

Stygiaque seueros
Iunonis thalamos & mœsta cubilia cerno.

Plutarchus in libro de Dædala Platæensi, *Iunonem* refert ab *Euboea* in qua educata sit, ab Ioue raptam, in Cithærone delituisse in thalamis, quos opacos de industria mons ipse substrauerit, ac inde *nocturnam Iunonem* vocitari. Prudēter ergo Papinius *Iunonis cubilia*, quæ Manto iuxta videbat, ad inferos transtulit, & *Iunonis Stygia* vocabulo *Proserpinam* nominauit, alludēs ad historiam quam retulimus. Quod ipse videre non potuisti qui Græca tanquam nauteam stomachatis. Locuples (arbitror) testis est Hesiodus, is in Theogonia *Hecaten* non esse *Proserpinam*, sed aliam, dicit, ex *Asteria Persesque Astrei fratre* natam, cui Iupiter arbitrium in elementa concesserit: vnde & *Hecate a multiplici potestate* sit appellata. Hinc patronymicum figurauit Ouidius, *Ibat ad antiquas Hecates Persæidos aras*: quanquam alii aliter interpretentur, pro quo possessiuum Papinius vsurpauit.

Tu separe cœtu
Elysios Persea pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agas. Nam tu (*cui Perseæ legi placet, ac de Mercurio, vel eius patre Libero exponi*) tota penitus via, quod aiunt, erras. Quippe vt omittam quod aures non consulis, quarum iudicium superbissimum Cicero putat) nec *Perseus, Liber* vnquam dictus est, nec per ætatem dici omnino potuit. Is enim vno vel paulo minus æuo priusquam hoc nomine *Perseæ* vocarentur, inter homines esse desierat. Siquidem vel eadē qua *Perseus* tempestate vel et-

iam paulo supra claruit, vt testatur Eusebius in temporibus. Constatque ex Herodoto, *Persen* eius de quo loquimur filium, *Persui* se nomen dedisse, cum *Cephenes* antea vocarentur. Ac, vt non temporum ratio refragetur, nunquam profecto *Liber* ab iis potius populis adusque Cyri ætatem, qui longe post fuit, ignobilissimus (vt *tradit Trogus*) quam vel ab *Indis* vel a *Thracibus*, claris & a se victis gentibus, nomen adoprauisset. Quod vt etiam condonemus, quid quæso *Baccho cum manibus*, qui tam non commune quippiam cum iis habet, vt cum Iouis beneficio *matrem* esset ab inferis reducturus, *Polysimni*, impuri cuiusdam hominis, vsus opera dicatur, & cum eo pepigisse, vbi *Semelen* reduxisset (*dic mautem quod refert Hyginus*) mercedem se daturum qua nihil sibi deperiret: mortuoque interea *Polysimno*, Deum promissi memorem, sicti surculum instar mentulæ formauisse, alutaque contectum, per obscœna sibi immisisse: ex quo & *Enorchus* sit appellatus, vt legimus apud Lycophronem. Is ne igitur *manes compellere* putandus est, qui, vt aditum ad inferos disceret, conditionem stupri non recusauit? Ad *Mercurium* vero referre, cum præter historiam est (nam vbi quæso legitur Bacchi filius?) tum nec ordinis ratio, nec ipsa Latinitas patitur. Quid enim loquutionis hoc esset, *Tu Perse nubilus Arcas agat Elysios*: vbi nec verba suas habent voces, nec illæ rursus inter se congruunt? Eademque res bis inculcaretur, non minus ridicule profecto, quam quod facere subsannat Aristophanes, *Commoda tu mactram, vel, si libet, arcam panariam*. Miror autem cur in hac tantum parte Lactantium probes, in ceteris adeo abs te neglectum, vt ne nomines quidem, nisi cum vellicas. Sed concedamus & hoc tibi, vt in gratiam cum auctoribus pro tuo cõmodo redeas: tantum confessa non neges, Lactantii commẽtarios depravatos adeo luxatosque, vt ne ipse quidem qui scripsit, si modo reuiuiscat, sine coniectore sit agnaturus. Agamus igitur coniecturis quando tibi sic libet homini imperioso, & a quo discrepare contumacia sit. Sed quid tandem Lactantius? *Nubilus*, inquit, *infernum imperat autem Mercurio & Libero vt animas piorum euocent. Quam autem Persea Hecate, ratio est.* Videsne quam nihil pro te Lactantius affert? *Persea* legi oportere, luce clarius ostendit, & de *Hecate* (quod nos dicebamus) intelligendum. Nam vbi legitur, *Imperat Mercurio & Libero?* persancte deierem, non *Libero*, sed *Libera* abeo scriptum fuisse: quo nomine Tullius in 2. de Deorum natura *Proserpinam* vocat his verbis, *Hunc dico Liberum Semele natũ, non eum quem nostri maiores angustæ sanctæque Liberum cum Cerere & Libera consecrauerunt.* Lactãtius igitur *Liberam* pro *Hecate* posuit vulgatiore illa consuetudine, qua nostrorum pleriq; *Hecaten Proserpinamque* confundunt, & alteram pro altera ponunt. Sed elaberis Proteu, negasque *animas euocare* ad *Hecaten* pertinere. Vide quam tutum tibi sit vehementem Deam ab antiquo iure detrudere. An,

qua

quæ potest alios *lucis Auernis præficere* (quod Vergilius autumat) *manibus imperare* non poterit? Illud etiam abs te libens quæsierim, manusne plus an digitus in hominis corpore polleat, quod si dubio procul manum responderis, dubitandum non est quin fateri cogaris non minus *Hecaten* quam *Proserpinam* iuris habere, quæ pars eius suprema crederetur. Id quod hic versibus indicat Lucanus,

Persephone, nostraque Hecates pars vltima, per quam
Manibus & mihi sunt tacitæ commercia linguæ.

Per *Proserpinam* manes *Erichto* elicit: cur non per *Hecatē Tiresias*? At si per hæc (inquis) *Hecate manes* iubetur emittere, cur eam se paulo post minatur euocaturū? Excidisti iam caussa, cōfugis ad oflucias: nihil ꝓficis: manifesto te mēdacii teneo. Tiresias loquitur apud Statium, *Sterem turbare Hecaten ni te Tymbraei vererer.* Quæ (rogo) euocationis hic mentio? ni tu qui turbas & confundis omnia, turbare & euocare idem existimas: quod eruditi non probant. Certe Foroliuiensis Hieronymus, vir Academiæ primarius, qui disciplinarum orbem solus hoc tempore concinnauit, nostræ opinioni subscripsit: cuius iudicio tantum tribuo, vt iam quid ipse quidue tui complices sentiant, non laborem.

Apollineas vero *Therapnas* cur Statius appellet, tam nescis quam non exponis, &c.

A. Ianus Parrh. N. S. P. D.

EPISTOLA LVI.

PEtis vt iudicium meum tibi nō inuideam super illo Statii versu de quo literatores inter se digladiantur, *Iuuat ora tueri*, &c. Volūtati tuæ morem gessi, pluris enim tuam gratiam facio quam simultates eorum quos ater calculus offendet. Vlpianus de fugitiuis ait, *Nota verbo etiam cicatrices continentur.* Has (vt mea fert opinio) Statius intelligit. Macrobius Saturn. 2. *Saxo in expeditione percussum, ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen suæ curæ inflantem, sic leuiter castigauit Augustus. At tu cum fugies,* inquit, *nunquam post te respexeris.* Plin. histor. nat. 7. *L. Sicinius Dentatus, quinque & quadraginta cicatricibus aduerso pectore insignis.* Et infra de Manlio Capitolino, *Cicatrices aduerso pectore exceperat.* Item de M. Sergio, *Secundo stipendio dextram manum perdidit, stipendiis duobus ter & vicies vulneratus est: ob id neutra manu, neutro pede satis vtilis, dextram sibi fecit ferream, eaque ligata præliatus. Itaque ceteri (vt ipse pergit) victores hominum fuere, Sergius vicit etiam † fortunam.* Quod animi robur in Sertorio Sallustius expressum voluit, *Cominus faciem suam ostendebat, atque aduersis cicatricibus & effosso oculo: quo dehonestamento corporis maxime lætabatur.* Quidni maxime lætaretur, Antigono, Macedonique Philippo Amyntæ filio, & Annibali maximis antesse ducibus in ea gloria par? vt obseruauit etiam Plutarchus.

Lege Latinū Plutarch. De fortuna Alexandri.

Etenim *cicatrices* etsi corpus dehonestant, vt argumenta virtutis indiciaque fortitudinis, apud omnes gloriosæ sunt: extra meretrices, quibus post pretium forma tantum placet, vt Ælius Donatus in Terentium non minus vere quam facete dixit. Imprudenter igitur & effœminate nescio quis vmbratilis apud A. Gellium rhetor alienas vires ex imbecillitate sua meritus, insolens & immodicum putauit dehonestamento corporis lætari: non facturus si cogitasset aliquando plus esse, quodcunque corporis membrum sors auferre velit, vltro oggerere, vt de cetero honeste vitam traducat (id quod de Philippo Demosthenes ait) quam periculo laboreque iam defunctum testimonio virtutis insignique strenuitatis exultare. * Nam præteritæ cladis, eius præsertim quam fructus adoreæ comitatur, iucunda recordatio est. Metus autem malique exspectatio, quantacunque laudis & præmii spe proposita, pungit & animum lancinat. Ergo *mixta notis belli* dixit *ora, vulnerum vestigiis & cicatricibus insignia*: placidam vero pacem gerentia, quia Domitianus (auctore Tranquillo) pulcer ac decens fuit, vultu modesto, turboriſque pleno: quo se contra pudorem muniens (vt in Agricola scribit Tacitus) *offensus fronte latus, pectore anxius excipiebat*. Hanc igitur *oris ex arte compositam fictamque serenitatem* Papinius quasi veram laudem memorat & hic & infra,

Discitur e vultu quantum tu mitior armis,
Qui nec in externos facilis fauire furores,
Das Cattis Dacisque fidem.

Domitianus enim commendari se verecundia oris adeo sentiebat, vt in senatu aliquãdo ficta cauerit, *Vsque adhuc certum animum probastis ac vultum.* † Cæcilius autem Secũdus in mentione Domitiani sic ait in Panegyrico, *Superbia in fronte, ira in oculis.* Et Philostratus aspectu trucem fuisse tradit in vita Apollonii: vt hi dederint aliquid odio, vel illi gratiæ. Quid autem si dignitatem voluit intelligi? Vir enim pulcer Aristoteli videtur is qui militiæ labores ferre possit, itaq; iucundus aspectu sit vt etiam terreat.

**Lege apophthegmata Plutarchi.*

†Lege Manilii versus in illa mathematica ratione Mauonis in illud carmen, cũ Iupiter athere summo Prospiciens &c.

A. Ianus Parrh. N. S. P. D.

EPISTOLA LVII.

LVcaris, vt video, cum Papinio: mallem cum hydra: certior victoriæ spes esset. Ita quæstiones ex quæstionibus, difficultatesque ex difficultatibus, mendæque ex mendis oriuntur, vt vix vna hominis ætas iis explicandis corrigendisq; suffectura videatur. Ego vero, quando tibi lubet vna eademque opera me teque exercere, pro mea virili parte conabor aperire, quæ cunctanter abalitis adita sunt: quale est, *Hinc obuia lumina pandit, & c. Ædem D. Iulii* designat in ea fori parte excitatam, vbi crematum fuerat eius corpus, vt Appiani refert historia. P. Victor, Vrbis octaua regione, forũ Rom. rostra Pop. Rom. ædis victoriæ, templum Iulii Cæs. Valerius Maxim. memorabiliũm primo, *Tuas aras tuaque sanctissima templa*

templa, diue Iuli, veneratus, oro, &c. Corn. item Tacitus, agens de T. Iunii cæde, quæ facta ad Curtii lacum in foro est, *Ante ædem,* inquit, *diui Iulii iacuit primo ictu in poplitem.* Victruuius architecturæ, lib. 3. de sacris ædibus, *Pycnostylos est, cuius intercolumnio vnius & dimidiatæ columnæ crassitudo interponi potest, quemadmodum est D. Iulii, & in Cæsaris foro, Veneris.* Nec *D. Iulii ædes* eadem cum *basilica Iulia* accipienda. Ædes enim post eius interitum dicata est, vt indicat Appianus, etsi Dion consecratum scribit in vita, Antonio quasi sacerdote & flamine sibi instituto, partim adulatione Cæsaris assectarum, partim ab iis, qui inde ei studebant inuidiam conflare. *Basilicam* viuens ipse publicauit, vt in ratione temporum demonstrat Eusebius: quam Victruuius architectus (vt ipse prædicat lib. 5.) dimensus est, & ex arte faciendam curauit. Eius meminit in Caligula Suet. *Quin & nummos non mediocris summæ e fastigio basilicæ Iuliæ per aliquot dies sparsit in plebem.* Dubium, Iuliamne porticum, quam statuit in ipso foro P. Victor, hanc appellarit, an aliud ædificium. Iungebatur autem *basilica* foro, ad eamque gradibus erat ascensus, in qua parte ius dicebatur: inferius autem negotiatores esculenta poculentaque & id genus alia habebant, & sues etiam venales. Victruuius architecturæ 5. *Basilicarum loca iuncta foris, quam calidissimis partibus oportet constitui, vt per hyemem sine molestia tempestatum se conferre in eas negotiatores possint.* Et paulo post: *Vti qui apud magistratus starent, negotiantes in basilica ne impedirent.* Seneca: *Eremitu iudiciorum basilicæ resonant.* Apud Plautum nota parasiti magnifica verba, quibus infortunium minatur in *basilica* morantibus, ob immunditiem tetrumque odorem, quæ saginantur animalium, si molesti in via sibi fuerint. In *basilica* vero Iulia caussæ centumuirales agebantur. Cæcilius secundus Epistolarum lib. 5. *Descenderam in basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione responderem.* Et alibi: *Si quando transibis per basilicam, & voles scire, quomodo quisq; dicat.* Idem lib. 6. *Quadruplici iudicio bona paterna reperebat. Sedebant iudices c. & 80. tot enim quatuor consiliis conscribuntur. Ingens vtrinque aduocatorum numerosa subsella præstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat, ad hoc stipatum tribunal, atq; etiam ex superiore basilicæ parte, qua fœminæ, qua viri & audiendi, quod difficile, & visendi studio, imminebant.* Quintil. Instit. ord. 12. *Certe cum in basilica Iulia diceret Trachalus primo tribunali, quatuor autem iudicia (vt moris est) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & (quod agentibus ceteris contumeliosum fuit) laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.* Martialis epigrammatum 6. de filio Reguli:

Iam clamor, centumque viri, densumq; corona
Vulgus, & infanti Iulia, tecta placent.

Vbi Domitius non minus fœde lapsus est, quam in illud ex epigram. ς. ad patrem Regulum, *Et laudant Catuli vilia templa senes.* In altero, præter historiam, *Capitolini Iouis ædem suspicatur*, cum Poeta *basilicam Iuliam* designet, in altero *Iulia templa*, pro *vilia* supposuit improbissime: cum doleat Martialis apud homines ætatis suæ, vitio malignitatis humanæ, ita vetera esse in laude, præsentia in fastidio, vt optima quæq; temporum suorum posthabeant etiam contemtissimis antiquis operibus, idque probat exemplo templi Iouis a Domitiano magnificentius instaurati, cum bellis ciuilibus arsisset: ipsum tamen prævilibus Qu. Catuli templis, id est, cura Catuli restituto Capitolio, sordere. *Sedem Iouis opt. max. vouerat Tarquinius Priscus rex bello Sabino, iecerat que fundamenta spe magis futuræ magnitudinis, quam quo modica adhuc pop. Rom. res sufficeret, mox Seruius Tullus, sociorum studio, deinde Tarquinius Superbus capta Suetia Pometia, hostium spoliis extruxere. Sed gloria operis libertati reseruata, pulsis regibus Horatius Pulullus iterum Cos. dedicauit, ea magnificentia quam immensa pop. Roman. opes ornarent potius quam augerent. Isdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto quadringentorum quindecim annorum spatio L. Scipione. C. Norbano Coss. flagrauerat. Curam victor Sulla suscepit, neque tamen dedicauit, hoc est, solum felicitati eius negatum. Luctatii Catuli nomen inter tanta Cæsarum opera vsq; ad Vitellium mansit.* Hæc ex eodem Tacito. Sed vt ad institutum redeam, Papinius ea periphrasi, *Hinc obuia limina pandit*, &c. *ædem* significat: illo vero carmine quod sequitur:

At laterum passus hinc Iulia templa tuentur, ipsam *Iuliam basilicam*, nam *templum* nomen est *loci etiam non sancti*, siquidem *Curia Hostilia* (auctore M. Varrone) *templum erat*, & sanctum non erat, *vt basilica item Iulia. Basilica* autem, Græca dictio est ἀπὸ τῦ βασιλέως, quod & *regem* significat, & *eos qui ius dicunt*, quos insectatur Hesiodus, quasi δωροφάγους, id est *munerum voratores.* Nec me fugit apud Iuuenalem tradi a Probo (si modo Probi sunt expositiones, quæ circumferuntur in Iuuenalem) Licinium C. Cæsaris libertum, cum curationi Galliarum ab Augusto præpositus, eas spoliasset, ad exstinguendam, qua flagrabat inuidiam, *basilicam* sub nomine C. Iulii condidisse. Sed hanc historiam Dion aliter enarrat.

Pungit, inquis, & illud me Papinii, quippe cum sentiam non ab re festinandi voluptatē dici, tamen explicatum non habeo cur. Ætas tua facit, vt ignoscam siquid apud auctores obuium te fugit. Nondum enim potuisti omne scriptorum genus excutere, secus in dialogo Corn. Taciti de claris oratoribus deprehendisses hanc sententiā, Extemporalis audaciæ atq; ipsius temeritatis vel præcipua iucunditas est. Nam in ingenio quoque, sicut in agro,

agro, quanquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora tamen ſunt, quæ ſua ſponte naſcuntur.

Sum pollicitus, & præſtabo, nunquam pluris exiſtimationem meam quam tuam eruditionem facturum, minoremque perſonæ, quam ſuſtineo, rationem quam ætatis tuæ habiturum. Quare velim pergas a me vel minima quæq; inquirere. Non enim cõmittã, ne tibi ſtudium ſatisfaciendi non probem. Quicquid amiſſa temporis occaſione fruſtra fit, ſero fieri dicitur. Tibullus:

Heu ſero reuocatur amor, ſeroq; iuuenta,
Cum vetus infecit cana ſenecta comas. Papinius Thebaid. primo, *Sero memor thalami.* Martialis:
Cras vives? hodie iam viuere poſthume ſerum eſt.

Quoniam maturius oportuit. Ad eandem pene ſententiam Papinius: *Quid quod hæc ſerum erat continere?* id eſt, *integrum mihi non erat ea tam comprimere, cum illa vox certe, quorum honori data ſunt, haberetis*, id eſt, *penes vos eſſent, quorum nominibus inſcripſeram.* Quod non minus eſſe videri vult, quam ſi invulgus exiſſent. In quo gratiam colligit, dum ſimulat ſe tantum de eorum iudicio, quantum de ceterorum omnium, laborare. Et illud in extrema prope epiſtola diſſimulandum non eſt, *Et tu fortaſſe pro collega mentieris*, id eſt, *fidem falles, & affirmabis eſſe biduo ſcriptã, quo mihi gratificeris ſocio ſtudiorum*, quod in epithalamio prædicat per hæc:

† *Tecum ſimiles iunctaq; Camœna*
Stella mihi: multumque pares bacchamur ad aras.

† *Lege qua Ianus deinde dicitur, cum Syluas Romæ præſideret.*

Affectauit autem, *Pro Collega*, dicere, quia poetarum collegium Romæ fuit, quod Ouidius ex Ponto Elegia quadam alloquitur. Eius meminit exemplorum libro 3. Valerius, agens de fiducia Accii Poetæ: *Is*, inquit, *Iulio Cæſari ampliſſimo ac florentiſſimo viro in collegium poetarum venienti, nunquam aſſurrexit.*

Argumentum Papinianæ ſyluę quam fecit *in equum maximum Domitiani*, quod deſiderabas, accipe. Domitiani principatu fuit ingens Dacorum motus, eoq; formidoloſior, quo Decebalus eorum rex imperatoriis artibus inſtructiſſimus nullum rei bene gerendæ vacuum tempus abire patiebatur. Interim Domitianus aulæ delitiis emollitus, inter exoletorum puellarumque complexus dies totos, & quam longe noctes erant eximebat: iiſque ne aliquandiu careret, bellum per legatos adminiſtrabat, donec binis acceptis cladibus, ipſe profectus eſt: quæque eius erat ambitio, hoſte vix viſo, laureatas ad ſenatum literas miſit, quibus victos iam Dacos nuntiabat. Continuo patres, quoſcunque arrogantiſſimi principis elatus animus honores affectare poſſet, vltro pro ſe quiſque certatim decernere. Videres toto orbe Romano tot ex argento auroq; poſitas imperatoris effigies, vt iis ferendis humus vix ſufficeret. Hiſtoriæ partem narrat Dion. In hac igitur omniũ publica

assentatione, S.P.Q.R. equestrem statuam præcipuæ magnitudinis genio Cæsaris erexit, vt ipse Papinius innuit:

Vtere perpetuum populi magnique senatus

Munere. in qua laudanda Papinius tanta maiestate carminis assurgit, vt auditoris animum statim præcellat, ad eamque rapiat admirationem, qua se teneri percontando simulat.

Laudo propositum, quod anxie subtiliterque rimaris omnia. Nam dum vocas in dubium, quæ pro compertis habentur, assequeris, vt in iis etiam, quæ sunt in quæstione, non dubites. In illum Statii locum, *Postero die quam dedicauerat opus tradere iussum*: præcipue nihil (vt ingenue fatear) attuleram priusquam tuæ literæ nobis aurem vellerent. Nunc in mentem veniunt hæc: Imperatores aliquando *statuas imagines*que *aureas* toto orbe Romano consecrari sibi iubebant: vt de C. Cæsare Philo scribit, & Iosephus, quod ingentium calamitatum causa Iudæis obstinate repugnantibus edicto fuit. Confutat & Tertullianus in Apologetico conflatam Christianis inuidiam, quod *Cæsaris genio* nihil honoris impenderent, etiusque *statuam* nullo cultu prosequerentur. Extat ad Traianum Cæsarem Cæcilii Secundi non inelegans epistola, qua testatur in Bithynia Christianos ab se coactos *imagini Cæsaris thure & vino supplicare*: quod admodū facit ad vltimum primæ syluulæ versum:

Tuoque

Lætus huic dono videas dare thura nepotes.

Et hoc ex ritu religionis. Nam *principis genio* libabant, vt indicat etiam Persius vltima Satyra:

Dis igitur genioque ducis centum paria ob res

Egregie gestas induco. Quin & *principum statuæ numen* habere credebantur & *genium*, apud quas & vota suspicerebantur & victimæ mactabantur, vt alibi demonstrauimus. Cæcilius Secundus ad Traianum, *Simili reuerentia Cæsar, non apud genium tuum bonitatem tuam gratias agi, sed apud numen Iouis optim. maxim. pateri.* Ipse quoque Papinius hoc ipso libello luce clarius ostendit inesse *colossogentium*, sic:

Insessaque pondere tanto,

Subter anhelat humus, nec ferro aut ære laborat,

Sed genio. Negat enim *ferri & aris oneri* terram cedere, sed ipsius *Domitiani genio*, id est *numini*, quod incluſum statuæ sustineret, imparem. Dedicauerat autem Domitianus ipse *statuam*, quia Pontifex maximus: vt historia Tranquilli tradit & Dion, atque percussa sub eius imagine vetera numismata testantur.

Latii fori (de quo Sylua prima Papinius) apud alios extare metionem, verissime negas. Non enim suo nomine, sed obsequutus carmini, *Latium* pro *Romano* dixit, vt in epithalamio Stellæ, *septem colles vrbis Romæ Latios*.

Vnde

Vnde sacro Latii sonuerunt carmine montes: Et hac ipsa prima Sylua,

Cedat equus, Latiæ qui contra templa Diones
Cæsarei stat sede fori.

Latium quoque pro *Romano* Ouidius in Fastis posuit,

Tempora cum caussis Latium digesta per annum. P. Victor in vrbis *octaua regione forum Romanum* statuit, & in eo *æneum Domitiani equum*, quæque præterea Statius ædificia celebrat. Dionysius Antiq. Rom. II. Marcusque Varro *Romani fori* meminit, & Tacitus agens de ratione proferendi pomerii. Sed & Pausanias ἡλιακῶν primo, *Romanum forum* cum cetera spectatu dignum fuisse refert, tum maxime quod esset *ære tectum*: quod Ammianus etiam Marcellinus in rebus Constantii Cæs. ambitiose describit. Lege Ammianum.

Cum non conueniat inter ætatis nostræ Grammaticos, accipiendumne sit apud Papinium, *cælo peractum opus*, laboratum artificiose (quippe cœlum scalptoris instrumentum est, Ausonius,

Bucula sum cælo genitoris facta Myronis
Æreanec factam me puto, sed genitam. Nec multo post,
Talem fecerunt ferrea cœla deam) *an ex ære delapsum*: ne priori sententiæ pedibus accedam, facit, inquis, insequens verbũ, *Fluxit*, aprius *e cœlo demisso signo* quam *polito*. Sed historiam quæ mihi suffragetur, adhuc non inueni Video quo tendas. Ego vero, quod suo iure Poeta finxit Imperatori blandiens, vt non magis ex historia quam tu vel quiuis alius affirmare possum, sic ausim contendere allusum esse *ad Mineruæ effigiem*: de qua Apollodorus ad hanc sententiam Græce scripsit, *Aiunt Ilum, cum præuiam bouem sequutus, Ilium ex oraculo condidisset, deos orasse vt aliquod argumẽtum darent*, id est, *augurium signumq; futuræ felicitatis: tum de cœlo Palladium cecidisse in quendam Phrygiæ locum, cui Diodorus & Dion ex eo casu*, Pesinunti factum *nomen autumant*. Herodianus in Cõmodi rebus agnoscit quidem vocabuli rationem, nec agrum Phrygiæ Pesinuntem negat ex eo dictum: sed *Cybeles*, id est, *matris Deũ*, non *Palladis*: imaginem delapsam tradit. Numa quoque Pompilio regnante, scutum breue (quod ancile Verrius ait appellatum, quia ex vtroque latere erat recisum, vt summum mediumque eius latus pateret) e cœlo demissum, Dionysius Antiq. Roman. II. Plutarchus in Quæstionibus, & alii prodiderunt. Itaque nihil alienius a Papinii mente quam de *mortali quicquam fabro suspicari*. Vult enim aut *opus diuinum* videri, id est, *Palladium* (nam Phetecydes vniuscuiusque manibus hominum non facti simulacri commune nomen esse Palladium censet) aut, quod est proximum, *a Vulcano vel a Minerua fabricatum*: vt maiori reprehensione digni sint, a quibus accusatur Honoratus, quod Palladium pro ancili posuit.

Lege annot. Beroald. 19.

Ad Poeticam tendis, vt video, qui fabulas anxie requiris. *Anima namq; Poetica (si credimus Aristoteli) fabula est.* Equidem pro mutua nostra beneuolentia reuertar ad omissum Grammatici studium: tibique, quod optas, de *Castoris equo* breui expediam. Stesichorus in funebribus Peliæ ludis ait Harpagum & Phlogeum, quos equarum velocissima Podarge peperit, a Mercurio Castori dono datos: Exalithum vero & Cyllarum a Iunone, quanquam in vulgatis Suidæ collectaneis historia legatur inuersa. Septem colles Vrbis (vt simul ad ea rescribam quæ proxima petebas Epistola) sunt qui reddant hos, *Tarpeium, Æsquilinum, Palatinum, Caliuum, Auentinũ, Quirinalem, Viminalem.* Verrius autem de verbis antiquis 18. *Palatium, Velia, Fagutalum, Suburram, Cermalum, Oppium, Cispium*: in quibus solemni die (quod inde Septimontium vocabatur) agi solitam rem diuinam scribit Antistius Labeo. Sed ne posthac aliquis ambigat (vt nonnullos audio) diuersane fuerint ea loca quibus institutum *Septimontium* solemne est, an *septem colles* a Poeta memorati, Plutarchi verba subiecimus ex ætiis Romanorum: *Septimontium diem festum Romani transigunt, quod septimus vrbi collis attributus, & Roma septicollis facta est.* Quare cum *Septimontium* celebraretur ob inclusum pomeriis & muro cinctum septimum collem (*quod ex Plutarcho iam constat*) hostiæque cæderentur in enumeratis ab Antistio Labeone collibus, apparet eos esse quos ex Verrio recitauimus, operamque ludere qui velut incompertos adhuc indagant.

Lib. 1. Sylu. 1. Æras tua facit vt asses etiam per puluerem quærere non erubescam, quamobrem controuersas & obscuras apud Papinium voces, vt petis, aperiam.

Siculis an conformata caminis Effigiem. Sunt qui corrigant, *Effigies*: ego vetustam publicamque lectionem tueor, id est, *Effigium*, vt *molas effigiem conformata* synecdochicῶς accipiatur.

Exhaustis armis, post bella. Vergilius.

Quæ bella exhausta canebat, id est, *peracta*, nam qui *positis armis* exponunt, insequenti carmine refelluntur,

Magnoq; superbit Pondere: quod inermi Marte non esset.

Amplius, maiori cum dignitate, quæ & amplitudo dicitur. Est autem temporis & qualitatis aduerbium. Lucilius Satyrarum primo, *Quo pacto populum atq; vrbem seruare potùt sit Amplius Romanũ.* Quod adeo prolixum temporis spatium significat, vt quotiescunque iudices indicare volebant se adhuc audire velle, dicerent, *Amplius*: itaque negotium differebant, vnde *hodiaq;* (vt ait Sosipater) *ampliari iudicium, differri dicitur.*

Ingenti propellit Strymona flatu. Hoc ait quia *vehementior in equo spiritus est.* Vnde verbum trahitur *Hippacare*, quod est animam crebro celeriterque deducere. Lege Pompeii de verbis antiquis ex Verrio breuiarium septimum.

Da

Du Cattis Dacisq; fidem, Cattos & Dacos in fœdus accipis. Claudianus, *Rupissent elementa fidem*, id est, violato naturæ fœdere, rerum pacem perturbassent. In hunc etiam sensum pax his aut illis a pop. Rom. data legitur apud Liuium.

Laterum passus, id est, *spatia*, quæ *tractus* alibi vocat, *At laterum tractus, spatiosaq; pectora seruat.*

tacita face, non quia sub cinere seruaretur, (vt quibusdam placuisse video) sed quod æternum ignem Vestæ virgines in operto custodiebant, vt Ælii Dionysii & Plutarchi docet historia. Ex quo *tacitam virginem* dixit Horatius quæ *silentium præstare* cogebatur, id est, sacra non vulgare: *dum Capitolium scandet cum tacita virgine pontifex.*

Dextra vetat pugnas. Erudite sane Politianus hunc locum declarauit ex Fabio Quintiliano. *Nam est habitus in statuis pacificator qui inclinato in humerum dextrum capite, brachioq; ab eure protenso, manum infesto pollice protendit: qui quidem maxime placet iis qui se dicere sublata manu iactant.* Adminiculatiorem Politiani sententiam reddit & hoc ex 34 natur. histor. C Plinii, de Cephisodoro, *Fecit & concionantem manu elata*: & illud C. Cæsaris, *Ac tametsi dextris humeris exercitus animaduertebatur: quod insigne patatum esse consueuerat*: & Pausanias Eliacorum primo de signo Iouis Olympii, τὸν ἐτέραν τῶν χειρῶν ἐκτεῖνον, id est, *elata altera manu.* Hoc habitu Romæ spectatur ad ædem Lateranam equestris statua, cuius persona in incerto est, aliqui suspicantur Antonini Pii. Quid autem si referatur ad *signum victoriæ*, quod ipsa *Domitiani statua* dextra manu sustineret antiquo more? cuius in Verrem Cicero meminit, *Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrime factum Victoriæ.* Et Valerius, agens de neglecta religione, memorabilium 1. *Dionysius, inquit, victorias aureas, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat, & eas se accipere, non auferre dicebat, Simulacrum* præterea *Nemesis* ornatum sigillis victoriarum legimus in Suidæ collectaneis: vt dicat Papinius hostem coerceri metu victoriæ quæ insisteret in dextra Cæsaris. Ab armis enim facile deterrere poterat omnes Imperator, qui victoriam in manu haberet. Nam quod statim sequitur,

Læuam Tritonia virgo Non grauat, ex historia est quam recitauimus ex Suetonio, Dione, & Philostrato. Pallas enim Domitiani familiare numen erat, vt Fabii verbis vtar. Ideoque Papinius ait, *Non grauat*, quasi Domitiani manus libenter & facile Mineruam ferret.

Et secta pratendit colla Medusa, Ceu stimulis accendit equum. Qui duobus his versibus vnum sensum putant includi, non explicant, vt *equus accendi posset aspectu Medusæ*, quæ ponebatur in *clypeo vel ægide Palladis.* Ego vero Mineruam sic in læua colossi statuo, *vt Domitianum spectaret*, equus autem *transuer-*

sis oculis & in Gorgona flexa ceruice suspiceret, vt equos in Æsquiliis intuemur, id quod innuunt illa Poetæ verba,

At sonipes habitus animosq; imitatus equestres,
Acrius attollit vultus.

Estq; Hesiodi æmulatio, apud quem Pallas inscenso curru Herculis ægidem quatiens, ad cursum iugales incitat,

Εν γάρ σφιν μένος ἧκε θεὰ γλαυκῶπις Αθήνη,
Αἰγίδ' ἀναπείσασα, id est,
Hos dea coniecto celeres agit impete Pallas,
Ægida concutiens:

Neque vero quicquam refert, vtrum *Prætendit* (vt pleriq; omnes) an *Prætendens* (vt quidam) scribatur. ἀσυνδέτως enim transire concessum Poetis est, vt sæpe Papinius hoc in opere facit, ac in odis Horatius Alii tamen illud hemistichium, *Ceu stimulis accendit equum*, distinguunt a superioribus, vt *descripto iam situ Palladis*, ad ipsam *Domitiani statuam* redeat, ab eaque *equum* velut admotis calcaribus incitari ad cursum dicat: vt paulo mox,

Cursumq; minatur. & statim,
Viuusq; per armos Impetus: Et
Tantis calcaribus ilia late Suffectura patent. In quo summa laus artificis, qui sensus expressit. M. Tullius in Hortensio, *Nam cum omnis solertia admiranda est, tum ea quæ efficit vt inanima quæ sunt, viuere & spirare videantur.* Ammianus Marcellinus rerum gest. 26. de Valentiniano Imper. iam designato, *Eo*, inquit, *vt expeditius loqueretur, brachium exsertante, obmurmuratio grauis exoritur, concrepantibus centuriis & manipulis, confestim Imperatorem alterum declarari.* Et paulo post, *Quod Valentinianus magis præcunctis ne fieret extimescens, elata prospere dextra, vt princeps fiducia plenus, ausus increpare quosdam, vt seditiosos & pertinaces, cogitata nullis interpellantibus absoluebat.* Lege Ausonii griphum ternarium, vbi de Musis agit.

Indiget, inquis, aliqua luce & illud ex eadem Papinii prima syluula, *Vacua pro cespite terræ*
Ænea captiui crinem tegit vngula Rheni.

Vtinam ceteras ex hoc opere tenebras excutere tam facile liceat atque hoc quicquid est caliginis: Imagines amnium qui domitas irrigant terras, in triumphi pompa præferri solitas, ex Ouidio cōstat & Propertio. Domitianus itaque deuictis ab se Germanis, & Germanici sibi nomen asciuit, & eorum fluuium *Rhenum* sub equi sui pedibus ex ære fundi, quasi domitum triumphatumque, iussit. Attilas Hunnorum rex (vt est apud Suidam) expugnata populosissima Insubrum ciuitate Mediolano, cum forte conspicatus esset in picto quodam pariete Romanos Imperatores auratis innixos soliis, & fœda cæde prostratos Scythas ad eorum pedes iacere, accersito pictore mandauit, vt se coloribus inductis effingeret in

sella,

sella, Romanos autem Cæsares onustos arcis numinorumque receptaculis, effundere in eius pedes aurum,

Vacua pro cespite terra. *Area* diffinitio, quæ proprie *locus est vacuus*, vt ait Verrius. *Area* ergo *soliq;* vicem præstabat æneo Cæsaris equo *Rheni genius*: quippe cuius efficti caput impositis pedibus equus Domitiani premebat. *Imaginem* quoque *fluminis*, id est, *aquas ex ære conflatas*, intelligere nihil impedit.

Quid est, inquis, *Optassetq; nouo similem te ponere templo Atticus Elei senior Iouis?* an in æde recens & tunc primũ constructa? quasi dicat, omnia templa Phidię sorderẽt si tuam locaturus esset imaginem, velletque aliud augustius ædificari: quod in Iouis signo neglexit. An potius aliud habes argutius? Equidem quam sit argutũ quod habeo, non satis intelligo: sed ad rem magis omnino fore scio. Fuisset, inquit, in votis Phidiæ te formare, & imaginem tuam, similitudine ex membris expressa (quam Græci vocant icona) statuere in templo Flauiæ gentis abs te nuper erecto. Nam Domitianus (auctore Tranquillo) domum suam, quæ fuit vrbis sexta regione ad malum Punicum, conuertit in templum Flauiæ gentis: id quod a Papinio *nouum* dicitur. *Atticus senior*, Atheniensis *Phidias* ætate grandis: ipse enim *senem caluũ*, id est, *sui oris similem speciem*, adeo artificiose inclusit in *clypeo Minerua*, cum inscribere non liceret, vt ea cõuulsa, tota operis colligatio solueretur: vt inter naturæ miracula refert Aristot. & M. Tullius in Tuscul. *Elei* vero *Iouis* a Poeta *senior* appellatus, quod Olympiũ in *Elide* Iouem fecit: cuius pulcritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur, vt ait Fabius, adeo maiestas operis Deum æquauit. Nam vultum Iouis propemodum ex ipso cœlo peritum liniamentis eboris amplexus est, Homerici carminis exemplum sequutus, vt apud Valeriũ Max. Macrobiumq; interrogatus ab amico respondet. Apollonius ille Tyanæus apud Philostratum refert ipsum Phidiam, cum Iouem sculpsit Olympium, Deum cum cœlo horisq; & astris animo concepisse. Ex quo Propertius, *Nec Iouis Elei cœlum imitata domus*: id quod ad Rabirium templi Flauiæ gentis architectum transtulit Martialis, *Astra polumq; tua cepisti mente Rabiri.* Nam q; sequitur,

Vix lumine fesso Explores quam longus in hunc despectus ab illo, alludit ad etymum *colossi*: quem Græci tractum volunt παρὰ τὸ κολούειν τὰ ὄσσα, id est, *ad hebetando visu*, quod oculi caligant in spectanda tanta altitudine. Est autem sensus, *Ægre quis ad lassitudinem intenta acie metiatur quam iaceat his infra illum.* Cæsar in Commentariis, *Vt erat a Gergubia despectus in castra.* Quid si dicat? *Vix explores*, id est, *obtutu comprehendas*, q̃ intendere oporteat aciem hunc equum contemplanti, *ab illo*, id est, *præ illo*, & comparatione illius equi Cæsaris: quasi dicat, *equus Cæsaris vno oculi ictu perlustrari totus potest, hic autem vix longo obtutu.*

Non displicet emendatio Politiani:

Tua mitis
Ora Taras, tua sydereas imitantia flammas
Lumina contemto mallet Rhodos aspera Phebo.

Taras enim Neptuni F. ex indigena quadam Nympha fuit, sub huius imagine, Delphine vehenti, Tarentini nummum percutiebant, in quo effictus erat *Taras* dorso Delphini insidens: vt in Tarentinorum Rep. scribit Aristoteles, & Pollux repetit Ονομαστικῶν libr. 9. *Taras amni nomen ab se dedit & oppido, quod in ora Calabriæ Tarentum nostri vocant. Huc olim Spartani, Phalanto duce, coloniam miserunt, vt ortam domi seditionem comprimerent.* Historiam refert Trogus. Apollinem consulenti Phalanto data dictio, fatales dari sibi sedes vbi sereno cœlo pluuia maderet. Itaque diu frustra vagatus, oraculi successum desperauerat: longumque errorem pertæsus, humi consedit, ac in gremio coniugis Æthræ, quæ virum sequuta nauigationis comes erat, impar mœrori ceruicem deposuit. Illa, seu proprio seu mariti dolore tacta, flere cœpit, vberibusque lacrymis eius os rigare: quibus ille excitatus, ambages oraculi deprehendit. *Æthra* enim, quæ Latini nominis interpretatione *sudum serenumque* significat, erat in matrimonio Phalanti, quæ suis lacrymis virum madefecit. Hæc ex Pausania. *Taras* autem Græcus casus est, a quo genitiuum *Tarantos* enuntiauit Hesiodus,

ἢ ἐξ ἀγαθοῖο τάραντος. Nec me fallit hoc carmen ab aliis ad *Euthydemum* referri, qui de conditura Græce scripsit. Intelligit autem *Neptuni statuam*, de qua Lucilius (vt aiunt) apud Nonium meminit, & Plinius in hist. nat. *Mitis* autem pro *quieto* ponitur & *otioso*. Papinius Thebaid. primo,

Mitemq; Corinthon Linquit. Et in Syluis,
Dilectaq; mitis Terra Dicarchæi, Item
Parthenope, cui mite solum trans æquora vectæ. Ipse Dionæa monstrauit Apollo columbæ. Silius octauo, *Sarni mitis opes*, ex interpretatione Papinii, cuius carmen est, *Aut Pompeiani placeant magis otia Sarni.* Quod autem Tarentini *per otium lasciuirent*, Horatius & Iuuenalis, ac Epistola quadam Cicero testatur, & Strabo, & ante hos, historiarum lib. 2. qui Tarentinorum vocem fuisse narrat, *Ceteros natos esse ad laborem, se vero ad indulgendum genio.* Neque vero si Politiani censuram probo, vetustam vulgatamque lectionem protinus expungo, cum facile defendi possit,

Tua mitis ora Tonans. Etenim quia videbat inuidiosum superbumque & impium fore si diceret, Elis tuam potius imaginem quam Iouis Opt. Max. vellet, (quod statim de sole liberius effudit) vt sententiam modificaretur, ait, Ipse Iupiter effingi tua specie mallet, id est, similitudine ex tuis membris expressa, quam quali positus est a Phidia. Nec inepte quis *ad Alexandrum* referat, cui sub habitu personaque Iouis imaginem positam Pausanias

fanias auctor est Eliacorum 1. † quod in aliorum quoque more fuisse demonstrauimus in Lucani Genethliaco. Blandiens ergo Papinius Domitiano, Iupiter, inquit, in Elide mallet effictus esse tua quam Alexandri specie. *Mitis* autem *perpetuum Ionis epitheton* est, ab eius stella salutari: de qua Cicero De natura deorum, Vitruuiusque & Græcus auctor Cornutus plura. Lucanus,

† *Lege Plut. moralia, vel Æliani variam historiam.*

Nam mitis in alto Iuppiter.

Vltimum Syluulæ carmen,

Latus huic dono videas dare thura nepotes, esse legendum, non *Latius*, vt *Huic* in duas syllabas dissoluatur, idoneus in eo genere Priscianus est auctor. Vbi *Latus* actiuæ significationis est, vt apud Horatium, *Latus interfis populo Quirini.* Sic *Felix* Vergil. *Su felix, nostrumq; leues quacunq; laborem. Videas* autem *dare thura nepotes*, ex historia dixit. Domitianus enim *suas* etiam *statuas* honorari sacrificio volebat. Cæcilius Secundus ad Traianum, *Ante quidem ingentes hostiarum greges per Capitolinum iter magna sui parte, velut intercepti, diuertere via cogebantur, cum sæuissimi domini atrocissima effigies tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipse humani sanguinis profundebat.* Coccianus item Dion ex historia refert, *matremfamilias a Domitiano duci iussam, quasi commisso piaculo, quod ante eius imaginem se nudasset.*

Aliorum quoque populatium *statuas* ita P. R. honorabat. Cicero De officiis 3. agens de C. Mario, *Omnibus vicis statua facta sunt: ad eas thus & cerei*, quid multa? nemo multitudini vnquam fuit carior.

Quæstus es apud me per Epistolam, præter affectatam Papinio ostentationem remotæ disciplinæ, syluamque historiarum, quæ suapte natura pariunt obscuritatem, plerunque negotium tibi facere quorundam Grammaticorum nugas, annotationum commentationumque titulo vulgatas, in quibus Poetæ carmina pro se quisque certatim lancinant, vtque aliquid afferant noui, longe diuersa tradunt: adulescentiumque mentibus implicatis ac male digesta sententiarum varietate confusis, eorum studia, quibus se consulere profitentur, impediunt: vt in hoc ex epithalamio Stellæ versu, *Cessent mendaces obliqui carminis æstus*, aliis *magicas artes* accipientibus, aliis insulsissime, *maledicentiam*, quibusdam verbosa dispuratione *fescenninos*. A me vero petis, vt inter eorum discrepantes opiniones diiudicem. Quanquam video quid oneris inuidiæque nobis imponatur, in hoc etiam abs te vinci patiar, non tam præstanti fiducia, quam tibi, quem semper amicissimum sensi, quicquam negandi verecundia. Non exspectas (arbitror) vt ineptias aliorum refutem, sed (vt antea feci) meam tibi sententiam, quam breuissime liceat, absoluam. Fortunatianus in rhetis ait, *Orationis ductus esse quinque, simplicem, subtilem, figuratum, obliquum, mistum*: quos omnes & in his *obliquum*, diffinit hunc in mo-

dum, *Ductus obliquus est cum periculum prohibet aperte agere* Suet. Tranquillus in Domitiano, *Defunctum nullo, praterquam consecrationis, honore prosequuntur est: sape etiam carpsit obliquis orationibus & edictis.* Ipseque Statius Theb. 2. *Obliquatq; preces.* Appellat ergo Papinius *obliquum Stellæ carmen, elegiacum, quo celebrauit Asterida*, sic enim *Violantillam* transnominauit a se, quasi dicas *Stelleidem. Cessent* igitur, id est, tandem desinant, vel (vt ego per anadiplosin legerem) *cedant*, id est, *abeant facessant*, & *valeant*, *astus mendaces*, id est, *callida cantio*, quæ verum puellæ nomen infamiæ periculique metu tegebat. *Carminis obliqui*, quod altos tendebat quam præ se ferret: quippe quod *Asterida* decantabat, cum *Stella* haberet in animo *Violantillam*. Qua de re Papinius infra,

Nam docta per vrbem
Carmina qui iuuenes, qua non didicere puellæ?

Et paulo post,

Asteris & vatis totam cantata per vrbem,
Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu.

Quid malum, Fortunatianus in chriis? an Chirii Fortunatiani titulus exemplarium fide suffultus vni Parrhasio sordet? Quid ni, cum falsus, auctorisque non suus, imperitia quorundam, qui post annorum aliquot curricula desideratum restituerunt, in vulgus exierit? Antiqui codices habent *chria Fortunatiani*. Quid autem *chria* sint, ex Hermogene Aphthonioque & Diomede, ceteris que scriptoribus artium, discito, ne multas tibi impleam pagellas. Est Fortunatiani inscriptio latius aliquanto diffunditur, aliaque plura complectitur quam quæ *chria* proprie significant, vt opus ipsum declarat. *Chirii* vero prænomen, inusitatum iuxta Latinis & Græcis est. Arbitrarium tamen hoc & in medio relinquamus, vt integrum tibi sit opinionem multorum sequi, mihi meam. Nunc ad rem venio quam scire optabas. *Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu.* Mira amplificatione *tempus in speciem diuisit*, nesi *diu noctuq;* tantum diceret, angustum breueq; spatium videretur. *Ante dapes*, tempus *ante prandium cœnamq;* significat. nam quod in vsu veterum fuit etiam *prandium*, testatur Hippocrates, Aristoteles, Herodotus, Cicero, Athenæus, Macrobius, Eustathius.

Non grauabor ad illa minora me dimittere, quæ si negligas (vt inquit Fabius) ad maiora non erit locus. Itaque quod scire vis, *Ille salutis amor*, in *Epithalamio Stellæ* perperam scribitur, emendandumque est, *Ille solutus amor*, id est, inconcessus ac illegitimus: eoq; iam præmisit,

Lib. 1. Epith. Stellæ.

Fama tace, subiit leges & frena momordit.

Paulo post,

Amplexu tandem satiare potito Coniugis. Haud ignoro quid habeant quo se tueantur ii, qui sic legunt & exponunt. Vt enim Vergilius ait,

Tectos-

Tectoſq; per herbam
Diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt, Et
Mentemque labantem Impulit, eadem ratione dictum volunt a Papinio, *ſatiare potito* pro eo quod eſt *Satiare & potire coniugii amplexu.* Sed cum verbi quod eſt *Satio*, paſſiuum *Satior* in vſu ſit, & inde participium *Satiatus*, auctoritate Iuuenalis notiſſima, *Et laſſata viris, nondum ſatiata receſſit*, ac an *Satior* actiuæ ſignificationis in *forma deponentium* reperiatur, haud ſcio: vide ne caſtior veriorque ſit illa lectio,

Amplexu tandem ſatiare petito
Contigit, & duras pariter reminiſcere noctes:

Vt hoc exemplo defendatur ab Auſonio damnatus imperitiæ literator, qui *Reminiſco* recte dici putabat, vt *Reuertor* & *Reuerto* frequens apud Ciceronem. Sed hæc admonitio, non lex eſt, ita tamen vt indubitate *Petito* corrigas, ſiue *Contigit* autumas eſſe ſcribendum ſiue *Coniugis.*

Hanc propter tutum Piſæa lege trementem
Currere, & Oenomai fremitus audire ſequentis.

Huius, inquit, gratia curule certamen Oenomai ineundum fuiſſet intrepide, quanquam tremendæ leges erant. *Oenomaus enim procos Hippodamiæ, quoſcunque conſequebatur, interimebat.* Omnium primus in eo certamine cecidit Marmax, vt Eliacorum 2. Pauſanias auctor eſt. Eius equæ fuerunt *Eripha* ac *Parthenia*, a qua Parthenias Elidis appellatus eſt amnis, iuxta quem ab Oenomao tumulata eſt, pertæſo quod inſontes equas vna cum Marmace trucidaſſet. Epimenides Heſioduſque, & vtriſque ſuffragatus in Olympionicis, & Threnis (id eſt næniis) Pindarus, ab Oenomao treſdecim filiæ procos curuli certamine ſuperatos exſtinctoſque narrant hos, Mermnen, (ſic enim vocant quem Pauſanias Marmaca) Hippothoum, Pelopem Opuntium, Eurymachum Acarnanem, Eurylochum, Automedontem, Aſium, Chalconem, Tricoronum, Alcathoum Parthaonis F. Ariſtomachum, Crocalum. Sed alios alii ſubſtituunt, ego receptiorem ſum ſequutus hiſtoriam.

Tepotius prenſa veheret Titonia biga. Libentius hic ego *Prenſum* legerim, vel *Preſſa biga*, nam, *prenſa* nulla ex parte quadrat. *Maritum Veneris* imitatione Pindari *Martem* vocat, vt ille πόσιν Ἀφροδίτας in Pythionicis.

Hunc egomet tota quondam tibi dulce pharetræ
Improbus & denſa trepidantem cuſpide fixi.

Non dubium quin hic pro *quondam* reponi *Quoniam* debeat, vt per parentheſin *Cupido* dicat, idcirco Stellæ graue vulnus inflixi, *quoniam tibi dulce*, id eſt, *gratum* fuit.

Properandi ſtudio Papinius offundit aliquando tenebras acutiſſimæ Lyncei imperuias aciei: niſi putas vni tibi caliginoſum vi-

deri, *mihi dulcis imago Prosiluit*: imo etiam nonnullis, qui in literis ætatem contriuerunt & doctrinæ nomine gloriantur. Accipit enim duas expositiones, vtranq; eruditam, *mihi dulcis imago*, id est, *Violantillæ facies*, in qua mihi placeo, quia de me plurimum salis habet & elegantiæ. (Venus infra ad Violantillam,

Non ideo tibi tale decus, vultusq; superbos,
Meq; dedi, viduos vt transmittare per annos.)

mihi prosiluit, id est, *mature adoleuit*, id est, *mihi incrementum velox* accepit: vt homines in eius ore formaque meum munus admirentur, & potestatem sentiant & colant. Alii referunt hoc ad *speculum* quod ornante se Violantilla Venus ex aduerso sustineret: in quo prosiliebat, id est, resultabat imago Violantillæ. Donatus in Terentium, *Caussa inspiciendi speculi, emendatio vultus est: effectus formæ per imaginem resultatio.* Quasi dicat Venus, In hac ego comenda adeo laboraui, vt Cosmetæ vicem præstarem. Quid autem de quo proxime consulis?

Celsæ procul aspice frontis honores, Suggestumque comæ. nonne non modo tuam, sed eorum quoque notitiam præterit, a quibus inexplicatus ad hanc diem relictus est, cum plausum captent ex friuolis? Antiquæ matronæ crines ad verticem capitis conuolutos habebant, vt hodie quoque aliquot in locis: eos *tutulos* appellabant, vt auctor est M. Varro, quod hoc fiebat *tuendi capilli* caussa: siue quia *tutissimum* dicebant, quod in vrbe est *altissimum*, id est, *arcem*. Iuuenalis Satyra 6,

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput: Andromachen a fronte videbis:
Post minor est aliam credas.

Hinc ergo Papinius ait, *Procul aspice honores celsæ frontis*: & *suggestum*, id est *globum comæ*. Nam quod sequitur, pendet ex historia:

Quantumq; egomet Nereidas exto. Siquidem Venus emergens e mari, circumfusis vndique Nereidibus stipabatur. Hac specie stabat efficta in æde Neptuni ad Isthmon. Lege Pausaniæ Corinthiaca. Quod vltima Epistolæ parte quæris, eiusdem generis est cum primo. Domitius enim intelligit, *ipsi erraretis amores*, id est, ad ipsius iussa: ad hanc sententiam, non mea faceretis imperata, sed Violantillæ. *Erraretis* autem dixit alludens ad mobilitatem Cupidinum, qui militiæ signa accipiunt a Venere. Papinius,

Fulcra thorosq; deæ tenerum premit agmen Amorum.
Signa petunt, quas ferre faces, quæ pectora figi
Imperet: an terris sauire, an malit in vndis,
An miscere Deos, an adhuc vexare Tonantem.

Vagantur ergo Cupidines ad arbitrium Veneris, a qua ad inflammandos aut hominũ aut deorum animos huc & illuc destinãtur. A nõnullis ingeniosius exponitur, vt dicat Venus, Tanta similitudine

dine formæ Violantilla mecum cōuenit vt si cœli sedes vna nobiscum coloret, ægre dignoscere possetis, vtra, id est, ego an ipsa, vestra mater esset: vt sit, *erraretis*, id est *putaretis* Violantillam, non me, venerem. nam pronomen *Ipsi*, numero multitudinis & recto casu habet emphasin, eoque valet ac diceret, Quanquam dii, quāquam filii, quanquam sensatissimi, tamen erraretis, id est, *falleremini*, præ similitudine.

Vide quid agat pertinax opera, natas ecce iam sine cortice, qui rarenter ad me refers de Papinio: cuius omisisse te studiū non credo, cum tametsi minus frequenter, aliquando tamen ex me quæras, vt in præsentia, de *modestia vacui lecti*. Σωφροσύνην, inquit Cicero, *soleo equidem cum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam*. Periphrasticῶς ergo Papinius *viduæ castitatem, modestiam vacui lecti* dixit. *Exerce formam, & fugientibus vtere donis. Dona fugientia* per exornationem, quæ nominatur interpretatio, *formam* declarauit: quippe quam Socrates (quia labilis est & fluxa) dixit *esse tyrannidem parui tēporis*: Theophrastus, *tacitam deceptionem*: Theocritus, *eburneum detrimentum*.

Dat Iuno verenda

Vincula, & insigni geminat Concordia tæda. Non vis (arbitror) a me doceri quod *Iuno pronuba* coleretur & in *vico Iugario* Romæ, *Iuga*, quæ matrimonia curaret: sed aut luxatum carmen emaculari: vel, si vitii nihil habeat, enucleari. Faciam. Sunt qui publicam lectionem tueantur, & exponant, *Dea Concordia geminat*, id est, *firmat connubium* Stellæ insigni face quam gestat. Quoniam *robusta firmaque, gemina* atque *duplicia* dicuntur, vt a Vergil. *duplici dentalia ferro*. Quidam plus audent, illudque verbum *Geminat* in confine gemellumque transmutant, id est *geniat*. quod esse verbum sacerdotale volunt, idemque significare quod est apud Claudianum *genialia fœdera sancit*. Ego, quanquam *geniatum* legisse videor, & *ingeniatum*, castigandum ramen existimo,

Dat Iuno verenda

Vincula & insignis gemina Concordia tædas Vt sit ordo, Iuno verenda dat vincula, vel, Iuno dat verenda vincula, & Dea Concordia insignis gemina tæda, id est, *Conciliant & stabili nexu iungunt hoc Violantillæ Stellæque matrimonium Iuno & Dea Concordia, quæ* est insignis, id est, *insigne gestat*, geminas, id est *duas accensas faces*: argumento, concordes esse non posse nisi mutua beneuolentia sit, ac vtrinque respondeatur in amore, qui symbolicῶς in face designatur.

Scribis offendi tuas aures insolentia syllabæ, quæ natura longa corripiatur a Papinio hoc versu, *Hunc ipse Coo plaudente Philetas*. Atqui non ita est, nam Poeta non *Con* insulam sed ciues intelligit, alioqui primam produxisset, cum *Cos* insula per *ω* notetur voca-

lē semper intentam. Quanq̃ enim Poetæ solēt aliqua locorū vocabula per eam figurā, quæ *porrectio* dicitur, arctiora proferre, vel eorum gentilia possessiuaque pro suis primigeniis vsurpare, (vt ipse Papinius *Dicæarchæum* pro *Dicæarcho*) tamen hoc in *Co* factum nec obseruaui, nec ab aliis Grammaticis obseruatum legi: præsertim Stephano, qui diligentissime de tota hac ratione disseruit. Itaque satius est, vt Papinium sentire dicamus, epithalamium Stellæ canenti Philetæ *Coos*, id est, *suos ciues*, animis & ore fuisse fauturos. Etenim gentile nomen ab insula *Co* per *ω Cous* est intenta prima, *Cousque* per *o* quod Græci *μικρὸν* vocant, eadem syllaba contracta. Auctor Stephanus. Et figurate *Coo* non *Cois*, ex illa numerorum libertate quam Fab. Quintilianus oratoribus etiam permissam docet, vt Liuius sæpe scribit, *Romanus prælio victor.* Philetas enim Cous Telephi filius Alexandri Magni ætate criticus & Poetarum censor acerrimus fuit, & Ptolemæi secūdi præceptor. Epigrammata scripsit ac elegias, in quibus Fabii sententia secundas tulit, dum non inuenit orationis anxie quæsitam falsitatem. Periit ex animi dolore. Tam tenui corpusculo fuisse dicitur, vt pedum plantis ex plumbo pondus adiiceret, ne venti vi deturbaretur. Hæc ex Strabone, Æliano, Athenæo, Suidæque collectaneis.

A. Ianus Parrh. N. S. P. D.

EPISTOLA LVIII.

QVæris ex me iurene Ciceronem Donatus, & ante se Terentii reprehendat interpretes: hos, *quod ab obstetrice existiment imperatum, vt puerpera a partu statim lauet:* illum, *quod obsequium primo dictum putet a Terentio*, cum & Plautus & Neuius eo priores dixerint. Vt Grammaticorum vice non mouear (quippe qui in alios liberiore censura aditum ad veniam sibi præcludunt) in Ciceronem Donato subscribere (quod a multis factum doleo) piaculum duxerim. Quare, quod te velle sentio, primum quæ pro Cicerone dici possunt, afferam: deinde siquid in mentem veniet, indefensos alios non relinquam. C. Lælius ille sapiens apud Ciceronem de amicitia disserens, ait, *Nescio quomodo verum est quod in Andria familiaris meus Terentius, dicit, Obsequium amicos, veritas odium parit. Molesta veritas est enim, siquidem ex ea nascatur odium, quod est venenum amicitiæ. Sed obsequium est multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit.* Et paulo mox, *In obsequio autem (quoniam Terentiano verbo libenter vtimur) comitas adsit, assentatio vitiorum adiutrix procul amoueatur.* Hinc Instit. orat. lib. 8. Fabius Quintilianus suspicatus est, Ciceronem putare *obsequium* a Terentio primo dictum: ansamque Ælio Donato dedit insimulandi Ciceronem, quasi opinionis errore crediderit, *obsequium* ante ætatem Terentii in vsu non fuisse:

fuisse ꝙ, eius pace, Cicero nunquam sensit. Verũ quando personæ decorum seruare (vt alias semper) studeret, obseruantissimum Latini sermonis & elegantiæ Lælium, quem loqui inducebat, vti noluit insolentiori tum verbo, quin præmolliret: quod προεπιπλήττειν Græci dicunt, ac in verbis nouatis duriusque translatis, fieri Fabius ipse præcipit. Præmolliendi vero ratio fuit, obiicere Terentium, a quo obsequium, nondum recepta vox, accepisse videretur auctoritatem. Nam Terentium propter solam proprietatem omnibus comicis esse præpositum, qui Seruio Grammatico non credit, credat oportet Ciceroni: cuius ad Atticum lib. 7. verba sunt hæc, *Sequutusque sum, non dico Cæcilium, Mane vt ex portu in Piræum (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi.* Quod si Cæcilius, qui primas in comœdia Vulcatii iudicio obtinuit, in Latini sermonis elegantia Terentio cedit, quis de Neuio Plautoque dubitabit? Quamobrem cum sit in confesso, assertione Ciceronis *ad Brutum de perfecto oratore*. itemque Fab. Quintiliani, non modo C. Lælium sed eius etiam filiam pure & emendate (quod est Latine) loquutos esse: & *obsequium* (quod in vno alteroque tantum legebatur, id est, Neuio Plautoque) Lælii ætate nondum fuisse vsu tersum: cui non apparet, apud Ciceronem (qui semper in varietate personarum quid quemque deceret aptissime vidit) a Lęlio, cum dicat se Terentiano verbo libenter vti, illud intelligi, se non fuisse vsurum, etiamsi Neuius & Plautus vterentur, nisi ante se Terentius vsus esset. Quid autem si per hæc insinuet Cicero C. Lælium a Terentio personam mutuatum, quæ domi luserat, illius nomine in scenam detulisse, (quod Corn. Nepos affirmauit) ideoque dicere cum generis quasi ridentem faciat, se libenter vti *verbo Terentiano*, id est *suo*? Quid si Terentii scriptis, ex eius persona ad quem vulgo referebantur, auctoritatem dare voluit? Alia denique potius omnia mihi fingam, quam quæ Donatus scierit, ignorasse Ciceronem, vel (quod a se animaduersum Gellius & Politianus inepte gloriantur) esse lapsum memoria concedam. Neque vero per calumniam Grammaticos accusari patiar, optime de re literaria meritos homines, eruditionisque non vulgaris Æmylium, scilicet Asprum, Valerium Probum, Martium Salutarem, Flauiumque Caprum, & Helenium Acronem: a quibus editos in Terẽtium commentarios ante Donatum scimus omnes. Ex iis nescio quos imperitiæ damnat ipse Donatus, si modo eius est expositio in illud ex Andria, *Nunc primum fac ista vt lauet, id est, quæ ex puerperio sordebant, quidam ista ipsam puerperam dicunt, sic enim Menander. Sed imperitiæ accusantur, quia non continuo solent post puerperium lauare, sed diebus omissis.* Ecce dum vult alios imperitos ostendere, imperitiam suam prodidit. Vt enim missa faciam quod (eius cõfessione) Menãdri *puerpera* statim lauat, vt hoc ipsum liceat in Terẽtio Me-

nandrum sequuto opinari, quodque obstetricis curatio non est, vt quæ sordent ex puerperio, depurentur, apparet ex *Plauto* non aliud ab Archilide Terentiana, quam *puerperam* lauari, iussum. Nam Dinarchus adulescens in Truculento, *Peperisse eam*, inquit, *audiui*. Cui ancilla Astaphium, *Ah obsecro tace Dinarche*, quo rogante. *Quidnam?* respondet Astaphium, *Horresco misera, mentio quoties fit partionis: ita pene tibi fuit Phronesium. I intro, amabo, vise illam: atque operire ibi, tam exibit: nam lauabat.* Ad hæc adulescens, *Quid nihi? qua nunquam fuit pragnans, qui parere potuit?*

Apud Polyænum, qui strategemata Græce collegit, Alexandri pater Philippus ab ordine, quem ducebat in eius castris, amouit Docimum Tarentinum quod *calida lauaretur*, cum hac exprobratione, *Macedonum mores ignorare mihi videris, apud quos ne puerpera quidem calida lauantur.* Atistoteles inter auditu miranda refert in Liguria *puerperas* aqua recenti frigidaque, præter aliarum morem, lauari. Hic aliquis, Probant hæc quidem in more fuisse *puerperas* lauare, sed non *a partu* statim: nec ipse Donatus ostendit a Terentio hoc intelligi, multoque minus ab interpretibus. *Face ista vt lauet*: eras forsitan aut perendie. Quid ergo tunc imperabat enixa recens Glycerio? Quia res ita ferebat vt obstetrix in scenam semel inducta, mandaret omnia quæ facto opus essent, ne frigide sæpius induceretur: itaque debemus accipere imperatum, vt *puerpera legitimo tempore* lauaret, aut *statim*, (si ita consuetum erat) aut *omissis diebus*: dummodo non exponas, *A puerperio quæ sordebant*, vt Donatus: quoniam hæc (vt dixi) obstetricis curatio non erat.

A. Ianus Parrh. N. S. P. D.

EPISTOLA LIX.

SCribis te mirari quod Epistola superiore commentarios in Terentium Donati in dubium reuocem, per hæc, *Si modo eius est expositio in illud ex Andria.* Nam cuius, *inquis*, alterius est, si Donati non est? Ego, vt a Donato compositas editasque expositiones in Terentium & inscriptioni credo & eius auditori Hieronymo, sic ex his quæ confuse circumferuntur, affirmare non ausim quod Donati sint propriæ. Nam plures aut minimum duas in vnam collatas, argumento sunt quod vno eodemque loca diuersa produntur: vt hac ipsa fabula, *Quiescas pro quiesce, imperatiui modi, ne iniuriosum videretur.* Et paulo mox, *Quiescas pro quiesce: aut desit volo vel facio.* Et inferius, *Verbena, quasi herbena, vedimicula sunt arearum.* Continuoque propemodum sequitur, *Verbenæ sunt omnes herbæ frondesque festa ad aras coronandas, vel omnes herbæ frondesque ex aliquo loco puro decerptæ. Verbena autem dicta veluti herbena.* Item, *Andrium ego Critonem, compendii caussa non laborat de agnitione personæ Critonis, vt ab eo facile doceri possit.* Et statim, *Ne laboret ad persuadendum, miro compendio Poeta, iam notus est Crito Chremi.* Ad hæc in Eunuchi prologum, *defuncti iam*

iam sum, id est, *omni labore liberatus sum, auctoritate iam confirmata & inuiolabili. Defunctus iam sum*, id est, *iam egi fabulas meas*, id est, *omni labore iam liberatus sum, auctoritate iam confirmata & inuiolabili. Defunctus iam sum, tam egi fabulas meas, iam desiti petulitari in edendis comœdiis: aut certe, tam edidi quam tu reprehendis fabulam.* Nec multum diuerso loco. *Iam calesces plus satis noue, sed intelligitur quo*, id est, *de quo plus satis. Iam calescesplus satis, noue, sed intelligitur plus satis quam horrueras. Hoc quidam putant, &c.*

Præterea *Cupedinarii omnes. Varro humanarum rerum, Numerius Equitius Cuppes*, inquit, *& Romanus Marcellus singulari latrocinio multa loca habuerat infesta. Iis in exsilium actis, bona publicata sunt: ades vbi habitabant, diruta, eque ea pecunia sacla Deum penatium ædificata sunt: vbi habitabant, locus vbi venderentur ea quæ vescendi caussa in vrbe erant allata. Itaq; ab altero macellii ab altero forii cupedinis appellatii.* Deinde pergit, *Cupedinari omnes, qui esculenta & poculenta vendunt, a rebus cupedinis ob alimentum cupedinarii appellantur. Sic & Macellum a mactandis pecoribus dictum.* Et alibi, *Succi plenum. Succus proprie est quasi sugus: quæ sibi ex alimentu membra sugunt vt se repleant.* Et statim subiicit, *Succus est interior pinguedo membrorum.* Item super illo, *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario. Hæc tria sunt quibus non rite res agitur, vel vi, vel clam, vel precario.* Postea adiicit, *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas. Secundum ius loquutus est, nam iis tribus malafide aliquid possidetur, vi, clam, precario.* Videsne tandem vel eadem sæpius inculcari, vel vno eodemque loco diuersa tradi? quod nemo sane mentis interpres ex sua persona fecit vnquam, nisi cum recitat opiniones, id quod hic esse factum non arbitramur: alioqui Donatus, vt oratoriæ perspicuitatis erat diligens, aliorum sententias a sua distinxisset, hunc in modum, *Ita quidam sentiunt: ego vero sic.* Et hæc ex multis pauca, nam reliqua tu ipse nunc obseruabis, vltroque nec inaccurate Donati commentarios excutienti se offerent, efficientque ne posthac admiteris, siquid in nostris scriptis inuenies noui.

Scrupuli restant adhuc (inquis) duo. Si Donati solius expositiones in Terentium non sunt, expediri mihi velim, quæ sua quæue aliorum titulo restituenda: deinde cur esse Donati non possint omnia, quem constat alias aliasque multorum sententias esse complexum, quod equidem nolim mihi, sed Hieronymo credas eius auditori: cuius ex Epistola ad Pammachium Marcellamque verba subiecit: *Commentarii quicquid operis habeant, alterius edicta edisserunt: quæ obscure scripta sunt, pleno sermone manifestant: multorum sententias replicant, & dicunt, Quidam locum sic edisserunt, alii sic interpretantur: alii sensum suũ aut intelligentiam iis testimonis & ea nituntur ratione firmare, vt prudens lector, cum diuersas explanationes legerit, & multorum vel probanda vel improbanda didicerit, tu-*

dicet quid verius sit, & quasi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet. Non diuersæ interpretationis & contrariorum inter se sensum tenebitur reus, qui in vno opere quod edisserit, expositiones posuerit plurimorum. Puto quod puer legeris Asperi in Vergilium & Sallustium commentarios, Volcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, & in Terentii comœdias præceptoris mei Donati atque in Vergilium, & aliorum in alios, Plautum videlicet, Lucretium, Flaccum, Persium, atque Lucanum. Argue interpretes eorum quare non vnam explanationem sequuti sunt, & in eadem re quid sibi vel aliis videatur, enumerent. In iis ab Hieronymo duo tibi dari intelligo, officium interpretis esse varias opiniones afferre, & a Donato hoc esse factum. Sed qua (rogo te) lege? vt adhibita distributione dicat, Quidam locum sic edisserunt, alii sic interpretantur, & quid denique sibi, quid aliis videatur enumeret. Hoc in iis quæ recitauimus ex Donato, si factum monstraueris, herbam dabo. Commentaria vero quæ circumferuntur in Terentium, suis auctoribus reddere, nemo posset, nisi vetera nactus exemplaria: cum vulgata ex vno corrupto confusoque manauerint omnia

Quando semel in Donati commentarios incidimus, age dic (inquis) an illud eius ex Andria aures impleat, *iocularium malum dici graue & molestum & nimium, κατ' ἀντίφρασιν.* Mihi vero minime. Nam licet apud Horatium *Ioculare* sit *serio & grauitati contrarium, quodq; risum moueat*, vt, *Iocularia ridēs Percurram paulū*, tamē in Terentio *sycophantias & calumniarum laqueos* accipio. M. Tullius ad Att. lib. 4. *Et erat primi libri sermo non alienus a Scæuolæ studiis: reliqui libri τεχνολογίαν habent, vt scis: huic iocularia disputationi senem illum (vt nosti) interesse nolui.* Martianus ad Turpilianum, &c. *Præuaricatorem esse ostendimus qui colludit cum reo, & translatitie munere accusandi defungitur.* Vt ergo *colludere*, sic & *iocari* significat aliquem *cauillando perque calumniam frustari.* Nā qui *iocularium* putant artem a Cicerone *leuem* dici, leuissimi sunt, & Ciceronis stomachum non norunt, qui, in qua versabatur, artem nunquam dehonestasset.

Videri subobscurum quandoque Donatum, non miror. Eruditis enim scribebat, & quædam satis habuit indicare: vt hoc, *Ilicet semper in fine rei transactæ ponitur* Hoc quale sit, exponit in Vergilium Seruius. Ceterum Martius Salutaris apud Fl. Sosipatrum, negat aduerbium loci esse, vel *Statim, continuo*, significare, sed esse *interiectionem grauiter ingemiscentis*, pro eo quod est *Hem*: vt sit, *Hem peristi.* Sic & illud Æneid. *Ilicet obruimur numero.* Quod autem proximum quæsisti, non auctoris opera sed librarii vitio notitiam fugit, estque emaculandum sic, *Menandri illud ἐστὶν γαλεωτόσχημα* vel *γαλεωτοπρόσωπον ait autem γαλεώτην* stellionem, &c. Et statim, *Hic autem errauit ideo quia γαλεώτης stellio, γαλῆ autem mustela*

stela dicitur. Ego autem Helenium sequor. Etenim *Galeotoscerona* nihili vox est, & totum sensum peruertit: *Heleniusq; Acron* in Terentium commentarios edidit, non *Adhæsionus.*

Varietas auctorum diuersa tradentium me quoq; reddit ambiguum. Quamobrem de *rhisco* vix equidem discerno, quæ sit verior diffinitio. Nonius Marcellus ad filium, *Rhiscus*, inquit, *est locus in parietibus angustus.* Ælius Donatus autumat, esse *cistam pelle contectam*, nomenq; Phrygium. Iulius autem Pollux de verbis idoneis ad Commodum Cæs. *rhiscum* inter vestium receptacula commemorans ad hanc sententiam scribit, *Apud recentiores autem comicos inueniuntur & rhisci.* Antiphanes ἐν Κυβευταῖς, id est, *in Alconibus* (fabulæ nomen id est) Ῥίσκος ἦν ὃν εἶπον, *Rhiscus erat quem dixit.* Ego, ne te meo iudicio fraudem, Iulium Pollucem sequi tutius existimo, cuius hæc anxie conquirere proprium munus fuit.

In damno sunt adhuc exemplaria, multosque parum pensiculate legentes in fraudem trahunt, vt hoc Ælii Donati in Eunuchum Terentii (quod etiam tu puer in alienum locum migrasse deprehendisti) *Nunc repperit, prouerbium in eos, qui ipsi se produnt, quia sorex non facile caperetur, nisi emitteret vocem noctu.* Transposita sunt hæc a librario verba ex vltima sequenti scena in superiorem. Nam sic a Donato, vel alio quouis expositore, scriptum fuit, *Ego meomet indicio miser quasi sorex perii*: prouerbium in eos, qui ipsi se produnt: quia *sorex* non facile caperetur nisi emitteret vocem noctu. *Sorex.* Proprium soricum est vel stridere clarius, quam mures, vel strepere magis, cum obrodunt friuola. Ad quam vocem multi se intendentes, quamuis per tenebras noctis, transfigunt eos. Plautus: *Confossiorem te faciam soricina nænia.* Quod ideo non inuitus admonui, quod quidam librariorum sequutus errorem, retulit inter prouerbia. *Is se reperit*: cum Parmeno dicat, *Nam iamdiu aliquã caussam quærebat senex, quamobrem insigne faceret aliquid, is nunc reperit*, scilicet *caussam*, vt Donatus exponebat, antequam librarii vel sinistræ diligentiæ Grammatici corrupissent.

Non male quidam præcipiunt, omne scriptorum genus excutiendum Grammaticis, vt intrepide possint historias originesque verborum reddere. Quod si fecisset Donatus, ego nunc abs te non efflagitarer, quid sibi velit & vnde tractum sit *Isthoc vilius.* in quo satisfacere tibi pro viribus enitar. Mitio Terentianus in Adelphis, ab se manumisso Syro, *Processisti*, inquit, *hodie pulcre.* Tum Demea, *Siquidem porro Mitio tu tuum officium facies, atque huic paululum præmanu dederis vnde vtatur, reddet tibi cito.* Ad hæc Mitio, *Istoc vilius.* Quod Ælius Donatus exponit: *Nihil minus, vt sit negatio floccum ostendentis, aut quid tale, cum eclipsi, qua subaudiatur Quicquam, & non dabo.* Perite quidem Donatus, vt multa, sed ad intimam dicti medullam non penetrauit, vt Fl. Sosipater: apud quem sic inuenio, *Rex qui vocabat ad cœnam, si sibi ea res*

exhibenda indicaretur, quam exhibere non posset, respondebat (ut Tranquillus refert) *isto vilius hominis erit cœna*. Ex hac igitur negandi consuetudine regis & patroni propria, Mitio negat Syro iam liberto peculium quod Demea petebat.

A. Ianus Parrhas. Camillo Lupicipiti Mantuano S. P. D.

EPISTOLA LX.

QVæ fuerit *armatura Samnitium*, de qua 7. nat. hist. C. Plinius, in literis diu multumque versati compertum non habent, nedum tu puer eius ætatis, in qua solemus esse contenti docilitate. Quod igitur vna cum multis ignoras, ego tibi paucis enodabo. Clemens Alexandrinus in Stromatis ait, Ἰτανον (Σαυνίτης εἶπε δὲ) πρῶτον ὑφάσμα κεφαλαιώδες, id est, *Itanon (Samnis is erat) post hominum memoriam, primum fabricasse scutum*. Quod & Eusebius Euang. præpar. 10. recitat. Non est ergo quod dubites aut apud Clementem legi oportere *Tritanum*, aut in Plinio *Itanum*. Quanquam de Latini gladiatoris nomine plus equidem Plinii vetustis exemplaribus eiusq; metaphrastæ Solino, quam Græco librario, fidei tribuendum censeo. Plinii verba subiecci, quo facilius ex hac historia cognoscantur: *Quibus natu concreta sunt ossa, (qui sunt rari admodum) cornei vocantur, corpore vescos esse, sed eximiis viribus*. Tritanum in gladiatorio ludo, Samnitium armatura celebrem, filiumq; eius militem magni Pompeii, & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuisse neruos in brachiis etiam manibusque auctor est Varro, *prodigiosa virium relatione*. Nunc laudi Solinum: *Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis adnotauit, Tritanum gladiatorem armatura Samnitem fuisse, qui & rectis & transuersis neruis, non modo crate pectoris, sed & manibus cancellatis & brachiis, omnes aduersarios leui tactu ac pene secura congressionibus vicerit*. Improbe sane fecerunt apud Solinum, qui quod erat, *armatura Samnitem*, in *natura Samnitem* mutauerunt. *Armatura* namq; *Samnitium parma* vel *scutum* vocabatur, a Tritano vel Itano gladiatore primo repertum, si Clementi credimus: vt intelligamus *Itanum* vel *Tritanum* fuisse *mirmillonem* vel *parmularium*, a quo deinceps omnes eius armaturæ gladiatores appellari *Samnites* cœperint. M. Varro de lingua Latina ad M. T. C. *Muri*, inquit, *summa, pinna, ab iis quas insigniti milites in galeis habere solent, & in gladiatoribus Samnites*. Quod genus designatur a M. T. ad Qu. Fratrem De oratore lib. 3. *Magister hic Samnitium summa iam senectute est, & cottidie commentatur. Nihil enim curat aliud atq; ea, qua velocius puer addidicerat, sed quod erat aptus ad illud, totumq; cognorat: fuit* (vt ait Lucilius) *quamuis bonus ipse Samnis in ludo ac rudibus tamen satis asper*. Adducit & Nonius Marcellus ad filium Lucilii versus hos:

† *Lege Cic. epistolas ad*

† *Æserninus fuit Flaccorum munere quidam*
Samnis, spurcus homo, vita illa dignus loco q:

Cum

Cum Pacidiano componitur, optimus multo
Post homines natos gladiator qui fuit vnus: vt inepti sint qui *magistrum Samnitium*, de quo Cicero, sophistam somniarunt, & verbum *Commentatur*, ad Rhetorum commentaria, non ad exercitationem gladiatoriam referentes, exponunt *rudibus*, id est, *declamatoriis* caussis, quas vel pueri facile intelligant. Quæ cum dicunt ipsi, minus habent intelligentiæ, quam pueri, quorum nemo tam rudis est, qui rudibus exerceri gladiatores, ex historia saltem Suetonii non didicerit. *Æsernini* mentio fit a Cicerone de optimo genere oratorum per hæc: *Ame, quo maximis minima conferam, gladiatorum par nobilissimum inducitur, Æschines tanquam Æsernini, non* (vt ait Lucilius) *spurcus homo, sed acer & doctus, cum Pacidiano, hoc est Demosthene componitur: Optimus longe post homines natos gladiator qui fuit vnus.* Vbi M. Tullius ait, ita a se Æschinem Demosthenis comparatum, quemadmodum *Samnis Æsernius* componitur cum *Pacidiano* optimo gladiatorum. Neque vero duo illa verba *Acer & Doctus*, a Lucilio sumta sunt, sed addita a Cicerone per colasin, ne nimis contemtim fastidioseque de Æschine loqueretur, vt sit sensus: *Æschines Æsernini personam sustinet, Demosthenes Pacidiani, ita tamen, vt Æschines non sit* (*vt de Æsernino canit Lucilius*) *spurcus homo, sed acer & doctus.* Hæc si vidissent alii, Lucilianos ex Nonio versus emendate protulissent, & *Æsernium* gladiatore fuisse, non oratorem, qui cum Æschine componatur, asseruissent.

Qu. Fratr. 49. & Tusc. cum Beroal. comm 41. & Minutiani 78.

Quod Alexandrini Clementis testimonium citauimus, *in Eusebii Latinis commentariis*, haud exstare fateor. Ergo tabulas falso figuasti. Non equidem, sed is qui Latine vertit Eusebium. Nam cũ festinat ad præmium, quod a Nicolao V. Pont. max. propositum suo labori certo sciebat, Eusebii maximam partem nobis inuidit. Et nunc Politianus, & Trapezuntium Theodoro Gazæ comparet homini, qui totus a Varrone, Columella, Plinio, Cicerone & Apuleio, aliisque receptissimis auctoribus pendet, quibus copia, proprietas, & elegantia tribuitur, vt etiam Latinis omnibus ætatis nostræ laudem præripuisse videatur, cũ interim Trapezuntius, qui penes eum ius & arbitrium nouandarum dictionum foret, nihil non sibi arroget, ac in plerisque somniculosus desidiosusq; deprehendatur. Vix enim nostræ literaturæ rationem primoribus (vt aiunt) labiis attigit, vt hospiti sæpe solœcophanes nõ ornatus gratia, sed insciti Latini sermonis, excitant, iis potissimum locis, vbi Rhetorum clausulas affectat. Exstat adhuc Venetiis eius inuectiuæ particula, agentis iniuriarum cum Theodoro, quod is Græcos libros in Latinum sermonem vertisset, quos iam Latinos ipse fecisset, ibiq; (si diis placet) infectatur vt portenta verborum, quibus optimi quiq; scriptores vtuntur. Et audet Politianus asserere, *Trapezuntium* multa fecisse rerum vocabula ex imita-

tione *veterum*? Quos hic appellet *veteres*, equidem nescio, nisi recentissimos quosdam fandi rudes, qui plus Græcarum quam Latinarum dictionum in Aristotelicam translationem congesserint. Hos enim sectatus est Trapezuntius: ab iis vngue latius non discedit. Vtinam quæ saltem in iis, quæ suscepit interpretanda, non fecisset imposturam cum summo studiosorum detrimento: quod non negabit quisquis Eusebii Græca Latinaq; scripta sumet in manus. Illud autem Lucilii, *Flaccorum vna equidè*, syllabatim rimantes, in has dictiones redegimus, *Flaccorum munere quidam*. Nam quod a *munerariis*, aut iis, quorum honori dati sunt, appellationem ludi sortiantur, & alia declarant, & hæc ex M. Tullio de claris oratoribus, Docuisse autem fabulam annis post II. C. Cornelio, Qu. Minutio Coss. ludis Luctatiis, quos Salinator Senensi prælio vouerat. Sic (vt mea fert opinio) longe melius quam sunt ab aliis emendan, *Flacco ore, æqueq; Samnis*, & numeris & sensu vitiato.

A. Ianus Parrhas. Hadriano Cardinali.

EPISTOLA LXI.

HAurire etiam de fæce me iubes, an adeo vacuum putas, vt *Ælii* quoque *Spartiani* historias emaculem? Tibi certe non ausim quicquam negare, sed huius ingrati laboris illud præmium postulo, ne me rursus a potioribus ad hæc auoces. In Hadriano principe iure miraris, *venandi studium vsq; ad prensionem*: quod ob periculi magnitudinem ne in priuatis quidem verisimile. Sed antiqua lectio commodior, *Venandi vsq; ad reprehensionem studiosus*. Nam quod statim vere sequitur: *Traiano a Nerua adoptato, ad gratulationem exercitus missus in Germaniam superiorem translatus est, ex qua festinans ad Traianum, vt prius nuntiaret excessum Neruæ, a Seruiano sororis viro (qui & sumtibus & re aliena eius prodito, Traiani odium in eum mouit) diu detentus, fractoque consulte vehiculo tardatus, pedibus iter faciens, eiusdem Seruiani beneficio ad Traianum anteuenit*, hoc est inquam castigandum, *Eiusdem Seruiani beneficiarium anteuenit*. Vt est enim præter omnem fidem, *beneficio Seruiani* moras de industria nectentis, ad Traianū maturius opinione peruenisse: ita consentaneum *beneficiarium* militem cum literis ad Traianum a *Seruiano* missum, esse ab Hadriano magnis itineribus contendente præuentum. *Beneficiarium* autem miles est &c. Similimos versus in responsis, qui sint equidem non inueni. Itaque corrige, *Alii ex Sibyllinis versibus ei prouenisse dixerunt*, vt infra statim: *Ex fano quodam Nicephori Iouis*, emendatius in vetustis exemplaribus, *Ex fano quoque Nicephori Iouis* Nam de templo oraculis illustri contemtim non ita loquutus esset. Inibi perperam quoque scriptum *Plotia*, pro *Plotina*, quo nomine fuit Augusta Traiani vxor. Item, *Rex Alanorum*, & pro-

xi...o

timo versu, *Mox Alanorum* pro *Roxolanorum. Roxolanos enim*, &c. Neque vero monendus es *Sarmatosyrim* coniunctim proferendum, cum sit regis nomen. Et *Terracinis* pro *Tracenis*. Vt illud, *In foro D. Hadriani syngraphis incensis*, apparet etiam cœco mutandum, *In foro Diui Traiani*. Nec multum diuerso loco, *Fulmen decidens hostiam victimarum sacrificanti afflauit*, suo nitori restituendum sic, *Hostiam & victimarium*, &c.

De *Catacrianis* libris (quoniam nonnulli codices habent Cataccianos) ita coniicio, Hadrianum diras in Cælium Accianum, tutorem olim præfectumque suum, cui successorem dedit quemque mox hostis habuit loco, effudisse æmulatione Callimachi, a quo obscurissimis versibus Ibin esse deuotum constat ex Ouidio Suidæque collectaneis, & aliis, vt emendes, *κατ' Ακκιανοῦ libros obscurissimos* Callimachum imitando scripsit.

In illis item verbis, *Fuit etiam Tyberis inundatio per Latium, multis ciuitatibus dedit tributa, multis remisit*, vna menda totum sensum peruertit. Nam quid ineptius, quam dicere *Tyberim inundasse per Latium, dedisse tributa ciuitatibus*, quæ non dari, sed remitti solent? Itaq; sic in suam lectionem restitues, *Fuit etiam Tyberis inundatio, ius Latii multis ciuitatibus dedit*, &c Nec minus illud est præter historiam, *iudicum sumtus constituit*. Cum scriptum reliquerit Ælius Spartianus, *Iudices sumtus constituit, & ad antiquum modum redegit*. Id est, *præfecit aliquos epularum sumtibus, vt ad certam summam continerent sumtuariis legibus perscriptam*. Pudet addere quod sequitur, *In morbum incidit lectualem*. Vltimũ quidẽ verbum quis non videat esse sordidissimum? nihilominus a Spartiano vsurpatum, sicut alia pleraque. *Clinicos* Græci dicunt, qui morbis impliciti decumbunt: & morbum *clinicum*, cuius vi fessi decumbunt homines. Intelligentiam tuam iure fugiũt & illa, quoniam deprauata, *Statim Pannoniis imposuit decreto consulatus consumtibus*: integritati suæ restitues & apertissima reddes hunc in modum, *Decreto consulatu cum sumtibus*. Cetera quisque per se facile deprehendet.

A. Ianus Parrhas. Hadrian. Cardinal.

EPISTOLA LXII.

MAle cessit, vt video, mea facilitas. Nam si prius aliquid esse mihi cum *Spartiano* negassem, quæ tua modestia est, non contendisses a me, quod nescirem. Sed ego cum sperarem si voluntati tuæ semel satisfecissem, reliqua deprecaturum, desiderium tuum magis accendi, qui principum res excutiendas ei qui Remp. gerat, arbitraris, non orationis elegantiam. Sed hæc cum meæ professionis propria sit, effugere maledicta non potero quasi dicendi genus in *Spartiano* per inscitiam probem. Verum si tantum confert *Ælii Spartiani* lectio principibus & iis, quorum consilio principes vtuntur, quod est in me, vincat vtilitas publica. Accipe

igitur & hæc in Ælio Vero obseruata: *Ob hoc tantum adoptasse vt suæ satis faceret voluptati. & (vt quidam dicunt) iurando quod interfuisse inter ipsum & Verum secretis conditionibus ferebatur.* Absentia vnius verbi, cõfundit omnem sensum. Nam *Iuriurando* cor rigi debet vt exponatur, *ideo Verum adoptasse, vt etiam satis faceret iuriurando.* Hadrianus enim remotis arbitris, Ælio Vero sancte promiserat imperii successionem, si sibi morigerus esset. Quod autem proximo loco legitur, *Hos versus vita non caput Veri*, Castigandum *Capit*, id est, *non faciunt ad Veri vitam.* In terapharmaco, quod Ælius Verus inuenit, inter pauonem & crustulatam, adde *pernam*, suffragantibus antiquis exemplaribus, *& ipso Spartiano* superius in *Hadriano*. De *auctibus primis* (vt ipse dicit) *Augusti*, integer elici sensus non poterit, nisi quis ita corrigat, *Verum certe cum Marco, & cum eodem Marco, aequale gessit imperium.*

A. Iani Parrhas. dissertatio de septenario dierum numero.

EPISTOLA LXIII.

DIon Coccianus historiarum 37. scribit, inuentum fuisse Ægyptiorum, septenario numero dies includere, eorumq; singulos singulis syderibus assignare: dualique eius rei causas affert, argutas illas quidem, sed aliorum commentariis inuulgatas, idcoque minime repetendas, ne relictis cadaueribus, pasci videamur vt vultures. Ab externis igitur & nos etiam mutuabimur, & in primis a Maxim. Planude, qui de tota hac ratione diligentissime disputauit. Constat Ægyptios, iisque priores Chaldæos, ex institutione Zoroastris & Hystaspis magorum, dies hebdomadũ partitos esse ab errantium syderum numero, primamque diem vocasse μίαν, id est, *vnam*, a *mense* quam Græci dicunt, nos *vnitatem*, quod ea sola sit ab omnibus aliis secreta rebus. Existimatur enim *monas* sectionis expers per se moueri, in eodemque statu permanere, vt non immerito mentis vim contineat, & ad Apollinem solemq; referatur. Etenim *sol* (vt M. Tullio placet) inde dictus, quod *solus sua luce luceat.* Secundum vero diem *Luna* tribuerunt, (quæ pariter humectat & calfacit) vt materiei totius auctori quam materiẽ cur Pythagoras & cum sequuti δυάδα binariumq; vocauerint, & Plutarchus & Macrobius explicant. Tertium *Pyroenti*, qui Martis sydus est, assignauerunt, igni scil. aerio, cui gignendi vis inest ac accendendi quicquid ad sensum cadit, idque per ignauiam cessare nũ sinit. Hinc ex Iunone natũ fabulãtur, quasi ignis aberre splendore susciperet. Et Veneré modo Marti, modo Vulcano cõunxerunt, aerio scilicet igniq; terreno, per quos animantur omnia sensilia. Sed τριάδος, id est, *ternarii*, maxima vis est ad sensum: putant in iis, q̃ gignuntur, est generatio, incrementum, alimonia. Nec ab re querbio dicitur, τρίχα δὲ πάντα, i. e. *tripartita sunt omnia*, quæ di-

quæ distinctius in Ausonii griphum ternarium recesuimus. Quarto dici *Mercurium præfecerunt.* Hunc Ægyptii *Stilbontem*, Græci vocant Ἑρμῆν, ex æquo nunc humectantē, nunc exsiccantem, cum spiritum capiat a celeri solis rotatione. Huic sideri τετράδα, id est, *quaternarium*, merito assignauerunt, vt animarū custodi. Quatuor enim sunt animæ veluti fundamēta, mens, scientia, opinio, sensus, Id quod in tetragono Pythagoras intelligi voluit. Quinto *Phaetontem* maxime validum sydus adiunxerunt, id est, *Iouem*: cui (quoniam benignus est) Creten affingunt patriam, innoxiam certe insulam, quæque lethiferum nullum producat animal, vt ab Antigono proditum legimus. Ipse porro *quinarius* cœlestis appellatur, vt a quo mundum sentit Aristoteles absolutum. *Quinarius* enim assumto *quaternario* genuit omnia. Quin & sensus opificem tradunt *Iouem, quinariusque* sensui cognatus est, vt *quinque partito. Lucifer* autem stella Veneris *sextum* sibi diem vindicat, eiusdem cum Luna naturæ: nam simul humectat & calfacit. Omnium vero, quæ sensu percipiuntur, natura Venus est, & hinc alma perpetuo dicta. Numerus autem *senarius* ad procreationem præ ceteris accommodatus est, veluti par impar. Quorum hic efficax ad agendum quasi mas est, ille materiæ vicem præstat, vt fœmina, cui generādi maxima potestas est. Itaque prisci nuptias & harmoniam *senarium* dixere numerū. Septimus idemque nouissimus ab Ægyptiis & Chaldæis Phænonti (qui Saturni sidus est asseritur, vt euidētium Deorum patri: nec ab re errantium siderum supremus altissimusque supremum sortitus est diem: cum præsertim Græce Κρόνος, quasi χρόνος, id est, tempus appelletur, & Latine *Saturnus*, vt est apud Ciceronem, quod *saturetur annis:* vnde ei Pythagorici, tanquam rerum omnium auctori, consecrarunt hebdomada.

Dies, vt annus & mensis, partim *naturalis*, partim *ciuilis* est. *Naturalis* dies, est tempus ab exoriente sole ad solis occasum: cuius contrarium tempus est nox ab occasu solis ad ortum. *Ciuilis* autem dies vocatur tempus, quod fit vno cœli circumactu, quo dies vnus & nox continetur: vt cum dicimus aliquem dies 30. tantum vixisse: relinquitur enim etiam noctes intelligere. Huiusmodi dies ab aliis aliisque gentibus aliter obseruatur. Babylonii inter duos solis exortus, id est, a solis exortu ad exortum eiusdem astri, diem statuerunt, omissa noctis mentione: quippe quam per se negant esse: (non enim natura, sed ab euentu est) Ægyptii vero ab occasu solis ad occasum, quoniam priusquam mūdus hanc elementorum dispositionem sortiretur & ordinem quem videmus, inuoluta tenebris omnia fuerint, ex eoque noctem rerum matrē nuncupatam, Latonæque, id est, noctis, liberos Apollinem Dianamq;, id est, solem & lunam, fingi. Quos Athenienses imitati diem & ipsi incoant a solis occasu. In quo malui auctoribus vti Græcis, quā Plinio, tradente Ægyptios in die ciuili cum Romanis sacerdotibus

conuenire, qui diem diffiniunt a media nocte in mediam noctem: quod multis argumentis A. Gellius, eoque prior Varro, probauit. Quod autem singulos dies singulasq; noctes in 12. partiretur horas, ostendit apertissime Censorinus ad Qu. Cerellium, per hæc: *horas duodecim diuisum esse diem, noctemq; in totidem, vulgo notum est.* Asconius item Pædianus in actionem Ciceronis in Verrem primam, *Dies*, inquit, *fœminino genere tempus dicitur, & ideo dicula breue tempus & mora: dies horarum 12. masculini generis est: unde Hodie aduerbium, quasi Hoc die.* Hæc Asconius. Ex quibus apparet a Romanis astrologica ratione singulis quibusq; dieb. & noctibus horas 12. inæquales attributas, id est, longiores breuioresque, pro tempestatibus: vt exempli gratia, mense Ianuario dies est horarum nouem, nox autem, quindecim.

A. IANI PARRH. PROLEGOMENA in Plauti Amphitryonem.

M. Plautus ex Vmbria Farsinas, nõ (vt indoctum vulgus appellat *Sarsinas*, iis temporibus in scena Romæ floruit, quib. in Rep. P. Scipio, M. Cato, Fuluiusq, Nobilior excellebant. Ingenio perurbano fuit & maxime festiuo: quod nõ absq; suspicione luoris eleuatur ab Horatio. M. Varro refert, Plautum, cum erogasset omnem pecuniam in scenicis ornamentis, ad egestatẽ redactum, in vrbem rediisse, operamque suam pistori locasse ad circumagendas molas quas A. Gellius *trusatiles*, Hieronymus in Eusebiũ, *manuales* appellat. Id quod ab Asclepiade & Menedemo philosophis antea factũ memorat Athenæus diprosophistes, lib. 4. Nam de Stoico Cleanthe, quod oleribus irrigandis mercede auctoratus aquam noctu traheret, historia notissima est apud Laertium. Ferebantur sub Plauti nomine comœdiæ circiter 135. sed homo eruditissimus L. Ælius 25 dũtaxat illius esse censuit. Neq, M. Varro dubitat quin illiæ etiam, quæ a Plauto scriptæ non sunt, veterum poetarum fuerint, vt M. Accii, C. Plautii, a quo dictæ sunt *Plautianæ* fabulæ, non *Plautinæ*. Plauti nomen deductum Verrius autumat a *planitie pedum*. Nam cum *M. Accius* antea diceretur, ab eo plantarum vitio *Plotus*, deinde *Plautus* est appellatus, vt *ploestrum plaustrum*. Diem clausit Olympiade 45 paucis annis post Ennii mortem: suoque tumulo carmen hoc inscribi mandauit:

Postquam est morte captus Plautus,
Comœdia luget scena est deserta:
Deinde risus, ludus, iocusq; & numeri
Innumeri simul omnes collacrymarunt,

Comœdiam (si credimus Aristoteli) Megaris in Sicilia Phormis & Epicharmus inuenerunt. Adstipulatur huic opinioni Solinus in descriptione Siciliæ per hæc: *Hic primum inuenta comœdia, hic cauillatio inimica in scena stetit.* Origo nominis aliter ab aliis asseritur. Aliqui dictam volunt ἀπὸ τῶν κωμῶν, id est, *a pagis: rusticorum-*

qui

que conciliabulis. Attica namque iuuentus (vt auctor est M. Varro) circum κώμας, id est, *vicos* ire solita fuit, & quæstus sui causa hoc genus carminis pronuntiabat. A quibusdam *Comœdia vocabulum* deducitur ab argumento, scilicet quo τῶν κωμῶν, id est, *viculorum, humiliumq; domuum* fortunæ, non (vt tragœdia) publicarum regiarumq; comprehendatur. Sunt qui deriuatam malint ἀπὸ τοῦ κώμου, id est, *a comessatione amatorum iuuenum*, quæ in huiusmodi fabulis induci soleret. Nonnulli tradunt Epicharmum in insula Co exulantem carmen hoc frequentasse, & sic a Co comœdiam nominatam. Aristophanis interpres auctor est initiū comœdiæ sic introductū. *Qui ἐξ κώμας*, inquit, *id est, Attica pagos, habitabant, iniuria a diuitibus affecti, noctu peragrantes vrbem querebantur. Ea res cum multū proaisset moribus ciuitatis, cum vnusquisque caueret a culpa, Atheniensium magistratus vitro rusticos impulerunt, vt quæ perpessi fuissent a malis ciuibus, interdiu palam in theatro cum eorum qui ea fecerant, nomine decantarent. Deinde plebiscito facta potestas acris ingenii viris est, vt his de rebus carmina componerent; impuneq; probro notarent malos indifferenter omnes. Itaque primus Susarion in scenam prodiit. Sed cum Poeta abuti licentius stylo, possimque ladere ex libidine cœpissent plures boni, ne quisquam in alterum carmen infame componeret, lata lege sanxerunt.* Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est, satyra, sumsit exordium: de qua dicturi sumus in Iuuenalem. Quod item genus quoniam multis obfuit Poetis, omissa satyra nouam comœdiam reperetunt, quam Græci ita diffiniunt, ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνον ἐξέτασιν, id est, *priuata ciuilisque fortunæ sine periculo vitæ comprehensionem:* quippe, quæ generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertinet, & minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multum delectationis affert. In qua maxime claruerunt apud Græcos Menander & Philemon, aliique deinceps innumeri. Quos Plautus est imitatus, *vt suo loco demonstrabimus.* Et de comœdia hactenus ex Ælio Donato, Diomede, ceteris.

Argumentum vero fabulæ quam sumus interpretaturi, sic habet. Perseus ex Andromeda filios genuit quatuor, Alcæum, Sthenelum, Mestorem & Electryonem. Ex Alcæo natus est Amphitryon: ex Sthenelo, Eurystheus: ex Mestore, Hippothoe: ex Electryone, Alcmena, Stratobates, Gorgophonus, Philonomus, Celenepheus, aliique: & in iis Lycimnius ex Medea Phrygia concubina. Filia vero Mestoris Hippothoe a Neptuno compressa, peperit Taphium: qui τῆλε βάς, id est, *longe profectus a patria*, portus Echinadum, quæ sunt insulæ in ora Acarnaniæ, earum incolas a suo nomine Taphios, ab euentuque Teleboas appellauit. Is Taphius habuit filium Pterelam, cui Neptunus auus concessit inuictū fore donec incolumis in eius capite fatalis quidā staret crinis.

Huius Pterelæ F. fuit Cymætho: mares autem liberi, Chromius, Tyrannus, Ampelus, Cherſidamas, Meſtor, Eueres. Hi cum veniſſent Argos ad Electryonem, qui tum regnabat, ab eoque repetiſſent Hippothoæ proauiæ bona, repulſamq; tuliſſent, ad vim conuerſi, cum boues abigerent, propugnantis Electryonis F. conſerta manu omnes vtrinque ceciderunt, excepto Lycimnio: Teleboę nihilominus abactos ab ſe coues apud Polyxenum Elidis in Arcadia regem depoſuerunt: quos Amphitryon a Polyxeno receptos, Electryoni patruo reſtituit. Is auidus vltionis, Amphitryoni deſpondet Alcmenam in ſpem ſucceſſionis in regnum, ſi per eum Teleboas in deditionem redigeret. Igitur Amphitryon cum boues ab Electryone ex ſponſu reciperet, ac vnam ab armento deerrantem miſſo telo cogere voluiſſet, fruſtrato ictu percuſſit interfecitq; Electryonem. Quamobrem Argis ab Sthenelo pulſus, ad Creontem Thebarum regem confugit: a quo a cæde expiatus, impetrauit auxilia: aſcitiſque in ſocietatem militiæ, Cephalo Deionei, Panopeoque Phoci filiis, exercitum duxit in Teleboas, quos proditione Cymæthus expugnauit: quippe, quæ Cephali amore capta, Pterelæ patri fatalem capillum ſuccidit: *vt Ouidius etiam meminit in Ibin.* Iupiter interea cum ſtatuiſſet terrarum cœlique vindicem producere, deſiliit in Thebarum montem nomine Phicium, ſumtaq; Amphitryonis humana forma, comite Mercurio, qui Soſiæ ſpecie gerebat, ad Alcmenam penetrat: tribuſque noctibus in vnam collatis, ampliore voluptate fruitur: vnde mox editus eſt Hercules. Amphitryon autem cum parta victoria reuerſus, in Euboicæ freto ſtaret in anchoris, Soſiam ſeruum præmiſit, qui certiorem faceret Alcmenam de rebus ab ſe proſpere geſtis, aduentuque ſuo. Sedis excluſus ab altero Soſia, *id eſt*, Mercurio, qui pro foribus excubabat, ad herum rediens, omnia, quæ paſſus erat indicauit. Amphitryon mentitum ratus, domum properat: ab Alcmenaque conuiciis exceptus, abiit ad naues. Interea Iupiter ſub Amphitryonis imagine placat Alcmenam. Sed ecce tibi verus Amphitryo cum Blepharone arbitro ſuperuenit: qui cum diſcernere nequiret vter eſſet Amphitryo, alter alterum pro mœcho prehendere contendit. Interim miſſo tonitru cum attonitus Amphitryo procidiſſet, Alcmena ex Ioue enixa eſt Herculem, ex Amphitryone Iphiclum. Hæc ex Aſpide Heſiodi, Lycophrone, Apollonio, eorumque interpretibus, Diodoro Siculo, & aliis.

A Iani Parrh. oratio ante prælectionem Epiſt. Cic. ad Att.

SI quis in hoc ornatiſſimo conſeſſu ſolemnia prælectionis exſpectat, elaboratamq; domi præfationem, is aut acceptas a me cladis ignorat, aut quantum mouear amiſſione eorum quos amo, certe neſcit: vel habet ille quidem maiorem profeſſionis quam meorum temporum rationem. Quis enim tam patiens, quis adeo lentus, quis ita durus, imo crudelis eſſet, vt intra pauciſſimos dies

elatis

elatis duobus vsu vitæ, similitudine voluntatum, mutuis officiis, affinitate coniunctissimis, ab exsequiis, ab acerbissimo statim luctu cogitationem transferat ad exornationes & pigmenta verborum, protinusque prosiliat ad flosculos & orationis artificia? Certe nemo. Nam quicunque in hoc æstuantis adhuc animi tumore Paulillos, Æmilios, Martios, Anaxagoras, Pericles, Xenophontas in mentem venire mihi debere contendunt, ii vel indulgentia fortunæ perpetua rebusque prospere fluentibus, humanitatis obliti, non tenent ingenitam cunctis ad vnum mortalibus esse suorum caritatem, quæ non patitur eos a nobis auelli citra contractionem, tristemque animi quendam sensum: vel nõ intelligunt, eos quorum proponunt exempla, tantæ celebritatis in oreque omnium non fuisse futuros, nisi supra imitationem locati crederentur. Itaque non dubito, omnes qui non penitus hominem, vt illi, exuerunt, æquos se mihi præbituros, potiusque miraturos quod hæc studia tantis casibus abrupta non sint, quam quod retardata, quodq; cruentis etiamnum vulneribus, quam quod opinione sua serius huc accesserim. Nam potior eademque præuertenda cura reliquas omnes excussit. Aduersus enim potentissimam dominam (*Fortunam* dico, quæ me nunquam cessat exagitare) quærenda auxilia fuerunt, & arma quibus eius impetum propulsarem. Continenter enim, si nescitis, assiduumque mecum *Fortuna* bellum gerit, obnixeq; contendit oppresso mihi victoriæ confessionem extorquere. Rursus ego, tametsi cumulatis stragibus obrutus, extrema tamen experiri malo quam tantulum de iure meo remittere, nedum manus dare. Forsitan operæpretium fuerit audire quoties aperta vi, quoties insidiis illa me petierit, intenta semper occasioni, siqua pars animi pateat ad nouum vulnus: vtque fercentis irritis conatibus in eos demum dentes acuit, quorum præsidio tutum me sentiebat. Hoc enim pacto cautiores ad eius præstigias alieno periculo reddemini. Neq; vero commemorabo quod, vt hūc quantulumcunque literarum profectum moraretur, indulgentis alioqui in me patris animum deprauarit, ne sumtus ad otia Musarum suppeditaret, tanquam relicta a maioribus trita semita degeneri, quod, vt illi, leges ediscere neglexissem. Nec etiam querar instructissima librorum supellectili quinquies ab ea me spoliatum, partim prædonibus immissis, qui mare Siculum redderent infestum, partim qui patriam diriperet meam, partim qui pluris vtilitatem quam depositi religionem facerent. Iam vero piget meminisse, quod ab ingenuis artibus ad aginatorem calamum militiamque me traduxit: honotatioris gradus ostētata spe, maiorumque commodorum, quo me fraudaret hac, vt mea fert opinio, magna gloria, qua nunc auium vestrarum benignitate perfruimur. O callidatis inauditum genus: vt iuuando noceret, ad opes me euexit & dignationem. Verum simulac animaduertit eius aura simulato-

fauore de priſtina vitæ ratione nihil in me mutatum, paſſimque meas omnes acceſſiones induſtriæ magis & probitati, quã ſibi acceptas referri, vehemẽter offenſa, confeſtim paſſis alis euolauit, ne virturis comes eſſe cogeretur. Ego nihilominus, vt meũ nunquam latus in quod inconſtantia *Fortunæ* ius haberet, quod alieni foret arbitrii, quod auferri, quod eripi, quod amitti poſſet, in eodẽ vultu propoſitoq; permanſi. Cumq; vicem meam dolerent omnes (quod indicat, incolumi ſtatu qualem me geſſiſſem) ſolus ego fugienti Fortunæ laqueum mandabam. Bello demum Gallico domo profugus, extorris, egenus, procul a meis, in malis ridebam: quod argumẽtum ſapientis aut inſipientis exiſtimatur. Vter ego ſim, Deus ipſe viderit. Hoc vnum ſcio vereque licet affirmare, me non antea fortunæ ſuccubuiſſe, quam mors in ſocietatem belli tracta, cominus eminuſque omnia vaſtans, auxilio meorum me nudauit. Quis autem de gradu non pelleretur? quis locum non deſereret? quis arma ſcutumq, non abiiceret? quis terga non verteret? quis animo non concideret horrendo mortis aſpectu, ſingulis ictibus obuium quemq; ſternentis? In optimam matrem meam primo deſæuit integra adhuc ætate, nec multo poſt in patrem, duoſq; amantiſſimos noſtri fratres: de quibus in præſentia nihil dicam, ne videar ambitioſe mentiri. Cumq; me cerneret ingenti ſpiritu fortunæ conuitiantem, nudum furori ſuo pectus offerre, capiti quidem meo pepercit in pœnam, liberos autem melioris omnes ſexus & indolis (qualem ſortiuntur infelices & cito morituri) de ſinu meo raptos, ſuo patruiſque continuatis prope funeribus adiecit: ne nunc eſſent in quibus ægritudine confecta mea ſenectus acquieſceret. Elicere tamen mihi vocem non potuit indecoram perſonæ quam ſemel indueram. Quin vt orbitatem ſolatus fortunæ minas eleuarem, Demetrii ſoceri filios pro meis educabam, nec alio proſequebar affectu quam ſi ipſe genuiſſem: crebro concinens illud Appii, *Sua quiſque fortunæ faber eſt.* Offendit hoc, vt apparet, immitem Deam: initaque denuo nocendi via, pro facinus, in medio ſtudiorum curſu Theophilo manus iniecit, eorum quos aſciueram natu maximo, philoſophiæ iam candidato, quodque difficulter aliqui credent, ipſi Demetrio patri iam tum fere æquando. In quo tantum probitatis, eruditionis, ingenii, induſtriæ, ſtudii, memoriæ denique fuit, vt breuiſſimo ſpatio omnia vitæ munera peregiſſe videretur. Arbitrabar inuidiæ ſatis ſuperq; litatum, nec vlterius ad nouam plagam fore locum, cum ecce tibi qua minus improba mors exſpectabatur, vtinam me prius, occupat T. Phædrum: quo ſoſpite nec iniuria fatorum, nec vlla fortunæ procella me quatiebat. Me miſerum, cum recordor, vt erat obuius, facilis, expeditus, plenus humanitatis quam præcipiebat: vt erat in omnes bonos & qui ſignificationem virtutis aliquam dediſſent, officioſus, vt me, quo primo die Romæ vidit, arctiſſime complexus eſt: vt auctori-

tate,

tate, gratia, testimonio suo prolixe iuuit: vt in omni fortuna semper idem fuit: quam solicite curauit Alexandri VI. pontificatu, ne me Bernardini Caietani, neu Silii Sabelli, quorum vtrumque familiariter & studiose colebam, tempestas inuolueret: quam non libenter ex vrbe dimisit, cum metu periculi retinendum non censeret: vt ex animo gauisus est, vbi certior a me factus audiuit, in Gallia citeriore portum iam me tenere, Mediolanique publice conductum profiteri. Quid? cum sequutus vberiora stipendia, Veicetiam commigrassem: Germanis, Gallis, Hispanis? ceterisque barbaris nationibus, infestis signis irrumpentibus in Venetiam, dii boni, quam de nobis erat anxius! quam non aliter saluti nostræ timebat, quam si ipse vocaretur in partem discriminis! Exstant ab eo ad me tum datæ epistolæ, testes inquietis animi, quousque resciuit elapsum me per medios hostes in patriam secessisse. Nec ita quidem de nobis cogitandi finem fecit, auctorque Iulio secundo fuit, vt nos huc euocaret Sed eo maturæ defuncto, Leoni Decimo per Ianum Lascarim, virum ad promerendum homines natum, mihi iam conciliato, calcaria sponte currenti, quod aiunt admouit. In vrbem reuerso quam præsto mihi fuit? quam nullo deesse loco voluit? vt quacunque potuit ope subleuauit? Dies me deficiet si Phædri in me beneficia numerare perrexero. O vanas hominum cogitationes. Cur mihi non contigit ea sibi præsentibus officiis reddere iucundiora? O fallaces spes meas ideone ego, cum solito grauius articulari morbo torquerer anno superiori, tuo hortatu T. Phædre, incredibiles omniũ membrorum cruciatus animi vigore superauit: cumque mea magis interesset ex hoc ergastulo tetroque carcere primo quoque tempore emitti, in tuam gratiam pene reuixi, vt fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ priuatus, in squalore luctuq;, ex tui desiderio contabescerem, publicique mœroris quasi designator exsisterem? Nam quis est in hoc orbis terrarum domicilio, cuius antiquum scenæ decus instaurauit, quis in hac excultissima academia, (quæ Phædro rhetore cœlum vertice contingebat, quis adeo barbarus a Musis abest & Gratiis, qui ad exstincti Phædri nomen vbertim non fleat? O detestandam fati importunitatem. Silet, heu, T. Phædre, vox illa tua iucunde sonora: illa arguræ linguæ suadela, quę mentes hominum in omnes affectus impellebat, quæ Romanam facundiam a Goticis vsque temporibus amissam restituit. Vbi nunc est ille gestus cum sententiis congruens? vbi illa incorrupti Latini sermonis integritas? Quis vltimam manum tot incoatis operibus imponet? quæ, non secus ac Apellis illa decantatissima Venus, interrupta pendent: luculentissimæ scilicet orationes, Apologia Ciceronis in obtrectatores. quam mihi paucis ante diebus quam cœpisset æstuare, domi suæ per summam voluptatem legit: Annalium breuiarium, quo res omnes a pop. Ro.

gesta complexus est: in Horatii poeticam vigilantissima commentaria: in Plauti comœdias scrupulosissimæ quæstiones. O male viuacem senectutem meam. Quo me nunc vertam miser? ad quem confugiam? cuius iudicio posthac vtar? cui pectoris intima committam? quando non modo T. Phœdrum, cuius humanitate, prudentia, amore, fide recreabar: sed etiam (quod scelus) vxoris meæ fratrem Basilium mors fortunæ satelles eripuit, illius quoque calamitatis solatio suffecturum, mihique non minus ob alia carissimum quam quod affinis: quippe quem corporis & animi præclarissimæ dotes, emendatissimi mores, ingenium pręcox, acre, varium, flexibile, multiplex, etiam vobis omnibus commendābat: a quo sic vtriusque linguæ proprietas exprimebatur, vt vtramcunq; attingeret, ad eam demum natus appareret. O fragilem conditionis humanæ sortem. Decessit in primo flore ætatis egregius adulescens, posteritati plurimum profututus si virtutes eius ematuruissent, si, quæ prius a Demetrio patre, quem nulla homine libero digna latuit disciplina, si quæ mox apud Ianum Lascarim, humanarum diuinarumque rerum scientia nemini secundum, plenis faucibus hauserat, aliquando promere potuisset, vt nō iniuria Theophrastus moriens accusasse naturam dicatur, quod ceruis & cornicib. vitam diuturnam, quorū nihil interesset: hominibus, quorum maxime interfuisset, exiguam vitam dedisset. Nam si Basilio paulo longinquior ætas accessisset, O quot ingenii fœtus edidisset: cum vix a ferula subducta manu, præter assiduas auctorum Græcorum solertesque expositiones, Hannibalis Romanorumq; res in Hispania ac Italia gestas, ab Appiano secretis operibus illustratas, Latii iure nondum donatas, adeo luculenter atque sententiarum fide verborumque splendore transtulit, vt vndecunque doctissimum Leonem X. admiratio legentem subierit. Et audet aliquis in tanta propinqui iactura, qui me diligebat vt fratrem, colebat vt patrem, lacrymis modum præscribere? Et est qui succenseat, nihil a nobis allatum festiui, quod animos exhilaret, quod aures impleat, quod exspectationi respondeat? Quanto verius illud obiiceretur, quod post ictum tanti fulminis hæc infelicissima mihi meisque studia retentarim, nec oderim, nec damnarim, nec abiecerim? Quod equidem iam fecissem nisi intercessisset Antonius Seripandus in illa doctissima nostra Neapoli summo loco natus, alumnusq; Musarum, de nobis optime meritus. Is, vt est disertissimus, exemplis ab historia repetitis agere mecum cœpit, vt dolori resisterem: cumq rogando parum proficeret, afflictumque frustra tentaret erigere, alia adortus est via, auremque vellit hunc in modum: cogitarem quis hominum de me sermo post illa contra Fortunam magnifica verba turpiter abiecto, futurus esset: quod amplissimi patris & vtriusque nostrum communis herois Aragonei Lysiæ iudicium, qui tot amissis antea regibus, & nuper Alphonso patrueli, quem sacro-

sanctus

sanctus Gallorum rex in auitam paternamque dignitatem reſturus erat, eundem vultum frontemque ſeruauit: quam Leo decimus in partem ſit accepturus hanc animi mollitiem pene muliebrem, qui cenſor omnium maximus, in ſuis æquabilitatem deſiderat quam ipſe præſtat in omni vita: qui nec aduerſis vnquam fractus, nec ſecundus elatus eſſe traditur. Illud etiam monuit, ne maleuolis anſam darem, qui ſiniſtris me ſermonibus apud ipſum quoque Pontificem carpere non erubeſcerent. Denique turpe eſſe in id ætatis & profeſſionis homine remedium doloris laſſitudinem mœrendi. Quibus grauiſſimi viri vocibus expugnatus, in poteſtate me tandem fore promiſi, intermiſſamque Ciceronis interpretationem reſumturum. Tum ille, qua mecum ſolet ingenua libertate, *Vide quid agas Parrhaſi, qui in vno alterove libello tã lente ſedeas. Non ea ſunt ſecula cum iuuenes, quod imitari vellent, diutius audiebant. Nunc omnes ad vota feſtinant, nec exſpectandum habent, quod pro re differere tibi libeat: annique ſuperioru diſcipuli, tanquam Phileſtrati leones, ex eadem præda bu impleri dedignantur, auditoreſque nouitii incoatos auctores, vt ſemeſas dapes delicati conuiua, faſtidiunt. Itaque niſi ſeruato quodam temperamento, quid offeras, quod ipſa quoque nouitate detineat, periculum eſt ne ſolus in aliquo garrias angulo.* Quæ cum prudentiſſime dicta arbitrarer, vſurus recte monentis amici conſilio, ſtatui idem facere, quod T. Quintii Chalcidenſis hoſpes apud Liuium. Vt enim ille concinnatis ex vno tantum ſue aliis aliiſque condimentis, epularum varietatem mentitus eſt: ſic ego Tullium Ciceroni, libriſque Oratoriis Epiſtolas ad Atticum ſubſtituens, gratiam nouitatis adeptus, ab equis ad aſinos non deſiliam: vnaque opera faſtidio medebor, & rationibus auditorum conſulam. Cur has autem potiſſimum ſurrogare placuerit, ſpero me vobis exinde probaturum.

Epiſtolarum fuit antiquiſſimus vſus. Nam Solomonis ad Vaaphren Ægypti regem literas Eupolemus ex hiſtoria recitat, & Prætus ante Troiana tempora rex Argiuorum Bellerophontem cum codicillis ad Iobaten ſocerum miſit, *vt eſt apud Homerum*: rudibuſque etiam tum ſeculis, in Italia vetuſtiſſimi, quos Ennius appellat caſcos, indolatis ex aliqua materia tabulis arborumque corticibus inter ſe literas miſſitabant: ex quo tabellarii librariique nomen hodie manet. Epiſtolæ proprium eſt, vt abſens aliquis ad quem ſcribitur, de iis rebus quas ignorat, certior fiat: vnde & epiſtola nuncupata, a Græco verbo ἐπιστέλλειν. Nam moris antiqui fuiſſe tradit Hammonius nautis aut vectoribus perferendas eas dare. Æuo deinde bonis artibus expolito, cum placere cœpiſſet hoc ſcribendi genus, a pluribus exterarum gentium noſtriſque excultum eſt: quippe Philippus Amyntæ F. Alexandri Magni pater, hinc etiam nomen ſuum fecit illuſtrius. Nec

inde laudem Plato reſpuit, aut Sinopenſis Diogenes auctor ſectæ Cynicæ: nec oratorum maximus Athenienſis Demoſthenes, Apollonioſque Tyaneus ille cognomento Magus: nec Lucianus ille Syrus. Eius enim credunetur eſſe, quę Phalaridis inſcriptione circũferuntur. Inter hos vtraque lingua, Plutarchi iudicio, M. Brutus excelluit, Laconicæ breuitatis amator vnicus. In eodem præterea ſtudio multi cum ſua quiſque laude verſati ſunt: Plinius Secundus, Bebius Aphricanus, Titianus & Symmachus. Apollinaris enim Sidonius indignus eſt hoc albo, cum tantum ſe ſuaque miretur, homo Gallus, vt etiam (ſi diis placet) in ordinem redigat ipſum Ciceronem, nec in epiſtolis nominandum cenſeat. Honeſtas omnes diſciplinas in epiſtolas contulerunt M. Ter. Varro, cuius epiſtolicæ quæſtiones a Grammaticis adnocantur, itemque Valgius, qui de rebus per epiſtolam quæſitis aliquot libros edidit: Anneuſque Seneca, qui per epiſtolas ad philoſophiam beatamque vitam mortales inuitat. Epiſtolarum Ciceronis exſtant adhuc vnus & triginta libri: quorum 16 ſunt earum, quibus familiarium titulus acceſſit, vnus ad M. Brutum, tres ad Qu. Fratrem, 11. ad Atticum: omnes a communi ſtylo nihil abhorrentes, vt ipſe veriſſime prædicat his verbis ad Pætum: *Quid tibi ego in epiſtolis eſſe videor? nonne plebeio ſermone agitur tecum? qua præcipua virtus eſt.* Demetrius enim Phalereus & Artemon itemque Dionyſius Halicarnaſſeus, & e noſtris Quintilianus, epiſtolas cotidianis vſitatiſque verbis & preſſa facilique compoſitione texendas arbitrantur. Atoſſa regina Perſarum poſt hominum memoriam primaſſi credimus Hellanico, Clementique, Sidonio & Euſebio) miſſas & acceptas epiſtolas in volumen redegit. Eius exemplum deinceps alii ſequuti ſunt. Ex epiſtolis M. Tullii familiares eius voluntate collectas eſſe, teſtatur ipſe per hæc ad Atticum verba: Epiſtolarum nulla *συναγωγή*: ſed habet Tito inſtar 70. quidem: ſunt a te quædam ſumendæ. Eas ego oportet perſpiciam, corrigam: tum denique edentur. Has ad Atticum poſt interitum, Ciceronis ab eodem publicatas autumo: de quibus in Attici vita Corn. Nepos hæc: *Eum præcipue dilexit Cicero, vt ne frater quidem Quintus carior fuerit aut familiarior.* Ei rei ſunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus ſunt editi, 11. volumina epiſtolarum ab conſulatu eius vſque ad extremum tempus ad Atticum miſſarum. Quæ qui legit, non multum deſiderat hiſtoriam contextam eorum temporum. Sic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, æmulationibus Reipubl. perſcripta ſunt, vt nihil in iis non appareat, & facile exiſtimari poſſit prudentiam quodammodo eſſe diuinationem. Non enim Cicero ea ſolum, quę viuo ſe acciderũt, futura prędixit, ſed etiam, quæ nunc vſu veniunt, cecinit vt vates. Habetis iam quantũ Corn. Nepos his tribuat epiſtolis: ego, quod eſt in me, non recuſabo,

quin

quin ex iis, quæ sumus ad eas enodandas allaturi, de tota nostra facultate iudiceris.

EX ANNOTAT. A. IANI. PARRH. IN Orationem Cic. pro Milone.

NAm illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim collata sunt, non afferunt tamen oratori aliquid, vt in foro & in iudicio: quanquam præsidiis salutaribus & necessariis septi sumus, tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possumus. Corrige sic, *Nam illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim collocata sunt, tamen afferunt terroris aliquid, vt in foro & in iudicio: & quanquam præsidiis salutaribus & necessariis septi sumus, tamen non timere non possumus.*

Recreat & reficit. A corpore transfertur ad animum. Nam recreari corporis est cum accessione nouę carnis instauratur. Plinius, *Sic enim defecta longis ægritudinibus arguitur corpora recreantur.* In eadem significatione verbum *Recresco* ponitur, nisi quod *Recreo* generis est actiui, *Recresco* neutri. Plinius: *Cartilago rupta non solidescit, nec præcisa ossa recrescunt.*

Recreat & reficit. Exornatio quam vocant interpretationem. Nam *Reficit* idem valet quod *recreat.* Plinius, *Cum reficiendi animi gratia id fecisset.* Est autem *Reficere*, instaurare, & quod est corruptum in pristinum reducere. Vlpianus, *Verbo reficiendi, tegere, substruere, sarcire, ædificare, item aduehere apportareq;, ea quæ ad eandem rem opus erit, continentur.*

Cn. Pompeii sapientissimi & illustrissimi, &c. Moribus ingenioque Pompeii accommodata assentatio, qui nomen optimi Imperatoris affectabat, & Alexandri Magni gloriam. Sallustius hist 3. *Sed Pompeius a prima adulescentia sermone fautorum similem se fore credens Alexandro regi*, &c. *Sapientissimi*, humanarum diuinarumque rerum peritissimi, vel omnibus imperatoriis artibus instructissimi. *Illustrissimi*, claritate rerum gestarum, &c.

Quem reum. Milonem. Cicero de Orat. lib. 2. *Reos*, inquit, *appello non modo eos qui arguuntur, id est, conuincuntur, sed omnes de quorum re disceptatur.* Reum fieri vel agi, nihil aliud est nisi apud prætorem legibus interrogari, si credimus Asconio: reum vero peragi, condemnari significat.

Multitudinis temeritatem. Fæcis populi inconsideratam præcipitemque audaciam: quam non iniuria Vergil. Æn. 1. fluctibus comparat.

Auctoritate publica S. C. patrumque decreto, vel eorum permissu, qui cum imperio sunt. Liuius ab V. C. lib. 3. *Multique erant, qui mollius consultum dicerent, quod legum ab eis latarum patres auctores fuissent.* Et alibi: *Decreuerunt vt cum populus regem iussisset, id sic ratum esset si patres auctores fierent, id est, decreto suo sanxissent & approbassent.*

Verumetiam silentium pollicentur. Per eos enim consequar, vt peræ Clodianæ dicenti mihi non obstrepant, orationemq; meam non interpellent.

De fortunis. Opibus, diuitiis, quas ex affectu vulgi Reip. præpo suit. Mortales enim pleriq; omnes auro patriam posthabent.

Aduersum infestumque nobis. inimicum. Sed plus est infestum esse quam inimicum. Nam P. Nigidius infestum dici putat a festinando. Qui enim instat alicui, eumque properans vrget & opprimere studet ac festinat, vel contra de alicuius periculo & exitio festinatur, is vterque infestus dicitur ab instantia fraudis quam vel facturus alicui vel passurus est.

Adeste. fauete, vt. *Adsis O placidusque iuues, & sydera cœlo Dextra feras.* Vel *Adeste*, colligite & sumite animum. M. Tull. de Rep. l. 6. *Adsis animo & omitte timorem Scipio.*

Salutem. Incolumitatem status hic & alibi Cicero *salutem* vocat, & rursum, *Capitis diminutionem, exitium.*

In qua vrbe? Locus ad inuidiam valet. Nam & Aiax apud Ouidium: *agimus pro Iuppiter, inquit, Antorates caussam, & mecum confertur Vlysses?*

M. Horatii, &c. Idem fecerat apud Græcos Critolaus Tegeates Rheximachi F. qui contra tergeminos Pheneatas eadem fortuna conditioneque pugnauerat, qua M. Horatius: Interfecit enim Demodicam sororem, quod sponsum cæsum lugeret, *Auctor Dematatus in Arcadicis.*

Instituti, disciplinæ est: *imbuti*, educationis & cõsuetudinis, Imbui dicuntur animi, dum sensim mores & instituta vitæ, ex iis quibus cum versantur hauriunt, Hor. *Quo semel est imbuta recens*, &c.

Ambusti Tr. pleb. T. Munacii Planci, vel Qu. Pompeii Rufi, Sylla ex filia nepotis, vel C. Sallustii. *Ambusti*, quia non ante concionari destitit, quam incendio curiæ fugatus sit.

Intermortua, contemtim. Intermortuus est plusquam mortuus. Is enim dicitur intermortuus, cuius etiã memoria penitus exstincta est. M. Tullius ad Att. lib. 1. *De intermortuis reliquiis coniurationis.* Et ita legendum videtur, etsi illic exstat *Immortuis.*

De illo incesto stupro. Clodius inter publicas cerimonias muliebri veste ad Calpurniam Cæs. vxorem (vt Appianus) vel ad Pompeiam (vt Suetonius) vel ad coniugẽ Metelli pont. (vt Liuius) penetrauit.

Notaui, improbaui, damnaui. Infra Cicero, *Ita & senatus rem non hominem, notauit.*

Per furiosum illum Tribunum. Qu. Fusium, de quo statim.

Postulante nescio quo. Cum stomacho contemtimq; dicit, *Nescio quo.* Sed is Qu. Fusius fuit, per quem illo quoq; tempore quo de incestu P. Clodii actum est, factũ Cicero scribit ad Att. ne quid asperius a Senatu decerneretur. Auctor Asconius.

Tam salutarem hanc, &c. A literam designat: ea absoluendi nona erat

erat, vt K condemnandi. L. enim ampliationis. Id autem significabat non liquere & ampliius esse quærendum.

Parricida. Non is tantum qui patrem, sed qualemcunq; hominem occidisset, parricida appellabatur. Ex quo Parrici quæstores terum capitalium.

Confecta senio, dolore & vitæ tædio. Accius in Epinausimache, *Mors amici subegit: quod mihi est senium multo acerrimum.*

Sed homo sapiens. Hoc vsu venire Quintilianus obseruauit, vt qui iudicio præest, aduersariis inimicus, nobis amicus sit, aut contra. Magis itaq; laborandum putat ei, in quem sit propensior, vt causam suam probet. Est enim nonnunquam prauus hic ambitus aduersus amicos, aut pro iis quibuscum simultates gerunt pronunciandi, faciendique, iniuste ne feciisse videantur.

Alia quadam mente praditus. Alia (non *aliæ*) id est, non ea qua'ceteri, id est, non vulgari, sed acri diuinoque vir ingenio.

Ne videretur infirmior fides, &c. Veritus est, inquit, Pompeius ne mala fide rediisse cum Clodio in gratiam videretur. Id quod antiqui turpissimum iudicabant: adeo quod Liuius Salinator in censura Cl. Neronem collegam notauit, adiecta causa, quod nō syncera fide secum in gratiam rediisset. Auctor Valerius.

Mea gratia, beneuolentia Ouid. *fratrum quoq; gratia rara est.*

Sed vt L. Paulum. Paulum significat Æmylium, cui C. Cæsar in consulatu milliēs quingenties sestertium largitus est, vt ei faueret: ex qua pecunia Æmyliam basilicam condidit.

Non religione, scilicet impeditus. Veteres enim certos obseruabant dies & signa. Scribit etiam Polybius ipsos milites excusare solitos auspicia, si non occurrissent ad præstitutum diem.

Miscebat, perturbabat. Verg. *Iam cœlum terramque meo sine numine venti Miscere*, &c.

Quibus syluas publicas. Hæ syluæ consulib. interdum prouinciæ decernebātur, si deesset occasio rei foris gerēdæ, vel suspectæ Coss. opes essent, vt apud Suetonium legimus. Hinc illud ex Bucol. Matonis ad Pollionem, *Si canimus syluas, syluæ sunt Consule dignæ.*

Fauonius. Hic est ille, qui Catonis libertatem constantiamque simulabat: ex quo Pseudocato vocabatur.

Mutauit calceos. Deposuit calceos patritios, id est, senatorios, & induit aliud aptum genus itineri. Calceorum varia genera. Nam mulleos apud Verrium calceos legimus, & Vopiscum, cuius verba sunt hæc: *Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus sustulit, mulieribus reliquit.* Apuleius, *Pedes*, inquit, *calciis induti lutei.* Affert Appianus & Pollux, ac vtroque prior Seneca, Phecasios Alexandrinorum sacerdotum, qui inde *Phecasiani* dicti. Patentes calceos Hieronymus in quodam Cæsare notauit: & Philostratus in sophistis meminit calceorum patritiorum: in quibus C. Marium triumphasse quidam prodiderunt. Etsi non

desunt, qui non patritios, sed patitios enuntient, vt idem significent, quod parentes apud Hieronymum, vel ingenuos: quoniam Cincius patitios appellari solitos ait, qui nunc ingenui vocentur.

Superatus, non tantum victum, sed etiam occisum significat apud Sallustium, Verg. *Clam ferro incautum superat*, id est, interimit.

Itaq; illud Cassianum. L. Cassius summæ seueritatis, quoties alicuius indicii quæsitor esset, in quo quæreretur de homine occiso, suadebat atque etiã precibat iudicibus, vt quæreretur, Cui bono fuisset eum perire, de cuius morte quæreretur. Sic enim vitam hominum esse dicebat, vt ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere.

In fraudem, in noxam, ad maleficium. Vlpianus de verbor. sign. *Fraus* inquit, *aliud est, aliud pœna.* Fraus enim sine pœna esse potest: pœna sine fraude non potest. Pœna est fraudis, id est, noxæ vindicta.

Vos hospites in hac vrbe versamini, prouerbio dicitur in eos, qui vulgatissima nesciunt, aut scire dissimulant. Hinc illud ex Euang. *Tu solus peregrinus in Hierusalem?* &c.

Monet me lumen Curiæ. locus ex ambiguo. Nam cum ad laudem referre videatur, *vt supra.* Sext. Clodium vituperat ac in odium trahit. Nam populus, eo duce, corpus P. Clodii in Curiam intulit cremauitque: quo igne ipsa quoque Curia flagrauit. Vnde lumen Curiæ vocauit.

Punitus es. Deponentali forma protulit in actiua significatione, pro *punisti.*

Reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius. Accusatus est a Milone de stupro incesto: quod lege Plotia coercebatur, ab illo Plotio promulgata, qui diem Crasso dixit, quod nimis exstricte Liciniam vestalem coleret.

Potuitne L. Cæcilii. Emenda. L. Cælii, ex ipso Cicerone, & argumentis historiarum T. Liuii. Prætor is fuit P. Lentulo Spintere, Qu. Metello Nepote Coss. quo anno Cicero restitutus est. Is cum faceret ludos Apollinares, ita infima multitudo coacta annonæ caritate tumultuata est, vt omnes, qui in theatro spectãdi caussa cõsiderant, perierẽtur. Asconius ait de oppugnata Cælii domo nusquam legisse, & Cn. Pompeius hoc tantum obiecit, cum Milonem defenderet apud populum accusante Clodio. Tiro quoque Tullius Ciceronis libertus de vita prom. lib. 3. L. Cælium prætorem a Clodio duntaxat oppressum refert.

Arrius amicus meus. Inuersio, quam Græci ironiam dicunt, quæ multum valet ad eleuandam testis auctoritatem. Nam nemo Ciceronis erat inimicus quin idem perditissimus esset & hostis Reipubl. quod ipse gloriatur in Philippicis, & alibi.

Testimonia testium vestrorum. Testimonia testium dicta sunt. Callistratus iuris ciuilis auctor, lib. 22. de probationibus, *Diuus*, inquit,

quit, *Hadrianus L. Rufino Procos. Macedoniæ rescripsit, testibus se, non testimoniis, crediturum.*

C. Cassinius cognomine Schola. Inter attributa personæ nomen est: quod in argumentum raro quidem: sed tamen aliquando cadit. Nam Eteocles apud Euripidem nomẽ Polycinis, vt argumentum morum incessit: & ipse Cicero Verrem interdum appellari ait, quod omnia verrat: & nunc addidit, *Cognomine Schola*, non citra amaritudinem. Nam Scholæ non tantum ludi literarii dicti sunt ἀπὸ τοῦ σχολάζειν, quod est vacare (quia ceteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent) sed est quando significant ad animi relaxationem constructa loca, quæ λέσχας Græci vocant, nostri Scholas ἀπὸ τῆς σχολῆς, id est, a vacatione: vnde & ludo literario nomen inditum putat Ausonius, - *Graio schola nomine dicta est, Iusta laboriferis tribuantur, vt otia Musis.* Itaque crebra scholarum mentio apud P. Victorem, qui de regionibus Vrbis scripsit: & Victruuius balineo scholam nominat, & Plinius in Octauiæ porticu.

Familiaris meus, & hoc ironicos.

Sicut confectæ, probatæ. Quintilianus, eoque prior Cicero, sæpissime scribit, *Hoc conficere debet orator, &c.*

Ille latronum occultator & receptor locus. Via Appia est prope vrbem monumentum Basilii: qui locus latrociniis fuit perquam infamis, vt ait Pædianus.

Subsedit. Subsidere significat insidiari. Vergil. - *subsedit adulter.* Inde subsessor alieni matrimonii dictus a Valerio, & subsessæ Vegetio insidiæ.

Martemq; communem. Homeri sententia, cuius Iliad. σ. carmen est, hoc, Ξυνὸς Ενυάλιος καὶ τε κτανέοντα κατέκτα. *Cõmunis belli Mars est, victorque repente*

Sæpe cadit. Ouidius in Amoribus, *Mars dubius, nec certe Venus: victique resurgunt: Quosque neges vnquam posse iacere, cadunt.* Cicero in Philip. Concedo incertos exitus esse belli, Martemq; communem Cæsar in commentariis, *Errant qui in bello omnes secundos rerum euentus exspectant.* Idem, *Multum cum in ceteris rebus, tum in re militari potest fortuna.*

Vicum. Vici dicuntur humiles domus Nam qua incedimus, non vici sed viæ sunt vicorum: vnde vicinia dicitur loci demonstratio: vicinitas vero, vicinorum conditio. *Hæc Fl. Sosipater.*

Nullum angiportum, dubii generis est. Angiportus enim dicitur & Angiportum: quod Verrius ait, esse iter compendiarium in oppido, quasi angustum ad portum aditum. M. Varro, *Quod exitum non habet ac peruium non est, Angiportum, & id angustum, ab agendo & portu.* Vlpianus, *Angiportum a portu dictum est: portus vero, conclusus & munitus locus est, quemadmodum & Statio, ab importandis exportandisq; mercibus nomen habens.*

Cliuo. Cliuus, ascensus est molliter arduus: ex quo veteres omnia difficilia cliuia dicebant, & auspicia cliuia, quæ aliquid fieri prohiberent. Verrius.

Malleorum. Hoc alii diminutiue protulerunt, *Malleolorum.* Sunt autem malleoli, non solum parui mallei, sed ab eorum similitudine, quæ aptantur (vt inquit Verrius) ad incendium faciendū: quod teli genus hac specie figuratur, *vt legimus apud Ammianum.* Sagitta est cannea inter spiculum & harundinem multifido ferro coagmentata, quę in muliebris coli formam, qua nent linea stamina, concauatur, ventre subtiliter & plurifariam patente: atque in aluo ipso ignem suscipit cum alio quo alimento: &, si emissa lentius iactu arcus inualido (iactu enim rapidiore exstinguitur) hæserit vsquam tenaciter, acriores excitat æstus incendiorum, nec remedio vllo quam superiecto puluere consopitur. T. Liuius ab V. C. lib. 38. *Alii cum ardentibus facibus, alii stuppam picemque & malleolos ferentes, tota collucente flammis aciem aduenerunt.*

Popa Licinius. Popa victimarius appellabatur, id est, is qui venales habebat hostias, & qui ligabat ad altare feriebatq;. Propertius, *Succinctique calent ad noua sacra popæ.* Inde Persius popam ventrem dixit helluonem, quique multum vorauerit, non (vt quidam rentur) obesum & pinguem.

In circo max. Hæc omnia per contemtum. Nam sortilegos quique quæstus gratia hariolabantur, in circo maximo morari solitos, Ennii versus indicant, *Non habeo deniqus nauci Marsum augurem, Non vicanos haruspices, non de circo astrologos, Non Isiacos coniectores, non interpretes somnium. Non enim sunt hi aut scientia, aut arte diuini, Sed superstitiosi vates impudentesque harioli, Aut mentes aut insani, aut quibus egestas imperat. Qui sibi semitam non sapiunt, alii monstrant viam. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam ipsi petunt. De his diuitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera.* Hinc Iuuenalis Sat. 6. *Plebeium in circo positum est, & in aggere fatum.*

Conquisitores, qui in delectu milites scribunt, eorumq; certum numerum ab vnaquaque ciuitate postulant. Cicero ad Attic. lib. 7. *Nullum vsquam delectum, nec enim conquisitores quisquam audent.*

Erit, & erit, &c. Verum sane est, quod ait Nepos Cornelius, *prudentiam esse diuinationem.* Nam Cicero prædixit vt vates, quæ non ita multo post acciderunt.

Conscientia interstur, Qua nullum maius virtuti præmium proponi potest. Catullus:

Si qua recordanti benefacta priora voluptas
Est hominis, cum se cogitat esse pium,
Nec sanctam violasse fidem, nec fœdere in vllo
Diuum ad fallendos numine abusum homines. Æneas ad Didonem apud Verg.

Dii tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Vsquam iustitia est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant. Cicero in Catone Maiore, conscientia beneactæ vitæ multorumq; benefactorum recordatio, iucundissima est. Et Menander quasi Deã conscientiam statuit, βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός, id est, *Cunctis mortalibus conscientia dea est.*

Est profecto illa vis, &c. Dignitas orationis a sententia rerum diuinarum. Ferunt enim Theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salua firmitate fatali, huiusmodi quædam velut actas rectura numina sociari quam pauciss imis vita, quos multiplices auxere virtutes. Idq; & oracula & auctores præclari docuerunt, inter quos & Menander poeta comicus, cuius ille senarius est, δαίμων ἀνδρὶ συμπαρέστηκε Εὐθὺς γινομένῳ. *Genius adest homini statim edito.* Plotinus ausus quædam super hac re disserere mystica altaque, monstrauit quibus primordiis hi genii animis connexi mortalium, castos (quo ad licitum est) tuentur, docentque maiora, si senserint puros & a contagione corporis immaculatos. Alii mentem cum genio confundunt, eundem genium mentemque existimantes, vt idem Menander: νοῦς γὰρ ἡμῶν ἑκάστῳ θεός. id est, *Mens enim sua nostrum cuiq; Deus est.* Hinc illud Æneid. 9.

Dime hunc ardorem mentibus addunt?

Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido? Geniorum adminiculis præcipue enituisse dicuntur Hermes ille ter maximus, Pythagoras, Socrates, Numa Pompilius, superiorq; Scipio, & Apollonius Tyaneus. Nam quod de C. Mario quidam suspicantur & Octauio Cæsare, equidem mihi non temere persuaserim, cum qualis vterque fuit in Remp. cogito. Genius est ἑκάστου τύχη, id est, *sua cuiusq; fors*, vt ait Sosipater.

Latialis Iuppiter. Templum Iouis in Albano fuit ab vniuerso Latio conditum, ideoq; Latialis appellabatur. Eius meminit Liuius, Italicus, Lucanus, & alibi Cicero.

Quid restat? Et hoc ad miserationem pertinet: ostendit enim consumtam iam esse omnem fortunam, vt Sino Verg.

Quid iam misero mihi denique restat?

Hîc lacrymis. Hoc meo fletu, hinc illud Maronis, *His lacrymis vitam damus*, &c.

O me miserum. Ploratum sono verbi expressum ante oculos ponit, vt apud Homerum sæpissime factum legimus. Nam *Me* & *Mi* particulæ sunt flebiles, vt indicat Aristophanes in Equitibus

Quodnam concepi scelus? Artificiosa percontatio, quæ respondendi locum non relinquit, vt illud ad Iouem Veneris,

Quid meus Æneas in te commutere tantum,
Quid Troes potuere?

Quid me reducem esse voluisti? Hunc etiam locum tractat ille versu Verg *Hoc erat alma parens, quod me per tela, per hostes*, &c.

Vtinam dii immortales. In excitandis affectibus ea verior oratio creditur, quæ ab ipso incipit, quod voluimus: vt Hector apud Vergilium, *Heu fugenate Dea*, &c. Cicero etiam hic ab affectu sumsit initium: & quod interposuit, incredibilis grauitatis est.

EX A: IANI PARRHASII COMM. IN Claudianum excerptæ carminum diuersorum expositiones.

EX LVCRETIO.

Lucretii locus ex lib. 6. emendatus.

CLaud. *De raptu Proserp. lib. 3.*

Adnatat vmbra freti, extremaque lucis imago
Italiam Lybiamq; ferit, clareſcit Etruſcum Littus. Vbi Parrh.

Thyrreni maris ora. Nam Thuscia, velut ἐπιφανῶς, *Hetruria* dicta est. Quippe qua Romanos fines alluit Tyberis, *Hetruria* terminus olim fuit, eiusdemq; alteram ripam Romani, alteram tenebant *Hetrusci.* Iuuenalis: *Imperii fines, Tyberinum virgo natauit.* Alii dictos *Hetruscos* autumant ab eiusdem regionis oppido *Atria*, quam Diomedes condidit, & *Æthriam* primo nominatam scribit Stephanus, vel διὰ τὴν ἀέρων ἀσκησιν, *propter auguriorum peritiam*, quia de cœlo seruantes exercent æthera. Quod si verum sit, oporteret eius nominis *primã produci*, quam *corripi tamen* frequentius obseruabis. *Thusci* præterea, seu (quod est idem) *Tyrrheni*, Campaniam tenuerũt, vt refert Plinius & in Vergilium Donatus. Quorum coloniam fuisse *Capuam*, tradit Mella Pomponius, & Puteolos Pausanias ἐν Δικαιαρχίᾳ τῇ Τυῤῥηνῶν, id est, *apud Dicæarchiam Tyrrhenorum.* Tibullus de balneis Puteolanis:

Me tenet Æthruſcis manat qua fontibus vnda,
Vnda ſub æſtiuum non adeunda canem.

Lucretii carmen de rerum natura lib. 6. sic emaculandum fuit:

Hic locus eſt Cumas apud, Æthruſcos per montes,
Oppleti calidis vbi fumant fontibus auctι. Nam de *Auerno* loquitur.

EX VERGILIO.

Ex Bucolico carmine, *Tardi venere bubulci*, non *subulci* legendum.

CLaud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Vertitoſe proluit arctos
Æquore, præcipitat pigrum formido Booten. Vbi Parrh. *Pigrum.* Iuuenalis: *Frigida circumeunt pigri ſarraca Boote.* Boues tardi sunt. Ouid ad auroram,

Prima vocas tardos ſub iuga panda boues. Tibull.
Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues.

Inde

Inde *Tardus* epitheton *bubulci* proprium est. Vergil. *Tardi venere bubulci.* Nam legendum sic est, non (vt Seruius & alii) *subulci*, quos in Bucolico carmine nunquam Theocritus introducit: & Donatus tria tantum pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent, enumerat: bubulcos, opiliones, & omnium minimos αἰπόλους, id est *caprarios*: quod nomen caute consulteq; in iis, quæ sumsit a Theocrito, Vergilius omisit, vt obseruauit & docuit Gellius. Sed ipse Theocriti versus, quem noster æmulatur, vbi *subulci* mentio nulla fit, a nobis est:

Ἦνθον τοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες ᾧ πόλοι ἦνθον.
Ductores ouium & qui pascunt rure capellas,
Et venere boum custodes.

Ex primo Georg. *Tuque o cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti*: quænam sit illic *prima tellus*, & cur.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.* *Iam magnus ad imis Auditur fremitus, templumq; remugit.* Vbi Parrh. *Fremitus.*) Multæ voces in vnum confusæ, fremitus proprie dicitur, vt indicat Seneca. Vergil.

Cuncti simul ore fremebant. Est & *fremitus* hinnitus equorum. Maro per initia Georgic.

Tuque o cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti. Vbi *prima tellus*, si tamen Attica designatur, ἁπλῶς *ora maris littusq;* non est accipiendum. Athenienses enim primam omnium suam terram seque primos homines prædicabant, de generis antiquitate cum Argiuis certantes, vt est apud Pausaniam. Nam primæ ciuitatis auctores videri vtrique volebant. Quorum Athenienses suam vrbem per excellentiam ἄστυ nominabant, vt veteris comœdiæ Poeta testis est Aristophanes, & Atthidos primo Philochorus, quique gentes exponit Stephanus. Quod eo magis a Seruio prætermissum miror, quo minus eum latuit historia, sicut hæc eius verba demonstrant, *Antiqua nobilis*, inquit, *neque enim noua esse potest, licet primam terram suam esse dicant Athenienses.* Exstant & rei rusticæ collectanea ab auctore Græco nequaquam negligendo, imperatori Constantino nuncupata. In iis scriptum est, per orbis initia, quomodo omnia aquis essent obruta: Acticam terram *primam* emersisse, exortaq; contentione inter Palladem & Neptunum vter eius nomen imponeret, olea producta superiorem fuisse Palladem, quomodo Ioui ceterisque diis eius domum præstantius esset visum quam portus & naualia quibus Atticam Neptunus ornauerat. Hinc in Thebaide Papinius lib. 12.

Fama minor factu, ipsos nam credere dignum
Cœlicolas, tellus quibus hospita semper Athene,
Ceu leges, hominemq; nouum, ritusq; sacrorum,

Seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris

Confugium. Nam quod indigenas se iactarent & in ipso natos solo quod colunt, Ioseppus Trogusq: memorant & Thucydides. Is ait Athenienses ex auro cicadas in capite gestare solitos, vt eo argumento se terra genitos indicarent. Hunc sane morem Vergil. in Ciri (quod poematis nomen est) expressit his verbis:

Aurea solemni comtum quem fibula ritu
Mopsopio, tereti nectebat dente cicadæ.

Quippe Nisus de cuius capillo poeta loquitur (vt tragœdiatũ scriptor Sophocles auctor est) Pandionis filius fuit ex Attica. Male qui deprauatum sequuti codicem pro *Mopsopio*, *Corpsela* legunt, & a loco, qui nihilo magis, quam respublica Platonis exstat, eburneam suspicantur. Athenienses vero *Mopsopios* appellatos non a vate, sed ab alio quodam *Mopso*, docet Strabo. Sunt qui malint ab Oceani filia *Mopsopia*, de qua Suidas.

Ex Georg. 3 *Troiæ Cynthius auctor*, quis intelligendus.

Claud. de raptu Proserp. lib. 3.

Longumq; immota moratur
Auctorem dubium certumq; expromere funus. Vbi Parrh. *Auctorem dubium.*) Nam compertum non habebat quisnam Proserpinam rapuisset. Auctor non est, qui tantum facit, sed princeps, & qui primus iubet, vt aliquid fiat. Multaq; fieri possunt ab aliquo, alio tamẽ auctore, qui nihil agat. Inde illud apud Liuiũ frequenter. *Vt patres fiant auctores*, id est, *vt perinde accipiant, ac si ipsi iussissent.* In hoc significatu Vergil. Georg. lib. 3. posuit:

Assaraci proles, demissæque ab Ioue gentis
Nomina, Trosque parens & Troiæ Cynthius auctor.

Ilus enim cum pecus in Mysia custoditet, in certamine quodam victor, quinquaginta pueros ac totidem puellas accepit in præmium: quos Apollinis oraculo monitus, in coloniam deduxit, vbi præuiam bouem procubuisse animaduertit, angustasque pro suis tunc opibus sedes in summo colle positas *Ilium* nominauit, quod bellica virtute & opibus amplissimum postea fuit. Historiam percurrit Lycophron, eiusque narrat interpres, ex Lessis Lampsaci filii monumentis (de cuius nomine cum iis non contendam, qui *Blasum* quam *Lessin* dici maluerunt) quod eo nomine coloniæ dux in Lampsacum deductæ fuerit, vt in claris mulieribus a Plutarcho traditur. Phoui illius frater, qui post hominum memoriam primus Leucadium saltum tentauit, vt Charon Lampsacenus in historias retulit. Illud autem te nolim fugiat, in omnibus Lycophronis exemplaribus eadem non legi, librariorum negligentia? qui dum compendia sectantur, historias, si quæ paulo altius repetuntur, aut mutilant aut omittunt. Quod autem res vt

nos

nos scripsimus sese habeat, nouit vir vtraque lingua doctissimus, & a secretis pontificis, Laurentius Venetus, penes quem mediæ vetustatis codex Lycophronis noster est, vnde superiora mutuati sumus. Nouit & Patauinus Augustus, qui literas in vrbe Græcas magna cum laude profitetur. Hieronymus item Massurius, in omnibus bonis artibus & inprimis philosophiæ studiis eminentissimus, qui (vt ingenuus est) eum nobis indicantibus illa eadem legisset, omissa Seruii sententia, facile nobis accessit. Nam cui placere docto potest; *Apollinem* dici *auctorem Troiæ*, quod eius muros (vt fabulæ canunt) exstruxerit? Hac profecto ratione *munitor Troiæ* non *auctor*, dici debuit, vt est apud Ouidium:

Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit.

Quod si *auctor* inde diceretur, esset hoc illi nomen cũ Neptuno & Æaco commune, quos operis habuit socios, vt Pindari scribit interpres. Neutrum tamen eorum *auctorem* Troiæ apud quẽpiam dici legimus. Equidem ad Apollinis responsum refero, cuius fidem sequutus *Ilus*, *Ilium* condidit, vt Statius II. Theb. accepit:

Gemit auctor Apollo

Quas dedit ipse domus. Dolet Apollo Thebas a Capaneo dirui, quas eius oraculum sequutus Cadmus ædificauit. *Cynthium* vero Troiæ regem, si modo is vnquam lectus est apud Maronem, *Apollinem* vocatum suspicor, Homeri imitatione, cuius carmen etiam, qui Græce nesciunt, habent in ore:

Sminthea præclare Tenedi dominator Apollo.

Orpheus,

Ὦναξ Πυθῶνος μεδέων ἑκατηβόλε μάντι. Id est:

Delphice regnator longe qui spicula tendis,

Præscie venturi. Vt Troiæ regem *Cynthium* Maro dixerit, quod illic impendio coleretur. Ac vt *Troiæ regem* fuisse condonem, *conditorem* certe Troiæ, nulla vel etiam ficta fabula persuadebit. Sosipater ait, *Auctor ab augeo verbale, fœmininum facit auctrix, cum vero ad auctoritatem refertur, pro communi accipiendum.* Ex his Charisii verbis est scire, etiam cum testimonium cuiusquam citamus, & dicimus, Auctor est, verbi gratia, Cicero, per *e* contra quorundam sententiam scribi oportere.

Ex Ciri, *Docta Palæpaphia testatur voce Pachynus: Palæphatia papyrus* emendandum videri cum aliis in Ciri emendatis versibus.

Claud. de raptu Proserp. lib. 3.

Antra procul Scyllæa petit. Vbi Parrhas. Ita sane legendum, non *Scylla petit*, vt vitiati codices habent. Tædarum splendor, inquit, Scyllę specus euerberat in freto Siculo. *Scylla* saxum est appulsis noxium, quod hactenus nomen retinet, etiamsi *scillum* neutro genere vulgus efferat. Palæphatus inter ea, quæ fidem

non capiunt, meretricem fuisse *Scyllam* tradit: quæ cum deglubere amatores, indignatione deorum in maris monstrum conuersa sit ex puella, quale describitur Odyssea, corporis ingenti vastitate, senis ceruicibus, bis totidem pedibus, ordine dentium triplici, quæ fauces ad prædam proferat ex altissima specu, vt Dionysius interpretatur. Palæphati testimonio Vergilius ad Messalam scribens vtitur:

Docta Palaphatia testatur voce papyrus. Et ita nostra castigatione Minutianus impressit. In aliis omnibus exemplaribus cicatricosum carmen inuenies:

Nostra Pala Paphia testatur voce Pachynus. Idque nescio, quis (nam Domitii glossulas illas esse non arbitror) ad *Venerem, Pachynumq; Siciliæ promontorium* perridicule refert. Acusilaus *Scyllam* Thorco patre natam tradit, Hesiodus in magnis codicibus ex *Phorbante*: nec inter omnes in matre conuenit. Homerus *Cratæin*, Stesichorus *Lamiam* vocat: quæ & ipsa ex formosa puella in monstrum versa necat infantes, efferata, quod inuidia Iunonis, omni sobole quam ex Ioue peperierat, orbata sit, vt Libycorum 2. scribit Duris. Ex Græcis quidam prodiderunt, *Hecates* esse filiam: sed *Hecaten* & *Cratæin* eandem accipit Appollonius. Ex hac historia Vergilii versus ex Ciri mendosos & syllabis olim vacillantibus, in hos redegimus numeros, ipsique Minutiano dedimus imprimendos:

Ipsi seu Lamiæ mater sit, siue Cratæis,
Siue illam monstro genuit Persea biformi,
Siue ex neutra parens. *Hecaten* intelligit in Persea, sicut in monstro biformi *Phorcum*, nequis hæreat in salebra. *Scylla* præterea *Nisi* filia fuit, quæ succiso fatali parentis crine *Niseam arcem* Minoi prodidit. Sed is puellæ scelus auersatus, ab eius nauis clauo pendentem per æquor raptauit, quoad in autem *Cirin* Amphitrites ope migrauit. Fabulam Græco carmine Parthenius memorat. Inde *Saronicus sinus* dictus est, vt placet Eustathio. Nostri nominis affinitate abutuntur. Nam maris etiam monstrum *Nisæidem* vocat Ouidius.

Æneid. 1. *Spumas salis ære ruebant*, non de *remis* intelligendum.

Claud. *De raptu Proserp. lib.* 1.

Et in celsas surgunt electra columnas. Vbi Parth. *Surgunt*) attolluntur. Vergil.

Nauale surgentes ære columnas. Hic versus est, ex quo Maronis aliud carmen Æneid. 1.

Vela dabant læti & spumas salis ære ruebant, nauium *rostri* interpretati sumus, quæ ex ære fiebant, vt discimus ex Vitruuio Rufo. Plinioque. Suidas Ἐμβολον, inquit, *vocant ex ære rostrum, quod exstat e prora nauium.* Vergil. Æneid 3.

Tremit

Tremit ictibus ærea puppis. Idem 10.

Massicus ærata princeps secat æquora Tigri. Nauis id nomen est ab insigni. Stat. Theb. 5.

Ecce autem ærata dispellens æquora prora
Pelias intacti longe subit ostia ponti

Pinus. Cæsar belli ciuilis 2. *Cum classe nauium 21, in quibus pauca erant ærata.* Maronis illud a nobis antea recitatum, C. Balbus, vt nos, expressit hunc in modum,

Volat immissis caua pinus habenis,
Infinditq; solum & spumas vorat ære tridenti. Flaccus igitur Horatius, cum vellet *longam nauem* significare & rostratam firmamque, *Cypriam* dixit, vt *ærea* accipiatur: quod oppidum Cypri Temese, æris olim metalla habuit, vt Strabo tradit: ex quo *Cypros* (vt Verrius ait) *ærosa* dicta est.

Item, *Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles,* quo sensu dicatur.

Claud. *in præf. lib. 2. De raptu Proserp.*

Diraq; sanguinei vertit præsepia regis,
Et Diomedeos gramine pauit equos.

Vbi Parth. Equos habuit Diomedes admodum feros, & qui corporibus humanis pascebantur. Hos abegit Hercules, & simul Argos abduxit, cum malis Hesperidum baltheoque Hippolytes. Obiter expugnauit & populatus est Pylon, cum Neleus eis portas clausisset. Auctor Telesarchus. Equos Iunoni consecrauit Eurystheus: eorum genus prorogatum vsq; ad Alexandrum Philippi F. tradit Diodorus. Alii etiam vlterius, vsque ad Antonii tempora, qui triumuir constituendæ Reip. fuit, vnde manauit *equus* ille *Seianus*, calamitatis adagio nobilis. Auctor Gellius. Ab iis præterea genus ducebant Argiui *Diomedis equi* de quibus Æneid. 1. Verg.

Nunc quales Diomedis equi, id est, num ita feroces, vt illi Thraces ad quos originem referebant? Nec omittam sequens hemistichium, quod ex iis nemo quorum sententia edita sit, assequutus mihi videtur. Non enim illic Dido interrogat *qua virtute quoue corporis & animi robore*, sed *quantus*, id est, *quam magnus* Achilles fuerit. Nam ex fabulosa Lycophronis historia *nouenis cubitis* adoleuisse dicitur.

Æneid. 2. *Vos æterni ignes & non violabile vestrum Testor numen, ait:* ad *Argiuos penates* referri debere.

Claud. *De raptu Prosep. lib. 1.*

Ad Phrygios tendit secura penates. Vbi Parth.

Penates. Sedes, quarum *tutelares dii* penates existimantur, Eosdem, *Lares* etiam vocabant, vt ante est dictum. *Penatum* vero mentio facta commodissime hic est, nam Cassius Hemina Romanorum *penates* interpretatur quos alio verbo μεγάλους θεοὺς, id est,

magnos Deos, indigitabant. Et Cybelem de numero *penatum* esse non dubitabit qui vel primum Varronis librum de lingua Latina legit, vel eam dici *Magnam matrem* non ignorat. Longa Dionysii Halicarnassei, Nigidii, Varronis, & Macrobii, de diis penatibus disceptatio. Sunt autem per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus & animi rationem. Deos *penates* testatur apud Vergil. Sino cum ait,

Vos æterni ignes, &c. Nam se *penatum* offensam vereri simulat, si patriæ secreta hostibus prodat, cuius dis *penatibus* credita cura est. Vnde dii patrii quoq; dicti sunt, vt tradit Higynus, & Maro,

Dii patrii seruate domum, seruate nepotem. Porro *penatu* æternum ignem etiam alibi Verg. appellauit,

Æternumq; adytis effert penetralibus ignem. quanquam sunt qui velint præsentes Vestæ focos a Sinone testari.

Item illud, Sanguine placastis ventos, ex qua historia Claud. *De raptu Proserp. lib. 3.*

O templis Scythia atq; hominem sitientibus aris
Vtraq; digna coli.

Vbi Pharth. Probra ducuntur a gentibus: Ægyptiassat, quia fallaces Ægyptii sunt, & semper alia cogitant, alia simulant, vt inquit Hircius: Ciliciassat, improbe perditeque viuit: Lesbiassat, tribas est & alias subagitat, vt ex Pherecrate discimus. A populis, vt Axonas imitatur, id est, corrupte loquitur. Axones enim crassilingues inter Atticos, & semibarbari: sicut Sphetii rusticis moribus habentur. Qui Tauricam colunt Scythæ, quoscunque capiebant aduenas, immolabant Dianæ: quæ sacrificia tragice decantauit Euripides. Narrat Herodotus, & Ammianus, & Clemēs Sidonius exprobrat. Expetebant imprimis & summo quidem studio Græci generis homines, in gratiā sacerdotis Iphigeniæ, q̄ vocat Iphianassam Lucretius. Agamemnonis ea filia fuit & Clytemnestræ, vel (vt Duridi Samio placet) Helenæ, Thesei stupro concepta: Clytemnestræ tamē dici, quoniam Menelao nubens Helena, sorori adoptandam dederit. Eandem cum Græci classem remorantibus ventis in Aulide essent immolaturi, Diana suppositā cerua surripuit, & in Scythiam translatam suo templo præfecit. Quidam mutatam dicunt in ceruam, nonnulli in anum, Phanodicus rerum scriptor in vrsam, Nicander in taurum. Hesiodus in mulierum catalogo ait, Hecaten Dianæ numine atq; voluntate effectam. Inde Verg. Æneid. 2. composuit oraculum.

Sanguine placastis ventos & virgine cæsa. Ventos inquam, quia βύκτους, hoc est, *procellis*, Iphigeniam mactare constituerant, vt est apud Lycophronem: quod Seruius & alii nō viderunt. Quin & Phocenses Græcos etiam Dianæ pro victimis iugulabant, vt tradit Pythocles: inq; Syriæ Laodicea virgo Mineruæ cædebatur, vt Pallas refert, qui Mithræ mysteria Græce scripsit.

Item

Item illo, *Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,*
Argiuæ vrbis *vetustatem* designari.

Claud. *De raptu Proserp lib.2.*

Inachiis Alcides missus ab Argis. Vbi Parrhas. *Argis.* Oppido Peloponnesi, quod omnium primum Phoroneus regiam sibi condidit, vt quorundam sententia scribit Plinius. Laudat & Argos a *vetustate* Sophocles in Electra. Hinc *Argiuus* apud Vergilium *Sinon* ita suspirat,

Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi. Nam *Sinon Argiuus* inquam fuit, vt ipse de se fatetur apud Thryphiodorum, Ἀργός μοι πόλις ἐστὶν. *Argos mihi patria est.* Liuius, *Argos*, inquit, *ipsos non vetere fama magis quam morte Pyrrhi nobilitatos.* Papin. Theb.3.

Quicquid & Asopon veteresq; interiacet Argos.

Ergo qui *Caram* Seruius intelligit, nemini docto placere potest aut debet.

Choræbus, vnde Mygdonides.

Claud. *De raptu Proserp. lib.2.*

Tu natus Amyclis. Vbi Parrhas. *Amyclis.* Oppido Laconiæ, de quo diximus. Neque nos decipiat Ouidius,

Te quoque Amyclide posuisset in æthere Phœbus. Illic enim non gentile nomen est, vt plerique arbitrantur, sed patronymicum. Nam filius Amyclæ fuit Hyacinthus, vt proposuimus. Similiter apud Vergilium *Mygdonides*, non a loco, sed a *Mygdone* patre, Coræbus est: quem fuisse tradit Zenobius adeo vecordem, vt maris vndas enumeraret. Quintus, κόραιβον μύγδονος υἷα, *Coræbum Mygdone natum Diomedes*, inquit, *hasta transadigit.* Pausanias in halosi Troiæ ex tabula Polygnoti, Super Eioneum & Admetum *Coræbus* est, Mygdonis F.

Æneid.3. *de Pyrrho,*

Patriasq; obtruncat ad aras.

Claud. *De raptu Proserp.*

Delphica quinetiam fratris delubra tacebunt. Vbi Parrhas. Callisthenes *De rebus Græcis lib.3.* clara Græciæ oracula commemorat hæc, *Ismenium in agro Thebano, Trophonium in Lebadea, & quod Phocense vocant ad Abas: omniumq; præstantissimum Delphis in Bœotia iuxta Parnassum*: de quo Trogus & Strabo plura. Delphis nomen a se dedit Neptuni filius Delphus, ex Melantho susceptus filia Deucalionis, vt scribit interpres Lycophronis: quam Neptunus in Delphinem mutatus compressit, vnde nato puero nomen. Fabulam percurrit Ouidius in eiusdem Dei mentione,

Te sensit equum crinita colubris
Mater equi volucris, sensit Delphina Melantho.

Ex eadem Neptunus etiam Pythin puellam sustulit, quæ Pytho-

ni nomen vbi dedit, vt Myclus Neapolitanus autumat. Equidem non sum nescius hanc historiam mutatis nominibus aliter a Pausania tradi: sed nos opinatissimos habemus auctores. Quæritur & a nonnullis etiam bene doctis, cur Neoptolemi cædem scribens Vergilius, Delphicas Apollinis aras, patrias appellarit. Equidem sicut affirmare non ausim vanane sit historia quam Seruius affert, annon, ita omissis ambagibus, ἁπλῶς patrias illic aras accipio, quoniam Pyrrhus ad aras eiusdem Dei obtruncatus est, cuius antea pater eius Achilles. Quod etiam Pausanias notauit, qui ad hanc sententiam Græce loquitur, *Subit admiratio cogitantem, omnibus qui Æacidarum cognomine consubantur, vnam ne eis sortem diuinitus obtigisse, siquidem Achillem a Paride Priami F. & Apolline interfectum Homerus auctor est: Pyrrhi Achillis F. eadem oraculum Delphis imperauit: postremo Pyrrhus, Æacida filius Argis diem obiit, necis auctore Cerere, vt Argiuorum fides asseuerat, & Leucius carmine complexus est.* Hæc in Atticis. In rebus item Messeniorum, *Neoptolemo*, inquit, *Achillis filio qui Priamum iugulauit ad aram Iouis Hercei, accidit vt & ipse Delphis ad Apollinis aram trucidaretur. Inde pœna talionis Neoptolemi pœna dicitur.* Maronis ergo Andromache *patrias aras* dixit quasi Achilli Pyrrhoque fatales.

Ibidem, Tarentum cur *Herculeum* dicatur.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Non Stygis terruit ira canis. Vbi inter alia Parth. *Heraclea.* Tarenti præterea nomen fuit, ab Hercule, qui Tarentinos bello domitos in potestatem redegit. Auctor in naturæ miraculis Aristoteles Hoc alieno dixisse loco fraudi non sit, in Maronis gratiam, qui Tarento dedit epitheton ex hac historia,

Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti. Non interponit iudicium suum Poeta, non nescius hoc, vt fabulosum, inter ea quæ fidem nō capiunt, Aristotelem coniecisse. Si quibus autem commentitia nec vlla ex parte accommodata Seruii sententia placuerit, iis equidem placeat necne nostra, non satis laboro.

De Dodonæis apud Maronem lebetibus.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Cesserit inuentis Dodonæa quercus aristis. Vbi Parthas. inter alia,

Hinc & Dodonæus lebes in eos adagio dicitur, qui perdita verborum colluuione scatent, & inaniter obloquuntur. Nam pelues circum Iouis fani parietes ita locatas scribit Demon, vt si quis vnam leui tactu contingeret, protinus omnes continuata perpetuaque complosione longum tinnirent. Ausonius cottidiano solis ortu contactas radiis crepare dicit: id quod de Memnonis apud Ægyptias Thebas statua Philostratus & alii tradiderunt. Ausonius,

Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni,
In numerum quoties radiis ferientibus icta
Respondent dociles moderato verbere pelues.

Easdem tamen abluendorum corporum gratia illic haberi, discimus ex Asconio. Meminit & inter Helenæ dona Verg.

Stipatq; carinis
Ingens argentum, Dodonæosq; lebetes.

Et Clemens Sidonius, vbi cortinas oraculorum pluribus insectatur.

Alpinus Boreas Maroni cur dictus.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 3.*

Non Rheni glacies, non me Rhiphæa tenebunt
Frigora. Vbi Parrhas.

Rhipheæ frigora. Posidonius & Protarchus (*vt dictum est*) Rhipheos & Alpes eosdem montes accipiunt, quos teneant Hyperborei: reliquibus accedit Tibullus, vt illic indicabimus. Damastes, qui populos Græcus auctor exponit, *Scythas*, inquit, *excipiunt Essedones, hos Arimaspi contingunt: vlteriùs Rhipheæ sunt, vnde flat aquilo, continuis ob. tres niuibus: deinceps externi maris oras habitant Hyperborei.* Hic est ille Sigeus Damastes vnde testimonium citat Athenæus hoc versu,

Quin & Damastes nobili natus Sige. Sic enim legendum, non (vt vulgati codices habent) *Signe.* Est autem Sige Troadis vrbs, *vt in Asia scribit Hecataeus*: vnde gentile nomen Græce Σιγιεύς, Latine *Sigæus*, auctor Stephanus. Vergilius Æneid. 4. *Alpinum Boream* dixit, quod is e Rhipheis montibus spirat qui cum Alpibus iidem sunt, ex sententia Posidonii.

Bacchatamq; iugis Naxon Maro cur dixerit.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Vlulatibus Ida *Bacchatur.*

Vbi Parrhasius.

Bacchatur. A fanaticis per furorem quatitur. Et passiue dixit, vt Maro, *Bacchatamq; iugis Naxon*: vbi per epitheton nominis rationem Poeta expressit, ex Euphorionis sententia, qui Naxon dictam tradit a verbo νάζω, quod est bacchari atque rem diuinam facere: quamuis alii nomen insulæ datum velint ab Endymionis filio Naxo, vel ab eiusdem nominis altero duce Carum. Sunt qui bacchatam Vergil. Naxon ἀπὸ τοῦ νάειν dictam putent, eo quod in ea Liberi patris orgia celebrarentur, eadem ratione, qua Cithæron a Papinio 4. Thebaidos,

Et te bacchate Citharon.

Æneid 4. *Tercentum tonat ore Deos.*

Claud *De raptu Proserp. lib. 1.*

Ecce procul terni Hecate variata figuris. Vbi Parrh.

Perſei fratris Æetæ Colchorum regis Hecate filia fuit, vt Dionyſius Mileſius in Argonautico refert. Ea dum vaga per ſaltus venaretur, aconiti vim prima deprendit: & ita necato parente regnum occupauit, a ſuis in cœlum poſt mortem relata, *vt apud Diodorum legimus.* Eiuſdem nominis altera, ex Aſteria Latonæ ſorore & Perſeo Tirane nata: cui Iupiter elementa ſubiecit, & cœlo ereboque potentem fecit, *vt canit Maro:* vnde & Hecate dicta eſt, *vt diſcimus ex Heſiodo.* Verg. Æneid. 4.

Ter centum tonat ore Deos. Sic enim nos interpretati ſumus, vt dicat Hecaten a ſaga ter inuocatam: quam per centũ Deos obſcure quidem, verum peritiſſime, deſignauit, ad ampliſſimam Deæ poteſtatem & nominis rationem ſimul alludens. Id ab ingenio trahitur, quod apud Græcos idem valet quod centum. Ternarius porro numerus in huiuſmodi ſacris adhibebatur ex ritu, vt ex Homero, Naſone, Tibullo, Papinio colligitur, & Porphyrius ille philoſophus in reſponſis abunde differit. Nec obeſt, quod a Poeta ſtatim ſubiicitur,

Ter geminamq; Hecaten, tria virginis ora Diana.

Nam ſui moris eſt *(vt etiam Macrobius obſeruauit)* in quibus non conuenit inter doctos, vtranque ſententiam complecti. Quo fit vt ſibi plerunque non conſtet, *vt Seruius & alii poſt eum Grammatici notauerunt.* Norat diuerſas in Hecate opiniones, & eam quam ſuperius attulimus, & illorum qui eum Iunone coniungunt: vt ſit eadem, Iuno, Diana, & Proſerpina: ex quibus Hecate, vt eſt apud Lucianum, commune numen efficiatur. Ideirco ne alterutrum Poeta damnaret, vtrunque dixit. In hæc diuertere libuit propter eos, qui aniculatum deliramenta ſectati, a Seruio diſceſſerunt.

Æneid. 6. *Et conſanguineus lethi ſopor,* quo ſenſu dicatur.

Claud. *De raptu Proſerp. lib.* 1.

Te conſanguineo recipit poſt fulmina feſſum
Iuno ſinu. Vbi Parrhaſius,

Conſanguineo. ſororio. Nam conſanguinei fratres etiam dicuntur. Vergilius.

Et conſanguineus lethi ſopor. quippe Somni ſoror Mors eſt, vt canit Heſiodus. Et Seneca ad Somnum: *Frater dura languida mortis.* Sophocles in Aiace ξύναιμον, id eſt, conſanguineum, dixit Aiacis fratrem Teucrum. Papinius.

Et conſanguineo gliſcit regnare ſuperbus
Exſule, id eſt, electo fratre.

Ægaon cur in orci veſtibulo.

Claud. *De raptu Proſerp. lib.* 3.

Noſtra

Noſtros an forte penates

Appetiit centum Briareia turba lacertis. Vbi Parrh. Alluſit ad multiplices Gigantis artus, de quo Vergilius Æneid 10.

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenaſq; manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribuſq; arſiſſe, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes. Idem Gyge Cottoque ſociis (vt canit Heſiodus) orci veſtibulo cuſtos additus eſt, ne vincula Titanes fruſtrentur, quod Æneid. 6. deſignat Maro, quãuis alii non obſeruarint. Orpheus Amacliden Protocleaq; & Protocleonta, *tritopatores* (vt ipſe vocat) ventorum cuſtodes eſſe canit & ianitores. Addit interpres, eos *Cæli Terraq; fuiſſe filios*, & aliis appellari nominibus, *Cottum, Briareum, Gygem*, ex quo ſcire eſt in Titanibus antiquos ſenſiſſe ventos.

Æneid. 7. *Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica*, intelligendam eſſe Circen.

Claud. de raptu Proſerp. lib. 1.

Cœperat & vitreis ſummo iam margine texti
Oceanum ſinuare vadis. Vbi Parrhaſius.

Vitreis vadis.) Aquarum epitheton vitreus eſt : & in aquis habitantes Nymphas, vitreas appellamus. Papin.

Vitrea inga perfida Circes. Nam Lactantius auctor eſt Circen, poſtquam ab humanis exceſſit, Maricam Minturnenſium numen effectam. Inde Latinum quem Circes apud Heſiodum, Maricæ filium legimus, apud Vergilium

Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica accipimus, q̃ ſi Seruius obſeruaſſet, tot ambagibus in re aperta nõ vteretur. Maricæ præterea meminit Horatius & Martialis. Ab eadem Campaniæ monſin Sueſſano Maricus: cuius meminit Agenius Vrbicus in controuerſiis agrorum.

In illud *Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores*
Tartareæ.

Claud. *De raptu Proſerp. lib. 1.*

Toruos inuiſa iugales *Alecto temone ligat.*
Vbi Parrhaſius.

Inuiſa.) Maronis epitheton, qui de hac ipſa furia ſic ait,

Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores
Tartareæ. Et alibi,

Inuiſum terras numen cœlumque leuabat. Sed in priore Maronis verſu non venerationis ſed naturæ nomen eſt Pater, vt cum ſequenti verbo conueniat, *Odere ſorores Tartareæ.* Nam ſuo more Vergilius duas, & quidem diuerſas ſententias percurrit: hic Orphei, qui furias Plutonis & Proſerpinæ filias in hymnis canit, vt infra demonſtrabimus: alteram paulo poſt Æſchyli, cum ait,

Hunc mihi da proprium virgo fata Nocte laborem.

Quippe Æschylus (vt proposuimus) easdem Nocte genitas existimauit.

Æneid. 11. ex qua historia Diomedes dicat. *Et socii amissi petierunt æthera pennis.*

Claud. *De raptu Proserp. in præfat. lib. 2.*

Et Diomedæos gramine pauit equos. Vbi Parrh.

Diomedes Tindam vrbem Thraciæ tenuit, vt Plinius & Capella refert. Aduersus hunc tanto discrimine pugnauit Hercules, vt Abderitū suas delitias amiserit, equorum morsu discerptum: a cuius illic humati nomine Abderam oppidum condidit, vt Hellanicus auctor est. Diomedes autem Tydei filius, excisa Troia Argo profugus, nouas sedes in Apulia captauit, amisitq; socios in sui nominis aues cōuersos, vt queritur apud Vergilium. Nec historiæ fidem mutauit, vt Seruius autumat. Nam & hoc a nonnullis traditur. Lycophron de Diomede,

Πικρὰν ἑταίρων ἐπτερωμένων ἰδὼν

Οἰωνόμικτον μοῖραν, id est, Triste suorum comitum qui vidit fatum, quos sumtis tulit aura pennis. Ecce Diomedes suorum cladem spectasse dicitur. Nec inficior ab aliis postquam Diomedes ab humanis excessit, rē gestam scribi: sed & ante facto ad insulas naufragio, vt inter naturæ miracula retulit Aristoteles.

Æripes cerua quo sensu dicatur a Marone.

Claud. *De raptu Proserp. in præfat. lib. 2.*

Non ceruam volucres eripuere pedes. Vbi Parrh.

Volucres pedes.) Plantæ pernices. Ouid.

Crura nec ablatis prosunt velocia ceruis. Eandem Vergilius appellauit æripedem, quasi cursu cum ventis certaret: quanquam complexionem non agnouit Apronianus qui legit æripidem, habentem pedes ex ære solidos & indefatigabiles.

Ida venatrix quo sensu dicta.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Sic ait, & fuluis serpentibus attigit Idam. Vbi Parrh.

Homerus Idam πολυπίδακα & μητέρα θηρῶν in hymnis appellat, irriguam scilicet & feratum parentem. Inde Vergilius ait Ida venatrix: etiamsi Seruius aliter.

EX STATIO PAPINIO.

Sylu. 1. *Huc & sub nocte silenti. Cum superis terrena placent, tua turba relicto Labetur cœlo.*

CLaud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Rursusq; verendum

In chaos obliquo pugnant temone reuerti.

Vbi Parrhasius,

In chaos verendum,) ad horrendas inferni sedes. Et hoc ait quoniam

niam manes solis aspectum non ferunt. Inde Anchisæ vmbra apud Vergilium queritur,

Et me fauum equis oriens afflauit anhelis. Sed ipsi quoque Dii superi interdiu non vagantur. Papinius,

Huc & sub nocte silenti
Cum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cœlo miscebitque oscula iuxta. Vbi (parcant Domitii manes) quid ineptius quam excidium Romani imperii intelligere, quod propter rerum gestarum magnitudinem perpetuum fore vaticinati sunt omnes? cum suo Cęsari blandiens Poeta dicat, Flauiæ gentis Deos quos Domitianus consecrarat, eiusdem colossum cęlitus insessuros, *Cum superis terrena placent*, id est noctu, quo tempore dii terras inuisunt.

Sylu. 4. votiuam lampada cur dixerit.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Et claram dispergere lumina lucem. Vbi Parrh.

Si Phœbi radios intelligas, perspicuus sensus erit. Alii tædas accipiunt. Nam facibus in Ætna succensis filiam vestigauit, vt tragœdiarum Poeta scribit Cæcinus. Papin. in 4. Sylu.

Tuque Actæa Ceres cursu cui semper anhelo
Votiuam taciti lassamus lampada myste.

Qui versus ab interprete dissimulatus, habet historiam. Nam cum Diotimus Atheniensium classem præter oram Campaniæ duceret ex oraculo Parthenopæ rem diuinam fecit, institutis ludis Cerealibus, quos ętate Timæi, Neapolitani solemnes obseruabant. Inde votiuam lampadem Statius appellauit, quippe votiui ludi faculis illustrantur, vt Æneid. 5. docet Seruius

Sylu. 5. *Fugere meos Parnassia crines Vellera*, quo sensu dixerit.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Grata coronati peragunt conuiuia manes. Vbi Parrh.

Coronati, veteri more, qui sertis ornati conuiuia agitabant, vt discimus ex Plutarchi symposiis & Athenæo. Tibullus,

Iamdudum Syrio perfusus tempora nardo,
Debueram sertis implicuisse comas. Antiquissimum præterea coronarum genus ex lana fuit, auctore Verrio. Inde Papinius in patris epicedio,

Fugere meos Parnassia crines
Vellera, id est serta, quanquam nihil impedit insulas illic exponere, nam 4. Thebaidos ait, *Vatem cultu Parnassia monstrant*
Vellera. Et infra.

Nunc humeros nunc ille manus & vellera pressat
Anxius. Et 8 de Thyodamante,

Atque ubi intorto signauit vellere crinem. nisi forsan alludit ad flaminum floccos.

Thebaid 2. Diomedem his verbis *seu tu Libyco Tritone repexas Lota comas, qua te biiugo temone frementem Intemeratarum volucer rapit axis equarum*: ad Palladis Hippiæ nomen allusisse.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Tritonia casside fulua
Cælatum Typhona gerit. Vbi Parrhas.

Tritonia.) Pallas, vt placet Callistheni, quod hæc Dea τρίτῃ μηνὸς id est tertia mensis die, nata: qui festus Athenis trãsigebatur, vt Romæ quinquatria. An ideo potius appellata sic est, quod e patris vertice prosiluisse dicitur & caput τριτὼ Bœoti vocant? Forsitan inde dicta magis sit quod eadem luna creditur, quæ tertio post coitũ die apparere incipit. Neque non illud conuenit quod animos ipsa nostros moderatur: quorum vis triplex, irasci, cupere, & rationi obtemperare. Quid si propterea nomen accepit quod aeri præsit? Aeris porro mutatio triplex est: vere, æstate, hyeme, quippe vetustas autumnum non numerabat: quia proprium non esse tempus existimabant, sed ex vtriusque confinio constare. Democritus Græce quidem sed ad hanc sententiam, *Minerua mens est*, inquit, *cuius munere bene consulimus, rectè iudicamus, nihil quicquam per iniuriam facimus.* Triton præterea Bœotiæ Thessaliæ Libyæque fluuius est, & ibidem palus, ex qua Pallas orta traditur ab Herodoto, patre Neptuno quem Græci vocant Hippion (*vt Aristophanes indicat*) ex caussa quam pluribus indicat Verrius: a nostris equester & consus appellatur, vt discimus ex Dionysio, Plutarcho, Seruioq. Sed is cum filiæ nescio cur aliquando succensuisset, adoptandam se Ioui dedit. Superioribus consentanea Mnaseas & Harpocration tradiderunt, nisi quod eius matrem non (vt ille) Tritonem sed Polyphen Oceani filiam produnt: ipsamque Deam bigas vel (vt interpretari Cicero maluit) quadrigas inuenisse dicunt, indeque Hippian Græce nominatam: quod in Suidæ monumẽtis etiam legimus. Estque frequens Hippiæ Palladis apud Pausaniam mentio. Ad hãc historiam Papinius & Deæ cognomen, allusit: apud quẽ Thebaid 2. Tydeus Palladem sic adorat,

Seu tu Libyco Tritone repexas
Lota comas, qua te biiugo temone frementem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum. Triton autem (quod scribit Acesander) Neptuno patre genitus est ex Atlantis filia Celæno.

Theb. 4. in illud, *Tu separe cœtu Elysios Persæ pios.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Ecce procul ternis Hecate variata figuris. Vbi Parth. Hecaten nocte genitam canit Bacchylides: Ioue & Asterie Musæus: eodem & Cerere Orpheus: Pherecydes Aristęi Pęonis filiam tradit. Eadem Perseis appellatur a patre. Apollonius Argonaut. 3.

Πότνια

Πότνια θεὰ Περσηὶ, Et in 4.

Ἰστω νυκτιπόλου Περσηίδος ὄργια κούρης, id est,

Noctiuaga testor Perseidos orgia diuæ. Nec aliud in Cassandra cum Persei virginem dicit, Lycophron intellexit, & Papinius in euocatione manium ex persona Tiresiæ,

Tu separe cœtu

Elysios Persæa pios virgaque potenti

Nubilus Arcas agat. In quo Persei quoque legi potest, vt Inachi, Phylli, Amarylli. Hinc apparet eos falli qui Perseæ legēdum putant, & inerudite Bacchum vel Mercurium bis inculcant.

In eodem *Templumque Aleæ memorale Mineruæ* legendum esse, non *altæ*.

Claud. de raptu Proserp. lib. 1.

Atlantis Tegeæe nepos. Vbi Parrh.

Tegeæe.) Arcas. Nam Tegea Arcadiæ oppidum est, vt scribit Pausanias. Eius meminit Homerus. Vnde muliebri genere Tegeatis, masculino Tegeates, & Tegeęus apud Propertium: quin & Tegeaticus. Papinius,

Et de Mænalia volucer Tegeaticus vmbra. Tegeæ (quod idem scribit Pausanias) Aleę Mineruæ templum fuit, ab Aleo Aphidantis filio conditum: de quo Statius,

Templumque Aleæ memorale Mineruæ. Quamuis in peruulgatis codicibus *altæ* librarii vitio scriptum sit.

Ibidem, *Venit & Idæis vlulatibus æmulus Azan:* quid Azan & quomodo Idæos vlulatus æmuletur.

Claud. De raptu Proserp. lib. 2.

Candida Parrhasii post hanc regina Lycæi. Vbi Parrh. Azaniæ vero, quæ pars est Arcadiæ, Parrhasii & Trapezuntii contribuuntur, vt legimus apud Stephanum: qua de Caussa Papinius Azanas & Parrhasios coniunxit,

Venit & Idæis vlulatibus æmulus Azan,

Parrhasiique duces. Sed illud apud eum quæritur cur Azanas Idæis vlulatibus æmulos dicat Id nos ex Callimachi scriptis assequuti videmur. Ait enim in Arcadia Iouem natum qua maxime quercubus densaretur & aquarum penuria laboraret, Azaniam designans, quam διὰ τὴν ἄζην, id est a siccitate, nominatam scribit Eustathius. Hinc Azania prouerbio mala dicuntur assidua diuturnaque, quod ea regio ob inopiam aquarum labores agricolarum frustratur. Etsi Pausanias ab Azane dictam mauult, quem ex Erato Nympha genuit Arcas: & Arcades apud se natum Iouem audacter cum Cretensibus contendebant, vt testatur idem Callimachus in hymno Iouis,

Ζεῦ, σὲ μὲν ἐν Δαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι

Ζεῦ σὲ δ' Ἀρκαδίῃ πότερον πάτερ ἐψεύσαντο, id est.

Iuppiter aeriis cum te sibi vindicet Idę
Montibus, Arcadiąque, vtri mendacia iactant? Nam quid quid de partu Iouis a Cretensibus fingitur, illud idem Cybeles sacerdotes apud Azanas vlulatibus & fanatico discursu representabant, ostenso etiam apud se loco, quod Rheæ puerperium dicitabant, vt est apud Callimachū Redditur & a Philone Massiliæ civitas Azan, & alia ab Herodiano Phrygiæ: sed vtraque huic loco minus accommodata. Quin & Ouidius in 11. Metamorph. Arcadiam Iouis ex hac historia nominauit, cum ait,

Arcadia tamen est impensior illi
Cura suę. Quamuis nihil alii suspicantur.

Ibidem in illud, *Plaudentique habiles Caryа resonare Diana.* Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu. Vbi Parrh. Memorat & eiusdem nominis [*Cortyn*] alteram Pausanias in Arcadia, cui proximum statuit Plinius Caryum oppidum Laconiæ, vbi Lacedæmonii Dianam præcipuo cultu prosequebantur, virginum choro & præmio musici certaminis instituto, quod Execestides (vt scribit Polemon) citharæ cantu victor aliquando consequutus est. Inde saltandi quoddam genus Καρυάτιζειν Lacones dicebant, eiusq; inuentores Castorem Pollucemque profitebantur, vt ait Lucianus. Quin & ipsa Diana Caryatis indidē memoratur: cuius honori hucconcinit carmen primo datum est, vt docet interpres Theocritii & e nostris Diomedes: etiamsi Curetis apud eum mendose scribitur. Ex hac historia Papinii carmen ex 4. Thebaid. interpretari fumus.

Plaudentique habiles Caryа resonare Diana, Cum nescio quis ad Heleam Dianam referret, eiusque nominis rationem per cauices vluasq; palustres rimaretur: vnde luto cœnoq; turpis vix a nobis extrudi potuit. Ex iis collige Claudianū posuisse Gortyniam vestem pro Caryatide. Nam Gortyn Arcadiæ, propinqua Caryo est, quam Caryam fœminino genere Vitruuius enuntiauit, Liuius numero multitudinis, Parthenio mōte superato præter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra. Inde sunt Caryatides columnæ in antiquis substructionibus celebratæ. Mihi prior sententia magis adulatur, & hoc totum Papinio condonamus.

The 5. *Fraternam Chion cur dixerit.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Fraternum cupiens exire sub orbem. Vbi Parrh. *Sub orbem fraternum.*] sub auras, vbi Iupiter Plutonis frater habet imperium. Atq; ita dixit vt Stat. in Theb.

Fama subit portus vectum trans alta Thoanta
Fraterna regnare Chio, scilicet quam Thoantis germanus Oenopion regiam sibi condidit, vt domesticus testis est Ion, qui de sua patria Græce ita cecinit,

Hanc olim Oenopion Thesides condidit vrbem. Thoas vero & Oeno-

Oenopion ex Ariadna, patre Baccho Thoas, Oenopion Theseo, nati sunt. Historiam habes apud Plutarchum: meminit & Ouidius in Heroidibus. Ex vtroq; parente fratres esse affirmat Diodorus. Nam qui *fraternam Chion vicinam* legunt, indigni sunt, de quibus sermo habeatur.

Theb. 10. in illas Thyodamantis ad Apollinem preces, *Nunc tibi crudus honos, cruda arma, cruorque virorum.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Candida Parrhasii post hanc regina Lycæi. Vbi Parrh.

Parrhasii Lycæi.) Colebatur & Argis Apollo cognomento Lycius, hac ex caussa: Danaus Ægypto profugus Argos appulit, ibiq; contra Gelanorem pugnaturus, in littore taurum casu conspicatus est cum lupo certãtem. Omen arripuit, atq; lupi personam sibi induit, qui peregre delatus veteres incolas exturbarit. Itaq; pugnæ euẽtu exspectato, cum superior lupus exstitisset, aduersus Gelanorum, qui tum rerum potiebatur inito prælio, victor ex voto Apollini Lycio ædem erexit, ac lupi contra taurum pręliantis expressam ære effigiẽ in foro statuit. Historiam narrat in Pyrrho Plutarchus, & Pausanias adiecta victimæ ratione. Nam taurus ex ritu religionis immolabatur. Inde vates Argiuus apud Statium Thyodamas ita Apollinem precatur,

Nunc tibi crudus honos, cruda arma, cruorque virorum:
At patrius siquando domos optataque Pæan
Templa Lycie dabis, tot ditia dona sacratis
Postibus, & totidem voti memor exige tauros.

Theb. 12. in illud, *Quæq; rudes thyrsos hederis vestistis Acharnæ*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Crinali florens hedera. Vbi Parrhas.

Ferunt omnium primum Liberum patrem imposuisse capiti suo coronam ex *hedera*. Alexanderque eius exemplo, *hedera* coronato exercitu ex India victor rediit, auctor Plin. Mirum quod Plutarchus inquęstionibus refert: *Inest*, inquit, *hederæ spiritus quæ mẽtes in furorem concitat & loco mouet, & ebrietatem absque temeto inducit.* Eustathius in Bacchanalibus *hederam* argumentũ libidinis arbitratur, ad quam mortales a vino propensiores redduntur: interpretatione Græci nominis κισσοῦ, quod hederam notat, & ab infinito κισσᾶν verbi trahitur, quod est in Venerem pronum ferri. Eustathii sententia Nasonis carmine confirmatur,

Et Venus in vinis, ignis in igne furit. Eandem Pausanias apud Acharnas in Attica primum visam tradit, & Poeta Græcus Antipater in Sophoclem tragędiarum scriptorem noto Epigrammate Ἀχαρνίτην, hoc est, Acharnensem, per epitheton *hederam* nominauit. Hinc in Thebaidos calce Papinius,

Quæque rudes thyrsos hederis vestistis Acharnæ. Inde *Acharnan* gentile nomen apud Senecam trahitur in Hippolyto, non (vt ridicule quidã tradiderunt) ab *Acarnania*. Texebat pterea sibi Bacchę

coronas ex alba populo, quod ea arbor inferna credebatur, & (vt ait Harpocration) iuxta ripas Acherontis enata: eoque ab Homero Archeroida appellari putant. Porro Liber Proserpinæ filius & inferni numen est, vt demonstrauimus.

Achil. 2. *De sponsa tyranni Elysii.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Vtraque vaga ruunt. Vbi Parrh.

Vraque.) Pallas & Diana: quas dum Proserpina raperetur, interfuisse Euripides in Helena canit, & Papin. Achil. 2.

Quales Siculæ sub rupibus Ætnæ
Naiades Ætneas inter Diana feroxque
Pallas & Elysii fulgebat sponsa Tyranni

EX VALERIO FLACCO.

CLaud. *De raptu Proserp. lib. 3.*

Exsultat Zancli spoliis. Vbi Parrh.

Zancli.] Melius ita quam *Caci*, nam *Cacus* inter Gigantas haud quaquam nominatur, at *Zanclus* vrbi Siciliæ, cui suppositus est, ab se nomen dedit, vt tradit Stephanus. Ea *Messana* nunc dicitur a colonis. Aliam prioris appellationis causam Nicander affert ab historia. Illic enim ferunt absconsam falcem qua Cœlum patrem Saturnus exsecuit: quippe falcem Siculi *Zanclan* vocant. Alii codices habent *Cai*, qui Titan & ipse fuit, Latonæ pater, vt Apollonius canit & Ouidius. Propert.

Te duce vel Iouis arma canam, cœloq; minantem
Cæum & Phlegræis Oromedonta iugis. C. Balbus Argonaut. 3.

Fundo veluti cum Cæus in imo
Vincla Iouis fractoque trahens adamante catenas
Saturnum Titiumque vocat, spemq; æthera amens
Concipit. Et ita nos emendauimus, cum vulgati codices haberent omnes, *Cum cessit in imo*
Vnda Iouis.

EX OVIDIO.

In arte amandi de Apollinis in Admetum amore.

CLaud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Quod non Cyclopea tela
Stringimus. Vbi Parrh.

Cyclopea tela) fulmina quæ Ioui Cyclopes fabricant. Hesiodus tris memorat, Asteropem, Broten, & Argem: & *Cyclopas* appellatos ait *quod vnus singulis oculus, & is in media fronte circinata rotunditatis esset.* Idem sensit & Hellanicus. Eosdem cœli circulares vertigines repræsentare Zeno disputat. Nos ex ipsis nominibus, *aeris tempestates* interpretamur, vt in nostris originibus demonstrabimus: & inde *cœlo* ac *terra* parentibus natos fingi, quod ex igni cœlesti, terræque vaporibus excitentur. Hos suis telis Apollo iustulit, quod opifices fulminis exstitissent quo Iupiter Æsculapium necauit

nit, vt ex fabula refert Hygynus, ob quam eędem depoſito numine Phœbus Admeto fámulari coactus eſt. vt in Alceſtide ſcribit Euripides. Callimachus vero canit Apollinem pauiſſe Admeti pecus, eius adoleſcentis forma inductum. Callimachi verſus (ne Græca videar oſtentare) Latinos a nobis factos adiecimus.

Te ſimul ex illo paſtorem Phœbe vocamus
Tempore quo Amphryſi duxi ſub prata iugales,
Pubeſcentis adhuc Admeti captus amore. Meminit & Plutarchus in Numa & in Artibus Naſo,

Cynthius Admeti vaccas pauiſſe Phereas
Fertur, & in parua delituiſſe caſa. Quem verſum repetit in Heroidibus. De hoc & longum Tibulli carmen exſtat, quod ex hac hiſtoria intelligendum illic diſceptabimus, iis etiam confutatis, qui ad Iſſen Macarei filiam perridicule referebant.

In illo, *Ennius emeruit Calabris in montibus hortos Contiguos pene*, legendum *ortus, Contiguus poni.*

Claud. *De raptu Proſerp. lib. 1.*

Pene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent elementa fidem. Vbi Parthaſ.

Pene,) Paulominus, aduerbium remittendi, cuius ſyllaba breuis eſt, Papin.

Et qui tibi Pythie Ladon
Pene ſocer. Neque te decipiat Ouidius in Artibus,

Ennius emeruit Calabris in montibus hortos
Contiguos pene Scipio magne tibi. Nam corruptum carmen eſt ita emendandum,

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio Magne tibi. Quippe Ennius ex oppido Calabriæ Rudiis fuit, vt Strabo teſtatur & Auſonius in monoſyllabis,

Vnde Rudinus ait diuum domus altiſonum cal. Liuius, *Roma extra portam Capenam in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt: duæ P. & L. Scipionum dicuntur eſſe, tertia Poetæ Qu. Ennii.* Solinus ex Plinio, *Aphricanum prior Qu. Ennii ſtatuam imponi ſepulcro ſuo iuſſit.* Ouidius vt Aphricanum priorem deſignaret, *Magnum* dixit. Id enim cognomentum Scipionis fuit vt diſcimus ex ex Macedone Polyæno, qui ad hanc ſententiam Græce ſcribit, *Fabius maximus, Scipio Magnus appellabatur. Itaque Scipio Fabii gloria inuidebat, adeo vt aliquando in hac erumperet, Quid ita Fabi, vt tu qui duntaxat exercitum ſeruaris, Maximus: ego qui deuicto Hannibale bellum confeci, Magnus appellor? ad quem Fabius, Atqui niſi ego militem ſeruaſſem, tu non habuiſſes vnde vincere.*

In illud, *Porrige & ancillæ, pœnas quæ luce pependit Luſa maritali Gallica veſte manus.*

Claud. *De raptu Proſerp. lib. 2.*

Seu tu sanguineis adulantia Dindyma Gallis,
Incolis. Vbi Parrh.

Gallus & Attis adulescentes officii formæque gratia Deum matri dilecti, cum forte numinis offensam contraxissent, acti furore pudenda sibi abscideruntque rum Gallus ad Terian Phrygiæ fluvium consedit, qui postea Gallus ab eo dictus est vt Polyhistor Alexander de Phrygibus scribens lib. 3. refert. Ab hoc amne Berecynthiæ sacerdotes Galli memorantur: cuius aqua epota mentem mouet, vt Callimachus auctor est, & Ouidius in Fastis,

Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celanas
Amnis is insana nomine Gallus aqua.

Qui bibit inde furit. Ad hoc Ouidii carmen ex Arte amandi nonnulli referunt,

Porrige & ancillæ, pœnas qua luce pependit,
Iussa mariti ali Gallica vestis manu. Nos autem *qua luce* legimus ex Aristide Milesio, qui de rebus Italicis scribens, lib. 7. sic ait, *Gallorum dux Brennorius, cum Romanos longa fessos obsidione videret, postulauit vt si saluos se vellent, matres familias & virgines ad stuprum dederent. Senatus Retana ancilla consilio, ad hostis habitu dominarum, submisit ancillas, datoque ab eis signo, eruptione facta Romani somno meroque depositos Gallos omnes obtruncant. Parta victoria, ancillarium diem solemnem perpetuo sanxerunt.* Historiam repetit Plutarchus. Polyænusque Macedo strategematon. Macrobius alios sequutus annales, ab Aristide paulo deflexit. Ouidius amanti præcipit, vt nonis Caprotinis (quo die Galli cæsi sunt) aliquid ancillæ largiatur, vt alacrius operam nauans, iter assecter ad dominam. Galli Cybele ministrant, argumento, si qui indigent semine, eos oportere terram sequi. Quod apud eam Gallisse iactant, præcipitur (inquit Varro) qui terram colunt, ne sedeant, semper enim esse quod agant.

In illud, *Pallidus in lyncem syluis errabat Orion.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 3.*

Horruit Orion. Vbi Parrh.

Orion ex Deorum vrina natus est, vt ait Nigidius & in Fastis canit Ouidius & apud Græcos Pindarus & Aristonicus. Eundem Diana subdolo fratris suasu, sagittis exstinxit, vt scribit Ister. Nam cum Dea viri consuetudine delectaretur vsque ad infamiam, idque Apollo grauissime ferret, nec obiurgationibus quicquam proficeret, quod solum caput natantis *Orionis* exstabat, sorori procul indicauit, cum sponsione contendens, eam nō posse telum mittere ad id quod in mari nigrum appareret. Quæ cum vellet in eo se studio artificē maxime probare, missō telo caput *Orionis* traiecit, defunctūque deflēuit acerbe & inter sydera statuit. Hæc est *Orionis* amasia, cuius desiderio *Orion* pallebat, vt est apud Ouid.

Pallidus in lyncem syluis errabat Orion. Id est, cum Dianę comes

Orion

Orion veneraretur, ipsius Deæ cura carpebatur. Nam qui vel *aurora*m suspicantur, *Orionis* amicam vel *lyncem* puellæ nomen existimant, non minus quam sequentis versus historiam non percipiũt.

Pallidus in lenta Naïde Daphnis erat. Nam Daphnis (cuius a Marone prætermissa mentio non est) Mercurii filius fuit. Eum Nympha quædam dilexit, quam Sositheus *Thaliam* vocat: quæ suspicione pellicis offensa, Daphnidis congressus auersata est. At ille amoris desiderio contabuit: cuius mortem longo carmine deflet Theocritus. *Naïdem* vero *lentam* dixit Ouidius, quæ morienti Daphnide cessauit nec opem tulit. Alibi tamen Naso *Daphnin* in lapidem obdurnisse refert.

Vulgatos taceo (dixit) pastoris amoris
Daphnidis Idæi, quem Nympha pellicis ira
Contulit in saxum. Tantus dolor vrit amantes.

Hesiodus ait Neptunum, compressa non (vt inuersus Higyni codex habet) Euryale, sed (vt Nicandri scribit interpres) Hyelo Minois filia Orionem procreasse, qui patris beneficio super fluctus suspensis vestigiis, vt in terra, curreret, sicut Iphiclo datum dicitur, vt incederet per aristas, nec eas infringeret. Castigandus obiter est apud Higynum locus, in quo demta priore vocali perperam *Phyclus* legitur: cum *Iphiclus* scribendum sit ex interprete Apollonii, qui de *Iphiclo* Phylaci filio idẽ quod Higynus recitat, ex Hesiodo.

Alcathoi *vrbs quæ sit.*

Claud. *De raptu Proserp. lib.* 3.

Cadmi seu mœnia poscat. Vbi Parrh. *Cadmi mœnia.*) *Thebas*, quas e Phœnicia profectus Cadmus, in Bœotia condidit, ex oraculo præuiam bouem sequutus, vt narrat Ouidius eoque prior in 3. de bello Titanum Musæus. Ab hoc animante *Bœotiæ* nomen inditum Castor autumat: aliunde Nicocrates & Euphorion, vt commodius exponemus. Porro Thebas ab Ægyptiis Thebis Cadmus appellauit, vt in nomenclaturis oppidorum scribit Archemachus: quod Leon, Cosmes, Xenagoras & Nicanor affirmant. *Illinc* enim migrasse Cadmum Diodorus & alii prodiderunt. Is (vt alii) Phœnicis (vt Pherecydes quem sequimur) Agenoris filius fuit, ex Argiope Nili filia susceptus. Lycus vero qui Thebanam scripsit historiam, *Post Deucalionis*, inquit, *diluuium Iupiter Eodamam Tithoni filiam compressit, eius cui pater fuit Amphictyon: eademque maturo partu Theben genuit: quæ mox Ogygi nupsit, vnde Thebæ Ogygiæ dictæ aiunt: Ogyges autem Neptuno patre & Nympha, cui nomen Alistra, natus est.* Itaque *Thebas, Cadmi mœnia* Claudianus, vt vrbem Alcathoi *Megaram* dixit Ouidius. Nam Pelopis filius Alcathous cædis in Chrysippum fratrem suspectus, Megaram confugit: occisoque Leone qui Citharonius a saltu quem frequentabat, appellatur, multosque, & inter Megarei regis filium Enippum, necarat, ascitus Megareo

gener, in regno successit, auctor Dirrhechidas. Hic ille Alcathous est, in cuius Apollo gratiam Megaræ construxit arcem: cumq; sub quadam muri parte lyram deposuisset, neruorum sonum lapis attraxit, vt Palæphatus & Pausanias prodiderunt, ac in Ciri Vergilius, & Theognis,

Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην
Ἀλκαθόῳ πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος. id est,

Phœbe pater summam munisti turribus vrbem,
Esses Tantalidæ gratus vt Alcathoo.

De Remed. amor. in illud, *Vixisset Phyllis si me foret vsa magistro,*
Et, per quod nouies, sæpius isset iter.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Mars donat Rhodopen Vbi Parrhas.

Rhodope Thraciæ mons dictus a *Rhodope* Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Atho Gigantem genuit, qui & ipse monti nomen dedit. Ouidius ipsam *Rhodopen* in montem cõuersam tradit, quoniam Deos asperuaretur. Est & Ioniæ ciuitas *Rhodope*, vt scribit Stephanus. Ab vtroq; *Rhodopeus*, & resolutione diphthongi, *Rhodopeius* enuntiatur. Ouid. in Epistolis,

Hospita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis. Cuius mentio nos admonet, vt aliud eiusdem Poetæ carmen explicemus. Id est, in Remed.

Vixisset Phyllis si me foret vsa magistro,
Et, per quod nouies, sæpius isset iter.

Nouies enim non finitus est numerus pro infinito, (quod Grammaticorũ vulgus existimat) sed ab historia quam refert interpres Lycophronis in Alexandra. Quippe Phyllis Demophoontem vel (vt ipse nuncupat) Acamantem adusque *nouem vias* sequuta est, ad amnem Strymonem, quæ ciuitas *Amphipolis* appellata mox est ab Agnone duce Athenienſium, auctores Antiphon & Androtion Atticorum 12. Macedoque Polyænus 8. Strategematωn, Pausanias, Harpocration, & Suidas meminit, & Thucydides aliique, præterea nonnulli. Cumque illic (vt pergit) Acamantem diu exspectasset, impar amori Phyllis, mortem sibi consciuit, ad quod allusisse Nasonem coniicere licet ex his eius versibus in Arte,

Noua terebatur miseræ via, viderit, inquit,
Et spectat Zonam pallida facta suam. Et alibi

Quare nouem cur isse vias dicatur, & audi
Depositis syluas Phyllida flesse comis.

Sic enim superius hexametrum scribendũ est ex antiquis codicibus, non (vt nunc passim legitur) *Quare nouem vicibus cur isse feratur.* etiamsi suos & hoc habet assertores, sed eos negligendos.

In illud, *Cessit ab Idæa coniuge victa prior.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Sic ait, & fuluis serpentibus attigit Idam. Vbi Parrh.

Inter

Inter alia Idæa vero Dardani Scytharum regis filia fuit, quam destituta Cleopatra Boreæ & Orithyæ Phineus superduxit, vt Dionysius in Argonautico canit. In eius gratiam Oritho & Carambi, quos ex Cleopatra sustulerat, oculos effodit, vt tragædiarum Poeta Sophocles auctor est. Inde vicissitudinis in amore sumsit exemplum Naso in Remediis,

Cessit ab Idæa coniuge victa prior. id est, Cleopatra quæ prior in matrimonio Phinei fuit, cui post exactæ noua coniunx Idæa successit.

In Heroid. *Theutrantia turba Thespiades vnde dictæ.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Et Pandionias qua cuspide protegit arces. Vbi Parth. *Pandionias arces.* Athenienses a rege Pandione Poetarum carminibus & Græcis annalibus inclyto: cuius quatuor tantum filios Sophocles memorat, Ægeum, Lycum, Nisum & Pallantem. Stephanus addit Theutrantem Thespii patrem: a quo *Theutrantia turba Thespiades* apud Nasonem puellas duas sustulit, in quibus infelix fuit, vt refert Pausanias. Successit huic Erechtheus, cuius ex Procride Cephalus gener, vt canit Ouidius in 6. Metamorph. Anceps apud Strabonem locus est, & qui non incuriose legentibus iniiciat scrupulum. Nam cum de prærupta illa petra ad Actium promontorium in sinu Ambracio verba fecisset, Menandrique testimonio docuisset illinc Sappho sese deiecisse, ἐρχαιολογικώτερον, inquit, id est qui conquisitius antiqua scrutati sunt (id enim Græca vox propius significat, non autem antiquiores, vt ab aliis conuersa est) *non Sapphonem primam, sed Cephalum saltasse prodiderunt, amore captum Ptereli Deionei filii.* Hæcille. Equidem primum omnium Pterelam Taphiorum regem trad. scio, quem Neptunus ex Hippothoe Mestoris & Lysidices filia suscepit, Andromedes & Persei nepte, vt Herodoti testimonio refert interpres Apollonii, vel (vt alii) Neptuni ex Taphio patre nepotem. Aiunt enim Neptuno patre Taphium genitum, vnde sit Pterelas: eundemque ab Amphitryone expugnatum & ab eo (quod vnus apud nos tradit Plautus) obtruncatum noui. Et *Pterelam* puellam vel (vt mea quidem sententia apud Strabonem perperam scriptum est) *Ptarolam* nusquam legi, quæ si profecto fuisset, ab illo præsertim Cephalo vtriusque linguæ theatris decantato tam perdite (vt isti volunt) amata, Græcorum aut nostrorum monumentis aliquo pacto innotuisset. Ad hæc accedit quod paulo post idem Strabo Cephalum Deionei filium fuisse scribit, quo patre *Ptarolam* iam natam dixerat: vt verear ne Strabonis exemplaria mendosa sint, & librariorum vitio factum, vt apud eum præposterе legamus historiam. Suffragatur huic opinioni Demetrius Chalcocondyles, vt Athenienſis & Græcus homo doctissimus, & quem Gazæ discipulum studiorumque

successorem possis agnoscere: quippe qui Græcos etiam Strabonis codices inuersos quotidie deprehendit, & hoc in primis loco, vbi Græca ipsa Strabonis verba perplexa confusaque adeo leguntur, vt nullus integer sensus exstet, & facile appareat esse erratum: quod (si liberæ coniecturæ locus detur) ita tollendum censuerim, *vt dicat ab aliis tradi illinc non Sappho primam se deiecisse, sed Cephali Deionei captam amore Pterelæ filiam.* Nam vir plurimæ lectionis interpres Lycophronis cum res inter Teleboas Electryonemque gestas diffuse narrasset, adiicit, Cymæthio Pterelæ filiam Cephali qui in castris Amphitryonis tunc erat, amore inductam, hostibus patriam prodidisse, ceteraque iis similia quæ de Nisi filia traduntur. Inde illa Nasonis in Ibin exsecratio,

Filia neue magis capiti sit fida parentis
Quam tua vel Pterela vel tua Nise fuit.

Vbi noster Domitius maluit historiam confingere quam veram laboriosius apud auctores perquirere. Nam nec *Pterela* Thebarum rex vnquam fuit, nec a Creonte sed ab Amphitryone non Polydices (vt ipse dicit) sed Cymæthonis filiæ proditione necatus est.

In Epist. Oenones, *Depressa est humili cana pruina casa*: legendum *Defensa*.

Claud. *De raptu Proserp. lib.* 1.

Arcano defensa gelu. Vbi Parrh.

Defensa. Seruata. Defendere tectis frigus, arcere. Papin. Theb. 1.

Haud passi socius defendere noctem
Culminibus. Et in Syluis,

Frondibus & patula defendimus arbore soles. Inde Nasonis Oenone,

Defensa est humili cana pruina casa. Et ita nos quidem emendauimus, cum prius nullo, vel ineptissimo sensu *Depressa* legeretur.

In illud, *Vecta peregrinis Hippodamia rotis.*

Claud. *De raptu Proserp. lib.* 2.

Non aqua Tantalicis subducitur inuida labris. Vbi Parrh. Tantalus (vt Xanthus Lydius in 4. scribit) Hymenæi filius & Ascali frater, alter Iouis & Plutus, vt Asclepiades: vt alii, Smyrnam Phrygiæ, quæ tum Naulochos dicebatur: vt alii, Sipylum tenuit. Is apud inferos (vt canit Homerus) aquis ori allabentibus perpetua siti laborat. Supplicii causam non omnes eandē tradunt. Nam quidam dicunt, cum pœnas luere quod Pelopem filium diis hospitibus epulandum apposuerit. Nonnulli referunt canem templi Iouis in Creta custodem a Pandareo Milesio surreptum, ad Tantalum peruenisse, quem cum repetenti Mercurio abiurasset, hac affectum pœna. Canis aureus erat & spirans, vt Asclepiades ex fabula refert. Ouidius, quoniam Deorum secreta mortalibus reuelarit.

Quam

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Euripides ait in aere ſuſpenſum impendenti ſaxo torqueri. Sunt qui ſubiectum Sipylo monti tradant in Lydia. Petronius in Tantalo repræſentari *auares* autumat, quibus opes vſui non ſunt, & ſiccis faucibus conditis pecuniis incubant. Huius filius Pelops acceptis equis pennatis ab amatore Neptuno, Piſam delatus eſt, vt ſcribit Pindarus: atque Oenomao curuli certamine ſuperato, Hippodamiam victoriæ præmium duxit. Ineuntibus enim certamen procis eam concedebat Oenomaus, vt eodem curru ſedentem veherent, ac intra currendi ſpatium a carceribus ad metas ſecum raperent, quod Lycophronis & Pindari narrat interpres, & Apollonii carmen indicat.

Ἐν δ' ἅρμα δίφροι πεπτανύατο δηλήμονες,
Καὶ πῶλοι ῥῶμ ὠκυπόροι τε πίλνῳ ἰδυιὶ λινάσσωι
Ἡνία. σιὼ δὲ οἱ ἔχε πτερωτὰς ἵππους ἐλάμειν. id eſt,
Stant gemini currus pendetq; in verbera pronus
Hinc ſocer, inde Pelops: fugit hic, premit ille
Dat ſpatium: Pelopi comes aſſidet Hippodamia.

Pauſanias in Eliacis, *Effictus*, inquit, *eſt & Oenomaus inſequens Pelopem habentem Hippodamiam: vtrinque duo adſtant equi, quorum qui Pelopis eſt pennas habet.* Ouid ad Auguſtum.

Quidnon Tantalides, agitante Cupidine currus,
Piſæam Phrygiis vexit eburnus equis?

Inde Poetæ conſpirant, vt *alienis quadrigis* Hippodamiam per epitheton vectam dicant, quod non *ſuo* neque *paterno* ſed *procorum* curru rapiebatur. Ouid. in Heroid.

Qua duo porrectus longe freta detinet Iſthmos,
Vecta peregrinis Hippodamia rotis.

Eundem verſum repetit in artibus: & Propertius,

Nec Phrygium falſo traxit candore maritum
Aduecta externis Hippodamia rotis.

Adhoc & Naſonis illud referri debet,

O quam pene Pelops Piſæo concidit axe,
Dum ſpectat vultus Hippodamia tuos.

Spectabat Hippodamiam Pelops quam ſecum vehebat eburneo curru, quem Neptunus ei largitus eſt, vt in Tuſculanis refert Cicero. Meminit & Papinius in Thebaide,

Neptunia tendit
Lora Pelops. Ex Hippodamia liberos quidem ſuſcepit multos: ex Danaide Nympha Chryſippum furtiuo concubitu, quem Laium Thebanus amauit & rapuit. Is poſtea captus a Thyeſte & Atreo, benigne a Pelope tractatus eſt, quod amoris cauſſa puerum asportaſſet, vt Græcus auctor Doſitheus de Pelopidis ſcribens ait. Sed Grammaticus Ariſtophanes in periocha Phœniſſarum

fabulæ Euripidis, ex oraculo refert, ab Oedipo filio Laium iugulatum propter diras quas in eum Pelops ob raptum Chrysippum effudit. Praxilla tamen Sicyonia Chrysippum a Ioue raptum canit, vt de Ganymede fabulantur. Hunc ipsum mox Hippodamia nouerca Atreo Thyesteque non audentibus, dormientem iugulauit, insimulato cædis ipso Laio cui tum puer accubabat, vt legimus apud Plutarchum Hoc argumento Euripides tragœdiam dedit, & apud nos Accius: vnde testimonium citat Verrius in verbo *Rhodus*. Ex hac historia M Tullius ait in Tuscul. *Quis aut de Ganymedis raptu dubitat quid Poetæ velint: aut non intelligit apud Euripidem quid & loquatur & cupiat Laius?* Hæc vberius ideo perscripsimus, quoniam Ciceronis, Ouidii, Propertii & Papinii, quos dixi, locos alii non attigerunt.

De Ponto, in illo, *Nec tantum Clario Lyde dilecta Poetæ, non Apollinem sed Antimachum significari.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Et Delon Clariosq; laros. Vbi Parrhas.

Thebis a Thersandro Polynicis filio captis, ex voto captiuorum pars Apollini missa est, & vna Manto cum patre Tiresia, qui itineris labore contracta siti cum ex Thelphusia fonte bibisset, in Haliartia vita excessit. Apollo iussit ipsam Manto cum ceteris in coloniam transcribi. Itaque in altum progressi non procul ab Ionia inciderunt in classem Cretensium, cui præerat Rhacius: ad quem deducta Manto, apud eum vxoris loco fuit, & Mopsum peperit. Historiam refert Pausanias in Achaicis, & Philostephanus de ciuitatibus Asiæ. 1. qui *Lacium* per L. appellat eum quem ceteri *Rhacium*: deque eius patria quærit, aliis Argiuum fuisse tradentibus, aliis Mycenæum, nonnullis ex Rhodo Lindium Antiphemi fratrem, eius qui Gelam condidit in Sicilia. Nearchus autumat inditum *Claro* nomen ex eo, quod Apollo Neptunus & Mars inter se de loco sortiti sunt, alii quod Apollini obtigerit per sortem, quæ Græce κλῆρος est. Alii fabulantur ipsam Manto cum patriæ cladem lugeret, vbertim manante fletu fontem effecisse, & ἀστὸ τῶν δακρύων, id est, a lacrymis eius, immutatione literarum loco nomen mansisse. Nam Colophonem constat a Manto conditam cum Thebanorum victores Epigonos eo fugisset, vt Mella refert. Apollo Clarius inde dictus est, ibique fanum habuit, in quo responsa epota aqua reddebantur, vt auctor est Aristot. qui *Theologumena* Græce composuit. Quin & Clari mimallon a Lycophrone vocatur Cassandra, quoniam vates & Apollinis sacerdos erat. Clarius apud Ouid. Poeta, non *Apollo* (vt quidam suspicantur) sed *Antimachus* intelligitur. Is Platonis ætate Colophonius fuit, vt discimus ex Suida. Clearchus in Eroticis ait fuisse Lydas: alteram quam Lamynthus Milesius amauit, alteram Antimachi amicam: vtranq; ad famam peruenisse: priorem carmine cui Lyde titulus, posteriorem

elegis

elegiis celebratam. Ex Lydæ poemate testimonium citant interpretes Apollonii.

Metamorph. 2. in illo, *Gratamque Minerua Dispiciebat humum, cultiq; arbusta Lycæi, non de monte Arcadiæ, sed de Attica loco intelligendum.*

Claud. *De raptu Proserp. lib 2.*

Candida Parrhasit post hanc regina Lycæi. Vbi Parrh. *Parrhasii Lycæi.*) Nam *Lycæus* Atticæ locus etiam erat a Lyco Pandionis, vt auctor est Pausanias. Vbi Pisistratus (vt Theopompo) vel (vt Philochoro placet) Athenienses operis præfecto Pericle, gymnasium condiderunt: quod inde *Lycæum* dicebatur. Hic inambulans Aristoteles disputabat: vnde *peripateticum* nomen manauit, vt in Academicis refert Cicero. Meminit huius *Lycæi* Lucianus in eo dialogo, cui titulum fecit *Anacharsis*, & Gellius in Noctibus Atticis, & Metamorph. 2 de Mercurio loquens Ouidius: *Gratamque Minerua*

Dispiciebat humum, magna eorum hallucinatione qui Arcadiæ montem expositerunt.

In illo, *Mnemosynen pastor, varius Deolida serpens Eleusi*, reponendum *Deoida*, *& quid id nomen significet.*

Claud. *De raptu Proserp. lib 2.*

Lenisque simul procedit Iacchus. Vbi Parrh.

Iacchus apud Herodotum numen est, Eleusinis deabus ita familiare, vt Dianæ Virbius, Adonis Veneri, Attis Opi. Cornilius ait Proserpinam Baccho Mercurium peperisse, sed alter hic est in mysteriis Athenienſium celebratus, vt discimus ex Arrhiano, Polyæoque Macedone: quem Iuppiter ex Proserpina sustulit, eius filia, quam mutatus in anguem vitiauit. Auctor Clemens & Tertullianus in Apologetico, Iouis incestum hunc exprobrans amatorem squammis. Hinc in orgiis Sabaziorum draco in spiram conuolutus, argumentum nefandi concubitus adhibebatur. Et Græci quidem Poetæ cum draconem tauri patrem laudant, Iouem subobscure significant. Fingunt enim Proserpinam ex eo patris stupro Liberum tauri specie enixam esse. Et Lycophron ipsum Dionysium taurum nuncupat. Quin & Eleorum mulieres in eius Dei sacris, vt taurino pede ad se veniret, comprecabantur, & Digne tauro sæpius indigitabant, vt refert Plutarchus. Is præterea Liber Zagræus terrestrisque cognominabatur & Sabazius, vt scribit Diodorus: a Titanibus puerilibus donis illectus, membratimque laceratus, vt canit Orpheus. In Parnasso conditum iuxta tripodem tradit Euphorion. Ex quo loco in Nubibus Aristophanis inuocatur. Id ipsum Iouis & Proserpinæ furtum designat Ouidius in 6. Metamorph. his verbis: Fecit, inquit, vt Iuppiter:

Mnemosynen pastor, varius Deoida serpens
Elusit. Nimirum *Deoida* Proserpinam Naso vocauit, ab Eleusina Cerere, quæ Δηὼ Græce dicitur, vt est apud Orpheum Δηὼ παμμήτειρα, id est, *Magna parens Deo.* vnde recta forma Deois, vt a Δητὼ Λητωὶς patronym cum deriuatur. Sed hoc ambiguũ non relinquet Ausonius, cuius ad Theonem carmen est hoc:

Qualis floricoma quondam populator in Ætna
Virgineas inter choreas Deoida raptam
Subsiluit, emersus Stygiis fornacibus Orcus.

In illud: *Et te flaua comas frugum mitissima mater*
Sensit equum.

Claud. *De raptu Proserp. lib.* i.

Ætnea Cereri proles optata virebat
Vnica. Vbi Parrhasius:

Vnica.) Vsurpauit *Orphei* verbum, qui Persephonen μονογένειαν dixit in hymnis. Nullos enim præterea partus ex Ioue enixa est, ex Iasio Dardani fratre Philomelum & Plutum numen diuitiarum. De cuius nomine priscæ comediæ scriptor Aristophanes fabulam Græce dedit. Eius meminit & Theocritus, & Ouidius in Ibin cum dicit:

Filius vt Cereris frustra tibi semper ametur. Imprecatur, vt ad opes nunquam perueniat. Ob eum concubitum fulmine exstinctum Iasium, multi prius Homero scripserunt Hermippus (vt refert Higynus) ait a Philomelo iunctos in Creta boues, & primum plaustrum fabricatum: quod & Petellides Cnosius affirmauit. Cohæsit & Erinnydis species Neptuno in equi formam mutato, vnde natus Arion est, vt legimus apud Lycophronem. Historiam percurrit Ouidius in 6. Metamorph. ad Neptunum conuerso sermone:

Et te flaua comas frugum mitissima mater
Sensit equum.
Metamorph. 6. quis *pater Coryti parua tumulatus arena.*

Claud. *De raptu Proserp.*

Sic ait, & fuluis serpentibus attigit Idam.

Idam.) Phrygiæ montem in Troade, qui nomen sortitus est ab *Ida* loci regina, vt *de rebus Græcorum lib.* scribit Charax, vel (vt Vergilius) ab *Ida Cretensi*, vnde profectus Teucer Scamandri & Idææ Nymphæ filius, eam Phrygiæ regionem cultoribus vacuam occupauit, & a se Teuciam dixit. Eodem paulo post Dardanus ex Samothracia delatus, Arisben Teucri filiam vxorem duxit, (vt Cephalo Gergythius) aut Batæan, vt Hellanicus & Mnaseas vocant, vt miret Seruium scribere *Teucrum* de Creta venisse post Dardanum. Sunt qui *Dardani sepulcrum* innui suspicentur ab Ouidio 7. Metamorph. eo carmine:

Quique

Quaque pater Coryti parua tumulatus arena, &c.

Quod is (vt quidã prodiderunt) ex oppido Tusciæ Corytotin Phrygiã migrarit. Nos autem *tumulum Paridis* intelligimus, qui in Ceorina Troadis vrbe visebatur, vt scribit Scepsius & Strabo. Nam Paris ex OEnone suscepit Corytum, quẽ mater a Paride repudiata, euntibus in Troiam Græcis itineris ducem dedit, quod apud Lycophronẽ fore Cassandra vaticinatur. Ex Græcis etiã nõnulli Corytum Paridis & Helenæ filium fuisse tradunt. Buniti ac Ideæ puellæ, & quidem ex vtroque parente, fratrem. Sed & hoc illo modo pater Coryti Paris accipiendus est, itaque sensus Ouidiani versus absoluitur, qui ceteris ante nos inexplicabilior Gordiano nodo visus est.

Metamorph. 8. *Iamben* pro *Combe* male a quibusdam substitutum

Claud. *De raptu Proserp. lib* 1.

Si forte aduersus ahenos

Æolus obiecit postes. Vbi Parrhasius:

Ahenos,) ferreos. *Æs* enim pro *ferro* plerunque ponitur, quod eius vsus antiquior quam ferri fuit. Hesiodus:

Ære laborabant nondum noscentia ferrum

Secula. Quin & arma & tela ex ære vetustas habuit, vt est apud Homerum: quæ *Combe* puella in Euboea primum inuenit. Vnde cognominata *Chalcis* est. Eandem numerosæ prolis exemplum nonnulli ex Græcis adducunt Nam centies peperit, vt Aristus Salaminius in literarum monumenta retulit, & Zenobius in collectaneis adagiorum meminit, & Ouid. 8. Metamorph. vt eorum vitanda sit audacia, qui veterem probamq; lectionem deprauantes, *Iamben* pro *Combe* substituerunt.

Pro *Triopeius Erisichthon* legendum *Triopeius.*

Claud. *De raptu Proserp. lib.* 3.

Faunorum Dryadumque dolor. Vbi Parrhas.

Dryades & *Faunos* communibus pene sacris antiquitas venerabatur, eosdemque res agrestes curare existimabat, ideoque pariter inuocantur a Marone:

Et vos agrestum præsentia numina Fauni,

Ferte simul Satyriq; pedem, Dryadesq; puellæ.

Cupressum Fauni gestabant, vt idem Maro testatur:

Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Caussam refert Seruius, nescio tamen an veram, cum cyparissum Naso delicias Apollinis, non Syluani, fuisse tradat: vt inde cupressorum caussa doluerint. Dryades autem, quoniam (cum sint arboribus æquæuæ, vt canit Pindarus) vna cum iis cadebant. Quin ex iis quædam acceptam salutem Rhœco tulit, quod eius arbori iam ruenti pedamentum supposuisset. Historiam scribit Charon Lampsacenus. Magna Cereris indignatio, quæ ne sacrorum

quidem consortibus Nymphis pepercerit, Quippe nullus h[illegible] deæ cultus absq; Nymphis exhibebatur, ex caussa quam Mnas[illegible] Patræus memorat. Vetustiores enim cum carnibus etiam sui g[illegible] neris vescerentur, Nympharum monitu ad mitiorem victum [illegible] uocati, terræ fœtus ac mel in cibis habere cœperunt. Quippe M[illegible] lissa quædam Nympha forte fauum nacta, gustauit: cumque pl[illegible] cuisset, aliis vt ederent exemplo fuit: ostenditque quo pacto [illegible] poculis aquam melle diluerent. Res, inquit, in Peloponeso g[illegible] sta traditur. Inde Græcorum lingua apis melissa dicta est, insti[illegible] tumque vt rem diuinam propemodum nemo faceret sine gr[illegible] Nympharum mentione: matrimonia præsertim, quæ vocant [illegible] eis *Nymphia*, quoniam mortalibus Nymphæ pietatis & religio[illegible] auctores exstiterant. Nunc autem Nymphas irata Ceres offend[illegible] quarum prius iniurias acerbissime persequebatur. Quippe q[illegible] fame confecerit Erisichthonem, quod eisdem sacras arbores e[illegible] cidisset, vt in hymnis Callimachus innuit. Fabulam narrat Ou[illegible] dius 8. Metamorphoseos. Vbi non *Dryopeius* Erisicthon a pop[illegible] lis (vt quidem putant) sed *Triopeius* appellatur a patre *Triopa*, [illegible] ue potius *Triope*: quod Hellanico fere placuit, a quo *Triops* no[illegible] *Triopa* declinatur. Higynus alios (arbitror) sequutus auctore[illegible] historiam variauit. Ad hæc Aristides de rebus Italicis 3. ex incesti[illegible] Valerii Tusculani, qui cum filia concubuit, editum Faunũ tradit.

Metamorphos. 10. in illud: *Non aliter stupuit gemina nec[illegible] coniugis Orpheus Quam tria qui timidus medio portante catenas Colla canis vidit.*

Claud. *De raptu Proserp. in præfat. lib. 2.*

Non Stygii terruit ira canis. Vbi Parrh. inter alia.

Condonetur & hæc appendix Ouidio, cuius carmini tenebri[illegible] vt aiunt, Cimmeriis obuoluto lucem dare tentauimus. Scribun[illegible] ex Græcis nonnulli, fuisse quendam adeo meticulosum, vt a[illegible] Herculis nomen expauidus perhorresceret, vt qui se satis tutum vix crederet, etiam cum profundissimam specum subiisset. Vnde prolato interdum capite cum Herculem forte conspicatus esset obduruit in saxum: quod παραμυθητικὸν vetustas appellauit, atque in prouerbium formidinis & quidem nimiæ concessit, vt in Suidæ monumentis legimus, & apud Zenobium. Huc adeo spectan[illegible] Nasonis versus ex 10. Metamorph.

Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus
Quam tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis vidit, quem non pauor ante reliquit
Quam natura prior, saxo per corpus oborto.

Nam quod hoc Ouidius designet, satis indicat verbum *timid[illegible]* ex adagio loco nominis positum, quod apud Græcos etiam no[illegible] exstabat. Id autem sic in orationis ordinem venit, *Non aliter st[illegible]*

p[illegible]

fuit Orpheus, quam timidus qui vidit, &c. Nec illud te moueat a Suida Zenobioque mentionem *Cerberi* prætermissam, quam facit Ouidius. Nam potuit Ouidius apud alios auctores hoc legere, vel ipse comminisci, vt historiæ colorem daret. Nam porrentosum mendacium videbatur hominem *hominis aspectu* obriguisse. Ideo Græcam fabellam Romana grauitate temperauit.

In illud, *Festa pia Cereri celebrabant annua matres.*

Claud. *De raptu Proserp. lib.* 1.

Lenisque simul procedit Iacchus. Vbi Parrhas.

Aliqui malunt fuisse Claudianum de *Libero*, quem Ceres ex Ioue peperit, vt Diodorus in 4. *Bibliothecæ* scribit. Huic & matri primitias anni statо die libabant, quem festo transigentes ἀλῶα, vocabant, ab *area*, vt Grammaticus Pausanias exponit. Huc Ouidii carmina pertinent ex 10. Metamorph.

Festa pia Cereri celebrabant annua matres
Illa quibus niuea velata corpora veste,
Primitias frugum dant spicea serta comarum.

Sed Hippolyti quoque vestis ex ritu sacrorum candida apud eundem Poetam accipienda, quod erat Eleusine. Nam quod is in veste color exigeretur initiorum die, Valerius indicat. Vestius etiam Prætextatus, humanarum diuinarumque rerum peritissimus (vt est apud Macrobium) Fabiæ Aconiæ vxori defunctæ posuit hoc epitaphium, SACRATÆ APVD ELEVSINAM IACCHO CERERI ET CORÆ. Sic enim *Proserpina* dicta est Molossorum lingua, præstanti forma puellam significante vocabulo. Licet inde suspicari Liuium *belli Macedonici libro* 1. *Cereos* sacerdotes appellasse *Proserpina*. Sed ne fabulosa diutius consectemur, est & naturæ ratio cur Cereri Proserpinæque Liber comes accedat: quippe quam vim in semente Proserpina, eandem in segetibus Ceres, & in plantis Dionysius repræsentat, vt Porphyrius ille philosophus interpretatur.

Cercopes, *qui & vnde: Item de Pithecusis.*

Claud. *De raptu Proserp.* lib. 3.

Rupit ne Typhœia ceruix
Inarimen. Vbi Parrhasius:

Typhœum Pindarus & Ouidius Ætnæ supponunt, Homerus & Lucanus Inarimæ: qui locus ab aliis alibi redditur, eaq; diuersitas effecit, vt Typhonis cubile in Bœotia, Cilicia, Phrygiaq;, & ab Herodoto in Ægypto statuatur. Huius inconstantiæ naturalem caussam tradit Artemon: *Quicunque mons*, inquit, *incendia profert, tactus Typhoni non abrogitur. Nam repentini flatus & procellæ nomen Typhon est, quæ semper conflagrationes eiusmodi comitantur.* Inarimen composita dictione nostri accipiunt insulam in ora Campaniæ, de qua longa Straboni disceptatio est. Eadem

Pithecuse memoratur ab historia, quam Xenagoras Harpocrationi & Suidas referunt, *Fratres duo, Candulus & Atlas (vt Æschines Sardianus in Iambis appellat) omnium scelerum, quibus hominum vita deprauata est, inuentores & caput exstiterunt. Iis peruersi mores Cercopum nomen pepererunt: appulsosque & aduenas vndecunque circumuenire studium erat. Idque aliquando cum in Iouem tentassent, in simias quas pithecos Græci vocant, ex hominibus mutati sunt. Inde Pithecusis insulæ quam tenebant, nomen inditum.* Xenagoram in Metamorph. Ouidius sequutus est, manifesto Hermolai Barbari errore, qui putat Ouidii carmen ad *doliariorum figlinas*, vnde Plinius *insulæ* vocabulum trahit, etiam referri posse. Eius verba ex castigationum libro subieci. *Dicta*, inquit, *Inarime ab Arimis siue siue populus siue beluis, ita Æthruscorum lingua dicēte simias, quas Græci pithecos vocant. Vnde nomen insulis Pithecusæ, vt Straboni placet & fere Ouidio:*

Sterilique locatas.
Colle Pithecusas habitantum nomine dictas.

Plinius a figlinis doliariorum, Proinde per i non per y scribendum. Dolia enim Græci pithos, simias pithecos vocant. Potest & Ouidianum illud cum Plinii sententia congruere, vt habitantum, hoc est doliariorum subaudias. Hic aliquis Hermolai diligentiam non iniuria desiderauerit, qui non omnes Ouidii versus quibus ille fabulosam nominis rationem complexus est, perlegisse videatur, cum Plinium non credat ab Ouidio dissentire. Nasonis carmina (nequis ambigat) hæc sunt:

Inarimen Prochytenque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas habitantum nomine dictas.
Quippe Deum genitor fraudem & periuria quondam
Cercopum exosus, gentisq; admissa dolosæ,
In deforme viros animal mutauit, vt iidem
Dissimiles homini possent similesq; videri.

Diotimus in Herculis certaminibus ex OEchalia quæ littoralis Eubœæ ciuitas est, Olum & Eurybatum *Cercopas* impostores ac planos fuisse tradit, qui per Bœotiæ triuia summisso supercilio concursarent, mortalesque dolis exciperent, vt Muscam Mediolani videmus Appulam. Inde nomen in alienarum rerum plus nimio sattagentem transtulit Martialis, identidem repetens, *Ole quid ad te?* Zenobius autem *Cercopas* in Lydia statuit, vbi cum Hercule, qui per id tempus Omphalæ famulabatur, congressos ait, ac ob nimiam captandi calliditatem in lapides obduruisse: quod eorum mater Memnonis multo ante fore prædixerat, subinde monens, ne *melampygon*, id est, *nigris Herculem natibus*, iniuria prouocarent. Alii Thiæ filios & Oceani fuisse malunt. Homerus *Cercopum* titulo poema dedit, vt discimus ex Plutarcho: quod olim periit præter admodum paucos versus, quos apud alios auctores

ctores legimus. In iis poeta testatur *Cercopas* quosdam fuisse, qui nusquam consisterent, sed fere cottidie sedes mutarent, atque quoscunque nanciscerentur, velut ob oculos iacto puluere, fermonis offuciis deciperent, vt quos Ægyptios vulgo dicunt. Inde natum prouerbium κερκωπίζειν: quanquam Chrysippo non a quibus dixi *Cercopibus*, sed ab animalibus, quæ κέρκα, id est, *cauda motu*, blandiuntur, id tractum placet. Sunt & qui *Cercopas* eosdem cum cyclopibus accipiant a matre *Cercope* nominatos, sed eruditioribus non persuadent.

Flexipedes *hederæ cur dicantur.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Hic hederæ serpunt. Vbi Parthasius.

Serpunt.) Hoc ait, quoniam lente semper humi repunt, nec absque amminiculo solæ stant, præter eam, quæ inde appellata κισσὸς est, Ouid.

Vos quoque flexipedes hederæ venistis. Aut serpunt quoniam tenaciter admotis hærent & se spargendo dilatant. Inde Persius sequaces appellauit: quorum imagines iambunt hederæ sequaces. Etim Maronis iuuenilibus:

Serpentes hederæ vix habuere locum. Comitatur & hanc etiam fabella non illepida, quam sumsimus ex Græcis rei rusticæ collectaneis. *Cissos*, inquit, *adolescens olim fuit histrio saltatorque Liberi patris: qui dum tyasos exerceret, in profundum terræ hiatum casu lapsus, interiit.* Tellus in gratiam Bacchi pro iuuene remisit hederæ fruticem, quæ nunc etiam flexipes est, & saltantis speciem repræsentat, atque per admota serpit, quasi implicitos staticulorum nexus imitetur.

EX TIBVLLO.

In illud, *At mihi seruandam credas, non sæua recuso*
Verbera: detrecto non ego vincla pedum.

Claud. *De raptu Proserp. lib 3.*

Vt domus excubiis intuſtodita remotis.

Vbi Parthasius:

Intuſtodita,) absque ianitoribus, qui veteri Romanorum more in catena pro foribus excubabant, vt de Grammaticis scribens Tranquillus refert, & Ouidius:

Ianitor indigne dura relegate catena. Atque ita nos Tibullicarmen interpretati sumus:

At mihi seruandam credas, non sæua recuso
Verbera, detrecto non ego vincla pedum.

Ait enim poeta, se libenter in compedibus fore, dummodo ianitor constitutus obseruet, quo minus sua Delia quicquam peccet. Nam quod alii suspicantur eum cotapedes & verbera puellæ minari, rusticum est.

Ad Messalam, quare *Testis Inalpinus*, & non *Arupinus* scribendum sit.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Et siquem glacies Alpina cohercet. Vbi Parrh.

Eleganter ambigendo dixit. Nam quis vnquam crederet in illa orbis plaga homines habitare? tamen habitant, & Inalpini coniuncto verbo vocantur, vt legimus apud Plinium. Impudenter me hercle nimis, qui Tibulli carmen, quod in antiquis omnibus exemplaribus, *Testis Inalpinus* legitur, *Arupinus* inuerterunt. Nam quod is Inalpinos intelligat, insequentia declarant:

Quem siquis videat vetus, vt non fregerit aras,
Terna minus Pylia miretur secula fame.

Quippe Posidonius & Protarchus Alpes & Rhipæos montes eosdem putant, & Hyperboreos illic statuunt, quos humani secundum modum præterire Græcorum nostrorumq; historia notum est.

In Genethliaco Messalæ allusisse ad Ægyptiorum religionem, his verbis: *Te propter nullos tellus tua postulat imbres,*
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Rubuit Busiride Nilus. Vbi Parrhas.

Nilus in Libya caput tollit, vt Duris autumat. Alii constitutum non habent. Pausanias ex quorundam sententia refert ex Euphrate manare, qui cuniculo conditus supra Æthiopiam rursus exeat, & Nili nomen accipiat. Certo anni tempore Ægypti campos inundat, & imbrium vicem exhibet. Quapropter a priscis Ægyptiis sub Iouis appellatione & numine colebatur. Parmeno Byzantius, Αἰγύπτιος Ζεὺς Νεῖλος id est, *Iuppiter Ægypti Nilus*. Ex quo Tibullus in genethliaco Messalæ:

Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui. Quod hemistichium sumsit Ouidius, & ab eo Seneca quæst. naturali. 4. *Nemo aratorum aspicit cœlum, nec pluuio supplicat herba Ioui*, vt Ouidius ait. Ex eadem religione Pindarus epitheton Nilo dedit, & Saturnium dixit, vt Iouem designaret.

Delphica Pytho, non serpentis apud eundem, sed oppidi nomen esse.

Claud. *De raptu Proserp.*

Caluum Pythona gerit. Vbi Parrhasius:

Pytho Phocidis ad Parnassum ciuitas, Apollinis oraculo clara. Cuius in Argonaut. meminit Orpheus & Theognis, appellata, quod illic exstinctus Apollinis arcu serpens exarauit: id quod πυθεῖν Græci dicunt: Ozolisq; nomen dedit, ad quos e fectus traditur, *vt refert Plutarchus*, etsi Miclus Neapolitanus vrbi nomen inditum putat a Pythi puella, quam Melancho peperit ex Neptuno. Ser-

no. Serpentem Callimachus & Ælius Græcus auctor, & e noſtris oratione quadam Tertullianus. Delphinem vocant a Delphis, cũ Latini propemodum omnes, quibus eius nominis vſus venit, atq; ex Græcis nonnulli, vno eodemque vocabulo ſerpentem, vrbemque, ſed alteram muliebri, alteram maſculino genere dicant: quod Ammonius etiam præcipit, vt explodendi ſunt ii, qui *Delphica Pytho* ſerpentis apud Tibullum nomen interpretantur. Plura de Pythione leges apud Strabonem.

Ducere enſem quo ſenſu dixerit.

Claud. *De raptu Proſerp. lib. 1.*

Omnia quæ ſeriem fatorum pollice ducunt. Vbi Parrh.

Ducunt pollice) digitis ſubacta trahunt & nent. Eſt & quandoque ducere ferrum, procudere, hoc eſt, in longum cudendo porrigere Tibullus:

Nec enſem:

Immiti ſaurus duxerat arte faber. Inde ductor ferreus in carmine obſcœno Vulcanus, qui faber eſt & ferrum ducit, id eſt, extendit, & eſt ductile, quod malleis obſequitur apud Plin.

EX PROPERTIO.

In illud, *Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas*
Quæ notat Argynni pœna natantis aquas.

Claud. *De raptu Proſerp. lib. 2.*

Hunc fracta Cephiſus harundine luget.

Vbi Parrhaſius:

Cephiſus ad Lilæam fontem concipit, Edylium Parnaſſumque montes interſecat, & ipſam Bœotiam, priuſquam mari miſceatur, cuniculo demerſus occulto meatu labitur. Hæc ex Homero, Strabone, Polyæno, Macedone: & Statius:

Propellentemque Lilæam
Cephiſi glacialis caput. In eius vadis Argynnus Leuconis ex Piſidice filia nepos, dum nataret, exſtinctus eſt, *vt tradit Stephanus.* Athenæus ait, Agamemnonem in Argynni amorem lapſum cum forte natantẽ ſpectaſſet in vndis Cephiſi eiuſque mortẽ acerbiſſime deploraſſet, vtq; pueri memoriam propagaret, iuxta ripas amnis erexiſſe Veneris Argynnidis ædem. Sed Alcymnius Chius in Dithyrambis ait, Argynnum formę gratia Hymenęo carum fuiſſe. Propertius hunc intelligit Argynnum cum ſcribit:

Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas
Quæ notat Argynni pœna natantis aquas. Et hanc eſſe veram Propertii lectionem Nicolaus Picens vtriuſq; linguæ diligentiſſimus, arbitratur, & mecum ſentit.

EX CATVLLO.

In illud: *Quam mater prope Deliam*
Depoſuit Oliuam.

C Laud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Te fronte retusa
Delius, hunc fracta Cephisus harundine luget.

Vbi Parrhasius:

Delius,) Apollo ab insula cuius ante meminimus, *Delo*: vel ab eiusdem nominis monte prope Tegyram Bœotiæ ciuitatem, quæ natales Apollinis & Dianæ sibi vendicat, vt refert Semus, & Plutarchus in vita Pelopidæ: cuius verba nobis in Latinum versa libuit apponere, quo parum diligentis interpretis error appareat & erubescant siqui cæce sequuti sunt eum. *Non procul hinc Apollinis Tegyræi templum surgit, undiq; Medica bella sub Encherato vaticiniis & oraculorum fide pollens: vbi Deum ferunt editum. Proximus enim mons Delos appellatur: ad cuius radices Melonis fluuii frangunt vnda. Post ipsum templum duo mirifici copia aquarum & frigiditate & suauitate gustu fontes. Quorum alterum Palmum, alterum Oliuam hodieq; vocitamus, non quod inter eius nominis arbores, sed quod in medio viriusq; fontis interuallo Dea partu leuata sit. Nam prope esse memorant locum ex eo dictum Ptoum, quod inde repente obiecta apri specie ἀναπτοῆσαι, id est, exhorruisse metuque perculsam esse Latonam, quaque de Pythone Tityoque & ipsius Dei natiuitate traduntur, hic gesta volunt.* Hæc ille. Quis ergo non videat interpretem, quique eius vtuntur testimonio, pueriliter hallucinatos, qui Πεῶον proprium loci nomen ex caussa quam dixit, inani suspicione *Præceptem* transtulerunt? Ad hunc Oliuam fontem Catulli carmen esse referendum, decimo abhinc anno omnium primi indicauimus: cum ceteri Strabonem eum poeta committerent. Neque mentiri me sinet Tydeus Actianus, vir & doctus & integerrimus, quo tum præceptore in litteris vtebamur: non Ælius Gorgonius aut Putius Florentinus, in studiis nostris eminentissimus, qui nostri tum nascentis ingenii dexteritatem complexus, in margine sui Catulliani codicis adnotauit. Quid tamen refert, cum nonnulli inuenti sint, qui nostrum qualecunque hoc inuentum pro suo recitent ac ostentent? Sed quo pudorem plagiariis istis imponamus, ecce mutata sententia ad ipsam etiam arborem referri posse contendimus ex Ouidio, qui 6. Metamorphosi ita Latonam circuitione designat:

Illa suam vocat hanc cui quondam regia coniunx
Orbe interdixit, quam vix erratica Delos
Errantem accepit tum cum leuis insula nabat.
Illic incumbens cum Palladia arbore palmæ
Edidit inuita geminos Latona nouerca.

Pausanias, In omnibus fere certaminibus, *inquit*, victori palma datur ex instituto Thesei. Is enim ex Creta Delum vectus, ludos Apollini celebrauit, ipsosq; victores Deliæ palmæ foliis ornauit: cuius Homerus in Odyssea meminit, vbi Nausicaæ supplicat Vlysses. Strabo tamen

tamen oliuæ arborem & Latonæ partum in Ortygiam Ioniæ lucum transfert: quod mirum videri nō debet. Nam cum hominum opinione receptum esset, Latonam in nixu palmæ & oliuæ incubuisse, *vt meminit etiam Theognus*: vel palmæ lauroque, *vt Euripides in Polydoro*. Quicunque Apollinis & Dianę incunabula sibi vēdicabant, ad confirmandam vetustatis fidem easdem arbores apud se quisque demonstrabant. In Ioniæ luco, quem Strabo vocat Ortygiam, natam esse Dianam, canit Orpheus & Homerus in Hymnis: Apollinem vero Dei.

EX HORATIO.

In Epist. *Vilia vendentem tunicato scruta popello.*

CLaud. *lib. 3. De raptu Proserp.*

Cunctaq; virgineo sparsa oblectamina ludo.

Vbi Parrhasius.

Ea, scruta Sidonius appellauit. Quid autem scruta proprie dicantur, nemo ex iis quorum edita sententia sit, hactenus assequutus est. Et Politianus quidem cum scruta singulare verbum non esse docuisset, quid ea tamen vox significaret, quod quisque maxime cupiebat silentio præteriit. Nos scruta esse arbitramur attritas vsu vestes, dimidiatas strigiles, & iumentorum soleas, refixos clauos idque genus alia friuola, quæ vilissimi proxenetæ venalia habent, quos antiqui scrutarios appellabant. Lucilius,

Quidn' scruta quidem vt vendat scrutarius laudat. Ita enim legendum est, non (*vt perperam scribitur apud Gellium*) scuta & scutarius: vt conueniat cum sequentibus,

Perfractam strigilem, soleam improbus dimidiatam: quæ scruta quidem sunt & scrutarii laudant vt vendant: scrutarii vero nequaquam. Suffragatur Apollinaris, qui quasi cognatas res, friuola & scruta coniunxit, *Nunc quadam friuola, nunc ludo aptæ virgineo scruta donabat.* Quippe friuola vasa fictilia quasi dicuntur. Iuuenalis,

Iam friuola transfert

Vcalegon. Apuleius Asselli sui lib. 4. *Enimuero vos*, inquit, *bonæfrugi latrones inter furta parua atque seruilia timidicule per balneas & aniles cellulas reptantes scrutariam facitis*, id est, res inuolatis viles & quales scrutarii vendunt. Nam qui scrutariam deducunt a scrutando, scrutantur illi quidem multa, sed absque solertia. Nec equidem sum nescius a scuto *scutarium* dici, & *scutale*: quod in 6. dubii sermonis ait Plinius, & Charisius reperit: sed nihil ad rem. De scrutis Horatius, apud quem multa multi, nemo bene,

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Nam Sypontinus qui scutulas idem putat quod scruta, puerilitet vt in multis) lapsus est.

EX MARTIALI.

In illud, *Torquebat Phœbum Daphne fugitiua: sed illas, Oebalius flammas iussit abire puer.*

CLaud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Phœbus largitur Amyclas. Vbi Parrh.

Amyclas) Ea Peloponnesi ciuitas vna fuit ex, iisquas olim Lacedæmonii centum tenuerunt, institutis etiam communibus sacris pro singularum salute quæ hecatombas ab earũ numero memorabant. Auctor Eustathius. Nomen Amyclas Lacedæmonis filius indidit Hyacinthi pater & Daphnes puellæ: quorum matrem, Diomeden interpres Nicandri nominat. Hiacynthum vero Phœbus in deliciis habuit, vt in eius sororem Daphnen cõceptos ignes quoquo modo leniret. Hinc illud apud Martialem.

Torquebat Phœbum Daphne fugitiua: sed illas
Oebalius flammas iussit abire puer.

Amyclis (vt in tota fere Laconia) summa veneratione Apollo colebatur.

Eiusdem iocus suo nitori restitutus, *Drauci nata sui vocat bipennem, Collatus cui Gallus est Priapus.*

Claud. *Lib. 1. De raptu Proserp.*

Vesanaque mixto
Concentu delubra gemunt. Vbi Parrh.

Vesana.) Fanaticorum clamore frementia. *Ve* particula cum intentionem significat vt *vetus, vehemens, vegrande, veiouis & vsanus*, qui constituta mente non est. Iude *vepenis* apud Martialem parua mentula.

Drauci nata sui vocat vepenem,
Collatus cui Gallus est Priapus. Nam iocatur in natam Poeta quod subactoris sui membrum virile & quidem vastum diminutiuo nomine vepenem blandiens appellabat. Qui vero bipennem aut bipinam ante nos legerunt, ad Sales Poetæ non aspirant. Superiora Gellius & Macrobius.

Explicatus in Cottam iocus, *Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri: Sed qui bellus homo Cotta, pusillus homo est.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Qualis Amazonidum peltis exsultat ademtis
Pulcra cohors. Vbi Parrh.

Amazones (*vt Epherus in 9. tradit*) reuersos a bello viros, a quibus despiciebantur, intra mœnia non receperunt, obtruncatis etiam iis qui domi substiterant. Narrat Dionysius easdem Libyam tenuisse, domitisque bello finitimis arma tulisse in Europam, multasque illic vrbes monumentum victoriæ ab eisdem conditas exstare. Quin & ipsos Atlantas bellica virtute clarissimos prælio superatos in potestatem redegisse. Zenothemis in Æthiopia statuit Amazon, asquæ fato quodam anni tempore vicinorum concubitus

bitus appeterent, nec atoque virili partu tantum virgines educarent, non otio aut lanificio, sed armis atque venationibus exercentes, infantum dexteriores mamillas inurebant, ne sagittarũ iactus impediretur, vnde nomen, *vt Diodoro placet & Trogo*. Alii dictas aiunt ab Amazone puella Samornæ filia: cuius mater Samorna, Dianæ sacerdos Ephesi fuit & regina. Neque diminutiua forma hic est Amazonidũ, sed porrectio qua Rhodi Apollonius. Apherq; Dionysius apud Græcos, & e nostris Vergilius vsus est, & eum sequutus Auienus.

Gentis Amazonidum lambit sata. Sed in pedestri quoque ratione Diodorus Amazonidum scripsit, Τῶν Ἀμαζονίδων ὑπανυλθουσῶν, *Amazonidibus*, inquit, *regressis*. Iis enim quæ viribus adeo præstiterunt, diminutio non conuenit, vt ingeniose scribit Eustathius. Hoc argumento Martialis in Cottam iocatus est,

Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri
Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est.

Ætia Callimachi quænam sint & quo argumento.

Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Atque Trinacria longe
(Esset ne vobis oneri) deserta colebat. Vbi Parrh.

Deserta Trinacria,) Siciliæ secessus: & adiectiue Trinacrium dixit, vt Maro,

Ante & Trinacria lentandus remus in vnda. Quod Callimachus Ætion primo multo ante vsurpauit, *vt scribit Stephanus*. Hoc illud opus est, quo Martialis ad Mamurram carmen omnium primi spectare deprehendimus,

Sed non vis Mamurra tuos cognoscere mores
Nec te scire: legas Ætia Callimachi. Nam præter alia, Callimachus Ætia quoque scripsit: quo poemate sacrorum ritus & causas complexus est: vnde nomen Seruius Æneid. 1. Maronis verba declarans,

Cur dextram iungere dextræ
Non datur? Maiorum, inquit, *hæc fuerat salutatio*: cuius rei τὸ αἴτιον, id est, causam, Varro Callimachum sequutus exposuit, & alibi carmen illud enarrans in 3.

Vnde etiam templo Triuiæ lucisque sacratis
Cornipedes arcentur equi, Seruius ait, Exponit τὸ αἴτιον. Nam Callimachus scripsit Ætiatin quibus hoc etiam commemorat. Nec ingrati Prisciano sumus, qui Callimachi versum citat ex Ætiis *lib.* 1 nobisque adhuc pueris aurem quodammodo vellit vt hoc in Martialem suspicaremur. Improbe profecto faciunt qui tanquam fuci alienis laboribus insidiantur, & quæcunque præripere possunt, pro suis ostentant. An si nostram hanc obseruatiunculam per ætatem prodere tum non licuit, & editione, non inuẽto, præuenti sumus, iccirco nostra nos laude fraudari patiemur?

Non adeo toleranda quies. Marius Æquicolus, iuuenis apprime doctus, vt eius in ingenii monumentis notum est, sanctissime testari potest, me pluribus annis antequam in cuiuspiam commentariis ebulliret, Neapoli super hoc Martialis loco secum communicasse. Sed & Tydeus Actianus ille Picens præceptor olim meus, vir in omni vitæ colore tersissimus, & quem nulla remotior disciplina latet, meo nomine multum gloriatus quod eius ætatis puer eruditionis non exiguum specimen sub se dedissem, in suas quisquilias hoc etiam retulit, opus sane varium, quod abs se magna cura compositum iam tum videbatur editurus, ac nescio cur ad hanc diem publicum non acceperit. Non essemus in iis vindicandis adeo diligentes, nisi nonnullos in alienis & quibus ipsi non insudarunt, idem molestissime facere videremus. Ex Ætiis pręterea Callimachi vetustus & innominatus interpres Homeri, qui in publica Vaticana bibliotheca Romæ legitur, sæpissime testimonium petit. Dionysius item Corinthius eadem inscriptione opus emisit. Allusit ad hoc etiam Naso cum dixit,

Tempora cum caussis Latium digesta per annum
Lapsaque sub terras ortaque signa canam. Quippe ætion caussam significat, & Ætia eodem pene argumento, quo nostri Fasti constabant.

EX CLAVDIANO.

In illud Panęgyr. *Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.*

EX eodem Claud. *De raptu Proserp. lib. 1.*

Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.

Vbi Parrhasius.

Dodonia quercus) Æmulatio Maronis, qui glandem vocauit Chaoniam Quippe Dodonem duarum vrbium nomen affert Philoxenus, quarum alteram Thessaliæ contribuit, alteram Thesprotiis in Epiro: sed vtramque vnam putat Stephanus Oceani Nymphę vel amni propinquo cognominem: siue (*quod placet Eustathio*) Iouis & Europæ filiæ Dodonæ. Nam Dodon & Dodone indifferẽter enuntiantur, Homeri carminibus & Iouis oraculo clara, colũbis (*vt ferunt fabulæ*) respõsa reddentibus. Sed aliter historiæ fidem tradit Herodotus. Nonnulli quercus ipsas per se vocales fuisse cõtendunt: quod innuere videtur Statius,

Molossi
Quercus anhela Iouis: Et Maro,
Atque habitæ quercus oracula Graiis. Apertius in Trachiniis Sophocles qui Dodonæam quercũ seu fagum πελύγλωσσον appellauit. Ex hac materia constructam Argo naui, carinam, quæ dubiis in rebus Minyas admoneret, canit Apollonius, & Æschyli testimonio refert. Claudianus in Panegyricis,

Licet omnia vates
In maius celebrata ferant ipsamque secandis

Argoi

Argois trabibus iactent sudasse Minervam
Nec nemoris tantum vixisse carentia sensu
Robora, sed casso teneri Iouis augure luco
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.

Inde Lycophron Argo nauem garrulam dixit, ab auis similitudine, & C. Balbus per operis initia *Fatidicam* potius, quam quod in cœlum relata sit, vt alii suspicantur. Ex hac historia Senecæ in Medea carmen interpretari sumus. *Ipsaque vocem perdidit Argo*: cum alii ad Orphei cantum ineptissime retulissent. In iis autem Claudiani quos paulo ante citauimus, tertius a primo versus in omnibus exemplaribus *Teneri Iouis* legitur: cum Tomuri scribendum sit a Tomuro Dodonæ mõte circa radices centum fontibus nobili: de quo Strabo, Plinius & Solinus ex Theopompo.

In illud, *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 3.*

Non Rheni glacies, non me Riphæa tenebunt
Frigora. Vbi Parrh.

Rhenus notissimus Gallię fluuius ab Alpibus descendens, *vt inquit Mela:* cuius accolas antiqui Celtas vocabant, posterior ætas cognomines amni Rhenos. Auctor Stephanus. Hi coniugum fidem ita probant: A partu recentes filios ad Rhenũ deferunt, scutoq; impositos, qua rapidior est, alueo committunt, quibus vnda pepercit vt suos agnoscunt: exstinctos, adulterio conceptos existimant. Exstat inter Græca Epigrammata carmen incerti auctoris, quod hũc ipsum morem pluribus verbis exsequitur, idque adulescens perhumanus & nõ ineruditus, Antonius Calcaterra paucioribus his numeris amplecti tentauit,

Audaces rapido dubios in gurgite partus
Explorant Celtæ, donec diiudicat vnda
Hi nunquam capiunt gentes nouæ pignora matrum
Quam prius imponant clypeo: tum flumina monstrant
Angenus obliquum fuerit, post mater ad vndas
Egeriam tendit natos vsura recentes,
Et suspensa timet censorii flumina Rheni

Hinc alibi Claudianus.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

EX OBSCOENI CARMINIS Auctore.

In illud, *Ductor ferreus insularis æque Laterna videor fricare cornu.*

Claud. *De raptu Proserp. lib. 3.*

Compresso mons igne tonat, claususque laborat
Mulciber. Vbi Parrh.

Mulciber.) Vulcanus, quod ignis existimatur qui mulcet ac domat omnia. Egnatius de rerum natura lib. 1. *Denique Mulciber & ipse Fertur altissima cœli Contigit.* Eundẽ Iunonis absque viri accubitu,

cum Hesiodo, nonnulli filium sentiunt. Homerus Iunonis ex Ioue: cuius officinã vetustas in Æoliis insulis statuit: vbi (*si Pythea credimus*) siquis eius opera vti volebat, depositò vesperi pretio quodcunque petierat, ibidem mane reperiebat. Fingitur & Ætnam colere. Verg in Ætna,

Principio, ne quem capiat fallacia vatum,
Sedes esse Dei, tumidisque e faucibus ignem
Vulcani ruere & clausis resonare cauernis,
Festinantis opus. Eadem de Lipare, Strongyle, Lemnoque fama est, vt canit Balbus. Ob id insularis appellatur apud obscœni carminis auctorem,

Ductor ferreus insularis æque
Laterna videor fricare cornu. Nam facete Vulcanum cornu fricare dixit, sumto ioci colore ex illo Plauti, *Quo ambulas tu qui Vulcanum conclusum in cornu geris?* Ignis enim dum clausus intra laternam sursum versus suapte natura nititur, flammas subinde vibrans, corpus inter se miscentium speciem repræsentat, ipsumq; laternæ cornu fricare quodãmodo videtur. Ergo iocose de puellæ macie præquestus, *Videor*, inquit, *mihi cum laterna cornu mistero corpus, æque prope ductor ferreus insularis, id est, Vulcanus, qui faber est & insulas colit.* Nec ineleganter *ductor ferreus* faber appellatur, qui ferrum ducit, id est, cædendo porrigit, vt demonstrauimus Hęc etsi nostræ verecundiæ non conueniunt, explicasse tamen placulum non fuerit, cum viri non indocti & graues in iis interpretandis frustra se torqueant.

EX SEDVLIO.

In illud, *Tragicoue boatu Ridiculoue Gete.*

IDem Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Seu flauos strauere Getas. Vbi Parth.

Getas.) Hos Apher Dionysius ad aquilonem statuit in Scythia, non procul ab Istro fluuio. Thraciæ contribuit Herodotus: vtraque Danubii ripa prærendi Strabo dicit, vt Mysos & item Thracas. Geta seruile nomen est apud comicos, nam inde venales serui mittebantur. Propterea Sedulius cum scenicas insectaretur fabulas, comicas actiones ex ea persona, quę frequens inducebatur, designauit, *Tragicoue boatu*

Ridiculoue Gete Quis non multo magis ipso Geta ridiculos ducat eos, qui *Vegete* legendum putant integra dictione? Veges quidem pro vini cado (*quod equidem sciam*) ponitur a Palladio, sed hic ita conuenit vt nihil minus. Condonemus hoc tamen istis, qui nõ possunt a mero discedere, cui semel addicti sunt.

LOCI EX ALIIS AVCTORIBVS, IN IISDEM commentariis explicati vel emendati.

EX CICERONE.

De Natura Deorum, restitutum nomen Cercopis Pythagorici.

Idem

IDem Claud. *De raptu Proserp. in præf. lib. 2.*

Ora sopitis ageret cum cantibus Orpheus. Vbi Parrh. Orpheus ex Apollonii carmine Diodoroque Oeagri filius fuit, cius quem Pierus Lino patre genitus procreauit, vt inquit Charax. Æschylus scribens de tragœdia libr. 6. Calliopes ex Apolline treis enumerat liberos, Hymenæum, Hyalemum, Orpheaque. Idem sentit Pindarus & Ouidius in Amoribus, qui Linum canit ex iisdem parentibus natum. Affert & antiquum Chærilogium, quo filius Apollinis Orpheus approbatur, & a Thracibus, qui Pieres appellantur, exstinctus. Ammonius ab iis potius est qui Orpheo patrem Apollinem tribuerunt, quam qui Oeagrum: quippe cum Musica studium, quo claruit Orpheus, Apollini maxime conueniat. Vndecim seculis ante bellum Troianum fuit, vt *in Suida monumentis legimus.* Multa quæ scripsisse dicitur, ad alios auctores referuntur. Nam Orpheum Poetam nunquam exstitisse, Dionysius & Aristoteles pluribus argumentis ostendunt. Odæ, ad lenem tragicum, sermones, ab aliis ad Theognetum Thessalum, ab aliis ad Cercopem Pythagoricum, cuius in Deorum natura meminit Cicero: tametsi quorundam stultitia, qui Ciceronis opera nuper impressérunt, aliis apud eum syllabis inuersa dictio legatur. Oracula feruntur Onomacriti, item Initia: Soteria Timoclei Syracusani, aut Milesii certe Pergini. Crateras Zopyrus scripsisse creditur: Descensum ad inferos, Herodicus Perinthius aut Orpheus Camarinæus. Nam plures eodem nomine recensentur, & in iis (*vt ait Æschylus*) Orpheus Croconiates, Argonautici scriptor, qui cum Pisistrato congressus Athenis est.

EX PLINIO.

Hist. natur. lib. 2. de insulis Calaminis.

A Pud eundem Claud. *De raptu Proserp. lib. 2.*

Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu. Vbi Parrh. *Mygdonio.* Lydio, nam Lydia Mygdonia dicta est a Mygdone Corœbi patre, *vt refert Pausanias.* Carius enim Iouis & Torrebiæ Nymphæ filius, cum forte vagus erraret, incidit in paludem: cui cum nondum nomen esset, ab eius matre Torrebia vocitauit, ibi Nympharum, quas Musas Lydi appellant, auditos cantus edidicit, auctorque Lydiæ modulationis exstitit, *vt Nicolaus Damascenus in 4. refert.* Xanthus vero Lydius in patria historia narrat, Atyos exstitisse filios Lydum Torrebumque, qui de suo nomine Lydios & Torrebios in Asia vocarint, vt inde Torrebia quoq; palus esse poterit. Martianus Capella ita scribit in 9. *In Lydia Nympharum insulas dicunt, quas etiam recentior assertionum Varro se vidisse testatur, quæ in medium stagnum a continenti procedentes, cantu tibiarum primo in circulum mota, dehinc ad littora reuertuntur.* Eundem sane locum designat Plinius libro natur. Histor. 2. *In Lydia quæ vocantur Calamine, non ventis solum sed etiam contis quo libeat im-*

pulsa, multorum ciuium bello Mithridatico salus. Sunt & in Nymphæo paruæ saltares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. Fugerunt hæc Hermolaum, qui Calminas castigat Stephani testimonio: cum tamen is non Calbin, sed Calbion in Lycia fontem memoret, quem alii Calenon, nonnulli per M. Calemon (*vt ait*) vsurpent: & illic de fluctuantibus insulis, non de fontibus aut aquis, agat Plinius. Quæ vero tanta nominis esse potest affinitas, vt tota prouincia diligentissimus locorum perscrutator aberrarit? Nos in Lydia contendimus esse, nõ in Lycia, neque fontem, sed insulas Calaminas appellatas a calamis, ad quorum cantum numerosius mouebantur, nam καλάμινος αὐλὸς, id est, calamina tibia, est ea, quæ Tityrina dicitur ab iis, qui sunt in Italia Doriensibus, vt linguæ Doridos 3. scribit Artemidorus. Inde pastor apud Vergilium Tityrus a fistulæ cantu, cui vacabat, appellatus est. Aristophanes enim καλαμίνην σύριγγα dixit, id est, harundineam fistulam, quam Dorienses Tityrinon. Eædem saltares etiam nominantur, quippe Nymphæus a Nymphis illic habitantibus, & Torrebia, duo lacus vnius nomina sunt, insulasq; Calaminas non diuersas accipimus. Quin ipsa Plinii verba sic emendanda censemus, *Sunt in Nymphæo paruæ, saltares etiam dictæ:* vt verbum *sunt*, cum superiore simul ac sequente clausula coniungatur, & quas antea nomine Calaminas in Lydia constituerat, easdem in Nymphæo lacu reddat, quæ *Saltares* alio verbo memorentur, ex caussa quam refert. Eius stagni meminit natur. hist. 31. *Hoc idem & in Lydia in stagno Nympharum tradunt.* Confer verba Nicolai, Stephani, Varronis, & Capellæ cum Plinianis, & nihil ambiges. Multorum vero ciuium Mithridatico bello salus fuerunt, quoniam regis iussu, cum quidquid ciuium Romanorum in Asia fuit, trucidarum esset (*vt narrat Liuius*) in has insulas complures elapsi sunt a cæde.

FINIS.

ANNOTATIONES VARIÆ LAVRENT. ABSTEMII MACERATENSIS.

DE IV. OVIDII LOCIS IN IBIN.

Vt quos dux Poenus morsit putealibus vndis,
Et iacto canas puluere fecit aquas.

Ex lib. 1. Obscurorum locorum Venetiis in 4. Vrbini Grãmaticam

DOmitius. *Annibal vt apud vnum Valerium Maximum comperio: pontem ex captiuorum cadaueribus in Bolo fluuio cõstruxit vbi traiecit exercitũ. De hac crudelitate hic loquitur Ouidius. Abste.* Num propterea Valerium in manus sumseram: vt hanc Annibalis crudelitatem legerem, de qua etiam apud Liuium *lib. 3.* de secundo bello Punico reperio factam esse mentionem. Sic enim ait: *Hunc exer-*

exercitum natura immitem: moribusq; ferũ, insuper dux ipse efferauit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis. Appianus quoq; in lib. qui *Libycus* inscribitur, huius crudelitatis mentionem facit dicens: *Hoc solum dixerim quadringẽtas nobis fuisse vrbes: quarum captiuos partim fossis obruerit: partim fluminibus immerserit: per quorũ corpora tanquam per pontes duceret exercitum, sed de hac Annibalis sauitia hic non sentit Ouid. sed de ea, qua in Acherranorum vsus est Senatum: quem vt est apud eundem Valerium de perfidia, extra mœnia fide Punica euocatum in altissimos puteos abiecit.* Cui assentitur Appianus dicens. *Acherranorum præterea senatum per inducias fidentem puteis immersere, ora saxis obstruentes.* Si enim de superiori crudelitate intelligere voluisset, *fluuialibus, non putealibus* syllabarũ quantitate non repugnante dixisset. *Vrsellus.* Hæc opinio tua ita mihi vera videtur, vt ne ipsum quidem Domitium si viueret contradicturum existimem. *Abste.* Gaudeo hanc interpretationem tibi probari meam. Perge ad reliqua.

docuit & bibliothecã Guidi Vbaldi Vrbini ducis præerat. Valla in illum inuectus, qui in omnes stylũ amarulenter strinxit, adeoq; fere in Christum.

OVIDIVS.

Inclusus quo necem cauea patiaris: vt ille
Non profecturæ conditor historiæ.

Domitius. Chœrilus rerum Alexandri malus scriptor inedia mori coactus a rege, vt ainunt. *Abste.* Nõ eo inficias *Chœrilum* pessimorũ carminũ Poetam fuisse, quod Curtius in *gestis Alexandri*, & Horatius in *Poetica* tradiderunt. Sed abnuo eum fuisse de quo hic dicit Ouid. Acron. n. scriptum reliquit: *Chœrilum* Poetam fuisse: qui Alexandrum Mag. secutus, eius bella descripsit: cui regẽ dixisse ferunt, malle se Homeri Thersiten esse: quam huius Achillem. Præterea aiunt eum cum rege esse depactũ: vt pro singulis bonis versibus *auri numismate* donaretur, pro malis vero *colapho* cæderetur. Cuius tot mali reperti sunt versus, vt *colaphis* enectus sit. Potuit Domitii nostri Chœrilus ad hunc locũ fortasse facere: si aliquem more suo auctorem adduceret: quo illũ inedia in cauea probaret exstinctũ, sed cum ad hoc probandum neminem citet, aut testem non habet: aut adeo inopem: vt illũ producere non audeat. Acron non *inedia* sed *colapho* Chœrilum dicit interemtum. Caueę vero nullam facit mentionem. *Vrsellus.* Quem ergo hunc esse arbitraris in cauea necatum, qui historiam condidit sibi minime profecturã? *Abstemius.* De *Callisthene Olinthyo* Nasonem intelligere autumo: de cuius exitu Iustin. lib. 15. hæc dicit. *Cum Alexander Magnus Callisthenem Philosophum propter salutationis Persica interpellatum, quorum iasidiarum: qua sibi parata fuerant, conscium fuisse iratus finxisset, eumque truncatis omnibus membris: abscissis q; auribus ac naso labiisque, deforme & miserandum cadauer reddidisset, insuper in cauea cum canes lausum ad metum ceterorum circumferret. Lysimachus audire Callisthenem: & præcepta ab eo virtutis accipere solitus, miseratus tanti viri: nõ culpa, sed libertatis pœnas pẽdentis, venenũ ei in remedia*

calamitatum dedit, quod adeo ægre Alexander tulit, vt eum ferocissimo leoni obiici iuberet. Vrsellus. Dilucide ostendisti Iustini auctoritate *Callisthenem philosophum* in cauea interemtum. Sed nisi ostenderis historiam Alexandri, ab eo scriptam, non tibi magis quã Domitio assentior. *Abstemius.* Paruam vt video præceptori fidem adhibes: cui absque reste credendum non putas. Geram tibi morem, & eiusdem Iustini testimonio vtar, qui lib. 12. inquit, *Multum ei profuere Callisthenis Philosophi preces*, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi qui erat: & tunc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta eius accitus. *Vrsellus.* Iustini verba *Callisthenem* ab Alexandro accitum ad prodenda eius gesta memoriæ, non tamen vllam ab eo historiam scriptam esse testantur. Quomodo enim hic Alexandri res gestas scribere potuit, qui adhuc viuebat: multataque post *Callisthenis* mortem gessit? *Abstemius.* Et si non omnia, ea tamen quæ ante exitum vitæ suæ rex præclare gesserat, a *Callisthene* scripta fuisse non ambigo. *Vrsellus.* Quis facit mentionem eius historiæ? Multi, de quibus Cicero lib. 2. de Oratore sic dicit: *Deniq; etiam a Philosophia profectus Princeps Xenophon Socraticus ille: Post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri scripsit historiam. Et hic quidem Rhetorico pene more, illo autem superior leuiore quodam sono est vsus, & quia illum impetum oratoris non habet, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, vt mihi quidem videtur, dulcior.* Hæc de *Callisthene* retuli quæ ad horum versuum enarrationem mihi facere videbantur, si plura scire cupis, Curtium euolue, Valerium maximum, Marcellinum, Senecam, & Plutarchum, e quibus Plutarchus in vita Scyllæ scribit, eum non veneno, sed morbo pediculari, quem Græci *Phtiriasin* vocant: in carcere exstinctum. Sunt aliæ quoq; de eius morte opiniones quæ ad rem non faciunt. Vt comicio non dum tibi satisfactum putas. *Vrsellus.* Quare? *Abstemius.* Quia te tristem video. *Vrsellus*, non est hæc caussa mœstitiæ, sed misertus sum Alexandri Regis clarissimi: quem ita eo præcipitem egit, vt cõdiscipulũ suum, Aristotelis præceptoris sui propinquum, gestorum suorum scriptorem eloquentissimum innoxium tam crudeliter occiderit: vnde cotidie scriptorum morsibus laceratur. *Abstemius.* Quanto magis *Callisthenis* misereri deberes viri Philosophi optimis moribus ac artibus præditi: quem iuuenem adhuc Alexander non tantum occidit: sed etiam indicta caussa torsit. Non est inficiandum, quin cæsus inter pocula *Clytus*, in cauea *Callisthenes* exstinctus, ferocissimo leoni *Lysimachus* obiectus, tot clarissimas Alexãdri historias obscurauerint. Sed recte monentibus, semper parendum est. Aristoteles enim *Callisthenem* ad regem mittens sæpe monuit, vt quam rarissime & iocunde loqueretur, cum homine, qui vitæ & necis potestatem in aciæ linguæ portaret. At ille consilii præceptoris oblitus dum Alexandri superbiam sese hominem obliuiscentis incautius liberiusque

nusque reprehendit: in iram regis incurrit. Vnde est tot mala perpessus. *Vrsel.* Memoria teneo dum hos versus nobis exponeres: te dixisse quendam *Telesphorum Rhodium* in cauea, eadem suppli ia pertulisse, cuius historia adhuc fortasse locum facere posset. *Abstem.* Lysimachus: qui priuatus in *Callisthene* tam prius fuit: vti extincto Alexandro regnum inuasit, eadem in Telesphorum familiarem suum vsus est crudelitate, quem cum illi nasum naresque amputasset: velut aliquod ferox animal, in cauea clausum portauit, vt testis est Seneca. Sed quoniam non memini me legisse huc illas historias scriptitasse, an ad huius loci faciat explanationem subdubito. *Vrsellus.* Credamus ergo Ouidium de *Callisthene* loquutum, cui historia Alexandri a se scripta nihil profuit, quominus in cauea cū cane clausus turpissime exstingueretur. *Abstemius.* Quoniam *Callisthenis* historiam bene huic loco conuenire tibi videtur. Cetera percurre.

OVIDIVS III.

Nataque vt Æacide: iaculis morieris adactis.
Non licet hoc Cereri dissimulare sacrum.

Domitius. Heraclia Hieronis filia cum genere Achillis coniuncta veteri affinitate, infelicitatem stirpis Achillea licuit: nam quamuis ad sacrarium Cereris confugisset, vt labente re Syracusana esset tuta: tamen cum duabus puellis, quas habebat filias eodem populi tumultu, quo Hieron perierat, telis confixa cecidit, partem historiæ accipe ex Liuio. Abstemius. Heraclię historia a Domitio recitata nihil ad hunc locum mihi facere videtur. *Ouidius* enim scribit: *Nataq; vt Æacidæ iaculis moriaris adactis.* At Heraclia filia fuit Hieronis regis Syracusanorum, qui nulla ex parte Æacidarum pertingebat domum. Sed dicet defensor Domitii, Heris e stirpe Pyrrhi virum habuit Gelonē, Heraclię fratrem. Esto ob hoc Heraclia non dicetur ex Æacidarum genere procreata. Præterea Liuius, quem Calderinus se auctorem habere ait, nusquam dicit, *Heraclium ad Cereris sacrarium confugisse*: tantum inquit, eam cum duabus filiabus virginibus in sacrarium ad penates confugisse. Cetera Domitius ipse suo finxit ingenio. Si enim ab alio accepisset non tacuisset auctorem. *Vrsellus.* Cum Domitium lego, probo opinionem eius, cum vero te audio perperam hos versus ab eo expositos esse diiudico. *Abstemius.* Nō mirum: nam dum pudet hunc locum inexpositum relinquere, multa fingit, & ita falsis vera miscet, vt qui non optime historias calleat, facile capiatur. *Vrsell.* Edissere ergo quā opinaris esse hāc Æacidæ Natam, iaculis adactis occisam, cuius mortem Ceres dissimulare non licet. *Abstemius.* Ostendam, vt spero, luce clarius Ouidium loqui de Laodomia Alexandri filii Pyrrhi Epirotarum regis filia, vt in lib. 28. Iustinus tradit: *Cum ex Alexandri regis prole, sola Neris virgo cū Laodomia supereſſet, Neris nupsit Geloni Hieronis Siciliæ Tyranni filio, Laodomia autem cum ad aram Dianæ con-*

jugisset ab Ætolis hostibus, qui carens defensore regnum inuaserãt, interfecta est, quod facinus dii immortales assiduis cladibus, & prope interitu totius gentis vindicauerũt. Nam sterilitatem famemq; passi & intestina discordia & externis bellis vexati, ad postremũ pene omnes consumti sunt. Milo quoq; Laodomiæ percussor in furorem versus nunc ferro, nunc saxo in summa dentibus laceratis artubus duodecima die interiit, Laodomia ergo illa est nata Æacidæ, hoc est, Alexãdro Pyrrhi filio qui vnus ex Æacidis fuit: siquidẽ omnes qui ab Æaco Iouis & Æginæ filio processerũt, Æacidæ dicti sunt. Testatur id Cic. lib. Offic. vbi ponit respõsum Pyrrhi Epirotarum Regis redditum Romanis captiuos redimere volẽtibus: *Non mi aurum posco, nec mi pretiũ dederitis, nec cauponantes bellũ, sed belligerantes ferro non auro vitã cernamus versus, præclara* (inquit) *sentẽtia Æacidarũ genere digna. Vrs.* Fateor *Laodomiam* Æacidæ natam, sed verbis Iustini non in *templo Cereris*, sed ad *aram Dianæ* probas interfectam. Ouidius vero innuere videtur tantum scelus in æde Cereris perpetratum. *Abstem.* Imo Ouidius dicit, hoc scelus non tam ad *aram Cereris* commissum, quam ab ea dissimulari non posse, cũ tam atroci supplicio Ætolos, & maxime Milonem Laodomiæ interfectorẽ prosequuta sit. Nam cum Dea frugum sit, frumenta denegando, horrida illos fame consumsit, Milonem vero in furorem egit, quod proprium Cereris videtur officium. Vnde qui emotæ mentis sunt, ceriti nũcupari solẽt, quasi Cereris ira & indignatione vexati. Plautus in Amphitryone: *Tu certe laruatus es aut ceritus. Vrsel.* Ita tua mihi satisfacit interpretatio, vt si ad *aram Cereris Laodomiam probares occisam*, nihil vlterius desiderarem. *Abstemius.* Quid si probauero ad aram Cereris *Laodomiam iaculis* interfectam? *Vrsellus.* Tum optime hunc locum a te interpretatum esse confitebor. *Abstemius.* Volo ex animo tuo hunc amouere scrupulum, qui vt video male te cruciat, & probare ad *aram Cereris* Laodomiã interfectam. Phœbus & Diana idem sunt qui Sol & Luna. Testis est Horatius in carmine seculari:

Phœbe syluarumq; potens Diana
Lucidum cœli decus. ---

Rursus Sol & Luna a Poetis Liber & Ceres nuncupantur. Vergil. primo Georgicorum:

-- Vos O clarissima mundi
Lumina: labentem cœlo quæ ducitis annum
Liber, & alma Ceres.

Vbi dicit Seruius, quod Stoici eandem Lunam, eandẽ Dianam vocant, eandẽ Cererem, eandem Iunonem, eandem Proserpinam dicunt, secundum quos pro Sole & Luna, Liberum & Cererem inuocant. Si igitur Ceres facinus ad aram Dianæ commissum punire voluerit, nihil mirum cũ eadem Dea, modo Diana, modo Cereris nomine nũcupetur. *Vrs.* Excussisti ex animo meo, nunc iam omni

amb-

ambiguitatem, vt ad horum versuum enarrationem nihil amplius desiderem. Sed si bene memoria teneo dixisti in sequẽtium quoq; versuum expositione Domitium longe a veritate discessisse Quare nisi molestum tibi est, iterum mihi eos enoda. *Abst.* Qui sunt. Ouid. 4.

Vt puer Arpyages referas exempla Thyestæ,
Inq; tui patris viscera cæsus eas.

Domitius. *Arpyages filius absumsit quod Thyestæ prius contigerat. Hoc placet magis quam vt intelligas Arpyagem fuisse filium Thyestæ cum Tantalum legamus. Abstem.* Cui post Domitium errantinon est danda venia, cum vir magni ingenij, magnæque doctrinæ hanc historiam, quæ ab Herodoto & Iustino in primo dilucide copioseq; describitur, nõ viderit? Existimauit Calderinus noster *Arpyagem* proprium viri nomen fuisse, qui exemplo Thyestæ filium absumsit, cum ille Tantalus dictus sit. Boccatius vero libro *Genealogiarum Deorum*, Thyestę tres filios fuisse scribit. Tantalum Plistenem, & tertium secutus quendam Theodontium Arpagigen siue vt alij scribunt *Arpyagem*. Ego autem vt Calderino non assentior, ita ne Theodontij quidem & Boccatii opinionem sequendam reor, qui hoc Ouidii versu decepti *Arpagiden*, siue *Arpyagen* (nam varie scriptum comperio) proprium Thyestæ filii nomen esse crediderunt. *Vrsell.* Nisi scirem quanta præceptorem reuerentia prosequi debeamus, habeo quo te merito possem accusare. *Abstemius.* Nihil reueritus eloquere quid velis: *Qui enim aliorum errata corrigere audet, non debet ægre ferre, cum alii eius peccata discutiunt.* An censes me esse ita amentem, vt me irreprehensibilem rear. *Vrsell.* Paulo ante vix adduci poteras, vt Domitii monstrares errores, nunc Boccatium & Theodontium dicis errasse, quare vereor ne Grammaticorum aduersum te insurgẽtium impetum valeas sustinere. *Abstem.* Si verbis si mecum contenderint parui facio, illo enim clypeo protegam veritatis, qui omnia maledicorum tela repellere solet. Non te prius dimittam, quam me verum locutum fatearis. *Arpagus* a quo *Arpagydes* patronymicum trahitur, fuit amicus Astyagis Medorum Regis, cui rex iratus, quod Cyrum ex filia nepotem viuere comperisset, quem illi, vt fido & arcanorum participi necandum tradiderat, proprium filium epulandum apposuit. Hic est ergo ille *Arpagides*, id est, *Arpagi filius*: nam eius nomen historici non tradidere memoriæ, qui absumtus a patre exempla Thyestæ retulit. Cui similiter Athreus frater liberos epulandos apposuerat. Non te adeo obtusi ingenii, esse cognosco, vt Ouidium de hac *Astyagis* sæuitia, qua in Arpagum præfectum suum vsus est, locutum esse non percipias. *Vrs.* Percipio & gratias tibi ago, ꝙ hodie animũ meum e quatuor errorum tenebris eripuisti, quib. magna mecum eruditorum virorũ ingenia inuoluta fuisse comicio. Scire velim cur homines nostri seculi,

tam facile labātur, cum antiquissimi illi in huiusmodi errores ce-cidisse non videantur. *Abstemius.* Non nego superiorum ætatum ignauia atq; inscitia ita linguam Latinam deprauatam, vt hæc nostra, patrumque nostrorum ætas, qua Latinæ literæ pene exstinctæ reuiuiscere cœperunt, omnino vitiis & erroribus carere non possit. Si tamen bene inspicere voluerimus, semper erratum esse comperiemus.

EMENDATVR VALERIVS MAximus, lib. 1.

Deprehendi nunc *Valerium Maximum* in historiis, quarum diligentissimus fuit indagator, esse prolapsum, scribit enim lib. 1. Memorabilium, quod Athenienses *Aristomenis Messenii*, ob eximiam calliditatem ab iis dissectum cor pilis, refertum inuenerint, cum eum aliquoties captum, & astutia elapsum cœpissent. Non enim Athenienses, sed Lacedæmonii, quibus vtpote vicinis, prope assidua & diuturna cum Messeniis bella fuerunt, hoc perpetrarunt. Testis est Plinius, lib. 11 natur. histor. dicens: *Hirto corde gigni quosdā produnt neque alios fortiores esse industria.* Sicut Aristomenem & Messenium: *Qui trecentos occidit Lacedæmonios ipse conuulneratus & captus, semel per cauernam Latomiarum euasit angustos vulpium aditus sequutus, iterum captus, sepitis custodibus somno, ad ignem aduolutus lora cum corpore exussit, tertio capto Lacedæmonii pectus dissecuere caussa videndi: hirsutumque cor repertum est.* Vides ne igitur, quod non Athenienses, sed Lacedęmonii Aristomenem dissecuerunt? *Vrsell.* Cur magis Plinio quā Valerio in hac historia credere debeam non video. *Abstem.* Non solus Plinius contra Valerium testis est, sed etiam Stephanus auctor Græcus, qui de *Andauia Messeniæ vrbe* loquens dicit: *Ex hac Aristomenes fuit insignissimus bellator, quem Lacedæmonii, quod ab eo sæpius victi essent, admirantes, cum in Messeniacis bellis magna difficultate cœpissent, dissecuere speculatique sunt, si quid præter ceteros haberet & inuenerint intestina eius aliusmodi, quam ceterorū hominum esse consueuerunt, & cor hirtum, vt Herodotus, Plutarchus & Rhionius memoriæ prodiderunt.* Memini me legisse apud Plutarchum in vita Romuli, quod Messenii gloriantur trecentos Lacedæmonios ab Aristomene interemtos. Hic est ille Aristomenes, cuius insignem iustitiam & continentiam diuus Hieronymus in opere contra Iouinianum his verbis commendat: *Aristomenes Messenius vir iustissimus victis Lacedæmoniis, & quodā tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur hyacynthina, rapuit de choris ludentium virgines 12. & tota nocte gradu concito fugiens excessit de finibus Spartanorum. Cumque comites eius vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent, & ad extremum quosdam non parentes interfecit. Ceteris metu coercitis. Redemtæ postea a cognatis puellæ, cum Aristomenem cædis reum fieri viderent, tamdiu ad patriam non sunt reuersæ, quamdiu iudicium*

aduolutæ

adoluta genibus, defensorem pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Fateris ne iam *Aristomenē* a Lacedæmoniis non ab Athenien sib. hæc esse perpessum? *Vrs.* Tot testibus me vrges, vt contra hiscere nō audeam, sed cum nondum tibi assentior a Valerio, qui omnes historias tum Græcas tū Latinas euoluisse videatur esse peccatum. *Abstem.* Quomodo ergo eum defendes. *Vrs.* Dicam librariorum culpa librum esse corruptum *Abst.* Omnia ne ergo exemplaria mendosa erunt, etiam ne hic meus codex tam vetustus, tam diligēter exscriptus? *Vrs.* Ergo Valerii hoc peccatum esse retis. *Abstem.* Reor. Cum enim homo esset, cur errare non potuit? *Vrs.* Potuit, & vt credā facit istius codicis tui vetustas, quæ quauis digna videtur fide.

Ex lib. II. Obscurorum locorum.

CONIVX, absq; N. litera scribendum contra Priscianum.

Priscianus lib. 7. *Nomina in* x. *desinentia, si sint a verbis in* Co *terminati, ablata* x. *& addita gis faciunt genitiuū, vt grego, grex, gregis. Statius in primo Achilleidos:*

Qualiter Idalia volucres vbi mollia frangunt
Nubila iam longum cœlo, domoq; gregata.

Remigo, remex, remigis. Rego, rex, regis. coniungo, coniunx, coniugis. quod in genitiuo differentia causſa N. amittit, ne si coniugis dicamus verbum putetur. Item in eodem libro dicit: *In* unx *vnum commune hic & hæc cōiux, huius coniugis, libro autem quarto dixerat in* nx, *&* rx. *coniungo coniux, arceo* arx.

Focas Grammaticus, qui ante Priscianum floruit dicit in arte sua: *Quidam fœminini generis hac syllaba finitum asserunt, hic & hæc coniunx, quod nominatiuū sine litera* n *proferri volunt, quia in genitiuo, & aliis casibus eadem litera non seruatur.*

Priscianus quoque ipse, cuius maxime niteris auctoritate, scribit aliquos existimasse *coniux* in nominatiuo sine *N.* litera esse scribendum. Dicit enim libro quinto: *In* ux *supra syllabam masculina sunt propria, vt pollux, volux, & vnum commune quod habet* n. *interpositam in nominatiuo, & eam in obliquis casibus amittit, vt hic & hæc coniunx coniugis: sunt tamen qui nominatiuum quoque putent sine* n. *scribendum.* Præterea habeo vetustum Ouidii codicem, In quo *coniux* absque *N.* semper scriptum Comperies, idem inuenies in hoc antiquo Lucani codice lib. 3.

Me non Lethæa coniunx obliuia ripa
Immemorem fecere tui.

Possem adhuc in multis aliis venerandæ vetustatis codicibus eandem scripturam ostendere contentus,

Nunc dices: *Iugum instrumentum esse non ignoras? quo boues iugantur, hoc est, iunguntur.* Vnde *iugari*, id est, *iungi* dicimus, qui Martiali iugo instar boum colla subiiciunt. Testis est Horatius in carmine seculari dicens:

Diua producas sobolem patrumq;,
Prosperes decreta supra iugandis
Fœminis prolisq;, noua ferax
Lege marita.

Fœdera quoque matrimonij, *vincula iugalia* dicuntur, ab insigni Poeta, lib. 4. Æneidos:

Ne cui me vinclo, vellem sociare iugali.

Et iterum in eodem:

Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curæ.

Iugarius etiam *vicus* Romæ fuisse dicitur, sic nuncupatus, quia fuerit ara *Iunonis Iugæ*, quam putabant matrimonia *iungere*, vt auctor est Festus. Huius vici meminit Liuius, libro 5. de bello Maced. dicens:

Saxum ingens, siue imbribus siue motu terræ lentore, quam vt aliquin sentiretur, labefactatum in vicum iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppressit. Iugare & iungere idem significant Cic. lib. 3. Tuscul. quæstio. *Hoc quidam est commune virtutum, omnes inter se iugatæ sunt.* A *iugare* componitur *coniugare*, vnde *coniugium* & *coniugatio* & coniunx, vt ego sentio, in quo Græcos imitamur: ζύγιον enim Græce *iugum* dicitur, & ζυγὸς *iugifer*, ζύγιον *coniugii* & *coniugum* .... communis generis, vt apud nos *coniux*. Ergo *coniux* rectius a *coniugo coniugas* deriuari videtur abiecta *go*, & addita *x*, quam a *coniungo*. Quod autem Priscianus dicat *n*, in obliquis abiicere differentiæ caussa debilis est ratio, cum multa alia nomina verbis neque literatura, neque syllabarum quantitate dissentiant, vt *contemplator* nomen, & *contemplator* verbum imperatiui modi, *amor* nomen, & *amor* verbum, *caligo* nomen, & *caligo* verbum, & alia pene infinita.

Quod Spoletinus a *Spoletio*, non *Spoletus* a *Spoleto dicatur:*

NOtauerunt nuper quidam mēdum in omnibus Ciceronis Plini. Martialisq; exemplaribus, vbi *Spoletinos* pro *Spoletanos* scriptum esse reprehendunt, omnesque codices emendari & *Spoletanos*, non *Spoletinos* scribendum esse præcipiunt. In omnibus enim Martialis exemplaribus memini me legisse *de Spoleto*. Quæ sunt catiosa lagoenis, malueris quam si vina Falerna bibas. Plinius quoq; scribit lib. 3. naturalis historiæ:

Santinates, Sarsinates, Spoletini. Itidem Cicero de claris oratoribus. Itaque ne hos quidem equites Romanos amicos, Romanos nostros qui nuper mortui sunt. P. Comatium Spoletinum quo accusante defendi. C. Cornelium, & reliqua. Cum ergo in omnibus tam illustrium

lustrium auctorum libris Spoletinos scriptum repererim, adduci nequeo, vt aliter dicendum credam.

Priscianus *Quod in um neutra consonante antecedente m, in deriuatiuis a, habent ante nus, vt Beneuentũ, Beneuentanus, Toletum, Toletanus, Sploetum, Spoletanus.*

Spoletium cui i litera inter t & um, quod in tribus Græcis Ptolomæi exemplaribus, qui in hac illustrissimi Ducis nostri bibliotheca seruantur scriptum comperio, semper enim ..... non in illis inuenies .....

Inueni nuper in historia Longobardorum vetustissimis exarata literis, quã Paulus Diaconus edidit. fere semper scriptum esse *Spoletium*, quod ita vbiq; semper scribendum esse non dubito.

In Latinis vetustis codicibus *Spoletium* quadrisyllabam dictionem reperimus. Vt enim Arretium Arretinus, sic secundum analogiam *Spoletium* format *Spoletinus.*

Tarentum, Surrentum, Bruxentum, Grumentum, ciuitates Italiæ, nonne in nominatiuo casu in *um* desinunt consonante antecedente? ab his tamen Tarentinus, Surrentinus, Bruxentinus, Grumentinus, deriuantur, quæ *i* ante *nus.* productam habent, non *a*, vt Nomentanus, Beneuentanus. Martialis in Xeniis:

Fila Tarentini grauiter redolentia porri
Edisti quotiens oscula clusa dato. Idem,
Accipe non vili calices depuluere factos
Sed Surrentinus rota toreuma leue.

Plinius libro tertio, naturalis historiæ: *Lucanorum autem hinc Atinates, Buxentini, Eburini, Grumentini, Potentini.*

Quod Carthaginenses cum i *litera, inter primum* n *&* e *scribendum sit, secundum Priscianum, & vsum veterum.*

Priscianus libro quarto, hæc dicit: *Si tertiæ sunt declinationis abiiciunt extremã* s, *genitiui, & assumunt ensis, vt pistor, pistoris, Pistoriensis, Carthago, Carhaginis, Carthaginiensis.* Si vltma *s*, genitiui Carthaginis remota, addideris ensis, nonne erit Carthaginensis ex 6. syllabis dictio.

Cotidie per c, *non quotidie per* q, *scribendum esse.*

POstquam Tortelius suam edidit Orthographiam homines ætatis nostræ eius secuti doctrinam, quotidie per *q.* scribere cœperunt, quod non tam eius auctoritate quam Quintiliani quem ille se habere profitetur auctorem, facere videntur. Sed hunc oratorem male ab eo intellectum esse monstrabo, prius

eius verba ponam, deinde Quintiliani, ne quis a me Tortelium calumniatum esse arbitretur. At quotidie per *q.* sequente *u*, ante *o*, & non cotidie cum *c.* idem Quintilianus nos scribere docuit, eo quod sit *quot diebus vtrum.* Quintiliani hæc sunt verba: *Frigidiora hic alia, vt quicquid c. quartam haberet, ne interrogare his videremur, & quotidie non cotidie, vt sit quot diebus. Verum hæc iam inter etiam ipsas ineptias euanuerunt.* Quintilianus his verbis non tam probare quam reprobare videtur opinionem eorum quicquid per *c*, ante secundum *q*, & quotidie per *q*, scribendum putauere. Dicit enim ipse, *frigida esse, & inter ipsas ineptias euanuisse.*

Præterea Marius Victorinus vir doctissimus in *libello de Orthographia* apertius quam Quintilianus *cotidie* per *c.* capitalem literam scribere præcepit. Quamuis enim inquit *cotus* a *coquendo*, & *quotidie* a *quoto* & *die* deriuata sint, per *c.* non per *q.* scribenda sunt.

Tanta est inter *c.* & *q.* affinitas, vt *q.* in *c.* mutari facile patiatur, vnde in vetustis æreis tabulis, *pequniam* quam nos *pecuniam* dicimus, inciſum reperiri, & sequor secutus, loquor loquutus & qui cuius, aliquis alicuius faciunt: in quibus omnibus *q.* in *c.* videmus esse mutatum. Quod idem in *cotidie* esse factum quid mirum, & eo maxime quia dictiones, non modo ex corrupto & integro, sed sæpe ex duobus corruptis videamus esse compoſita.

Mediolanium apud antiquos sex syllabarum dictionem fuisse, id est, & *i* ante *u* habuisse, quod non solum Græcorum, vt Strabonis, Stephani, Ptolomæi, verum etiam Latinorum codicum scriptura probari potest, sunt in hac huius nostri clarissimi Ducis Bibliotheca tres Ptolæmei codices Græci in quibus .... non ..... reperio esse scriptum, Strabo quoque & Stephanus..... Græci auctores eadem vtuntur scriptura. Quid Græcorum veteris exemplis, cum de Latinis agitur dictionibus. Quia si nostri antiqui *Mediolanum dixissent*: Græci ..... non ..... in suam conuertissent linguam, quod a nemine eorum factum esse reperio. Et sunt manu scripti Valerii & Osorii codices, quorũ scriptura paulo ante Carthaginenses ab antiquis scriptum fuisse probasti, & Anconæ Diui Augustini confessionum liber, de quo superiorius mentionem feci, vbi pluribus in locis, *Mediolanium* scriptum inuenies.

Lucanus libro secundo Pharsalia emendatus.

Lucanus. *Crustuniumque rapax, & iunctus Sapis Isauro*, Ego *Isapis* legendum puto. In hac reprobanda nullam aliam rationem reddere possumus, nisi veterum codicum auctoritatem, Græcorumque opinionem. Deinde vt hoc ita crederem me impulit Strabonis scriptoris diligentissimi auctoritas qui libro suæ Geographiæ

phiæ quinto, hunc fluuium haud longe a Cæsena fluentem *Isapin* appellat. Plinius tamen *Sapin* eum nuncupat, itidem Boccatius in libro de fluminibus. Plinius adeo mendosus & corruptus est temporum culpa, vt in hoc eum sequi non debeamus, nec dubito quin in emendatis illius exemplaribus *Isapis* reperiatur. Boccatio vero cum ea fuerit ætate, qua Latina lingua plena erat erroribus, credendum non puto. Credibile est enim ex mendosis Lucani, Pliniique exemplaribus accepisse.

Ætnam pro Ennam in vulgatis libris fere corruptam esse.

Notum est Ætnam montem esse Siciliæ globos flammarum vomere solitum. In eius ascensu eiusdem nominis oppidum est, quod montem ascensuros excipit atque transmittit. In eadem Insula circa medium vrbs est *Enna* nomine, edito in loco & vndique præcipiti sita, & a Syracusanis condita, quæ vmbilicus Siciliæ dicitur. Hæc imminet circumstantibus campis, vbertate & florum varietate conspicuis. Vnde Solynus scribit: Campus *Ennensis* in floribus semper, & omni vernus die. Tantam esse in his locis fragantiam, quæ ex florũ frequentia halet alii tradiderunt, vt sagaces canes sensu careant odorandi, naturam sensus florum odore vincente. Hinc raptam a Platone Proserpinam Cereris filiam dixit antiquitas: Dum cum Diana & Minerua flores legeret in pratis, haud procul est foramen prægrande longe sub terram penetrans, per quod fabulantur raptam Proserpinam curru a Plutone ad inferos esse deductam. Propterea in hac vrbe Cereris sacra mira celebritate fiebant, vnde Romanos ea vexisse testis est Valerius atque Lactantius. De fertilitate huius vrbis sic Ouidius scribit in Fastis:

Grata domus Cereri multas ea possidet vrbes
In quibus est culto fertilis Enna solo.

Claudianus in libello de raptu Proserpinæ eam parentem florum vocat ab eorum vbertate:

Viderat herboso sacrum de vertice vulgus
Enna parens florum.

Specus & rapinam Silius Italicus sic describit:

Enna Deum lucis sacram dedit ardua dextram
Hic specus ingentem laxans telluris hiatum,
Cœcum iter ad manes tenebroso limine pandit,
Qua nouus ignotas hymeneus venit in oras,
Hac Stygius quondam stimulante Cupidine rector
Ausus audire diem, mœstoq; Acheronte relicto,
Illicitas egit currum per inania terras
Tum rapta praceps Ennea virgine cessit,

Attonites cœli visu, lucemq; pauentes
In Stygias fus equos & prædam condidit umbris.

Bellorum quoque Seruilium incendia hanc vrbem maxime claram reddiderunt. Nam cum munita admodum esset, ingensque fugitiuorum numerus in eam confugisset, quos Eunus Syrus fanatico furore simulato, ad libertatem & arma quasi diuino numine concitarat, quosque Perpenna Romanorum Imperat. victos persequebatur, hic tandem obsessus fame, quasi peste consumtus est, si quid latronum reliquum in manus Romanorum peruenit, compedibus & catenis iunctum & crucibus affixum meritas pœnas dedit. Huius vrbis meminere apud Græcos Stephanus & Ptolomæus. Strabo quoque de hac ita scribit:

Intra Insulam est Enna, modicù quidem possessa inquilinis, super collem iacens, in qua sacra Cereris ædes est. Ea montana amplectitur planities totas Arabides. Eunus cum fugitiuis elsidione pressus, illam præcipuis affecit cladibus, vixq; tandem a Romanis euulsi sunt. Eadem mala perpessi Catinenses, & Tauromenitani, aliique complures. Apud hos scriptores omnes *Enna* non *Ætna* reperitur, similiter apud Ouidium(Silium & Claudianum quorum versus paulo ante a me adducti sunt. At apud Valerium, Lactantium, Florum, Orosium & Solinum, semper *Ætnam* non *Ennam* me legisse sum memor nisi in mendosis codicibus. Vide Lactantium, libro secundo, diuinarum Institutionum & Valerium Maximum, & Solinum & Orosium, quorum exemplaria impressa corrupte fere *Ætna* pro *Enna* edunt.

Vide ne Orosius ille tuus, cui pro sua vetustate, ita credendum putas, magis corruptus, quam qui impressi sunt, reperiatur, quia puto fugitiuos illos apud *Ætnam* potius montem, quam *Ennam* illam tuam obsessos fuisse. Cur hoc ita opinaris cum Strabo clare dicat, *illos Ennæ oppressos dedisse pœnas*, cui Orosius ille vetustus adstipulatur. Quoniam Lucanus libro primo, Pharsaliæ apud *Ætnam* Siciliæ montem bella Seruilia gesta, significare videtur dicens, *& ardenti Seruilia bella sub Ætna*. Per *Ætnam* autem *ardentem*, nihil aliud quam montem significare puto, qui flammarum globos emittit. Alius diceret hoc dictum esse a Lucano per errorem, cum videret tot clarissimos scriptores eius sententiæ refragari & præcipue Strabonem, qui vult Cereris ædem, & fugitiuorum cladem in *Enna* vrbe fuisse.

Lucani versus explicatus.

Versum autem sic explico. Dicam eum librariorum vitia, cum inscitia, qui *ardenti Ætna* pro *Enna* fecere. Quid quod *arden-*

ardentem Ætnam appellat, nonne ob hoc montem ipsum, vel oppidulum in eo situm, designare videtur. *Ennam* autem illam tuam, quomodo ardentem poteris dicere, cum illinc nulli ignes erumpere dicantur. Non dicam Ennam ardentem: quia terra illa ignibus flagret, sed propter incendia bellorum, vt apud insignem poetam.

Relliquias Troia ex ardente receptas
Et *Flammis Asiam ferroque cadentem.*

Quid quod codices omnes non modo impressi, verum etiam descripti, & quantumuis vetusti, ardenti *Ætna* habent. Si mendum hoc in loco esse non putas, dicam Poetam vsum esse tropo synecdoche, qui fit, aut cum partem a toto significamus, vt apud Vergilium, lib. 1 Æneidos:

Ingens a vertice pontus.

In puppim ferit, non enim totum pelagus nauem percussit, sed pars quædam pelagi, id est, fluctus: aut cum a parte totum intelligi volumus, vt apud Terentium, *O lepidum caput*, a capite enim totum hominem significauit, sic in hoc loco Lucanus per *Ætnam*, totam designauit Insulam, nam vt scribit Florus:

Cum Eunus ille simulato furore quadraginta millium amplius fecisset exercitum, castellos, vicos, oppida, miserabili direptione vastauit, cepitque multorum castra Prætorum. Quare fugitiuorum rabies non in vnius tantum vrbis, sed in totius Insulæ mala grassata est.

Si *Enna* vrbs in medio Insulæ super montem sita est, necesse est super *Ætnam* montem esse constructam, quia hic mons quoque in medio Insulæ est collocatus. Auctor huius opinionis est Boccatius in libro de montibus. Scribit enim quod *Ætna* mons in medio Siciliæ est. Hic quoque nominum similitudine deceptus est. *Ætna* enim mons cum eiusdem nominis oppidulo longe distat ab *Enna*. Enna enim in medio est Insulæ, vnde vmbilicus, Siciliæ dicitur, quam hodie *Annam* vulgus appellat. Vbi qui Regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius insulæ solet conuentum habere. *Ætnam* vero haud longe a mari esse, testis est Virgilius lib. 3. Æneidos:

Portus ab accessu ventorum immotus & ingens
Ipse, sed horrifico iuxta tonat Ætna ruinis.

Si enim, vt dicit Poeta, est iuxta portum, in medio Insulæ esse non potest. Strabo quoque inquit: *Imminet autem Ætna magis Euripo, & littori Catanensi, quin Tyrrheno pelago quoque & Lipariensi Insulis.* Si imminet littori, quomodo in medio est Siciliæ. Nunc adde quod legitur sæpe *incendium Ætnense* Catinam vrbem maritimam, cui incumbit obtepisse.

Si autem Mons in medio esset Insulæ, quæ tanta vi æstuare posset, vt Catinam vsque eruptaret incendium? Scimus enim hanc Insulam esse ingentem & triangularem, mediumque eius multum ab extremis distare. Sed credis ne Boccatium virum diligentem & perspicacis ingenii cum opus de montibus scriberet, multosque codices volueret, qua in parte Insulæ hic mons esset ignorasse. Credo eum, vt supra dixi, ea quæ est inter *Ennam* & *Ætnam* similitudine esse deceptum, vt eos qui Valerium, Lactantium, Florum, Solinum corrupere, dum hos auctores emendare se putarent. Cogor itaque dicere, *Ennam* vrbem eam esse, in qua templum Cereris fuit vetustissimum, vbi Dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misere Romani. Eandemque esse vrbem, vbi fugitiuorum obsessus exercitus, ingenti fuit fame consumtus. Multumque eam ab *Ætna* monte distare, cum mons littori adiaceat Catanensi: *Enna* vero in medio sit Insulæ constituta. Si igitur saltem aliquam partem huius belli sub *Ætna* monte gestam fuisse monstrares, aqua Synecdochicos totum bellum significari posset, omni me scrupulo liberares, tunc enim vere crederem Lucanum ab hac belli parte totius belli mala ostendere voluisse. Dixi iam supra Catanam vrbem maritimam, quæ magnis huius belli cladibus afflicta est, sub *Ætna* monte constructam. Si igitur Catana huic subiacet monti, quid obstat quin Lucanus de eius calamitatibus intellexerit, cum ait:

-- *& ardenti seruilia bella sub Ætna.*

Nam cum hæc ciuitas maxima ex hoc bello mala pertulerit, per hanc partem totum bellum Seruile voluit designare. Nondum tamen mihi satisfeci, quia bellum illud seruile ab *Euno* concitatum, huic loco non videtur conuenire: nam cum Lucanus detestatis bellis ciuibus dicat, si alia via non erat, vt Nero peruenire ad imperium, nisi per bella ciuilia, prius per Iulium Cæsarem, deinde per Augustum gesta, non esse dolendum, quoniam tot bellorum mala poterant tanto Principe compensari, quid fuit opus bellum Seruile ab Euno motum commemorare. Per bella ciuilia prius Cæsar: Deinde Augustus peruenit ad vrbis imperium, a quibus Nero traxit originem, vt scribit Suetonius dicens: *Progenies Cæsarum in Nerone defecit.* Si enim Cæsar & Octauius bella ciuilia non gessissent, imperium arripere & posteris suis tradere non potuissent, vnde nec ipse Nero principatum esset assecutus. Bellum autem Seruile *Euno* duce, diu ante Cæsarem gestum: quid Neroni conferre potuit ad imperium? Quare ergo illud inter bella ciuilia connumerauit, nam qui in Lucanum fecere commentarios a Poeta id bellum significari volunt. Imo si bene inspiciamus bellum ciuile, quod Augustus Cæsar aduer-

aduersus Sextum Pompeium Cn. filium gessit, per hæc seruilia bella reperiemus intelligi. Lucanus enim enumeratis tribus maximis ciuilibus gestis per Cæsarem in Thessalia contra Cnæum Pompeium. In Aphrica contra Scipionem. in Hispania contra filios Pompeij magni, venit ad ea, quæ Augustus gessit Perusiæ contra L. Antonium, Mutinæ contra M. Antonium, in sinu Ambracio contra eundem: demum dicit de iis, quæ in Sicilia aduersus Sextum Cn. Pompeii filium fecit, hæc bella *Seruilia* nuncupauit, Quia sextus seruis maxime adhæsit vsus est bella, neq; enim credibile est Lucanum enumeratis ceteris ciuilibus bellis a Iulio Cæsare & Augusto gestis hæc omisisse, quæ ominum fuere periculosissima. Quod autem de bellis tantum ciuilibus **Poeta** loquatur, versus ille declarat:

Multum Roma tamen debes ciuilibus armis
Quæ tibi res acta est.

LVCII IOANNIS SCOPPÆ LIBER I. COLEctanearum.

IVcius Ioannes Scoppa Parthenopæus, Ioanni Baptistæ Petrucio Archiepiscopo Tarentino, felicitatem & bene agere

Solebant maiores nostri, Venerande Præsul, fructuum primitias, templis ac Deis offerre. Sic enim & opibus diteſceere, ac superis indies sefieri gratiores autumabant. Idcirco ne ab illorum vestigiis discederem: tuos tanquam delubra meis primitiis adire lares, non peristromatis & aulæis ornatos, non argento, auro & purpura fulgentes, sed moribus, omnique virtute decoratos destinaui? Te quoque cum sacris initiatus fueris, non secus atque immortalem colere, ac venerari Deum non hæsitaui. Tu namque probitate tertius Cato: quod obscœnos, audaculos, temeratios, obtrectatores, liuidulos, atque locutuleios, non aliter quam naufragantes in æquore præcipitantes scopulos euitant, contemnis & effugis, odioque vel maximo semper habes: contra bonis moribus præditis, & optimo cuique, & literatis adeo te facilem præbes, quod quisque, cum id ipsum conspexerit, admiratur & obstupescit. Tu consilio Nestor alter. Verum namque & rectum absque arte Gnatonica omnibus ad te properantibus e vestigio consulis. Tu pietate in omnes alter Æneas. Pauperibus enim, & egenis non modo stipe, sed omni etiam conatu opitularis:

Diuina quoque licet magnis districtus negotijs & angustijs, inquies nunquam omittis. Quid? est igitur in præsentia recepta canendum, præstantius enim est silere, quam paucula loquendo perstringere. Sed illud vnum silentio non præteribo: quod Parthenopeis, vt Romanis olim Scipiadis duobus belli fulminibus, sic nobis tria literarum habentibus gloriari licet, te Poeta lepido atque facundo: oratore graui & copioso, altero tuo Germano Episcopo Larinensi Dialectico acuto, philosopho subtili, Theologo sublimi, & cœlestia cuncta rimanti: Tertio Seuero Iureconsulto consultissimo. Ceterum hæc compendiose impræsentiarum de te, tuisque Germanis duntaxat delibaui. Nam tuarum laudum, & illorum cumulum longiore oratione in reliquis, quæ supra sexcenta sunt, annotamentis tuo nomine propediem exituris, si hæc paucula non aspernaberis, conscribam. Quæ omnia si tibi non neglectum iri sensero: maledicentium & inuidorum inania verba merito crepitibus ventris ab Epicuro comparata pilifaciam. Sunt etiam post annotamenta, Grammatices opus, & commentaria quædam excudenda: quæ simul omnia in lucem quam plurimorum opinione celerius depromentur. Bene vale, & me vti soles, ama. Neapoli, decimo Calendas Iunias, anno Domini M. D. VII.

Ptolemæus Lagi filius an Philippi.

CAPVT I.

NOn possum, cum multa auctorum volumina lectitauerim, subinde non admirari: tum quod alter alteri repugnat, ac quadam interim nota dissentit: tum quod multi, ne aliorum vestigiis demum insistere videantur, manca, mutilataq; vnde vix veritas elici potest, reponunt, & nonnunquam aliquid omittunt. Hoc idcirco dictito: quod superioribus diebus Pausaniam historiæ Græcæ scriptorem eminentissimum, ac antiquitatis seruatorem nactus, confestim oculis percurrere cœpi: vbi in liminari pagina primi voluminis, secus quam a Strabone in decimoseptimo scriptum fuerat, legi. Refert enim Strabo primum Ptolemæum fuisse Lagi filium, cui veluti agmine facto, Græci pariter & Latini adstipulantur: sed hic, quem nuper dixi, Pausanias aliter sentit. Scribit enim quod Ptolemæum Macedones dicunt putatum fuisse filium Lagi, sed revera Philippi fuit. Matrem enim illius iam grauidam ex Ptolemæo Lago, Philippum in matrimonium dedisse. Hæc Pausanias. Quibus verbis, Philippi, & non Lagi fuisse filium constat. Ceterum ne tantæ Strabonis maiestati obstrigilarem: lectorem admoneo, vt quam harum sententiarum malit, persequatur. Nostrum namque fuit: vtrumque vt studiosis, quid studendo inuenimus, indicaremus hic scripsisse.

Ptolemæus cuius filius.

Iunius

Ianus imus, medius & summus. Horatius, aliique scriptores explicati.

CAPVT II.

HOratius in primo Epistolarum libro, hæc carmina scripsit:

O ciues ciues quærenda pecunia primum est,
Virtus post numos: hæc Ianus summus ab imo
Perdocet.

In quibus carminibus enucleandis, quid peritissimi commentatores senserint, ibi quisque (ni piget) lectitare poterit. Hic enim nostra, quæcunque sunt, & non aliena recitare, præcipereque destinauimus. Et hanc nos afferimus sententiam: O ciues ciues pecunia primum, post virtus est quærenda: hoc namque *summus Ianus*, id est, summa pars vici, quæ summus Ianus dicitur: ab *imo Iano*, id est, ab ima vici parte, quæ imus Ianus dicitur, perdocet: vt post numos virtus quæratur, vt sit tropus & intelligatur, non modo totus vicus, sed etiam tota Roma, id est, omnes Romani hoc dicunt. Quod *summus Ianus* dicitur summa pars vici, in quo colebatur *Ianus*, & templum habebat, Cornutus philosophus de vrbis Romæ antiquitate, ad Palæmonem Grammaticum hæc scribens, apertissime indicat, inquit enim: *Iani templum* biforis in cliuo Capitolino vetustissimum, crustaris marmoreis, vel e Pariis columnis vidimus: quia in medio eius cliui summitas, *Ianus summus: & imus*, in extremo cliuo appellatur. Locus sub templo, *medius* etiam *Ianus* dicitur: vbi puteal, & fœneratores incolerent. Hucusque Cornutus. Quæ Cornuti verba cum Horatianis adeo conueniunt: vt alter ab altero mutari videatur. Ideo credimus nullum fore, qui aliter, quam nuperrime a nobis, interpretari audebit. Et quoniam locum sub templo, vbi puteal & fœneratores incolebant, *medium* etiam *Ianum* dici Cornutus affirmat. nõ ab re esse duximus, alterum Horatii locum in Sermonum secũdo, sic præter & interpretum, & aliorum sententiam exponendum, vt Damasippus, cum ait: *In templum.* *Horat. locus.*

Postquam omnis res mea Ianum ad medium fracta est:

intelligat se alieno ære, fœneratorumque vsuris omne consumsisse patrimonium. In quo etiam significatu in sexto Antonianarum *medium Ianum* accepit Cicero, & de hoc intellexit Ouidius: *Cicer. locus.* *Ouid. locus.*

Qui puteal, Ianumque timet, celereſq; Calendas.

Verum quia hi conueniunt auctores, hoc quod est scitum dignum enucleemus. *Puteal* non modo dici, interpretative, quod ibi credi tor debitori dans dona, tanquam in puteum mittit. Est quoque, vt Pompon. ff de act. emt. & vend. quo putei operiuntur, hoc est, vmbella quædã, aut petasus. Sed priusquã ad alia transeamus, hoc non *Puteal.*

omnibus tritum asserimus in Comitio in gradibus ipsis ad lævam Curiæ, fuisse Actij Nauij statuam capite velato: quo in loco is cotē nouacula diciderit. Qui locus vt Dionys. vocatur a Romanis *Puteus*, vbi ara est subterranea. Cicero in Diuin. *Cotem, inquit, & illam nouaculam defossam in Comitio, supraque impositum puteal accepimus.* Ibi ergo, cum in Comitio foret, iudicia exercebantur. Hoc etiam (nequid omissum videatur) subnecto: forum Boarium, Piscarium, Transitorium, & Vænale Iano dicatum erat, & totus vicus Thuscus a summo Archiletho, vbi *est summus Ianus* in foro Transitorio, & circo maximo vsque ad imum Argilethum: vbi Ianus quatrifons ad radices Capitolij: qui vicus Thuscus omnium Romanæ vrbis vicorum nobilissimus & opulentissimus, & diuitibus mercatoribus plenus erat. Et quoniam diximus *summum Ianum* esse in summo Argilethō, in vico Thusco ad Capitolij radices: a priori nostra sententia discrepare videmur, sed nos bonos trapezitas imitantes, in vnum velut in coticula omnia scitu digna quoad potuimus, perstringemus, ne quid amplius a curiosis desideretur. Celeberrima Iani ædes, quam Numa, vt Liuius ait, ad infimum Argilethum fecit, aperta bellum, clausa pacem significabat: inter duo fora, Boarium & Piscarium erat. Aperta bellum: hoc ideo inter cetera, vt ad bellum proficiscentibus pateret egressus, vti reuertentibus (quoniam semper de reditu cogitant) regressus: & vt idem Liuius in primo ab vrbe condita refert, ab hoc infimo Argiletho ad superiorem bifrons translatus est: & infimo substitutus quatrifons. Et idem vt animos feroces reuocaret Numa ad infimum Argilethum Ianum fecit indicem belli & pacis, de quo Seruius in Æneidos septimo, simulacrum inquit hoc Numa instituit circa imum Argilethum iuxta theatrum Marcelli in breuibus duobus templis: duobus autem propter Ianum bifrontem. Et idem postea vero inquit, captis Phalisciis vrbe Thusciæ inuentum est simulacrum Iani cum quatuor frontibus, vnde quo Numa instituerat translatum est ad forum Transitorium, & templum quatuor portarum ibi constitutum est. Quod dicitur Argilethus imus, & summus, cum Liuio, & Seruio, Pictor Fabius sic scribens conuenit: Libyssus inquit Circus maximus, forum Transitorium, Argilethus superior, Argilethus imus. Et idem Pictor ait, Campus Argæus dictus ab Argo Euandri hospite, & comitibus Argiui Herculis, qui ad Euandrum venerunt, & in Saturnia subsederunt: hinc extra Argiletha dicuntur. Superior Argilethus dicitur in principio vici Thusci sub Cœliolo inter Circum maximum & Auentinum, vbi Lethum Argi, & sepulcrum est. Imus vero Argilethus ad radices Capitolij in foro Boario, vbi Saturnię vestigia. Fabium Pictorem Varro

Ciceronis locus.

Ianus ædes.

Iani porta quid aperta significabat.

Argilethus.

Argæus Campus.

Varro in primo sequitur, sic enim ait, Post mortem Cælii Thusci, quia non suspicione carebant, iussi sunt in conuallem descendere, & ab eis dicitur vicus Thuscus, vbi est & templum Vertumni, qui est princeps Hetruriæ. Et idem Varro subdit: Cælianis vero quia suspicione non carebant, datus est Cæliolus coniunctus Cælio. Dionysius vero Halicarnasseus in quinto ab his dissentit: hæc enim scribit: Vicus Thuscus, est conuallis extensa ferme quatuor stadiis a Capitolio vsque ad Palatium, a quo quidem est transitus in circum maximum: ergo non pertingit a Capitolio vsque Cælium & vlera. Hæc Dionysius. Nos vero cum prioribus potius, quam cum hoc sentimus. Illi namque cum Itali fuissent, & Romani maximorem omnem non modo audiuere, sed etiam videre ac indagiuere, mox omnia literis cõmisere: hic fortasse potius audiuit tantum. Quod Iani templum erat in vico Thusco, Xenophon tesse Macrobio in primo Saturnaliorum ostendit. Iano autem omnium principia rerum, & introitus, itemque exitus, & fines sacrati, dicatiq; erant: & ob id in foro Boario, & in initio vici Thusci posteri sub nomine Iani posuerunt. Verum quia de Argilletho mentionem fecimus: prætereundum non esse diiudicauimus, Argilethum dicti nõ ab argilla, quæ ibi effodiebatur, vt quidam tradunt, sed ab Argi letho, id est, morte, vt ex Pictore Fabio patuit, & Verg. antiquitatis curiosus & indagator in octauo his carminibus indicat. Nec non & sacri monstrat nemus Argilethi: Testaturque locum, & lethum docet hospitis Argi. Vicus autem Thuscus vnde trahit originem & appellationem, Propertius in libro quarto elegia secunda demonstrat. At tu Roma meis tribuisti præmia Thuscis, vnde hodie vicus nomina Thuscus habet. Qui antea vicus Libyssus, inde Argæus, postea vicus Thuscus dictus fuit, vt Fabius Pictor tradit. Argæus fuit nuncupatus, vt ex eodem Fabio patuit, & Varro in primo confirmat, ab Argonautis Herculis comitibus qui ad Euandrum venerunt. Campus vero Libyssus dicebatur, vt Festus, a Cerere frugifera, quia ex Libya primum fruges illo aduexit, vnde & campus Libyssus, & ipsa Libyssa dicta est: de qua Cerere in nostris commentaris, propediem in lucem venturis multa digna scitu, oppidoque recondita, vix nisi ab antiquitatis curiosis cognita, diffusius diximus. Illud vnum silentio præterire non statuimus, vnde Ianus originem, etymologiamq; trahit: sunt qui ab hiatu detracta aspiratione, quem quidam solem putant, dictũ Ianum volunt geminum, id est, vtriusq; ianuæ cœlestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Nonnulli Ianum mundum, id est, cœlum intelligunt, quasi eaum ab eundo vt de natura Deorum lib. 2. Cicero scribit: quod in se mundus semper eat, dum in orbem vóluitur, & ex se initium faciens in se refertur. Berosus autem ait: quod a Scythis originem habet: eorum enim lingua Ianus dicitur, quia primus in Armenia inuenit vinum. Armena namq; lingua, &

Vicus Thuscus.

Error Dionysii.

Iani templũ

Argilethũ.

Vicus Tuscus.

Argæus Cãpus.

Campus Libyssus.

Ianus.

Iain. Hebræa Iain vinũ appellatur, a quo Ianus, qui Græce Oenotrius, qui Latine vinifer dicitur. Et idem Berosus: Ianus non ad Græcam, vel Latinam originem spectat, sed ad Scythicã: Et Cato de origine Italiæ, Et Iano quidem Ianiculo, quem quidem Oenotrium dictũ existimant: quia inuenit vinum, & far. Hic hæc paucula de Iano conteximus. Nam reliqua scitu digna, & longe remotiora in nostris cõmentariis dictitauimus: ibiq, etiã intrepide Ianũ a Scythis duxisse originem, & in Latium, vbi nunc Roma est, venisse, rationibus, auctoribusq; grauissimis affirmauimus. Hoc quoq; quod abhinc quinquennium Paulo Palmerio inueni perq̃ eleganti, & bonarum artium sectatori, & non inerudito enucleauimus, non supprimam: quod Iani etiam peruiæ transitiones vocabantur: quia omnium adituum ingressus & exitus Iano dicabantur: de quib. Ianis, id est, peruiis transitionibus & non de Iani templis intellexit Tranquillus in Augusto, vbi scribit gesta per eum in maximo pontificatu Pompeii: ut quoq; statuam cõtra theatri eius regiam marmoreo Iano superimposuit: licet codices habeant, sed male supposuit. Et idem in Domitiano, vbi de elatione & vana gloria eius tractat: Ianos inquit, arcusq; cum quadrigis, insignibusq; triumphorum per regiones vrbis exstruxit: in quib. Tranquilli locis quid ingeniosissimi, atque literatissimi enarratores senserint omnibus videre licet: hanc vero significationem ad rem facientem illos omisisse miror: in quo etiam sensu est illud Ouidii carmen in primo Fastorum accipiendum,

Oenotrius.

Tranquilli locus.

Alter Tranquilli locus.

Ouidii locus

Cum tot sint Iani cur stas sacratus in vno? tot Iani, id est, peruiæ transitiones: cur stas in vno Iano, id est, vna peruia transitione non autem intelligendum, cum tot Iani, id est, templa Iano dicata. Vnum enim erat in vrbe Iani templum, & non plura, vt eruditorũ recentiorum multi asserunt. Sed hæc, & plura alibi diximus. Non possum risu abstinere, & cachinnari, Quod quidam in hac nostra otiosa Parthenope obtrectatores, liuiduli, tenebriones, cœculi, ac prope parasiti, lurcones vix vltra prima Grammatices elementa progressi, contendunt, clamantque Ouidium sex fastorum libros duntaxat cõposuisse: quibus satius sane fuisset in culina cum paropside hæc insulsa, insipidaq; verba iactitasse, quam coram hominibus fuisse locutos: sed cum pueris hercle tantum, & literarũ penitus ignaris latritant: ac in corona, vt in paschate proximo præterito fecere, stultitiam, insaniamque suam perdocent, ac vnicuique illudendo indicant. Non enim, cum illorum pleriq; non tanti sint, legerunt, & si legerunt fortassis lethęo, cum sint impense labilis memoriæ, fluuio commiserunt, & subinde (vt solent) delirant, & hallucinantur. Hæc Ouidii in 2. Tristium libro carmina,

Sex ego fastorum scripsi, totidem quoq; libellos,
Cumq; suo finem mense libellus habet.

Interpretes etiam Ouidiani, viri in omni doctrinæ genere exquisitissimi,

ſſimi, duodecim & non ſex ore conſono Poetam compoſuiſſe tradunt. Raphael Regius hoc quoq;, vir apprime doctus, ſubnectit, quorum ſex tantum exſtant: quanq; nuper omnes inuẽti ferantur. Idcirco hæc iſti inuidi dictitant. Rumpuntur enim, cum dixerim, me quoſdam auctores, qui adhuc impreſſi non exſtant, & qui a diſertiſſimis deſiderantur viris, non modo me habere, ſed etiam ſi hac vitali aura aliquid nactus otii fruar, edere: & Solinum, & quoſdam alios velle interpretari. Cetervm hi omnes noſtram exſpectent apologiam, vbi quid ſit abſente poſt terga ſugillare, & dormiente, ac multa diſſimulantem expergefacere, ſentient & experientur.

Claudiani verſus 2. de raptu Proſerpinæ contra Parrhaſij ſententiam defenſus.

CAPVT III.

IAnus Parrhaſius noſter regnicola, vir doctus, penſiculatus, & reconditarum rerum ſcius, commentarios in Claudianũ, Latinam & Græcam redolentes doctrinam edidit, quod ob hoc in multis, quæ ſub vmbra latitabant, & nunc in lucem eruta, ipſi ſtudioſa iuuentus merito debet. Non enim modo Poetæ mentem rimatur & perpendit, ſed multa quoq; in diuerſos auctores expendit, quod ſi ipſi reuiuiſcerent, ſecus profecto non ſentirent. Sed quid multis opus eſt ad tem ipſam perueniendũ eſt. In ſecundo Canopei Claudiani libro de Raptu ſic verſus hic legebatur,

Quæ fontes Eraſine tuos, & ſaxa rotantem: vbi ingenioſiſſimus interpres ait, *Eraſinum* nuſquam exſtare Siciliæ fluuium apud auctores. *Crimiſſus* vero Maronis carmine, Plutarchi, noſtrorumque hiſtoria celeberrimus eſt: vult ergo vt legatur, *Quæ fontes Crimniſe.* Ipſe cum hæc altius ſcrutari cœpiſſem, magnam illico literarum mutationem in hoc nomine factam fuiſſe diiudicaui: tandẽ cum illud Ouidii in quintodecimo Metamorphoſeon in principio carmen mihi occurriſſet, *Crimiſſus.*

Nec nõ Scamias voluens Amaſenus arenas: emendandũ duxi, *Amaſenus.*

Quæ fontes Amaſene tuos. Amaſenus namque Ouidii teſtimonio eſt Siciliæ fluuius: ſi ſic leges, erit hæc ſcriptura cum antiqua concinnior, & minor literarum mutatio quam *Crimniſe.* Verum in hoc ipſo nolo eſſe pertinacior. Satis enim legentibus erit admoneri: perſequantur vero quod malunt, noſtram tamen emaculationem ideo præſtantiorem, verioremque affirmo. Quod Ouidius in quarto Faſtorum aſtipulatur, vbi Porta de Proſerpina loquens, Siciliæ loca commemorat, ait: *Namq; Leontinos. Amaſenaq; fluminaq; curſu*, licet *alienaque*, vel *amœnaq;*, *velaneniaq;* mendoſe in vulgaribus legatur codicibus. *Ouid. locus.*

Alter Claudiani verſus 1. de laudibus Stelliconis emendatus totaq; ſimul Panegyris.

CAPVT IV.

NOn minorem in nugis emendandis, mendiſq; tollendis, quã in eo ipſo auctore interpretando moleſtiã ferimus. Quis n.

tanti est acuminis & solertiæ: vt codicem vndique mendis scatentem, nisi prius illum quam optime emaculauerit, percipiat? Hoc iccirco dicimus, Claudiani namque codex est adeo deprauatus, quod a multis vix vetus, rectusque sensus elici potest. Quibus impræsentiarum omissis, hoc carmen in prima Panegyri de Stellicon is laudibus mendosum legitur:

Hesperidum Triton & Git doctissimus amnis. Nos quamuis diu hæsitantes, & cunctabundi mansissemus: tandem sic legendum esse duximus,

Hesperidum Triton, Nigris & ditissimus amnis. Qua quidem lectione Poetæ sensus magis elucescit, & hoc noster Claudianus (vt æstimamus) asserit ob *gemmam Carbunculum*, quem ex Æthiopia vehi scripsit Plinius: qui (vt in trigesimo septimo idem Plinius tradit) principatum habent *Carbunculi* a similitudine ignis appellati, cum ipsi non sentiant ignes: vnde & a quibusdam *Carbunculi* dicuntur Apyrastæ. De quo etiam flumine *Nigri* Plinius in quinto capite octauo sic refert: *Nigri* fluuio eadem natura, quæ Nilo, calamum & papyrum, & easdem gignit animantes: iisdemque temporibus augescit, oritur inter Thalæos Æthiopas. Et Solinus, Æthiopes, & Athlanticæ gentes *Nigri* flumine diuiduntur, quam partem putant Nili: sic papyro viret, sic calamo prætexitur, animalia eadem edit, iisdem temporibus exundat. Intra ripas tunc quoque redit: cum contentus est alueo suo Nilus. Quamuis in Solini codicibus impressis Tygri corrupte legatur. Sed hoc non mirum. Volo namque candidissime lector nescius ne esses, Solinum adeo vel impressorum incuria, vel temporis culpa, vel corrigentis negligentia esse deprauatum, quod si ipse reuiuisceret auctor, sua propemodum minime cognosceret. Nos vero cum multos maioribus literis exaratos habuerimus codices, inter quos vnum mira vesturatis nobis noster alumnus Paulus Palmerius iuuenis ingeniosissimus, & literarum longe amantissimus tradidit: prouinciam recognoscendi Solinum, & difficilima quæque interpretandi accepimus: quã rem nunc in manibus habemus. Et vt nequid in hac ipsa Claudiani panegyri emẽdatione dignum, intactum relinquatur, visum fuit omnes, quoad possem, labes summouere, *Dedecorant mores &*, non *& decorant: quem vultus honestat*, & non *quam*. *Nunc dabat hybernum Rhodope*, & non *hunc*: *Ceu libera frenis*, & non *seu*: *Non classica Francis intulimus*, & non *tunc*, *Marcomenis Consusq; docet, quorum alter*, & non *sensuq;*: *Et paruis redimitus iubæ sagittis*, & non *nubæ*: *Non ego delectu Tyrii*, & non *dilectu*: *& quod iactare solebat*, & non *qui*: *Repetunt deserta fugaces Autololes*, & non *Autolopes*. *Hæc omnes veterum reuocauit*, & non *hic*. Esto tamen cautior in scansione carminis, *Nigris ditissimus amnis*: quod elidit, & hoc ideo quia S ex fine dictionis cum sua vocali sæpe expungitur, si sequens dictio incœperit a vocali. Verg Georgicorum secun

Carbunculi.
Apyrastæ.
Nigris fluuius.
Solini locus.
Claudiani locus.
S sequenti vocali eliditur.

secundo: *Aut ouium fœtus, aut uentes cuncta capelle*, Et in nono: *Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon*, Et alibi: *Hic Hammone satus, & rapta Garamantide Nympha*, posses quoque legere *Nigri & ditissimus amnis*, ea ratione qua Vergilius dixit, *Fontem Timaui, & Vrbem Butroti*, & Tranquillus in Augusto, quando loquitur de præsagiis & arbore palmæ, & Plinius in quarto, Caprifici arborem serunt. Sed prior lectio magis mihi placet: cum *Nigris* sit tertiæ inflexionis, vt Tybris, & Tygris, vt ex Plinio & Solino patuit: In secunda vero lectione erit, vt quidam flectunt, secundæ vt *Nigar Nigri* sed non probo.

Arpinas ne Cicero an a Tullo Rege Volscorum duxerit originem.

CAPVT V.

MVltos & audiuimus, & legimus Leonardum Aretinum Plutarchi celeberrimum interpretem, & virum magna doctrina, sectantes Ciceronem a Tullo Volscorum rege traxisse genus indubitanter affirmare, & hoc ita esse, & illos, & nonnullos, vel omnibus inuitis contendere. Nos vero, quamuis tamdiu in illorum vestigiis immorati fuissemus, tamen semper ambigebamus: proinde hoc accuratius indagare cœpimus. Quid verbis est opus? id ipsum apud Ciceronem nunquam, cui maxima fides adhibenda esset, comperimus. Ideo Ciceronem nostrum eloquentiæ parentem, non a rege duxisse genus, sed a quodam Arpinate existimamus, & hoc ita esse, ratione primũ, deinde priscorum auctoritate suffulti, probabimus. Quis vnquam (vt ex ipsis Ciceronis monumentis apertissime colligitur) Ciceronem non solum antequam exularet, sed ne regressum quidem abiectum, demissumque vidit? Vt enim ad Lentulum scribens ait: *In quo ego spem fefelli non modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorum, qui de Quinto Metello Lucii filio quædam falsam opinionem acceperunt*: quem post reditum dictitant fracto animo, & demisso fuisse, sed quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant abiectiore animo me futurum: Cum Respublica maiorem etiam mihi animum, quam vnquam habuissem, daret: quæ declarasset sese non potuisse me vno ciue carere. Nonne omnes se ipsos quam crebrime de rebus pro republica gestis iactasse legimus? Quis enim nescius est Ciceronem, cum Catilinæ, ceterorumque coniuratorum arma, & consilia fuæ concesserint togæ, sic gloriatum fuisse: *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ*. Nonne se ipsum, quod primus artis oratoriæ campos, & delitescentem apud Latinos Philosophiam aperuerit, atq; indicauerit, vulgo ad sydera tollit? vnum suo culmini, & celsitudini triumphum intelligens, quem ex fugatis, superatisq; hostibus Parthis, contra quos Marco Crasso mortuo accesserat, meruerat, deesse prædicabat. Idcirco si de prædictis intrepide gloriabatur: quanto magis suum a stirpe regia defluxisse genus asse-

ruisset. Qua de re non a rege oriundum fuisse diiudicamus: sed nouum fuisse hominem, auctoribus grauissimis indicabimus. Sallustius in inuectiua contra Ciceronem hæc scribit. *Verum (vt eius nor) homo nouus Arpinas ex Marci Crassi familia illius virtutem imitatur*, & inferius. *Oro te Romule Arpinas, qui egregia virtute omnes Paulos, &c.* Quibus Salustii verbis Arpinatem, & nouum fuisse hominem, & non a rege deductum esse constat: Et Cicero ipse in Sallustium his verbis fatetur. *Si hoc fuit illius initium nominis, & dignitatis, cur non aque de nobis existimetur? cuius vt res gestæ illustres sunt, & vita integerrime acta? quasi vero sit ab illis viris Sallustius: quod si esses, nonnullos iam tua turpitudini pigeret. Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt si prius nobis non fuerint: a me accipiant initium memoriæ suæ.* Et idem inferius. *Satius est me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti, & ita viuere, vt sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum.* Quis nisi ingenio crassus & obtusus, a rege Ciceronem descendisse audebit asserere? Nam si in acerrimum inimicum Sallustium non se suis maioribus nobilem (vt illi aliquanto in progenie præponeretur) nominauit: nonne ineptum, & timidum fuisse dubie procul censeremus? Sed quoniam torrentes, eius imitabatur lingua: hoc ipsi non adscribitur, & Iuuenalis in octaua satyra refert,

Hic nouus Arpinas ignobilis: & modo Roma
Municipalis eques galeatum ponit vbiq;. Et Basilius.
Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amicis,
Qui fuit orator summus & eximius.
Quem nece crudeli mactauit ciuis & hostis:
Nil egis Antoni, scripta diserta manent.
Vulnere nempe tuo Ciceronem confici, at te
Tullius æternis vulneribus lacerat. Et Pompelianus,
Doctrina antistes, rerum mirabilis auctor
Tullius, exsistens nobilis ex humili,
Cui dedit excellens ars oratoria nomen:
Virtute ingenii venit in astra sui.

Licet non me prætereat fore nonnullos, qui quidem hæc ex oratione Catilinæ citabunt: *Nam prædicare aliquando solitus originem se generis habuisse ex Tulli Hostilii familia Volscorum Regis quidem populo Romano inimicissima*, & inferius, *Hic nouus Cicero Arpinas ex Tullio rum familia.* Sed illos quæso nostra ne prius lancinent, quam cuncta perpenderint. Verū verbis omissis, Catilinæ mentem aperiamus, si Catilinę & non alterius, quod magis comprobarem, illa sit inuectiua. Catilina, cum iam se accusatum, & iam damnatū animaduerteret, orationem (cunctis namque licebat illis temporibus) habuit in senatu, & quo se excusaret, & Ciceronem criminaretur, & in odium atque inuidiam populi duceret Romani, retulit a regia Ciceronem oriundum stirpe, & populo Romano inimicis-

miciſſima. Quoniam Romani regibus exactis, non reges modo, ſed nomen quoque regium odio vel maximo habebant. Addebatque vaſtum Ciceronis animum eſſe exſtinguendi nobilitatem, quod non ita eſſe hoc lucor argumento: quod Cicero in actionibus contra Catilinam criminantem nunquam id eſt faſſus, neque meminit. Et in actione V in Verrem ita reſpondet. *Neſcia præclara nobilitas deſinat quærere Populum Romanũ hominibus nouis, atq; induſtriis libenter honores mandare, ſemperq; mandaſſe. Non eſt quærendum in ea ciuitate, qua propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimum poſſe. Sit apud alios imago Publii Africani: ornentur alii mortui virtute, ac nomine. Talis ille vir fuit: ita de Populo Romano meritus eſt, vt non vni familiæ, ſed vniuerſæ ciuitati cõmendatus eſſe debeat.* Eſt aliqua mea pars virilis: *quod eius ciuitatis ſum quam ille amplam, illuſtrem, claramq; reddidit: præcipue, quod in his artibus pro mea parte verſor, quarum ille princeps fuit, æquitate, induſtria, temperantia, defenſione miſerorum, odio improborum: quæ cognatio ſtudiorum, & artium propemodum non minus eſt coniuncta, quam ipſa qua vos delectamini generis & nominis.* Et in actione. VI. *Vidimus quanta ſit in mundia, quantoq; in odio apud quoſdam hominum nobilis notorum hominum virtus & induſtria.* Et inferius, *hominum nobilium nõ fere quiſquam noſtra induſtria fuit.* Cicero ſe præterea in Epiſt nouum vbique hominem appellat. Nouus homo dicitur, cuius maiores nullam habuere dignitatem. Leonardus ne tantam fortaſſe Ciceronis maieſtatem dehoneſtaret, illum Regia ſtirpe decorauit. Quod autem dixit habere genus a Rege, non ipſe commentus eſt. Accepit enim ab Euſebio, Eutropio, & Silio Italico: hic in octauo Punicorum ſcribente,

Nouus homo.

Error Euſebii, Eutropii & Silii.

Tullius vratas rapt abat in agmina turmas Regia progenies,

Et, *Tullo ſanguis ab alto.*

Sed hunc errorem ex illo Ciceronis in prima Tuſculana emanaſſe loco credimus. Inquit enim Cic. *regnante meo gentili*, vbi *gentili* de mea gente quidam exponunt: cum de meo nomine intelligendũ ſit Gentilis enim non modo qui eſt de eadem gente, ſed etiam nomine dicitur: Feſto, Cintio, & Cicerone in topicis auctoribus, qui alio vocabulo cognominis appellatur. Plaut. in Bacch. *Illa mea cognominis eſt.* Cicero quoque non quod habebat faciem quatratam inſtar ciceris, vt Priſcianus. Nunquam enim quatratum vidi cicer. Idem Leonardus ait, quod habebat caruncularn in nate inſtar ciceris, hæc priori eſt præſtantior ſententia. Nos autem in hoc Varronem Romanorum omnium doctiſſimum ſequimur. Ait. n. Cicerones dictos, quorũ maiores fuerunt inuentores ciceris ſerẽdi: ut Fabii a fabis, Lentuli a lentibus, ſic Cicerones a cicere. Varronem Plin. ſequitur, quod Euforbius quoq; his verbis confirmat,

Gentilis.

Cognominis Cicer.

Error Priſciani.

Quicunq; in libris nomen Ciceronis adoras.
Aſpice quo lateat conditus ille loco.

Ille velorator, vel ciuis maximus, idem
Clarus erat facie, clarior eloquio.
At ne quid fortuna viro nocuisse putetur:
Viuit, & æternum docta per ora volat.
Ficulneus a ficus, non ficulnus, vt Laurentius Vallensis, deriuatur.

CAPVT VI.

VAllensi Laurentio recentiorum Grammaticorum eruditissimo, Latinitatem situ corrosam vindicanti, posteritas quantum debeat, nullus quidem est, qui id ipsum ignorat. Hic enim omnem expunxit barbariem: ac Gotos, & Vuandalos a Capitolio eliminauit. Hic cœculis in sermonis proprietate Latinis oculos Latinitatis reclusit. Hic quoq; magnam, & amplam Latine, pureque dicendi omnibus copiam exhibuit. Sed quid multis est opus? receptui canendū est: ne tanti in vtraq; lingua viri, dicendo auctoritatem eleuemus. Præcipit Laurentius in elegantiarū primo, quod ficus ex se adiectiuum ficulnus ficulna ficulnum, non ficulneum gignit: licet apud Ecclesiasticos legatur, aspice ficulneam, & ceteras arbores: apud alios, si memoria nō exciderit, refert se nō legisse: sed id ipsum nō ipse primus commentus, verū a Porphyrione sermonum Horatii primo accepit. Sed quoniam vetus est adagiolum:

Error Laurentii. *Quandoq; bonus dormitat Homerus*: & quod hominum memoria est labilis, idcirco has Laurentius auctoritates, quas ipse subnectā, non recordabatur. Ficulneum nō modo dixerunt ecclesiastici, sed Cato etiam de re rustica, cap. 30. *Querneam, ficulneam vsque dum habebis.* Et cap. 31. *vlmea, nucea, ficulnea face.* Et capite quinquagesimo quarto: *querneam & ficulneam dato.* Et capite centesimo: *ramulos ficulneos.* Varro de re rustica lib 1. capit. 18. *Qui insitiones ficulneas, & verno tempore.* Columella libro 6. cap. 9. *arboris ficulneæ.* Et in duodecimo capite secundo: *Cum etiam tempus est, ficulneis arboribus caprificum suspendere.* Apul. in 8 *Arbori ficulneæ.* Et Plinius libro 16. *quibus & ficulnea & ligna ex hedera tradentur.* Quid multis? quam sæpissime studiose lector apud hos agriculationis scriptores leges: hic breuitatis causa, & quod in rebus notoriis nimium immorari non duximus, omittimus. Ficus pro arbore in genere masculino posuit Cato capite 42. *Et alterum*, inquit, *librum cum gemma de eo fico. & pro fructu etiam* in masculino Plin. in decimosexto vsus est. Ait enim: *Fici admirabiles sunt. & abortiui.* Cato de re rustica: *fici quem edimus.* Ficulnea quoque est substantiuum: Hieremias, *non sunt ficus in ficulnea.* In ceteris autem in hoc nomine cum Laurentio idem sentio.

Ficus.

Ficulnea.

Faccetanos dici populos Hispaniæ, non vt apud Ciceronem in Manilliana Electanos.

CAPVT VII.

EX quo nostris in literis aliquantulum profecimus, semper aliqd noui

noui nõ modo excogitare, codicemq; maculosum emaculare, sed in medium quoq; in communẽ omniũ vtilitatẽ afferre constituimus, & effecimus: & id ipsum ideo præstiti, tum vt aliis nostra prodesse ope, tum vt me argutulum indicarem. Hoc assero: quod abhinc biennium quidam necessarii, & quibus nostram denegare industriam non poteramus, vt Ciceronis orationes ne otiosus penitus torperem, enuclearem, me summopere orauere: ipse animaduertens illorum petitionẽ iustam & æquam, auspicatus non inuitus, hunc inter cetera (passim enim codicem castigabamus) locum in pristinam, synceramq; (vt puto) reuocaui scripturam. Inquit Cicero: *Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset vsq; ad Hispaniam legatos Electanis misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus.* Indagare cœpi, ac multos eruere auctores. Electanos Hispaniæ populos apud nullum antiquorum inueniebam: tandẽ Strabonis auctoritate fretus, Iaccetanis emendaui. Inquit enim Strabo in tertio circa finem: *Ad Aquitaniæ, & Hispaniæ confinia Iaccetani sunt, in quibus ea tempestate Sertorius cum Pompeio belligerabat. Postea vero Pompeii filius Sextus aduersus Cæsaris posteros.* Quæ Strabonis verba cum Cicerone conueniunt, vt alter alterum declarare videatur: hoc quoque subnectimus. Iaccetanos a Iacca vrbe nuncupari, cuius Ptolomæus meminit.

Oratione pro lege Manilia.

Iaccetani

Locus Ciceronis 1. de Officiis enucleatur, curque inscripserit de Officiis.

CAPVT VIII.

SVnt nonnulla, quę in prima fronte, quam facilima videntur, & cum ea circumspectis omnibus exprimere tentabis: salebrosa, & intellectu non facilia deprehendes, qualia sunt hæc Cicer. verba de Officiis 1. *Contra officium est maius damnum anteponi minori.* In huius loci sensu percipiendo non modo tyrunculi, sed veterani quoq; laborant, sed vt laborantibus succurramus, asseueramus esse intelligendum a contrario sensu hoc modo, vbi est maior vtilitas, est minus damnũ: contra igitur officium est, maius damnum anteponi minori, hoc est, rem præsentem de agris diuidendis, vbi est maius damnũ, & minor vtilitas, anteponi filio: vbi est maior vtilitas, & minus damnũ. Hoc scripsimus ne auditores præceptorum aures obtundant sæpe hoc ipsum consulentes. Et quoniã superius *Cic. de Offic. diximus*: silentio p̃terire non existimamus, q̃ a multis q̃ritur: a nemine vero, q̃ legerim, enucleatur. Quin Cicero ipse in proœmio testatur, *Panætiũ maxime sequatur*, & Panætius cũ libros περὶ καθήκοντος inscripserit, genitiuo vsus est singulari, cur Cicero inscripsit de officiis. Ad quod hisce verbis, sed subobscure respondit Cic. in vltimo epistolarũ ad Atticum, in ea epistola, quæ incipit: *Sexto Idus mane in Suessano, qui de inscriptione quæris non dubito, quin τὸ καθῆκον officium sit, nisi quid tu aliud, sed inscriptis plenior de officiis: Sic autem Ciceroni filio visum est*: Hactenus ipse. De-

Cur Cicero inscripsit de officiis.

nique inscriptio plenior de Officiis Ciceroni filio visa est: qui cum puer esset ad virtutem capessendam dirigendus, pluribus cogebatur officiis ad est actionibus probabilibus imbui.

Locus Ciceronis in Officiis contra quosdam defensus, unde dicti Longobardi, Augustus, Cæsar, Iustinianus, Flauius ac Pius.

CAPVT IX.

CVm superiori anno Ciceronem de Officiis, minoribus excusum typis manibus tenerem ac lectitarem, quidam arguculi, & sane docti, & qui Philosophos, Theologosque in sermone præ se ferebant, in nostros (vt fit) se contulere penates, & me forte hunc Cicer. locum legente: *Nisi iniuria lacessitus*, offenderūt. Nostros itaque vbi subiuere lares, meque, vti decebat, salutarunt, confabulari cœperunt: mox argumentari, Ciceronem non satis bene dixisse, *nisi iniuria lacessitus*: & hoc probare maxime conabantur Senecæ auctoritate, & Lactant. Firmiani in eo libro, qui Nephitomon inscribitur, dicentis: *Quid enim homine debeamus? eadem illa lex præscribit, qua docet, quidquid homini præstiteris, Deo præstare. Sed radix iustitiæ, & omne fundamentum aquitatis est illud, vnde vt ne facias vlli quod nolis: sed alterius animum de tuo metiris. Si acerbum est, iniuriam ferre, & qui eam fecerit, videtur iniustus, transfer in alterius personam, quod in te sentis: & in tuam quod de altero iudicas: & intelliges tam te iniuste facere si alteri noceas, quam alterum, si tibi. Hæc si mente voluemus, innocentiam tenebimus, in qua iustitia velut primo gradu consistit. Primus est enim, non nocere proximo, sed officere prodesse.* Hæc Lactantius. Respondi illis e vestigio nostrum Cicer. bene loqui, & secundum ius ciuile: & auctores ab his adductos secundum ius diuinum & canonicum: illi magis negabant, proin ostendere coactus ad iuris auctores confugi, vbi quę sequuntur inueni, quod licet nobis iniurias propulsare, & amouere: vt est textus de iure *in l. vt vim ff. de iustitia & iure.* Quin etiam voluit Bart. *in l. quæ omnia ff. de procuratorib. Quod si quis obiciat mihi aliquod crimē, possum licite & de iure ei dicere. tu mentiris: & tibi ratio, quia qui dicit quod vult, audiet quod non vult. 13. quæst. prima. c. quia ergo. versu. quibus autem.* Item: *qui non facit quod debet: fiet ei, quod non fieri debet. l. fin. in fine de rei vindicatione.* Item hoc etiam dico, quod Iniuria dicitur id, *quod non iure fit*, vt est contextus expressus in Institutionibus de iniuriis, in principio. *Et arguo sic, lege & iure cauetur: quod si quis mihi iniuriam intulerit: vt puta si tona mea aliter a fare habere non valeā, eundē impune possim interficere, vt in l. ita q. ff. ad legē Aquiliā cum ibi notatis, & glossis.* Vbi notandum est, *Glossam* cum gemino *ff.*, & non *glosam* per simplex, vt vulgus imperitum hallucinatur esse dicendum, & est teste Quintiliano in primo, *interpretatio linguæ secretioris. Glossam* quoqi, & *Glottam* linguā nuncupant Græci: hinc *Aglotton* Aristophanes vocat elin-

Iniuria.

Glossa.

Glotta.

Aglotton.

cat elinguem, hoc est, loqui non valentē: *inde Glossematos.* Quare concludamus Cicer. signate, graphiceq; secundū ius ciuile fuisse locutū, & auctores ab illis citatos secundū ius diuinum, atq; canonicū. *Illud vnum neq; silentio transeamus, quare geminum ff. significat digestis. Scito candidissime lector primū consule Pompeiū, cœpisse magnā legum* copiam & indigestam coarctare, & in ordinē collocare, sed obtrectatorū metu non pfeuerasse, deinde M. Crassum, mor C. Cæsarē: ep Iustinianus pfecit, & ordinauit: & ideo geminatū ff significat *digestis*, id est *fieri fecit*, id est, *in ordinem*, breuitatēq; digestam, id est, ordinatam reduxit. Postea vero Theodosius minor Augustus ad similitudinē Gregoriani, & Hermogeniani codicem factū constitutionū a Constantini temporibus, sub ꝓprio cuiusq; imperatoris titulo dispositū, quē a suo nomine *Theodosianum* vocauit. Et quoniā in Iustiniani mentionē incidimus, non abre fore duximus q̄dam scitu digna nō ab omnibus nota recēsere. Regebat, vt Paulus Diaconus in 1. de gestis Longobardorū Antonio rege nono Longobardorū, Iustinianus Augustus Romanum imperiū felice sorte: q & bella ꝓspere gessit, & in causis ciuilibus mitificus exstitit. Nam p Belisarū Patritiū Persas fortiter deuicit, per quem eundē Belisarium Vuandalorū gentē, capto eorum rege Gelismero, vsq; ad internecionē deleuit: Aphricamq; totā post annos 90. & iure & vi, Romano imperio restituit, rursumq; Belisarii viribus Gothorum gentem, in Italia capto Vuichiso eorum rege, superauit. Mauros quoq; post hoc Aphricā infestantes, eorumq; regē Attalā, vt alii Attilam, per Ioannē proconsulem mirabili virtute ꝓtriuit. Pari etiam modo & alias gentes belli iure compressit, quā ob causam propter horū hominum victorias, vt Alemanicus, Gothicus, Francus, Germanicus, Atticus, Abaricus, Vuandalicus, Aphricanusq; diceretur, & habere tot nomina meruit. Leges quoq; Romanas, quarū prolixitas non minima erat, & inutilis dissonantia, mirabili breuitate correxit. *Nam omnes constitutiones Principū, quæ vtiq; multū in voluminibus habebantur in duodecim libros contraxit, idemq; volumen, Codicem Iustinianum appellari præcepit*: rursumque singulorum magistratuum siue iudicum, iurisconsultorumq; leges, quæ pene ad duo millia librorum erant extensæ, intra quinquaginta librorum numerum redegit, eumque codicem digestorum, siue *pandectarum* vocabulo nuncupauit: quatuor etiam institutionum libros, in quibus breuiter vniuersarum legum textum comprehendit, opus nouum composuit. *Nouas quoque legis, quas ipse statuerat, in vnum volumen redegit, eumque codicem Nouellum nuncupari sanxit.* Exstruxit quoque idem princeps intra vrbem Constantinopolin Christo domino, qui est sapientia Dei patris, templum, quod Græco vocabulo *Agian sophian*, id est, sanctam sapientiam nominauit. Et quoniam nostrum fuit semper nihil intactum relinquere: proinde qui prius

Theodosius.

Iustinianus.

Codex Iustinianus.

Agia sophia.

Longobardi. *Vuinnili* nuncupabantur, vt idem ait Diaconus. *Longobardi* fuerunt dicti ab intactæ ferro barbæ longitudine. Nam iuxta illorum linguam *long* longam, & *hard* barbam significat. Recitat enim antiquitas ridiculam fabulã, quod accedentes Wandali ad Goddanum victoriam de Vuinnilis postulauerint, illeq; responderit, se illis victoriam daturum, quod priores oriente sole respexerit, tunc accedentem Gambarum ad Freama vxorem Goddani victoriam Vuinnilis postulasse, Freamaq; consilium dedisse, vt Vuinnilorum vxores solutos crines in faciem ad barbæ similitudinem demitterent: maneque primo cum viris adessent, seseq; pariter videndas Goddano in regione qua ille per fenestram in orientẽ versus aspicere solitus erat, collocarent: cumq; id factum fuisset, eosq; Goddanus oriente sole intentius aspiceret, dixit, *qui sunt isti Longobardi?* Tunc Freama subiunxisse precantem, vt quibus nomen tribuerit, victoriam condonaret: sic Goddanum Vuinnilis victoriã concessisse. Qui Longobardi, vt Ptolemæus, d ffunduntur a Rheno Alemaniæ fluuio sub Sicambris vsq; Tropæa Drusi, & sequentem fluuium Albim: hiq; Italiam occupauerunt annis ducentis & amplius, & Galliam Cisalpinam de suo nuncupauerunt nomine Longobardiam. Mox per syncopen dixerunt Longbardiã, nunc Lombardiam vocamus. Ceterum nequid vtile relinquatur intactum:

Longobar. Lombardia.

Augustus. asserimus hũc Iustinianum appellatum *Augustum*, id est, venerabilem. Id enim nomen Augustum significat Apul. in 3. *nomen Augustum* Cæsaris inuocare tentaui: σεβαστὸν nuncupant Græci. Vel dicitur Augustus religiosus, sanctus, vt locus in quo augurato qui consecratur, ab auctu hoc est incremento: vnde Augustum quasi auctum Iouis ope imperium. Ouid: *Augeat imperium nostri ducis, augeat annos.* Egesippus quoq; lib 5. Augustum apud Romanos nomen imperii est: quod augeat suos, nõ quod alienos opprimat, vel ab auium gestu, id est, significatione vel ab auium gustatu. Quoniam aues pastæ id fecere ratum, vnde ædes, templaque rite consecrata vocantur augusta. Ouid. 1 Fast

Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa sacerdotum rite sacrata manu:
Huius & augurium dependet, origine verbi,
Et quodcunque sua Iuppiter auget ope. Ponitur tamen pro nobili, sacro & maiestatis pleno, Vergil. in Georg.

Siquando sedem augustam. Hinc Octauius Augustus,

Cæsares. qui primus hoc meruit cognomen. Inde reliqui Romani imperatores Augusti nuncupati, sicut Cæsares a Iulio Cæsare, qui non appellitatur cæso (vti tradunt) matris vtero. Matrem namq; habuit Aureliam, cui vt Sueto. & Plutarch. referunt dixit, aut pontificem, aut exsulem hodie videbis. Scipio tamen Aphricanus, vt Plinius in 7. & Soli. *Hoc primus apud Romanos a cæso matris vtero sortitus est cognomen*: sed nihil hoc ad Iulium Cæsarem.

Spartia-

Spartianus vero in Ælio Imperatore tradit, eum, qui primus Cæsar appellatus sit, hoc nomen esse sortitum ab elephanto, qui lingua Maurorũ *Cæsar* dicitur, in prælio cęso. Vel cũ magnis crinibus sit parentis vtero effusus, vel quod oculos cæsios habuerit. *Flauium* quoque fuisse Iustinianum nuncupatum affirmamus, vt in principio Institutionum, non a colore, quod erat coloris rubri: sed a domo, familiaque Flauiorum. Inferius nuncupatur Pius: contenderem non a Pio Antonio, vt aiũt, sed a iustitia, quam exercuit. Quoniam pietas est pars iustitiæ, & non separatur a Religione, vt in Epicilegio patuit: vt ũt de euentis hactenus celebratus fortunæ, mox animi, vt vocetur pius, id est iustus, & religiosus, felix, a felicitequam semper habuit secundam, & prosperam, inclytus a gestis magnificis. *Flauius.*

Quot amicorum paria recenseantur præter illa vix tria primo de finibus, & Lælio tria aut quatuor a Cicerone tradita. Cur Graccus sine H. scribendum. Cuiusque hæc sit sententia, Amat oderis tanquam amaturus.

CAPVT X.

INnocentius Lucius Montellanus iuuenis non eruditus solum, & elegans, sed moribus quoque decoratus Neapoli, vbi mecum perfacetos (vt solet) dies motam fecerat, in patriam profecturus, Gabinium meum alumnum orauit, vt certiorem mox ipsum faceret: *si vltra illa vix tria, vt in primo de finibus, vel, vt in Lælio, tria, aut quatuor Cicero tradit amicorũ paria, aliquid apud auctores legerim*: quin etiam suo (si oporteret, nomine me rogaret, vt impertirem ipse ne tantorum alumnorum desideria apud me vulgaria, & inania essent: quod amicorum paria fuisse reperi, in hoc exiguo opusculo, vt quam ipse interpretationem sumsit, perficiat, inserui. Apud veteres hæc amicorum paria legimus, Theseum & Perithoum: Achillem & Patroclum: Nisum & Euryalum: Damona, & Pythiam: Pyladen & Horestem: Herculem & Philoctetem: Epaminondam auctore Plutarcho & Pelopidem: Steneleum & Diomedem, vt Philostratus in heroica scribit, non minorem amicitiam inter eos fuisse quam Achillem & Patroclum. Luctatius etiam Grammaticus Tydeum, & Polinicem addit: Scipionem & Lælium. Valerius autem maximus in quarto de amicitia, hos etiam enumerat, C. Blosium Cumanum, Tyberium Graccum: C. Graccum, Pomponium & Lectorium: L. Rheginum & Q. Seruilium Cepionem: Volumnium & Marcum Lucullum: L. Petronium & P. Cęlium: Seruium Terentium & D. Brutum Augustum & Agrippam: Alexandrum & Ephestionem: & in primo Polistratum & Hippoclidem. Non me præterit fore nonnullos vel maxime admiraturos cur Graccum citra literam H. scripserim: sed illos omnes prius vt hæc Varronis perpendant, mox suo vtantur iudicio, oratos velim. Inquit enim: *Mater illius, qui primus dictus est Graccus duodecim* *Amicorum paria.* *Graccus.*

mensis filium gestauit: quare quod legitimū partus tempus supergressa sit: cum q; diutius, quam sit grauidarum mulierū mos, gesserit partum, Graecum a gestando nommarunt. Hæc sunt quæ apud bonos de amicorum paribus auctores lectitaui. Verum silentio prætereunda non duxi, quod esset lectori conducibile. Nam Cicero quam Biâri sententiam scribit Gellius in primo cap. 3. Chilonis fuisse contendit: quæ hæc erat: *Ama tanquam aliquando sis osurus: Idem oderis, tanquam aliquando sis amaturus.*

Ama osurus oderis tanquam amaturus.

Loci duo Ciceronis Epistola ad Lentulum explicati, quot sint Sibyllæ, quid Religio, & vnde formetur.

CAPVT XI.

SOlent medius fidius non minimam in adulescentulorū animos ambiguitatem aliquando inferre commentarii. Nihil enim pensi habent, quibus maxime scribunt: vt se dum alios carpant, ostentent. Sic namque sibi famam, & decus comparare credūnt, hoc nos non alia de causa dicimus: quod alter interpretum in prima Ciceronis Epistola ad Lentulum in illo loco, *Senatus religionis calumniam*, ait, calumniam quidam exponunt *falsam interpretationem*: quod mihi non placet, sed potius *cauillationem*, id est, frustratoriam contentionem. Nam Senatores non vno modo Sibyllina carmina interpretabantur. Alter ait *quæ re vera de reducendo Rege non loquebantur scripta Sibyllæ*. Et calumniam pro falsa interpretatione sumit. Hæc cū miselli adulescentuli legūt, obstupescunt: & cuius dictis insistant, prorsus ignorant. Nos vero neutri assentientes, calūniam cauillationē interpretamur. Libri nāq; Sibyllini præcipiebant: *Si Ægypti Rex auxilio quodam indigēs venerit, eius amicitiam ne abnueritis, sed illum multitudine ne tueritis: quod si aliter factū fuerit, labores, & pericula habebitis.* Quæ Sibyllæ verba C. Cato tribunus plebis, populo primus promulgauit. Calūniam ergo non q religionis esset aliqua calūnia sed calūniose, ideō, cauillose senatus attestabatur: vt exercitum prohiberet Romanū, Ægyptum petere. Senatores enim irati, & odio Regem habentes, cum Ptolemæum pecuniam per Amonium ex Epheso legatum Romam missum largientem, & multos magistratus, ipsumq; Senatum oppugnantē, vt a Pōpeio reduceretur, deprehendissent: aiebant. Cū non omnes essent oppugnati, libros Sibyllinos præcipere, ne Rex reuocaretur, & hæc erat calūnia, id est, cauillatio quædā, non religionis sed ipsius Senatus: vt ne quis propter exercitus cupiditatē Alexandriā iret, & hoc ob Pōpeiū, qui tunc non Romani exercitus (vt vnus interpretum tradiderat) imperator, sed rei frumentariæ totius Italiæ præerat, vt Plutarchus in vita Pompeii. Et hoc Pompeius ipse confecutus fuerat Lentuli fauore, vt ex eodem Plutarcho colligitur: & ipse Cicero in hac Epist. innuit dicēs, q; eū ornasti: quē locū exponunt interpretes, q; eū o Lentule laudasti, anteq; Roma in Ciliciam pfectus esset: non ad hoc, sed ad rei frumentariæ dignitatem (vt dixi-

Sibyllæ dicta

Pōpeius rei frumentaria

Cicer locus.

kimus) omnino est referēdū. Quod libri Sibyllini prohibebant ex ercitū Romanū Ægyptū petere. Lucanus ad Pōpeiū, qui nō ab hoc Ptolemæo (vt quidam asserunt) sed ab huius filii seruis iussu Regis fuit obtruncatus, vt Plutarchus, Cæsar in cōmentariis, & Appianus indicant, alludens ait. *Noxia ciuili tellus Ægyptia fato, Haud equidem merito Cumana carmine vatis Cautumine Nili Pelusia tangeret ora Hesperius miles, ripasq; æstate tumentes.* Ceterum iuuenibus nimio studio, & auiditate non parua flagrantibus, quot libri fuerint Sibyllini, & quot Sibyllæ, promisimus: hic quæ apud multos, variosq; auctores omnia nostra adhibita sedulitate legimus, cōtexemus. Sibyllinos libros non fuisse vnius Sibyllæ, sed appellatos vno nomine Sibyllinos: quomnes fœminę vates, Sibyllæ sunt a veteribus nūcupatę, vel ab vnius Delphidis nomine, vel a cōsiliis Deorū denuntiandis. Si hos enim *Deos* & non *theos*, consiliū non *baulini* sed *bauleon* appellabant Æolico genere sermonis. Itaq; Sibyllam dictam esse quasi σιοῦ βουλήν, id est, Dei consilium seu scientiam: licet apud Lactantium sed mendose nimis *Theosbolin* legatur. Ceterum Sibyllas decem numero fuisse, vt ex Hieron. contra Iouianum constat. Prima fuit de Persis, cuius mentionem fecit Nicanor nominata *Sambate*, hanc *Chaldæicam* veteres perhibent, alii Hebręam Secunda *Libyca*, cuius meminit Euripides. Tertia *Delphica*, de qua Chrysippus loquitur. Quarta *Cumæa*, quam *Italicam*, eo quod in Italiæ solitudinibus vixit, appellabant, cuius meminit Nævius de bello Punico, & Piso in Annalibus. Quinta *Erythræa* Erythæa filia, quam Apollonius Erythræus affirmat suam fuisse ciuem, eamque Græcis Illium petentibus vaticinatam, & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum. Altera quoque fuit ex eadem vrbe diuinatrix, quæ *Athenais* vocata dicitur. Sexta *Samia* a Samo insula nuncupata, quam *Pito* nominatam ferunt, de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum reperisse se scriptum. Septima *Cumana* siue *Cumæa*, nomine *Amalthæa*, quæ ab aliis *Demophile*, vel *Hierophile* ob sacrarum rerum amorem dicitur: licet *Erophile* in multis legatur auctoribus sed mendose: sunt qui *Tarasandram* vocant, nonnulli *Alianam Lithram*: Vergilius autem in sexto *Deiphoben Glauci Dei marini filium Phœbi, Triuiæq; sacerdotem* nominat. Hinc Auso. *vincas Cumæam tu quoq; Deiphoben.* Et hæc Romanorum fata heroico scripsit carmine, Tibul. in 2.

Pompeius a quo obtruncatus.

Lactantii locus.

Sambate.

Athenais. Pito.

Amalthæa Demophile Hierophile Tarasandra Deiphobe. Glauci.

Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla
Abdita quæ senis fata canit pedibus.

Huius sacellum, vt Solin. prope Aornum est situm & sepulcrum in Sicilia, in oppido cui nomen est Lilybæum, seculaque per metalla diuisit, definiuitque quis quo seculo imperaret: & Solem vltimum, id est, decimum esse voluit: moxque omnibus finitis omnia debebāt renouari: quæ Platonis quoq; fuit opinio, quæ nouem libros attulit ad Regem Tarquinium Priscū,

Omnia renouari.

ac pro eis trecentos Philippeos postulauit: Rexque aspernatus pretii magnitudinem, ac mulieris insaniam deriſit. Illa in conſpectu Regis tres combuſſit, ac pro reliquis idem pretium poſtulauit: quæ denuo tribus aliis combuſtis, cum in eodem pretio perſeueraret, motum eſſe regem, ac reſiduos trecentis aureis emiſſe. Sed eã mulierem tunc a Tarquinio digreſſam, poſtea nuſquam loci viſam cõſtat. Libri tres in ſacrarium cõditi, Sibyllini appellati. Ad eos quaſi ad oraculum quindecimuiri adeunt: cum Dii immortales publice conſulendi ſunt. Octaua *Hellſpontica* in agro Troiano nata, vico non *Marneſſo*, vt mendoſe legitur in primo Lactantii c. 6. ſed *Marpeſſo*, vt Pauſanias in Troiade, ita vocans Sibyllę domicilium: vel *Mermaſſo*, vt Stephanus, iuxta Gergithium & Polichnen vrbes Troadi finitimas, quam ſcribit Heraclides Ponticus, Solonis & Cyri fuiſſe temporibus. Nona *Phrygia*, quæ vaticinata fuit Anticyræ. Decimam fuiſſe *Tyburten* nomine *Albumæam*, quæ Tyburi colitur vt Dea. Quæ omnia ex Lactantio in primo, capite ſexto, & Gellio in primo, capite decimonono, & diuo Auguſtino ex libris de Ciuitate Dei, & reliquis de Sibyllis ſcribentibus, accepimus. Martianus tamen Capella non decem ſed duas fuiſſe Sibyllas ſic in fine ſecundi ſcribens, ait: *Sibylla vel Erythræa, quæque Cumæa* eſt, vel *Phrygia*: quas non decem, vt aſſerunt, ſed duas fuiſſe non neſcis, id eſt, *Herophylen*: licet in Martiano *Erophylam* ſed mendoſe legatur Troianam Mermeſſi filiam, & Symachiam Hyppotenſis filiam, quæ *Erythræa* progenita etiam Cumis eſt vaticinata. Ælianus autem in 2. Sibyllas quatuor aſſerit fuiſſe *Erythræam, Samiam, Ægyptiam, Sardianam*. Sunt qui ſex item adadiiciunt, inter quas *Cumæam Iudæamque*. Plinius vero, & Solinus tres tantum, & non nouem, vt Gellius, Dionyſius in quarto, & Lactantius fuiſſe libros Sybillinos tradunt: quorum duobus combuſtis, tertius a Romanis occultabatur. *Religio*, vt ne quid ſcitu dignum relinquatur, eſt Deorum cultura dicta, non a relegẽdo, tanquam relegerent, & diligenter retractarent omnia, quæ ad cultum Deorum pertinent, vt Cicero de natura Deorum libro ſecundo circa finem ait, ſed a religando, vt ait Lactantius libro quarto, capite vigeſimo octauo: quia hoc vinculo pietatis obſtricti Deo & religati ſumus: vel a re, id eſt, effectu & eligo, vt Auguſt. in 10. de Ciui. Dei: vel a relinquendo, vt Maſſurius Iureconſultus: quia cuncta, cũ ad religionem accedimus, omittere debemus. Hoc etiam vt ne quid amplius in hac Epiſtola deſideretur: ori illa interpretum ſententia addimus: quod ille locus *ex illo Senatus conſulto* ſic eſt intelligendus, vt Senatus ſit rectus caſus, & ordo: *Senatus ex illo conſulto tibi decernit vt regem deducas: quod commode facere poſſis, & cõmode ad Lentuli cõmoditatem, cum ſit in Ægypto victimis* (licet alter interpretum neget) referendum ceſemus: quod Cicero epiſtola ſeptima primi libri epiſtolarum his verbis aperte ſignificat demõſtrat: *Quam*

Lactantii locus.

Albumæa.

Sibyllæ duæ & non decẽ.

Martianæ Capellæ locus.

Libri Sibyllini.

Religio.

Error Cicer.

Cicer. locus.

niam Senatusconsultum nullum exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi ademta sit: ea quæ de ea re scripta est auctoritas, cuiscis intercessum esse, vt nequis omnino regem reduceret, tantam vim habet vt magis ratorum hominum studium, quam constantis Senatus consilium esse videatur: te posse prospicere, qui Ciliciam, Cyprumque teneas, quid efficere, quid consequi possis. Vel commode, id est, vtiliter, & conuenienter tam populo Romano, quam Ptolemæo si sine exercitu bis in Ægyptum. Sunt qui *quomodo* interrogatiue legunt, & tunc sensus erit: quod scilicet reuocare regem quomodo possis facere, vt, id est postquam religio tollat, id est tollere velit exercitum: quasi dicat, quod non possis reuocare.

Locus Plinii libro 29. Nat. Hist. expositus & versus Ouidii ex 6. Fastorum.

CAPVT XII.

PLinius in suæ naturalis historiæ libro vigesimo nono, cap. primo hæc refert. *Auxit deinde famam crimine ictum fulmine Æsculapium fabulata: quoniam Tyndaridam reuocasset ad vitam.* Quæsiuisse a multis quam Tyndaridam Plinius intellexit, quo Æsculapius fulmine confossus fuerat. Cum apud idoneos & fide dignos Auctores Hippolytum Thesei filium ab equis discerptum, sua arte in vitam reuocasse, & non Tyndaridam legerimus. Quem locum a nemine literatorum (quod sciam) ex plicatum inuenio. Multos quoque consului, & nullum idipsum mihi enucleantem, ac nodum Gordianum enodantem reperi. Tandem nacti Pausaniam Græcum historicum, & vetustatis indagatorem Plinium Græcam historiam secutum: incunctanter affirmamus. Refert enim Pausanias *Tyndaridam* ideo *Hippolytum* appellatum: eo quod vnus ex Tyndari Lacedæmoniorum regis familia fuit. Ægeus namque patruum habuit Tyndari fratrem, a quo Tyndaro (vt ipse instituit) omnes, qui de eadem erant familia, *Tyndaridæ* appellabantur. *Hippolyto* ergo *Tyndaridæ*, qui ex Tyndari familia fuit oriundus, in vitam reuocato, Æsculapius fulmine ictus fuit. Quocirca satis Plinii sententiam, quemadmodum fuerat Græcos secutus constare arbitramur. Si quis vero hac nostra sententia melius senserit, illum oratum velim vt in communem omnium vtilitatem edat. Et quoniam in Æsculapii, Hippolytique mentionem incidimus, non abs re duximus esse Ouidii carmen ex Fastorum sexto in fine emaculandum. Carmen est: *Surgit humo iuuenis stellis affatus auitis.* Vbi stellis *auitis*, aiunt interpretes, quibus Iupiter auus eum ornauit. Verum quoniam nusquam, nisi memoria exciderit, legimus afflatum *stellis*, seu syderibus, sed fulmine & vento: proinde *telis*, & non *stellis* legendum esse contendimus, *telis* ergo *auitis* id est fulmine, quo Æsculapius Phœbi filius & Iouis nepos, quoniam Hippolytum in vitam reuocauit, afflatus, percussusque fuit.

Tyndaridæ Hippolytus.

Ouidii locus

Aliquot Ausonii Epigrammata correcta.

CAPVT XIII.

OBlectamenti causſa nupertime in manus Ausonium lepidiſſimum Poetam accepimus: & adeo multis in locis depravatum inuenimus, quod fere pœnituit accepiſſe: ſed ne contemſiſſe videremur, inter legendū nonnulla emaculauimus: quæ hic in vno coadunata loco, vt aliis cōferamus, conſcripſimus. In primo Epigrāmate, *conoſq; truces* legebatur: nos *Cimbroſq; truces* emendauimus. Et in tertio, *cedere qua late*, & *non credere*. Et in quinto, *natumq; patremq;*, & *non parentemq;*. Et in decimo, *nil verius ipſa eſt*, & *non ipſe*. Et duodecimo, *ab vno eſt*, & non *ab imo*. Et in tertiodecimo, *vrbis ab Hactorea*, & non *aterna*. Et in trigeſimo primo, *nunc ego ſum Cynicus*, & non *cynices*. Et in quadrageſimo tertio, *hoc die mercator*, & non *mercatus*. Et in quadrageſimo quarto, *quis te dicentem imagine* & non *dicentis*. Et in quadrageſimo ſeptimo, *picta mei*, & *non picti vici*. Et in quinquageſimo, *cui pera penus*, & non *parua penus* legimus: ſentius namq; eſt, quod Diogeni Cynico *pera* erat *penus*, id eſt, receptaculū eduliorum: & dolia erāt ſedes, id eſt habitationes. Sed hactenus de Auſonio: ad reliqua pergamus.

Quo primum tempore Quæſtores fuerint, vnde dicti & quam diuerſi quibuſque tabulis leges duodecim inſcriptæ fuerint, accurſtatuta.

CAPVT XIV.

MVltos & recentiores, & antiquarios legimus aſſerētes: quod quamuis Quæſtorum antiquiſſima eſſet origo, tamen ante Tullum Hoſtilium fuiſſe Quæſtores (vt aiunt) non inueniunt. Nos vt ſtudioſæ iuuentuti & fortaſſis (abſit inuidia verbo) veteranis gratiſſimus, quæ apud auctores legimus: impræſentiarum in cōmunem omnium vtilitatem afferimus. Et Quæſtores ante Tullum Hoſtilium fuiſſe, Gratianus in libro, quem de temporibus ſcripſit, ipſum Romulum, & Numam duos habuiſſe, quos nō ſuo, ſed populi ſuffragio creatos oſtendit. Et Iunius libro ſeptimo tradit, Romulum ſuffragio populi Quæſtores binos creaſſe. Et Feneſtella de magiſtratibus antiquis ait: Quæſtoribus creandis origo vetuſtiſſima eſt, & ante omnes pene magiſtratus inſtituti ſunt. Quibus auctoribus omnibus liquere arbitror: ante omnes magiſtratus, & Romuli temporibus Quæſtores fuiſſe. Quæſtores, Marco Varrone tradente, dicuntur a quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, & conſtituti ſunt, vt Pomponius in l. 2. de origine iuris, cum ærariū populi auctū eſſe cœpiſſet, vt eſſent qui illi præeſſent. & maleficia quæ Triumuiri capitales nunc conquirunt, Quæſtores nominabantur. Præerant rebus capitalibus: quia, vt inquit Feneſtella, & Pomponius in l. 2 §. iiſdem temporibus, de origine iuris, de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat permiſſum conſulibus dicere: propterea Quæſtores conſtituebantur a populo, qui

Quæſtores.

Triumuiri capitales.

in

in capitalibus præesſent, hi appellabantur Quæſtores parricidii, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum. Prouincias ſortiebantur, quod, vt Vlpianus in l. 1. de officio Quęſtorum, factum eſt Decimo Druſo, & Porcina conſulibus. Primum patritii creati, poſtea indifferenter patritii, & plebeii, & Aſconio referente, ſenatoris adminiſtratio erat, Quæſtorem fieri in prouincia, curam gerere pecuniæ publicæ in diuerſos vſus erogandæ. Cornelius autem Nepos ait, a Iunio Bruto poſt exactos Reges, Quęſtores duos creari, qui rem militarem comitarentur: duos deinde addidit, qui res vrbanas curarent, mox cum ſtipendiariæ prouinciæ fierent, duplicatus numerus, poſt vero Syllæ legem creati viginti. Hactenus de Quæſtoribus. Et quoniam ſuperius de legibus duodecim tabularum mentionem fecimus, non ab re eſſe duximus, hic dicendum eſſe: quod placuit publica auctoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges a Græcis ciuitatibus: vt ciuitas fundatetur legib. quas in tabulis eburneis proſcriptas pro roſtris cõpoſuerũt, vt poſſent leges apertius percipi, auctore Pomponio Iuriſconſulto de origine iuris ciuilis in principio. Quæ Pomponii ſententia repugnat Liuio in tertio ab vrbe condita in fine ſcribenti, priuſquam vrbem ingrederentur leges decemuirales, quibus duodecim tabulis eſt nomen, in æs inciſas in publico propoſuerunt. Cui ergo eſt maior fides adhibenda, Pomponio, an Liuio, cum vterque ſit auctor grauiſſimus? ambigitur. Ipſe vero magis crederem, cui tertius vtriſque non inferior adſtipulatur Plato in Minoe in fine his verbis. *Tallus enim ter quotannis pagos omnes luſtrabat, leges eorum obſeruaturus tabulis æreis leges inſculptas circumferens: vnde æreæ nominatæ ſunt:* Hęc Plato. Porphyrio tamen in hoc Horatii carmine in arte Poetica *leges incidere ligno*, refert: æreis enim tabulis antiqui non ſunt vſi, ſed roboreis, his incidebant leges: vnde adhuc Athenis legum tabulæ Axones vocantur. Nos autem in hoc ipſo excutiendo admodum pertinaces eſſe recuſamus. Non enim tanti ſumus, vt tantorum celeberrimorum litem componamus. Satis namque erit: ſi quodcunq; ad rem faciens propoſito accommodemus. Verum antequam alio tranſeamus, hoc quoq; ſubiungimus, cũ populus Romanus ſeditioſos ferre non poſſet magiſtratus, decemuiros legibus ſcribendis creauit: qui leges Solonis, quæ, vt Pauſanias in primo, in Prytaneo Athenis ſcriptę ſeruantur in Latinum ſermonem tranſlatas Duodecim tabulis expoſuerunt. Decem autem viri hi fuerunt, Appius Claudius: Ti. Genutius: Pu. Sextius: Lu. Veturius: Ca. Iulius: Mar. Manlius: Pu. Sulpitius: Pu. Curatius: Ti. Romulius: Spu. Poſthumius.

Quæſtores parricidii.

Axones.

Leges cui.

Decemuiri qui.

Primum Valerii Flacci carmen elucidatum.

CAPVT XV.

VAlerius Flaccus eximius Poeta, quis multis in locis mẽdoſus legatur, ipſe tamen primum carmen in priſtinã (vt autumo)

lectionem reuocaui,& sic ab ipso Poeta scriptum fuisse contenderem. Carmen est:

Prima Deum magnis canimus freta pernia nautis. Qui fuerint magni nautæ Deum, apud nullum idoneum (quod meminimus) auctorem legimus: proinde audaciori calamo *natis* emendauimus. Quia, vt ex eodem etiam Poeta colligitur, Iason Deum natos, vt Herculem, Castora, Pollucem, & nonnullos sibi alios in arietinæ pelliculæ expeditionem socios asciuit. Quamuis hæc expositio me non fugiat, Poetam *nautas* appellasse Deum: quod nauis Argo, de qua vide spicilegium in Argo, erat Palladi consecrata, cuius ope, atque Iunonis venerunt incolumes, vellusque abstulerãt, nauemque numinibus dicatam habuerant: ideo *nautas* dixit Deum, quod mihi non placet. Sed de hoc Poeta in reliquis annotamentis nõ pauca diximus.

Persii versus principio Satyrarum examinatus.

CAPVT XVI.

PErsius, etsi breuis, nõ minimi tamen est pretii. Multa nãq; sunt minima, quæ vel magno comparantur: & hoc gemmæ, lapillique maxime restantur. Qui Poeta in decimo, Quintiliano tradente, vno in libro multum & veræ gloriæ meruit. Sed quid multis? ad rem veniamus. Legitur in principio satyri: *cornua Poetas, & Poetridas picus.* Vbi alter interpretum ait: *Poetridas* formatio est per modum patronymici, vt a masculum *Poetam* mulierem *Poetridem.* Ipse cum apud Græcos & Latinos nomina artium neutiquam formare patronymicum legerim: idcirco *Poetrias* legendum esse censerem: *Poetria.* Vt enim *Poetam* masculum, sic *Poetriam* fœminam Græci nuncupant. Etiam locum Epistolæ Sapphus, in fine emaculãdum esse iudico, *Ouidii locus* *Grata lyram posuit tibi Phœbe Poetria Sappho.* Et nullo hic modo *Poetica* legendum existimo: hinc Terentianus ait: Dicitur eadem *praclara poetria Sappho.* Possumus quoque in Persio *Poetridas* legere, dumodo nõ sit patronymicũ, sed nomẽ. Nomina enim in a. masculina Latina, & Græca in es: faciũt fœmininũ ex se in *tria*, & in *tris*, vt *Poeta* Latine, Græce *Poetes*: in fœminino est *Poetria*, & *Poetris.* Hac ergo ratione in Persio Poetridas legere poterimus.

Quid Oletum in Persii Satyris significet.

CAPVT XVII.

PErsius, quem diuus Hieronymus Satyrum disertissimum nuncupat, tanta sui temporis malos & ambitiosos acerbitate, salibusque fugillat, quod omnes merito vatis acumen & laudãt, & admirantur: & quamuis sole clarior, cum tot alioqui viri & ingeniosi & literati in eo ipso dilucidando desudauerint, esse deberet: multis tamen in locis etiam sub vmbra latitat: in quibus hoc nõ dissimulandũ est, *quisquam faxit olutum*: vbi *Oletum* significare stercus humanum interpretes aiunt, citantque Verranii auctoritatem, dicẽtis: *sacerdotula in sacrario fecit oletum*: Sed tam in Persio, quam in *Oletum.*

Verra-

Verranio significare locum olentem, & fœtidum, quem sępius meiendo facimus, dubio procul affirmo: quod Persius ipse, cum subiunxerit, extra *meite*, & non caeate, vel excrementa ventris mittite, indicauit: & Tacitus, *gymnasium eo anno dedicatū a Nerone, prabitumque oletum equiti, ac senatui*, significare tamen stercus humanum nusquam legitur. Vbi esto cautior: quod meio apud idoneos, nunquam mingo, licet Grammatici præcipiant, legitur: In sacra vero pagina frequenter inuenitur. *Oletum* quoque in altera significatione est locus olea consitus. Cato de re rustica capite primo: *tertio salictum, quarto oletum.* Et sæpe apud Varronem, Columellam, & Palladium, ac Plinium in hac significatione leges. Verum hæc, & reliqua huius satyri obscuriora sensa, Innocentio Lucio Montellano nostro alumno indaganda relinquo. Is enim huius Poetæ interpretandi (vt ait) prouinciam suscepit: vbi multa vigilanti studio, & ingenii perspicacitate (nonnulla namq; vidi) recondita perscrutatus est, & ea cuncta in lucem dabit. *Meio. Mingo.*

Vnde Luceres, & Lucani sint nuncupati, quid Lucus, quot tribus & quanam, vnde Romulus Quirinus sit dictus, qui sint Elephantini libri.

CAPVT XVIII.

Liuius historicus luculentissimus in primo ab vrbe condita: *eodem* inquit *tempore & centuria tres equitum conscriptæ sunt: Ramnenses a Romulo, a Tito Tatio, Titienses appellati, Lucerum nominis, & originis caussa incerta est.* Hæc Liuius. Non quod (vt mea est sententia) *Lucerum* originem ignoraret, sed perinde ac Gallus Cisalpinus, & Hetruscæ, Italæq; gloriæ inuidens conscripsit: quod Antoninus Cæsar in suo itinerario his verbis arguit: *Vulturna, cuius claris gestis inuidit Liuius, & Catus Caligula, Tranquillo in Caligula vita scribente, paulum abfuit quin statuas & scripta Liuii ab omnibus bibliothecis amoueret, tanquam verbosum, & in historia mēdacem.* Scius ergo erat Liuius, sed vt inuidus omisit. Verū vt *Lucerū* caussam dilucidius reddā, altius aliquid repetere oportet, vt ad huius nominis originem perueniamus. Lucani vt Festus ait, appellati dicūtur: quod eorū regio sita est ad partē stellæ luciferæ, vel quod loca ætherea sint, id est, multæ lucis: licet apud Festū sed nimis mēdose *herbosa*, siue *cretosa* legatur, vel a Lucilio duce, vel quod primitus in Luco cōsederunt. Multas vnde Lucani nuncupātur etymologias Festus recitauit: sed tanq̄ arbiter q̄ potissimū sequi debeamus non cēsuit: nec vllus antiquorū Grāmaticus, nisi memoria exciderit, hoc ipsum fecit. Nos vero ab vltimis Festi, *Lucanos* appellari potius affirmamus, & vt hoc clarius innotescat: prius quid sit lucus & vnde dicatur, mox *Lucanorum* ac *Lucerū* quædā non illepida dicemus. Lucus est locus Diis sacer, separatus, & semotus, vt Suidas scribit, & Græce *Temenos* appellatur: & non est cæduus, q̄ potius manu cōsitus, religiosusque, ac alicui Deo, vel alicui us hominis cine- *Liuius Italia inuidus. Festi locus. Lucus. Temenos.*

ribus consecratus, & ideo circa delubra Deum, aut sepulcra positus est. Valerius Maximus de neglecta religione: *qui consecratũ templo suo lucũ a Turulio præfecto Antonii.* Silius Italicus punicorũ tertio: *Lucos, nemorosaq; regna Corniger Iouis, & fulgentia templa columnis.* Statius: *Tunc viridis late lucus iuga celsa Minervæ* Et Vergilius in sexto: *Iam subeunt Triuiæ lucos, atq; aurea tecta,* Idem in quinto: *tumulo q; sacerdos, Et lucus late sacer additur Anchiseo.* Licet Apuleius in quarto, lucos confitos dicat, neq; numen aliquod, neque sepulcrum respiciens. Et dicitur non a lucendo quod minime lucet, per antiphrasin (nullum enim, vt alibi diximus, est vocabulum dictum per antiphrasin) vt multi referũt, quamuis illorum opinionem Quintilianus sic scribẽs tutari videatur, *a contrariũ aliqua trahi, vt lucus, quia vmbra opacus parum luceat:* nec etiam dicitur, vt quidam tradunt, asserentes, quod quamuis non dicatur, per antiphrasin, dicitur tamen a lucendo, quod vere lucet: quia in nemorum opacitate, in arborum frondentium vmbra sacrificiorum ignes splendescant, luceant holocaustorum flammæ, vbi *Accensi semper flagrant altaribus ignes.* Licet hæc posterior sit priori melior, & præstantior: eruditis tamen non satisfacit. Dicitur ergo a *Luca* vocabulo Aramæo, quo Hetrusci vtebantur, quod vt Samuel, & reliqui Talmudistæ referũt, significat *senem*, & *seniorem*: hinc Lucumones Aramæa, Hetruscaq; origine nomẽ est (vt subnectam) senatoriæ dignitatis: Vnde apud Aramæos, & Hetruscos Lucii vltima syllaba accentum habente, qui Græce *Palei*, apud Romanos Senatores, & apud Hebræos *Sanahedrin*, & non *Zanedrin*, vt mendose habent codices: quod a Talmudistis interpretatur collegiũ sceptri, & publicæ potestatis totius regni: quæ erat penes septuaginta seniores ex principibus, quibus vnus præerat, Et hi dicuntur senes siue veteres. *Lucus* præterea propria definitione, est Senatorum curia templum, quod Vergilius antiquitatis curiosissimus, & linguæ Hetruscæ indagator, de *Luco* Latini Regis in septimo demonstrat: dicens,

Templum Augustum ingens centum sublime columnis,
Horrendum syluis, & Religione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat, hoc illis curia templum.

Quo in loco Seruius non indoctus, & oppido q̃ ingeniosus, hæc refert. *Non nisi in augurato loco poterat Senatus habere curiam, siue concilium, vnde templum Vestæ non erat consecratum: ne illuc Senatus accederet, vbi erant virgines.* Idcirco *lucus* ponitur pro homine cõsulto. Vergilius in 7 *lucosq; subalta consulit Albunea.* Hoc cũ superius in arborũ frondentiũ vmbra retulerim, præterire non licuit. Priscos illos nõ secus arbores, & simplicia rura, q̃ numinũ templa coluisse ac Deo præcellentẽ arborẽ prisco ritu dedicasse, nec auro, vel ebore fulgẽtia veneratos fuisse magis simulacra, quam *lucos*: in quibus

Error Quintiliani.

Luca.

Lucumones Lucii Palei: senatores.

Sanahedrin

Lucus Senatorum curia templum.

Arbores colebantur.

quibus & silentia adorabant ipsa. Quoniam summatem Deum silentio adorandum prisca censuit Theologia: & hoc eo progressum est, vt cum suis arbores dicatæ numinibus perpetuo seruarentur. *Lucani* ergo a *Luco*, vt Festus, dicuntur tanquam a loco augurato. Plinius tamē in tertio sentit a Samnitum duce Lucio, *Lucanos* deriuari: sic & Sempronius, & Cato inquit, *Lucani a Samnitibus duce Lucio*, & Liuius in primo ab V. C. a Lucio Samnitum duce, *Lucanos* deriuatos. Sunt quoque Lucii, & Lucenses prope Parisios, vt Ptolemæus Hetrusco, Scythicoque sermone cognato, qui a Lucio Rege dicitur Qui, vt Berosus in quinto, apud Celtas regnare cœpit. Sed quoniam a Luca Lucumones deriuari prædiximus: hoc etiam apertè non ab re fuerit, vt Luceres obscurioris originis apertius in lucem promantur. Verū candidissime lector vera indagantis esse peritissimi censent: succincte quid alij senserint repetere, mox suam subnectere sententiā: vt lector, perinde ac verus trapezita, in adulterinæ monetæ examine probam, veramque comprobet: falsam & incongruam repudiet: Itidem in his nostris nos faciemus. Sed quid multis est opus? ad diuerticulum reuertamur. Plutarchus in Romulo vita, & Asconius Pedianus, nec non & Plinius, *Luceres* dictos a *Luco Asyli*, posteris scriptum reliquerunt. An & hi recte linguam, disciplinamque Hetruscam rimati fuerint, non nostrum id ipsum iudicare, esse duximus: sed quodcunq; ram hic, quam alibi abstrusum, & reconditū legimus, in medium afferre. Non etiam nos præterit Festum tradere, Luceres dictos a *Lucero* Ardeæ rege, aduersum Titum ferente auxilium. Omissis tamen verbis ad rem nihil facientibus, ad Luceres mea properabit oratio. Luceres, vt Romanorum doctissimus Marcus Varro in primo de lingua Latina tradit, a Lucumone dicuntur, affertque Ennium dicentem Romam diuisam in tres partes a Romulo, vnde tribus Romanæ dictæ, & eas a tribus ducibus nominauit: *Tatienses a Tatio, Ramnenses a Romulo. Luceres a Lucumone*, vt ait Iunius, & hæc sunt nomina Hetrusca, vt Tolumnius tragœdiarum scriptor. Quanto clarius, & apertius hi Lucerum originem explicant tanquam Hetruscæ disciplinæ haud ignari, & prædictis antiquiores, doctrinaque non inferiores, quisque vel mediocriter doctus iudicaret. Nos tamen antiquioribus de antiquitate magis credēdum esse, vel magno pignore certaremus Varronem Fabius Pictor auctor diligētissimus, & Romanæ, Hetruscæque rei curiosissimus consequitur, sic scribens, *subinde Sabini ingens bellum orsi, coegerunt Romulum denuo a Lucumonibus socios milites expetere: Galerito Lucumone Arbe negotium datum est, magna manu occupauit collem Quirinalem, ac pro Romulo muniuit, vnde Galerius delapsus contra Sabinos insequentes, Romulum deuicit, & in fœdera coegit.* Et idem subiungit: *Lucumo* lingua Hetrusca a se suos Thuscos vocauit Luceres. A *Galerito Lucumone* (is enim Romulo fauit) *Luceres* dictos

Error Plutarchi Asconii & Plinii.

Error Festi Luceres.

Tribus Romana Tatienses, Ramnenses. Luceres.

in secundo Dionysius Halicarnasseus ait. Et Seruius in septimo *Treis*, inquit, *Partes ab initio fuisse populi Romani constat: vnam Tatiensium a Tatio rege Sabinorum dictam: Alteram Ramnensem a Romulo. Tertiam Lucerem a Lucumone, vt ait Varro*: qui refert Romulum dimicantem contra Tatium, a Lucumonibus, id est, Hetruscis auxilia postulasse. Et Propertius in quarto in fabula Vertumni ait,

Propertii locus.

Tempore, quo sociis venit Lucumonius armis,
Atq; Sabina feri contudit arma Taci:
Vidi ego labentes acies, & tela caduca,
Atq; hostes turpi terga dedisse fuga,

Propertii locus.

Licet in Propertianis codicibus Lycomedius, sed nimis mendose legatur: vt in subsequentibus ex prima elegia 4.

Primus Galeritus posuit pratoria Lucmo:
Magnaq; pars Tatio rerum erat inter oues.
Hinc Tietens, Ramnesq; viri, veteresq; coloni,
Quatuor hinc albes Romulus egit eques.

Quamuis lygmon in omnibus legatur codicibus, sed nimis inepte. Quis igitur amplius in Lucerum origine ambiget? cum luce clarius fulgeat. Hi namque auctores Plinio, Plutarcho, & Asconio antiquiores: non ab *Asyli luco*, sed a *Lucumone* deriuatos *Luceres* dubio procul affirmant. Festi vero sententiam, Fabii Pictoris verba superius a nobis recitata penitus refellunt. Boni, fidique Grammatici existimamus esse: nihil, quod ad rem ipsam pertinet: prætermittere. Qua de re quid Lucumo significat, & vnde dicitur, ne adulescentuli crebro præceptoris aures obtundentes anxie vagarentur, enodare destinauimus. *Lucumo* non *insanum*, vt Festus, & nonnulli asserunt, significat: cum ad Lucumones perinde ad sapientes, vt Maximus Valerius in primo de Religione, & Liuius indicant ad Hetruscam disciplinam accipiendam miserunt Romani. Erant Lucumones duodecim qui lingua Hetrusca dicebantur Reges, vt in secundo, & octauo Seruius ait: & dictandi, imperandique potestatem habebant: his in annuo magistratu duodecim regibus, quos Lucumones vocabant, vnus, siue tertius decimus perpetuus Rex, & dictator præerat in fano Volturnæ, vbi dictaturæ, & suffragiorum ius erat, ad quod teste Liuio duodecim populis consilia indicabantur, præsidentem Dictatorem, siue in principatu Maximum lingua Scythica Arthem, Hetrusca Lartem vocabant: non solum quia ceteris præerat, sed etiam anniuersariis ceteris duodecim renouatis, ipse per totam vitam perseuerabat. Et dicitur a *Luca*, id est, sene, & *Moni*, qui apud Aramæos & Hetruscos, *supputatorem* & qui consiliorum reipublicæ suffragiis præest, id est, dictatorem, vt Talmudistæ referunt, significat. Vnde D. Hieronymus in Epistolas ad Paulinum: *logos* a Græcis, ab Aramæis *Moni* profertur. Lucumo igitur significat veterem Dictatorem, qui etiam

Lucumo. Error Festi.

Arthes. Lartes. Moni

Logos. Lucumonii

iam imperio, & suffragiis imperialibus præsidet. Et Lucumonium, quod Græci *Paleologum*, id est, veterem dictaturam, & suffragium significat. Et quoniam vrbis Romæ triginta quinque tribus fuerunt: illarum nomina, vt curiosi iuuenes vno in loco habeant omnia: hic ponere non piguit, nec incongruum fore diiudicaui. Nomina hæc sunt. Tatiensis, siue Titiensis, Ramnensis, Luceres, Palatina, Collina, Exquilina, Claudia, Mentina, Crustumina a Thuscorum vrbe Crustumena dicta. Offentina ab Offente fluuio. Pupina ab agro Pupino. Romula ex eo agro censebatur, quem Romulus ceperat ex Veientibus. Sabatina a lacu Sabate: Lemonia a pago Lemonio, qui est a porta Capena via Latina: Suburana seu potius Succurrana a statiuo præsidio: quod solitum sit succurrere Æsquiliis, infestantibus eam partem vrbis Gabinis. Scaptia a nomine vrbis Scaptiæ. Pontina a Pontina vrbe. Papyria a Papyrio. Mecia a quodam castro. Quirina a Curensibus. Anniensis ab Anniente fluuio, Popilla siue Polita a genitrice. Veientina a Veientibus. Tromentina & non Tormentina siue Tormetina, vt mendosi habent codices. Dicitur enim a loco: qui, vt Festus, *campus tromenta* appellatur, a quo Hetruscæ Tromentora, & Romane Tromentina. Stellatina a Stellatinis Thusciæ populis, a Stella amne his vicino dictis. Arnienſis ab Arno Florentiæ fluuio: Scatia, Terentina, Sergia, Trimitica, Volitinia, Fabiana, Scaptensis, Voltinea, Narrueenſis. Et quia triginta quinque tribubus cõstabat vrbs Roma: triginta quoque quinque libros maiores instituerunt, in quibus hominum nomina referebantur: qui adeo erant ingentes: quod a magnitudine beluæ Elephantini appellabantur: hique apud censores erant. Quia vel morte vel adiectione variabatur supputatio: ideo fuit mos, vt nomine non mutato singulis lustris innouarentur. De quibus tamen tribubus, & de Roma in Solino copiosissime dicemus. Hic quoque illud vnum subnectam: quod *Romulus Quirinus quoq; fuit nuncupatus a Quiri hasta, qua assidue vtebatur: siue quod Cures Sabinorum vrbem vicerit: siue quia Graci regem Cyrion appellant, & non Cæranεon*, vt quidam falso præcipiunt: Quod Ouidius in fastis indicat,

Romanorũ tribuum nomina.

Tromẽtina.

Cãpus Tromentina.

Tromẽtora.

Elephantini libri.

Romulus Quirinus Cures.

Cyrion.

Siue quod hasta Quiris Prisci est dicta Latinis,
Bellicus a telo venit in astra Deus,
Siue suo regi nomen posuere Quirites:
Seu quia Romanus vicerat ille Cures.

Vtrum inimicitia in singulari numero legatur, & an consequentia vocabulum sit Latinum.

CAPVT XIX.

GRammatici omnes tam antiquiores quam recentiores, quos mihi hucusque lectitare contigit, vno consono ore tradunt inimicitiam nunquam in vnitatis numero legi, nisi apud Ennium sic dicentem: *ego eo ingenio natus sum, amicitiam at q; inimicitiam in*

Inimicitia.

fronte prorutam gero. Nos vero non modo apud Ennium, sed apud alios quoque legi contendimus. Cicero Thusculanarum quarto ait: *odium, inimicitia, discordia.* Et idem in eodem: *ira inueterata, inimicitia.* Et in oratione pro Deiotaro, *paruam inimicitiæ culpam,* & in secundo inuectiuarum in Catilinam, *inimicitiam hominum.* Et Martianus Capella in quarto, *namq; inscientiæ scientia contraria, inimicitia amicitia.* Hæ impræsentiarum occurrentes auctoritates, a probatissimis viris, & ex Cicerone maxime sumtæ, satis plenam faciunt fidem in singulari numero legi inimicitiam. Sed frequentius in plurali, & nos ita libentius vti debemus. Hic quoque admonendum duximus, quosdam superioribus diebus pertinaciter negare, Consequentiam esse vocabulum Latinum, & apud nullum Latinorum reperiri: quam sit difficilis prouincia, & audacia maior id dictitare, quod nusquam legitur, nullus quidem est nescius sed his omissis dicamus inueniri. Gellius libro sexto, capite secundo, *propter consequentia nodos ait.* Et Cicero in quarto Rhetoricorum: *per consequentiam significatio fit.*

Consequentia.

Vergilii versus secundæ Eclogæ explicatus.

CAPVT XX.

MAro, quem merito diuinum Poetam Macrobius nuncupat, multa adeo ingeniose conscripta posteris reliquit: quæ doctissimum quemque licet iugi lectione exercitatum defatigant. Quamuis in eo ipso dilucidando, enodandoque grauem tulerint laborem interpretes: multa tamen diligentiori cura, remotioriq; doctrina digna intacta tanquam intellectu facilia omiserunt. Sed ne loquendo tempus frustremur ad Maronis carmen perueniamus,

Fessis messoribus æstu
Allia, serpillumq; herbas contundit olentes.

Quid in hoc carmine secundæ Eclogæ interpretes viri disertissimi senserint: cuique, cum circumferantur, videre licet. Nos vero hoc ideo a Vergilio rerum omnium scio dictum putamus, in æstu messores allia, serpillumque quo serpentes, cum illorum morsus dormientes impense timeant, odore repellant, subcœnitare solere: quod Macer his carminibus, cum de serpillo loquitur indicat,

Nidor combusti serpentes effugat omnes,
Et quoduis animal infundens ore venenum,
Hoc ideo miscere cibis messoribus est mos,
Vt si forte sopor fessos depresserit illos:
Vermibus a nocuis tuti requiescere possint:
Pestiferos morsus bibitum iuuat.

Quid ergo clarius? & quorsum ipse Poeta dixerit? Alter enim ab altero mutuari videtur: cur subcœnitare, merendareque vel prandere messores, *allia, serpillumq;* solent. De allio quoque sic idem Macer sentit,

In

In quarto posuere gradu, mansum vel inunctum,
Curat quos serpens vel scorpius intulit ictus.
Et nocui vermes trici pelluntur odore:
Sanat & appositum morsus cum melle caninos:
Et bibitum vermes ventris, tineasq; repellit:
Ex oleo cum reste sua si decoquis illud,
Morsus pestiferos reddes hoc vnguine sanos.

Possem, quod Serapio de simplicibus capite ducentesimo nonagesimonono, & Plinius lib. vicesimosecundo, & quod alii de Serpillo scripserint, hic contexere: sed silentio, cum nihil ad Maronis carmen pertineat, transeo.

Aliud carmen ex eadem Ecloga & primo, Georgicorum illucidatum.

CAPVT XXI.

TAnta est nō Grammaticorum modo, sed auctorum etiam varietas, & pene diuersitas, quod nos eligēdo, quem potissimū sequamur, ambigere maxime cogunt: qua de re qui hanc interpretandi prouinciam suscipiunt: multa, cum omnia non possint, assidua lectione, acutiori examine, & pertinaci memoria videre, discutere, ac meminisse debent. Hoc equidem dico: quod est alterum carmen in eadem Maronis Ecloga.

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. In quo quidem carmine dum varias auctorum de monte opiniones exquirerent interpretes, valde laborarunt: quod etiam legentium oculos caligantes reddunt. Nos vero ipsorum sententia omissa. Ibi namque nisi desidia, socordiaque languescas, tuo arbitratu legere poteris: affirmamus Maronem *Aracynthum* montem Atheniensem dubio procul intellexisse. Vibius enim Sequester, his verbis ait: *Aracynthus mons est in Attica, quidam in Arcadia volunt.* Quibus Vibii verbis satis liquido patet, *Aracynthum* esse Atheniensem montem. Attica namque olim, vt Plinius in quarto capite septimo, Gellius, & Lycophron Poeta Græcus testantur, *Acte* nuncupabatur: vel vt Strabo in nono ab Actæone, vel ab Actæo Rege indigena, qui primus, vt Pausanias in primo, Athenis regnasse fertur, vel quia litoralis, vt scribit Strabo, fere tota sit. *Acte* namque litus dicitur, inde *Actæus* Atheniensis: in Actæo ergo *Aracyntho*, id est, Atheniensi. Luctatius in 4. the. scribit, quod Actæa dicitur regio actica, vnde Vergil. montem acticum Aracynthum Actæum dixit. Est & *Aracynthus* mons clarus in Acarnania Epiri parte, vt Plin. in quarto, & Martianus. Est & *Thebanus*, vt Ser. quem comprobat Prop. in 4.

Aracynthus

Acte.

Actæus.

Pæana Amphion rupe Aracynthe tua. Quoniam Amphion cum Zetho fratre Thebis Dircen lacerari curauit. Et hoc ex ipso Propertio maxime liquet. Non ergo ab re fuerit, esse intelligendum Maronem *Aracynthum* appellasse *Actæum* nuncu-

patum, vt Probus ab Actæone ibi a suis lacerato canibus. Poteris igitur studiose lector, si diluas aures aceto, hanc nostram, vel interpretum sententiam comprobare, & vtram malis eligere. Hoc quoque Maronis carmen in Georgicorum primo,

Locus alter.

Tethys sibi generum Tethys emat omnibus vndis. Sic nos omissa interpretum sententia intelligendum putamus: *Tethys emat in sibi generum*, id est, *accipiat*. *Emere* namque, vt Festus inquit, quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro *sumere*: Quæ quidem significatio huic Maronis loco admodum competere videtur. Tu tamen ingeniose lector quam malis harum sententiarum, tuo arbitratu selegas: sed hæc admodum hic mihi placet.

Emere.

Carmen Vergilii in primo Æneidos, expositum & victos victorum nomen accipere.

CAPVT XXII.

CArmen in primo Æneidos commentariis est adeo suffocatum, quod intentissimo frigore, æstu vel maximo flagret: in quo Seruium Grammaticorum principem interpretantem, *Genus vnde Latinum: vnde*, id est, *a quo* Latio: & quod victi victorum nomen accipiebant, Landinus primum, & deinde Philippus Beroaldus in Seruianis notis, viri quidem nostra tempestate disertissimi, & qui omni conatu Latinitatem iuuare studuerunt, sugillant. Nos vero in hoc Seruii partes sumentes, sic eorum dictis Respondemus. Non ignorabam (sæpissime namque & lectitaui, & hisce commentariis testatus sum) omnes a vobis in me citatos auctores, *Aborigines*, & *Laurentes* ante aduentum Æneæ appellare. Ipse tamen remotiora quædam, & non omnibus nota sine re fecisse (sperabam enim meis fidem dictis etiam ab inuidis adhibitum iri) conscripsi. Impræsentiarum vero coactus auctores, quibus meam fulcire, atque tutari sententiam valeam, promam: & contendo *Latinos* Vergilio ante aduentum Æneæ nominatos: quod ipse in septimo demonstrat apertè.

Latini.

Et idem, *Nunc Tybrim fluuium, hic fortes habitare Latini.*
Et idem, *Ne fugite hospitium, neue ignorate Latinos.*
Et idem, *Non dabitur regnis esse prohibere Latinis.*
Et idem, *Solo Laurenti, arua sere, Latinis.*
Et idem. *Interea præmissi equites ex vrbe Latina.*
Et idem, *Hen terra ignota canibus data præda Latinis.*

Et sæpissime Maro ante aduentum Æneæ de Latinis meminit, quem Vergilium Eutropius in liminari pagina primi libri, his verbis consequitur: *Regnante tamen Latino, qui Latinam linguam correxit: & Latinos de suo nomine appellauit: Troia a Græcis capta est.* Eusebius, *Latinus, qui postea Romani nuncupati sunt, post tertium annum captiuitatis Troiæ regnauit. Æneas annis tribus. Ante Æneã Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus.* His ergo constat Latinos ante aduentum Æneæ nominari. Sed verum est præstantiorem sen-

sententiam esse: *vnde*, id est, *a quo* Ænea, qui: a quo Latio. Repugnare tamen non debebatis asserentes Latinos ante aduentum Æneæ non appellari. Est & altera sententia: *vnde*, id est, *a quo* Ænea genus Latinum fuit auctum. His tamen omissis, & poetae magis acumine perpenso, hanc esse veram, vel magnopere contenderem pignore sententiam. *Vnde*, id est *a quo* Ænea, *genus* id est *nobilitas* Romanorum, qui Latini dicuntur, venit. *Genus* significare *nobilitatem* Horat. indicat:

Et genus & formam regina pecunia donat. Romanorū nobilitatē ab Ænea, ac ipsius ducibus venisse, non modo testatur ipse ius.

Mox Italus Mnesteus genus a quo nomine Memmi,
Sergestusq; domus tenet a quo Sergia nomen,
Scyllaque Cloantus
Caerulea, genus vnde tibi Romane Cluenti. Sed alii quoque. *Victi victorum nomina accipiebant.*

Quod victi victorum nomen accipiebant Salustius in Iugurtha sic dicens comprobat: *Victi omnes ingentem, nomenq; imperantiū concessere.* Et Diuus Hieronymus super Genesin: *Hic Libyus victor, victis Libiis nomen dedit, & Libyos a se vocauit, qui antea Pyuti*, id est, *Phaetontei dicerentur.* Quare taceāt negantes, & asserentes *Latinos* ante aduentum Æneæ non fuisse, & victos victorum nomen non accipere. Nos enim auctoribus a nobis primum productis, Seruii sententiam non modo esse veram, sed sole quoq; luciliorem, & omnibus liquere arbitramur.

Alii Vergilii versus in quarto & septimo Æneidos extricati.

CAPVT XXIII.

NOnnulla passim apud Poetas ex remotioribus leguntur, quę nisi antiquitatis inquisitor, pauci percipient. Est enim Maronis carmen Æneidos quarto. *Dum trepidant ala, saltusque indagine cingunt.* In quo percipiendo quidam interpretum ait: *Ala turma sunt equitum, qua vt ala auium, ita ista legionum in acie pugnantium latera tegunt: hac ille.* *Ala.*

Quæ licet multa sint eruditione non tamen quiescebam, sed magis magisq; indies ambigebam: nec quæ meam explerent mentem, inueniebam, multosq; siquid præter hanc interpretum opinionem sentirent, consului: nullius tamen dicta meo sedebant animo: tandem necessariorum quidam meorum Ioannes Iacobus Turris iuuenis moribus præditus, & literarum non ignarus (sciebat enim me antiquarum rerū prænauidum) quædam fragmenta sine auctoris nomine & titulo, vna cum Xenophonte *de venationes* maioribus literis exarato, ad me attulit, donoq; dedit, quæ fragmenta (vt meus est mos) e vestigio oculis præterire, percurrereque cœpi: inter alia vel maxima cognitione digna, hæc quæ sequuntur ad Maronis carmen admodum congruentia legimus. *Venatorum* genera, vt referunt, esse quatuor. *Inuestigatorum*, qui animalium vestigia inuestigant. *Inuestigatores.*

Indicatores. Insidiatores. Alati.

Indicatorum, qui latibula nouerunt. *Insidiatorum*, qui insidias, & casses animalibus parant. *Alatorum* vero, qui equo succussanti, sensimq; insultanti animalia terrent, ne aliorsum, quâ per mediat tendiculas fugam arripiant. Quæ suprema tam Maronis carmini competere videntur: vt nostrum ab illis eximium Poetam sumsisse diiudicem. Non prætereundum est, de *insidiatoribus* atq; *alatis*, in septimo, hoc carmine Poetam quoq; intellexisse:

Vergil. locus.

Insidiis, cui sæpe feras agitabat Iulus. Operæ pretium fuit, vt in hisce nostris inserere m: quæ lucem desiderare videbantur. Quo circa te oratum velim: vt hæc qualiacunque sint, ne despicias, donec præstantiora, longeque dilucidiora, atque ad Poetæ sensum magis accommodata excogites.

Cumanum olim Phlegræum, dictum esse campum, idem esse Hebraïs Esai & Esan, quod Græcis Phlegran, locusq; Plinii lib. 7. cap. 41. de Lampidone.

CAPVT XXIV.

ET quoniam in Poetarum, atque historicorum lectione mentio, quam creberrima fit de Cumis, Campoq; Phlegræo: idcirco quædam non negligenda Maronis locis subnectere destinaui, *Cumanus*, vbi Cumæ conditæ sunt, olim *Phlegræus* campus dicebatur: quod Diodorus Siculus in sexto his verbis demonstrat. *Campus Phlegræus.* *Ita Itali circa Phlegræam, quæ postea Cymæa dicta est.* Et Plinius in tertio: *Phlegræi campi non longe a Cherusia, & Cumis.* Est etiam, vt hoc quoque addamus, *Phlegræus campus* in Veseua regione, & Histria, vt Berosus in quinto de Phaetonte loquens sic scribit: *Eo tempore Italia in tribus locis arsit multis diebus circa Histros, & Cymeos, & Vesuos, vocantaque sunt a Iunonis illa loca, Palensana, id est regio exusta.* *Palensana.* Et idem in eodem: *Italos oppressos a gigantibus euocasse a fontibus Histri Osirim Iouem iustum, qui tribus præliis in Histria & Cymæa, & Veseua Phlegræa gigantes deuicit, & Italiam liberauit. Præterea duos exercitus contra gigantes venisse, alterum, cui præfuit Accipiter Hercules, qui, teste Diodoro in quinto, illos deuicit in Veseua Phlegræa Campaniæ: Alterum vero venisse ex Alpibus, cui præfuit Osiris Accipiter, qui testibus, Beroso & Diodoro, gigantes, vbi sedes erat eis in campo Cymæo tertia Italiæ Phlegræa, a fronte, & a tergo inuantibus Italis adortus, deleuit.* Quibus auctoribus omnibus constare arbitramur: quot, & vbi fuere Phlegræ. Et vt nihil sit desiderandum, hoc quoque subiungimus, quod Hebræi, vt Diuus Hieronymus in interpretatione Hebræa ait, *Esai & Esan* ignem, & incendium vocant, quod Græci *Phlegran.* *Esai Esan.* Nec est mirandum, quod a Diodoro & Beroso *Cymæus*, & non *Cumæus* dicitur campus, Græcam enim sequuntur etymologiam. *Cyma.* Nam *Cyma* Græce, Latine *fluctus* est: & *Chalcidenses* a fluctibus, per quos enauigauerunt *Cymæi* appellauerunt: Mox *y* in *u* mutatum fuit, vt multis etiam nominibus accidisse videmus,

thus: siue *Cumæ*, vt Strabo in quinti libri fine testatur, a cognomine Hippoclis Cumani nominantur, quas Solonis, & Aſſonis Lacedæmonii tempore condiderunt: siue ab augurio mulieris grauidæ, atque dormientis inuentæ, quæ Græce Cumeis dicitur. Quæ vero de Gigantibus legimus, & qui fuerunt, in commentatis nostris propediem exstituris copiosissime scripsimus. Ceterum hoc huic subnectere capiti, ne amplius Sigismundus Imperatus haud illiteratus, & Simon Vallatus Musarum alumnus probitatis studiosi, & antiquitatis scrutatores consulendo vagentur, destinauimus. Hi namque cum Plinii septimum, capite 41. euoluerent, & hæc legerent verba: Lampido Lacedæmonia vna fœminarum in omni æuo refertur, quæ Regis filia, Regis vxor, Regis mater fuit: asseruerunt, atque impense orauerunt, ne grauarer, si apud aliquem fide dignum lectitauerim, enucleatim, atque referrem nomina patris, viri, & filii Lampidonis. Hoc namque peroptabant, eoque magis, quod multos consuluerant, omnes tamen opinatores, & ambiguos, & nullum id ipsum explicantem offenderunt, actutum mihi tradi Platonem iussi: vbi hæc in Alcibiade scribentem legimus. Lampidonem fuisse tradit Leotychidæ filiam, Archidami vero vxorem, Agidis autem matrem, qui omnes Reges exstitere. Hisce lectitatis, serena abiere fronte, & ipse quod intenderam, sum exsecutus. *Cumæ.* *Lampido.*

Locus Terentii in Andria prologo illustratus definitioque Comœdiæ.

CAPVT XXV.

TErentius Comicus Poeta in sermonis proprietate facile princeps, etsi eum tanquam primum lac pueris apponere præceptores consueuerint, pleraque tamen in ipsa fronte faciliora, sed interius longe intellectu difficiliora posteris reliquit. Inter cetera in Andriæ prologo inquit: *Andriam & Perinthiam, qui vtrarunis recte norit, ambas nouerit, nõ ita dissimili sunt argumento, sed tamen dissimilioratione sunt factæ, ac stylo.* Quo in loco quid præclarissimi enarratores senserint; omnibus liquet. Nos vero hanc Aphri Poetæ putamus esse sententiam, quod Andria & Perinthia Menandri comœdiæ habebant idem argumentũ, & materiã, differebant tantũ sententiis & verbis, & hoc ideo, tria namq; sunt dicẽdi genera *Atticum*, *Asiaticum* & *Rhodium*. *Atticum* genus erat tersum, limatum, graue & veridicum. *Asiaticum* vero turgidum, inflatum, aſſentatorium, & inane. *Rhodium* autem erat in confinio vtriusq; positum, & collocatũ: de quibus generibus multa Cicero, & Quintilianus. *Asiaticæ* præterea *dictionis* duo sunt genera: vnum sententiosum, & argutũ sententiis non tam grauibus, quam venustis: alterum genus est nõ tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre, & iacitatum. Hæc genera dicendi aptiora adulescentibus esse autumat Cicero, cum in sensibus grauitatem non *Atticum.* *Asiaticum.* *Rhodium.*

habeant. Atticum namq; erat ieiunum, aridum & exsangue. *Andria* ergo Menandri erat constituta, & posita in genere Attico terso, & graui. *Perinthia* vero in Asiatico turgido, & affectatonio: ideo in sententiis, & verbis differepabant. Quare satis clarum nostris verbis esse Terentii locum existimamus: si quis vero aliter sentit, illum vt in communem omnium vtilitatem sua proferat, vehementer rogamus. Et quoniam in Terentium incidimus, nequimus non admirari vehementer, quod nonnulli comico, vt aniilia deliramenta, cum senes, matres, patruos, patres, matronas, sodales, meretrices, lenones, milites, seruos, parasitos, mercatores, nutrices, ancillas, & amatores introducant, deridentperinde ac nullius emolumenti. Sed illos quæso cunctos, ne deinceps talia dictitent: *cum sit Comœdia imitatio vitæ, imago veritatis, & speculū consuetudinis*: quod indicat senum maturitatem, morositatē, atq; tenacitatem: iuuenum leuitatem, inconstantiam, seruorem, amoresque furtiuos, matronarum integritatem, meretricum turpitudinem, & rapinas, lenonum rapacitatem & auiditatem, parasitorum profundam voracitatem, & seruiles adulationes, militum gloriosas cristas & resurgentes, sodalium opportunas opitulationes, matrum indulgentiam, patruorum inhibitiones, patrum rigiditatem & acrimoniam, nutricum sedulitatem, mercatorū vagos errores, seruorum fraudes, & dolosas deceptiones: ancillarū simplicitatem, amatorum cœcitatem & inconstantiam: quibus cuitatis, vita constituitur humana. Quod etiam hisce confirmat Cicero verbis pro Roscio Amerino: *Hæc conficta arbitror a Poeta esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vita quotidiana videamus.*

Alter Terentii locus in Eunuchi prologo.

CAPVT XXVI.

TErentii locus alter licet in fronte quam facilimus videatur, in recessu tamen difficilimus existimatur. Inquit enim in Eunuchi prologo. *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis, quam plurimis, & minime multos ladere: In his Poeta hic nomen profitetur suum.* Quid in hoc ipso loco commentatores scripserint, omnibus innotescit. Quā de re nostram (vt soleo) sententiam dicam. Calliopius inquit: *Si quisquam est, qui conetur potius bonis inseruire, quam malis, & illos quoq; males non offendere: inter tales hominis hic noster Poeta nomen suum profitetur. Hic est verus Poeta (vt putamus) sensus ambis primum, vt multa alia, excogitatus.* Vbi notandū est, quod illa dictio, *potius*, extrinsecus est intelligenda. Scito quoq; ornatū esse dicendi modū, & auctoribus vsitatum: *Tu es vnus ex paucis*, id est, *es bonus*. Paniores enim sunt boni, quam mali, & *hic est vnus ex multis, vel ex plurimis*, id est, *malus est*. Cic. de repub. libro 6. in dissensione ciuili, *cum boni plus quam multi valent*. In re notiore, ne pagina turgescat, soleo auctoribus supersedere.

Poteris

Poteris etiam intelligere, dicereque: *in his*, id est rebus, placendo potius quam lædendo, hic Poeta nomen profiterur suum. Hactenus de Terentio, ad reliqua pergamus.

Iuuenalis versus primus, & alius Satyra II. explicatus.

CAPVT XXVII.

NOn possum, cum multiplices, variasq; interpretum legerim sententias in calce non languescere, ac etiam hebescere, & illorum maxime dico interpretum, qui vt se ostentent, totas solent replere paginas: & quicquid scribunt vel parum, vel nihil interdum ad auctoris sensum, mentemque pertinet. Superiori namque anno cum Iuuenalem quibusdam, ne nostrum torpesceret ingeniolum, interpretarer: multa interpretum deliramenta, & propemodum portenta nactus: ea cuncta quo ad potui, eliminaui, & veram *Satyri* scrutari, indagareque mentem studui: vbi multa in reliquis annotationibus promenda scripsimus. Impræsentiarum autem primum Poetæ carmen præter omnium interpretum, vt in nostra quoque prælectione patuit, expositionē enodabo: & hanc puto esse veram Poetæ sententiam. *Ego Iuuenalis ero semper auditor aliorum carminum, & nunquam hanc consuetudinem audiendi alienabo iniciam, vt scribam*: Quod *Reponere* significat *reiicere*, ostendit Ouidius in fronte 4. libr. Metamorph. *Reponere.*

Telasque, & calatos, infectaq; pensa reponunt. Et Vergilius in Georgicis: *Falcem arbusta reponunt.* Quamuis in hoc Vergilii loco, pro *spernere* quoq; accipi possit. Sed quoniam in Iuuenalem incidimus, non ab re est: *Treis alios in eodem apros deprehendere saltu.* Est quoq; carmen in II. satyra: *Iuuen. locus.*

Vile coronati caput ostendebat aselli. Vbi non *coronati asselli*, sed *coronata asella* legendū esse contendimus. Et apud Columellā: *Columella locus.*

Nunc caput Arcadica nudum cute fertur asella, & non *Arcadici asselli.* Nam cum veteri superstitione huius animalis caluaria, ex agris incommoda arceri posse putarentur, vti ex Hetrusca constabat disciplina, id fœminę, non maris caluaria fieri consueuit, q̃ apertę Palladius lib. I. sic indicat: *Omnia semina horti, vel agri seruntur ab omnibus malis ac monstris tuta seruari, si agresti cucumeris tristis radicibus ante macerentur. item equa caluaria, sed non virginis intra hortum ponenda est, vel potius asina. Creditur enim sua præsentia fœcundare, quæ spectant.* Ex quibus Palladii verbis colligitur, id fœcunditatis gratia fieri consueuisse, quæ in fœminis maxime cōsistit. Sed quia de *asinis* meminimus, sciendum est in Arcadia o *Asini.*
primos, & maximos nasci, vt Varro, Plin. & Plautus in Asinaria, *meminisse asinos Arcadicos.* Col. *Asinis*, ait, *inest frigidissimus sanguis: & ob hoc parum sensus habere dicuntur.* Plin. *Animalium, quibus fortior ac sanguis crassior, sapientiora: quibus tenuior, timidiora: quibus nullus aut minimus, hebetiora.* Vnde Iuuen. vt aiunt in-

terpretes, sed male, *nil salit Arcadico iuueni*, id est, *asinino, & proximè ad asinos accedenti*, cum *pingui, obtuso*, & *ignauo* sit exponendum. Arcades enim illi *proselini*, hoc est *ante lunam* procreati, cum Phrygibus stulti habiti sunt, & rudes. Philostra. lib. 3. *Rudes sunt Arcades, & suibus similimi: cum ob alia multa: tum quod arborum fructibus, vt plurimum turgent.* Et Fulgentius: *sensus Arcadicos* dixit, pro *pinguibus, rudibus & subrusticanis.* Est *caluaria*, vt nihil intactum reliquatur, os capitis superius, & carne nudum, tam de brutis, quam de hominibus: quæ *caluaria*, vt docet Celsus in 8. interiore parte concaua est, extrinsecus gibba, vtrinque leuis, simpler ab occipitio & temporibus: duplex vsque in vertiecm a fronte est. Arthemon ex *caluaria* interfecti hominis, igneq; cremati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis: ex eadem suspendio interemti catapotia fecit. Antheus contra rabidi canis morsus. Refert Plin. terram ex caluaria pilothrum esse palpebrarum, alio nomine vocatur *calua*. Liu. *Caluam auro caluerunt*. *Cranes*, siue *cranion* Græce dicitur. Hinc *hemicranea* morbus, quo dimidia capitis parte laborant: vti *Cephalea*, quo totum infestatur caput. Plinius *Eterocranas* memorat, talem videlicet dimidiati capitis morbum significans: quod capitis os, vt Pollux, *cytos* Græce vocatur. *Caluaria* quoque est locus sepulturæ publicus, quem Græci *polyandrion* vocant, & locus vbi decoliantur homines damnati. Quod scripsimus *ortum* sine *h* non mirum, cum sic sit scribendum. Dicitur enim ab *orior ris*.

Fulg. locus.
Caluaria.
Calua.
Cranion.
Hemicranea.
Cephalea.
Eterocranæ.
Cytos.
Polyandriō.
Ortus.

Quid vrbs, vnde deriuetur, quo olim ritu ædificaretur, & quomodo cum oppido conueniat.

CAPVT XXVIII.

ET quoniam concisa quædam tam apud recentiores, quam apud antiquarios vulgo, & subinde inuenio: ideirco ea cuncta non in hoc paruo exiguoq; opusculo, sed in reliquis nostris annotamentis in vnum colligere, & quam breuissime potero dilucidare studebo. Incipiamus ergo ab *vrbe*, quoniam in pagis non manssitamus, illam definiendo. *Vrbs est ipse circuitus, & ædificia*: dicta, vt Pomponius Iureconsultus *in l. pupillus est. §. vrbs. de verb. signif.* aut ab vrbo. Inde *vrbare* est *aratro definire*. *Vrbum* vero, vt Varro *aratri curuaturam* appellamus: quod in vrbe condenda adhiberi solet. Seruius autem ait, quod dicitur ab *orbe*, quia in orbem fiebant: & ideo *fossa pomerii*, quia est spatium rotundum, ab Hetruscis dicebatur *Olympus*, & a Romanis *Pomerium*, quasi pone, id est, *post mœnium*, quia inde incipiebant ducere aratrum, & mœnia cõdere. Dicebant vero *fossam mundum*, quod ad *mundi* similitudinẽ *sphæricam fossam* faciebãt. Vnde Plutarchus in Romuli vita refert asciuisse Romulum ex Hetruria vates, qui literis & mysteriis quibusdam fossam sacrandæ vrbi de more facerent, quam illi *munũ*, Græci *Olympum* vocant scilicet veteri vocabulo barbaro. Non mirandum

Vrbs.
Vrbare.
Vrbum.
Olympus.
Pomerium.
Mundus.

randum est, quod Plutarchus dixit *veteri vocabulo barbaro*. Nam vt Strabo testatur, *Barbari* Græciam priùs incoluerunt. Et Eusebius libro 10. de præparatione Euangelica refert, disciplinas omnes, & artes a barbaris Græcos accepisse. Et Archiloch⁹ de æquiuocis ait: quod octauus Homerus Mœon, de quo nos alibi multa diximus, emendauit characteres, & nomina, & linguam. Nam primi barbariem quandam vetustam, & Phœnicam ferebant. De quo Olympo (licet de cœlo quidam, sed non satis recte intelligant) Tibullus in quarto, elegia prima sensit.

Graciam incoluerunt barbari.
Homerus Gracam linguam emendauit.
Tibull. locus

Talis in æterno felix Vertumnus Olympo
Mille tenet formas, mille decenter habet.

Et quoniam de *Olympo* meminimus, hoc non prætermittamus, *Olympum* significare *Iouem*. Næuius.

Funditur interea domus altitonantis Olympi, id est, *Iouis*, quem Næuium æmulatus est Vergilius in 10 sic:

Vergil. locus.

Funditur interea domus omnipotentis Olympi. Licet quidam, sed nimis licentiosa, *omnipatentis* Olympi emendauerint, cœlum intelligentes. Oppida, vt de lingua Latina Varro ait, in Latio condebant ritu Hetrusco, iunctis bobus, tauro & vacca, aratro, quod æneum faciebant, circumagentes sulcum. Hoc autem faciebant religionis caussa, die auspicato, vt fossa & muro essent munita, terram, vnde extulerant, vocabant *fossam*, & introrsum factum *murum*, quod postea fiebat *orbis* & *vrbis* principium, quod erat post murum *pomœrium* dicebatur: quam Varronis sententiam his carminibus in quarto fastorum Ouidius confirmat:

Pœmœrium.

Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro,
Sacra Pales fuberant, inde mouetur opus,
Fossa fit ad solidum, fruges iaciuntur in imas,
Et de vicino terra petita solo,
Fossa repletur humo, plenoq; imponitur ara,
Et nouus accenso funditur igne focus:
Inde premens stiuam designat mœnia sulco,
Alba iugum niueo cum bove vacca tulit.

Hoc quoq; non supprimendum in euertendis vrbibus arattrum inducebatur, sicut in condendis. Horat. primo carminum:

Euertendis vrbibus aratrum inducebatur.

Impremeretur q; muris hostile aratrum, Exercitus insolens.
Prop. *Mœnia cum Graio Neptunia pressit aratro*
Victor Palladia ligneus arte equus.

Seneca in primo de clementia: *Deinde*, inquit, *sedibus in exitia gentium, & iniucere tectis ignem, aratrum vetustis vrbibus inducere.* Erant autem boues albi, vt illo candore ostenderentur ciues sine labe. Glebæ internæ reiiciebantur, quoniam omnis fertilitas in vrbem importanda sit. Erant ita boues iuncti, vt vacca interior, taurus exterior esset. Quia mulieris est, quæ intra domum sunt curare, & viri exteriora.

Porta. Muri sancti.

Quum ad portarum locum peruentum erat, aratrum suspendebant, quo portarum limen intactum relinqueretur: hinc a *portando aratro*, Porta dicitur. Et *muros* ideo putant *sanctos*, vt ciues pro mœnibus defendendis propugnent, ac moriantur: & ciues Romanos alias quam per portas egredi non licet, cum illud hostile & abominandum sit. Et ideo videtur Romulum suum fratrem Remum interfecisse, quod locum sanctum, & quem transgredi nõ liceret, transcendisset, & profanum reddidisset, vt Pompeius *in l. vlt. eo tit.* Portas, vt Plutarchus, ne sacras quidem fas erat appellare: quod cum alia multa ad vsum necessaria exportare, & importare: tum vero mortuos per eas efferre consueuerunt. Quoniam prisc orum ritu, & legum præscripto extra vrbes cadauera sepeliebantur: lex enim 12. tabularum *in vrbe*, inquit, *ne sepulto, neue vrito*. Et Sulpitius ad Ciceronem in 4. epistolarum: *Ab Atheniensibus locum sepulturæ intra vrbem, vt darent, impetrare non potui: quod religione se impediri dicerent: neq; tamen id antea cuiquã concessérant: quod proximum fuit, vti in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academia locum delegimus.* Et quoniam in hunc incidimus locum, non negligenter, incurioseque omittendum putauimus: cur potius *in gymnasio Academia* locum, vbi Marcellum sepeliret, delegit? Hoc ideo dictum asserimus. Nam, vt Pausanias in primo, *via qua ad Academiam ferebat, habebat sepulcra frequentissima: Athenis extra vrbem in ipso Academiæ ingressu ara Cupidinis erat, quam Charmi Athenienses posuit.* Ob ergo *frequentissima sepulcra, aramque Cupidinis* locum delegit. Vel quod in Academia, vt idem insequitur Pausanias, *erat ara Promethei*, a qua currunt in vrbem manu lampada accensam gestantes. Est autem victoria continuato cursu ad calcem vsque accensam lampada perferre, quæ sic extinguitur, traditur proximo: quod si & illi quoq; accensa non perstet, a tertio accipitur: atq; ita deinceps per manus translata: præmium lucrabatur extremo ille, cui in finem, & metam præluxerit. Delegit ergo locum sepulturæ celebrem ob spectacula, & curius ad quos conspiciendos vndiq; confluebant. Nonnulli vero ob Platonem tradunt. Et Iureconsulti pluribus in locis ostendunt: *Sepulcra* in agris fuisse. Et Plato iubet in ea parte agri *sepulcrum* fieri, quæ sit *sterilior*. Decretum quoq; collegio pontificũ est: non esse insto loco publico fieri sepulcrum. Diuus Hadrianus, referente Vlpiano, *titulo de sepulcro violato*, pœnam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate sepulcram faciunt, quã fisco inferri iussit. Et in magistratus eandem statuit pœnam, qui passi forent. Ser. etiã in commentario, antiq; fuisse tradit consuetudinẽ, vt in ciuitate sepelirentur: quod postea Duillo consule senatus prohibuit, & legauit nequis in vrbe sepeliretur. Hoc q; est scitu dignũ, non est omittendũ, *antiqua*, Festo scribente, *sepulcra in puteorũ more excauabãtur.*

Romulus cur fratrem Remũ interfecit.

Porta non sacra

Cadauera extra vrbes sepeliebãtur.

Sulpitii locus.

Ara Promethei.

Sepulcra antiqua.

Per

Per Romuli tempora, Dionysio tradente, incoandis vrbibus soli-
tos facto sacrificio ignes ante tabernacula exstrui: vt expiationis
gratia flammas transilirent, pollutos ad eam rem sacram certe
non admittendos arbitrabantur. Legimus, seminato puluere ex *Tellus alba*
tellure alba, quam puram nuncupant, solitos ponendorū murorū *pura.*
lineā designare: & Macedonē Alexandrum in huius telluris locū
farinam, quod puram illā non habebat, cum Pharon olim insulā
Ægypti, nunc continenti coniunctā conderet, subiecisse. Non est
prætereundum, quod idem Dionysius Halicarnasseus in 1. scribit.
moris fuisse antiquis, vt vrbes nō magnas, sed paruas, & locis mu-
nitas conderent: nō quidē lapidibus, sed solū præter turres, vt Be-
rosus ait, vehis & cauetnis. *Vehias* autem *currus*, ac *plaustra*, & *cauos* *Vehia.*
truncos arborum, tigurias, nuncupabant antiqui. Non ignorandū
est: quod *oppida* eadem sunt, quæ & *vrbes*: In quo multi nō modo
ambigunt, sed hallucinantur etiam: nostrā sententiā Cic. pro Rosc.
Amerino his verbis confirmat: *Ne in oppidum quidē, nisi perraro ve-*
niret: domum suā ipsum ne fere quisquā vocabat: nec mirum, qui neq;
in vrbe viueret. Et Varro. *Quare & oppida, quæ prius erant circumdu-*
cto aratro ab orbe, & vrbo vrbs est. Et idem alibi. *Oppidū & Roma,*
cū oppidum sit vocabulū, & Roma nomē. Patuit ergo *oppida* esse ea- *Oppidum.*
dem, quæ & *vrbes* sunt, & sicuti condebantur. Licet me nō fugiat:
cum hæc coniunguntur nomina, *vrbem* esse nobiliorē, & *oppidum*
vilius. Suet. in August. *vrbe, oppidoue vllo egressus.* Differunt etymo-
logia duntaxat. De *vrbe* prædiximus, de *oppido* dicamus. Dicitur
namq; *oppidū*, quod *opis caussa* mœnibus cingitur, vt Pompon. Iu-
reconsultus *in l. pupillus in §. oppidum, eo tit.* vel quod *opere sit muni-*
tum, vel ab *opponendo* se hostibus, vel ab *oppugnando*, vel quod illuc
opes conferuntur: sed priorē magis probo sententiā. Sæpe tameu pro
castellis quoq; *oppida* leguntur. *Oppidum* etiam Britanni, vt scribit
Cæsar lib. 5 de bello Gallico, vocant: *cum syluas impeditas vallo, at-*
que fossa munierunt, quo incursionis hostiū vitandæ caussa, conuenire
consueuerunt. Excellentiæ vero caussa, *vrbs* absolute, Roma, vt in
sexto Quint. ait, intelligitur, sicut Poeta apud Græcos Homerus,
apud Latinos Vergilius, & Orator apud illos Demosthenes, & apud
nos Cic. Paulus vero Iureconsultus *de verborum significatione lege*
secunda ait: quod vrbis appellatio muris: Roma autem continentibus
ædificiis finitur, quod latius patet, vt suburbia: Idem *in l. d. l. nā quod*
liquide. §. ita si legetur, & quidem ait: *vrbes fere omnes muro tenus*
finiri Romā continentibus. Marcell. *in l. vt Alphenus eo tit. vrbs est*,
inquit *Roma, qua muro cingeretur, vt Alphenus ait.* Roma est etiam *Roma.*
quantū continentia ædificia essent. Nā Romā nō muro tenus exi-
stimari ex cōsuetudine quotidiana posse intelligi: cum diceremus:
Romā vos ire, etiāsi extra vrbē habitaremus: & Romæ nati. vt He-
ren. *in l. qui in continentib. de verb. sig.* intelliguntur, qui in cōtinen-
tibus vrbis nati sunt. Sed de his satis hic diximus, ad alia trāseamus.

Primum Martialis epigramma enucleatum, ac de penultima syllaba vocis Martia.

CAPVT XXIX.

IN primo epigrammatarii Poetæ Martialis epigrammate dilucidando, aperiendoq; non interpretes modo, sed multi etiam alioqui & ingeniosissimi viri defudarunt. Omnes tamen meo iudicio Poetæ acumen, & solertiam non attigerunt. Vocabula namq; & fabulas, historiasq; solertissime scrutati sunt, & non sententiam, & quorsum loquebatur sagacissimus Poeta. Nos vero hoc in primis sentimus: quod non ad *septem orbis spectacula*, cum *quinq;* duntaxat posuerit: nec duo reliqua vel ingenii crassitudine, tarditateque, vel negligentia omisisset, Poeta respexit: sed volens *Cæsaris amphitheatrum* commendare, aliorum operum comparatione laudauit. Et vt hoc ipsum innotescat: a principio totum epigramma aperiamus. *De magnitudine, Pyramidum comparatione*, quoniã foetum ædificia altissima, commendat *amphitheatrum*, tanquam altius, proceriusq; ipsis *Pyramidibus*: mox de *celeritate*, Babylon enim a Semiramide regina, æmulatione Ninæ vrbis, quam Ninus eius vir construxerat, per *annum* condita, & absoluta fuit: ad quam *celeritatem*, & nõ ad *horti pensilis irrigationẽ* (vt aiunt) Poeta respexit: quod carmen ipsum, cum dicat *assiduus labor*, iudicat. *Assiduã* namq; inter cetera dicitur, cp non intermittitur: & labor Babylonis condendæ nunquã, vt ex historicorũ monumentis colligitur, intermissus est: idcirco de hac *celeritate*, & non de *pensilis horti irrigatione* est intelligendum. Deinde de *pictura, statuisq;*. Erat enim Ephesi *Diana templum*, & eiusdem in ipso *Multimãmia*, id est *multarum mammarum effigies*, qua cultores eius decepti sunt. Putabãt enim eam omnium viuentium nutricẽ: in quo eriam templo erant multæ (vt constat) aliæ statuæ, & effigies. Possemus quoque *molles honores* referre ad hęc Plinii loquentis in 36. cap. 14. de templo Dianæ Ephesiæ verba: *Summa miracula, epistylia tanta molis attollipotuisse: id consecutus ille peronibus arena plenis, molli puluino super capita columnarũ exaggerato.* Postea de *varietate. Aram* nãq. Apollinis, quæ erat in Delo insula maris Ægei, ex *cornibus Cynthiadum caprearum*, quas soror Diana in venatu occiderat, quadrimus ad huc Apollo exstruxit: quam aram *Ceratinon Bomon* dicunt. Et quoniam ex cornibus multarum caprearum ara compacta erat: ideo a *varietate*, quæ est rerum omnium pulcerrima, celebrauit *Amphitheatrum*. Supremo loco de *nobilitate*. *Mausoleum* enim fuit sepulcrum *Mausoli regis* Cariæ, ab Artemisia conditum, & columnis ita inclusum, vt quamuis his subnixum esset: pendere tamẽ in aere videbatur. Ibiq; erat columna, in qua sculpenda claruerunt quatuor excellentissimi sculprores, Scopas, Briax, Timotheus, & Leochares: sed Scopas ab oriente, a septentrione Briax, a meridie Timotheus, ob occasu Leochares cœlauit.

Babylon.

Assiduus.

Multimammia.

Ara Apollinis in Delo.

Ceratinon. Bomon.

Mausoleum.

Exno-

Ex *nobilitate* igitur Regis, & pictorum erat sepulcrum illud nobilissimum. *Mausolea* præterea Diuo Hieronymo scribente libro primo contra Iouianum *dicuntur omnia magnifica, pretiosaque sepulcra ab illo Mausolo, quod inter septem spectacula numeratur, ab Artemisia condito in honorem mariti: hinc sepulcrum Cæsarum, quod Augustus exstruxit, Mausoleum vocatum leges in Suet.* Concludit ergo hoc modo ingeniosissimus Poeta, *Cæsaris Amphitheatrum magnitudine, celeritate, pictura, statuisq;, varietate*, & *nobilitate* omnibus ædificiis esse anteponendum & quod hoc *Vnum pro cunctis fama loquatur opus.* Hoc quoque non est dissimulandum, quod *Mausolea*, & non *Mausolea*, vt in quarta sede *dactylus*, & nō *Spondeus* esset, ipse legerem. Sed quia in syllabarum mentionem incidimus: occurrit, recentiores omnes, quos mihi legendi potestas obtata fuit, in carmine vti *Maria* proprio nomine penultima longa, cum antiquiores, ex quibus nostrę literæ fluxerunt, illam corripiant. Claudianus: *Maria.*

Præparat, & Maria pulcros, sed luce minores
Elegit ornatus. Sedulius:
Quæ fuit ille nitor Mariæ cum Christus ab alto
Processit,

Qua tamen ratione producunt, penitus ignoro: nisi hæc fuerit ad differentiam *Mare Mariæ*, quod in multitudinis numero, *Maria* penultima breui facit, vt accentu nomen dignoscatur: vel quod est nomen Hebręum: sed de hoc videant alii, nos enim ad vsum & probatorum maxime accedimus. Hoc non prętereundum est, quod *Maria illuminatrix* dicitur, & Syro sermone *domina*, vt Christus Latine *vnctus*. *Christus.* In humanitate namq; præ aliis fuit vnctus oleo gratię. Ipse enim rex, & sacerdos summus in æternum, dictus *a chrio*, id est, vngo, & *chrisma* vnguentum. De syllabarum vero quantitate, & accentu in libello Grammatices diximus. *Chrisma.*

Versus aliquot ex tertio libro Syluarum Statii illustrati, descriptura & Etymologia Sirenti, Salerni, Parthenopes.

CAPVT XXX.

NImio necessariorum tædio, & quorundam morositate, ac audiendi respondendi q negotio non paruo defatigatus, somnoq; languidus, & cogitabundus, nea pmisso desistere, Statii nostri Enchiridion, quod vna venerande Præsul tuis in ædibus confabulates cōspeximus, ab Aldo non modo literato, sed Latinitatis quoque curioso, ac solerti excusum, manibus (quamuis stupore, soporemq; illum ex oculis submouere minime potuissem) accepi, cōfestimq; recluſi, ac tertium Syluarum librum, de quo maxime in tuo cubiculo commorantes de tua illa sylua subito calore effusa, de aduentu ex Hispania Regis, affatim locuti fuimus accuratius, vt ocos, quos ibi corrigendos sposponderam, emaculatem, lectitare

cœpi: vbi multa, & longe castigatiora, quam in ceteris codicib. esfendi. Quia de re cum nostrum ciuem superioribus temporibus ex impressorum incuria deprauatum mancumq; impræsentiarum ipsius Aldi solertia pene ab vndis stygiis reuocatum conspicerē, maxime (vti decebat) lætatus auidius legebam. Et quia non vnus omnia potest: quædam, quæ superiori anno quibusdam nostris amiculis, necessariusque emaculanda ex nostro volumine diligentiori calamo, examineque castigato tradidimus, annotauimus: & hic, quoniam sic intra tuos priuatos parietes tibi receperamus, inferēda duximus. In Epistola ad Pollum, *in hac, cui tam feliciter inhæruquiete* potius legerē, *q̄ fideliter*: & inferius, *quia sequi non poterā qui poteramus*: & inferius, *Germanici* (vt nosti) *qui Dei nostri*: & in Hercule *Facundiq; laremPollio non hospes adibam*, quam *habeāb*. Et inferius. *Dites Capreæ, viridesque resultant Taurubulæ*: Quo in loco interpres vir ingeniosus, & antiquitatis scrutator ait, nomen *Taurubulæ* a cosmographis prætermissum. Quid tamen ipse de hoc nomine sentit, ibi quisque ni tædio afficiatur, conspicere poterit. Nos vero, cum *Taurubula* nusquam legatur, mendosum codicem iam diutius a nobis castigatum ita emaculauimus, *Dites Capreæ, viridesque resultant Thelobœ*, id est, *Capreæ*, & quod pro, id est, vt sit declaratio, quæ non modo Poetis, sed oratoribus quoque est familiaris, exponitur: & hoc ideo quod Poeta loca Herculi saxa frangenti viciniora, & non remotiora per Echon, id est, reboatū resultare demonstrat. Et *Capreæ* (vt liquet) sunt prope Sirentinas rupes *Lucrinus* vero, de quo hic nonnulli intelligunt, est remotior, miliaria circiter quinquaginta distat. Quomodo ergo hic, cū sit remotior per Echon (vicina namque & non remota, vt iam constat, reboant) resonare, resultareq; poterat? quod Capreæ dicebātur *Thelobœ*. Ipse quoq; Statius in vltima sylua tertii libri in fine sic dicens argutit *Theloboumque domos trepidu vbi dulcia nautis*. Quo in loco argutus interpres ait: *Thelobœ*, insulæ sunt inter Leucadiam & Achaiam, vbi Taphius, & Thelobous fratres fuerunt. Thelobous exiguum regnum fratri reliquit, sponteque discedens, colonos duxit Capreas in Campaniam: vnde Capreæ dictæ sunt Thelobou domus: quod in septimi fine Vergilius hoc carmine comprobat *Theloboum Capreas cum Regna teneret*. Idcirco tu patriæ decus in illa tua sylua his Statianis non deteriore, inferioreque Taurubulis tantum, cum cetera loca Neapoli finitima, nimio artificio, facundiaque perstrinxisses, cum hoc nomen non legatur, abstinuisti. Quam nostram sententiam omnibus etiam inuidis, obtrectatoribusque, cum audiuisti placere exclamasti. At non mirandum est quod *Sirentinas* rupes per I Latinum scripsimus. Sirentum enim est oppidum Campaniæ cum promontorio Mineruæ quondam Sirenum sedes: a quibus Sirenibus nomē sumsit, & ideo per I Latinum, & vnicum R. est scribendum. Quanquam nōnulli decepti sunt per y scribentes.

Capreæ. Thelobœ.

Sirentum.

yscribentes. Potarunt enim Sirenas per y scribendas, nomenque deduxerunt a σύρω, quod est traho, quod falsum est. Dicuntur namque ab εἴρειν, quod est connectere, & retinere: cuius aspiratio vtio multis quoque nominibus fit in σ, commutata est: & ideo Græci σειρὴν dicunt: & diphthongus illa Græca Ει in ι producta a Latinis conuertitur. Et quoniam de Sirenti scriptura etymologiaque diximus: non ab re fore putauimus, si *Salerni* quoq; (quando de hoc etiam tunc simul locuti sumus) etymologiam quã paucissimis notam, & exploratam hoc in loco cõnectemus. Grammaticorum plerique nomen a copia salis deductum volunt. Quæ *Salerni* definitio, cum sit admodum concisa, proinde viri diligentissimi, cum id ipsum dilatarent, ac dilucidarent, quædam prope portenta commenti sunt. Aliqui referunt a copia salis, id est maris: cum maneat prope mare. Quod quam frigidissimum sit, ac si nullæ aliæ vrbes nisi ipsa sola, & ideo hoc peculiariter nomẽ assumserit, ppe mare staret. Multi a copia salis, id est, condimenti sic dicti, exponunt. Nam ibi magna est copia salis, & hoc quam falsissimum est. Nullæ enim ibi (namque fui) sunt salinæ. Nonnulli a *Silari* fluuio dici contendunt. Et hoc a veritate alienissimum est, quomodo namque ab hoc fluuio, cum per 24. miliaria distat hæc ciuitas, nomen sumere potest? Ceterum his ambagibus omissis: *Salernum* dici incunctanter affirmamus, *a sale*, id est, *aniro*, quod ita a medicis, a quibus ibi pandectarum liber compositus fuit, appellatum est tanquam a sapientia. Sal enim inter cetera, vt ex Terentio in Eunucho sic dicente patet, *quis habet salem*, quod in te est, sapientiam significat: & a *lacu Lerno*, sic adhuc nomẽ retinente, hęc ciuitas inter antrum illud, & lacum, vt ciues quoque asserere possunt, est sita & collocata. Et cum Sirenti, Salernique etymon differuimus, non foret incongruum, si Parthenopes quoque, communi omissa opinione de tumulo Sirenis Parthenopes, referemus. Hæc enim apud Neapolitanas legimus constitutiones, in verbo *Neapolis*. Æneas Neapolim condidit: postea omnium regiones Latinorum obtinuit, mox mortuo Ænea, regnauit Neapoli Parchinus natione Troianus, qui Latinos nimium oderat, eosque fere omnes tributis, & flagellis consumserat: & adhuc eorum sanguinem sitiens, cum apud Neapolim luxuriosam vitam duceret: edixit diem, quo iss. nobiles Latinorum in festo suorum natalium deberent pecudum more iugulari: quod scientes Latini defecerunt: contra quos Parchinus acies instruens exstitit superatus, & cum paucis confugit Neapolim, vbi congregauerat inæstimabiles opes suas: ibique a Latinis & Liguribus obsessus, medietatem thesauri sui fecit abscondi per loca diuersa ciuitatis: aliam vero medietatem, extra in penetralibus capitis montis ciuitatis Nazaret, qui eidem ciuitati Neapoli Austrum versus vertitur, occultauit. Quo a Latinis occiso, & cum opes Neapoli requirerentur, non fuerunt in-

Sirenas. *Syro.* *iren.* *Sirin.* *Salernum.* *Pandecta.* *vbi composita.* *Sal.* *Neapolim Æneas condidit.* *Parchinus.*

uentę, quam ob cauſſam exquiſitores vocauerunt ipſam ciuitatem Parthenopes quaſi Parthenæ opes, ſeu partę non opes, quæ nunc patio durauit vſq; quo Longobardi eam deſtruxerunt: poſtea Græci inſtauraurunt, & *Neapolim* vocauerunt quaſi nouam ciuitatem a neos, id eſt, nouus, & polis ciuitas. Hę conſtitutiones, quas legentiũ animos oblectandi cauſſa ſcripti tauimus. Quo Statii loco perpenſo, vna totam ſyluam multa hinc & inde excutiendo prætermiſimus: cum in ſyluæ fine eſſemus, Gordianum nodum hoc arctiorem, firmioriq; enſe enodandum offendimus, ſtatim conſtituimus: & more boum hoc carmen ruminare cœpimus:

Statii locus.

Extendamque colus, duram ſcio vincere mortem.

Aliquantulum tu ipſe cunctatus, mox an de tricipiti Cerbero ei inferis ab Hercule tracto, vt alii intelligerem, interrogaſti: illico librum corripui, & aliquantiſper mecum hoc mente reuoluti: deinde reſpondi, vide ne Poeta noſter de quadam fabella in præſentia mihi non occurrente, a Lycophronis ποιητὰ Græci interprete recitata intelligeret. Tũc cũ atra nox incubaret, hac me lege dimiſiſti, vt matutino tempore quinternionem (vt ſolebam) hæc omnia complectentem, & fabellæ auctorem ad te deſtinarem. Nos vero tuis iuſſis audientes, hæc ſcripti tauimus: Lycophronis interpretis in hoc loco ſententiam ſic ex Euripidis Alceſtæ hanc fabulam recitantis ſecuti. Herculem tradit apud Admetum Regem Theſſaliæ diuertiſſe: & cum a contemplatione ærumnarum, quas exantlauerat, & rurſum erat ſubiturus, ſeuocaret animum, & neſcio quid atia voce molliuſculum cantaret, ab ancilla quadam grauiter correptum. Dicebat enim hoſpitali iure minime gentium agi oportere: vt in atrociſſimo hoſpitis luctu, tam læta cantaret, nec quidquam penſi haberet, ita eſſe a natura conſtitutum, & euenire vt hilaritate intempeſtiua dolores, vulneraque recrudeſcant: Herculem quodãmodo rubore perfuſum, quid eſſet cupide ſcitari cœpiſſe: ait Alceſtis morte, ad tumulum cucurriſſe: & tum forte nouẽdiales, id eſt, nouem dierum ferias celebrari euenit, & ibi *Thanaton* quod Latini mortem interpretantur, a quo *Athanatos*, id eſt, immortalis. Eſt & *Thanatos* inſula teſte Solino in Oceano Gallico Britanniæ proxima, frumentariis campis felix: in ea nullus viuere anguis poteſt, quin aſportata aliquo terra, angues illico perimit: dicta *Thanatos* a ſerpentum morte. *Thanaton* ergo illius ſepulcro ſedentem deprehendit, ſtatim humo arreptam ſubrexiſſe, nec prius dimiſiſſe, quam Alceſtes manibus ad ſuperos remeandi poteſtatem faceret. Qua fabella a Cecio Lycophronis (vt optime calles) interprete recitata, ſatis noſtri Statii ſenſum, cur Hercules dixerit *duram*, id eſt, inexorabilem ſcio vincere mortem: omnibus liquere ſatis perſuaſum habeo. Sunt & multa (vt ſcis) in noſtro Statio tam a nobis enodata, quam emendata quoque: quæ omnia propediem lucem videbunt.

Thanaton.
Athanatos

Tibulli distichon in primâ Elegia explicatur.

CAPVT XXXI

TIbullus Poeta candidissimus, atque amator felicissimus, non tam misere, quam lepide, concinneque suos decantauit amores, cuius poema tersum, & emunctũ quoties in manu sumo, non modo afficior amore, sed ipsum etiam depereũtem videre videor: reliquit itaque inter cetera distichon in prima elegia:

Iam modo non possim contentus viuere paruo,
Nec semper longæ deditus esse viæ.

Tibulli locus.

Vbi enarrator inter interpretes non ineruditus, ait. *Epicurus dixit, si ad naturam viues, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam dues. Exiguum natura desiderat, opinio immensum*, in hac sententia loquitur Poeta: sed magis placet, modo non sit per parenthesin: & sit sensus. Iam non possum viuere contentus paruo: *modo nõ*, scilicet poteram cum Deliam non arderem. Hæc ille. Nostra tamen, verbis omissis, hæc erit sententia, vt affirmatiue legatur: ego Tibullus non solũ non possum esse contentus paruo, sed nec semper esse deditus longæ viæ ad sequendum te o Messala, cui Poeta opus inscribit, vt ipse inferius testatur:

O quantum est auri pereat, potiusq; smaragdi,
Quam fleat ob nostras vlla puella vias.
Te bellare decet terra Messala, marique,
Vt domus hostiles præferat exuuias.

Parauerat namque Messala Corcyram petere, vt inferius. *Ibitis Ægæas sine me Messala per vndas:* quasi diceret se nolle ipsum persequi, sed otio operam dare, vt cum de mina viuat. Sunt qui interrogatiue legunt, *& longa via*, scilicet amoris exponunt: vt desideraret Deliam sibi coniunctam habere. Nam si longo itinere fessus, retardatusque fuisset: suam illa mutaret sententiam & alterum caperet amantem. Oblectantur enim puellæ amatoris conspectu: quam opinionem Propertius libro primo hoc carmine comprobat: *mutat via longa puellas.* Nam. vt est in Decretis distinctione. 81. *plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus.* Frigidissima sane est illa expositio longe viæ, scilicet laboris: cum nequit in negotiis totum terere diem: sed vellet diei partẽ demere, vt genio indulgeret. Nostra tamen prima sententia est verior, atque concinnior ceteris. Tu vero lector quam mauis accipe.

Carmen Ouidii 1. Epist. restitutum, ac quædam de Troia, Priamo, Penelope, & Vlysse inserta.

CAPVT XXXII.

COmpertum habeo nonnullos fore, qui me audaculum, atque in rebus exiguis, & notis ostentatorem appellabunt. Ipse tamẽ illos omnes quæso: ne prius hoc, quam cuncta, vel minima quæque perspexerint, ac more boũ admodũ ruminauerint, dictitẽt: & si hæc

fecerint, secus fortasse sentirent. Sed quid multis est opus? Carmen est Ouidii in prima Epistola:

Vix. *Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit*: In quo quid interpretes viri clarissimi scripserunt, omnibus constat. Nos tamen hanc pro ter illorum opinionem, putamus esse sententiam. Priamus, & tota Troia non fuit tanti, id est tota iactura, quam Priamus, ceteriq; Troiani acceperunt, non fuit tanti, quanti mea fuit. Quod te merito ob bellum Troianum carui. Est & alter sensus: Priamus, & tota Troia non fuit tanti, vt mereret hoc odium nostrũ ob maritorum absentiam, sicuti nunc meret Calypso, quę diruta Troia te retinet. Vel, & hoc comprobo, Priamus, & omnes Troiani non fuerunt tanti valoris & virium, vt retinerent te, ne in patriam redires, quoniam iacet Troia, sicut te laqueis amoris irretitum nunc retinet Calypso, quod inferius ipsa Penelope, sic dicens innuit:

Sed mihi quid prodest vestros discissa lacertis
Ilios, & murus quod fuit ante solum:
Si maneo qualis Troia durante manebam,
Virq; mihi dempto fine carendus abest.
Diruta sunt aliis, vni mihi Pergama restant. Et inferius.
Hæc ego dum stulte meditor, quæ vestra libido est,
Esse peregrino captus amore potes,
Forsitan & narras quam sit tibi rustica coniunx.

Multos fore mihi persuadeo tradentes, vix pro non, auctorum nullum posuisse: sed illos rogatos velim, vt Terentiũ legant in Andria, in scæna, Mitte orare, dicentem, *vix apud me sum*: vbi ingeniosissimus interpres Donatus, *vix* pro *non* exposuit. Et Lucilius ait, *carcer vix carcere dignus*. Operæ pretium esse duximus, hic quædam de Priamo, *Troia*, Penelope, & Vlysse scitu digna non prætermittere. Priamus. qui prius quam puer ab Hercule cum Hesione sorore

Priamus. *Podarces.* captus fuisset, *Podarces*, id est, pedibus valens, vt Lycophron Poeta Græcus testatur, nuncupabatur: dicitur a *Priamai*, quod est *emo*, vel *redimo*: quia solus ipse Priamus pecunia redimi potuit. Troia, vt Seruius, & nonnulli tradunt, est Asiæ regio: & nonnunquam pro vrbe regia ponitur, & Ilium vrbs, quam Græci euerterunt. Ipse vero, non vt Seruio ceterisque reluctarer, sed vt quod apud fide dignos legerim, indicarem affirmo, Troiam esse vrbem regiam, quæ M.D. pas. a portu distabat: & vt Homerus scribit in quatto, *omnium*

Troia. *quæ sub sole ac stellifero cœlo sunt vrbium, insignissima quidem Troia fuit*: quem Homerum non modo Poetæ nostri Latini, sed Strabo quoque, & Ptolemæus sequuntur, asserentes Troiam esse vrbem, & Ilion Troiæ arcem. His ergo auctoribus patet, Troiam vrbem,

Ilium. & Ilium fuisse arcem: quod Vergilii carmen in Æneidos secundo apertissime quoque & indicat:

Troiaque nunc stares, Priamiq; arx alta maneres. Verum est quod Troia nonnunquam etiam ponitur pro regione: & hoc ideo: solis enim

enim, & maxime Poetæ vrbem, montem, fluuium, & similia pro tota ponere regione, sic quoque Ilium sæpe pro ipsa Troia, id est, vrbe Troiana inuenitur. Penelope, quæ prius Arnæa vocabatur quasi abiecta, repudiataque (in mare namque ab Icaro, Peribœaque parentibus fuit proiecta) dicta ab auibus, quæ fere anseres minores, *Penelopes* ab auctoribus appellantur: Vel, vt Didymus, & nonnulli alii a Nauplio necem Palamedis vlciscente iecta, a *Penelopibus* est nominata, quarum ope seruata sit. Sunt tamen, qui ab hac lententia, sed non bene dissentiunt: quoniam ipsa tela procos decipiebat. Promiserat enim, absoluta tela, se eis obsecuturam: ob hoc quod interdiu texuerat, noctu rerexebat volunt Penelopen ab officio traxisse nomen: *πηνίον* enim fusus est, quo reuoluitur subtegmen, quod lanificio mariti absentiam solabatur. Verum cum superius retulerim tela procos decipiebat, hæc subtilcere prouerbia haud destinauimus: Vnum, cum Aristoteles nimio Philosophiam studio complectebatur, asserere non dubitabat, eos qui reliquas artes consectarentur: hanc vero negligerent, esse *Penelopes procus si milis*: qui, vt Home. cum domina potiri nequiuissent, ad ancillas *proci*. diuertebant. Hoc tradebat, perinde ac Philosophia, sit ars artium, & scientia scientiarum: ceteras vero scientias tanquam viles, sic & earū assectatores, Penelopes procos, id est, viles dictitabat. Horat: tamen in Epist. aliorsum trahit: dicens,

Penelopes Arnæa.

Penelopes procos.

Horatii loc.

Nos numerus sumus & fruges consumere nati,
Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;:
In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

Voluptatibus enim dedi tos, atq; mancipatos, nec rationis lucem penitus capientes, eo intellexit nomine: cuiusmodi est vilissimus quisque, quem *numerum ex multis* vnum appellauit. Alterum est: *Penelopes telam retexere*: quod significat inanem operam sumere, & quod effeceris destruere. Sumtum est ex Homeri Odyssea: ait enim, *Penelopem procos iam vrgentes hac delusisse conditione*: vt tum se promitteret nupturam, vbi telam, quam habebat in manibus, absoluisset. Quam postquam illi conditionem acceperunt, mulier astuta, quod interdiu texerat, id noctu retexebat, quod adagium Cic. Academiarum quæstionum 2 vsurpat. *Quid? quod eadem illa ars quasi Penelopes telam retexens tollit ad extremum superiora.* Sentit autem de dialectica, quæ iisdem illis rationibus, quibus confirmauit aliquid, destruit: vt nihil iam actum videatur. Ceterum hoc etiam silentio non præteribo, eoque magis, cum multos non hæsitasse modo, sed prudentiores quoque: cum (vti referunt) consuluissent, inconsulti abierunt: cur a Græcis scribitur *Odysseus*, vnde Homeri *Odyssea*, & a Latinis *Vlysses*. Verum, quia curiosis prodesse destinauimus, hoc etiam nubilum ex caligantium oculis amouebimus. Græci nominis etymon sequuntur. Odysseus enim dicitur a via, & pluo: quod in via genitus fuit: quod Homeri interpres his

Penelopes telam retexere.

Vlysses vnde.

asserit verbis, ὀδύσσευς λίγαται παρὰ τὸ ὀδὸς καὶ τὸ ὖω ὅπερ ἐστὶ βρέχω: & Etymologicon magnum ὀδύσσευς εἴρηται ἀπὸ τοῦ ὀδύσσεσθαι. ἀμφοτέρως γὰρ φάσι τὸν ὀδυσσέα μητέρα ἐγκύμονα ὀδύσσασθαι τὸν νεμεσητὸν Ἰθάκης ὄρος ὕοντος καὶ πελὼ τοῦ διὸς ὑπὸ ἀγωνίας τὴν καὶ φόβου καταπονοῦσαν ἀποτεκεῖν τὸν ὀδυσσέα, οὗτω τοίνυν τῆς ὀνομασίας ἐπιτυχόντα καὶ τὸν ὀδὸν ὕειν ὁ ζεύς. Latine hæc erit sententia. *Vlysses* dicitur ab historia. Anticlian enim dicunt Vlyssis matrem grauidam incedentem, Neriton Ithacæ montem (cum plucrit satis Iupiter) propestinatione, & timore cum cecidisset, parere Vlyssem: sic hanc appellationem reperit: propterea quod in via pluit Iupiter. Latini tamen O in V, & D in L commutantes, scripserunt *Vlysses*: & hoc ideo, Quoniam O vocalem, vt Plinius in primo de Grammatica, aliquot Italiæ ciuitates primitus non habebant, & hi erant maxime Vmbri, & Thusci, loco cuius V ponere consueuerant: quod etiam in 12. Gellius ostendit, & Cic. in actione secunda in Verrem. manifesto, inquit, peccatu pro peccato. Et actione quinta, fretu pro freto, & Lucre. in primo, *Augustoque fretu rapidum mare diuidit vndas*, licet in Lucretianis codicibus vndis, sed mendose nimis & nullo sensu legatur. Quod vdas omnino sit reponendum, & non vndis, sequens Lucretii carmen indicat, *Italia terrarum oras assibus eius*. Quod D mutatur in L, satis liquido præcipiunt Grammatici. Non omittendum est, quod ab omnibus pene castissima *Penelope* dicitur: sed Ouidius siue alius (multi namque, vt autumo, Poetæ fuerunt illorum carminum, quæ Mœcenatis ortis affigebatur, auctores) in Priapeis impudicam, sic dicens, facit,

Lucre. locus.

Priapea quis auctor.

Ad vetulam tamen ille suam properabat, & omni,
Mens erat in cunno Penelopea tuo:
Qua sic casta manes, vt iam conuiuia visas,
Vtq; fututerum sit tua plena domus,
E quibus, vt scires quicunq; valentior esset,
Hac es ad arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat Vlysse,
Siue illi laterum seu fuit artis opus:
Qui quoniam periit, modo vos intendite quales,
Esse virum censeo, vir sit vt ille meus,
Hac ego Penelope potui tibi lege placere,
Illo sed nondum tempore facilis eram.

Vlysses vbi mortuus.

Et Acron in 2. Epistola Horat ait, *Penelope meretrix fuit, qua amatores suos sua pulcritudine luxuriosos reddebat* Et Lycophron Poeta Græcus ait, *Penelopen concubitum omnium procorum passam, ex eorum vno genuisse filium nomine Panam: quod cum rediisset cognouisset Vlysses, statim abiit ad insulam Cortinam, & ibidem obiit*: quod Duris etiam Samius confirmat, *Penelopen* prostituto pudore consuetudinem cum omnibus procis habuisse: vnde natus Pan, qui caprinis pedibus *Tragopodes* vocabatur. Et hoc est, quod Hero-

Pan Tragopodes.

dotus

dotus libr. 2. circa finem scribit. *Pan e Penelope, & Mercurio genitus*: ad quod in libr. 35. cap. 9. Plinius his verbis alluſit. *Fecit & Penelopen, in qua amores pinxisse videtur.* Et quoniam in *Penelopes* impudicitiam incidimus, emaculemus Pauli Iureconsulti in V. digestorum, titulo si pars hereditatis petatur, locum: cum inquit, aliqui tradidere non leues auctores quinquies quaternos enixam *Penelopen*: multos Ægypti, vno vtero septenos. Ipse non *Penelopen*, sed Peloponessam lego, vt sit non nomen proprium sed a prouincia Peloponesso sumtum: quod Plinius in 7. cap. 3. hisce confirmat verbis. *Reperitur & in Peloponesso quinos quater enixa*, maioremque *partem ex omni eius vixisse partu*, & in Ægypto septenos *vtero simul gigni.* Quibus ergo verbis *Peloponessam*, & non *Penelopen* esse legendum: licet de numero non conueniant, quis non videt? Quamuis me non prætereat, in Plinianis quibusdam codicibus, non quinos, sed binos mendose legi. Verum prius quam huic finem faciamus capiti, operæpretium esse duximus asserere, nunquid Vlysses, ex quo Troiam processit, aliquid ad sui memoriam *Penelope* vxori destinauit: & illud quoad repeteret, signum reteneret, quod Paulus Iureconsultus ostendit in I. legata supellectili. *Supellectile, inquit, mensae esse vniuscuiusque materia scilicet, vel argenteas, vel argento inclusas placet. Nam & argenteos lectos, item argentea candelabra supellectili cedere posterior aetas reperit: cum Vlysses ex auro, & argento lectum virentis trunci arboris edificatum ornasset, quem Penelope recognoscendi viri signum accepit, vt voluit Homerus*: Hæc ille Cetcrum, vt studiose profimus iuuentuti, multa modo conducant, in vno perstringamus. Legimus apud Apuleium in herbario, Vlyssem auxilio *verbasci* herbæ aduersus Circes insidias tutum fuisse. Apuleii verba sunt hæc. *Verbascum nascitur locis fabulosis, & aggeribus. Hanc herbam, dicitur Mercurius Vlyssi dedisse, cum deuenisset ad Circen, & nulla mala facta eius timuisset.* Et hanc ob herbam dubio procul autumo, atque diiudico Horatium Epistola secunda dixisse. *Et Circes pocula nosti.* Licet tradant, sapientia & ingenii calliditate, meretricis astus Vlyssem effugisse, sed de his hactenus impræsentiarum: alio namque tendit oratio.

Pauli Iureconsulti loc.

Plinii locus.

Signum Vlyssis ad Penelopen.

Verbascum.

Alii Ouidii versus in prima Epistola castigati.

CAPVT XXXIII.

QVam sit difficile animum semel constitutum, & in vno inueteratum, & a doctis præcipue viris inculcatum mutare, quisque, nisi penitus demens, diiudicaret. Legitur enim Ouidii carmen in prima Epistola,

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum. Vbi interpretes oppido quam ingenioſi nihil mutant, addunt q; Politia-

nus autem vir acris ingenii, & in vtraque lingua facundissimus, quippe cui ob multa nobis præstita, tuuentus Latina plurimum debet, in Miscellaniis refert, legendum,

Siue quis Antilochum narrabat Memnone victum. Memnon enim Auroræ filius interfecit Antilochum, vel,

Siue quis Amphimachum narrabat ab Hectore victum. Quis Amphimachū, vt scribit Homerus, necauit Hector, hæcille. Non vero non *Antilochum*, non *Amphimachum*, sed *Archilochum* legendum autumamus. Dares namque Phrygius, qui illi bello interfuit, ait: *quod Hector Archilochum* regem interfecit. & Æneas *Amphimachum*, quem Daretem sequitur Guido de Columnis in historia Troiana, quem mihi legendi potestatem fecit Raguties de Raho, vir, *Integer vitæ, scelerisq; purus*, & antiquitatis curiosissimus, cui Dareti, cum Troiano bello interfuisset, non minor est adhibenda fides, quam Homero longe posteriori. Facilior præterea est literarum commutatio ex *Antilocho* vetere scriptura ad *Archilochum*, quam ex *Antilocho* ad *Amphimachum*. Ego tamen nolo in hoc esse pertinacior. Vtramuis enim, cum omnes sint auctores grauissimi, poteris candidissime lector sectari lectionem. Nostrū namque fuit vtrumque in medium afferre. Occurrit quoque alterum Ouidianum carmen enucleandum,

Ouid. locus. *Castaq; fallaci Zona recincta manu.* In quo quid interpretes scripsere, cuique videre licet, nos enim ad *Virginensem Deam*, quam illi prisci colebant ac venerabantur, referendum existimamus. Solebant enim viri prima nocte, sponsæ zonam in Virginensis Deæ honorem soluere, quod Homerus in λ Odysseos his verbis retigit, λύσε δ' παρθενίην ζώνην, hoc est, soluit autem virginalem Zonam, ad quod est quoque referendum Catulli carmen,

Virginensis Dea.

Catulli loc. *Quod zonam soluit diu ligatam*, licet aliter, sed non bene sentiant commentatores, de qua re alibi nonnulla scitu digna retulimus.

Persii versus contra Politianum in prologo defensus, aliusque emendatus.

CAPVT XXXIV.

ET quoniam superiori capite in Politiani mentionem incidimus, hoc quoq; non esse supprimendum existimamus. In suis Miscellaneis, apud Persium *Pegaseium nectar*, & non *melos* legendum esse contendit, nititurq; hoc comprobare, quod vltimus huius carminis pes esse debet spondeus, siue trochæus, & *melos* (vt ait) tam apud Græcos, quam Latinos semper habet primam correptā. Carmen igitur si (vt tradit) *melos* legeretur claudicaret. Inquit præterea se vetustissimum habuisse codicem maioribus literis, quas Longobardas appellant, exaratum, illumque suis olim auditoribus ostendisse, vbi *pegaseium nectar*, & non *melos*, scriptum erat, re-

fect

fertetiam, quod Lætus Pomponius Academiæ Romanæ princeps, alterum habuerit codicem huic scripturæ consimilem, quodque in publico gymnasio dictitauit. Concludit ergo, vt *melos* dictio tanquam verruca deformis recidatur, restituaturque nectar. Quæ sententia ab huberrimo vtriusque linguæ fonte lata plurimorum hucusque aures demulsit. At nos plura mouent, vt hoc, licet diutius inueteratum fuerit, repudiemus. In primis hac ratione ducor, quod vetustissimi quoque codices quam corruptissime & mendosissime (multos namque indicare possem) scripti leguntur. Illis namque temporibus inerudi ri, quorum tunc, vt nunc quoque magna copia erat (non enim hoc solertissimum Germanorum inuentum exstabat) scriptitabant, & si hæc ratio minime placet: hæc tanquam validissima quodcunque ipse literis commisit, penitus diruet, quod *Nectar* est Deorum potus, qui potatur, & non cantatur: & *Melos* est dulcedo poetica, quæ cantatur & non poratur, & Poetæ carmen est, *cantare credas Pegaseium*. Quomodo igitur hoc procederet, si *nectar*, & non *melos* legeretur? Quod melos, vt ait, semper apud Græcos & Latines primam habet correptam & nunquam productam, falsum est: nam Homerus liquidæ ratione (quoniam apud Græcos aliquando liquida præcedentem natura breuem producit) longauit:

ἰμερόεν κοναβέουσι Διὸς ἐν κύπῳ μέλος ἄειδον.

Et Martianus Capella in nono:

Et melicos cantus melica grata tulit.

Verum si hoc tuo non sederit animo, placeat saltem interpretum opinio (vt addatur altera L, ea ratione, qua Vergil. Poetarum summus dixit, *relliquias* Danaum. Est quoque admonendum: quod ipse *cirnas* & non *credas*, vel magno pignore contenderem esse legendum. Huic quoque loco hoc addimus: quod quidam alioqui literatus, & veteranus, quo cum sæpissime fabulari solebamus, asserebat: Melos in Persio primam habere productam, & hoc asseuerabat Lucretii auctoritate in secundo de ferræ stridore sic dicentis: *Persii locus. Lucr. locus.*

Ac musa mele per chordas, organicaque.

Nos vero (videbamus enim illum in literis iam senuisse) ferme annuebamus: tamē Lucretium coram ipso, & suum accepimus. & aliquantisper cunctati, mox diximus Lucretii carmen esse mendosum, & sic olim multis collatis exemplaribus, meum quem tunc domi habebam emaculauisse: *At musea mele per chordas organicia*. Quod vt audiuit, mihi assensus est: & suam veterem sententiam omisit. Et quanquam decreueram, nil amplius in Persio mihi dicendum: tamen quod impræsentiarum forte incidi, operæpretium esse duxi, si hoc quoque admonerem. Legitur enim in Persio. *Est nunc Bryseis quidam venosus liber Acci. Persii locus.* Quo in loco interpretes, & omnes alii sic legunt, & exponunt: *Acci Bryseis*, id est, *Bacchici*. Poetæ namque sunt in Bacchi tutela. Nos autem quamuis supremum affirmemus, non *Bryseis*, sed

Bryseis esse legendum vt ad *Bryseidos* historiam referatur, contendimus. Ducor enim hac maxime ratione, quod sequens Satyri carmen est:

Sunt quos Pacuuiusque, & verrucosa moretur
Antiopa,

Inquit Poeta, sunt qui delectentur legere *Anthiopiam* tragœdiam a Pacuuio scriptam, aut *Bryseida* tragœdiam ab Accio compositam. Frustra namque *Anthiopam* nominasset, ni prius *Bryseida* posuisset. Quare sic legatur carmen:

Est nunc Bryseis quem & venosus liber Acci,

vt sit sensus, est nunc, quem moretur Bryseis, & pro, id est, *liber venosus*, id est, difficilis Acci. Vellem candidissime lector quæcumque a nobis præcipiuntur, boni consulas, & si illa tibi minime placerent, cum non tanquam delphica oracula foliis committuntur, ut penitus negligas, donec omnia æqua lance perpendes.

Senecæ Tragici carmen in quartæ tragœdiæ fronte explicatur & Ouidii in secundo Metamorphoseon.

CAPVT XXXV.

TRagicus Seneca, qui opus sententiis ad bene, beateq; viuendum accommodatis valde refertum, vt nihil pene frugalius legatur, conscripsit, adeo claudus, atque mendosus est, quod vix sensus elici potest. Quamuis nos assiduis vigiliis, acutioriq; examine, ac iugi auctorum lectione, ex situ, cârieque corrosum in pristinam illam (vt putamus) integritatem reuocauimus, & in vnũ cuncta castigantes, & difficilima quæque enodantes collegimus, & eo sum vsus modo, quod qui nostra leget non amplius profecto ambiget. In præsentia autem, cum in Ragurii de Raho ædibus essem, Senecam, vt aliquid conspiceremus, accepimus, reclusimusque, hoc carmen, quod est in quartæ tragœdiæ (hanc enim vna cum nepote Francisco Iuuene & moribus, & doctrina non mediocri prædito legebamus) fronte emaculauimus: *Subiecta iacent, & quæ Thyasis vallibus amnis rapida:* vbi diserti enarratores, quid sit *Thyasis*, non exponunt. Ipse quãuis hæsitassem, auctoris verba quo ad potui perpendi, tandem correpto calamo *Triassis* emendaui. Legeram namq; apud Strabonem in principio noni libri: *Triassus* campus patet, & eiusdem vocabuli ripa, & populus: quæ Strabonis verba cum Senecæ verbis admodum conuenire arbitror, de quo etiam campo meminit *Thucydides*, qui, vt idem Seneca, *Triassum* campum prope Athenarum loca collocat, & Poeta omnia Athenarum loca venationibus apta, in quibus *Hippolytus* venari consueuerat, enumerat. Possimus & *Triassis* legere a *Triasso* Græciæ oppido, vt Plinius 4. c. 7. Idcirco nostrã emendationem veram, synceramque esse dubio procul existimo, nec aliter ab ipso Seneca scriptum fuisse contenderem. Et quoniam euenit quã sæpissime dum vnum inuestigamus, alterum non negligendum offendimus

Triassus cãpus.

Strabonis

Strabonis enim nonũ, dum Triassum exquirimus campum, eruentes, quædã non respuenda, sed oppido cognitu digna de *Munychia* lectitauimus: extemplo hoc Ouidii carmen ex 2. Metamorph.

Munychiosq; volans agros, gratamq; Minerua
Despectabat humum:

recordati in hisce nostris quid præter aliorum opinionem sentimus, inferre decreuimus. Est *Munychia*, vt Strabo in 9 tumulus curuus in Cheronesi faciem euernosus, tum natura, tum opera dedita magna ex parte, vt habitationes admittat, ingressum angustum habet ore, cui quidem portus terni subiacent. Quõdam muro vallata *Munychia* erat, & iunctis domiciliis referta, vt Rhodiorum ciuitas, circuitum complectens. & Pyreum, & alios portus nauigiis plenos. Plutarch vero in Phocione tradit, si suum præsidium in *Munychiam*, hoc est, in Athenarum arcem accepissent. Pollux tamen ait, *Munychiæ erant Palladis festa*. Quoniam cum Neptuno in contentione, omnium suffragijs vrbis sibi nomen Pallas vindicauit, ipsaque Dea, vrbis tutela habetur, &, vt Pausanias, tota vrbs Athenarũ & ager, Minervæ est sacer. Affirmamus igitur, Ouidium *Munychies* appell. sse agros Athenienses, vel a *Munychia* tumulo, siue arce, siue a *Munychia* festis, & non *Munychia*, vti referunt, Diana. Quamuis me non praeteat quosdam sortassis, hisce Pausaniæ verbis in primo Atheniensium portus, sub *Munychiæ*, & ibi *Munychia Dianæ* templum decipi: existimant enim a templo *Munychiam* nuncupari, quod secus intelligitur. *Munychia* namq; erat ante, mox in ipsa conditum fuit templum Dianæ *Munychiæ*, id est, in *Munychia* postædificatæ. Hæc sunt venerande Præsul, quæ tuo nomine, ac nutu, celetrimo calamo lucubraui: lucubraui autem, quando diurno tempore (vt optime calles) variis tot alioqui districtus negotijs calamum, vt aliquid (licet expeterem) exarare, corripere nõ valebam, & quamuis vesperi magno, iugiq; labore, tædioq; languescerem: tamen, vt tuis iussis, mandatisq; obtemperarem, singulis noctibus, licet contractioribus, singulos absolui quinterniones, & e vestigio, vt in lucem opusculum tam subito excogitatum, scriptum, vixq; in ordine collocatum, impressoribus traderem excudendum, cogebas atque premebas. Ipse vero obliquas sannas & rhinoceroticas nares formidans reluctabar, caussabarque meam iuuentam, & operis festinationem. Tu tanto magis instabas. Tandem cum deprecari minime potu ssem amplius, tua iussa pudore atq; verecundia ductus exsecuor. Verum si hoc a te in primis, mox ab aliis non neglectum iri sensero, confestim reliqua annotamenta tibi nuncupatim dedicata exhibebuntur, quæ ob rerum varietatem, & quod antiquaria multa, quę (vt ais) hucusq; latuerut, amplectuntur, tu noctes Parthenopeas appellitare soles. Restat igitur, vt promissis maneas. Nobis enim recepisti, q; tuum opus oppido tersum, atq; emũctum, & priscis poematib. merito comparandũ, cas-

Munychia

Ouid. locus

mine heroico de comete scriptum, impręsentiarum si tibi, tuisq; votis parebam (quanquã istam fœturam in decimum premere annum decreueras) edere volebas. Idcirco has nugulas in vacuum edidi: & prouinciam, vt tuum opus in manus hominum quã emendatissimum exiret, libentius suscepi, quam tui musarum decus iniunxisti. Bene vale, nostri memor, & patriæ decus, Neapoli Idibus Iuniis, M. D. VII.

COLLECTANEORVM LIBER SECVNDVS.

Carmen Iuuenalis in calce Satyræ tertiæ enucleatum, ac quomodo Satyra sit scribendum.

NEqueo nonnullos audaculos, ac temeratios potius multo sibi arrogantes, cum parum, aut nihil sciant, subinde non admirari. Tradunt enim in Iuuenale nihil amplius desiderandum. Idcirco ad dicendi peritos accedere, ac prudentiores consulere dedignantur: cum secus esse non hic modo, sed etiam alibi copiosius indicauimus. Verum de his hactenus in præsentia: quoniam ad rem ipsam noster properabit sermo. Carmen est in calce Satyræ tertiæ:

Me quoque ad Eluinam Cererem, vestramq; Dianam.

in quo enodando interpretes alioqui diserti, & ingeniosi desudarunt: nihil tamen ad rem, vt mea est sententia, retulere. Aliquinã; tradunt, opinionem esse, in agro Aquinati fontem fuisse denominatum *Eluinum*. Adhuc enim incolæ *Eluinum* fontem appellant, iuxtaq; adhuc quædã templorum vestigia conspiciuntur: aliqui vero potius *Eluinam* putant dictã ab *eluendo*, id est, lauando. Nam qui sacris initiabantur Cereris, lauabantur. Quidã Eleusinam Cererem intelligunt. His tamen omissis, quid nos sentimus conscribemus. Scio neminẽ ambigere flauam appellari Cererẽ ab auctoribus, saltem Tibulli carmine,

Ceres flaua.

Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona:

cum itaq; hoc sit proprium Cereris epitheton, vt *flaua* nũcupetur, incunctanter asserо, *Eluinam* Cererem, id est *flauã* Satyro appellitatam: quod ita esse sic probabitur. *Eluinus* enim color a Græcis, *flauus* a Latinis dicitur: quod ex Columella in 4 cap. 2. sic scribente demonstratur: *Sunt & Heluola, quas nonnulli varias appellant, neq; purpureas, neque nigras, ab Heluo, nisi fallor, colore vocitatas.* Festus quoque Pompeius ait: *Heluacea genus ornamenti Lydii dictum a colore boum, qui est inter ruffum & album, appellabaturq; Heluus. Heluolum* etiam colorem inter ruffum & album Cato posuit. Hisce igitur auctoribus liquido constat, *flauum* colorem *Heluum* a Græcis appellari. Hoc quoque silentio non prætereundum duximus, *Heluum*, suum formare posse siuũ *Eluinum*, sicut *ceruus* format *ceruinum*: quod tradunt fuisse in agro Aquinati fontem *Eluinum*,

Heluinus color.

ginum, iuxtaq; quædam templorum vestigia conspiciuntur: quid tum? Contendimus enim potius illud templum appellari *Cereris Heluinæ*, quam fontem Cereris Heluinæ, & fontem fuisse illius templi, vt hic Parthenope dicimus fontem S. Petri, qui est prope templum, & non S. Petrum fontis, siue de fonte: sic illum vocabant fontem Cereris Heluinæ, a templo: sed de his hactenus, dum hoc silentio non prætereamus *Satiram* per *i* Latinum. & non per *y* scribendam. vel magno pignore contenderemus: ac dictam, ceteris omissis opinionibus, putamus, diuisa dictione quasi *sat.* i. satis, *iræ.* i. *iratam.* Omnes namque Satyri Poetæ, vti liquet, ab ira suum, cum peruersos atque improbos hominum mores ferre nequirent, sunt orti poema: Iuuenalis, *Satira.*

Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam?

Persius:

O curas hominum, quantum est in rebus inane.

Horatius, *Qui fit Mæcenas.* Sed hæc omissa quæstiuncula alio tendamus.

Versus Iuuenalis in 7. Satyra, contra Politianum expositus.

CAPVT II.

IVuenalis Poetæ salebrosa sensa, & antiquitatum ænigmata non interpretes modo, sed tot alioqui literati dilucidare tentarunt: quod iam sole clarior Satyrus esse deberet: tamen multa ingeniosis, & altiora rimantibus, atque aliorum dictis non facile insistentibus iugiter occurrunt, & in illa luce magis caligant. Hoc ideo re- *Cambre.*
ferimus ob carmen, quod est in 7. Satyra:

Occidit miseros Cambre repetita magistros.

vbi Politianum virum Græce & Latine impense doctum, atque pensiculate antiquitatis scrutatorem sectantur interpretes, asserentes dubio procul Crambe legendum: referendumque ad Græcum adagium, *bis positam Crambem mortem esse.* Est enim *Cram-* *Cramba.*
be, vt Plinius, genus *brassicæ*: vulgo quoque *calefacta brassica* iam in prouerbium venit: declamatio sæpe repetita fastidio præceptores conficit. Ipse vero licet argutiorem duxerim sensum: tamen semper hæsitabam, & aliquid remotius: magisque abditum Poetam, cum de declamationibus loquatur, significare putabam, sed affirmare non audebam: Tandem nactus libellum mirabilium Puteolorum, reperi quod iamdiu indagaueram: vbi hæc scribuntur: *Ad radicem montis Gauri ab Occidente ad Orientem accessus olim vicus fuit, Cambre dictus, meridiem respiciens, nunc vetustate consumptus.* Et erat dictus Cambre quasi cameræ: *Nam locus erat, vbi camera, & apotheca multæ erant, in quibus nauium Puteolanarum & Misseni, Baiarumque portuum onus suum deportandum per alias regiones Italiæ deponebatur. Hic vicus nunc corrupte a circumsitæ regionis hominibus nominis vetustis ignaris, Campana vocatur,*

eo quod Campani, id est, Capuani a Cumanis ibidem dicitur esse ma-
ſi ctu ſuperati, ob cuius conſictus memoriam eſt hiſtoria compoſita
Cambre dicta, qua a magiſtris in ſchola frequentiſſime dicebatur, va-
de Iuuenalis, Occidit miſeros Cambre rediſtata magiſtros. Hactenus libellus. Accedit etiam, q. multos conſpexi codices manu scriptos litteris exaratos, vbi ſemper *Cambre*, & non *Crambe* legitur. Proinde ad hanc hiſtoriæ declamationem reſpexiſſe Poetam, & non ad prouerbium facile contenderem, eoque magis, quod ingeniosiſſimus Domitius repoſuit, *Cambre* inſcriptio eſt declamationes a loco, quod declamationes dicebantur a loco. Tranquillus in libro de Grammaticis, & oratoribus confirmans, ſic ait: *Veteres controuerſiæ, aut ex hiſtoriis trahebantur, ſi ut ſane nonnulla vſq; adhuc, aut ex veritate, ac re ſiqua forte accidiſſet: itaque locorum etiam appellationibus additis ponſolebant, & ſi certe collecta, editaque ſic habentur.* ſed hoc ſatis erit in Satyro, ad alios tranſeamus auctores.

Quintiliani locus extricatus.

CAPVT III.

NVperrime quidam Iuuenes ſane docti noſtros adiuerelarent, qui quidem licet in otio, non tamen otioſum offendere, ſed in ingreſſu, ne mihi intercederent, aliquantulum ambigebat, tandem irruperunt, quid verbis eſt opus? vnus illorum maior, vt videbatur, natu, retulit, nos, vti decet, prudentiores de quadam inter nos orta quæſtiuncula conſulere ſtatuimus: prompte, ne noſtra graueris verba, oramus: confeſtim hilari, vti conuenebat, fronte reſpondi, vt quodcunque vellent audacter proponerent, ferentq; inſuper me litem eam vera cruci iandoo compoſiturum, illico ea hæc Quintiliani verba prorupit: *Quid non adultus corripiet? qui in purpuris repit: nondum prima verba exprimit, iam coccum intelligit, iam conchylium poſcit, ante palatum eorum, quam mores inſtituimus.* Cum hæc recitaſſet, ſubiunxit, te noſter Scoppa rogamus, vt noſtram prius admittas ſententiam, mox ſi libuerit, tuam proferas. Cœpit vnus hanc quam ſcriptitauimus probare ſcripturam, interpretis opinione fretus: alter vero reprobabat, aſſerens cum palatum ſequatur, coquum, & non coccum eſſe legendum, & ſic quoque a præclariſſimis olim viris creperat viris. Quæ vbi audiuerim, ſubriſi, mox retuli, quid dixeris, ſi quid noui, & dicere & oſtenderem? actutum, gratum admodum feceris, reſpondere, & lætiores, quam adiuimus dimittes. Quæ verba cum acceperim, e veſtigio *coccum*, & non *coquum*, & *paratum*, & non *palatum* eſſe legendum cenſui, & ſic iampridem me locum caſtigaſſe aſſeruti, & quod hæc erat Quintiliani ſententia, *in purpuris repit, iam coccum*, id eſt, *veſtes coccineas* intelligit: iam *conchylium*, id eſt, *conchyliatas* poſcit veſtes, vt puer intelligat veſtes, & non cibos, quem iam in purpuris repſerat, & ſic *paratum*, id eſt, *veſtis, atq; ornatum* eorum, antequam mores inſtituimus, cum deberemus prius mores bonos, id eſt, vir-

tutem

rutem instituere, quam ornatum atque vestem. Quam nostrā probantibus sententiam subiunxi: obsecrare licet me sic in nostra adolescentia emaculasse, atque enodasse. Verum tutiorem anno superioris cum hanc ipsam referrem, sententiam, reddidit codex vetustissimus maioribus scriptus literis, quem mihi dono dedit Sigismundus imperatus, vir non modo grauis, sed literatus quoque ac ingeniosus, literatorumque quam studiosissimus. Quem codicem ecce conspicite, quo statim lecto acquieuere.

Quæ sit differentia inter cum & quum.

CAPVT IIII.

SEd quoniam in Quintilianum incideramus, & quos diximus iuuenes, digredi parabant, e vestigio Iacobus Pascasius Melphitanus iuuenis moratus, artis dicendi nō imperitus, & qui nunc legum non modo ænigmata, sed Mæandros quoq; facilime scrutatur, assurgit, essiagitatq; quid sentirem de dictione *quum*. Quoniam multas audiuerit opiniones, malletque meam præ ceteris, & maxime cū ipse sic *quum* semper scribo. Iacobum talia loquentem, vnus illorum interfuit, quid hæsitas inquit? sic audiui, & legi in Quintiliano a Raphaele regio viro acri ingenio, & singulari doctrina emaculato: *Cum*, si tempus significaret, per Q, si comitem, per C. si vero coniungit, per Q ac duas sequentes V scriberetur. iVx tala iuuenis ille argutus sane, fatus erat: protinus alter, secus ait sentio. Quoniam Quintil quum sub ferula essem, a meo præceptore inter literatos non negligendo ac pœnitendo, locum castigari sic audiui: *Cum*, si tempus, per *quum*, si comitem, per *q*, ac duas *u* sequentes scriberent. Quæ simul atque acceperim, subridens retuli habes tota Iacobe simul cum Mauro Schinoso non literato solum, sed iuuene acri genio, quod mente petisti. At pertinacius instabat, vt meam exprometem sententiam. Quamobrem ne familiaris verba, illis præsentibus, apud me esse vulgaria indicarem, respondi sic esse legendum, *quum*, si tempus significaret, per Q si vero comitem, per C, ac duas literas sequentes scriberetur, &, vt in meam venirent sententiam, sic scriptum duobus in codicibus maioribus exaratis literis demonstraui, eoque magis, quod Papyrianus pernegat posse V geminari, ut duæ literæ eiusdem inter se soni & vocis, tam inuicem, quā cum terminatione soni ipsius Q, concludantur. Nam sonus esset pinguior. Quibus dictis, omnes vna digressi sunt: & nos, vti solemus, otium repetiuimus literarium. *Quum.*

Claudiani duo versus in Epigrammate, de Nilo elucidati.

CAPVT V.

OBlectamenti causſa, quum æstu, atque negotio langueſcerem, Canopæi Claudiani lectitabam epigrammata, perueni tandem ad hæc, quando de Nilo Poeta loquitur, carmina:

Hunc bibit infelix Garamas, domitorque ferarum
Cyrreus, qui vasta colit sub rupibus antra:

constiti aliquantulum, atque hæsitaui, postea locum ita emaculandum duxi, vt *Candeus*, non *Cyrreus*, legeretur. *Candei* namque Nilum accolunt, & non *Cyrrei*, si recte memini: quod etiam Plinius in sexto, c. 29 sic scribens comprobat. In trorsus *Candei*, quos *Ophiophagos* vocant, serpentibus vesci assueti. Subsequitur Claudianus: *Per Meroem, Blemnasque feros, atramque Syenem*, hic quoque, intrepidiori calamo, *Blemyasque* feros, reposui. *Blemyæ* namque Nilum accolunt, de quibus in Solino de intimis Libyæ gentibus loquente affatim diximus. Cetera Claudiani loca mendosa, obscurioraque sensa, alibi emendauimus atque dilucidauimus.

Candei.

Blemyæ.

Terentii in Eunucho locus illustratus dilutaque hæc sententia, Ciceronem Terentium in manibus gestare solitum.

CAPVT VI.

TErentium perinde ac intellectu facilem, & ideo pene contemtibilem pueris solent præceptores apponere: quod probo, dum non prorsus contemnant. Sciant enim proprietatis vocabulorum, atque verborum auctorem non negligendum. Idcirco eius lectionem nunquam putauimus respuendam. Hoc dictitauimus, Quoniam in Eunucho parasitus ait: *Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnato*: quem locum, vt clarum, & intellectu facilem interpretantur non interpretes modo, sed professores quoque, & ita exponunt: *Gnato impertit Parmenonem summum suum*: scilicet *amicum*. Ipse cum locum altius expendere cœpissem, protinus hanc eruditis sententiam videri frigidiusculam censui: tanto magis, quod prædixerat Gnato, *Sed Parmenonem ante hostium Thaïdis tristem video ritualis seruum, nebulonem hunc certum est eludere*: *quibus verbis non summum suum amicum, sed summum suum*, id est, *porcorum*, exponendum existimo: vt principio statim orationis nebulonem eludat, habeatque maiorem in futurum ludendi facultatem. Sed quia in Terentii mentionem incidi: non abre esse hic inuectam multorum, & pene cunctorum literatorum sententiam diluendam existimaui. Tradunt enim Ciceronem eloquentiæ parentem, Terentii codicem, vt Enchiridion solerem manicis gestare, & cum aliquid otii a forensibus negotiis, reique publicæ administratione nactus fuerit lectitare; id, nisi memoria exciderit, apud auctorem fide dignum non legi: sed inde fluxisse arbitror, quod *in amicitia* tradit, *familiaris meus Terentius*. Verum id quam facilime refellitur: quoniam illo in libro non Cicero, sed Lælius cum generis verba facit, & Terentius, vt Donatus, & Q. Consentius aiunt, tres Romæ præcipue habuit amicos, Furium, Lælium & Scipionem, a quibus vehementer amabatur: ideo Lælius ait: *Familiaris meus Terentius*, id est, *amicus, & qui noster sub inde lares frequentat*.

Alia

Alii Terentii loci, in Andria, vnusque Plauti explicati, & vnde Myrtoum mare ab Horatio appelletur.

CAPVT VII.

Nihil quoad vitam degit, esse homine dignius autumo, quam ceteris prodesse, & communi consulere vtilitati, & omnem deponere ostentationem: proinde hæc intacta hic præterire nolui. Ait idem Terentius in Andriæ prologo: *Poeta cum primum animum ad scribendum appulit, id sibi negotii credidit solum dari populo, vt placerent quas fecisset fabulas*: quo in loco quid ingeniosissimi commentatores senserint, cuique videre licet. Hic namque nostra præcipere, & non aliena recensere statuimus: & hunc esse ordinem, & sensum putamus, vt Calliopius dicat: Poeta, ne dicas, scilicet Terentius. Absurdum enim esset, vt in fabulis cum aguntur, auctor fabulæ nominaretur: dicas ergo, *Poeta credidit id negotii*, id est, *hunc laborem scribendi comœdias*, quoniam *negotium* significat *laborem animi & corporis*: dari, *concedi sibi*, solum *populi*, id est, *a populo*, id est, *ex ædilibus*, qui ex populo creabantur: vt *fabulas* pro *fabula*, quas feciſſet, placerent ei populo, scilicet *tum*, id est, *quando*, *primum* pro *primo*, *appulit animum*, id est, *decreuit, & deliberauit* scribere. Hoc ideo ita interpretandum puto: quoniam ædiles præerant recitandis comœdiis, & in argumentis comœdiarum, vt ait Feneſtella, nomina ædilium, qui ludis præfuerant, scripta sunt. Sciendum est quoque legem fuisse latam, vt nullus aliquid componeret, ni prius ad ædiles accessisset, & scribendi veniam, cum illi prius scriptoris vires perpendissent, moxque secundum ingenii capacitatem, & doctrinam dabant componendi potestatem, impetrasset, deinde præerant recitandis, & recitata emittabant: de qua lege Verg. intellexit in Bucol. *Negotium.*

Vergilii locus.

Ludere quæ vellem calamo permisit agresti:

id est, ne excederem a stylo agresti vltra legem, & veniam impetratam, donec essem maturus ad altiora reponenda. Verum prius quam huic capiti finem faciam, hunc etiam quem iamdiu emaculauimus locum, subnectam: *Tunc id mihi placebat, tunc vno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas.* His verbis nullum, qui meo lediſſet cordi, sensum elicere valebam, tandem *omina* legendum duxi: & hunc esse sensum vel magno pignore contenderem: omnes *vno ore*, id est, *consensu*: *dicere* pro *dicebant*: *omina bona*, id est, mea auguria: & *fortunas*, id est, *diuitias meas.* Dixit *bona omina*: quoniã *omen* medium est vocabulũ, & in bonum, & in malũ sonat, vt malũ euitaret. Et quia in Terent. multa retulimus proinde transeamus alio. Hoc tamen nõ prætermisso: *Plautus lingua Latina pater in Curcu. Tu Petalion, vti traduat, reposuit foliatum intelliges.* Ipse vero his (si commutare liceret) Plinii verbis in 13 cap. 1. *Fretus Pardalion in Tharso*, cuius etiam compositio, & mistura obliterata est, legerem: sunt nonnulli a *Pardalio odore* nun- *Terentii locus.*

Plauti locus Petalion.

Pardalion.

cupatum asserentes, sed probo esse legendum *Patalion*, & *costum* intelligo, appellatum a *Patale Insula*: vbi scribente Plinio plurimum prouenit, & hoc ideo assero: quod anus omnia connumerat vnguenta simplicia. Cum huic Colophonem adderem capiti, commodum Franciscus Coppula, & Cæsar Cardinus iuuenes non morati solum, sed literati quoque, & impense curiosi, adiuerunt me, consulentes *Myrtoum vnde diceretur mare*: cōfestim nunquid, quæ diutius indagaui, deprehendistis, an meum exquiritis filium, respondi: verum vtrum sit quod sentio, tamen referam. Ipse cum semper apud fide dignos lectitauerim, a *Myrtilo* auriga in mare præcipitato nuncupari, ni temerarius prorsus existimarer, *Myrtolum* mare cum *L* sequendo primitiuum & scriberem, & proferrem, & sic dicendum esse contenderem nisi Acronem (quod apud alios non legi) tradentem a *Myrto* (quod non placet) nominari sectarer: abierunt, & nos consuetum repetiuimus.

Duo Vergilii carmina illustrata ex primo & quarto Georgicorum,

CAPVT VIII.

NOn me præterit fore plerosq;, qui me non audaculum modo, sed temerarium quoq;, cum quæ diutissime in hominū mentibus hæserint, commutare ita audacter auderem, & ducent, & appellitabunt, & idipsum ideo dictitabunt, quod nō interpretes tantum viri disertissimi, sed omnis etiam literatorum cōsensus comprobauit. Illos tamen omnes quæso: ne hæc prius referant, quam meam libenter admiserint sentētiam: deinde diiudicent. His denique omissis ad rem veniamus. Est Vergilii carmen in Georgicorum 4.

Galesus.

Qua niger humectat fluentia culta Galesus.

Ipse licet Tarentum non accesserim, sed qui meus est mos, ciues interrogaui de flumine, & loco: eoq; curiosius id percontabar, quod non videbatur competere, vt legeretur *niger*. *Galesus Galesus* enim *lacteus* interpretatur, a *gala galactos*, id est, *lac lactis*, quod est contrarium nigro. Ideo penius affirmarem, vt *piger*, & non *niger* legatur: eo magis, quod est, vt accolæ tradunt, instar lacus parum currentis: & vbi fœminæ pannos lauant: estque ibi pagus *Galasus* nuncupatus, & templum appellatum *S. Mariæ de Galaso*. Illud quoque hic subnectere visum fuit carmen, quod est in 1. Georg.

Verg. locus.

Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulcris:

vbi referunt: ideo *grandia ossa*, ait Poeta. Quia olim fuerunt homines grandiores, vt Homer. indicat, & Iuuen.

Terra males homines nunc educat, atque pusillos.

Nos vero non ad illam ætatem referendum censemus, sed grandia ossa interpretamur, grandium Romanorum: & hoc non ad corporis proceritatem, atque magnitudinem, sed ad facinora, & gesta referimus.

Alii

Alii Vergilii versus ex Æneidos primo emendati, & alter locus Pausaniæ.

CAPVT IX.

QVum ex Vergilio ad alios transire auctores statuissem, protinus hæc ex Æneidos primo carmina non silentio prætereunda mihi suppetebant:

Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni:
Nec tam aversus equos Tyria sol iungit ab urbe.

Quæ commentatores ad Atrei & Thyestæ fabulam referunt. Nos vero sic interpretamur, & hunc esse sensum & ordinem dicimus: Si qui sunt, qui nesciunt genus Æneidum, virtutesque, virosque, aut incendia tanti belli: nos tamen Pœni non ignoramus, Quia non gestamus pectora adeo, id est, valde obtusa, hebetia & ignaua, vt scilicet, quæ omnibus patent, ignoremus: nec *sol* tam *aduersus*, id est, longe remotus ab vrbe Tyria suos iungit equos, id est, versamur in loco remotissimo, quo sol non accederet, vt facta Troianorum ignoremus: quasi dicat, iam scimus: quia sol nostras penetrat regiones habitabiles, quo Troianorum fama peruenit. Verum prius quam tendamus alio, hoc cognitione dignum non supprimam. Refert enim Pausanias in 2 *Est signum Iouis, qui tertiũ oculũ in media habet fronte, & signũ habuisse dicitur Priamus in aula sua caudio, & a Stenelo Argos traductum est.* hoc scilicet signum est, ad quod Priamus confugit insequentem Neoptolemum euitans. Sed curilli tres oculi? nimirum, Qui a ipsum regnare in cœlo ab omnibus dictum est, at eundem & infernum Deum cognoscũt eo versu: ζεὺς τὰ κατὰχθονίων, κρατέει τε γὰρ πάντων περ φάτιν, id est, Iupiter autem infernus, siue subterreus, & supra terram Persephoni, sed in mari regnare Iouem Æschylo credendum est, qui βιλαστεύοντα, id est, euntem per mare nominat. Ita o tres potestates & numina treis illi oculos antiquitas dedit: qua eadem ratione tergeminam Hecateu fecit, quibus verbis satis liquido constare putamus, vbi fuerit Priamus interfectus.

Priamus vbi iugulatus.

Iupiter cur tres oculos.

Hecate ter gemina.

Gellii nonnulla loca ex libro 2. cap. 24. & libro 13. cap. 4. castigata.

CAPVT X.

AEstate superiore sub diæta, vt intensum euitaremus calorem, subcœnitabamus, forte inter cœnandum, sicuti fieri solet, sermo de antiquorum parsimonia incidit, actotũ Gellium deferri iussi, & quã at idissime lectitare cœpimus. Verũ inter legendum quã creberrimæ occurrebant mendæ, quas sustulimus, & eas hic subtexere, vt cœnula nostra aliis quoque prodesset, destinauimus. Gelliana verba ex libro secundo, cap. 24 hæc sunt: *Antiquo ritu mutitarent*, id est, mutua inter sese *domina*, nos *conuiuia*, & non *domina* legimus, cui *domina* nihil significaret, & inferius: *Quicquid esset tum e terra, vite, arbore.* Nos natum *e terra*, & non *tum e terra*

castigauimus & inferius. Huius legis Lælius poeta meminit in crotopægmis: nos *Linum*, & non *Lalium*, Prisciano Linium & non Lælium in crotopægmis citante freti, substituimus. Ceterum cum ex parsimonia ad iustitiam, quia rerum omnium pulcerrima est varietas, peruenissemus: illico eundem Gellium in tertiodecimo, capite quarto, legimus, inter cetera hoc emaculauimus, *Pierique solitam esse dicia pictoribus, rhetoricisque antiquioribus*: nos, cum prædixerit *pictoribus*, diiudicauimus *sculptoribusque*, & non *rhetoribusque* legendum, vt contesponderet pictoribus. Verum ad alia transeamus. Gellianas enim mendas, & nonnulla remotiora alibi copiosius scripsimus.

Persii duo carmina in Satyra 4. emendata.

CAPVT XI.

CViusque, qui in studiis profecit, esse semper duximus, aliorum demum vestigiis non insistere: sed subinde noua excogitare, vt ingenii arguat acumē, & ipsa rerum nouitate, lectorum siue audientium animos oblectet: quod si id ipsum effecerit, communi nouissime cōsulet vtilitati, & nomen decusque comparabit: quod nos citra arrogantiam dictitare possumus feciſſe, & iugiter, ne nostrum hebescat ingeniolum, facturos esse speramus. Sed quid est opus verbis? ad rem ipsam me accingam. Carmina hæc in Persii Satyra quarta sic & interpreres viri meo iudicio præacuti, atque solertes, & alii omnes de literis benemeriti, & supremum literatorum locum haud habentes, legunt:

Dum ne deterius sapiat Pannutia Baucis
Quum bene discincto cantauerit ocyma verna.

Nos vero aliorum sententiam, ne pagina turgescat, omittimus: & *ocia* non *ocyma* legimus: & hunc esse verum Poetæ sensum contendimus. Concedo claris te natum esse parentibus: dummodo hæc anus Baucis, ob ætatem longæuam delirans non sit minori, quam tu sapientia: qui de summo bono interrogatus, illud in voluptate collocasti, vt sit *Baucis* non *rusticana* mulieris nomen, sed *vetula & meretricis*: *pannutia, vilioribus pannis induta, cantauerit, clamore pronuntiauerit, otia*, id est, *libidines*, quæ ex *otio* proueniunt, vt ex illo Ouidiano colligitur:

Otia si tollas periere Cupidinis arcus,
Verna discincto, seruo libidinoso. Verna namque natura sunt procaces atque libidinosi. Ideo *verna* pronuntiauerit, Quoniam ob senectam ab aliis lucrum facere nequit.

Alii Persii versus ex prima & secunda Satyra illustrati, & vnus Horatii.

CAPVT XII.

NOn me fugit, quam difficilimum esse, quæ humanis iamdiu mentibus insederunt, penitus euellere: tamen ne a nostro discedamus instituto, noua, & maxime cum intellectus cōquiescit, sub-

subinde promimus: & eo magis hoc in præsentia facit aui, quod Ioannes Baptista, & Alexander Marrenses Germani compulerunt. Hi namque ne a maioribus, quorum non modo in hoc regno, sed per omnem pene Italiam armis, generositate, animique magnitudine nomen, decusque diffunditur, degenerarent: ex Montemarano patris oppido Parthenopen literis vacaturi, quo consultius mox arma tractarent, subditisque imperitarent, se contulerunt, nostrosque, vti fit, frequentabant penates, inter alia hæc Persii carmina colueruntque, meamque, quoniam interpretum vti tradebant sententia non eis placebat, præ ceteris auebant. Quamobrem ipse, licet adesset innocentius, Lucius, Montellanus iuuenis, & moribus, & doctrina non vulgari præditus ipsorum alter Phœnix, quid sentiebam, retuli. Carmen hoc est:

Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.

quo audito protinus asserui: *si*, & non *sed*, meo iudicio esse legendum: vt esset *continuatiua*, & non *aduersatiua* sententia, hoc modo: *quid faciam si sum cachinno*, desinat: *petulanti splene*, si nolo scribere: quasi dicat, *facere nequeo, vt non scribam, cum videam Romanos vitiis deditos, ipsisque, ac ambitioni deditos.* Et inferius: *Quanquam hæc rara auis est, lego*, & non *quando*. Et in 2. Satyra: *Nota iam tertia ducitur vxor*: sensus erit, auarus vxoris mortem desiderans inuidet Nerio, qui duabus mortuis vxoribus tunc tertiam ducebat, & sic ditescebat: & suam, quam vnicam habebat, sepelire non poterat. Quod alii referunt *Nereum* tertiam ad sepulcrum portare vxorem, non probo. Quoniam ducere vxorē, dicitur maritus accipere, & non sepelire. Quibus dictis actutū respondere: hæc nobis noster Scoppa placent: sed si nostra nō grauareris verba, quid vlterius percontaremur. Illico loquētes interpellaui, & quodcunq; vellent, vt rogitarent, permisi. Miramur ait bant, cū omnes, vt interpretes affirmant: *Thraciū fuisse morem, candido dicere lapillo felices numerare dies*, & Horat. ad Cretenses retulisse. Nequiui tunc risu me continere: moxq;, vt ingeniosis illis in hoc quoq, satisfacerem, asserui: sæpe vnius literæ mutatione ingenia peracuta hallucinantur: vt in hoc, & in plerisq; aliis. Proinde meo periculo illud Horatii: *Thressa ne careat pulcra dies nota*: & non *Cressa* legatis. Confestim digressi sunt, & hæc nostra, qualiacunque sunt, sicut eis competebat, commendauere.

Iustiniani locus in Proœmio Pandectarum.

CAPVT XIII.

Aliquid fortasse, si hanc composuissem appendicem nullo Iureconsultorum loco perpenso, aut emaculato, commisisse videretur: idcirco, mihi licet agminatim occurrerent, hunc, in quo vt emacularent atque enodarent disertissimi viri non parum elaborauerunt, prælibare locum statui. Ait in proœmio digestorum veterum: *Sed quia solitum erat anni quarti studiosos Græco, & consuetæ*

quodam vocabulo hircos appellare, habeant quidem si maluerunt hoc cognomen: Nos vero diu, anxieque multos eruentes auctores quæsimus, & nunquam *hircum* consueto vocabulo, vt ait, significare subtiliter videntem inuenimus. Politianus tamen vir acri ingenio, & doctrina singulari, cap. 93 Miscellaneorum, *lytas*, Pandectis, vt ait fretus, reposuit: sed quid significaret, omisit. Ipsi cum altius expenderemus, hoc prius explicare, mox aliquid subnectere, vt studiosis prosimus, non ægre tulimus. *Lytas* interpretamur mente resolutos, & intelligentes, & deducimus a Græco *lyo*, id est, soluo. Et quamuis Politiano, quia Pandectas citabat testes, assentiebamur, tamen nimiam literarum fuisse factam mutationem ex hircos in *lytas* mirabamur: tandem cum in vetustissimo, & maioribus exarato literis codice ipsa vetustate pene corroso scriptum *circos* legerimus, confestim hic nullam esse literarum commutationem, sed vnius duntaxat literæ adiunctionem, & hoc quid significaret, indagare cœpimus: deniq; *Kircos* acutos, intelligentes, & perspicaces exponeremus a falconis lumine præacuto, qui alco *kircos* Græce nuncupatur: & si hoc, vel illud tibi minime placeret & commutare minima literarum commutatione liberet, legeres *lynceos*, consueto & frequentissimo vocabulo, id est, perspicaces, intelligentes, & acute subtiliterque videntes, non a *lynce* animali, vt tradunt, sed a *Lynceo* Argonautarum vno dictos, qui dictitabat vltra parietem videre, vt ait Hieronymus contra Ioannem Origenistam. Vnde Valerius Flaccus inquit in primo:

Lytas.

Kircos.

Quumq; æthera Iuppiter vmbra:
Perdiderat, solus transibit sydera Lynceus:

Et Horatius, *solus nubila Lynceus*, & idem:

Ne corporis optima Lynceus
Contemplere oculis.

Cic. *Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat.* Lucianus in Hermotimo: *Tu vero nobis ipso etiam Lynceo perspicacior es, qui sicuti videtur per pectus ipsum, quæ sunt intus cernis.* Et Apul. *Vides hominem ferreum, & insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo.* Appollonius scribit in Argonauticis hunc *Lynceum* vsque adeo fuisse perspicacem, vt etiam terram ipsam oculorum acie penetraret, quæque apud inferos fierent, præuideret, & hoc ideo asserebat, quoniam sunt, vt ait Lycophronis interpres, qui tradunt *Lynceum* primum reperisse fodinas metallorum, æris, argenti, auri, & hinc vulgo natam fabulam, quod ea quoque videret, quę sub terra sunt. Qui *Lynceus*, vt Plinius in 4. cap. 10. nouissimam, primamque Lunam in Ariete primus eadem die conspexit, quæ vltima lectio magis placet, quam *circos*, & hæc non vt delphica scriptitauimus oracula, sed, quoniam noua subinde rimari debemus, quo ingeniolum acuatur.

PTOLO-

PTOLOMÆI FLAVII ANCONITANI CONIECTANEORVM, siue Obseruationum in varios auctores Centuria.

Ex Epistola Hypsiphyles apud Ouidium.

CAPVT I.

Et qua nescierim melius, mage quæritur herbis
Moribus & forma conciliandus amor.

ILlud inprimis candidum Lectorem admonitum velim, nihil mihi prius fuisse, quam sine vlla eruditionis ostentatione, hæc scriberem coniectanea. Quo factum est vt paucissimis admodum scriptorum testimoniis contenti erubescamus interdum minuta quæque attingere, optimos collybistas imitati. Qui cum auteis nummis abundent, pernicioſum tamen existimant vel arcos tientes despicere, quãdo ex iis quoque tes constet familiaris: præsertim cum nemo nesciat nonnunquam magnos viros in iis hæsitare, nec defuisse qui ex singulis literis integra volumina elaborarint; qualia non pauca in nitidissimis Gellii noctibus deprehenduntur. Dicendi genus breue ex industria secuti sumus opinantes gratum fore Lectori si statim cum re ipsa congrederemur, nec aliter centurias probari posse existimo. Illud idem, studiorum quietem obtestãs, affirmabo, me nihil magis fugisse quidquam, quemque inuentis priuare suis. Quod si quis hic inuenier, quod dictum fuerit prius ab alio: tum is sciat latuisse me id, quando recentiorum auctorum vigiliæ pleræque, ad nos non venerint. Norunt id cũ amici mei omnes, tũ inprimis T. Ianus Marius Grimaldus Anconitanus, qui cum sæpius de hoc timore locutus sum meo, sed tu Lector iudicabis. Nunc ad Ouidium redeo, Eos versus varie legi video, nam sunt, qui sic velint:

Et qua nescierim, melius ne age quæritur herbis,
Mobilis & forma conciliandus amor. Alii sic:
Melius mage quæritur herbis,
Moribus & forma conciliandus amor.

Romani codices ita habent:

Et qua nescierim melius, male quæritur herbis,
Moribus & forma conciliandus amor.

Ex quibus Lectionibus, cum nullus idoneus sensus colligatur, sic putarim:

Et qua nescierim, Magicis male quæritur herbis:
Moribus & forma conciliandus amor.

Eiusdem ex epistola Didonis, Inque loco regis sceptra quæ sacra tenes.

CAPVT II.

HOc ita exponitur ab interpretibus, vt dictio illa *sacra* epitheton sit *sceptri*, eo quod *sceptrum* proprium Iouis sit, & idem regum insigne, qui Iouis nobis personam repræsentant, vt in hymnis canit Callimachus, sed si ita sumitur, proiicienda erit particula vna e duobus indeclinabilibus: illud magis placet, vt *sacra* sit nomen substantiuum pro diuinorum administratione. Scimus enim tradente Seruio & Cicerone maiorem fuisse consuetudinem, vt Rex esset etiam Sacerdos & Pontifex, & curam gereret sacrorum, quod patet ex 3. libro Æneidos. & 13. Metamorphoseon, de Rege Anio. Dido igitur cum sciret Æneam diuinorum mysteriorum cura plurimum capi, non solum regnum illi offert, sed etiam sacra, quod non respicientes, quidam sacrata emendarunt.

Defensus a Calumnia Ouidius, & expositus eiusdem ex Hypermestra versus.

CAPVT III.

Quæ tibi caussa fuga quid Io freta longa pererras?

TIbulli Commentator ita hoc interpretatur, vt mirari se dicat correptam a Poeta syllabam, cum constet *Io* vocem ouantis breuem esse, nomen vero puellæ semper produci, quod fugientes quidam nõ dubitarant, sic deprauare, *quid in freta longa pererras?* ego vero non lætantis, sed mœrentis hic vocem esse puto, vt in 4. fastorum libro:

Illa quidem clamabat Io, carissima mater
Aufferor.

Et apud Tibullum:

Vror Io, Remoue scæua puella faces.

& Claudianum in 2. lib. *de raptu Proserpinæ, Mater Io*, sed & Sophoclæus Philoctetes identidem saucius clamat, *Io, Io.* Quod ita decet Puellæ miserationem, vt nullum verbum magis accommodatum excogitari queat. Si vero placet ad ipsam *Io* referre, dicemus Ouidium vsurpasse licentiam, quæ conceditur Poetis in syllabis, vt in Ibin.

Quæ memor a sacris, nunc quoq; pellit Io.
Eiusdem enarratus locus in Heroidibus ex Hermione.

CAPVT IIII.

QVa duo porrectus longe freta distinet Isthmos,
Vecta peregrinis Hippodamia rotis.

Non importunum exemplum est, vt existimauit Volscus, nam & si *Hippodamia* non fuit e genere Tantaleo, cessit tamen in illius genus: & id agit Hermione, vt ostendat hoc infortunium commune fuisse omnibus Tantali genus attingentibus, vel in id migrantibus: nemo enim nescit vxorem in potestatem, & genus viri transire, quid sit, quod dixerit: *Hippodamiam vectã peregrinis rotis*, docebunt Ianus Parrhasius & Venetus Egnatius.

Thessienſem

Thespiensem fuisse Narcissum narrato ad id Claudiani loco.

CAPVT V.

Thespias vrbem esse Bœotiæ a Thespio Teuthantis filio, docet Stephanus, Strabo, & in Homeri catalogo Eustathius, vnde Æschylus in tragœdia Agamēnone, *Thespiam, vrbem Teuthrantis* appellauit. hic fuit Cupido ille Praxitelis nobilitatus, vt scribit Pausanias, propter quem Thespiæ vitantur, consecratus a Phryne nobili scorto siue Clyterio, vt placet Straboni. *Thespieum* fuisse Narcissum tradit Lucianus in 2. veridicarum narrationum lib. quod intellexit Claudianus in 2. *de raptu Proserpinæ*, sic de illo canens, *Hunc Helicon genuit.* Nam nomina a vicinitate sumi docet Seruius. Heliconem vero montem esse Bœotiæ Thespiis finitimum, norunt omnes.

Ex 4. Fastorum lib. Sacratusq; Melam Pascua læta boum.

Legendum *Milas & sacrarum.*

CAPVT VI.

QVi *Melam* fluuium esse Siciliæ tradunt, nulla auctoritate nituntur: legendum est, vt nos emendauimus, vt accipiatur de bobus *Solis* sacris, qui fabulabantur in Sicilia: violati demum ab Vlyssis sociis, vt canit Homerus in 12. Odysseæ lib. *Milas* oppidum esse Siciliæ tradunt Suetonius in Augusto, Polybius, Ptolemæus, Plinius & cæteri. Sed audi Senecam 4. naturalium *quæstionum* volumine: *Circa Messanam & Mylas fimo quiddam simile mare profert, feruetq; & æstuat non sine colore fœdo, vnde illic fabulari Solis boues fabula est.* Cuiustei meminit & in Phædone Plato, & his verbis: Appianus, *Mylar & Artesmisy exigua oppida, in quibus Solis boues fuisse memorant & Vlyssis somnium.* Fabulam percurrit & Propertius elegiarum 4.

Lampetiæ, Ithacis verubus mugisse iuuencus,
Pauerat hos Phœbo filia Lampetia.

Erit que *sacrarum* epitheton *boum. Milas* multitudinis numero semper notatur, si libet veritatem sequi, nihil impediet, quando & Thespias & Thespiam supra agnouimus. Sed olim scripsit ad me Thomas Hyparchus Anconitanus, qui cum de loco commentabar, cogitasse Iacobum Constantium de repastinatione expositum, quas pater in fastos emiserat, quarum vnam hanc esse asserebat.

Ex 3. Claudiani de raptu Proserpinæ, si tu sancta Ceres.

CAPVT VII.

HAbeo in manuscripto & castigato exemplari integram lectionem, *si tu salua Ceres*, vt sit sensus, Proserpinæ imploran-
tis a matre suppetias, vt accurrat ni penitus secum perit, & exstincta est, si placet *sancta* ita interpretare, vt dubitet Proserpina de Matris diuinitate, cum non queat filiæ toc supplicis obnoxiæ

præsto esse. Nam quod alii suspicantur *sit una nota Ceres*, abest a veri sensu.

Eiusdem in primo, Nereia glauco Neptunum gremio complectitur Amphitrite.

CAPVT VIII.

HOc ita accipio, vt sit *Amphitrite Nereia*, id est, e numero Nereidum, neq; *glauco* pro maris nuncupatione intelligo, sed epitheton esse volo eius vocis gremio, vt sit viridi sinu, sine alterius verbi intellectus, aut exemplaris immutatione. Inde enim est omnis Plutonis iracundia quod solus e fratribus vitam agit cœlibem. Neq; *descendit ad eorum exempla*, qui se multo inferiores sint.

Sublata menda ex 8. mundanæ historiæ Cap. 12.

CAPVT IX.

INdubitatum exemplum est Nicei nobilis Poetæ Bizantii geniti, qui ex adulterio Æthiopis nata matre mira a ceteris colore differente, ipse in auum degenerauit Æthiopem. Legendum *pycti*, sic enim vocantur a Græcis pugiles, qua dictione vtuntur apud nos Columella & Plinius alibi. Quando Solinus, quem vere Plinii simiam dixeris, vel plagiarium potius (quanquam Domitius dubitauit olim, veter prior vixerit) *pugilem* hunc *Niceum* fuisse, apertissime mõstrat, neque placet eorum emendatio, qui iuxta Solinum, *regenerauit* legẽdum affirmant, quomodo minime regenerare potuerit, quin degenerauerit a matre Cuius verbi expositio Francisci Polyardi est.

Item ex 8. cap. 42. CAPVT X.

EMinem hic aliud, quam Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reiiciẽs. Aut ego fallor, aut ita corrigendum est, vt *alias* non *alios* legamus: iam enim dixerat Plinius, Bucephalum ephippiis, & ornamentis regiis instructum, sessorem alium nullum, quam Alexandrum accipere: superuacuum videtur, cum hoc expresserit rursus inferre, alios passim ab illo reiici solitos. At si *alias* legeris, quod in *primis* verbo tũ ordo expetit, hic erit sensus, vt dicat: quum ipsum, cum nudus equi sonem, & alies pateretur, nunquam sustinuisse, vt ab ipso Alexandro ascenderetur: cum vero regie ornatus erat, tum il ũ sessorem patiebatur, *alias* autem, id est, *aliter*, hoc est, sine regio cultu, passim reiiciebat, & sic mira designabitur equi natura, qui cum nudus & priuati hominis ornatu alios non grauaretur, Alexandrũ non nisi regie stratus ferebat, tanquam indecens iudicaret, tantum regem, alio, quã regio apparatu excipi. Hanc emendationem meam laudarunt mihi plerique docti.

Emendatus Hyginus in Arctophylace.

CAPVT XI.

HErmippus qui de syderibus scripsit, ait Cererem cum Iasione latuisse cum filio concubuisse. Lege sic. *Cererem cum Iasione, Eleusine filio concubuisse.* Nam hic *Iasion*, de quo loquitur nunc Hyginus, filius fuit

fuit *Electra*, Dardani pater, vt scribit Diodorus Siculus in vlt. lib. Nec te moueat, quod Iasius a Diodoro nuncupatur: siquidem indifferenter & Iasius, & Iasion pro eodem a Poetis enuntiatur, vt Androgeus & Androgeon, Leucus, & Leucon. Hesiodus in Theogonia & Naso in 3. amorum *Iasion* nominant: In 9. Metamorph. *Iasiona* vocauit: *Queritur canescere mitis Iasiona Ceres.* Et Homerus in 5 Odyssex, & Theocritus in 4 Idyllio, & idem Hyginus insigno geminorum, vt minime audiendi sint, qui *Iasonem* agnoscunt.

Correptus Martialis lib. 4. Epsgrammaton in verbo Pondero.

CAPVT XII.

POndero, peto, cano, ludo, lauo, cœno, quiesco: Lege *Prandeo*, quod cominus tacendum fuerat, quod vbique codicum hæc lectio inualuit.

Non putandum per initia statim Æneidos: Lauinaque venit littora.

CAPVT XIII.

HErmolaus Barbarus in 3 Plinianarū castigationum volumine, *Laumia* in vetustis Vergil. codicibus scriptum inueniri attestatur, quod & Silium in primo Punicorum secutum tradit,

Sceptraq; fundauit victor Laumia Teucri. Ego nihil immuto, quando & Quintilianus in 11. & Aulus Gellius in 10. non aliter locum citent: Sed & Propertius in 2. Elegiarum lib. dubium non reliquit sic de ipso Verg. quem de facie potuit noscere canens,

Qui nunc Æneæ Troiani suscitat arma,
iactaq; Laumiæ mania littoribus.

Adest & locorum ratio, quam Hermolaus non improbat. Hanc lectionem secutus est olim, me mōstrante Ioannes Franciscus Camænus Perusinus, dum in pulcerrimo illo Anconitano portu de literis differentes spatiaremus.

Expositum in 8 Iuuenalis Satyra.

Non qua ventojo conducta sub aere texit.

CAPVT XIV.

Sub aere: sub dio exponitur a Britannico, sed ego *sub atrio* crediderim, in quo textrina habebant prisci. Ascanius: *Telas, quas ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt.* Hoc idem leges apud Homerum, De *Atrio* sic scribit Sextus Pompeius: *Atriū proprie est genus ædificii ante ædem, continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto aqua descendit.* Alii de *Tarquinii aggere* suspicantur, quod nulla auctoritas fulcit.

Monstratum, Aulum Gellium, Romanum fuisse.

CAPVT XV.

REtulit mihi olim L. Federicus Turcella, quicum libenter ego de literis cōmentabar, Christophorum Pierium Gigantem in ea fuisse opinione, vt Gellii, noctium Atticarū auctorem, Gallū crediderit: in cuius sententiā ego quoq; aliquādo iui, nō sine multorū

elegantium hominum assensu: propter ea verba ex libr. 2. *Nostri namq; Galli ventum ex sua terra flantem, quem saluissimum putant, Circium appellant.* Nam eo modo *nostri Galli* dictum videbatur, quo apud Martialem: *Nostraq; laus Hispania:* Et Claudianum. *Nostro cognite Nilo.* Nunc autem secus sentio, eumque Romanum puto, nec tantum hominem Transalpino concedendum existimo: Quod sedulo lectori ex ipsis noctibus non vno in loco aperte dabitur cognoscere. Illud vero quod suspicionem hucusque attulit, nihil ad Dionysum: nam ea verba sunt Fauorini, vt diligenter aspicienti patebit. Fauorinum fuisse Gallum ex Arelate, docet Philostratus. Scribit de illo Ælianus, quod mirãtibus proximis, quod in disputatione quadam Adriano cessisset, *Nonne,* inquit, *eadem ei qui 20. habet legiones? Circius,* vt tradit Plinius in Narbonensi fiat Gallia, vbi & Arelate est.

Legendum apud Verg. Humentia circum littora, non Hymetia, ex lib. 7.

CAPVT XVI.

IBat & Hippolyti proles pulcerrima bello,
Virbius insignem quem mater Aritia misit,
Eductum Egeria lucis, humentia circum,

Littora. Sic legendum non *hymetia* quod neq; syllabæ ratio, neque loci situs patitur. Hoc non fuit prætereundum, propter deprauatos codiceis.

Enarratum apud Iuuenalem in 4. Satyra.

Iam quartanam sperantibus ægris,
Stridebat deformis Hyems.

CAPVT XVII.

Sperantibus pro *timẽtibus*, per acyrologiam accipiũt omnes: sed dicant mihi quæso, qui cotidiana & continua laborant febri, quid habẽt q̃ vlterius formidẽt? Cum ægotantes & assidua valetudine laborantes nihil timere soleant, quod intensiore illos dolore affecturum sit, præcipue si æstiuum tempus euaserint & iam hyems aduentet: quamobrem malim exponere *sperantibus*, genuina & propria verbi significatione. Scimus enim scriptũ esse a Celso, *quartanam neminem iugulare, & plerumq; fieri vt ægrotantes capiant febrim, quam cotidie patiuntur in quartanam commutari.* Itaque autũnali præsertim tempore sperant, quo fit febrium commutatio, hoc ego censeo; suam quisq; sequatur mentem.

Perpensum apud eundem: Vos Anguilla manet longa cognata Colubra, ex satyra 5.

CAPVT XVIII.

OStendit mihi olim Theophilus Caballinus Sentinas codicẽ, qui fuit Bessarionis perlatus illuc forsan a Nicolao Perotto: *Cognata similis exponi possit*: vt dicat in derisum Cœnipetarum apponi illis anguillas serpentib. similes, quas si eis cõtuleris nequeas secernere, anguis ne sit, an piscis. nam quod putãt quidã *Anguillam*

cum

cum serpentibus coire, & interpetrantur *cognata*, eiusdē generis, auctores nō habēt: neq; villū e vulgo adhuc inueni: q. hoc existimarit.

Enarratus Martialis in 10. CAPVT XIX.

SCribere te quæ vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus quid rogo Sexte iuuat?

De *Modesto* Iureconsulto intelligit Domitius. Sed cum *Domestinē* non *Modestum* legamus clarum iuris interpetrem, placet, vt de *Iulio Modesto* celeberrimo Grammatico dictum accipiatur qui libertus fuit Iulii Phigini, vt tradit Tranquillus. Hunc Gellius, quod nō nihil ad locum facit, *confusas quæstiones dicit scripsisse*. De hoc certe accipi debet, quando & *Clarantus* Grammaticus fuit.

Sisaponem in secunda Philippica non esse Antonii villam.

CAPVT XX.

QVid erat in terris vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Misenum? Quod cum sociis tanquam Sisaponem tenebas, non placet hic *Sisaponem* Antonii villam accipere, cum nusquam legamus nomen fuisse prædii. *Sisapones* duæ sunt in Hispania Lusitania, vetus, & noua. Scribit Plin. *in Sisaponensi regione celeberrimū triticum prouenire*. Expositionē hanc nostram cōprobat Raphael Volaterranus.

In eadem Philippica locus alter.

CAPVT XXI.

CVm caligis & lacerna cucurristi. Lege cum Gellio *Gallicis* ex 13. noctiū Atticarū, quod boni interpetris fuerat retulisse. Quid autem *Gallica* proprie sint ab eodem explicatum habes.

Emendatus Plauti versus in Bœotia.

CAPVT XXII.

EX Plautinissimis illis versibus, qui apud Gellium leguntur lib. 3. hic mihi non sine mendacio videtur, *Vbi vbi isti monebat esse, nisi cum nihil erat*, Exponere enim videatur cum sensus, tum verba subsequentia, vt *nolebat* reponatur, tametsi & veteres, & qui nuper emendatissimi prodiisse iudicantur codices, cōtra habeant.

Declaratum Penelopes etymon.

CAPVT XXIII.

NOnnulli e Gramaticis ætatis nostræ a lanificio *Penelopem* cognominatam cōtendunt. Nam Græci fusum vocant, quo volvitur subtegmen: Magis placet, quod a recentissimis traditur auctoribus, scribentibus *Penelopem*, cum prius Arnæa diceretur expositam a parentibus Icario. s. & Peribœa ab eiusdem nominis auibus educatam. A Pindari interprete dissentit Didymus, scribens id incommodi a Nauplio tulisse, Diomedis mortem vlciscente, & a *Penelopibus* seruatam, nomen quoque meruisse. *Penelopes* ex accipitrum siue Anserum genere memorat, cum Plinius & Aristoteles, tum Comicus Aristophanes.

Nix purpurea, quæ sit in elegia, qua Mecœnatis obitus deploratur.

CAPVT XXIV.

Brachia purpurea candidiora nius, non desunt qui *purpureum nium* pulcrum accipiant, quo modo & Horatius *purpureos olores* dixit. Sed cum Plutarchus in Alexandro duplicem faciat purpuræ speciem, rubram scil. & albam, non absurdum erit candidam assumere: nisi quis *perpura* malit legere, quod non displicet.

Restituta pristinæ lectioni verba Hieronymi contra Iouinianum.

CAPVT XXV.

Chalcodecus quoq; illa filia Ieo virgo perpetuam pestilentiam patriæ scribitur spontanea morte soluisse. Legendum sic, *Chalcæcum quoq; illa filia Cleonis virgo, perpetuam pestilentiam patriæ scribitur spontanea morte soluisse.* Nam cum longa peste Lacedæmonii vexarentur, Respondit Apollo, finem mali inuenturos si virginem generosam immolassent, cum sors obrigisset *Helenæ* cognomēto *Chalcæci* (quod & Palladis est) se morti obtulit & patriam liberauit. Pars huius historiæ habetur in paralelis Plutarchi, pars apud Pausaniā in rebus Peloponnesiacis, locum mihi monstrauit Catanæus.

Inuit. Epistolarum familiarum Ciceronis enarratus locus.

CAPVT XXVI.

Demetrius iste nunquam omnino Phalereus fuit, sed nunc plane Bellienus est: sunt qui *Bellianus* legendum putent, quod, is (vt legimus in Epistola Cœlii) verna fuit Demetrii: vt sensus sit Ciceronis, Demetrium hunc, qui Phalereus videri optabat, nihil differe a seruo suo. Verba Cœlii sunt ista: *A deo quod in te inclyte in armis tunc neque de magna caussa Bellienus, verna Demetrii, quibi cum præsidio erat, Domitium quendam nobilem illic cœptis comprehendit, & strangulauit. De L.* Bellieno, qui auunculus fuit Catilinę, meminit Asconius Pedianus. Ego nihil immuto, sed a *bile* deductum verbū existimo quod esset iracundus. De hoc Demetrio, plura Plutarchus in Pompeio.

Sublata menda ex digestis de Ædilitio edicto.

CAPVT XXVII.

Quæritum est An balbus, & blesus, & antripus, isque qui tardius loquitur & varrus, & varicus sanus sit: & opinor eos esse sanos. Si quis locum diligenter examinauerit inspiciet legendum esse, *traulus*, pro eo quod est *tripus*. Ita enim vocantur a Græcis, qui deficiunt in enuntiando proferendoq;, r. elementum, quod Physici ex humiditate linguæ putant accidere.

Emendatus versus Papinii Statii in Syluis.

CAPVT XXVIII.

Qua super impositi moles gemmata colossi,
Stat latium complexa forum?

Lege. *Qua superi impositi moles gemmata Colossi, stat Latium complexa forum?* Sed de Papinii nodis, plura dicemus in secunda Centuria.

Ex

Exprima apud Iuuenalem Satyra: *Nota magis nulli domus est sua, quam mihi lucus Martis.*

CAPVT XXIX.

NOn improbantur mihi, quæ in hoc loco scribunt commentatores. sed quia Ioannes Baptist. Blautius nouã addit lectionem, qua Martis cum Venere adulterium monstratur, age si placet tertiam agnoscę, ea est, vt vna dũtaxat addita literula, *luctus* legatur, vt exprimatur per id bellum Troianum, quod scripsit Nero, & obiter lanciner scæuissimum Imperatorem, qui non dubitarit vrbẽ incendere, vt scriberet *Troica*: de quibus cum ipse alibi, tum Seruius. Lucanus etiam, & Troianum & vrbis incendium cecinit, vt irascatur Poeta, hæc quotidie agi. Leges apud Homerũ Iliados 5. Martem a Diomede saucium præ dolore ingentem edidisse eiulatum, quantus nouem decem ve millium hominum pugnam ineuntium esset. Vel ad id referendum, quod Mars ab Oto & Ephialte arctis vinculis alligatus, & in æreã ollam detrusus, graues pertulit cruciatus: sed hæc excitatio sit, non iudicium.

Apud eundem ex eadem Satyra, cum pars Niliaca Plebis, emendandum videri, quam fax.

CAPVT XXX.

HEmistichium hoc eiusdem Poetæ semper mihi mendum subolere visum est, cum laudi potius sit, quam vituperio alicuius maximo conuitio, *Pars Niliaca Plebis* appellare. Neque illud obstiterit, quod *Niliaca Plebis* dixerit: quando & ex Ægypto & ex Plebe maximi viri missi deprehendantur. Adiuuat hoc, & quod sequitur, *cum verna Canopi*. Non enim consectaneum videtur, vt quem Plebis partem dixerat, eundem seruum vocitet. Itaque semper rectius iudicaui, vt *fax* legeretur, quam lectionem confirmãt Poetę verba in 3. Satyra: *Quota portio faecis Achaei*. Apuleius quoque in 8. de asino aureo, despicatissimum signans, *Vnum*, inquit, *de Trivialibus popularium face*. Hoc idem habes de Plinio Medicos Græcos fecem vocantem. *Ne facem quidem, aut insciti am eius turbam arguamus ipsorumque intemperantiam in moribus.* Huc alluserit Callimachus, quo inimicum suum Ibin appellauit. Sensus erit Poetæ, Crispinum non hominem esse, sed vilissimę plebis Ægyptiæ putredinem. Hunc alibi monstrum nuncupauit.

Nunquid Iuuenalis lapsus sit in 11. Satyra.

CAPVT XXXI.

NEque enim loricam poscit Achillis,
Thersites.

Si verum est, quod scribit Quintus, hunc alapæ ictu ab Achille interemtum, armorum certamini interesse non potuit. Dicemus, ergo vel memoriola lapsum Poetã (quod & Suidę & aliis nõ paucis quoqi contigit) vel historiã variasse, vel Thersitę ipsum referente.

Nam qui hunc ab Vlysse intersectum tradunt sceptri verbere, Homerum non legerunt. Hic Quintus, quem Græci Cointum vocãt. Poeta fuit Romanus, successitq; Homero in cõsummanda Iliade, eodem carmine, atq; eadem lingua eius imitatus Rhapsodiam, admodum adolescens. Hunc multo tempore cunctis ignotum e situ puluereo protulit Bessarion Nicæus, vt legimus in Græca Grammatica Constantini Lascaris. de commentatione hac nostra inuenies apud Vallam pusillum quiddam.

Nunquid Solinus & alii errarint in denominatione Neapolis.

CAPVT XXXII.

SCribit Solinus, cumq; Solino plerique e recentioribus, *Parthenopem*, Neapolim ab Augusto nominatam, quod verum esse non sinit Cicero, qui cum sæpe alibi tum in familiaribus epistolis Neapolitanorum meminit. Magis probandus Strabo, cuius hæc verba sunt: *Post Dicæarchiam quidem Neapolis est Cumanorũ, Posita vero & Chalcidenses incoluerunt & ex Pithecusis Athenisq; venientes, vnde & noua ciuitas, id est, Neapolis appellata.* Solinum hinc deceptum existimo, quod legerat *Philippos* Macedoniæ vrbem, quæ prius *Crenides* vocata est (vt scribit Artemidorus in Epitome 10. ciuitatum) Neapolim ab Augusto vocatam, victo ibi Bruto. Nam plures fuerunt huius nominis vrbes.

Expositus Aristot. in 9. de natura animal.

CAPVT XXXIII.

LOquens Aristoteles de *Morphno* tertio Aquilæ genere, quam & *Percnon*, id est Næuiam (vt vertit Theodorus) vocat, scribit de illa meminisse & Homerum, *in exitu Priami. In exitu*, accipe in egressu ex Ilio ad Achillem. Homeri verba Latina adposui propter impressores: *Statim Aquilam misit, perfectissimam volucrũ Morphnon venatricem, quam vocant ettam Percnõ.* Subiicit deinde Homerus, *quod illa Aquila Augurium Priamo fecit apertiũ alis admodũ valuarum alicuius Regii cubiculi.* Sed hoc illis scribitur, qui propter Græcarum literarum ignorantiam, nescíunt Homeri Iliadem viuo adhuc Priamo claudit.

Ausonius enarratus in verbo Metanœa.

CAPVT XXXIV.

QVæ tibi iuncta comes? dicat tibi dic rogo quæ sis?
Sum Dea cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum Dea quæ facti non facti q; exigo pœnas.

Nempe vt pœniteat sic Metanœa vocor. Hic *Metanœam* plerique *post vidientiam* interpretantur, quod sit idem in sensu cum *Pœnitentia*, astruentes non posse simpliciter *Metanœam* pro pœnitentia accipi, quod hæc vox frequens sit Ciceroni: Illa vero numquam, quo quid dici potest insulsius? ad id referendum est, quod Cicero in libris, qui leguntur de natura Deorum cũ multas nominarit, nullum de hac Ausonii Dea faciat verbum.

In 3. Æneid. *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.*

CAPVT XXXV.

QVoniam Græce ἱερὸς & *sacrum* & *magnum* significat, idcirco Codrus Vrceus *sacram famem*, magnã hic accipi debere scribit. Ego vero cum perspiciam Plinium iis verbis locum digito indicasse: *Vtinam posset e vita in totum abdicari aurum sacra fames, vt celeberrimi auctores dixere, prosciſſum conuitiis ab optimis quibusq; & ad perniciẽ vita repertum*, malo cum Seruio *sacram*, exsecrabile.

Non mutandum Valerii Max. Codicem in primo.

CAPVT XXXVI.

INimicorum conspiratione vrbe pulsus M. Cicero, *cum in villa quadam campi Atinatis diuerteretur. Atinatis* inquit, non *Arpinatu*, quod patet ex ipsius M. Tullii verbis, quæ posita sunt in primo de diuinat. *Venio nunc ad tuum, audiui equidem ex te ipso, sed mihi sæpe noster Saluſtius narrauit, cum in illa fuga nobis gloriosa patria calamitosa, in villa quadam campi Atinatis maneres, magnamq; partem noctis vigilasses, ad lucẽ denique arte, & grauiter dormitare cœpisse*, &c. Iuſerius diffusius eadem omnia habentur, quæ refert Max.

Explicatus Gellius in 9.

CAPVT XXXVII.

ANtiquos Romanorum audio prænomina Patriciorum, *quorundã male de Republica meritorũ, & ob eam causſam capite damnatorum, censuisse, ne cui eius gentis Patritio inderẽtur.* Ne labores diutius in perquirenda historia, audi quæ scribit Sextus Pompeius: *Manlium patritia familia neminẽ vocari licuit post eũ Manlium, qui Gallos a capitolio depulit, quod is regnũ occupare conatus necatusq; est*

Reformatus Asconii Padiani locus.

CAPVT XXXVIII.

CIgnum Vortunij, inquit Asconius, *in vltimo vico thurario est sub basilica angulo flectentibus se ad postremã dexteram partem*, Puto, legendum sic: *flectentib. se ad Rostra ad dexterã partem.* Scimus enim *Rostra* fuisse Romę ante curiam Hostiliam in foro Romano, cui & Basilicæ adiunctæ esse debent. vt tradit Vitruuius in 10. qui se Basilicæ Iuliæ faciendæ præfuisse memorat.

Pensitatus Plinius in 35.

CAPVT XXXIX.

CVm *Aesculapio filia Higia, Aegle, Pane, Calaſſus & Onager.* Hunc Plinii locum ex 35 cap. 40 mundanæ historiæ non sum nescius ab Hermolao emendari, *cum Aesculapio filia Hygia, Aegle, Panacea, Iaso*: Sed cum vox illa *Calaſſus* nescio, quid vlterius petere videatur. Et Suidas *quinque fuisse, Aesculapii ex Epione filias memoret*, ita commode legi posse conjecto, *cum Aesculapio filia Hygia, Aegle, Panacea, Iaso, Acheso.*

In 80. Seneca Epistola sciamachiam legendum videri pro quod est Sceromachiam.

CAPVT XL.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco, sed spectaculi, quod omnes molestos ad speromachiam auocauit. Puto emendandũ *sciamachiam*, Eã est (vt late docet Politianus) umbratilis pugna ex duabus vocibus Græcis facta dictione, Latine licebit vertere *inanem pugnæ meditationem*, quali Romana iuuentus exercebatur. Titus Ianus, Marius Grimaldus Anconitanus ita legit, *ad se Naumachia aduocauit.*

Eiusdem ex primo de beneficiis sublatus nævus alter.

CAPVT XLI.

DE Gratiis loquens idem Seneca sic scribit: *Inueniam alium Poetam, apud quem prætexantur, & spissis aut phisianis prodeant* Vetus codex, qui fuit Antonii Philaritæ Forolemproniensis, pro eo quod legitur *Phisianis, phacasiis* habet, integra (vt puto) & incorrupta lectione. Sunt enim *Phacasia* e genere calceamentorum, vt ostendit hic idem Annæus: *Pythagoricus quidam emerat a sutore phacasia.* Inde *phacasiati* cum Dii tum sacerdotes. De Diis meminit Iuuenalis, quamuis aliqui malint hic *Asianorum* apud Satyrũ. Philelphus putabat *phacaeton* rusticum calciamentũ. Pro eo q̃ est *spissis*, nõ incongrue *spathalis* reponetur. Est enim *spathalium* ornamentũ muliebre, Plinio, Plauto, & aliis nonnullis a σπαθάω, q̃ est delitior, vel a *Spathale Nympha* vt existimauit Hermol.

Non lapsum Ciceronem in primo libro epistolarum familiarum.

CAPVT XLII.

NAm illo si veneris, tamquam Vlysses, cognosces tuorum neminẽ. Sunt qui Ciceronem taxent in his verbis tamquam Homericæ historiæ parum memorem, apud quem legimus Vlyssem sub peregrini habitu Ithacam reuersum suos quidem cognouisse, omneis ipsum vero cunctos latuisse, præter Argum canem, & Euryclia nutricem. Ego vt certo scio M. Tullium virum in literis vnicũ vulgatissimã tenuisse historiã, sic etiã contenderim, illum aliunde commentũ hoc accepisse, quando in plerisq; aliis Romanos secutus annales & auctores, diuersa a cõmuni opinione tradiderit, quale interim sit illud de *Absyrto fratre*, quẽ & *Ægialeum* vocat ex Pacuuio. Verba apposui ex 3. lib. de natur. deor. *Quid huius Absyrto fratri, qui est apud Pacuuium Ægialeus?* Sed illud nomen veterum literis vsitatius, & de *Coriolani morte*, quem Atticus scripserat pari obitu cum Themistocle periisse, de cuius nece diuersa a Thucydide Clitarchus & Stratocles prodiderunt, vt habetur effusius in lib. de claris oratorib. Potuit id Cicero ex Liuii antiquissimi Poetæ Odyssea sumsisse, ex qua & Gellius quãdoq; testimoniũ citat, quãdo & Cęcilius ex Menandro & alii ex aliis sumentes, multa addant, quæ in Græcis codicibus nõ legantur, & multa quæ leguntur secus vertant,

vertant, quod apparet in Maronis poemate, & in plerisq; aliis. Cicero certe in eo, quod dixi de claris oratoribus sic scribit: *Nam & Odyssea Latina est. Quid quod, eodē auctore, concessum est auctoribus emētiri in historiis, vt aliquid dicere possint argutius.* Hæc nos aduersus Ciceromastigas, quibus plura, addidissem, sed volui aliis relinquere, quo facundiæ parenti patrocinium ferrent.

Defensus a Calumnia Cicero.

CAPVT XLIII.

ILlud quoq; nonnulli ad Ciceronē pertinere arbitrantur, ꝙ legatur apud Homer. in 21. Iliados Achillem vrbis expugnatorē dici: Αὐτὰρ ὃν ὡς ἐνόησεν Ἀχιλλῆα πτολίπορθον. *Sed postquā cognouit Achillē vrbis expugnatorē*, propter illa ad Plancū verba in 10. lib. epistol. *Tu contexes extrema cū primis, qui enim M. Antoniū oppresserit, is bellū confecerit.* Itaq; Homerus nō Aiacē, nec Achillē, sed Vlyssem appellauit πτολίπορθον. Poterā ego Ciceronem a calumnia defendere, quomodo Asconius Pedianus Luciliū: nā semel vicinū est at pene nunq; sed id cū istis vitilitigatoribus vsurpare nolo. Illud itaq; placet, vt dicamus, Ciceronem consulto omisisse de Achille, vt planius Plancū retineret, ac tum demū se verā gloriā adeptū putaret, cum oppresso & ꝓfligato Antonio, patriæ numq̄ defuisse iudicaretur: alia, quæ in illā diē gessisset, nō satis illi fore ad libertatis assertoris nomē & Reipub vindicē, vt neq; Aiaci neq; Achilli p̄clara in bello gesta *expugnatoris vrbis* nomē vindicarūt, ꝙ postremo, quo Troia capta est, anno morte p̄uenti ꝓ re Græcorū non laborarunt, ꝙ eo indulgentius sibi faciendū putauit Cicero, ꝙ de Aiace nunquā de Achille semel, de Vlysse frequētius legerat, volebatq; quoquo modo poterat de Achille Plancū nō reminisci, ne id illi iā in deterius declinanti, caussam p̄staret alienationis a Repub. Tu vero lector, si potes validiora cogita, ne obiiciatur Ciceroni (a quo eloquētia insignimur) μνημονικὸν ἁμάρτημα, ꝙ longe grauius sit quam Euposim, pro Aristophane profuiue aut Agamemnonem pro Vlysse.

Ex Iuuenalis Satyra 6 Et nigrum Flauo crinem abscondente Galero: aliter enarrandum quam vulgo exponatur.

CAPVT XLIV.

GAlerus pręter notū capitis tegmentū sumitur interdū pro *capillamēto* hoc est, adulterina appositītia & aliena coma. Trāquillus in Nerone; *Post crepusculū statim arrepto pileo, vel Galero popinas inibat.* Idem alibi: *Galericulo capiti propter raritatē capillorū, adoptato & annexo:* Et hoc sensu accipiendum est hic, cū superius de *cucullis* p̄missa mentio sit, quibus cooperiisse sibi caput Messalinā intelligo. Adiuuat hoc & epitheton illud *Flauo* ꝙ vt pileo nō conuenit, & fugienti nosci, ita comę quadrat, vt nullum magis, cū (auctore Seruio) *impudicæ mulieris flaua sit coma, castæ vero nigra.* quod ne agnosceretur Messalina in coitu, adulterino crine, & meretricio texerat, quamquā Naso in fastis ab obseruatione illa Seruii recessit, sic de Lucretia canens.

Forma placet niueusque color flauique capilli. Sed hoc postremum ab aliis ante nos animaduersum est, ne interim quenquam inuentis suis priuemus.

Patauinitas in Tito Liuio reprehensa qua esse videatur.

CAPVT XLV.

Patauinitatem quam Asinius Pollio in Titi Liuii oratione inesse putabat, sic accipit Fabius Quintil lib. 8. vt idem reprehensum nitidissimum historicum videatur astruere, quod plerumq; peregrina & externa illius redoleat oratio. *Quare*, inquit, *si fieri potest, & verba omnia, & vox huius alumnum vrbis oleant, vt oratio Romana plane videatur, non ciuitate donata.* At qui si res ita se habet: vt ad optimam, & omnibus cõstantem numeris orationẽ, requiratur etiã, quod opus est in vrbe nasci, ne quod Theophrasto Athenis, aliis quoq; Romæ peregrini & hospitis nomẽ obiiciatur, Dicemus in ipso quoq; M. Tullio Arpinitatem inesse. Sed cum sciamus Liuiũ, ipsum eloquentiæ parentem Ciceronẽ omnibus ptulisse, quod datur, intelligi ex eius ad filiũ epistola, in qua hortatur illum, vt M. Tullium vel eius quã similissimos imitetur, & eum esse nitore Liuianæ historiæ perspiciamus, vt nihil non Romanã redoleat orationẽ, aliud certe significare voluisse Asinium Pollionẽ per *Patauinitatem* astruemus, cũ nullum legatur in Liuio verbum nisi probum, & vere Romanum. Nam quod Franciscus Philelphus in familiari scribit epistola, eam esse in Liuio *Patauinitatem* a Pollione taxatam, quod plerumque neglexerit sequi vulgare genus orationis, & se communis sensus consuetudini minus accommodarit, non sequor, sed illud Asinium innuisse suspicor, quod cum placeret sibi breuissimus dicendi modus, & nihil probaret, quod pluribus explicetur & lacteam vbertatem in Liuio intueretur, offensus ea (vtpote ingenio suo Laconismum appetenti satis minime facienti) taxauit in illo Patauinitatem, quando in hodiernum viq; diem Patauini male audiant de effusiore quadã sermonis prolixitate, quibus hunc tradunt esse in loquendo morem, vt semper ab ouo exordiantur, vt & in Pergomatibus ineptitudinem orationis audimus. Hanc igitur docendi copiam exosam habens Pollio, & volens (vt illius mordacissimum fuit ingenium) in historicorum principe aliquid cauillari, cum Patauinæ vrbis in loquendo morem teneret, nihil aliud habens, quod reprehenderet, obiecit in eius oratione Patauinitatem inesse. Quomodo enim Liuio indulsisset Pollio, præcipue historias taxans, qui ne Ciceroni quidem ipsi, & eius synchrono Salustio pepcerat? Illud interim citra maledicentiam dictum velit inesse interdum (quod vitium iudicabat Pollio) in Tito Liuio multa, quæ sine historiæ damno minus vbertim plerique exprimi posse existimant. Hanc ego opinionem, non manteium videri volo (quoque Caligula *verbosum Liuium appellabat*) vt scribit Tranquillus.

In Sene-

In Seneca Epistola 108. *emendatum Ennii Carmen.*

CAPVT XLVI.

APud Ciceronem in his ipsis de Republica, hoc Epigramma est.
Nisi faciendo plagas, cœlestium ascendere cuiq; est.
Mihi soli cœli maxima plaga patet.

Cum cogitarem de reformatione Carminis, indicauit mihi Grimaldus integrum esse apud Lactantium Firmianum lib. 1.

Si fas credendo cœlestia scandere cuique est,
Mi soli cœli maxima porta patet.

Verba sunt Africani apud Ennium. *Mi* pro *mihi* a Græco μοι.

Insciptaq; lintea vadit apud Satyrum ex 8. quem habeat sensum.

CAPVT XLVII.

Damasyppus ad illos
Thermarum calices, insciptaq; lintea vadit.

Hic *lintea* pro *sudariis* exponunt interpretes, quę cum picta essent quasi inscripta videbantur, quem sensum vt non penitus damno, ita illud magis placet, vt per *lintea inscripta*, scortum ipsum in thermis prostans intelligat, vt duo taxet in Damasippo, & quod Thermas popinasque adiret potationis gratia, & ibidem Phryne oblectaretur. *Inscripta* enim proprie ea dicuntur, quæ titulum ostentant. Meretricum autem cellæ, quibus plerumque, vela prætenduntur, inscriptiones & prostantium nomina gerebant. Martialis.

Intrasti, quoties inscripta limina cella. Iuuenalis alibi.
Titulum mentita Lycisca. Seneca:

In communi loco stetisti: suppositus est cellæ tuæ Titulus: venientem recepisti. Item, *Nomen tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti.* Idem Seneca: *Deducta es in lupanar, accepisti locum, pretium constitutum, titulus inscriptus.*

Ex præposterо apud Iuuenalem versu, Satyra prima verum confundi sensum.

CAPVT XLVIII.

POne Tigillinum tæda lucebis in illa,
Qua stantes ardent & latum media sulcum deducit harena.

Horum versuum postremum existimo nō positum suo ordine, sed inuersum, debereque statim sequi post id, *gentilibus plumis*, hac serie:

Qui dedit ergo tribus, patribus Aconita vehatur,
Pensilibus plumis atq; illinc despiciat nos:
Et latum media sulcum deducat harena.

Vt sit sensus, venificum illum seruorum cœtu stipatum, vnūquemque prosternere, & sulcū quendam efficere e calcatis hominibus, dum incedit in lectica per theatrum, quod & alibi quæritur Poeta, & discimus a Seneca, sine cuius frequenti lectione, necesse est

multa apud hunc ignorari. Illud paulo supra, *cuius non audeo dicere nomen*: lege, *cuius nunc audeo dicere nomen*. Sed hoc audio excogitasse etiam Iacobum Constantium in his, quæ in hunc ipsum parturiebat, Poetam.

In eadem eiusdem Satyra enarratus locus alter.

CAPVT XLIX.

ACque Triumphales, inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius, aut arabarches,
Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

Omnes de Crispino intelligunt, sed cum nulla exstet historia, quæ doceat, illum Romæ statuam meruisse & Crispinum ad maiorem contemtum frequentius proprio nomine notet Poeta, placet vt de Iosepho intelligatur, seu mauis tu, Ioseppo. Hic, vt scribit Hieronymus, a Vespasiano captus cum Tito filio eius relictus est Hierosolymis. Hic Romam veniens septem libros Iudaicæ captiuitatis Imperatoribus Patri filioque obtulit, qui & Bibliothecæ publicæ traditi sunt, & ob hoc ingenii gloriam statuam quoque meruit Romæ. Hic est ille Iosephus, qui a Iudeis Dux creatus est ad bellum contra Romanos gerendum captusque in expugnatione Iotaparæ, & ad Vespasianum per Nicanorem ductus de eius imperio prænuntiauit. Historiæ meminit Orosius, Eusebius, & Tranquillus. Hieronymus Græcum Liuium appellat eiusque recenset vigilias. Vt de hoc intelligam, vel illud persuadet, quod vbique Iuuenalis diuinaculos istos insectatur. Bene dubitat Poeta de illius natione, vt maior oriatur indignatio, dum in ambiguo est Ægyptius ne sit, an Arabs, qui Iudæas erat, a vicinitate locorum sumta denominatione. Vox illa *Arabarches*, hunc certe designat, præfecturam illam indicans, de qua supra, non sine classis labe, qui molles & effœminatos, imbellesque exercitus duxerit, indignatur Poeta, quod victus, & captiuus Iosephus, ausus fuerit erigere sibi triumphalem statuam, vt quod Hieronymus virtuti & ingenio dat, hic fortunæ & diuinationi tribuat. Ea forma dictum est *triumphales*, qua supra *Heracleas* & *Diomedeas*, vt non necessario faciant, qui codicem inuertentes *Herculeas res* contendunt.

Iynga eandem videri, quæ sit σεισοπύγια.

CAPVT X.

THeocriti interpres, & Græci dictionarii auctor eandem esse scribunt iyngen, quæ sit σεισοπύγια. Ioannes Baptista Pius distinguit vt iynx sit, quam verticillam Latine nuncupamus. σεισοπύγια vero motacilla: addo Suidæ verba, vt vel errantibus patrocinetur, vel cum illis errare deprehendatur ἰυγξ τὸ ὄρνεον τὸ λεγόμενον.

Ex 11. apud Iuuenalem, quo Lacedæmonium Pedemate lubricat orbem.

CAPVT LI.

NOn nostri pudoris est, quod sequitur, tamen vt rem Latinam

iuuenis

inuenus, non pigebit & quod ego sentiam explanare, *Popysmate* legendum puto, vt sumatur pro sibilo, qui in re obscœna fieri cõsueuit iuxta illud Martialis:

Qui ridere potest fatui popysmata cunni.

Per *orbem Lacedæmonium* pręposteram Venerem accipio. Nam primi Lacedæmonii, vt refert Thucydides corpora ad Athleticam nudarunt, & oleo vnxerunt, cum olim etiam in Olympia subligaculis pugnando Athletę vterentur. Hinc libido in pueros exarsit, vt tradit Cicero, de quorum corruptela & stupris, sæpius quæritur Poeta. *Orbem* metaphorice podicem accipe a circuitu: vt etiam *corona*, quod & alibi meminit me legere. Verbum illum *lubricat* rem certe obscœnam ostendit. Hoc meum Commentum non prius lector subsannabis aut reiicies, quam diligentissime rem totam examinabis.

Qua videatur ea Dea Plinio in 28. quam nominare sub tecto est religio.

CAPVT LII.

QVæ fierat olim a me per Epistolam Ilioneus Venturellus Carticetanus municeps meus, quam putaret tertiam illam Deã in omnimoda Plinii historia, *quam nominare sub tecto est religio*? respondi ad hunc modum, Plinianam Deam, de qua quæris: si te nihil mouit recens auctor. *Fortunam* esse dices *caluam* cum Antonio Constantio, quod ipsum ex præscriptis supra a Plinio verbis datur coniicere, si iolerter inspicies. Vale.

Apud Iuuenalem quaq; salutato crepitat concordia Nido.

CAPVT LIII.

IN promtu est omnibus, quid Politianus & ceteri in hoc Iuuenalis versiculo opinentur nuper, commentariis sententiam teneat. *Ædem* igitur *concordiæ* in curia fuisse, & ibi aliquãdo Senatum haberi solitum, testantur Lampridius & Varro. Simpliciter ergo accipiendum erit, vt dicat libertinus nobiliores Romanos subiannant coitu concordiam, ad quam accedentes Senatores consultationis gratia, tantum inter se strepant: vt *nidus* pro *tecto* in modum nidi formicato fumatur, siue pro domicilio ipsius Ædis, & *crepitat* irrisiue referatur ad ipsos patres, qui ingredientes, regredientesque & multa inuicem obloquentes strepentesque in causa erant, vt tota Ædes crepitaret, introeuntium exeuntium que pedibus pressa, & dum alter alteri in subsellijs cedunt, salutantes cum Templum ipsum, tum assantes Patres. Est quandoque legere apud M. Tullium *exortum in Senatu strepitum*. Hinc libertini Horatio Satyrica mordacitate lita.

Cossutiana Taberna apud Ciceronẽ in Epist. famil. calce qua videãtur.

CAPVT LIV.

NAm ifti duo vix sunt digni quib. alteri fundamẽta credas. Cesenã alteri *Cossutianarũ tabernarũ*, puto intelligi de *tribus tabernis*

quæ erant in via Appia non procul Antio, quarum Cicero libro 2. ad Atticum ter meminit, dicique *Cossutianos* a Cossutio ciue Romano nobili architecto, de quo Vitruuius in præfatione libri 7. Dixit autem *fundamenta*, vel quia in his plurimum excellebant vel a parte totum, quoniam optime iactis fundamentis cetera facilius superstruuntur. Audio esse, qui auctores habeant hasce tabernas esse in togata Gallia, quod equidem non possem non probare, si testimonii ancora fulgiatur, nam quod opinantur quidam de *Conso Deo* & emendandum Codicem censent, somnium est.

Sublata menda ex Eusebii Pamphili libro 5. de Euangelica præparatione.

CAPVT LV.

VBi leges apud Eusebium Pamphilium prope finem quinti libri de *Diomede illo pugile*, scias Codicem deprauatum: non enim *Diomedes* sed *Cleomenes* puro ex Suida & Plutarcho in Romulo, quamquam & Cleomedes apud hunc quoque vocetur: hic fuit Patria Astypaleus, Astypalea, vnde est illud Bythiæ:

Vltimus heroum Cleomenes Astypalæus. Astypalæa autem pluribus in locis redditur. Est enim vna Sporadum, ab Ancæi matre appellata, alia in Co insula, alia in Cretæ medio, quarta in Samo & mons prope Acticam, auctor Stephanus.

Apud eundem, ibidem correptus locus alter.

CAPVT LVI.

IN eodem Eusebio: *Simile quid Loris accidisse fertur*, lege, *Locris*. Quod vero sequitur pugilis nomen, deprauatū crediderim, non enim *Eutycelum* sed *Euchymum* contenderim. De illo multa Pausanias in Eliacis, Ælianus in varia historia, & e nostris Plinius. Hic apud Cæcinam amnem desiit apparere. Eusebius & hic & superius in Cleomene alios videtur habuisse auctores. In aliquibus mihi satis sit rem digito indicasse: malo enim breuitatis quam multiloquii accusari, cum hoc citra fastidium doctorum fieri non possit. *Ihatius*, paulo supra Eusebio non proprium pugilis nomen est sed *Theagenes* indicatur qui (vt docet Suidas) 140. e certaminibus coronas reportauit. Præter hunc Theagenem tres alios, Athenis fuisse refert Suidas diuersis temporibus.

Occultiorem subesse sensum in hoc Iuuenalis Hemistichio ex Satyra 5. dum se continet Auster & quæ sequuntur.

CAPVT LVII.

Byrrhoni murena datur, quæ maxima venit,
Gurgite de Siculo, nam dum se continet Auster,
Dum sedet & siccat madidas in carcere pennas
Contemnunt media temeraria lina carybdim.

Austrum pro quolibet vento poni existimant expositores: at ego crediderim doctissimum Poetam id spectasse, quod Apher scribit Dionysius, notum qui Latine Auster sit in mari maxime Siculo sæ-

ure

uire: nam singulis æquoribus, præcipui quidam assignantur venti vt sensus sit Iuuenalis, piscatores ceteris contentis ventis, vtpote Siculum mare minus turbantibus, Noto tantum terreri, quem nouerit ibi potissimum. Dionysii carmen apposui, vt versum est a Rhemnio Fannio, seu mauis tu cum Politiano Angelo, Prisciano, quod non recipio.

Finibus & propriis exceptant singula ventos
Tyrrhenum Zephyro, Siculum sed tunditur Austro.
Adria succurrens Æoo frangitur Euro.

Eurus ergo erit apud Horatium *arbiter Adriæ* in primo carminum, quod alii non suspicantur.

Nec rabiem Noti.

Quo non arbiter Adriæ maior,
Ponere seu tollere vult freta.

Emendatus simul & expositus Fabius Quintilianus lib. 10.

CAPVT LVIII.

ET Pollionis & Cassii reus aspernatus est. Puto legendum *Asprenas est*: accusatus est enim *Asprenas Nonius* a Cassio Seuero, vt ex his Plinii verbis datur coniici, quæ posita sunt in 35. lib. mundanæ historiæ Cap. 11. *memoria non illa fœdiore, cuius veneno Asprenas tiro Cassium Seuerum accusator obiiciebat interuisse 130. conuiuas.* Historiæ meminit & Tranquillus in Aug. *Cum Asprenas Nonius arctius ei iunctus, causam veneficii accusante Cassio Seuero diceret, consuluit senatū quid officii sui putaret.* De hoc Cassio Seuero meminit Macrobius, Seneca, Tacitus & alibi Fabius. Cuius scripta Senatusconsultis abolita, requiri & esse in manibus lectitarique permisit Caligula, vt a Tranquillo docemur. *Asprenates*, non *Asprenas* pronuntiatur in 6. Controuersiarum ab eo, qui id operis posteris reliquit: non enim Senecam puto, quanquam illius titulo circumferatur. Quod si sequimur, dicemus mendam accidisse ex inuersione liquidę, & lapsu secundæ, in vltimam vocalem: tametsi suboleat deesse adhuc aliquid ad integrum Fabii sensum.

In Priapeis Epigrammatis, vnda Tenedos æquoris-que Regi.

CAPVT LIX.

NOn sum nescius locum bifariam emendari: nam Domitius in eo Iuuenalis versu ex Satyra 6.

Et parua tandem carui esse Scripho: Sic legendum præcepit *vndarum Tenos*, quanquam vrbem non sane magnam habet, verum Neptuni fanum ingens in luco extra muros spectatu dignum, in eo capacissima discumbentium conuiuarū ędificata sunt triclinia. Illud signum est, abundantem finitimorum multitudinem eo conuenire solitam, qui vna Neptuni sacrificia celebrarent. In hac duo olim fuerunt sepulcra Zechi & Calais Boreæ filiorū, quorum alterum patre flante mouebatur, vt refert enarrator A-

pollinii, & fons, cuius aqua vino non misceatur, auctore Athenæo in deipnosophistis. Est altera *Tenus* Laconiæ, vna e centum. Iacobus vero Constantius sic correxit, *vndæ Tænaros æquorisque Regi.* Ea vrbs est Laconiæ Neptuno sacra, vt legimus apud Pindarum. In vulgatam lectionem duabus rationibus aiebat Constantius ferri non posse, cum quod secunda hendecasyllaba sedes tribrachum respuit, tum quod Tenedon Neptuno sacram nullus scribit. De syllaba videant alii: quanquam illud affirmare possum legisse me cum Federico Bentiuolo & Antonio Bonano setinantibus, in vetustissimo codice, qui fuit Nicolai Perotti Antistitis Sipontini & hic, *vndæ Tenedos æquorisque Regi*, & infra: *quædam senior Hectoris parente:* pro eo quod ex Martiale & aliis *serior*, a quibusdam instituitur. Nam quantum ad historiam attinet, hoc deprehendimus, apud Ælianum de varia historia, *Tenedos*, vocata quandoque *Leucophrus*, deinde a *Tenide* puella *Tenedos*, quæ odio nouercæ calumniam apud patrem passa, quod a tibicine compressa fuisset, in peluim ab eodem posita, & fluuio Cydmo permissa, delata est in hanc Insulam, vbi Neptuno tẽplum dicauit, in quod Tibicines ob puellę infamiam ex lege non ingrediuntur. Veritati cõsentaneum est, vt aquis illæsa puella, Neptuno delubrum erexerit.

De Meropum etymo.

CAPVT LX.

VEllem vt qui *Meropes* dici homines tradunt a μερίζω & ὄψ, ꝙ vocem habeant diuisam, id est, quod hic alia, ille alia lingua loquatur, vel diuisam, id est, articulatam, quod soli homini datum est inter animantia: illud quoque adderent, quod refert Hyginus *in signo Aquilæ*, fuisse *Meropen* quempiam ab Iunone demum in Aquilam versum, inter sydera constitutum, qui homines a se *Meropes* appellauit. Est legere aliquoties id nomen apud Homerum pro ipsis mortalibus.

Emendatus Apuleius in 5. & expositus Maro in Bucolicis.

CAPVT LXI.

S*Ed prius inquit, (centies) moriar quam tuo isto dulcissimo connubio caream.* Fuit quãdo *centies* legerim, cum Britanico in his ex 5. *de Asiano Aureo*, ꝙ etsi nunc quoque placet, non tamẽ duxi tacendum, quod vetustissimus seruat codex Ioannis Baptistæ Ægidii septempedani, *sexcenties.* Nam mille, centum, & sexcenta, sępe pro infinito numero accipiũtur: quo modo Bucolicum Maronis carmen intelligendum contendunt, non pauci, quos ego non sequor: *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Nã id ex Theocriti imitatione dictum crediderim, apud quem sic Cyclops, βοτὰ χιλία βόσκαι: *oues mille pasco*, vt integri quoque Seruii habent commentarii.

Et laudant Catuli Iulia templa senes, apud Martialem lib. 5.

CA-

CAPVT LXII.

Iulia templa, Capitolium Domitius accepit ductus eo versu, quī est in 6. de filio Reguli:

Iam clamor centumq; viri densumq; corona
Vulgus & infanti Iulia tecta placent.

Sed hic per *tecta Iulia*, Basilicam Iuliam, in qua cētumuirales causſę agebantur, significari contenderim cum Cantęo, de qua Plinius in Epistolis. *Descenderam in Basilicam Iulium auditurus, quibus proxima comperendinatione respondarem.* Dubitari potest, cur Capitolium templum *Iulium* vocetur, cum auctore Plutarcho in Publicola, neque ędificatum neq; instauratum neque consecratum a Iulio Cæsare constet. Primum enim a Tarquinio Superbo cōstructū, dedicauit Horatius Pulluillus, quod bellis ciuilibus igni consumtum est. Secundum vero instaurauit Sylla, dedicauit Q. Catulus, hoc rursus Vitellianis seditionibus euerso & diruto, tertio Vespasianus de integro opus aggressus perfecit. Hoc rursus incēſo, quartum a Domitiano perfectum consecratumque est. Puto igitur, *Iulium Templum* appellari Capitolium, quasi Romanum dicas, per exochen a *Iulio* Alcanio Romani Imperii auctore iuxta illud lib. 9.

Solus Iulias cum iam vetuisset habenas. Quanquam hic rectius *Iulia* existimem in Domitiani gratiam, & ita scripsisse Martialem crediderim, quo modo & Propertius:

Ducebant macra Iulia sacra boues.

In primo item Syluarum libro apud Papinium Statium, At laterum passus hinc Iulia templa tuetur.

CAPVT LXIII.

Hic quoque *templa Iulia* pro Capitolio sumit Domitius, quod nō placet: nam puto intelligi, de *Ædo Veneris genitricis*, quam construxit Cæsar, vt prius ad Pharsalum vouerat, bellum inturus, auctore Appiano. Huius Ædis meminit & Suetonius in Augusto. *Verum adhibito honoribus modo, bifariam laudatus est per Ædem Diui Iulii a Tiberio.* Et Naso:

Aut vt erunt patres in Iulia templa vocati.

Non mutandum apud Silium Italicum in 8. Punicorum lib. 1.
inuisaque tauro Pasiphae.

CAPVT LXIV.

Hic genus orditur *Minos inuisaque Tauro Pasiphae*, emēdandum putant nonnulli in *Missa*, vel in *mixta*, vt conueniat cum Archetypo Vergiliano:

Suppostaque furto Pasiphae, sed cum non nisi necessario cōdici manus medica adhibenda sit, delegamus apud eundem Maronem in Bucolicis, tautum Pasiphaen fugere solitum, & idem Ouidius de Arte, canat, non mutandum versum contenderim. Huc mihi alluisse videtur Marullus:

Cum malè desertum sequeretur in auia taurum,
Sic Venerem contra Gnosia questa feram est.
Si mihi bos fuerat Dea te vir Dance futurus,
Cur non insana Pratidos ora dabas?

In Tranquilli commentariis nihil mutaret Beroaldus. De tauri cubitu tacēdum hic sibi Silius existimauit in gratiam Galbæ, cuius mentionem superior habet versus.

In eodem Pumicorum 8. declaratus & emendatus locus alter.

CAPVT LXV.

Qvi Fiscelle tuas arces Pinnamque virentem. Puto legendum *Myscelli*, vt intelligat de Crotone, quod miror silentio prætereritum ab expositore: non enim legi de *Fiscello* loci conditore: alioqui ea vox priscis, mollis casei appetitorem significat. Crotonem autem, vt scribit Strabo lib. 6. constituit *Myscellus*, quem Naso *Mycyllum* vocat, habuitque operis socium Archiam, eum qui Syracusas condidit. Vnde mendose legi apud Solinum dixerim, *a Myscelle & Archao Crotonam*, pro eo quod est, *Archia*. In secundo Europæ sinu *Crotonem* enumerat Plinius.

Apud Iuuenalem Satyra 5. tanquam habens tria nomina.

CAPVT LXVI.

Dvcere planta velut ictum ab Hercule Cacus
Et ponere foris, si quid tentaueris vnquam
Hircere, tanquam habeas tria nomina.

Addo huic loco & illud, vt referatur ad tria illa Corneliorum nomina, a quibus & prouerbiū deducit Augustinus in libro de Grammatica, τρία κόκκινα ῥάκια. Fuerūt autē hi pessimi perniciosissimique omnium *Cornelius Sulla*, *Cornelius Cinna*, *Cornelius Lentulus*. Non sum nescius in Græcis commentariis aliter legi.

Apud eundem Satyra 2. Ille supercilium madida fuligine tinctum, obliqua producit acu.

CAPVT LXVII.

Obliqua acu: Calamistro interpretantur expositores, sed cum *calamistrum* cinere calefactum ad capitis tantum ornatum adhibeatur, vnde & *calamistrata* dicitur *coma*, non incommode *acu*, quæ *crinalis* ab Apuleio vocatur, accipiendum putarim: nisi quis *volsellas* malit, quibus solebant sibi plerumque pilos euellere: quod nostrates quoque puellas in supercilijs efficere, rumor spargit: nam & obliquæ sunt volsellæ, & iis coarctatis extenduntur supercilia, de quibus Martialis sic:

Pungentque scaua cana labra volsella.

Emendatus Beatus Hieronymus in Epistola ad Donnionem.

CAPVT LXVIII.

Et in tantam venit opinionem eloquentiæ, vt soleant dicta eius Curatorum esse dictata. Puto emendandum *Curionum*: nam vt do-

vt docet Plinius, in vna familia Curionum, tres continua serie oratores exstitertunt. Illud vero infra *scurrarum est & paratorum*, corrige, *parasitorum*.

Ex eadem Epistola sublata menda altera.

CAPVT LXIX.

VOluit scilicet homo peritissimus vt veteranus miles, vno rogatu gladii percutere vtrumque. Titus Ianus Marius Grimaldus *rotatu* legendum me monuit, vt sit *ensis vibratione*. Ego vero, *roratu* rectius putarim, vt aliudat ad *milites* qui *Rorarii* vocabantur, de quibus hęc Sextus Pompeius: *Rorarios milites vocabant, qui leui armatura primi pralium committebant, quod vt ante imbrem fere rorare solet, sic illi ante grauem armaturam quod prodibant, Rorarii dicti.* Eorum sæpe meminit Liuius.

Locus ex Priapeis Epigrammatis.

CAPVT LXX.

AD me nocte solet venire, & affert
Pallorem maciemque laruularum.

Sic habet Codex ille manu scriptus Nicolai Perotti, cuius testimonium supra quoque citauimus. Nam Philippus Beroaldus vulgatis secutus Codices *larualem* legit, vt sit Dięresis: quod non omnino displiceret, nisi integram lectionem putarem, quam nos ex prisco exemplari attulimus. Illud interim prętexere nolo, opus hoc nō videri diuersorum Poetarum, sed vnius, quādo in primo statim Epigrammate prępon at, in secundo vero causlam afferat, cur minus inuocet: quod non vtiq; accidisset, si id opus a pluribus editū fuisset. Sit ergo vnius Vergilii, vt a Catanæo in Plinianis Epistolis late ostensum est.

Sublatus nauus ex Hygini codice in signo Leonis.

CAPVT LXXI.

CVm Ptolomæus Beronicen Ptolomæi & Aristotelis filiam sororem suam duxisset vxorem, & paucis post diebus Asiam oppugnatum profectus est, vouisse Beronicem, si victor Ptolomæus redisset, se detonsuram crinem. Quo voto donatum crinem in Veneris Arsiones confinditū posuisse templo: Duas in his verbis mendas ineſſe suspicor, non enim *donatum* legēdū crediderim, sed *damnatum*, iuxta illud Maronis in Bucolico ludicro. *Dānabu tu quoq; votis.* Pro eo quod est, *confinditu*, vox nullius significati, vide an *cōfixum* reponi possit. Ad doctos reiicio. Quæ sit *Arsinoe* docebit Strabo. De Ægyptia accipiendum est, nam plures hoc nomine ciuitates memorantur.

Eiusdem ex Capricorno locus alter.

CAPVT LXXII.

DIanam Ælaro simulatam. Sic legitur in peruetusto Hygini codice, qui fuit Lazari cuiusdam, qui aliquandiu Anconæ humanas docuit literas, ex qua lectione facile agnosci potest, emēdādum *Ælaro*: quæ vox Græcis *felem* significat: vt conueniat cum no-

tissima fabula, qua canitur Dianam in Catum versam. Naso: *Felix soror Phœbi latuit. Æluro* pro domestico animanti vtitur apud nos Lucilius. Non me fugit ab aliis aliter legi & emẽdari, sed hanc esse genuinam lectionem semper existimaui, quam & Philippus Beroaldus sequitur, in vltima Tusculana.

Correpta vox in Latinis Plutarchi codicibus ex Pelopida vita.

CAPVT LXXIII.

Ceda; humque iubere flauam puellis virginem pro hostia mactari, lege *Scedasum*, vt supra *Scedasi*, non *Cadasi*. Illius filiæ duæ fuerunt, Hyppo & Miletia, siue vt quidam aiunt, Theano & Euexippa, vt late refert idem Plutarchus, in iis quæ de amatoriis scripsit narrationibus, vbi non *pulcram virginem*, sed candidum equi pullum ad virginum sepulcrum immolari iubet Scedasus. De iis etiam Hieronymus contra Iouinianum, qui vt rei quam tum agebat inseruiret, tradit mutuis vulneribus cõcidisse, quas Plutarchus interemtas a Spartanis refert.

Defensus a Calumnia Seruius & enarratus Maro in 7. vrit odoratum nocturna in lumina cedrum.

CAPVT LXXIV.

Cedrum hic plerique non *arborem* accipiunt cum Seruio & Asinio Pollione (nam eum esse docebimus, qui Donatus creditur) sed *Cedri succum* propter illa verba Plinii ex 19. naturalis historiæ cap. 5. *Cedri succus ex ea quomodo fieret, diximus, magni ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret*: Alii vero *tadam* interpretantur: quod idem scribit Plinius in 16. Cap. 11. *Pix liquida in Europa e tæda coquitur naualibus muniendis, multosque ac varios vsus, lignum eius concisum, furnis vndique igni extra circumdato feruet. Primus sudor aquæ modo fluit in canali, hoc in Syria Cedrum vocatur, cui tanta vis est, vt in Ægypto, corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur: sequens liquor crassior iam picem fundit, hic rursus, in cortinas æreas conlecta aceto spissatur & coagulata Brutia cognomen accepit.* Sed cum constet, tradente etiam Seruio, Maronem locum hunc ex Odysseæ 5. mutuatum, de *Cedro arbore* omnino intellexisse Poetam dicendum est, quemadmodum & Græcus, quod exposuit Plinius his ex 13. *Nota etiam Homero fuit, θεῖον Græce vocatur, ab aliis thya. Hanc igitur interodores vri tradit in delitiis Circes, quam Deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt: cum præsertim eodem versu Cedrum Laricemque vna tradat: in quo manifestum est de arboribus tantum loquutum.* Hactenus Plinius. Desinant igitur Seruium lancinare quidam male in studiis feriati, quando ille Plinium & Homerum, cuius pedagogum Vergilium dixeris, opinionis suæ habeat auctores. Operæ pretium est cognoscere, quam infideliter locus hic Latine versus sit. Illud interim prætereundum non est, in verbis

verbis, quæ ex Plinio citauimus, Calypſus vel Calypſonis legendum eſt, quod Beroaldo Philippo acceptum referas, non enim animus fuit deiicere quem quam ab iuuentis ſuis, vt conueniat cum Homero.

Emendatus ſimul & expoſitus Satyricus Poeta & inibi, de Ganymedis ετυμο & Martialis verſiculo.

CAPVT LXXV.

NVper etiam vt repeto phanum Iſidis & Ganymedis Pacis & aduecta ſecreta Palatia matris.

Ita lego ex Satyra 9. apud Iuuenalem, non vt alii *Galimedem*. Quid enim dici poteſt frigidius quam, vt accipiamus *Ganimedem pacis*, id eſt, ſtatuam Ganimedis in templo pacis, quod nulla ratio verum videri ſinit. Nam qui citatur ex libr. 7. Martialis verſus deprauatur ab expoſitoribus, non enim *pace* reclamante ſyllaba, ſed *Paphia* paſſim legitur hoc modo:

Sic tibi laſciuinon deſit copia furti,
Sine cupis Paphia ſeu Ganimedis ales.

Neque hoc dico, quod minus reminiſcar quæ refert Lactantius in primo de falſa religione libro his verbis: *Ita enim deorum ſimulacra confingunt, vt ex ipſa diuerſitate ſexus appareat, vera eſſe, quæ dicunt Poetæ. Nam quod eſt aliud argumentum, imago catamiti & effigies Aquilæ cum ante pedes Iouis ponuntur in templis & cum ipſo pariter adorantur, niſi vt nefandi ſceleris ac ſtupri memoria maneat in æternum.* Ganymedis vt etiam Valla agnouit, legendum, vt intelligatur a ſuperiori phanum. Hunc Xenophon in Sympoſio a Ioue raptum, ſcriptum reliquit ob ingenii præſtantiam, dictumque ex tribus verbis Homericis, hoc eſt, *lætatur, prudenter, intelligens*. Græca verba apponerem, ſed impreſſoris habenda eſt ratio. Vox vero neceſſaria eſt γαίυται, id eſt, lætatur. Syllabam in verſu Martialis non me præterit poſſe defendi certa ratione, ſed vbi non neceſſitas cogit, audendum non eſt: Hanc lectionem etiam probat Volaterranus Raphael.

Non mutandum apud Naſonem: Ecce Coturnices inter ſua prælia viuunt.

CAPVT LXXVI.

QVoniam ſcribitur a Plinio in 10. omnimodæ hiſtoriæ *Coturnicibus venenoſemen, gratiſſimus cibus*, & repetitum eſt ab eodem, *venenis Caprea, & Coturnices cibos habent gratiſſimos ſemina venenorum*, & a Lucretio lib. 4. canitur,

Præterea nobis vera atrum eſt acre venenum,
At capris adipes, & coturnicibus auget.

Eam ob rem non deſunt, qui ita hunc Ouidii verſum legant ex elegia, in qua Pſittaci ploratur obitus:

Ecce Coturnices inter ſua prandia viuunt,
Forſitan & ſiunt inde frequenter anus.

Sed cum Poeta doleat, quam feliciores viuant alites, & assidue inter se rixantes, & mitissimus placidissimusque Psittacus interierit, nequaquam immutandus est codex, quod datur intelligi ex superioribus versibus,

Raptus es inuidia, non tu fera bella mouebas,
Garrulus & placidæ pacis amator eras.

De perdicum, & coturnicum inter se pugnis, scribit Aristoteles lib. de Animalibus 4. Sed verum Poetæ sensum, cognouit Maurus Niger interpres.

Dici Latine, in quantum, ostensumq; deprauari Nasonis carmen ex libr. 11.

CAPVT LXX.

MEmini me olim reprehensum, quod in cumfabulatione literaria, quam plerumque Septempede habebamus, nescio quo casu, *in quantum* excideram, cumque rubore perfusus dicerem, videri mihi vocem esse Latinam, inquiunt quidam e circulo, si *Alexander* ille cognomento *indoctrinalis* in Latinorum scriptorum, decuria habebatur? nam quod ex Ouidio Codrus citat *in quātum est, quaq; secuta*, viua voce audiuimus, Maturantium oratorem optimum & bonum Latinitatis obseruatorem, cum publice monuit legendum apud Nasonem,

Quippe pedum: digitos vt quantum est quaq; secuta
Traxit.

Vegetium autem reiiciendum putabat, neque interim Codrum damnamus, cum ille iudicium suum non obstringat, si diligenter introspicias. Hæc tum plerisq; ita placuerunt, vt mihi vlterius loquendi ex lege, quæ in errore deprehensum tacere imperabat, potestas sit ademta: nunc autem cum & fandi ius sit, & defendēdi copia, volui hisce coniectaneis meis de voce ista, quam tum constitit barbaram esse, inspargere vnum aut alterū ex receptissimis auctoribus testimonium, vt & falli existimentur ii, qui id verbum Latinum esse negant, & Ouidii carmen non mutandum appareat. Plinius igitur in Panegyrico: *Audita sunt vota tua, sed in quantum optimo illo & sanctissimo seni vtile fuit.* Iuuenalis in satyra 14.

In quantum sitis atq; fames, & frigora poscunt. Plinius item in 25 cap. 2. *Post eum Musæus, Hesiodus, Polion herbam in quantū miratisunt diximus.* Solinus: *Enim vero si abrūpere partem velu, vniuersitas sequetur, scindiq; non potest, quoniam in quantum ducatur, extenditur.* Seruius in primo Æneidos cōmentario super eo versu, *Prospectum late pelago petit: Late petit*, inquit, *in quantum potest.* Memini & apud Ciceronem obseruare, sed nunc locus non succurrit.

Monumenta apud Ciceronem in Epistola ad Lentulum quæ sint.

CAPVT

CAPVT LXXVIII.

Nam neque de monumentis meis ab iis adiutus es, a quibus debuisti, neque de vi nefaria, quam cum fratre eram domo expulsus. De monimentis, de domo rectissime exponi puto, neque illud sequor, quod plerique suspicantur, ex his ad Quintum fratrem verbis: *Enimuero si vnus homo nobilis quereretur palam, te, quod edisseris, ne ad ludos pecunia decerneretur sextertia CC sibi eripuisse, quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine, quicumque Romae ludos facerent, quod erat iam institutum, erogaretur? quid quod has querelas hominum nostrorum illo consilio expressimus, quod in Asia nescio quonam modo Roma quidem non mediocri cum admiratione laudatur, quod cum ad templum, monimentumque nostrum, ciuitates pecunias decreuissent, cumque id & pro magnis meis meritis, & pro tuis magnis beneficiis summa sua voluntate fecissent, nominatimque lex exciperet, vt ad templum, monimentumque capere liceret, cumque id quod dabatur, non esset interiturum, sed in ornamentis templi futurum, vt non mihi potius quam Rom. Po. ac diis immortalibus datum videretur: tamen id, in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum qui faciebant voluntates, accipiendum non putaui, cum aliis de caussis, tum etiam vt animo aquiore ferrent, in quibus nec deberetur, nec liceret.* Nam hoc ita accipio, vt intelligam contulisse Ciliciæ vrbes pecuniam ad monimentum templumque erigendum Ciceroni, qui ibi Proconsul prouinciam administrarat, summa integritate, & continentia. Hoc solitum fieri interdum, datur cognosci ex Epistola ad Appium. Neque opus erat ad id Senatus Romani consensus, sed vrbium liberalitate & munificentia fiebat, quam rem vtpote vsitatam & aliis dare solitam, facile contemsit Cicero. Huc facit & illud, quod de fratre fit mentio, quem Cicero cogitauit in prouinciam relinquere, cessante successore. *De monimentis* ergo hic, vt infra, de domo sumatur.

De his vocibus, Hae: qua, Nauius virtuosus, isthic piissimus, συμπολίτης, ingratitudo & conteraneum.

CAPVT LXXIX.

PONTICVS Virunius, qui proximis annis commentarios in *Chrysolora Erotemata edidit*, articulum hunc citra diphthongum scribi contendit, quod a Græco veniat η, quæ nobis in *e* longum vertatur, sed ignorauit ille in *a* quoque transcendere solere, vt κηρός, σκήνη, ἠθική, *Care scena, Ethica.* Nec illud interim simulabo in plerisque priscis lapidibus sic notari, *Hae*, qua per partim timide plerique vtuntur, quod ea dictione abstinuerit, M. Cicero, quibus ego illud obiter citabo, quod legitur ad Atticum: *Topiarium laudaui, ita conuestiuit hedera,*

qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis, quanquam & Cæcilium, Plinium, & Pacatum & Apuleium nunquam fugiendos putaui *Nauius* & *Nauia*, sic scribendum docet Martialis, quod non pauci negligunt,

Nauia sex cyathis, septem Iustina bibatur. Nec te decipiat illud Horatii in primo sermonum,

Manius absentem Nauium cum carperet. fuit quando non dici crediderim Latine *virtuosum*, sed Romæ in Ecclesia post campum Martium sic inspicitur: *Bene valeas quisque es C. Martia mea coniugi bene merita, quæ multis cum suoribus vixit virtuose.* Nullus non hodie *isthic* cum *t.* flatili scribit. Phocam certe Grammaticum auctorem non habent, asserentem pronomina ista articularia in compositione datiam amittere. Cicero in 13. Philippica sic in Antonium ludit: *Tu porro ne pios quidem sed piissimos quæris, & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.* Non sum nescius quosdam hoc, quod in Marco Anton. ridet Cicero, non statuisse sibi seruandum, quale fuerit quod in via Salaria pontis Anienis habet inscriptio: *D. N. piissimo ac Triumphali semper Augusto.* Sed iam tunc tempora in assentationes labebantur & barbariem, Cuiusmodi sit post deprauatam Italiæ grauitatem, quod minutissimis quibusque hodie dicitur contra sermonis Latini legem *Reuerendissimo domino.* συμπολίτης nemini nō in ore est, & Græci dictionarii auctor ponit. Sed perperam efferri, tradit Iulius Pollux vnde Cicero *ciues meos* non *conciues*, vt cancellariorum & Notariorum vulgus frequentius enuntiat. *Ingratitudinem* quoque vocem esse dutiusculam & raram apud veteres, vel illud suadet, quod de *beatitudinis* vocabulo quandoque dubitauit Marc. Tullius, sed cum vsu verba nobis mollienda sint, qui vtantur, non improbem. *Conterraneum* profecto qui dixerit me sectatorem non habebit, nisi tam rudem omnino existimet, vt recte putem Plinianum illud in præfatione mundanæ historiæ. Sed hæc in politioris literaturæ studiosorum gratiam dicta sint. Nam ceteros qui illotis manibus ista attingunt, primo statim olfactu subsannaturos non ignoro.

Non Mutandum in Bucolicis: vsque adeo turbatur agris.

CAPVT LXXX.

ANtonius Nebrissensis in 4. de Grammatica sua libro, *turbamur* hic legendum contendit: cum quod impersonale verbum a verbis neutris, & absolutis proficisci vult, tum inquit, si *turbatur* verbum esset impersonale, cum semper actionem cum quadam generalitate significet, exponendum erat omnes aut pleriq; turbant siue expellunt, quod est contrarium sensui Poetæ, quia

quia non omnes ciues expellunt a totis agris, sed potius expelluntur. Equidem a Quintiliano standum existimo, cæterum ipsius Vergilii manum quandoque citanti. Verbum autem sic accipiendum est, vt sta turbatur, id est, Milites turbant. Nam eo spectat Melibæus, vt exsilium suum & ceterarum miserias vesano militum furori ascribat, qui nō contenti Cremonensium agris Mantuanis quoque suos ademerint. Hanc lectionem ille etiam codex seruat, qui vetustissimus & emendatissimus Romæ habetur in bibliotheca Vaticana. Commentum illud de verborum impersonalium formatione, vnusquisque infringere per se potest, dum modo non penitus abhorreat a bonorum auctorum vsu.

Perpensus locus apud Aulum Gellium ex libro primo Noctium Atticarum, Cap. 9.

CAPVT LXXXI.

ET coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod re atque verbo Romano appellatur κοινὸς βίος. Expungendam dictionem illam *Romano* scripsit ad me Catanæus, & ita scripsisse Gellium crediderim. Si libet sequi vulgatam lectionem, dicemus Gellium sic hoc vsurpasse, vt varro, ager, caper, fur. Et vsus obtinuit, vt Græcus, lepus, puteus, Latina sint, non externa. Nam si vno verbo Latine, *cœnobium* velis exprimere, non habes, nisi dicas *conuictum*. Vnde cum vsus eius vocis venit, ad Græcum decurrimus, & eo tanquam Romano vtimur: qualia sunt obiter, Rhetor, Helleborum, Sycophanta, Philosophus, Theologus, Grammaticus, Dialectica, Epigramma, & cetera id genus sexcenta, quæ ita Latinus vsus molliuit, vt iam peregrina non videantur, atque vsurpatione nostra sint. Sic nomine quoque ipso Romano donari posse iudicantur.

Defensus a calumnia Acron.

CAPVT LXXXII.

PVtant quidam memoria lapsum Acronem Horatii interpetrem quod scripserit, innouatum ab eo verbum in arte Poetica,

Ego cur acquirere paucæ,
Si possum inuideor:

Quoniam legerint apud Ciceronem libro de perfecto genere dicendi, 2 *Inuidetur enim commodis hominum ipsorum.* Sed perperam putant, hi: nam vt *inuidetur, nocetur, seruitur*, & cetera id genus impersonaliter efferuntur, sic qui *inuideor, noceor, seruior* pronuntiant, noue dicunt, quo verbo Horatius studiose ad rem suam vsus est, si diligenter inspiciatur.

Item Seruius in Eclogā cui Titulus Mœris.

CAPVT LXXXIII.

Vpi Marin videre priores. Hoc etiam Physici confirmant, quod voce deseratur is, quem prior viderit lupus: vnde etiam prouerbium hoc natum est, *Lupus est in fabula*, quoties supervenit ille, de quo loquuntur & nobis sui præsentia amputat facultatem loquendi. Hæc Seruius eo quo dixi loco, quem cum non desint qui impugnent, defendendum mihi a calumnia duxi nobilissimi Grammaticum. Seruiomastix ergo ita accepit Maronis verba, vt id ex pauore obuii lupi, non ex ipsius natura opinetur accidere illud vero Plinii ex 13. mundanæ historiæ libro: *Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius, vocemque hominum quem priores cõtemplentur adimere*: ad præsens ad magica terricula refert. Et vulgi consensum propter verbum illud, *creditur*, demum non negat lupum vocem adimere, id est, esse in caussa, vt præ illius timore fiat vocis abortus: Vergilium idcirco *priores* dixisse: quia si primi lupum videremus, aut nullo, aut, nequaquam simili pauore horresceremus. Primum quid hic responderemus Theocrito, qui sententiam vertit, negans eum vocem emittere posse, non quia lupo sit visus, sed qui lupum viderit ὑ φὴς, λύκον εἶδες, *non loqueris, lupum vidisti.* Plinium autem non tantum suam, sed ceterorum etiam fidem in re mirabili obstrinxisse ex verbo illo *creditur*, ctediderim, quando (auctore Probo) Vergilii quoque mos sit, vtia rebus magnis suæ opinioni famam quoque consentire pronuntiet, ne videantur fabulosæ & inanes, cum Solinus, quem vere dixeris Plinii interpretem, ita aperte commendatum hoc Seruianum probet, vt qui diutius dubitarit, dignus sit, vt semper dubitet: *Italia lupos habet qui ceteris similes non sunt. Homo quem prius viderit, conticescit & anticipatus obtutu nocentis, licet clamandi voluntatem habeat, non habet vocis ministerium.* Huc allusisse Socratem apud Platonem existimo, dicentem Trasymachum sibi vocem ademturum fuisse, nisi forte fortuna prior illum conspexisset; neque desunt Philosophi & harum rerum venatores, qui huiusce vocis priuationis causslam reddere conantur, quod vtique non tentarent, nisi verum arbitrarentur.

Ex 1. Georgicorum.

Non ne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur.

CAPVT LXXXIV.

RE&te exponi locum a Seruio, & Probo affirmem: nam quod Philippus Beroaldus, & eo priores Domitius & Porphyrio de vino suspicantur, quod croco miscebatur, non videtur procedere, quando Vergilius eam dotem Italiæ esse velit. Nam id agit nunc Poeta, vt doceat quid præcipue vna quæque ferat terra: alioqui & in Italia crocum nasci scimus. Tmolum croco esse florentissimum, tradit Solinus, & innuit Columella: is est mons Lydiæ

Lydiæ, vt cæteruatim omnes memorant Geographi, quod eo dixisse valet, ne cum quibusdam in deuium labaris, qui propter illud Lucretij:

Et cum scæua croco cilici perfusa recens est, Ciliciæ putarunt Croco vino permisto fundebantur theatra, vt tradit Plinius, quo & illud ex primo libro syluarum trahunt quidam, *& olenti spargere nymco*, quod non probo, nam vera lectio seruat *thymbra*.

Sublata ex Macrobianis codicibus menda, ex quinto Saturnalium libro.

CAPVT LXXXV.

Arati etiam liber elegion fertur, in quo de Diotimo quodam Poeta sic ait. Lege *Dotato*. Hic fuit Grammaticus Adramyttenas ludimagister apud Gargara Troadis, auctore Stephano, qui & ipsum Arati epigramma ponit, quod ego quoque adscriberem, nisi scirem poni a Parthasio in primo Claudiani commentario. Latine sic verti potest. *Lamentor, quod solum in Pratis sedet pueris ἀνάγκαιον. Beta & Alpha dicens*, *beta* inquam Latine non *vita*, cum sic Græce scribatur βῆτα, quod confirmat dictio, quæ inde oritur, *alphabetarius*, vt *alphabetaria tabella*, quam & *elementariam* ac *abecedariam* nuncupamus, vt non necessario faciant, qui monent ita legendum apud Satyricum: *Hoc discunt omnes ante Alpha & Vita puellæ*], nam qui ab herba cognomine elemento nomē inditum putant, tantisper mihi improbabuntur, quo ad auctores ista scribentes afferent. Merula certe *beta* enuntiat. *Batavero* Suidæ genus est vestis pelliceæ, quæ etiam prouerbio nomen fecit. *Atramytium* vrbs est minoris Phrygiæ.

Explicatum Hieronymi verbum contra Iouinianum.

CAPVT LXXXVI.

Adiura Apitii & Paxamii ad balneas quoque ac fritticulos & popinas se conferat. Fuit quando mendosum putarim codicem, nunc habeo auctorem tradentem, Paxamium de re coquinaria scripsisse.

Restitutum Statiano interpreti prouerbium.

CAPVT LXXXVII.

PApinii Statii interpres in expositione huius ex libro Thebaidos secundo versus,

Arcados Eusippi spolium cadit areus orbis, sic scribit: *Eusippus rex Argiuorum mira felicitate fuit, cuius clypeum, qui apud Græcos rem nobiliter gessisse accipiebat, vt ille per vrbem incedens honestaretur. Vnde prouerbium apud Italos cum alicuius ignauiam irriderent vt Callimachus ait.* Puto adagium hoc impressorum negligentia subreptum, restituendum, *Argiuo clypeo dignus*: De quo Erasmus in prima prouerbiorum suorum Chiliade.

Nunquid recte Theodorus Gaza in verbo, quod est fratrare in 7. de natura Animalium.

CAPVT LXXXVIII.

FOeminis etiam per id tempus exsurgunt vbera, quod fratrare dicitur. *Fororiare* vertendum erat, sed hoc Gazæ tamquam Græco homini ignoscimus. Verborum discretionem docebit Sextus Pompeius.

Emendatus simul & expositus Lactantius Firmianus in carmine de Phœnice.

CAPVT LXXXIX.

QVam nec Iulæa voces, nec tibia possit
Musica Cyrrei assimilare modis.

Iulæa voces suaues a Parrhasio accipiuntur, quod Iulis oppidum fuerit insulæ Ceæ Simonidis (quod Strabo & Theocritus tradunt) Patria, quem *melicum* a cantus suauitate dictum, docet Suidas, quæ sane expositio improbari non potest. Nam quod nonnulli opinantur a *Iulide, Iulienſis* tantum deduci, mendacium est: quando & ab *Aulide Aulideus* & *Aulidus* (auctore Stephano) & *Aulidensis* Latine deducatur. Quod vero a quibusdam obiicitur, Simonidem hunc Cæum passim a scriptoribus vocari, & *Caam* ab illo, *naniam* a Flacco in 2. carminum: *Caa retractes munera nania*, interpetramentum non impedit. Nisi quis Iacobi Constantii emendationem potius sequi velit, quod equidem neutiquam puto.

Quam nec Arionia voces nec tibia possit
Marsya Sirenes nec simulare modu. *Iulidis* vulgo vocantur aues dulcissimi & exactissimi cantus. Si codici manus adhibenda est medica, sic commode legeretur: *Quam nec Hyelæa voces*, adque ipsas Sirenas referri possent. Est enim Hyela vrbs in sinu Pondoniati prope Sirenaſſas (vt scribit Strabo) quę cum ita cognominatę sint a Sirenum sede, nõ absurde *Hyelæa voces* ad ipsas Sirenas deferri possunt. Et hoc ita sequor, vt Iani mens improbanda nõ sit. Illud interim sciendum, quod non pauci sunt, qui *Lactantiũ* hunc non *Firmianum* vocant, sed *Formianum* a *Formis*, quod nec probo nec improbo. Viderint, quibus est etiam otium de iis disserere.

Emendatus versiculus in epigrammate de cantu Sirenum.

CAPVT XC.

QVodque leues calami, *quod suauis cantat Aedon.* Sic enim legendum est, non vt quidam rudis Ascensius putat, *quod suauis cantat & Æolo*, pro præstantissimi Musici nomine, quod tam procul a vero est, quam ipse inscitiæ & incuriæ proximus est. *Aedon* enim a Græcis Luscinia appellatur. Calpurnius Poeta Bucolicus *Aedona* vocauit:

Vocalem superet si turpior Ædona bubo: Quod si sequimur iam mendum inesse putat Erasmus, & scribendum: *turpis Aedona bubo*, sic legemus:

Quodque

Quodque leues calami, quod suauis cantat Aedos. Sic enim vocatur ab Hesiodo in libro ad Persem fratrem: *Dulcis Poeta, Aedona*, pro luscinia, vsurpat Petronius Arbiter, *testis Syluester Aedon.* Sed veram lectionem agnouit Pius.

De Pallante Euandri Arcadis filio quadam auditu non iniucunda.

CAPVT XCI.

Scribit Vegetius in speculo historiali libr. 26. & Marcinus in Chronicis, q̃ tẽpore Henrici Imperatoris Pallantis Vergiliani cadauer inuentum est, prope Romam a villicis fodientibus tantæ magnitudinis, vt mœnia vrbis adæquaret. Hiatus autem vulneris, quod illi Turnus intulerat quatuor pedibus & dimidio mensuratus est, ad eius autem caput ardens lucerna inuenta est, quæ non prius exstingui potuit, quam stylo, quod facto foramine subintrãte aere euanuit. In sepulcro hoc epigramma sculptum erat:

Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militia occidit, more suo tacet hic. Historiam recenset, & Volaterranus Raphael.

In Horto Columella, Ne grauis hausturis tollentibus ilia vellat.

CAPVT XCII.

At fons illacrymet putei, non sede profunda
Ne grauis hausturis tollentibus ilia vellat.

Menda est in verbo illo *tollentibus*, quam fugientes quosdam sic audiui emendare, *rones ac ilia vellat.* Ego vero sic puto, *tellonibus ilia vellat.* Sunt enim *tellones* e genere vasorum non dissimiles vnis, de quibus Vegetius, & in Rudente Plautus, vt emendauit Hermolaus.

De Augiæ stabulo ab Hercule purgato expositus Maronis versus.

CAPVT XCIII.

Septima in Argeis stabulis impensa laboris. Puto emendandum *Augiæ*, ex Vergilii epigrãmate de ærumnis Herculis. Nã quod quidam ad *Argiua* referunt *stabula*, nugæ sunt. De *Augiæ bubili* meminit Lucianus in Pseudomante, ostenditque huius stabulum tantum habuisse congesti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Res habetur & apud Pausaniam in Aiacis Historiam hanc de *Augiæ stabulo*, ab Hercule purgato late narrat Diodorus in 5. libro, apud quem non *Augia*, sed *Augæ*, leges in implexis exemplaribus, & *aulam* non *stabulum*, quamquam in hoc postremo vna addita litera *caula* pro *aula* reponi queat, ni Græce dictum accipiamus, q̃ nõ displiceat. Eandẽ emendationem sequimur in illo: *Septimus Augiæ stabulum labor egerit vndis*

Defensus in antri etymo Diuus Ambrosius.

CAPVT XCIV.

SCribit Diuus Ambrosius *antrum* dici ab obscuritate quasi *atrum*, quam etymologiam conuellūt quidam, negantes Græcam vocem a Latino trahi posse. Sed cum idem M. quoque Varro efficiat in *agro*, *Apro*, *fure*, & aliis non paucis, iniquum videtur, non licere idem sanctissimo & doctissimo homini Ambrosio. Præsertim cum etiam Donatus sibi quandoque permiserit. At dicet aliquis, sed reprehensus a Seruio, sed defensus a Parrhasio. Illud certe nonnihil huc facit, quod in voce Græca Latinam diminutionem agnoscimus, vt in *cuncula* & *siphunculo*.

Non esse Donatum, qui circumfertur in Vergilii Æneida, & alia quædam.

CAPVT XCV.

IN tria illa eminentissimi Poetæ Vergilii opera plerique e priscis commentarios ediderunt, vt Seruius, Hyginus, Probus, Asper, Vrbanus Cornutus, Asinius, Donatus, Pollio & alii, quorūvigilię cū magna ex parte interierint, & quæ exstant in non paucis mutilæ sint, non mirum est si quæ Pollionis Asinii sunt, Donati titulo circumferantur. Nam quod nonnulli suspicantur, eum esse Tiberium Donatum, nunquam in eam suspicionem incidissent, si huius Tiberii Donati commentarios in manibus sumsissent, quorum copiam fecit mihi tempore illius calamitosi belli Feltrii, Alexander Sentinas iurisconsultus ex gente sui nominis, Ne credam esse opus Donati celeberrimi Grammatici, Seruius facit, qui cum multi ab illo dissentiant, horum nulla fit mentio in his commentariis, qui illius nomine imprimuntur. Præterea Donatus, vt ex eodem Seruio discimus, in ipsa quoque Georgica scripserat scholia, quorum nullum apparet vestigium: ad hæc ramenta ista, in quibus quotidie compendia fieri a chalcographis videmus, Donati phrasin non redolent, si quis modo exacte iudicet. Vt Asinii Pollionis esse credam, Seruii ex Æneidos verba faciunt in eo hemistichio: *Aut duri miles Vlyssi.* Illud autem, quod Asinius Pollio dicit, caret ratione de Achemenide dictum *Miles Vlyssi.* Nam in eo, qui creditur Donatus, sic leges: *Talia quæ tū me narrare, quæ etiam hostis si audiret, non abstineret a lacrymis.* Ibi enim fuit vnus ex Græcis Achemenides quem fleturum dicit, Si quando de ipso Asinio (quod raro accidit) meminerit Seruius, neque illius commentum deprehendes in exemplaribus, non erit mirandū in tanta codicum mutilatione, cum hęc quę citauimus in aliquibus non legantur. Hic est ille Asinius Pollio, qui vt docet Horatius in 2. carminū, tragœdias scribebat, & res memoratu dignas historiarum monumentis mandabat, ad quas alluśit Maro. *Pollio & ipse facit nouа carmina.* Illud quoq; huc pertinet, quod sunt quidam qui opinantur Paręneticon illum libellum, qui pueris primo legi solet in scholis, quemq; maximus Planudes in Græcum transtulit sermonem, vt titulo, sic re quoque esse Catoni, eo quod

quod citetur a Gellio: *Cato in libro, qui inscriptus est carmen de moribus.* De quo Catone intelligant nescio. Illud equidem non ignoro, nullum fuisse Catonem post Lucanum Poetam, cuius mentionem hic habet libellus, quod vero refertur a Polycarpo, nulla idonea auctoritate fulcitur. Qui autem Boetio assignant, stylo diuersitate refelluntur. Ego equidem incerti esse auctoris, putem, vt & apud nostros, & hinc fieri, vt ab Erasmo, Laurentio Vallensi, & ceteris non eodem semper titulo aliegetur. Inde autem id nominis inditum opusculo existimo, vt hac inscriptione indicetur totius libelli pstantia & præceptorum sanctitas, quando Catonem sapientem vocant Grammatici, & dixit Satyricus: *Tertius e cœlo cecidit Cato.* Ex eo quoque apparet impressorum negligentia, quod importune in mundana Plinii historia, Tertulliani testimonium quoddam apponunt, & quod nepoti tribuitur auunculo assignant. Pulcerrimum illud, & elegantissimum epigramma de Androgyno: *Dum mea me genitrix*, quod Antonii Panormitæ putabatur, incerti auctoris fecerunt quidam impressores, cum sit Publicii Poetæ vetustissimi, vt docet Politianus Angelus, & nos ostensum sumus, in aceruo epigrammatum, quæ ex variis auctoribus in vnum corpus redegimus. Indicem Gellianum, quem ipse in calce totius operis posuit, in fronte hodie locãt homines omnes, sed impressorum erroribus demus veniam, vt nostris aliquando impetremus.

Defensus a calumnia Liuius.

CAPVT XCVI.

Alpeto Tyberinus celebre ad posteros nomen flumini dedit. Quã Liuii etymologiam secutus olim Seruius, non dubitauit deinde dicere non procedere, ideo quia etiam Albam ante, Tybris dictus inuenitur. Ceterum cũ Liuius & Varro in primo de lingua Latina libro, & item Halicarnassæus Dionysius sic scribant, & in Fastis canat Naso:

Albula quem Tibrim mersus Tiberinus in illo
Fecerit: non video cur a Seruio standum diutius sit.

Item Plinius in natura Raphani.

CAPVT XCVII.

DE Raphano scribens Plinius, sic loquitur lib. 19. cap. 5. *Odium ita cum vite maximum, refugitq; iuxta satos.* Allucinatum hic Plinium putat Iacobus Constantius ex ancipiti vocabuli significatu. Nam cum *Raphanos* inquit, & *radicem* & *brassicam* significet, quod brassicæ erat radici tribuit. *Caulis* enim non *radix*, cum *vite* inimicitiam gerere, a M. Tullio traditur in 2. de natura Deorum. Sed cum & ipsius in 24. scripserit, *pernicitaria & brassica cum vite odia*, nulla verbi ambiguitate deceptum affirmarim: sed id quoque radici ingenitum significare voluisse: quando etiam Palladius hoc tradat: *Raphanum tamen sicut brassicam constat esse*

vitibus inimicam. Nam si circa se serantur natura discordante refugiunt.

Apud Propertium in 2. Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

CAPVT XCVIII.

HIc Antimachus, de quo nunc loquitur Propertius fuit Colophonius, epicæ grauitatis cultor: cuius meminerunt Cicero Quintilianus, & in Lysandro Plutarchus. Sed cum Propertii meo tendat, vt ostendat Lynceum non fore tutum ab amore, quem admodum neq; Antimachus, neq; Homerus, Heroici Poetæ libere euaserunt, illud fuerat addendum, Antimachum impatientissime Lydem dilexisse, deq; eius obitu carmen scripsisse, de qua re multa Suidas. Sed & Plutarchus, in consolatione apud Apollonium Poetam tradit, Antimachum Lydæ vxoris titulo, quam vehementer ardebat, elegiam edidisse, qua se ipsum consulatus est. De hac Lyde vxoris titulo Antimachi, leges apud Apollonii commentatores & Ouidium de Tristibus. Nam Homerum ipsam amasse & vnica illa fuisse oblectatum docet Herodotus. Ad hoc referendum esse Propertii sensum monstrat, quod sequitur:

Despicit & magnos recta puella Deos. Ne ad Antimachum Poetam Melicam cognomento *Psecam* referam, vel illud suadet, quod hic Propertianus Lynceus tragœdiæ stylum accomodabat, quam fore ait, vt omittat, & amores scribat, quando & Antimachus & Homerus grandiloqui & epici Poetæ, Cupidinis æstum senserint.

Defensus Nicolaus Perottus & ceteri in Pyramidum etymologia.

CAPVT XCIX.

PYramidum etymon, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id est, igne, deduci putarunt Nicolaus Perottus, Domitianus Calderinus, & alii non pauci, quos refelli video a Iacobo Constantio, asserente ex auctoritate Stephani ἀπὸ τῶν πύρων nominari, id est, a *tritico*, quod illud conducens Rex penuriam fecit frumenti per vniuersam Ægyptum, sed cum Ammianus Marcellinus Græcus homo in 22. historiæ suæ libro id quoq; tradat, etymologiam hanc vlterius improbandam non duco, Nam quod ἀπὸ τοῦ πυρὸς omnia deriuata corripi putat Constantius, id in *Pyreno* non seruauit Iuuenalis:

Additur imperiis Hispania Pyrenæum Transilit.

Non contradicere sibi Plinium in 5. & 7. mundanæ historiæ libro, in solutæ orationis auctore.

CAPVT C.

DE Mileto Ioniæ vrbe scribens Plinius sic inquit, in 5. *Non fraudanda ciue Cadmo, qui primus Mosaicam orationem condere instituit.* Idem in 7. hoc: *Pherecydi Syrio dat*: in quo sibi contradicere quibusdam putatur. Sed illud considerandum est, Plinius alienæ

alienas opiniones recitare, vnde cum Miletum laudaret, id sibi in vrbis commendatione tacendum non cogitauit, quando non solum Cadmo & Pherecydi, sed & Hecatæo hoc tribuat Strabo, vtrumq; amplectens Plinius ibi de Cadmo memorauit, vbi maxime locus requirebat. Hoc faciunt interdum & alii, quibus errori non vertitur.

FINIS.

VARIARVM ANNOTATIONVM Sylloge V.

RVDOLPHO PIO CARDINALI CARPENSI TIT. S. PRISCÆ Piceni Legato, Franciscus Floridus Sabinus. S. D.

NON *sine summa animi voluptate expertus sum humaniores literas tantum in se iucunditatis delectationisq; habere, vt quem semel ad se adlexerint, vix tum etiam dimittant, cum certissimam illi libertatis spem ostenderint. Constitueram scilicet duobus nostris opusculis recognoscendis atq; augendis, libriso; de Caii Iulii Cæsaris præstantia componendis aliquot menses dare, vt postquam summa eis manum imposuissem, alieno quasi are solutus, integram operam in ea studia conferrem, quæ mihi plus omnibus a pueritia arriserunt, ac in eo totus eram, cum aliud se mihi nec opinanti quidem scribendi obtulit argumentum. Veterum enim recentiumq; scriptorum nonnullos perturrens, vt aliqua, quæ ad cetera locupletanda facerent, in promtu haberem, permulta partim improbanda, partim latius explicanda raptim adnotaui. Ea cum primo velut aliud agens confusa collegissem, satis pramii mihi fore ratus, si illa solus mecum legere valerem, mox tamen alia in lucem daturo quæ haud quaquam tam admiror, quam mihi (licet non satis exercitato) iuuenilis ardor, gloriaque cupido dicere posset, hæc quoq; illis addere visum est, vt præter Apologiam in M. Plauti & linguæ Latinæ calumniatores, volumenque de Iuris ciuilis interpretibus, ac tres de C. Iulii Cæsaris præstantia libros, subcisiuas quoque nescio as lectiones in tres itidem libros diuisas, post grauiora negotia legeres. Neque vero mihi laborandum fuit, quem admodum plerique omnes faciunt, vt magnificum aliquem titulum, propter quem vadimonium deserere liceret, exiguo operi inderem. Paruum namque (vt recte ait Horatius) parua decent: & fumosæ lucubrationum inscriptiones, sic sunt relinquendæ, qui lectores dulcia vt libris miscentes eruditæ partier ac delectare, & gallinacei lacte hausto in recessu polliceri queunt. Iam κύφως ἀνόρθωσις, κηφὸν, παιδεκτὴ, λειμών, illa conueniunt, qui cõdigno vocabulo suos labores decorare mituntur: a quorum ordine non sunt excludendi, qui Musas, Memorabilium, Antiquarum lectionũ, Noctium Atticarũ, Saturnaliorum, suarum lectionum Genialium, Antiquitatum, Exemplorum, Annotationum,*

Coniectaneorumq; libros, Miscellaneorum centurias, & Adagiorum chiliadas composuere, viri sane eruditi, & quorum auctoritati plurimum deferas. Ego porro inter tot egregios proceres, ceu anser (vt aiunt) inter olores, inflatæ vocis inuidiam ex industria vitaui, vt nostra tantum prima facie ostenderent, quantum plane in adytis haberent: atque hoc tibi munusculum perpetui mei erga te, ac Pisam gentem officii, sedulitatisque pignus offero. Quod si qua tua est humanitas, non aspernaberis, erit cur meliora a nobis propediem exspectes, cum aliquandiu in Græcis Latinisque versatus, assiduam posthac sacris Theologiæ studiis operam dare constituerim: in quibus vt commodius versari possem, biennium iam Hebraorum literis vacaui, in futurumque vacabo, quoad sine cortice in illis natare valeam. Quod me intra paucissimos menses, vt spero, consecutum intelliges. Vale Bononiæ, 4. Calend. Maii. Anno a Christi Natali millesimo quingentesimo trigesimo nono.

FRANCISCI FLORIDI SABINI Lectionum Subcisiuarum.

Liber Primus.

AD RVDOLPHVM PIVM CARDINALEM Carpensem.

An pueri hodie a Græcis literis incipere debeant, & de patrum in filiis liberaliter instituendis auaritia.

CAPVT I.

M. Fab. Quintilianus in primo Orator. Institutionum libro, a quo sermone pueri auspicari debeant ostendens, ita scribit: *A sermone Græco puerum incipere malo, quia Latinus, qui plurimum vsu est, vel nobis nolentibus se perbibet, simul quia disciplinis quoque Græcis prius instituendus est, vnde & nostra fluxerunt. Non tamen hac adeo superstitiose velim fieri, vt diu tantum loquatur Græce, aut discat, sicut pleriſque moris est. Hinc enim accidunt & oris plurima vitia, in peregrinum sonum corrupti: & sermonis, cui cum Græca figura assidua consuetudine hæserint, in diuersa quoq; loquendi ratione pertinacissime durant. Non longe itaq; Latinæ subsequi debent, & cito pariter ire. Ita fiet, vt cum æquali cura linguam vtramq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat.* Hæc cum pro suorum temporum conditione tam commode, quam vere tradiderit Fabius, ita tamen omnes fere hoc tempore in errorem induxerunt, vt vbique receptum sit, non minus hodie a Græcis literis pueros auspicari debere, quam cum viueret Quintilianus: quod tamen maxime est absurdum. Neq; enim eadem est nostrorum, atque Quintiliani temporum ratio. Siquidem cum illo viuente Latina lingua omnibus esset promiscua, Græcam autem tanquam peregrinam laboriosius discerent,

discerent, recte quidem Fabius a difficiliori incipiendum existimauit. Nunc porro immutata temporum conditione, quod Latina lingua penitus exciderit, nisi eam ex scriptorum, qui supersunt lectione, diuturno vsu eruamus, quis dicat pueris a Græco sermone esse incipiendum? quis non videt non minus laboris in Romano, quam in hoc discendo perferri? quis nescit non modo Latinum nobis vel nolentibus se non offerre, sed vix volentibus quidem, atque ea vna in re permultos annos insudantibus? Quamobrem nec est mirum, si pauci reperiuntur, qui vel Græce vel Latine docti merito appellari possint, cum teneri puerorum animi duabus linguis maxime diuersis obtuantur, immensoq; oneri cogantur succumbere. Sed vtinã hoc solum eis offerretur incommodũ, ac non patrũ auaritia eo rẽ redegisset, vt liberos vel iuris ciuilis, vel medicinæ cognitioni, non scientiæ, sed lucri tantũ gratia initient, cui dum dies noctesq; inhiant, magis quid auarum Chremetem deceat, quã quo pacto pueri formari debeant, in animo versant. Vix enim prima Latinitatis principia doctos, aut Iustiniano, aut Galeno addictos illos etiam Leoninos tam barbare cõstructos, quã vilissimæ sordidissimæq; sententiæ versiculos insulsissime canentes:

Dat Galenus opes, dat sanctio Iustiniana,
Ex aliis paleas, ex istis colligo grana.

Ad hanc autem nequitiam, amplissimam a teneris filiorum vnguiculis fenestrã aperiũt, dum referre negant, quali quisq; puer præceptore vtatur. Heus bone Quintiliane, quorsum nam abisti? quorsum totis viribus persuadere conatus es, tales esse adulta ætate iuuenes, quales a primis annis essent formati? Hæc secula si videres, tot labores tuos in Oratore instituendo frustra susceptos esse ingemiscere. Clames enim quantumuis licet, ærugo tamẽ pecuniæq; cura, aliter hominibus, quam tu olim docueris, ex vsu esse ostendit. Quamuis autẽ surdis fabulam sim narraturus, aliquos tamen errores, qui ab imperitis patribus in liberorum educatione committuntur, paucis attingam. Quorum cum multa sint, ac adeo diuersa ingenia, qui opibus abundant, vix dum natos filios omnibus deliciarum generibus eousque assuefaciunt, vt non decere hominem diuitem literas scire existimare videantur. Ex horum sane ordine tam raro inuenias hominem eruditũ, quam fidelem Pœnum. Sunt post hos alii, bonas quidem literas aliquo in pretio habentes, in filiis autem ad illas promouendis adeo frigidi, vt nihil supra.

Quod si in eã partem illorũ forte inclinarit animus, vt literatos cupiant liberos, nullũ prorsus in deligendo eis præceptore diligentiã adhibent, sed initio, p magistris ad magistras pueros mittũt, & suspicatũ tanto operi principiũ dari autumant, si prima literaria elementa a mulieribus docti fuerint: qua re nihil turpius excogitari potest. Sub hęc tã læta rudimenta, q auaritię, ne magistrũ domi habeant. Quintiliani præceptũ prętexunt, male cũ iis, qui præceptorẽ

domi alunt, agi ꝓclamant. Nã & solitudinẽ pueris obesse, contra æqualiũ æmulationẽ quã plurimũ conferre puerorum studiis, quo nomine ad triuiales Grammaticulos sub fornicibus, tenebricosq; popinis latitãtes, nõ consultius, q̃ in intimã barbariã relegãt. Nescio. n. quanam cœli iniquitate factũ sit, vt omnis literarũ ciuilitatis, bonorumq; morũ i peritia in iis, qui Latinas literas publice docẽt, confederit, digitoq: cõmonstrari possint, quandocunq; rei domesticæ vsu flagitante, velut ex nemoribꝰ lupi, plumis oleo, sordibus, immũdiciisq; vermiculati in lucẽ ꝓdeunt, tã inter alios versari dociles, quã inter cereras aues noctuæ interdiu, aut bubones. Ã tã lepidis igitur doctoribus tantũ rubiginis, insulsitatisq; discipuli contrahunt, quantũ in reliqua ætate dediscere, nunq̃ possint. Atq; vt aliquid pueris etiam in eo lado versantibus debeatur, nunquam nõ fieri videmus, vt bono, honestoq; loco nati, a sutorũ, veteramẽtariorum, aut similium filiis, tales cendiscant mores, quales ab hoc hominum genere exspectare liceat, & ex hara ꝓducti, nõ ex schola videantur. Itaq; hoc pacto Quintiliani ꝓceptum obseruatur: quasi Quintilianus non maiorẽ in morũ, quã literarum disciplina diligentiã adhiberi iubeat, & bonæ literæ cum impuro animo stare sciant. Atqui ille de hac re agens ita inquit: *Nã si studiis quidem holas prodesse, moribus autẽ nocere constaret, potior mihi ratio vtilis honeste, quã vel optime discendi videretur.* Sunt nonnulli prætereahis contrarii, qui filios domi erudiendos censeant: q̃ tamen hominũ genus toto cœlo iridẽ aberrat. Dum enim quantumuis deploratæ sortis homunculũ nanciscantur, cui tantũ dent stipendii, quantũ famelicus ille dentibus molere queat, liberos suos ꝓlare instituti augurantur. Ex quibus officinis tales demũ discipuli prodire solẽt, quales habuerint præceptores: vt vere a nullo hominũ genere plus periculi pueris, quã a patribus impendere dicamus, quos cum ipsi non admodũ officiosos experti fuerint, talem postremo dant filiis suis formandis operã, qualẽ ipsi a parentibus acceperint. Neq; hoc ego tam libere ꝓferrem, nisi Fabiũ Quintilianum, quem libenter sequor, haberẽ huius sententiæ auctorẽ, vel cum ait: *An Philippus Macedonũ rex, Alexandro filio suo prima literarũ elementa tradi ab Aristotele summo eius ætatis Philosopho voluisset? aut ille suscepisset hoc officium? si non studiorũ imitta a perfectissimo quoq; optime tradi & pertinere ad summam credidisset?* Hæc Fabius. Quæ si iis quibus par erat, cẽssent persuasa, hoc sæculum felicissimorũ ingeniorũ maxime ferax, adeo excultũ, adeo doctissimis viris conspicuum videremus, vt cũ antiquis fere quorum tam pulcra supersunt monumenta, certare possemus. Quid illud vero, q̃ in aliquibus Italiæ ciuitatibus frequẽter fit: vt si multos forte paterfamilias liberos habeat, si qui eorũ bonã ꝑ se indolẽ ferant, mercaturæ eos illico affigent, vt candida acutaq; ingenia ad liberales artes ab ipsa natura ꝑcreata, ad mentiendũ, multiplicesq; vsuras a miseris creditoribus exigen-

exigẽdas sint paratissima? Si q̃ autẽ sint obesę Mineruę, aut aliquo mẽbro capti, vtpote Vulcani Erichthoniiq; ꝓnepotes, aut e Coclitũ ꝓgenie, literariæ illos ꝓuinciæ, tanq̃ insigne aliquod munus offerant? quasi non ea optimos quosq; & cũ corporis, tũ animi dotibus ꝑstantes desideret: & nõ melius cum eiusmodi pueris ageretur, si cęmentariam pro literis, aut sutoriã artẽ discerent. Quod si qui (*vt inter tot hominum milia fieri necesse est*) inueniantur, q̃ filiorum laudis studiosi in cõducẽdo ꝑceptore liberaliores sint, ab his quoq; non mediocriter erratur, cũ & Græcas & Latinas literas, vno eodẽque tẽpore nondũ fere natis ostendi curant, qua re nihil est ꝙ pueris magis officiat, nihil ꝙ molles adhuc animos, ꝑmagnisq; laboribus ferẽdis minime assuetos, deteriores reddat. Quod si illos forte, cur nam hoc faciant, interroges: pulcrius esse hominem Italũ Gręceq̃ Latine scire tibi respondeant. Nam Quintiliani ꝑceptũ nihil ꝓrius eorũ adiuuare sententiam ostẽdimus. Quid ergo? Græcas ne literas aspernabimur? Minime q̃ dẽ. Sed pueris interim Latinas prius, deinde cũ in iis mediocriter versari fuerint, Græcas ostendẽdas opinor post q̃ntũ porro ac decimũ annum, aut vt pueri seu adolescentis captus ingeniũq; tulerit. Quin omnes, qui Gręce hodie docti sunt, prius Latine se, deinde Græce didicisse, mihi cõfirmaturos confido. Quamq; (*o dii immortales*) q̃ pauci, ex iis ꝑcipue, q̃ Græcas literas ꝓfitentur, vtriusq; linguæ vere periti re ꝑsũtur? Sic enim fere receptum est, vt Græcarũ literarũ ꝑtextu, insciliam suam q̃plurimi inuolutam tueantur. Si q̃dem cũ non omnes Græce sciant, si cũ illorũ quopiam Latine forte agere velis, ad Græcas literas ilico tanq̃ in asylũ confugiunt: quarum tamen eo vsq; sunt ignari, vt si a primis illos nominũ verborũq; inflexionibus detorquere velis, nõ secus operam ludas, q̃ si nauim ab echeneide detẽtam, remulco trahere contendas. Vidi ego nuper hominem ad Gręcos auctores publice interpretandos, honestissimo stipendio conductũ, tam eius rei q̃ profitebatur ignarum, vt quoties sacrificulum aliquem aut eiusmodi imperitum conspiceret (hoc nãq; hominum genus sui simile ꝑfacile nouerat caudex, vt verum esset verus ꝓuerbium, *Pares cum paribus facilime congregari*) dominicã orationẽ, aut angeli ad Deiparam virginem salutationem, vno anhelitu satis intẽpestiue explicaret: arbitrantibus iis, qui pecudem illam audiebant, nõ esse ea q̃ Aldus Manutius in suæ Grãmaticæ frontispicio pueris legẽda impressit, sed aliq̃d forte ex Thucydidis concionibus, aut Homeri Iliade. At si stipitẽ illiũ, vel mediocris literaturæ iuuenis allocutus fuisset, difficilius esse Herculi clauam, q̃ eiusmodi nebuloni verbũ eripere, experiebatur. Cui & alium non admodum absimilem noui, qui cum tres linguas, Hebræorum, Græcamque & Latinam, vt venalior esset, se scire dictitaret, si quis illum ad Latinam prouocasset, ad Græcam e vestigio vnguentatus hircus, tanq̃ in aram se referebat: in qua cũ calamistrati huius Nirei, madẽtesq; cincinno-

rum fimbrias multa arte excolentis, periculum faceres, in Hebraicam se velut in portũ, quasi q̃ piratas cõspicata esset nauis, mira cũ festinatione recipiebat. Hunc ego Acersecomẽ, cũ semel in literariã palęstrã elicere vellẽ, & q̃dam paulo obscuriora Quinti. loca ei ꝓpoſuiſſem, tanq̃ legislator Moses, aut Zeno Stoicę seueritatis pater, altero ad frontẽ vsq; sublato, depresso altero ad mentũ supercilio, respondit, non placere sibi, qui de alia re, q̃ de Hebręorum literis loquerentur. At tu (*inquã ego illi*) barbate Epicure, dignus mihi vnus videris, qui inter olentes Iudæorum greges perpetuo versetis. Nec quidẽ hæc scribo, quo minus illas iple didicerim, aut aliquid liberi hominis lucubrationib. dignũ vel hucusq; ignorasse turpissimum putarim, vel in futurũ, quantum in me fuerit, sim existimaturus: sed ꝙ inciuile sit, quũ aliquẽ in Latinã linguã prouoces, ad aliã confugere: tanquã non hæc maxime sit digna, in qua ingeniosissimus quisq; perpetuo fere versetur: aut nõ singularẽ ei iniuriam faciant, qui vt summa Gręcarũ literarũ cognitione celebrentur, omnis Latinitatis exptes & esse, & haberi volunt. Iam &, si diis placet non desunt, qui cũ vix annum in dialecticis rudimentis contriuerint, ꝓpediem absolutissimi philosophi futuri, vt aliquẽ eruditionis rumusculum apud indoctam plebẽ captent, negent quenquam vt aliquod Ecclesiæ institutũ seruet cogendum esse, quod nulla de his a Philosophis mentio facta fuerit. Qui vt culeo sint insuẽdi, nõne luce indignos iudicabimus, qui vt bene Aristotelici dicãtur, ꝓtinus animam simul cũ corpore exstingui se non dubitare ꝓdicant? An eos solẽnia insanire, nec medici, aut curatoris egere cẽsebimus? An non ciusmodi portenta, ex sanctissimo Christianorũ cœtu sunt stirpitus euellenda? Itaq; vt ad rẽ redeam, quicunq; aliquid seabeiusmodi vappis candido animo dignũ discere posse cõfidat, nihilo plus effecerit, q̃ qui hircos mulgere, vulpesq; ad aratrũ iungere laboret. Atq; vt rem absoluam, summa a patribus in præceptorib. liberis deligendis industria adhibenda est, & non minor morum q̃ scientiarum habenda ratio: tũ cerei puerorũ animi duas linguas, Gręcam Latinãq;, non sunt (vt opinor) vno tempore docendi: nihil hoc quis expetat, vt non magis in hac, quam in illa proficiant, assiduisq; laboribus nihil minus quam certam eruditionẽ acceptam referant. Erit enim commodius, vtiliusq; illud de quo dixi temperamentum, vt cum Latinos auctores non oscitanter euoluere poterunt, Græcas literas feliciori auspicio discere incipiant.

Qui auctores sint legendi, quive imitandi.

CAPVT II.

SI de Latinis auctorib. iudicare arduũ vnquam ac difficile fuit, hoc sane tẽpore, meo iudicio, tã est periculosum, q̃ ꝙ maxime. Cum enim noua quędam, prisci q; Romanis in verbis atque imitatione inaudita supstitio pleroſq; studiosos sic inuaserit, vt nihil Latinũ existiment, ꝙ non M. Tullius ꝓpria quasi nota signarit, si quis ceteros

ceteros auctores laudare audeat, dii boni, quantam in se inuidiam deriuarit? quot ceniorũ, & quidẽ mordacissimorum latratib. (sic enim appellandæ sunt modestiæ sanitatisq; expertes, quorundam misere Ciceronianorũ voces) se opposuerit? Ea de caussa, q in aliis, qd sentiam, haud ferme dissimulare soleo, hanc partẽ silentio p̃terire decreuerã, ne qui a maledicendi studio q̃ lõgissime abessem, ad odiosas, virulentasq; cõcertationes inuitus ꝓtraherer. Verum enimuero illud mihi in animo frequenter obseruabatur, ignauum hominẽ, & ad corpus opipare curandũ a natura ꝓcreatũ esse habendũ, qui id ꝓferre dubitaret, ꝙ ei ratio, aut multa accurataq; lectione confirmatũ iudiciũ suaderet. Quandoquidem nec in literis tyrannos quosdã natura constituit, a quorũ nutu nobis dissentire sit inconcessum: nec aliquẽ in quoq̃ scientiæ genere tantę p̃stantiæ viuere existimo, vt sua orbi seu placita, seu decreta, tanq̃ prætor edicta ꝓponere valeat. Itaq; fremant licet, quorũ sententiam de hoc negotio agẽtes nõ probauerim⁹, rẽ ipsam sic aggrediar, vt hæc nostra nemini tanq̃ legem aut regulam offeram: sed tantum, quod ipse de Latinis auctoribus cẽseam, priuato iure q̃ paucissimis explicem. Atq; vt aliqua de eorum excellentia, quasi mistim, confuseque præmittamus, diuersa Latinæ linguæ tẽpora fuisse sciendũ est, de quibus quoniam distincte agere, cũ pauca nobis relicta sint veterũ monumenta, superuacaneũ videri posset, omnes qui ante M. Tullium exstiterunt (*nisi Publius Terentius, Lucretiusq̃, quasi medii inter duas ætates interiecti vixerint*) veteres appellemus, quorũ seculum tametsi multos singularissimos viros, omnique laude maiores ꝓduxerit, quales Plautus, Cato, Nęuius, Ennius, & multi id genus fuerũt: non pauca tamen habuit verba q̃ C. Cęsaris, M. Tullii, Bruti, Crispi Sallustii, Valerii Catulli, & mox P. Verg. Titi Liuii, Horatii Flacci, ac similiũ ęuũ, tanq̃ nimis antiqua, & obsoleta, obelo nõ immerito expunxit. Nam & Romanus sermo nunq̃ absolutior, q̃ his, quos modo dixi viuentibus fuit, & quemadmodũ qui illos ętate p̃cesserant, incultiores aliquanto exstiterant: ita qui postea floruere, Seneca (vt opinor) faculam p̃ferente, sic in omnia vitiati sermonis genera defluxerunt, vt pauci inuenti sint, qui tẽporum labẽ tanq̃ charybdim su ꝑantes, ad felicissimos eos scriptores dictionis puritate, candore, lenitateq; ꝓxime accesserint. Proinde cũ horum omnium tres quasi ætates considerari queant, earũ vnã Plauto, M. Tullio alterã, tertiã vero C. Plinio auunculo assignemus, mediam ꝑfectissimam, cuiq; nihil addere liceat, appellantes: duas autẽ, q̃ su ꝑsunt, eo pacto distinguentes, vt omnia antiquorũ verba dicendiq; formulas, quas media ętas non antiquauit, ꝓ maxime Latinis habeamus: a recentioribus autẽ & iis qui non infra Pliniũ, aut Quintilianũ scripserint, (quanq̃ & inter hos adhibendus est delectus, vt nec Senecã oratorẽ, nec Tragicum, nec Valerium Maxi. & eiusmodi Latinitatis auctores aliquo in subsellio ponamus, tunc

verba sumamus, cū superioribus illa defuerint, si hoc nobis constiterit, Cornelio Celso. Moderatoq; Colūellæ plus fidei in linguę ratione esse tribuēdū, q̄ Sueton. Trāquil. Corn. Tacito, Fabio Quint. Plinioq; Nepoti: maiorē n. licet duriusculus pleriſq; visus fuerit, ab illorum ordine non excludere: sicut ex Quinti Curtii, Vegetii, Vitruuii, Palladiq; vocibus in suo genere, nihil recte tanq̄ barbarum explodi posse cōcesserim: cū Lucanum, Statium, Valer. Martialem, & iis (quantum q̄dem ego conijcere valeo) meliores, Persium, uenaleq; Latinos esse cōcedā: licet nihil ad Ciceronianæ seculi scriptores. Veniēt n. & in horū classem veteres omnes Iureconsulti, aliiq; quos data opera præteo. His quasi iactis fundamentis, cum de lectione loq̄mur, non his solis eam addictā esse debere credimus, cum sint multa præter hos scriptorum millia, quorum nemo non aliquid ad eruditionem cōferre possit, alii ēt ad linguæ vbertatem: p̄sertim q̄ nō quos in primo loco collocauimus, non omnia argumenta tractarunt, & sępenumero tacere cogemur, nisi Gellii, aut Macrobii, aut ēt deteriorū verbis vtamur, q̄ tamen in extrema tātū inopia ac egestate faciendū suadeāt: ab iis non mediocriter dissentiens, q̄ Asiaticorū more, quantūuis longo verborū ambitu q̄dā designare malunt, q̄ Lactantii aut Boetii voces in sua scripta ingerere. Ea ratione in cōparanda linguæ copia diligenter seruata, in imitatione cautiores erimus, si risum doctis mouere in votis nō habebimus. Heroicū namq; carmen scribere volentes, magis Vergiliū q̄ Lucanum, Statiū, Valerium Flaccum, Syliū q; Italicū imitabimur. Si comœdia magis arriserit, Plauto aut Terentio similes fieri cupiemus. Si tragœdia, quoniam veteres eius auctores Accius, Pacuuius, Ouidii Medea, Varriq; Thyestes nō supersunt, haud sane habemus quē hbenter sequamur, præter Græcos, Euripidē, Sophoclēque. Si elegiam maluerimus, Tibullū, Propertium, Ouidiuq;, q̄ms hic lasciuior sit habitus, sectabimur. Si satyram, Iuuenalē, aut Horatium, aut Persium. Si lyricos, Horatium. Si hēdecasyllabos, Iambicosque, Catullum, qui etiam in Epigrammatibus candidissimus creditur, quos omnes in suo genere tā elegantes, absolutosq; esse puto, vt eos nō ociter imitari, in magna laude ponendum arbitrer. Neq; tamē cuiq̄ adeo alligata sit hæc de qua agimus imitatio, vt non aliū in eode opere, si videbitur, sequi liceat. Nullus enim adhuc inuentus est q̄ omnia vbiq; exactissime præstiterit, & Momo etiam in minimis satisfacere valuerit. Longe tutius fuerit, cū quēpiā nobis effingendū, proposuerimus, quicq̄d in aliis optimum fuerit, in nostras scriptiones deriuare: q̄ M. T. Vergiliū, Liuium, nostrosque cōplures fecisse nō ignoramus. Sed q̄ de Horatii lyricis mētionē fecimus, nō eos solos in illo Poeta versus cōmendādos autumo, cū sint & alia plura, in quibus Poeta excelluit, carminū genera, e quibus hexametros miræ elegantiæ plenos non excipio, vt q̄dā faciunt: q̄ eis & Artē Poeticā, & Sermones, & Epistolas p̄cipue, tam

venuste

venuste cõdidit, vt in illis mihi egregius, in his autem propemodum inimitabilis videatur. Siquidem vt ad heroici carminis maiestatem, quam ne affectauit quidẽ, non assurrexerit, non altius q̃ res postularet hexametris onus impositum: sed de domesticis rebus ad familiares scribẽs, pluri maq; ex intima philosophia deprompta suis Epistolis intermiscens. q̃non habet venustatem? Eum ego porro in illa scribẽdi ratione nõ illibẽtius æmulari cupiã, q̃ Lucretiũ in philosophia versibus tradenda, aut Catullum in Argonauticis: qui ex industria ipsum Horatium sermonem solutæ orationi vicinũ carminibus complexum fuisse, affirmare ausim, quod & auctor de se in secundo Sermonum libro innuere videtur, cum ait:

Primum ego me illorum dederim, quibus esse Poetas
Excerpam numero, neque enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque si quis scribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse Poetam.
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Igitur vt ad Homeri, aut Verg. altitudinẽ non pueuit, suum tamen tenuit iter, & forte in hoc genere apud nostros primus esse maluit, q̃ illo secũdus: quãq; illi Heroicũ metrũ extulerunt, tã hic illud idẽ volens cõminuit. Iam oratorib. quis neget Ciceronẽ, quasi luciferũ quendã esse spectandũ ducemq; in iis, q̃ diuinũ ingeniu tractauit, eligendũ? quando & Latinos omnes superauit, & ex Cæsaris, Bruti, Calui, Pollionis, Messalæq; scriptis nihil est in manibus. Sed & huic non tam superstitiose me deuinxero, vt alios omnes Latinos auctores floccifaciam, prout non pauci solent. Dignum sane odio hominum genus, & in quo non multũ eruditionis agnoscas. Quare Titi Liuii, Crispi Sallustii, C Cæsaris, Varronis, Celsi, Columellę Plauti Terentii, Verg. Horat. & similium locutionibus tam libenter vtar, quam Ciceronianis, nisi nimiam alicubi deprehendamus licentiam. Quod facit, vt iis non assentiar, qui Ciceronem Cæsaremq; tantũ, quos in soluta oratione tuto imitemur, exstare putãt. Ar Sallustius, inquiunt, antiquior est (*de Ciceronianis enim paulo post diffusius agemus*) veterumq, verborũ. & priscæ dictionis studiosissimus: Titus vero Liuius, multa habet, q̃ primus ipse Latio donauit: quorũ vtrumq; maxime est vituperandum. Vtinam tam facile hoc aliis psuaderent, q̃ ipsi credere potuerunt. Nam apud alios fere omnes receptũ est, tantæ auctoritatis & esse, & fuisse Crispum Sallustiũ, vt nouas, inauditasq; voces tam culto seculo viuens inducere, & alias, q̃ damnatæ fere exciderant, in vsum reuocare potuerit, Asinuq; de Liuio iudiciũ, his verbis in primo Oratoriarum institutionũ libro refellit Quintilianus: *Taceo de Thucis, & Sabinis, & Pranestinis quoq;, nam vt eo sermone vtentem Vectiũ insectatur Lucilius, quemadmodũ Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem, licet omnia Italica pro Romanis habeã.* Atq si prauas eiusmodi calũnias aliquo in loco ponemus, ne M. q̃dem Cicero satis erit, pbandus, de cuius

obtrectatoribus idem Fabius in 12. lib. ita scribit: *At M. Tullii, nos illum habemus Euphranorē, circa plurīū artium speciem præstantem, sed in omnibus, quæ in quoq; laudantur eminentissimū, quem tamen eorum homines temporū inesse audebant, vt tumidiorem, & Asianum, & redundantem, & in repetitionibus unum, & in salibus aliquando frigidum, & in cōpositione fractū, exsultantem, ac pene (quod procul absit) vitio molliorem.* Postea vero q̄ triūuirali proscriptione consumptus est, passim qui oderant, qui inuidebant, qui æmulabātur, adulatores et præsentis potentiæ non resp nsurū inualerunt. Ille tamen, qui ieiunus a quibusdam atq; aridus habetur, nō aliter ab ipsis inimicis male audire, q̄ nimiis floribus, & ingenii affluentia potuit: falsum vt ūq;, sed tamen illa mentiendi ꝓpior occasio. Præcipue vero presserunt eū, qui videri Atticorum imitatores cupiebant. Hæc manus quasi quibusdā sacris initiata, vt alienigenam & virū superstitiosum, deinctūq; illis legibus insequebantur. Vnde nunc quoq, aridi, & exsucci, & exsangues. Hi sunt enim, qui suæ imbecillitati sanitatis appellationē, quę est maxime contraria, obtendunt: q̄ quia clariorē vim eloquentię velut solē ferre non possunt, vmbra magni nominis delitescūt: q̄ bus quia multa, & plurib. locis ipse respōdit, tutior mihi de hoc differendi breuitas erit. Reiiciamus sc. M. T. quod tot cauillationibus, maledictisque viuens ac mortuus fuerit exagitatus. Cum tamen illi ea potissimū vituperarent, quæ ipsi nulla industria consequi possent, exsuperarunt: eas omnes difficultates Ciceroniana opera, & Liuius itidē, Sallustiusq; nullam ob frigidos diuersorū strepitus gloriæ iacturā fecerunt. Iccirco eorū locutiones non magis, q̄ si M. T. essent, abhorrebo, sed Liuium in scribenda historia, magis q̄ Sallustiū imitatur: non quia hic maior sit eius auctor, verū ꝙ immortalem illam Sallustianam breuitatē qua (*si Quintiliano credimus*) nihil apud alios vacuas ac eruditas potest esse pfectius, anxie affectantes maximū in discrimē venirent, ne ꝓ tanti historici similis breues, cōcisi, scabriq; & vt paucis absoluam, nihil minus q̄ Sallustiani fierent: ꝙ in Liuiana phrasi multo vberiore ptimescendum non esset. Diuersam ab his duobus viam tenuit C. Cæsar: cuius quoniam omnia scripta, ꝓter septem de bello Gallico libros, temporū nobis iniuria erepta sunt, plurimum rei literariæ incōmodi attulerunt. Quę tamen supersunt, pulcherrime simpliciterque, & raptim exarata, omniq; ornatu, quasi veste detracta, tanti principis ingeniū pulcre patefaciunt, quan q̄ annalium conditoribus non tā ꝓdesse valeant, q̄ Liuii Sallustiiq; fragmenta: ꝙ & ex auctoris mente dignoscimus, q ꝓpe q simplices cōmentarios, vt parata haberent, vnde sumerent q scribere vellēt historiā, reliquerit. Multo pstantiores, artificiiq; pleniores eius fuisse orationes arbitror: in q bus præter ceteras virtutes, vis ꝑcipue, sicut in Cęlio indoles, in Calidio subtilitas, in Bruto grauitas, in Sulpitio acumē, in Cassio acerbitas, in Pollione diligētia, in Messala dignitas, in Caluo sanctitas

ſanctitas commendabatur. Sed cum illos, quos dixi Commentariorum libros, mundiſſimos eſſe credamus, virtutes tamen, quæ ab hiſtorico exiguntur, non exacte docent. Quid enim ſi ducem apud milites concionantem exprimere cupias, an Cæſaris iter inſiſtas? non opinor, cum nulla apud eum abſoluta legatur oratio: quod eſt hiſtorico (vt ſi quid aliud) neceſſarium. Quid ſi rei difficultatem, horrorem, perturbationem, & alia quæ ſeſe ſcribenti offerunt, verborum ſtructura, ſeu contextu ob legentis oculos ponere, & facta (*vt ait Salluſtius*) dictis exæquare labores? an in Cæſaris commentarios intueberis? an non potius in duo Romanæ hiſtoriæ lumina, Titum Liuium, Criſpumque Salluſtium? Non ob ſimplicem videlicet dictionem, bellicum canorem in Thucydidis ſcriptis Græci Latinique admirabantur: neque ob puram rerum geſtarum narrationem, dulcis, candidus, effuſuſque Herodotus, dum concitatos Thucydidis affectus remiſit, concionesque ſermonibus, vim denique voluptate æquauit. Horum profecto in Cæſare nihil inueniasi quem his, qui apud noſtros ſunt præcipui, parem eſſe potuiſſe non ambigo, ſi non ad maiora natus, magis ipſe ſcriptoribus materiam præbere, quam vel aliorum, vel ſua geſta ſcriptis conſecrare cupiuiſſet. Nec me latet M. Ciceronem in libro de Claris oratoribus de Cæſaris commentariis optime ſenſiſſe, de quibus loquens: *Ineptiis*, inquit, *gratum fortaſſe fecit, qui uolunt illa calamiſtris inurere, ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit. Nihil enim eſt in hiſtoria, pura & illuſtri breuitate dulcius.* Sed hæc de viuo loquebatur Cæſare, cum & hoc ſcriptionis genus apud Romanos non ſatis ornatum eſſe quereretur. De qua re agens in primo de Legibus, a ſe hoc munus exſpectari gloriatus eſt, ne Latium hac in parte Græciæ cedere cogeretur. Eius verba hæc ſunt, ex Attici perſona: *Poſtulatur a te iam diu, vel flagitatur potius hiſtoria. Sic enim putant, te illam tractante effici poſſe, vt in hoc etiam genere Gracia nihil cedamus. Atque vt audias, quid ego ipſe ſentiam, non ſolum mihi videris eorum ſtudiis, qui literis delectantur, ſed etiam patriæ debere hoc munus, vt ea qua ſalua per te eſt, per eundem te ſit ornata. Abeſt enim hiſtoria literis noſtris, vt & ipſe intelligo, & ex te perſape audio. Potes autem tu profecto ſatisfacere in ea: quippe cum ſit opus, vt tibi quidem videri ſolet, vnum hoc oratorium maxime. Quamobrem aggredere quæſumus, & ſume ad hanc tempus, quæ eſt a noſtris hominibus adhuc ignorata, aut relicta.* Et inferius: *Quare tuum eſt hoc munus, hoc a te exſpectatur.* Quibus mox ſic reſpondet Cicero: *Intelligo equidem a me iſtius laborem iamdiu poſtulari Attice, quem non recuſarem, ſi mihi vllum tribueretur vacuum tempus, & liberum. Neque enim occupato res tanta ſuſcipi poteſt.* Et paulo poſt: *Hiſtoria vero nec inſtitui quidem poteſt, niſi præparato otio, nec exiguo tempore abſolui. Et ego animi pondere ſoleo, cum ſemel quid orſus, ſi traducor alio: neq; tam facile interrupta*

contexo, quam absoluo institutam. Hæc M. Tullius: qui si oratorium præcipue munus, historiam scribere volenti necessarium esse contendit, facile indicat C. Cæsaris commentarios plenam absolutamque historiam non complecti, non quin eorum auctor oratoria arte plurimum valuerit: sed quod bellicis rebus perpetuo, et quo suarum rerum commentarios scribere cœpit, intentus, quod Cicero subeisiuis temporibus assequi non potuit, neque ipse quidem præstitit. Alioqui Herodotum Græcæ historiæ patrem, Thucydidemque, viros eloquentissimos foro nunquam vacasse, sed assiduum otium ad scribenda suorum gesta contulisse, satis constat: quod apud nostros non C. Cæsar, sed Crispus Sallustius, Liuiusq; fecerunt, vt merito eorum opera Latinæ historia Græcæ comparari valeat. De qua re agens Fabius Quintilianus, cum hos duos impense laudasset, Cæsarem ne nominauit quidem. Ipsum vero M. Tullium aliqua Sallustii scripta legisse non ignoramus, cum ei respondens sic scribat: *An illud mentitus sum, fortunatam natam me consule Romam? qui tantum intestinum bellum, ac domesticum vrbis incendium exstinxi? Neque te tui piget, homo leuissime, cum ea culpas, quæ in historiæ gloria mihi ducis?* Sed nec de viuente iudicare voluit, neque admodum ei in hac re fidei tribueremus, cum maximum inter eos odium flagrarit, quod ex Sallustii in Ciceronem inuectiua, ipsiusque Ciceronis responsione plane colligitur. Quas qui suppositicias existimarunt, accipiant hoc Quintiliani in quarto Oratoriarum institutionum libro testimonium: *Quid non Sallustius directo in Ciceronem, in quem ipsum dicebat, vsus est principio, & quidem protinus: Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli.* Et in nono quoque: *Et apud Sallustium in Ciceronem, O Romule Arpinas.* Quod si Sallustii est criminatio, quis non Ciceronis defensionem esse fateatur? Liuium ergo, Sallustiumque in Romana historia præcipue imitandos esse colligimus: quamuis (vt superius dictum est) illius vestigia quam Sallustii sequi, commodius valeamus. Et tamen de hoc Valerius Martialis sic ait,

Hic erit, vt perhibent doctorum corda virorum,
Primus Romana Crispus in historia.

Nam si quis puro sermone Cæsaris forte candorem, aut (vt de Græcis quoque agamus) inaffectatam, sed quam nulla affectatio consequi possit, Xenophontis iucunditatem, hoc præsertim tempore scribens, se æquare posse confidat, infelix operam non minus perdet, quam

Si quis asellum
In campum doceat parentem currere frenis.

Sed vt de his hoc loco plura non dicam, hoc adiiciam, qui aut Vergilii seculo, aut supra etiam vixerint, promiscue Latinos esse habendos, nisi si aliqua habeantur obsoleta verba: eorum autem qui postea floruere voces, seu loquendi formulas, ita admittendas

tendas esse, si hominum excellentiam considerantes, non mediocrem in iis delectum adhibuerimus, cum iis minime sentientes, qui imitationem vni tantum obstrictam esse debere autumant, vt nostri Ciceroniani faciunt, qui perpæpe tacere, quam Sallustii, aut Liuii verbo vti malunt: tantum abest, vt Columellam, Celsum, Plinium que Latinos existiment, a quorum lectione nonnulli, qui in hac miseria consenuerunt, semper se abstinuisse gloriantur, ne mirificum loquendi scribendique genus Plinianis vocabulis commacularent: quasi aut Cicero cuiusquam se solius imitationi addixerit: aut vir doctus iure sit vocandus, qui vnicæ Ciceronianorum operum lectioni semper vacarit. Quid vero, quod nullum argumentum tractare norunt, si a quarum eos Epistolis ex M. Ciceronis centonibus male contextis diuellas? Quid quod vix vnam Epistolam trimestri spacio absoluunt? Sic enim aiunt, exguo tempore nequaquam scribi,

Posse linenda cedro, & tenui seruanda cupresso.

Verum iis ego nouem annos in singulas periodos concederem, nisi cum montes parturire visi essent, ridiculum murem frequenter nasci videremus. Aut si aliud Ciceroni furari nossent, quam, *Non obliuione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis mea superioribus temporibus ad te meliùs literas misi*: Et, *Quanquam me nomine negligentiæ tibi suspectum esse doleo*: ac eiusdem notæ, *Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo*: Et, *Quicquid ei commodaris, erit mihi maiorem in modum gratum*. Hoccine est Ciceronem imitari? Hoccine integra liberi hominis ætate dignum? Per me quidem, isto pacto sint non Ciceronis imitatores, sed germani potius, & eam clausulam, quandocunque libuerit his verbis, *Esse videatur*, absoluant, quam non longius, sed longissime circumduxerint, dum & mihi Romanis aliorum vocibus, quod velim exprimere permittant. Cumque aliquem mihi veterum scriptorum, quasi ducem in quopiam argumento proposuero, vt in eo negotio quod agendum suscepero, plus illi quam ceteris deferam, nunquam tamen quominus multa ex aliis si videbitur assumam, mihi interdictum putent. Nisi forte tantum sibi in Stephano Doleto præsidii esse autumant, quantum in ipso, si viueret, Marc. Tullio collocarent: quanquam longe modestus ille de hac re fuerit acturus, quam æquus noster Alemæon: qui cum dialogum de imitatione Ciceroniana superioribus annis aduersus D. Erasmum virum doctissimum scripserit, lectorem in primis admonuit, omnia quæ in sui Dialogo Morus disputat, & loquitur, ex Ciceroniano Erasmi Dialogo sumta esse ne Doletum sui dissimilem, id est, stylo modo inflatiore, modo flaccido esse putet. Quarnam obsecro Deciis, Magiis, Iubelliis, & si quid arrogantius protulit Campania, tanta vnquam superbia innata dicitur? Non aliter

seipsum illic nominat Doletus, quam Ciceronem, aut Demosthenem solemus: cum nouus heri sub terra lumbricus erepserit, qui modo nusquam comparebat, nunc cum comparet perit. Formidat enim, ne quis Erasmi stylum Doleti esse putaret. Quis te Dolete vnquam norat, vt te tui dissimilem esse putaret? aut quid ad hanc diem tuum scripsisti? Qualis qualis tamen sit hodie, aut sit postea futurus, nescio quo pacto Erasmum flaccidum, seu tem inflatiorem putat. Cum enim vtrumque sit vitiosum, Erasmi tamen phrasis Doleti stylo comparata, satis aperte in illo eruditionem summam cum quadam orationis facilitate coniunctam fuisse ostendit: in hoc vero verborum non sonitum, sed inanem strepitum, nulla subiecta sententia, nec scientia. Quandoquidem totus ille de Ciceroniana imitatione dialogus, nihil habet aliud, quam perpetuas nugas, & vanæ insulsæque garrulitatis studium indefessum. Quæ nisi vera sunt, habebit ipse se purgandi locum, si & nostro de vulnere sanguinem sequi credet, & eodem mihi quo illi precio sal perhibetur: quanquam non sale Doletus, sed veneno suos labores aspergere didicit: quo imbutus, pulcerrimum Erasmi Adagiorum opus, quòd integra quam tumuis excellentis viri ætate compositum videri potest, adagiorum farraginem appellat. Cōferat cum illo si potest, non suum dialogum, nec linguæ Latinæ commentarios, in quibus confarciendis tria fere lustra consumsit, sed Longolii tum Epistolas, tum orationes: deinde frontem perfricans, impudētissime in vna Longolii Epistola plus eloquii, plus artis Rhetoricæ, plus linguæ Latinæ splendoris elucere, quam in omnibus ad vnam Erasmi commentationibus pronuntiet. An non verius est, in vnica Adagiorum pagina plus doctrinæ inesse, quam in toto Longolio? At hic propius Ciceronem imitatus est. Quid tum? Illud potius expedi, quid nobis profuerit Longolii imitatio, aut quid ex ea vtilitatis percipiamus. Sit imitatus Ciceronem Lōgolius: sed plurimi multū absunt a Ciceroniano scribendi genere. Nemo tamen insanior fuerit, quam qui Longolium eorum cuiuis æquare velit. In illo enim nihil inuenias, quam frigidum imitationis nomen: in iis vero eruditionem miram, & scribendi genus, si non Ciceronianum, Latinum tamen, & ad explicandum animi sensum satis perspicuum. Sed Ciceronianorum miseriam paucis explicemus. Negant eius obseruantiores, quicquam Latinum esse, quod non sit in Cicerone. Iam hoc nihil impudentius dici potest. Cui nam etenim antiquorum hæc vnquam insedit religio? aut quis hanc M. Tullio auctoritatem tribuit? Fuit, inquiunt, omnium Romanorum eloquentissimus. Recte quidem. Sed nō qui vnus eminet inter omnes, ceteros eradit, ac supprimit. Cumq; singularem illius eloquentiam Græci, Romaniq; omnes semper sint admirati, neminem tamen minus Latinū censuerunt, qui Cic. sibi effingendum non proposuisset. Quare si non veteres, qui hoc consequi

sequi non potuerunt, sed vel eos, qui Cicerone viuente scripserũt, vel qui eidem succesſere, hac de cauſſa, quaſi parum Romanæ locutos, nouo more obſtinate aſſeramus:

... Non eſt quod multa loquamur:
Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.

Quid enim? An Vergilius, Horatius, & ſimiles, quod nullum in eorum ſcriptis apparet Ciceronis veſtigium, barbari habebuntur? At Poetæ ſunt. Quid tum? Longe maior eſt eorum in verbis, quam oratorum licentia. Eſto ſane. Sed ſi hanc vbique licentiam prætendamus, ipſos omnes integre expungere cogemur, multa ſibi permittunt, ſed non vt barbaris vtantur verbis (niſi forte Vergilium ſcrutemur, quod gazam, magalia, & alias huiuſmodi, licet paucas voces vſurparit) non vt Latinitati minus conuenientia e triuio capiant. Dixerit idem tertio Æneidos libro:

Anchiſem facio certum.

& ſi qua ſunt ſimilia, quæ orator non ſit probaturus: at cetera & oratoribus, & poetis, & hiſtoricis recte conueniunt. Sed de Poetis non loquimur. Hoc equidem ſcire velim, num Cæſar, Liuius, Salluſtius, ceteriq; eius præſtantiæ Latine ſcripſerint? At hiſtorici ſunt. Soli ne ergo oratores legentur? Quid ſibi igitur volunt Quintiliani præcepta, futuros oratores a Poetarum lectione auſpicari iubentis? Si Poetæ oratoribus nihil conferunt, nihil hiſtorici, nihil deniq; ceteri omnes, extra vnum M. Tullium, nõ oportebat de verborum copia ſcribentem quempiam præter Ciceronem nominare. An non potius longa illa poetarum, philoſophorum, hiſtoricorumq; examinatio hoc innuit, vnius lectionem, ei, qui orator eſſe ſtudet, non ſufficere? Neque hoc tam libere proferrem, niſi ipſum M. Tullium huius ſententiæ haberem auctorem: qui primo de Oratore libro, non tantum per omne ſcriptorum genus eum quem informat vagari, ſed quodcunque in eis vtile fuerit, ſibi vindicare vult. Sic enim ait: *Educenda inde dictio eſt, ex hac domeſtica exercitatione, & umbratili medium in agmen, in pulueream, in clamorem, in caſtra, atque aciem forenſem. Subeundus vſus omnium, & periclitanda vires ingenii, & illa commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda. Legendi etiam Poetæ, cognoſcenda hiſtoria, omnium bonarum artium ſcriptores & legendi & peruolutandi, & exercitationis cauſſa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi, diſputandumque de omni re in contrarias partes, & quicquid erit in quaque re quod probabile videri poſſit, eliciendum atque dicendum. Perdiſcendum ius ciuile, cognoſcenda leges, percipienda omnis antiquitas, ſenatoria conſuetudo, diſciplina Reipublicæ, iura ſociorum, fœdera, pactiones, cauſſa imperii cognoſcenda eſt. Libandus eſt etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio.* His conueniunt, quæ libro tertio ſcribit: *Sed omnis*, inquit, *loquendi elegantia, quanquam expolitur ſcien-*

ita literarum, tamen augetur legendis oratoribus ac poetis. Sunt enim illi veteres, quæ ornare nondum poterant ea, quæ dicebant, omnes præclare locuti: quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui, nisi Latine. Neque tamen erit vtendum verbis, quibus iam consuetudo nostra non vtitur, nisi quando ornandi causa parce, quod ostendam. Sed vsitatis ita poterit vti, lectissimus vt videatur ijs, qui in veteribus erit scriptis studiosè, & multum volutabit. Hæc Cicero. Qui si in veterum scriptis & studiosè & multum volutari vult oratorem, quanto magis in recentiorum, & eorum præsertim, qui vel cum Cicerone, vel post eum fuerunt, versari debebit? Ac ne quis ipsum M. Tullium aliud scripsisse, aliud obseruasse credat, non modo per omne scriptorum genus, quod eius opera ostendunt, vagatus est, sed nec vnum Demosthenem sibi imitandum proposuit: quippe qui & Platonis, & Isocratis præcipuas virtutes sit assecutus. Quamobrem hanc seu superstitionem seu religionem antiquis prorsus incognitam inauditamque fuisse, necessario fateri cogimur. Sed hic reclamabit Doletus: Poetas quidem a poetis, historicos ab historicis imitandos esse: proinde cum vnicus tantum supersit orator, nec necesse sit cum vnum oratorem proponi esse debere. Equidem si Asinii Pollionis, Licinii Calui, Celii, Caii Cæsaris, Bruti, & antiquorum omnium oratorum scripta exstarent, hanc palmam Ciceroni libentissime deferre non verer, ita quidem vt eum in scribenda oratione longe magis quam illos sequeremur: quin tamen eo quicquid elegans mihique conueniens apud eos inuenirem, in mea scripta decenter deriuarem, ne ipse quidem mihi Cicero persuaderet. Nam quæ lex apud Rhetores, aut aliud scriptorum genus, tam tristis, tamque dura habetur, quæ nos alicui rei sic obliget, vt ne tantum saltem culmum ab eo, quod præcipitur abesse valeamus? At Cicero omnia eleganter scripsit. Sed alii forte aliquid elegantius. Vtque orationem, aut epistolam scribere volentibus, maxime imitandus sit Cicero: in eisdem tamen, cur non multa ex bonis auctoribus sumta vsui esse poterunt. Quid autem, quod non omnia tractauit Cicero? An si alium eo in opere auctorem sequamur, minus Latini erimus? Imo maxime, sed non Ciceroniani. At ego dum Latine loquar, nisi Ciceronem prorsus effinxero, non ita discruciabor, vt vni Longolio hanc laudem tribui iniquo animo feram: præsertim quod eos non numerat in Ciceronianis Doletus, qui aliquot loquendi formas ex Cicerone collectas vbiq; inculcant. Grammaticorum elementorum interdum ignari: sed qui intus, & in cute Ciceronem nouerint: qui Ciceronem non voraint, absorpserint, sed sensum deliberint, degustarint, regustarint, exhauserint, beneque concoxerint: quorum iubar fuit Longolius, quem vere Ciceronianum agnoscas, nec Grammaticæ subdiis destitutum, nec adeo attenuatum: demum qui nominatus modo, summu Erasmo terrorem incu-

cerer.

cuteret. Quin tu potius dic mihi bona fide Dolete, quid habet Ciceronis Longolius, præter exiguam imitationis imaginē? Vbi Ciceronis ingenium? vbi eruditio? vbi candida illa & diuina phrasis? Sed in magnis voluisse satis est. Nihil enim aliud, quam voluit: nisi aliter censeat Doletus, aliud sonēt Longolii epistolæ, orationesq; quarum vmbratiles mihi videantur, Pontanum, Vallam, Politianum, Theodorum Gazam, & plurimos, qui se Ciceroni exprimēdo tam impense nunquam addixerūt, Longolio facile præponere soleo. Quod vero prudentissime censet Erasmus, qui bullibet ingenis non cōuenire Tullianam phrasin: cumq; deficiat naturæ vires, ad inimitabilē dicendi felicitatem assequēdam, nihil esse stultius, quam in eo discruciari, quod contingere nō potest, Doleto parum probatur: quin potius ea qua solet pertinacia (nec enim vllam admittit rationem, & aliter res ipsa nobis ostēdit) quasi aram tenens, quibuslibet Latinæ linguæ studiosis eam conuenire iurat, si modo pure, splendide, ornate, copiose, grauiterq; dicere in votis habeant: cum nullus Ciceronis imitationi deditus fuerit, qui non ex ea aut verborum elegantiam, & copiam, aut compositionis suauitatem, aut orationis acumen sibi compararit. Quod quidem, nisi vnius Doleti esset somnium, falso scripsisset Horatius in Arte poetica:

Tu nihil inuita dices faciesque Minerua.

Quid enim? si quis ad poesin a natura formatus fuerit: num Cicetonem illi imitari expediet? an non Vergilium potius? Poetas enim nasci, ipse Cicero pro Archia poeta testatur, quum ait: *Atqui sic a summis hominibus, eruditissimisque accepimus, cetera rerum studia, & doctrina, & præceptu, & arte constare, poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas; quod quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.* An igitur sic nato literarum studioso expediret Ciceronem imitari? Quid si historiam scribere in animum induxerimus, Ciceronemne, an T. Liuium, aut Cæsarem, aut Sallustium sequemur? Ciceronem, inquit Doletus, & in ea scribenda se reliquum temporis insumturum pollicetur. Verum ego nunquam adeo astutus fui, quin Liuio, aut Sallustio in hoc opere, quam M. Tullio similior esse optarim. Sed quid mihi his opus est, ait Dolerus, cum Latini omnes ad eruditionem non nihil conferre possint: ad imitationem autem, & verborum copiam nihil prorsus? Sic enim existimat, ex Marci Tullii verbis omne scripti genus commodissime conflari posse, vt ex eisdem coloribus pictor vel Herculem, vel Achillem, vel Stentorē, vel Thersitem, vel Helenam, vel ceruum pingere valet: quæ cū stultissime & scribat & credat Doletus, plena sunt futilitatis, summæq; leuitatis. Cū enim omne scripti genus proprios habeat limites, proprias etiam virtutes, quo pacto Ciceronē in historia imitabimur, quā dē

nunquam scripsit: nisi forte tres libros, quos de suis temporibus carmine composuit, quique multis iam seculis exciderunt, historiam appellemus? An idem est historiam scribere, quod orationem in concione habere? Aut Doletus nouo modo, inauditaque ratione historiam est conditurus? Nam id mihi præclare pellicere videtur, proposita illa aurificum industria, qui eandem bracteam sic immutare valent, vt primæ formæ nihil maneat, & ex catello leo, tum ex leone catellus confletur. Eadem enim ratione sententias ex M. Tullio collectas sic inuertere licebit, vt diruentes, ædificantes, & quadrata rotundis mutantes, ita omnia commisceamus, vt sua, si reuiuisceret Cicero, non esset agnituros. Cumque sententiæ lumina sint, gemmæque orationis, eas non ex stercore conquirendas, eliciendasque putat Doletus, sed ex ditissimo Ciceronis mundo, gemmis (vt ait) lectissimis, & vndique pellucentibus spectabili. Fecit hic suo more Doletus, dum omnes Latinos scriptores, præter M. Tullium, stercus appellauit. Responde mihi bellua, an stercus est Vergilius? an Cæsar? an Liuius? an non tu potius dignus, qui in stercore suffoceris? Aude furia tuos illos insulsos Latinæ linguæ commentarios efferre, & dic Romanos auctores excepto Ciceronе omnes ad vnum stercus esse. Quid mirum, si Erasmus Doleto displicuit, cui tot excellentissimi scriptores sordeant? aut quid aliud potest nebulo, quam innatum virus non in Erasmum modo, atque vniuersam Germaniam, sed in Gallos etiam effundere? Iam nemo non exsecretur hominis improbitatem, si causam, ob quam Erasmum sibi omnibus conuitiis lacerandum proposuerit, explicemus. At ea hæc est, quod cum diis hominibusque incognitus ecœno emergere vellet, hoc se in animo præcipue habere dictitabat, vt cum celeberrimum aliquem virum acerbissimis, maximeq; inhumanis criminationibus ac maledictis impetisset, non paruâ sibi gloriam acquisitũ iri speraret. Hos stimulos, seu rabiem potius, intra pectus versans, & eum osurus, quẽ nec nouisset, nec sibi inimicum fuisset expertus, primo in doctissimum virum (cuius nomen supprimam) Franciscũ Valesio excellentissimo Gallorũ regi non mediocriter carum, quosdam versiculos Archilochios (hoc enim genus supra modum diligit) aculeorum plenos conscribere adortus, ab amici admonitus est, id regi minucundum fore, cum singulari eius, quem sibi hostem delegerat, eruditione delectaretur. Proinde alium quęreret, cum quo eiusmodi simultates exerceret. Sic vestigãri Erasmus Roterodamus in mentem venit: qui cum a plerisque iuuenis sollicitarus fuisset, nihil minus morti iam proximus extimescebat, quam furentis Doleti tragœdias, quibus (sic enim eius dialogum appellare libet) quando non vnũ Erasmum, sed integram Germaniam conculcare nititur, indignum se esse ostendit, quem vel itali, vel ceteræ nationes al quo iud cio præditum existiment. Cum enim hoc ab his, qui bonas litetas dil gunt, carga-

exigatur, vt omnes earum adprime peritos vbicunque natos & amant, & laudibus efferant, contra Doletus eorum, qui viuunt neminem præter Budæum, Sadoletum, ac Bembum, alicuius eruditionis esse putat, neque id quidem, quod ita sentiat, sed vt Budæi gratiam frigida sibi conciliet assentatiuncula. Sadoleti autē Bembique nomen, in hoc nouo imitationis genere defendendo inuidiæ opponat. Nobis certe ij sunt Itali, qui de elegantioribus literis bene merentur, vt Hannibali, qui hostem ferirent, erant Carthaginenses. Idcirco, quod Germanos omnes (loquar enim apertius) nullo hominum habito discrimine deridet, singulari hominis leuitati, ne dicam stultitiæ, est adscribendum. Quod vero Erasmi nomen, sibi ex hominum memoria deleuisse videtur eius gloriam nihil omnino apud doctos ob tam friuolas nihili hominis calumniationes iacturæ fecisse intelligat. Atq; vt Zoilus Homeri poemata non exstinxit, neque Vergilii Carbilius, licet omnes in hoc vnum acuos intenderint: ita Erasmi Roterodami opera, quemcunque de eis eruditi sententiam tulerint, Doleti maledictionibus ex hominum manibus non excident. Sed vt ad imitationem redeamus, cum omnes Latinos sese ad vnicum Ciceronem effingendum conuertisse hic noster philosophus mentiatur, isque nullum imitatus sit, sua sponte omnibus numeris absolutus & perfectus, satis deinde inconstanter ei, qui res sacras Ciceronem imitari cupiens tractare velit, desintque apud M. Tullium nomina nostræ ætati cognita, concedit, vt suo ea iudicio aliunde quærat, Ciceronis autem neruos, prudentiam, acumenque imitetur. Hoc loco optimo iure de te cum Horatio dicere possum:

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Si enim vnicum Ciceronem, qui nulli se nec Græco, nec Latino addixerit, sed suo potius more scripserit, imitandum esse tantopere contendis, verba quidem, quæ apud illum non sunt, ac theologica præsertim nostris operibus interserentes, nihil minus erimus, quam Ciceroniani. Illius namq; phrasin selectissimis verbis constructam, nullo pacto theologicis vocibus, hoc est, a barbarie non multum (vt pleriq; omnes M. Tullii studiosiores autumant) distantibus, Ciceronem exacte exprimemus. An forte Ciceroniano more scribere volentes, quotiescunq; verbum Ciceroni incognitum vsurpabunt, præfari oportebit? an non totum opus præfationibus constabit? Ad hæc si singulas voces, quæ apud Ciceronem non inueniuntur, non sine timore proferemus, vt ille, quum de philosophia ageret, noua vocabula inducens facere solebat, nihil aliud quam manum semper intra pallium habentes, formidabimus. Quanto melius, elegantiusque Iacobus Sadoletus, qui cum Ciceronem sibi imitandum delegerit, non tamen ita se illi addixit, vt ab eo recedere cum opus fuerit nefas esse ducat. An cum de Theologicis differit, aliquam Theologorum vocem reformidat?

An Iouem optimum maximum Deum patrem appellat? An Chri-
stum Apollinem, aut Episcopos, ꝓuinciarũ ꝓsides? Sed quam ei
illud falsum, q̃ oēs Latinos Doletus ad Cic imitationē se contulisse
interpretatur. An stercora tantũ oratorē imitari potuerunt? Atqui
tu potius non parũ es ineptus, cũ modo Latinos ad M. Tullium se
effinxisse pronuntias, modo aliquem negas inuentũ esse M. Tullii
imitatorem præter vnum Longolium: qui optime (vt inquis) in-
stitutus, & perfecte planeque literis eruditus, atque ad excelsa na-
tus & aptus iuuenis, syncerus, purus, politus, acutus, concinnus, sui
semper similis, grandis, mollis mitis, maturus, pellucens, nõ asper,
non hiulcus, humilia subtiliter, magna graniter, mediocria tem-
perate dixit: Ciceronis Germanus, ac eidem in dicendo par, adde-
re debebas: quanquam id quoque tibi voluisti, cum transcriberes,
Tersse & venuste scripsit Cicero, ad illam se venustatem compo-
suit Longolius. Tersus igitur vterque, & venustus: laudabilis vter-
que & magnus. Quæ verba, quam sint puerilia, ipse viderit eorum
auctor. Tum quod quandam adhuc restare Ciceroniani seculi
imaginem nobis persuadere laborat, cum suum senatum habeat
Roma, habeat Gallia, habeat Britannia, habeat Hispania in qui-
bus Ciceronem imitari possimus. Præterea non deesse Pom-
peios, Cæsares, Vatinios, Ligarios, Cluentios, Clodios Catilinas,
Sallustios, quos vel laudemus, vel defendamus, vel accusemus: non
est aliud quam purum Doleti figmentum. Habeant sane illæ pro-
uinciæ suum quæque senatum: quis tamen eorum senatuum tres
habet ita eruditos senatores, vt orationis elegantia artificioque
vel minimum commouere possint? An non potius fere vbique
loquentes Latine hoc prætextu reiiciunt, quod Ligarium iam
cõdemnatum Cicero Caio Cæsari extorserit: re autem vera, quod
indocti eruditos audire nolint? Atqui torum genus iudiciale
vindicant sibi Bartolus, Baldusque, ab oratore satis quidem remo-
ti. Deliberatiuum autẽ nusquam fere locum habet, nisi summum
Pontificem, aut Carolum Cæsarem, aut Gallorum regem vulga-
tissimo odiosoque iam argumento ad bellum Turcis inferendum
adhortari velimus. Itaque duo illa genera, in quibus regnauit Ci-
cero, nobis præreptra sunt. Reliquum est, vt in demonstratiuo nos
exerceamus, in eoque fiamus Ciceroni quam simillimi. Hic totas
suas vires experiatur Doletus, deque tam mutila imitatione plera-
que sibi confingat. Et cum ei desint maledicta, doleat tantum esse
in Etrusmo garrulitatis studium, vt inepta quouis loco fundat, &
absurda impudenter loquatur: deinde senem delirum ex hypo-
causto protrahat: denique cum Christophorum Longolium M.
Ciceroni exæquauerit, Batauum senem, fractum, attenuatum, ari-
dum, strigosum, imminutum, corruptum, puerile ac puridum di-
cendi genus probauisse doceat. Nam quod alibi ait? *Corpus bene
curatum, libertusque educatum, victum autem paulo delicatiorem,
quæ cupiam, postulare literas*: nõ a Ciceronis imitatore, sed a ce quo

dici credas: cuius etiam personā sustinuisse creditur, cū horas aliquas ceteris Latinis auctorib. tribuendas asseruit: *primum, vt quid a Cicerone (hæc sunt ex eius dialego) tum verborum, tum sententiarum vel sumant, vel surripiant, vel mutuentur, deprehendamus, & ad illius imitationem alacriores efficiamur, a quo magni nominis scriptores multa sumserint: deinde vt quemadmodum, qui de recta declinat, vbi in deuia aliquantum aberrarint, & per salebrosos minimeq; planos locos iter languentes fecerint, optatius in viam redeunt, atq; recta attentius inambulant, sic per omnia auctorum scripta satis prima ætate diuagati, errore tandem percepto, nos ad Ciceronem cupidius recipiamus, totosque conferamus. Postremo, vt sicut obtusum quotidiani cibi suauitate palatum aceto aut acerbiore aliquo iure irritamus, gustatuiq; consulimus, ita assidua Ciceronis lectione contractum, si quod contrahi potest, fastidium, auctorum crudiorum acerbitate depellamus: aut quasi oscitantes & obdormientes incondito aliorum scriptorum strepitu & murmure excitemur, ac noua relictæ voluptatis, id est, intermissæ Ciceronianæ lectionis cupiditate subsiliamus. Alia enim re nulla, quam ista alacritatis renouatione scriptores omnes magis conferre, aut prodesse opinatur.* Obsecro te diuine aruspex, censeamne aliquid esse in Latinis scriptoribus M. Tullio surreptum? Sed quid te obsecrem, cum apertissime id affirmes, & nihil tuis auribus gratum, nihil præter Ciceronis phrasin iucundum accidere posse profitearis? Age vero, quoniam furti omnes scriptores Marco Tullio addicis, an ei aliquid surripuit Plautus? an Terentius? an Cato? Non opinor, quia plurimos ante illum annos vixerint. Ergo hi abiiciendi sunt, in quibus nihil tale deprehendas? An vero M. Terentius Varro, an Cæsar, an Sallustius, an Brutus, an Valerius Catullus, an Antonius, an alii, qui Ciceronis ætate vixerunt, aliquid ab eo sumsere mutuum? Minime quidem. Iam hi omnes tanquam barbari eiicientur, Doleto auctore. Ac vt alios neminem, qui post eum protinus floruerunt, quid in Vergilio, quid in Liuio, quid in Horatio, quid in Ouidio, Tibullo, Propertio, aliisque Ciceroni ereptum videmus? an non verba & sententias ex iisdem fontibus sumserunt? An omnia verba noua induxit Cicero, vt inaudito sermone cum Romanis ageret? Vtinam animaduerteres Dolete, quam sis fatuus, aut quantam præ se ferat impudentiam secunda illa ratio, qua Latinos auctores nonnunquam legendos esse autumas: quippe, vt qui per salebrosos, minimeq; planos locos iter languentes fecerint, errore tandem percepto ad Ciceronem se cupidius recipiunt. Væ capiti tuo, qui errare eos censeas, qui per optimos auctores vagantur. Ergo errat qui Terentium legit? qui Vergilium e manibus nunquam deponit? At tu non erras bestia, sed stultissime hallucinaris: nec plus habes sanitatis, quā Vergilianus ille Pentheus, cum credit:

Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas:
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,

Armatam facibus matrem, & serpentibus atris
Cum fugit, vltrices sq, sedent in limine diræ.

Nam quis vnquam Vergilium salebrosum, minimeque planum appellauit, præter Carbilium, & eo magis insolentem Dolerum? Quid opus fuit Matullum nostrorum poetarum iniquum censorem carpere? quid Pacæum? quorum nemo eos errare existimauit, qui Vergilium legerent? Cum Latinæ linguæ calumniatores nomino, vnus omnium vicem subire potest hic noster vecors, mente captus, & vnctioris victus vnicus amator: quo obrutus, tertiam subdidit causam, cur horas aliquot Latinis auctoribus tribuamus. Pro qua sic accipito mi Dolete, nihil te nec tetrius nec pestilentius ab inferis vnquam emissum fuisse, nec Zoilum Homeri obtrectatorem crucem melius fuisse meritum. Vnicum siquidem ille Homerum impetebat: at hic tot Latinos proceres, quasi acidos, acerbosque, & in condito murmure strepentes insectatur. Illud conicere non possum, cur nam in Gallia, candidissimorum ingeniorum altrice, aliqua huic scurræ sedes concedatur, in qua cum plurimi sint in bonarum artium studiis celeberrimi, quædam tamen inter doctos modestia regnare solet: quando & Lutetiæ, & in aliis vrbibus non modo veteres auctores suspiciunt, atque admirantur, sed plerosque etiam recentiores pluris forte faciunt, quam sint illi æstimandi: neque id sane, quod iudicio fallantur, sed quod summe colendos putant, quorum egregiam in Latinis literis excolendis industriam fuisse animaduertunt. Sic enim bene nata aluntur ingenia, sic inflammantur iuuenes ad humaniora studia libentius amplectenda: in quibus licet primum locum sibi sumant Marci Tullii scripta, nemo tamen modo non stupideus, (Longolium semper excipio) eis contetus, ceteros auctores aspernatus est, prout Doletus noster pro suo arbitratu censet. Id enim comprobare videntur, quæ de copia verborum scribit, quem ait: *Copiam autem verborum sordere prorsus scimus, nisi in ea delectus habeatur: cuius & ducem, & principem esse Ciceronem, non negarit.* Recte quidem, sed nullo ostendit argumento, cum qui summus est, vnicum esse vel legendum, vel imitandum. Et sequitur: *Etenim Liuium Andronicum, Appium Cæcum, Cornelium Cethegum, Ennium, Naeuium, Plautum, Cæcilium, Pacuuium, Accium, C. Lælium, P. Scipionem, Gracchos fratres ante perfectum illud Latina lingua tempus, omnia antique, pleraque dure locutos memoria prodidit est, quorum asperiorem sermonem, verbaque tritis auribus, & erudita Roma intolerabilia, elimauit posterior ætas, duramque & ieiunam sermonis formam sustulit, atque vnctiorem quandam, & splendidiorem loquendi consuetudinem induxit: qua felici ætate floruit ille disertorum & eloquentium virorum cœtus, Hortensius, Cæsar, Domitius, Marcus Claudius L. Torquatus, Brutus, Calius, Seruius Sulpitius, P. Lentulus. At quis in tanta clarissimorum eruditorum multitudine*

primas

primas tenuisse dicitur? Ciceronem nemo vltro non respondet, in qua Latina lingua lumen, splendorque eluxit: cuius nomen non hominis est, sed eloquētiæ, in quo verbum nullum asperum, nullum durum, nullum horridum, nullum insolens, nullum humile, nullum in longius ductum, nullum improprie translatum, nullum desitum, nullum obsoletum, nullum antiquatum. Scilicet nisi repente hic vnicus Ciceronis virtutū admirator in medium prodiisset, in maximum discrimen venisset summi illius viri nomen. Verum non video quanam ratione, qui in Marci Tullii scriptis plus aliis omnibus est versatus, Liuium Andronicum, aut Cornelium Cethegum, cum Plauto, Cæcilio, ac reliquis nominet, cum Liuii fabulas nullius neque elegantiæ, neque leporis fuisse omnes existimarint. Cethegi autem etiam Ciceronis temporibus nulla exstaret mentio, nisi ab Ennio fuisset celebratus. At hoc nihil ad rem dicet. Ego vero illud potius discere vellem, cur Terentium inter eos non nominarit, cum de Lælio ac Scipione, quorum vtriqne ille fuit familiarissimus, fecerit mentionem? An eum tanquam vetustum obsoletumque scriptorem reiicit? Sed hoc imprudens forte omisit. Illud quæro, num ij, qui eodem tempore, quo Cicero vixerunt, Latine sint locuti? num excellentes fuerint? Hoc cum satis per se sit conspicuum, etiam nolentes in multis quandoque imitandos esse, fateri cogimur. Atqui de iis qui sub Ciceronem vixerunt, quales sunt, Asinius Pollio, Vergilius Maro, Titus Liuius, Horatius, & quotquot fuerunt eius seculi scriptores, ne verbum quidem fecit Doletus. An illi forte candidissimum Latinæ linguæ vsum non retinuerunt? Quin potius cum hi nullis sint secūdi, plurimum nobis, non ad palatum aceto, aut acerbiore aliquo iure irritādum, sed ad imitationem conferent: præsertim quod vni addicta imitatio, in vitium incidet, his versibus ab Horatio in Arte poetica designatum:

Breuis esse laboro,
Obscurus fio: sectantem leuia nerui
Deficiunt, animiq;: professus grandia, turget,
Serpit humi tutus nimium, timidusq; procella.

Veniet enim in discrimen, qui beatam illam M. Tullii in dicendo copiam imitari volet, ne languidus, mollis, & sine viribus fiat: rursus qui effingendæ eiusdem altitudini nimis misere se addixerit, tumidus euadat, ac dum humum vitat, nubes ridiculus, atque inania captet. Succurrit hic mihi Æsopicus de rana Apologus, cuius absentis pullos cum vitulus pede pressisset, ac vnus qui superarat, matri narraret, ingentem beluam cognatos elisisse, illaq; quasi vituli, si se inflasset, magnitudinem posset exprimere cum iterū atq; iterum Tantane bestia fuisset, interrogasset, cōmodissime ranula:

- - - Non si te ruperis, inquit,

Par eris. Quod non multum ab iis abludit, qui septem turgidis inflatisque verbis, altam se neruosamque M. Tullii vim atque

excellentiã cõsecutos autumant. Ideirco qui Ciceroniano ingenio vel proximum, vel propinq; saltem naturæ non debet, quique non eandem quam ille, aut nõ multo minorem (qp mihi temporib. nostris vix fieri posse videtur) sibi eruditionẽ cõparauerit, qui nõ stylum æque atq; Cicero exercuerit, non infelicius aliud meo iudicio argumẽtũ deligere potest, quã si in hanc Ceceronianorũ superstitionem se conferat: cui, aut cuius similis singulariter deditos, non dubium est Horatium notare voluisse, cum in Epistolis ita scriberet:

O imitatores seruum pecus, vt mihi sæpe
Bilem sæpe iocum vestri mouere tumultus.

Nullũ enim hominũ genus tam misere seruiturẽ seruire, quã hos Ciceronianos, te ipsa videmus. Nec me latet, Doletũ hoc loco ita reclamaturum. Quicunq; tibi videatur nostrũ hoc imitationis genus, mihi quidẽ certum in eadẽ sententia permanere. At mea, vel si te fulpendas, nihil refert. Qui tamen Ciceronem recte exprimes, cũ multa (vt alibi diximus) eius opera desiderentur: quæ vero habentur, aut pluribus in locis sint lacera, & mutilata, aut ita corrupta, vt in vnaquaq; pagella tria vel quatuor deprauata loca legantur? Facit enim se dignũ Doletus, cum de corũ restitutione ita scribit: Deprauatum vero antea, & librariorũ incuria, inscitiaq; corruptum Ciceronem, sic restituit virorũ doctissimorum, tũ Gallorum, tum Italorũ diligentia, & assiduus in literis labor, vt omnia in illo nitescant, atq; splendeant, vt in illo nihil iam offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit, aut vt mẽdosum notari. Incubuit in eam curam ante omnes Gellius, quẽ secuti Valla, Politianus, & nostrorũ aliquot, Budæus, Longolius, eum ita expurgarunt, vt si reuiuiscat, illis gratiã relaturus sit, nihil in suis scriptis mutaturus. Quę cum falsa esse omnes intelligant, qui Ciceronem diligentius legerunt: hoc ostendũt, Doletum in iis tam oscitanter fuisse versatum, vt quiuis locus, quantumuis male restitutus, ab ipso Cicerone illi repositus visus fuerit. Sed Gellium nescio quo pacto cũ Valla, Politianoq; commiscet, quasi eadẽ fuerit horũ atq; illius in expurgandis M. Ciceronis operibus conditio. Alijs sane nominibus magnus fuit Gellius. Nã quæ in Cicerone reposuit, cuiusmodi sunt, in potestatẽ esse, pro in potestate esse, & similia, nimiæ fortasse diligẽtię reprehẽdi possunt, si cum iis conferantur, quæ in eodẽ auctore hodie sunt corruptissima. Exstabant Gellij temporib. maxime castigata non M. Tullij tãtum, sed Latinorũ omnium scripta, vtpote nullã adhuc a barbaris iniuriã passa. Nunc vero, post multas Italiæ calamitates, præter eos quos integros amisimus auctores, quot loca non in M. Tullio, qui plurima scripsit, sed in Vergilio etiã nostrorũ poetarũ principe sunt immutanda, Pierij Valeriani nõ inutiles Castigationes indicant. Si igitur Maro, qui pauca scripsit, nondũ est integre restitutus, ad iuuãte etiam carminis structura, nũ pudenter Ciceronem ita expurgatũ dicere potuit Doletus, vt si ipse reuiui-

scat

cat auctor, nihil sit in suis operib. mutaturus? Vigilarunt quidem in hoc negotio Valla, Politianus, Budæus, Erasmus, & omnes vicit Aldus Manutius: vigilant & hodie non pauci, neq; ab hac diligẽtia vnquam cessabitur, donec vetera exemplaria in medium proferẽtur. Itaq; (disrumpatur licet Doletus) cum plurima Ciceronis amiserimus, cetera & manca sint, & deprauata, totum Ciceronẽ effingere nunquã valebimus. Quid quod eidẽ plurima falso assignãtur? Nec enim eius existimandi sunt quatuor Rhetoricæ ad Herẽnium libri, vt verissime censet Erasmus: cui vt in omnib. aduersetur Doletus in hanc sententiam inclinare prope eloquentium partẽ asserit, vt ne diutius, tanquã spurij illi a patris sedibus amandentur, & inter M. Tullij lucubrationes numerentur. Eius sentẽtiæ, quia aliquos habet auctores, sed Antonium Mancinellum præcipue, qui dijs hominibusq; reclamantibus falso in eam nos trahere conatus est, de his libris inferius a nobis diffusius disseretur. Nũc reliqua de imitatione peragamus: de qua cum omnia frustra ariolatus fueris Dolete, audi quid scribat M. Fabius Quintil. X Orat. institutionum libro: *Itaq;*, inquit, *ne hoc quidem suaserim, vni se alicui proprie, quem per omnia sequatur addicere: Longe omnium perfectissimus Græcorum Demosthenes, aliquid tamen aliquo in loco melius alii, plurima ille: sed nõ qui maxime imitandus, etiã solus imitandus est. Quid est ergo? Non est satis omnia sic dicere, quomodo M. Tullius dixit? Mihi quidem satis esset, si omnia consequi possem. Quid tamen noceret, vim Cæsaris, asperitatẽ Cœlii, diligentiã Pollionis, iudicium Calui quibusdã in locis assumere? Nam præter id, quod prudẽtis est, quod in quoq; optimũ est, si possit suum facere, tum tanta rei difficultate vnũ intuentes vix aliqua pars sequitur. Ideoq; cum totum exprimere, quem elegeris, pene sit homini inconcessum, plurium bona ponamus ante oculos, vt aliud ex alio hæreat, & quo quodq; loco conueniat aptemus.* Hæc Fabij verba, tam aperte nostram sententiam confirmant, quam meros Ciceronianos, meros blaterones esse ostendunt. Sed & apud quem nõ est receptum vel orationem, vel poema, vel etiã historiam scripturum, Zeuxidis Heracletæ exemplum propositum esse debere? Qui cum Crotoniatis excellẽtissimum Helenę simulacrũ pingere vellet, nec omnia, quæ perfectam pulcritudinem comprehendunt vnico se in corpore inuenturum putaret, ex pluribus virginibus quinq; fama præstantissimas delegit, ex omnibus simul colligens, quod ex nulla earum sola poterat. Ipse quidem Tullius Zeuxidis factum in libris de Inuentione recenset, probatq;: verum Doletus multa loquacitate illud idẽ, sed stulte reuicit. Ait enim: *Si post exactũ illud, & ad tot elegantes formas effictũ Zeuxidis opus aliud quisquã muliebre simulacrum pingere voluisset, an collectũ Zeuxidis iudicium ex tot virginum pulcritudine in lineis ducendis & imitandis sequi tuto non potuisset? an de integro coducẽdæ fuissent formæ æque præstãti virgines? an nõ facile qua quidnis parte in corpore muliebri pulcrũ & venustũ sit, in Zeuxidis exemplo nõ perspexisset? an omnia diligẽter a Zeux. obseruata & cõ*

prehensa non etiam obseruasset? Ita in Cicerone, qui ex Græcis oratoribus, quicquid ad ornate dicendum pertinet, sedulo & accurate collegit, an omnia artis oratoriæ lineamenta contemplari, obseruare, notare, deligere, & quasi manu tractare, comprehendereque difficile sit, aut operosum? Vilius est & ab effectu Zeuxidis exemplum, qui vnam tantum mulieris formam expressit. Amplior Cicero ad imitationem, & copiosior, qui nullam dicendi genus, nullam causæ speciem omisit, qua ingentiose & pene diuine non sit vsus. Sed enim hæc, & quæcunque in eandem sententiam garrit noster Doletus, producta modo a nobis Quintiliani verba funditus euertunt, cum multos post annos illa scripta fuerint, quam M. Tullius ab Antonii satellitibus cæsus est, ex quo manifeste colligimus, non pictam a Zeuxide Helenam, tanquam vnicum atque ineuitabilem scopum, sed Zeuxidis potius in ea pingenda exemplum nobis propositum esse debere, cum nunquam summa quæq; consequendi spes sit abiicienda, Fabiusque Quintilianus alio loco eodem modo de egregiis pictoribus agat, hoc est, in omnib. quidem omnia, in nullo autem simul cuncta commendans, ipsumque M. Ciceronem non dubie ab ea laude excludens. Hinc Lucianus quoq; cum absolutissimam imaginem sibi perfici vellet, non ab vno aut Apelle, aut Polygnoto, aut Euphranore, aut Actione, sed ab iis simul omnibus diuiso inter se opere sibi depingi optauit: ita vt Euphranor comam, Polygnotus decora supercilia, conuenientemq; malarum ruborem, amictumque, Action labia: Apelles autem reliquum corpus absoluat, cum tamen Apelles (vt de tribus aliis nihil dicam) non minus egregius pictor fuerit, quam Cicero orator. Quin potius quasi quatuor ij, quos nominauimus, pictores, id opus omnibus modis cõsummatum reddere nõ possent, Homerum etiam in eius negotii partem susceperit, plurima quæ ille diuersis excellentissima tribuit, in vna exprimi gestiens, nempe quod licet quis aliquo in negotio maxime excellat, fieri tamen non potest, quin alii peculiaribus quibusdam virtutibus magis quam ille emineat. Luciani verba hæc sunt, ex dialogo qui inscribitur: Εἰκόνες. πόθεν οὖν καὶ πῶς περιστήσῃ ἂν, ἢ παραγκλίσαμεν δηλαδὴ τὰς χαρίτας, καὶ μάλιστα ὅπόσοι αὐτῆς ἄρξαι ἐγένοντο, κεφάσας τε χρώματα, καὶ ἐυκαιρίαν ποιήσας τῶν ἐπιβολῶν αὐτῶν. καὶ δὴ παραγκλήσω πολύγνωτόν, καὶ εὐφράνορα ἐκεῖνον, καὶ ἀπελλῆν, καὶ ἀετίων. οὗτοι δὲ διελόμενοι τὸ ἔργον, ὁ μὲν εὐφράνωρ τὰ κρωσσώπω τὰ κόμιλλα, οἷαν τῆς ἥρας ἔγραψεν. ὁ πολύγνωτος δὲ ὀφρύων τε ἐπιπτώσεις, καὶ αἰδοίων τε ἐνειρυδεῖς, οἷαν τὰ τῶ κασσάνδρα ἐν τῇ λέσχῃ ἐποίησε τοῖς δελφοῖς. καὶ ἐσθῆτα δὲ οὗτος πικνώτατα, ἐς τὸ λεπτότατον ἐξειργασμένην, ὡς συνιστάλθαι μὴν ὅσα χρὴ, δηνεμοῦσθαι δὲ πολλά. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, ὁ ἀπελλῆς ἐξέτυπε καθὰ τὰ πικνότατα, μάλιστα μὲν ἄχαρι λόγχην, ἀλλὰ ἀναιμον ἀπλῶς. τὰ χείλη δὲ, οἷα ῥοδίνης ὁ ἀετίων πικνότατα μᾶλλον δὲ τὸν ἄλλον, τῶν χαρίτων ὁμοίως, παρὰ δὲ εὐφράνορι καὶ ἀπελλῆ, δεδιὸς μὴ ὑπερβάλῃ. οἷον γὰρ ἐν τοῖς μιλήτου μητρὸς τὸ χρῶμα ἐκεῖνο ἐπιδοκιμάσειεν, ἐλίφανῦν εἰκάσας τὴν ἐρυθρὰν φοινιχθέν,

φοινιγράφων τοὺν δὲ ἕτερον ἐπῶν ὀδ' ἀνὴρ τὰς οὐτ' ἐν κεἰ τοὺς ὀφθαλμὺς χρώτα, βοῶ πιν ἴνα πειθόμενος αὐτῷ. σιωπιλήψεται χερσὶν ὡς τῷ κεἰ ὁ θεὸς ποιητὰς, ὡς ἐβλέθαρσην ἐξεχρώπεζ κεἰ φιλομειδὴς δὲ οὐσης πικρὸς κεἰ λόγκωλενον κεἰ ὀνόδακτυλον κεἰ ὅλως, τῇ χρυσῇ ἀφροδίτῃ ἁκαὶ πολὺ δικαιότερον, ἢ τῇ βελοτώς. Verum vt ad Doletum redeamus, quo non etiam pudi boni huius rhetoris insania? aut quē auctorē non aspernatur? Omnes porro qui de Rhetorica arte scripserunt, non posse esse oratorem, qui non esset idem vir bonus, scriptum reliquere. At hi nihil de eloquentiam conferre putat hominis probitatem, vt quæ nec morum integritate nec vitæ existimatione adiuuetur. Maximæ diis gratiæ sunt agēdæ, quod cum hucusque omnes, tum veteres, tum recentiores in hac re decepti fuerint, hunc tandem ad nos interpretem miserint, quem ne diu quidem cogitantem ipsa ratio in hanc potissimum opinionem duceret, quare veteres probitatem cum eloquentia cōiunxerint, scilicet ne eloquentia commodorum aut incommodorum plena instructus orator, probitatem & iustitiam nisi sequeretur, odio, aut vlcionis cupiditate, aut ambitione incēsus, in eam potius partem propenderet, qua reipublicæ obesset quam suam dicendi vim ad omnium vtilitatem conferret. Non est hæc melior ratio, quam quæ ne diu quidem cogitāti in mentem venire potuerit. Quid tamen facias? ea certe distinguit Doletus: nisi veteres forte ideo oratorem virum bonum necessario esse oportere censuisse credidit, quod vitæ integritas ipsam eloquētiam diuinitus largiatur. Quam etiam absurdum, quam ridiculum est illud, quod cum Erasmus Gellii auctoritatem secutus, M. Ciceronem ab his vocibus, nouissimus, & nouissime, abstinuisse scripserit, licet eis vti non veriti sint M. Cato, & Crispus Sallustius, ita excusat Ciceronem Doletus: *Quod sicut in Italia, in Gallia, in Britannia, in Hispania, vel quauis etiam vrbe, multa verba, multosque loquendi modos esse sæpe intelligimus, quos elegantia cupidiores aut duros, aut male proprios, aut vt recenter natos, aut vt insulsos, & venustate carentes negligunt: sic prorsus multas quondam voces Roma pererubuisse, plebi & rudi multitudini gratas, oratoribus tamen, & exactiorum aurium iudicio viris, minime arridentes non ambigit: quas si Catonem obsoletæ dictionu peramantem, aut si Sallustium audacem verborum architectum episcemque imitamur, non reuocamus: si Tullium locutionis munde & pure obseruantissimum sequemur, vt lutī fecem, aut ex lacuna aliqua erutas sordes respuamus.* At te potius dii omnes, Deæque perdant Dolete: Quantulus enim quamque sordidus, Sallustium admirabilem Romanæ historiæ auctorem, audacem verborum architectum appellare audes? An te Pollionis æqualem esse censes? qui cum te in vno Cicerone versatum profitearis, hanc vocem nouissimus Ciceroni non incognitam fuisse considerasses, nunquam ad recenter natos, aut insulsos, & venustate carentes loquendi modos

confugisses. Licet autem Gellium auctorem prætendas, nos certe non tam Ciceronianis, aliter apud M. Tullium obseruauimus. Namq; pro Roscio Comœdo scribens, sic ait: *Itaque per breue tempus, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit Comœdos.* Et in Epistola ad Octauianum: *Nam vt ordiar a remoto, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis, qua non posterior dies acerbior prioré? & qua non insequens hora antecedentem calamitosiorem populo Romano illuxit?* Demum subijcit Doletus noster, cuius dam Galli doctissimi (vt ait) distichon, quod & ipse apponam, vt non minus puerile illud esse, quam reliqua Doleti scripta, omnes diiudicare possint:

Desine: inquit, *mirari, quare postponat Erasmus*
Budæo Badium: plus fauet ille pari.

Mirum in eo agnoscimus acumen, mirum candorem, & epigrammate quod a Doleto commendetur dignum: quod si Marullo Byzantio legere cõtigisset, nunquam epigramma cuiquam teste Rhallo adhuc nulli debere pronuntiasset. An non potius illius auctor, sic de se commodissime quidem vaticinari potest:

Vna Cum scriptore meo causa porrectius aperta
Deferat in vicum vendentem thus, & odores,
Et piper, & quicquid cartis amicitur inepris.

Quis enim est tam stupidus, qui Budæum Badio comparandum ducat? An forte, & Erasmus magis hunc, quam illum, ad Ciceronianam facilitatẽ accedere existimauit, ilico Budæum Badio postposuit? Quid si eam laudem tribus aut quatuor epistolis ambisset Badius, & eandẽ fugisset Budæus? Aut quis Erasmi iudicium, si doctiorem Budæo Ascensium affirmasset, erat secuturus? Nõ ita quidem instituti sumus, vt de Erasmo dicamus, quod de Pythagoreis traditur: quos aiunt, si quid differentes affirmarẽt, cum ex iis, quæreretur esset, quæreretur, respondere solitos: αὐτὸς ἔφα. Neq; tantum apud nos opinio præiudicata potest, vt etiam sine ratione valeat auctoritas. Quin cum Erasmum summum virum fuisse censeam, ab eodem tamẽ, & in iudicio præsertim, quod de scriptoribus protulit, non timide soleo dissentire. Vt verbum igitur iis, quę ad Erasmum & Longolium pertinent, amplius non addam, si quid in se inclementius dictum arbitrabitur Doletus, meminerit qualẽ ipse vbique notam Latinis auctoribus inusserit. Quod si solis iurgiis, vt solet, nulla autem ratione, nullisque veterum testimoniis mecum aget, vt seuerit, ita metet: & si quam maledicendo capiet voluptatem, eandem (ni fallor) pessime audiendo deponet. Interim sequens caput legere non grauabitur.

An Remulcus nauis genus sit, & de quibusdam Stephani Doleti erratis. CAP. III.

LAzari Bayfii doctissimi, honestissimiq; viri non pauca scripta variæ eruditionis referta in lucem venere: quib. hanc hoc apud

doctos

doctos est promeritus, vt inter eos qui Latinâ linguam non vulgariter adiuuerunt iure collocetur, quippe qui difficilima nostris tẽporibus, intacta; argumenta, multa cũ laude tractarit. Nam & de Re vestiaria, Vasculisq;, tam eleganter egit, vt fere nihil quicquam desideres, & de Re nauali cõmentarium perite admodũ, ingenioseq; compositũ, rei literariæ obtulit. Cuius elegãtiam hoc nomine laudare soleo, & abstrusa, ignotaq; nauium vocabula eo aperuerit, & quod difficillimum erat) plurimas nauium formas sic ob oculos posuerit, vt qui alia de illis quærat, nimiq; propemodum diligenter sit accusandus. In eo libro ita scriptum est: *Remulco autem trahere Latinum est, & a Liuio, & Cæsare vsurpatum* Liuius quartę decadis lib 7. *Contemplatus Eudemus hostes claudas mutilasq; naues apertis nauibus remulco trahentes, viginti paulo amplius integras abscedentes, & turri prætoria nauis silentio facto, Exsurgite, inquit.* Cæsar in secundo, de bello ciuili: *Hunc secutus M. Rufus Quæstor nauibus duodecim, quas præsidio onerariis nauibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam relictam in litore nauim conspexit, hanc remulco abstraxit. Ipse ad Curionem cum classe rediit.* Idem in tertio: *Ad Oricum venit, submersamq; nauim remulco, multisq; funibus abduxit.* Hæc ille facile doctis persuasit, & vera esse arbitror, nisi & libros de bello ciuili C. Cæsaris non esse censeo: alterumq; Liuij locum addo, cum 25. ab Vrbe condita libro ita scribat: *Itaque Marcellus nocte nauem onerariam cum armatis remulco quæ triremis trahi ad Acradinã iussit.* Stephanus tamen Doletus, Bayfium de *remulco* concise imperfecteque scripsisse existimauit, cum remulci definitionem prætermiserit, quam ipse ex Roberti Stephani Thesauro desumtam ita tradit: *Remulcus est parua nauis, siue scapha.* Sed neque aliquod vllius auctoris testimonium producit, quo remulcum nauis genus esse comprobet. Et cum aliquot secundi Latinæ linguæ commentariorum tomi folia ad Carolum Stephanum, Bayfio maxime familiarem, antequam integrũ opus prodisset in lucem, allata fuissent, quod Doletus fere, quæ ad rem naualẽ pertinerent, a Bayfio mutuo sumsisset, iure officij, tũ Doleti furta, tum etiam aliquot errata in iis, quæ Bayfio imprudenter surripuerat, commonstrauit. Quo factum est, vt Doletus librum de re nauali separatim ederet, quasi hoc pacto insignem tueri impudentiam potuerit: aut perperam a Carolo Stephano, quem nunc criminatorem, nunc blateronem, nunc Bayfii emissarium, nunc nebulonem, barbarum, obtrectatoremque vocat, fuerit reprehensus. Itaque vt de *remulco* primum disseramus, cum Bayfii familiaris ad hunc modum scripsisset: *Aduertant diligenter nostri adulescentuli, ne in id vitium cum quodã incidant, vt falsò existiment remulcũ esse parua scapham, qua grandiores naues protrahantur. Et si quando in commentariis linguæ Latinæ deprehenderint, remulcum pro naui descriptum, sciant eum, qui rem naualem ex Bayfio traduxit, minus intellexisse Græca*

auctoritates, quæ tum ex Polybio, tum etiam ex Diodoro Siculo in contrarium sensum adductæ sunt: nempe, quæ probent remulco trahere naues, esse magnis nisibus conari, vt vel depressa, vel submersa, vel clauda, vel mutila nauis in tutum reducatur, sic se defendit: Tu in tuto de re nauali libro (Bayfium alloquitur) remulco trahere, *bene Latinum esse, & a Liuio & Cæsare vsurpatum adnotasti. Sed tamen quid sit* remulcus, *silentio præteris. Tuo isti compendiario,* remulco trahere *significare videtur, magnis nisibus conari, vt nauis in tutum reducatur. Idne* remulci *significationem tradere est? Nos eam tradidimus, vt remulcum paruam nauem, siue scapham esse vel mas qua grandior nauis trahitur. Eam significationem ex Festi verbis primum collegi: tum meam sententiam confirmauit sequens Plauti exemplum in Bacchidibus, actu secundo, vbi Nicobolus senex & Chrysalus seruus colloquuntur:*

Interea e portu nostra nauis soluitur,
Vbi e portu eximus, homines remulco sequi,
Neque aues, neque venti citius. *Hæc Plauti verba nostramne* remulci *interpretationem improbant? pro scapha poni non demonstrant? Nunc iactet tuus blatero,* remulco trahere *esse magnis nisibus conari: qua interpretatione, quid quæso ieiunius? quid magis ridiculum? Dicat blatero, si in alto accidat, vt nauis vel clauda, vel mutila sit, quomodo magnis nisibus trahetur? vbi innitentur qui trahent? vbi remis incumbent, vbi pedem firmabunt? in aqua, non in scapha? Stoliditatem tui blateronis non percipis? Plauti locum perpende?*

Vbi, inquit, portu eximus, homines remulco sequi:

Neque aues, neque venti citius. Id est, neque aues citius volant, neque venti rapidius flant, quam nos sequebantur remulco homines. *Remulcum scapham esse nunc dubitas? Dubitare non arbitror. Quare in re tam certa longiorem orationem non affectabo. Addam hoc tantum, a tuo blaterone Robertum Stephanum debuisse antea reprehendi, qui antea in suo Dictionario* remulcum *pro parua naue, vel scapha posuerat. Addam hoc etiam obiter, in blateronis tui criminatione non ferendam videri mihi barbariem, cum* auctoritatem *pro* exemplis, *vel* locis *appellat. Sed quis miretur barbarum barbare loqui?* Hactenus Doletus. Quem cum nullius doctrinæ iudiciiq; hominem semper, & esse, & fore duxerim, quod (vt Horatii vtar verbis) *pudens praue nescire malit, quam discere,* tam supine hic errasse non mirarer, nisi ex Marii Nizolii Brixillensis, Bartholomæi Ricii, Robertique Stephani lucubrationibus, tam pulcros Latinæ linguę commentarios, pene Ambrosio Calepino par, insulsissime compilasset. Si enim Plauti locum, quem pro *remulci* definitione citat, non ex Latinæ linguæ thesauro furatus esset, sed ex ipso sumsisset auctore, nunquam suam sententiam Plauti testimonio confirmasset, a quo remulco sequi, non pro nauicula, sed pro remigio,

sive

siue remigatione positum est. Quemadmodum remulco trahi dicuntur naues, quæ vel plus æquo onerata, vel fractæ, vel mutilæ, paruis nauibus remigum plenis alligatæ ducuntur, vt quo simpliciter a nautis duci non possunt, aliorum nauigiorum adminiculo perueniant, alioqui si *remulcum* scaphæ genus esset, cū nulla sit maior nauis, quæ non pluribus nauiculis siue scaphis trahatur, non remulco, sed remulcis naues trahi dicerentur. Quæ de caussa Lazarus Bayfius *remulcum* inter naues non retulit, quia porro referendus non erat, quemadmodum sibi absq; alicuius auctore confingit Doletus. At Robertus Stephanus inquit, antea erat reprehendendus, qui antea in suo Dictionario *remulcum* pro parua naue, vel scapha posuerat. Recte quidem. Sed tu cum ad eiusmodi defensionem confugis, & te furti (vt est res) alligas, & cum Roberto Stephano errare pulcerrimum putas. Equidem Robertum Stephanum virum doctum, nec minus diligentem semper existimaui. Quod si in *remulci* definitione lapsus est, quid mirum? An si quis ex tetratum commonstrasset, non erat illud ex suo Thesauro demturus? An diis hominibusq; reclamantibus, prout tu facis, in sua erat sententia obstinate permansurus? *Remulci*, inquis, significationem ex Festi verbis primum collegi. At Festi verba tam tibi non profunt, quam tuā sententiam cassa nuce inaniorē esse nemo sanus dubitat. Festi verba hæc sunt: *Remulco est, cum scapha remis magna nauis trahitur.* Si Festus (vt opinaris) *remulcum* nauem esse tradit, non *remulcum* illam, sed *remulconem* appellabimus. Tum ea nauis non semper dicetur *remulco*, sed tantū cum magnam nauem trahit. Vellem tam stupidus, indoctusq; non esses Dolete: quandoquidem Festi verba ita prolata cognoscceres, vt *remulco*, subaudis trahi, aut duci nauis diceretur, cum scaphæ remis magna nauis trahitur. Quid quod Nonius Marcellus de nauibus agens, *remulcum* non nominat? Sed Plauti locus nostram sententiam adiuuat, ait Doletus: & rem, multis verbis excandescens, ac furenti similis, seu furiosus versus, explicat. Optime, si caudicibus, non iis qui frequenter Plautum legunt, illa scribis, cum eius Poetæ testimonium alio modo se habeat, ita senem alloquente Chrysalo seruo,

Postquam aurum abstulimus, in nauim conscendimus,
Domum cupientes forte vt adsedi in gesta,
Dum circumspecto, atq; ego tum lembum conspicor.

Non hic locus *remulcum*, sed *lembum* nauigii genus esse ostendit, quo illi vehebantur, quos Chrysalus herili filio aurum auferre voluisse confingit. Et subdit Plautus ex Nicoboli persona,

Perii hercle, lembus ille mihi ladit latus. Et Chrysalus,
Is erat communis cum hospite, & pradonibus. Et mox,
Is nostra nauis insidias lembus dabat.

Clamet iam Doletus: *Hæc Plauti verba nostræmne remulci interpretationem improbant, pro scapha poni non demonstrant?* Et, Re-

mulcum scapham esse nunc dubitas? dubitare non arbitror. Quin potius, Dolete, nonne si hæc semel tantum legisses, *lembum* nauigium esse, *remulcum* non esse, assereres. Sed subiungit Plautus,

Interea e portu nostra nauis soluitur,
Vbi portu eximus, homines remulco sequi,
Neq; aues, neq; venti citius.

Ergo *remulcus* nauis genus est. At tu excellentissimus mihi videre Dialecticus, cum tam astricte concludere didicisti. An non si *remulcus* nauis est, idem esset *remulcus*, quod *lembus*? nisi forte qui aurum Mnesilocho auferre volebant, lembum primo habuissent, tum ex lembo conscendissent *remulcum*, cum illius ratem in portu turbare occœperunt. Verum *remulco sequi* eodem modo a Plauto positum est, quo *remulco trahere* dicimus: nempe vt, qui in *lembo* erant, non minus studiose properanterque remigio operam darent, quam qui quassatam nauem remigio trahunt. Vtque Doletus *remulcum* a Plauto pro naui positum non esse prorsus dignoscat, idem auctor de eodem *lembo* sic inquit,

Scito hercle, cedo quid illi? tristis ilico,
Cum ex templo a portu abire nos cum auro vident,
Subducunt lembum capitibus quassantibus.

Non *remulcum*, qui pro naui nusquam inuenitur, subducunt, sed *lembum*, ait Plautus. Et inferius idem Chrysalus, cum sua facta recenset, *remulci* nullam facit mentionem, sed lembi tantum, inquit enim:

Paria item tria tribus eis sunt nunc fata, nostra huic Illio:
Nam dudum Priamo, vt dixeram nostro seni mendacium.
Et de hospite, & de auro, & de lembo, ibi signum ex arce iam abstuli.

Sed hoc tam est perspicuum, vt pudeat me de re tam clara pluribus verbis disserere. Quocirca discat Doletus, summos viros tam frigidis rationibus non impetere: & si quid sibi gloriæ comparare studet, ex aliorum commentariis omnia minime furetur. Plerumque enim fit, vt qui ex propriis fontibus loca non hauriunt, pueriliter labantur. Hæc tamen floccifaciet Doletus: cum quo si Latine saltem ageretur, obiurgationem forte tolerare posset. Cum autem criminator *auctoritates* pro *exemplis*, vel *locis* appellet, quis ferat hominis imperitiam? Et nimirum non esse nouum, inquit, si barbarus barbare loquatur. Igitur neque a Doleti sententia ipse quoque recedere auderem, nisi ad eundem modum locutus fuisset Marcus ipse Cicero: quem cum sensim ille gustarit, regustarit, atque in succum & sanguinem conuerterit, quam stulte non aduertit in primo de Oratore ita scriptum esse? *Nam destitit vterque nostrum in auctoritatibus in exemplis, in testamentorum formulis, hoc est, in medio iure ciuili versari? Auctoritatibus* pro *locis*, aut *testimoniis* dixit Cicero, quibus quidem scriptorum præstantia, vilitasue auctoritatem dare ac adimere solet. Nam aliter

ter *testimonia*, aliter *exempla* apud Iureconsultos capi si Doletus ignorat, ii tamen sciunt, qui in iure ciuili versati sunt. Sed & hic non minus frontem perfricabit ille, quam cum sibi vni Hirtii locum in Latinæ linguæ commentarios, Iulio Cæsari ascribere licere arbitratur. Quid non potest, dii boni, hominis verissime impudentis audacia? An & hoc recte factum deierabis, diuine commentator? & maxime quidem. Sic enim inquis: *Quam mihi mirum multo magis accidat, vix credas, nebulonem tuum, tantæ stoliditatis, & ingenii stupiditate esse, vt me ignorantia, non de industria locos Hirtii pro Cæsarianis citasse putet. Non ego vniuersos Cæsaris commentarios legi? non qua Hirtio, vel Oppio ascribuntur noui? Ita citare placitum est. Grauissimum tui nebulonis sententia flagitium, perinde ac si commentaris Cæsaris non dicerentur, sed Hirtii, aut Oppii.* Lepida mediusfidius defensio. Ita mihi visum est. Atqui mihi quoque ita videtur, te impuratam beluam omnes mortales audacia stoliditateque superare. An enim ab inferis quasi Autolycus Mercurii filius emissus es?

Qui facere assuerat, patria non degener artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra?

Iam & nobis eodem iure concederetur Plauti Bucolica, Horatii Amphitryonem aut Mænechmos, Vergilii Metamorphosin, Terentii Georgica, Ciceronis libros de arte amandi, Catulli Iugurthinum, Sallustii Epithalamia, Liuii Epigrammata, Ouidiique libros ab Vrbe condita, citare. Proinde si noster Doletus per imperitiam hoc commisit, omnes bardos stultitia vincit: si sciens, temeritatis est arguendus, cum in eo peccat, in quo a nemine venia possit impetrare. Eiusdem prope notæ est, quod verba, quæ Bayfius ab Vlpiano desumta, titulo de *Exercitatoria actione* in commentario *de Re nauali* recensuit, Doletus Plinio libro decimo nono tribuat, cum in eo libro a Plinio non de nauibus, sed de hortorum cura agatur. An hoc aliud est, quam manifestissimum insciticæ documentum? At pulcre se excusat: *Quod Plinio, inquit, falso, vt iste ait, attribuimus, sciat a se vel ab alio in Thesauro linguæ Latinæ antea Plinio attributum.* Sed enim alii quodcunque iubuerit sciant. Ego sane hoc scio, tuos linguæ Latinæ commentarios præter vnicum titulum nihil tuum habere: quamuis, quæ ab aliis sumsisti, ita peruerteris, vt nec Ciceronis, nec aliorum voces, locutionesque distinxeris, sed omnia promiscue, velut in confusam syluam conieceris, & in Ciceronem obseruationes ab aliis melius petamus, in reliquis commode satisfaciat is de quo dixi Roberti Stephani Thesaurus. Et mox Doletus: *Vide lector, quam hoc sit diligenter Latinam dignitatem tractare. Quasi vero Grammaticis institutionibus (Grammaticas institutiones voco, dictionum interpretationes) constet vel lingua Latina, vel alius cuiuslibet dignitas.*

Constat non Grammaticis institutionibus, sed ornate, varie, copiose, apte, numerose, exacte scripta aut oratione, aut Epistola, aut carmine. Ad quæ quoniam tuuus, ardelio non aspirauit, Latinam dignitatem in Grammaticis tricis positam arbitratur. Hæc verba non Doletum, sed quendam eloquentiæ Deum, qui nullis vel Grammaticis, vel aliarum obseruationum præsidiis fultus, omnia sibi commentari valeat, sapere videntur. *Sed his minutiis non constat*, ait, *Latina lingua.* An si in Grammaticis rudimentis impingas, aut orationem, aut carmen, aut Epistolam sine lectorum risu scripseris? Quod vero nunc quicquam se a Baysio sumsisse neget, modo sic eos facere asserat, qui commentarios & dictionaria scribunt, vel aliquid interpretantur, vt nihil fere a se promant, sed omnia mutuo ab aliis sumere cogantur, quantam inconstantiam inscitiamque præ se fert? Sed ipsum se de furtis defendentem audiamus: *Breuis est*, ait, *qua ad huius criminis dissolutionem vti volo, defensio. Tuum de Re nauali librum cum nostro conferat diligenter lector. Quid verbis opus est? Facile continuo vel furtum nostrum deprehendet, vel falsam & sceleratam emissarii tui (depositæ de te suspicionis iterum oblitus sum: compendiarius mihi in labris erat) criminationem cognoscet. Quid tu de re nauali scribis? quid explicas? tantum nauium genera. Intelligo pueris gratas, & admirabiles, paulo doctioribus non necessarias repræsentatas a te (confictas dicere nolui) nescio quas biremium, triremium, nauium tectarum, siue constratarum, nauium fluuiatilium, scapharum antiquarum ad vinum circumferendum, scapharum fluuiatilium ad merces conuehendas, pontium nauibus fluuiatilibus constratorum formas: ostentationis nomine, præterquarem ambitiosius versos quamplurimos ex Græcis scriptoribus locos, qui si detrahantur, pauca de re nauali scripseris. Quid ego? Sane (vt & meus ordo, & in dictionibus rei militaris, & in rei rusticæ vocibus est) re nauali tractanda, quædam velut fundamenta iacio, a minimis incipio, & sensim ad grauiora prouehor. In quibus qui fieri potest, vt cum nauium appellationes & partes consector, multa tecum iisdem pene verbis, vel iisdem prorsus verbis non enucleem? Atque qui commentarios & dictionaria scribunt, vel aliquid interpretentur, sic factos esse non ignoras, vt nihil fere ex se promant, omnia ab aliis mutuari necesse habeant. Quod sed furtum a te, vt a tuo compendiario appelletur, furti in tuis omnibus libris accusaberis, furti accusabitur Galliæ nostræ lumen Gulielmus Budæus, furti accusabitur Germaniæ sempiternum decus Erasmus Roterodamus, furti accusabitur Angelus Politianus, furti accusabitur Cælius Rhodoginus, furti accusabitur Volaterranus, furti accusabitur Sipontinus: denique furti accusabuntur omnes, quotquot commentarios fecerunt, vel interpretationes reliquerunt. In istiusmodi lucubrationibus ordinem nouum inducere, multa vel ingeniosius, vel fusius, vel enucleatius interpretari, & tractare certe licet: ab his omnino abstinere, quæ vel*

ab aliis

ab aliis vel æqualibus, vel antiquis scriptoribus tractata sunt, nemini cuiquam integrum est. Quid hic ad garrulitatem reliqui sibi fecit Doletus? aut quam non breui (vt fuerat pollicitus) defensione vsus est? Negat primo quicquam sibi cum Baysio esse cōmune. Tum necesse fuisse, vt eisdem pene verbis multa cum eo enuntiaret, satis inconstanter fatetur: quemadmodum & Baysium, quasi qui pauca de re nauali, eaque ambitiosius ostentationisque nomine scripserit, ineptissime arguit. Quid mirum? tot enim ipse de eadem re primus protulit, vt non Baysio solum, sed omnibus cuiuscunque ordinis scriptoribus sua claritate tenebras offuderit. Enimuero, cum Baysius naues longas, actuarias, biremes, triremes, quadriremes, quinqueremes, aliasque non verbis testimoniisque solum sed forma quoque repræsentarit, non est hoc de re nauali scribere, sed illud potius, quod Doletus agit, cum inquit: *Fluxus aliquando pro largo, & minime astricto ponitur.* Lucanus,

Illis & laxas vestes, & fluxa virorum

Vel mentæ vides. Aliquando *fluxi* dicuntur libidinosi, molles & effœminati. Suetonius in Tiberio: *Drusus animi fluxioris, remissiorisq; vitæ erat.* Sæpius vero *fluxa* dicimus momentanea, instabilia, & cito peritura. Cicero ad Brutum: *Bellum ad Mutinam gerebatur, nihil vt in Cæsare reprehederes: nōnulla, vt in Hircio huius belli fortuna, vt in secūdis fluxa, vt in aduersis bona.* Sallustius in Catilina: *Diuitiarū & formæ gloria fluxa & fragilis habetur.* Plautus in Captiuis.

Fac fidelis sis fideli, caue fidem fluxam geras. Verg.

Nos tibi nec fluxas Troiæ res vertere fundo,

Conamur. An hoc est rem naualem tractare? quid res fluxæ ad rem naualem? Sed alia pauca percurramus. *Riuus*, ait Doletus, *est locus depressus per longitudinem aquæ currentis.* Cicero de Fato: *Quid autē magnū & naufragum illum sine nomine in riuo esse lapsum?* Translate persæpe ponitur. Cicero pro Cœlio: *Si mihi ad hæc acute, argute q; responderit, tum quæram denique ex quo iste fonte senator emanet. Nam si ipse orietur & nascetur ex sese, fortasse, vt solio commouebor: sin autem, vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis vestræ, lætabor, cum tanta gratia, tantisq; opibus accusatio vestra nitatur.* Idem de Oratore secundo: *Tardi ingenii est riuulos consectari, fontes rerum non videre.* Idem in Topicis: *Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum a fonte deductio. Riuales a riuo dicuntur. Et sunt proprie, qui per eundem riuum aquam ducunt: inter quos sæpe contentio est, de aquæ vsu. Translate vero dicuntur, qui eandem amant. Quam translationem nonnulli sumtam volunt a bestiis, quæ sitientes, cum ex eodem riuulo haustum petunt, prælium contra se inuicem concitant. Vel a re rustica. Nam riuales etiam proprie dicuntur ii, quorum agros riuus aliquis determinat, qui incertitudine & mutatione crebra cursus, lites sæpe inter eos suscitat. Hæc sit translationis ratio. Sequuntur modo exempla. An & hoc quicquam cum re nauali*

habet commune: Verum pauca sunt, & non admodum praterrem, sicut & hæc adrem nauali m spectant: Aqua intercus est, *quam* hydropisim *vocamus. Cicero Officiorum tertio:* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque &c. *Plinius hunc morbum* aquæ subter cutem fusæ *nominat.* An hoc est re nauticam explicare? quid aqua intercus ad nauigia? quid prouincia habere, obtinere, deponere, dare, vel tradere, capere, sustinere? quid symphoniaci serui, trutina, trutinare? quid lanx pro vasce scario, lanx pro statera, laquear, vel laquearium, & mille his similia. Nonne si has nugas, quib. totus tuus de Re nauali liber separatim editus constat, prætermiseris, pauciss ima eaq; Bayfio tantum subrepta supererunt? Contra vero, quid in Bayfii de eadem re libro hoc modo prolatum inuenies? Sed verissime Horatius,

Metiri se quemq; suo modulo ac pede, verum est.

Quod autem de furto se excusans, Budæum, Erasmum, Politianu, Cælium, Volaterranum, Sipontinumq; in idem crimen prolapsos asserit, quam est insipidum? An eorum quisquam (Volaterranum omitto, ad aliorũ excellentiam nequaquam accedentem) cum aliquem ex antiquis auctorib. locum sumit, illius nomen supprimit? Minime reor: si Sipontinum excipias, cuius tamen alia fuit ratio, quam quæ a Doleto prætenditur. Ille enim copiæ cornu scribens, & multa emendauit, & minima quædam ac perspicua simpliciter attigit, cum noster admirabilium commentariorum auctor, in ingentib. suis voluminib. infinita testimonia citet, vt mare, lacũ, nauem, nauigiũ, littus, nautam, fretũ, fontes, aquam, auram, cursum, ripam, riuũ, riualem, ostium, portũ, pontem, paludẽ, proram, puppem, carinam, põdus, tempestatem, ventum, vela, vndam, vorticẽ, voraginem, & innumeras eiusmodi voces Latinas esse ostẽdat. Sed in iis omnibus proprietatem, translationemq; primus obseruauit. Nouũ profecto, atq; inauditũ commentũ: præsertim quod pauci sunt, qui proprietatem in eiusmodi vocabulis dignoscere sciant: quasi qui nõ hæc ad vnguem teneat, mediocris literaturæ nomen assequi possit. An, obsecro te, aliqua ab Ambrosio Calepino absti listi, cum Nizolii, Robertiq; Stephani commentariis illa deeranti Id enim vt credam, facit eiusdem de Ciceroniana imitatione libellus, in quo neminem se præter vnicum Cic. legisse, non it inficias. Et hæc de Doleto, qui satis etiam frigide se tutatur, quod hunc Verg. verum, *Quot prius arata, steterant in littore prora,* partũ ex fide pro testimonio adduxerit, cum *puppis* in sexto pede, nõ *prora* sit legendũ. Inquit autem: *Quod ex Verg. citauimus in exemplis* prora, *certe non corruptũ est, & ita habet tum Aldi, tum Colinæi, tũ Roberti Stephani, tum Gryphii exemplar. Porrò si exemplariũ tam castigatorũ auctoritatem non sequatur obtrectator rationis aliquid afferat, quare potius vt vult, quam vt citauimus, legendum sit. Afferet,* puppes, *reperiri pro nauibus, vt pars pro toto sumatur. Non* prora

nauis

nauis pars est? Sed egregie fallitur, vt solet, noster Apollo. *Si enim prora* pro nauibus a Latinis auctoribus posita esse sciebat, cur nō aliquem ex iis locum in medium protulit? Nam cum hic versus in 9 Æneidos libro dubiæ fidei sit, in decimo *puppes* habeat, quicunque *prora* eo pro nauibus poni comprobet, tanquam insanus est fugiendus; cum *carinas puppesq;* vt sit pars pro toto, capi intelligamus, *proras* non item. Sane de hoc carmine Pierius Valerianus in his rebus diligentissimus, in suis Castigationibus ita scribit: *Versus hic non haberur prorsus in Romano codice, neq; in Mediceo, neque quidem in plerisque antiquis, nisi subditius. Habet vero locum in decimo, vbi Nympha Æneæ obtutam fiunt. Ceterum illud non omittendum, quod vbi inuenitur adscriptitius, non* proræ, *sed* puppes *legitur. Prora enim pelago obuertuntur, & stant littora puppes. In oblongo vero codice, neque* proræ, *neque* puppes *legitur, sed* naues *Id autem loco suo examinabitur.* Et hęc quidem Pierius in nonum, in decimum enim sic: *Versum hunc superius abundare diximus, neque in veteribus codicibus, nisi adscriptum inuenire: hic vero congruum habet locum. Ceterum in oblongo codice non* proræ, *sed* naues *scriptum esse in alijs aliquot* puppes *legitur. Quod ideo placet, quia vti eo loco superiore dicebamus, prora pelago obuertuntur, stant littora* puppes. Hactenus ille. Cuius sententiam in tertio Æneidos libro confirmat Vergilius, cum ait:

Anchora de prora iacitur, stant littora puppes. Et in sexto:
Obuertunt pelago proras, tum dente tenaci
Anchora fundabat naues, & littora circum.

Pretexunt puppes. Puppes ergo, non *prora* in Vergilii versu est legendum. Cumque quid sit *remulco trahere* superius ostenderimus, hoc addam ex Nonio Marcello: *Remulcare dictum est, quasi molli & lenitractu ad progressum mulcere.* Sisenna historiarum lib. II. *Si qua celeriter solui poterat in altum remulco retrahit.* Atque aliud non dissimulabo: naues plerunq; integras, nullamq; iniuriam passas, remulco trahi solere, quo quietius ad constitutum locum perducantur. Venetiis quoque solemni die Buccentaurus nauis maxima ornatissimaq; Venetorum ducem, senatumque vehens, multis naugiis remulco trahitur.

Rhetoricos ad Herennium libros non esse M. Tullii.

CAPVT IV.

INualuit iam diu, neque adhuc ex hominum animis penitus euelli potest falsa de quatuor Rhetoricis ad Herennium libris opinio. De quorum auctore, quamuis nihil certum, vel per coniecturam assequi liceat, diu tamen tam stupide ii Ciceronis crediti sunt, quam nullam diuini illius, & (vt Plinii vtar verbis) *extra omnē aleam positi viri* nicā præ se ferunt. Cumq; de insignis huius erroris caussa Grāmatici tragice plane inter se rixentur, magnū ei fomitē pleriq; haud aspernandi scriptores addidere. Siquidē & De-

Hieronymus ad Pammachium scribēs, M. Tullii se ad Herennium libros legisse ait, & ex eisdem tanq̄ Ciceronianis Priscianus Grammaticus, eoq; meliores Laurentius Vallensis, Angelusq; Politianus, egregii candidioris literaturæ professores, nonnulla testimonia sumierunt. Quamobrem horum auctoritate freti scioli quidam, paucas etiam, easq; leuissimas rationes secum confingentes, nihil sibi compertius esse prædicant, quam libros illos M. Tullii esse, & sane omnium maxime genuinos. Quod quia semper mihi intolerabile visum est, operę pretium fortasse fecero, si eorū somnia confutans, hoc opus eius non esse ostendā, cuius nomine adumbratū passim circumfertur. Cui rei, vt aliqua dicā argumenta, parum ad rem facere arbitror, si Hieronymus, aliiq; de quibus modo mentionem fecimus, pro Ciceroniano illud citarint. Neq; enim vllam in perquirendo eius auctore diligentiam adhibuerūt: sed commune vulgi iudiciū secuti, id persuasum habuere, q; per multa secula (vt de posterioribus loquar) nunquā in dubiū fuerat reuocatū. Quanquam vt Hieronymū, Priscianumq; impense doctos fuisse concedā, non tamen eos existimo, qui nunq̄ dormitare valuerint. Quorum alter in sacris literis perpetuo occupatus, nō aliud quā operis titulū scrutatus est: alter non se indignum facit, si quando hallucinatur, quippe qui literarū, dictionū, syllabarum, accentuumq; aucupio intentus, hæc minima, quæ ne Prætor quidem curat, sciens, volensq; prætermisit. Multo hercle plutis facio Vallæ, Politianiq; de hoc negotio, quā Hieronymi, Priscianiq; censurā: sed & ipsi homines fuere: a quibus, si libros ad Herennīū M. Tullii esse aram tenentes iurassent, vt in aliis quibusdā facere soleo, liberrime dissentirē. Enimuero cū Valla hoc se in Ciceronis epistolis admirari solitū referat, *quod cum a pluribus ea scripta fuerint, ab vnico omnes, si nomen auferatur, Ciceronem manasse videri possint*, id mihi nullo pacto probari potest: sicut nec Politiani de Priapeii carminis auctore sententia. Dū ergo aliæ sint, multoq; validiores rationes, huiusmodi coniecturæ tanq̄ friuolæ proculdubio sunt reiiciendæ. Sed & hæc quoq; pro Hieronymi sententia non desunt, dixerit quispiā Rhetoricorum enim ad Herennium artifex in 1. libro ita scribit: *Paterfamilias cum filium heredem faceret, testamento vasa argentea vxori legauit, Tullius heres meus Terentia vxori meæ triginta pondo vasorum argenteorum dato, quæ volet. Post mortem eius vasa pretiosa & celata magnifice illa petit. Tullius se quæ velit ipsi triginta pondo ei debere dicit.* Profecto hæc verba non ab alio, quam a Cicerone scribi potuerunt, cuius vxor Terentia fuerit, filius autem M. Tullius. Verum ego hunc locum sic interpretor, vt qui M. Ciceronem nec doctrina, nec dictione potuerit imitari, eiusdem saltem nominibus leuissimam illius vmbram affectarit: licet id exemplum sit, non testimonium. Inter quæ hoc interest, quod *exemplo demonstratur id, quod dicimus cuius modi sit, testimonio illud ita esse, vt nos dici-*

dicimus confirmatur: prout in quarto Rhetoricorum libro inquit, seu Gallio, seu Cornificius, seu quicunq; illorum architectus sit existimandus, : quem quidem non mediocriter doctum virum fuisse, & de Rhetorica arte diligenter scripsisse, nemo ir inficias. Iam si ad frigida eius generis ex tribus verbis collecta argumenta recurramus, idem auctor in 4. libr. de verborum subiectione agens, sic ait: *Ex eodem genere, vt ad nostram quoq; personam referamus subiectionem, sic: Nam quid me facere conueniret, cum a tanta multitudine Gallorum circumsederer? an dimicarem? at cum parua manu tum prodiremus, locum quoque inimicissimum habebamus, neq; erat quo vitam produceremus. Castra relinquerem? at obsidebamur. Vitam militum negligerem? at ea videbar eos accepisse conditione, vt quoad possem, incolumes patriæ, & parentibus conseruarem. Hostium conditionem repudiarem? at salus antiquior est militum, quam impedimentorum.* Cur non frontem perfricamus atq; hæc verba ex rei veritate Ciceroni aliquo modo conuenire dicimus, licet ea in suam personam referat Rhetoricorum ad Herennium scriptor? Sed exempli caussa posita sunt, respondebit aliquis. Cur igitur superiora vere, & vt se res habet prolata, hæc autē ficte posita dicamus? Quia multa (subiungit ille) in hoc opere sunt, quæ in libris de Inuentione, quos M. Tullii esse nemo dubitat, itidem leguntur. Pulcrum ædepol commentū. Sed si eorum scriptorū alter de re rustica, aut militari, de Rhetorica arte alter egisset, inuicem conuenientia, nisi amentes nō tradidissent, cū aliis præceptis orandi, aliis bellandi, serendiq; ratio constet. Eiusdē notæ est, quod Crispi Salustii in Catilina testimonio C. Herenniū nescio quem Ciceronis temporibus vixisse comprobant. Et ipsum M. Tullium ꝓ Cœlio, L. quendā Herenniū suum familiarē nominasse, tanquā rem inauditam ostendunt: quasi cum hi quatuor libri ad C. Herenniū scripti fuerint, isti rabulæ, ꝙ volunt, necessario conuincant: qui si Ciceronē filio, fratri, intimisq; tantum amicis, quales fuere Titus Pomponius Atticus, M. Brutus, Trebatius, Marcusq; Terentius Varro, sua opera nuncupasse animaduerterent, hos libros illius non esse satis discerent, cum ei sint nuncupati, vel potius ad eū scripti, cum quo nullū arctius necessitudinis vinculū M. Tullio fuisse ꝓ comperto habemus. Quod si huiusmodi arioli Ciceronianū scribendi genus vel primis labris degustassent, hos libros nō magis Ciceroni, quā generoso equo macilenti asini clitellas conuenire dignoscerent. Quā absunt porro a Tulliana dictione, prima illa Rhetoricorū ad Heren. verba? *Et si*, inquit, *quicunq; eos sibi iure vindicare potest, negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, & idipsum, quod datur otii libentius in philosophia consumere consueuimus, tamen tua nos C. Herenni voluntas commouit, vt de ratione dicendi conscriberemus, ne aut tua caussa noluisse, aut nos fugisse laborē putares. Et eo studiosius hoc negotium suscepimus, quod te non sine*

cauſſa velle cognoſcere Rhetorica intelligebamus. Non enim parum habet in ſe fructus copia dicendi, & commoditas orationis, ſi recta intelligentia, & definita moderatione animi gubernantur. Ridicula ſane, & male cohærentia hæc videbuntur, ſi cum primis iuuenilium de Inuentione librorum verbis conferantur: cum & puerles, ſeu triuiales potiùs ſint ſententiæ, quæ iis exprimuntur. Licetque non ea felicitate de arte, qua ex arte ſcribi poſſit, aliquid tamen in huius operis proœmio Cicerone dignum legeremus, niſi noſtri ardeliones toto cœlo aberrarent. Quid, quod multo libentius Philoſophiæ ſe, quam eloquentiæ operam dediſſe fatetur, quicunq. illius operis auctor exſtiterit? Equidem vt Ciceronẽ egregium Philoſophum fuiſſe non negem: multo tamen magis in eloquentia is, quam in Philoſophia profecit. Et mox ille: *Nunc ne nimium longa ſumatur oratio, de re dicere incipiemus: ſed ſi te vnum illud monuerimus, artem ſine aſſiduitate dicendi non multum iuuare, vt intelligas hanc rationem præceptionis accommodari ad exercitationem oportere.* Similima ſunt hæc verba, iis quæ in opuſculo Catoni perperam ſtupideq; adſcripto leguntur: *Nunc filiciſſime docebo te, quo pacto mores tui animi componas igitur præcepta mea legito, ita vt intelligas. Legere enim, & non intelligere, negligere eſt.* Nec ſane felicius primus liber incoatus eſt, quam ſecundus abſolutus, cuius vltima verba ſunt: *Hæc ſi vt conquiſita ſcripſimus, ita vt diligenter fueris conſecutus, & nos induſtria fructus ex tua ſcientia capiemus, & tute noſtram diligentiam laudabis, tuaque perceptione lætabere. Tu ſcientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum perſoluendum. Verum hæc futura ſatis ſcio, te enim non ignoro. Sed nos deinceps ad cætera præcepta tranſeamus, vt quod libentiſſime facimus, tua voluntati rectiſſime morem geramus.* Quid habet hæc dictio Ciceronianum? Neq; tam ſum impudens, vt quæ in medium adduxi, quaſi barbara inſecter. Alii de iis Liberius pronuntient, dum mihi nullam in eis eſſe Ciceroniani ingenii ſcintillam ſatis liqueat. Sed & in peroratione idem ſic inquit: *Nunc identidem noſmetipſi nobis inſiſtemus: res enim communis agitur, vt frequenter, & aſſidue conſequamur artis rationem ſtudio & exercitatione.* Et paulo poſt: *Nam & ſimul libenter exercemur propter amicitiam, cuius initium cognatio fecit, cætera philoſophia ratio confirmauit.* Quæ ſane, hoc opus a iuuene, nec dum ſatis exercitato ſcripta fuiſſe præclare oſtendunt, cum iuuenis, ſed adoleſcens Cicero non hos, ſed duos de Inuentione compoſuiſſet, quos ſibi excidiſſe in primo de Oratore queritur. Proinde ſi poſt eos de eadem re alios compoſuiſſet, nõ adoleſcens hos illis ſubſtituiſſet, ſed ætate profectus, cum ad M. Ciceronem filium ita ſcriberet: *Orationem autem Latinam efficies profecto legendis noſtris plenioremNec vero arroganter hoc dictum exiſtimari velim. Nam philoſophandi ſcientiam concedens multis, quod eſt oratoris proprium, apte, diſtincte, orna-*

te, ornate dicere, si mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vindicare. Non parum quid se in eloquentia profecisse gloriatur Cicero, neque si quid sibi daretur otii, id se in philosophia libentius consumere consueuisse perhibet, vt Rhetoricorum ad Herennium scriptor a se factum esse prædicat. Aut ergo vtrumque opus a iuuene Cicerone conditum fuisse, aut duos de Inuentione Marco Tullio *rudes* (vt ipse ait) *excidisse*, hos vero ad alium esse referendos, necessario fateri cogimur. Quid quod illi, tametsi ab adolescentulo scripti elegantissimi sunt, & his quo ad phrasim spectat, longo interuallo anteponendi? An artem dedidicerat Cicero, & nitidissimæ, eminentissimæque dictionis oblitus fuerat? Huc accedit, quod ipse Cicero suorum operum (vt multi aiunt) præco vocalissimus, cum de omnibus suis ad oratoriam artem spectantibus operibus ad amicos frequenter scribat, horum nunquam meminit. Hæc medius fidius vnica ratio (vel si nulla præterea proferri posset) cordatis, minimeq; oscitantibus, hos libros ei assignari persuaderet, cuius nec fuerint, nec vllo pacto esse quiuerint: præsertim quod Marcus ipse Cicero, cum rudes (vt diximus) de Inuentione libros imperfectos reliquisset, nihil de hac re ante scripsit, quam Quinti Fratris volũtati obtemperans, tres diuinos de Oratore libros in eorum locum ingesserit: postquos quicunque Rhetoricos ad Herennium libros ab eodem auctore compositos fuisse somniet, vix oppido asinos ab oloribus valeat dignoscere. Ciceronis de eo negotio verba hæc sunt: *Tibi vero frater*, inquit, *neque hortanti decero, neque roganti. Nam neque auctoritate quisquam apud me plus te valere potest, neq; voluntate. Ac mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriæ non sane satis explicata recordatio, sed vt arbitror apta ad id, quod requiris, vt cognoscas, quæ viri omnium eloquentissimi, clarissimique senserint de omni ratione dicendi. Vis enim, vt mihi sæpe dixisti, quoniam quædam pueris aut adolescentibus nobis ex commentariolis nostris incoata, atque rudia exciderunt, vix hac ætate digna, & hoc vsu, quem ex caussis, quas diximus, tot, tantisque consecuti sumus, aliquid eisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri.* Hic locus, nisi fallor, satis indicat, Marcum Tullium, quod in primis illis duobus libris suo animo non fecisset satis, quantum in oratoria arte posset, tribus editis de Oratore palam facere voluisse: post quos Brutum Oratoremque, qui fere eodem spectant, pro suis agnouit, cum libros ad Herennium nunquam nominarit. Sed nec Victorinus Rhetor celeberrimus, qui de Inuentione libros interpretatus est, imperfectum opus suscepisset interpretandum, si hos M. Tullii esse credidisset: quem cum Hermetis auditorem fuisse nusquam legatur, huius tamen operis auctor Hermetis discipulum se esse profitetur, inquit enim: *Caussarum constitutiones alii quatuor fecerunt, noster doctor Hermetes tres*

putauit esse. Fabius etiam Quintilianus id scripsit, vnde hos libros Ciceronis non esse manifeste doceamur. In tertio enim Oratoriarum institutionũ libro de Romanis Rhetoricæ scriptoribus agens, sic ait: *Romanorum primus, quantum ego quidem sciam, condidit aliqua in hanc materiam M. Cato ille Censorius, post M. Antonius incoauit. Nam hoc solum opus eius, & idipsum imperfectum manet. Secuti minus celebres: quorum memoriã, si quo loco res poscet, nõ omittam. Præcipuum vero lumen, sicut eloquentiæ, ita præceptis quoq; eius dedit vnicum apud nos specimen orandi, docendiq; oratorias artes, M. Tullius: post quem tacere modestissimum fores, nisi & Rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret, & in oratoriis hæc minora, quæ pleriq; desiderant, sciens omisisset. Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio, accuratius vero priores Gallione Celsus & Lenas, & ætatis nostræ Virginius, Plinius, Rutilius. Sunt & hodie clari eiusdem operis auctores, qui si omnia complexi forent, consuluissent labori meo. Sed parco nominibus viuentium. Veniet eorum laudi suum tempus: ad posteros enim virtus durabit, non perueniet inuidia.* Hæc Fabius, a quo cum omnes, qui de hac arte, vel eo viuente, vel etiam antea scripserunt, nominentur, vt certe libri ad Herennium aut Cornificii, aut Stertinii, aut Lenatis, aut Virginei fuerint, ad Ciceronem quippe referri non possunt, cum duos Rhetoricos sibi adolescenti elapsus ipse dicat, & in oratoriis minora ea, quæ plerique desiderant, sciens omiserit, quod nemo in libris ad Herennium factum dicat, quandoquidem eorum auctor in operis calce ita scriptum reliquit: *Et viam quam sequamur habemus, propterea quod in his libris nihil præteritum est Rhetoricæ præceptionis.* Et mox: *Ergo in arte Rhetorica nihil est amplius.* Idem quoque Quintilianus de statibus disserens, ita inquit: *Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti, in eo præsertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquã vtilitatẽ componimus in vlla parte iudicii mei. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ, videtur honestissime fecisse, quod quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est: & M. Tullius non dubitauit aliquos suos libros iam editos, aliis postea scriptis ipse damnare, sicut Catulum, atq; Lucullum, & hos ipsos, de quibus modo sum locutus artis Rhetoricæ.* Hactenus ille. Quocirca non dubito, quatuor illos libros, si loqui possent, M. Tullii, vt diu creditum est, Non sumus, apertissime exclamaturos. Denique si Cicero ipse hoc opus suum esse assereret, vix vt ei crederem, in animum inducere possem: tantum abest, vt Georgium Vallam Placentinum aliquo iudicio præditum fuisse existimem, cui mirũ non videtur, si Fabius Quintilianus nullam eius operis fecerit mentionem. In præfatione namque commentariorum in oratorias Marc. Tullii Partitiones ita scribit: *Aiunt etiam ideo Ciceronis non videri, quod Quintilianus id opus nunquam nominarit. Quam id acute? Nemo certe negauerit multos esse Ciceronis libros, quorum nullam*

prorsus

prorsus facit mentionem Quintilianus. Quid ni quasi vero hanc sibi Quintilianus susceperit prouinciam, Ciceronianos libros nominandi. Eos ergo non nominauit, asciticios, adulterinosque dicamus. At tu Valla asciticio, (si modo hæc vox Latina est) adulterino, inepto, friuoloque ingenio mihi fuisse videris, qui eiusmodi argumentis vti non erubescas. Non omnes M. Tullii libros Fabius recenset, inquis: recte, si de Vniuersitate opus, aut Arati phænomena in Latinum sermonem versa quæras, non si ea quæ ad Rhetoricam artem spectant. Quid tamen facias? Quintiliani testimonium reiicis, & cum Antonio Mancinello sentiens, Priscianum, Marcellum, Hieronymum, Augustinumque pro eo subsitis. Heus docte augur: non te pudet Fabium improbare, ac ad eiusmodi in hoc negocio testes confugere? Quod si Aspri, aut Cornuti locum pro tua sententia mendicare valuisses, maximum tuæ gloriæ decus accessisset. Vtque rem absoluam, illud etiam subiungam, non magis eos Ciceroni, quam Cornelio Celso esse assignandos: quem ego tam excellentem scriptorem fuisse reor, vt paucos ei anteponendos Latium protulisse censeam, cum medicinam tam candide, eleganterque Romanis literis illustrauerit, quam potuit, qui ingenium sic ad omnes scientias versatile habuit, vt ad id vnum a natura formatus videretur, quod vir præstantissimus tractare constituisset. Itaque cum eius, quæ exstant, lucubrationibus nihil sit pulerius, nihil elegantius, quam ornate Philosophica explicasse credendus est? De quibus non pauca ab illo Sceptios imitato scripta fuisse, memoriæ prodidit Fabius Quintilianus, in iis etiam Celso persæpe (vt eius de Oratoria institutione libri testantur) aduersatus, quæ ad oratoriam artem spectantia, vtinam cum infinitis aliorum voluminibus commune naufragium passa non fuissent. Nam & Celsi ingenium latius agnosceremus, & Rhetoricos ad Herennium libros non non modo ad Celsum, sed ne ad mediocrem quidem Celsi auditorem esse referendos, tanquam in speculo (vt est in prouerbio) conspicaremur.

Defensa in Terentii Adelphis a Politiani censura M. Varronis lectio, & de Catulli passere, item de Scrutis.

CAPVT V.

Diuinum Angeli Politiani ingenium summamque eruditionem, magnopere semper sum admiratus, & quoties in eius mentionem incidi (incidi autem quam sæpissime) satis per se commendatum virum iis laudibus ornaui, quibus maxime potui. Cuius sententiæ tam me non pœnitet, vt illum cum præstantissimis scriptoribus, quos recentiores vocamus, optimo iure collocandum, multisque antiquioribus vel æquandum, vel præferendum ducam. Siquidem & plures egregii viri præclaræ lucubrationes exstant, & doctis omnibus (quod est proculdubio nasuto nostro seculo mirum) vehementer probantur. Eas cum ipse quoq; non semel animi gra-

tia lectitarim, candidissima Miscellaneorum centuria, tum ob argumenti varietatem, tum ob multiplicem doctrinam & accõmodatum in plurimis rebus hominis iudicium supra quam credi potest, delectatus sum. Quanquã enim pauca in literis inueniantur, quæ illum ignorasse dicas, tanta tamen vbique modestia vtitur, vt non temere quicquam proferre audeat: quippe qui neq; molestus suorum operum (quod pleriq; scioli inepte faciunt) admirator exstiterit, & quemadmodum de aliis frequenter pronũtiauit, ita criticorum censuram subire non recusarit: iudex non minus syncerus quam eruditus, & a quo non libenter dissentirem, nisi sua ipse tum demum admissum iri speraſſet, cum non aliæ illis aduersantes rationes in medium adduci valerent. Quamobrem quod quędam in eius operibus adnotaui, sic mihi in iis moderabor, vt non cauillandi, sed veritatis habendæ studio, hæc qualiacunque a nobis exarata fuisse, vel pueri dignoscant. Eius igitur in Miscellanis hæc sunt verba: *M. Varro in libris de lingua Latina sic ait: Apud Terentium scortatur, potat, olet vnguenta de meo: Scortari est, sæpius meretriculam ducere. Hæc ille, ac deinceps alia in eandem sententiam. Ceterum Terentiani omnes ad vnum codices, non* scortatur *habent, vt Varro legit, sed* obsonat. *Locus autem in Adelphis est, Obsonat, potat, olet vnguenta de meo. Qam lectionem etiam Donatus agnoscit. Quid hic igitur dicemus? mendumne esse in omnibus Terentianis codicibus? an (quod vix credere ausim) memoriola vacillasse Varronem quoque ipsum, πολυγραφώτατον a Cicerone appellatum, sicut eundem Ciceronem Gellius reprehendit? vt fateamur etiam maximis quibusque ingeniis efficere incuriam nonnunquã, prodesse vsquequaq; diligentiam?* Hæc Politianus: in quibus ipsum, Donatumque, non Varronem falli opinor, neque dubito, *scortatur* in Terentio esse legendum: quod vt credam facit in primis M. Varronis omnium Romanorum doctissimi auctoritas, cui quis neget multo plus fidei, quam sexcentis Donatis esse præstandum? Quod si ex vnico Senecæ testimonio idem Politianus Priapeium carmen Vergilii creditum, Ouidio restituit: si *Vergilium*, non *Virgilium* dici debere, contra omnium veterum exemplarium fidem, ex vnico muto lapide collegit: cur non ex Varronis lectione Terentii locum restituendum asseruit? Sed & Varro homo fuit, dixerit ille: & pro vt Cicero fecit, errare commode potuit. Non inficior: sed manifesta ac meridiana luce clariora esse oportet, quibus summos viros erroris conuincere nitimur. Satis aperta sunt, subiunget ille, si in codicibus omnibus *obsonat* legitur, non *scortatur*: quam quasi genuinam lectionem agnoscit Donatus. At ego magis arbitror, Donatum omnes codices pro suo arbitratu corrupisse, quam Varronem fuisse hallucinatum: quem cum Terentii verba citarit, vt ex iis quid esset scortari definiret, non ea prout in mentem venerunt, sed ex ipso auctore cum illa scriberet, sumsisse credendum est: id cõfirmat

& hoc

& hoc quoque, quod sex tantum sunt Terentii fabellæ, & breues quidem: in quarum lectione cum Varronem ipsum frequētissime versatum, & in Adelphis præsertim, quorum principium Menandri principio prætulit, sciamus, quis verbum ꝓ verbo ab illo sumtum coniectetur? Huc accedit, quod *obsonat* Terentianum sensum plene non explicaret: cum in Adelphis magis de scortationibus, q̄ de obsonationibus agatur: quorum primum argumentum sit Æschini, qui mulierculam lenoni per vim eripuerat, facinus: de qua re multis verbis agitur inter Mitionem, Demeam q̄ fratres, quorum hic indignatus:

Fores effregit, ait, *atque in ædes irruit*
Alienas: ipsum dominum, atq; omnem familiam
Multauit vsq; ad mortem: eripuit mulierem

Quam amabat. Non de compotationibus, neque de obsoniis Demea, sed de mulieris raptu queritur: quod & apertius Mitio Demeam leuire cupiens ostendit, inquit enim:

Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum
Scortari, neq; potare: non est neq; fores
Effringere. Quid manifestius hæc ostendunt, quam verba a Varrone citata, cū ab eodem Mitione paulo post, plata sint, iuxta illius sententiā esse restituenda? Hoc ego solo argumēto, vel si Varronis auctoritas pro nobis non esset, Donatū adulterinam lectionem ꝓ vera agnouisse crederem. Quid q̄ idem Mitio, cum iratum fratrem dimisisset, non de conuiuiis, quę Æschinus amicis dederat, sed de scortationibus agit, cum ait, *etsi Æschinus:*

Nonnullam hac in re nobis facit iniuriam,
Quam his non amauit meretricem? aut cui non dedit

Aliquid? Adhæc exigui sumtus in compotationibus fieri iis videbuntur, qui comœdias legunt, si meretricum, lenonumque infatiabilem auaritiam ob oculos ponant, cū plures minæ illis dari soleant, quam in compotationibus oboli fere erogari. Porro autem Terentiū eam loquendi formulam, sicut alia plurima, a Plauto sumsisse autumo, apud quem leno in Pseudolo sic loquitur:

Venue mihi hac
Bona dat, cum hos huc adiicit lucrifugas, damni sui cupidos,
Qui se, suamq; ætatem bene curant, edunt, bibunt,
Scortantur. Proinde hoc in loco Politiani coniecturam reiicerem, nisi forte alicui secus videretur.

Idem politissimus Politianus, *Catullianum passerem* non simpliciter, sed allegorice accipiendum esse, atque obscœniorem quendam celare intellectum arbitratur, quem salua verecundia enunciare nequeamus, quod & innuere videatur Martialis Epigramma, cuius hi extremi sunt versiculi:

Da mi basia, sed Catulliana.

Quæ si tot fuerint, quot tibi dixit,
Donabo tibi passerem Catulli.

Nimiu enim, inquit, foret insipidus Poeta (quod nefas credere) si Catulli passerem denique, ac non aliud quippiam, quod sufficeret magis donaturum se puero posse oscula diceret. Hoc quid sit, equidem profecto iudore sua, cuiusque conscientia de passeris natura sanctius, ac relinquo. Subtiliter quidem Politianus sed Catulli versus aliter illum interpretatum existimo, quam Catullo vnquam in mentem venerit. Enimuero si eius passer obscenum aliquid in se contineret, vt non multum salis ex eo Martialis versibus accederet, sequens certe Catulli Epigramma omnes sales, omnemque leporem amitteret, & Alpina glacie esset frigidius. Quid enim obscœnum, quod subintelligitur, ad mortuum Lesbiæ passerem? & tamen Catullus eius mortem ita deplorat,

Lugete o Veneres, Cupidinesque,
Et quantum est hominum venustiorum,
Passer mortuus est meæ puellæ,
Quem plus illa oculis suis amabat. Et mox de eodem,
Qui nunc it per iter tenebricosum,
Illuc unde negant redire quemquam.

An Catulli amica, aut potius Catullus ipse eum passerem, quem subintelligit Politianus, existimauerat? An non melius de passere aue intelligitur? Sed Martialis, ait, aliud quiddam, quam ea voce significatur, puero promittebat. Imo ego Poetarum esse morem scio, vt amicos amicasve, non veste, aut argento, sed versibus remunerentur: quibus diues Propertius, cum alia munera Cynthiæ dare non posset, carminibus ei immortalitatem pollicebatur, hæc scribens,

Fortunata, meo si qua es celebrata libello,
Carmina erunt formæ tot monumenta tuæ.

Cuius fere germanus Ouidius, non in diuitum libros de Arte amandi, sed in pauperum gratiam condidit, quia & ipse pauper amarat: & cum dona non posset, verba vtiq; pro eis dabat. Nam & versibus iidem illos infectantur, a quibus aliqua iniuria fuerint affecti, cum Lycambem Archilochus, Bubalum Hipponax versibus confoderint. Quid quod & is de quo agimus Catullus Acmen, quę cum decem millia poposcerat, deuorare videtur, cum in hæc carmina prorumpit?

Adesse hendecasyllabi quot estis,
Omnes undiq; quotquot estis omnes.
Iocum me putat esse moecha turpis,
Et negat mihi vestra redditurum
Pegillarius si potest, nisi.

Nulla est ergo in Martialis, siue Catulli passere allegoria: alioquin Catullianis etiam basis aliquod subesset mysterium, quę tamen nemo affirmaret

affirmaret. Posuit autem ille nimirum *Catulliana basia* pro infinitis, quot & qualia Catullus Lesbiam popoſcerat duobus Epigrammatibus, quorum alteri hoc est principium:

Viuamus mea Lesbia, atque amemus. Alteri.
Quaris quot mihi basiationes.

Quæ si mihi dederis, inquit Martialis, nō minus te laudabo, quam Lesbiam Catullus, cuius etiam passerem defleuit. Neque nouū est, si Catullum in omnibus imitari voluit, cuius etiam in passere, ac basiis, æmulus esse cupierit: quandoquidem eundem sibi præponere non veretur, ad Marcum scribens:

Nec multos mihi præferas Poetas,
Vno sed tibi sim minor Catullo.

Possem addere, Catullum passerem ad Vergilium, qui Parthenias vocabatur, misisse: sed huiusmodi coniecturis non est opus, cum apertæ se offerunt rationes. Suum tamen cuique & in hac re, & in aliis omnibus est iudicium. Ego sane quod sentiebam, non dissimulaui, ipsum Politianū imitatus: cuius aliud est in eodem opere Caput de vocabulis inuentu raris, nec tamē singularibus, qualia sunt, *cucuma, prosecucha, scruta*: quorum vltimum Horatium quidem semel dixisse putat in hoc versiculo:

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Quod iterum dixerit Sidonius Apollinarius libro Epistolarum 7. per hæc verba: *Nunc quadam friuola, nunc ludo apta virgineo scruta donabat.* Sed cum hæc scriberet, non meminerat apud Gelliū Noc. Atticarum lib. 3. hos Lucilii versus legi:

Quid ni? & scruta quidem, vt vendat scrutarius, laudat,
Præfractam strigilem, soleam improbus dimidiatam.

Defensus ab eodem super Oaxe fluuio Seruius, & de Priapeii carminis auctore.

CAPVT VI.

P. Vergilius ex Mœlibœi persona in prima Ecloga ita loquitur.

At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam, & rapidum Creta veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Hoc versus enarrans Seruius, de Oaxe sic ait: *Rapidum Creta, hoc est, lutulentum, quod rapiat cretam, creta terra alba dicitur. Nam Oaxus fluuius est Mesopotamiæ, qui velocitate sua rapiens albam cretam, turbulentus efficitur. Vel Oaxis fluuius est Scythiæ: in Creta insula non est, sed aqua Cretei coloris est. Oaxem Philistenes ait, Apollinis & Athilenæ filium: hunc Oaxem in Creta oppidum condidisse, & suo nomine nominauit, vt Varro ait:*

Quos magno Anchiale partus enixa dolore,
Et geminus sapiens tellurem Oaxida palmis Scindere dicta.

Politianus autem sic: Sed enim ego Oaxem Cretæ fluuium intelligi crediderim potius. Nam Vibius quoque Sequester Oaxem Cretæ fluuiū

dicit esse, a quo & ciuitas Oaxia. Quare Apollonius Cretam quoque insulam tellurem Oaxida vocauit in primo Argonauticon, his verbis:

Δάκτυλοι ἰδαῖοι κρηταέος, οὓς ποτε νύμφη
Αγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι
Δραξαμένη γαίης οἰαξ ἴδος ἐβλάστησε.

Hoc autem postremum ita Varro transtulit, ille arbitror Aracinus, alieni operis interpres:

Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.

Neque vero non conuenit rationi, vt qui dispersum iri toto orbe suos populares velit ostendere, de insula quoque in medio velut nostro mari sita, tum autem & de altera toto penitus orbe diuisa meminerit. Hactenus ille. Quæ tamen mihi non probantur. Quandoquidem si Creta *extra anni solisque vias* posita esset, si velut Britannia, Thyle, aut Taprobana non admodum antiquis fuisset peruia, recte fieri potuisse concederem, vt neque Ptolemæus, neque Strabo, neque Plinius, neque Mela, quique orbis situm descripsere, *Oaxem* in ea fluuium inueniri per negligentiam prope dixerim, meminissent. Cum vero non alia sit in tota Græcia insula celebrior, vt ex qua omnes fere superstitiones emanarint, quis neget tot excellentes scriptores facturos fuisse *Oaxis* fluminis in descriptione Cretæ mentionem, si in Creta is fluuius esset, ac non potius id sibi cōfinxisset Vibius Sequester? Nō est hoc vnicum, aut Melam, aut Plinium, sed quatuor præstantissimos scriptores in re manifestissima dementię arguere. Quapropter mallem hac in re Ptolemæo, Plinio, Strabone, Melaque ducibus errare, quam Vibio magistro erudiri. Recte igitur iuxta Seruii sententiam exponetur Vergilii locus, vt *rapidum cretæ* intelligamus *fluuium*, hoc est *turbidum*. Quin si in Creta esse *Oaxem* fluuium pro comperto haberem, ei tamen non conuenire Vergilianum sensum, prout Politianus censet, assererem. Qui enim ex propriis finibus eiecti fuerant, non in Cretam insulam propinquam, maxime commodam, fertilemq; & centum vrbibus habitatam se ituros, sed in deserta loca, nempe in Scythiam, Britanniam, sitiētemq; Africam sperabant, in quibus regionibus nulla esset aeris benignitas, nulla hominum humanitas. Nam quod Cretam *Oaxiam terram*, ab Oaxe fluuio dictam cōminiscitur Politianus, atq; id (vt existimat) cōfirmantes versus ex Apollonio citat, a doctis reiicitur, qui Seruio assentientes, non ab *Oaxe* fluuio, sed ab Apollinis Anthilenæq; filio Cretam *Oaxiam* dictam contendunt: in illo etiam parū æque a Politiano factum asseuerantes, quod Seruii sibi testimonium vindicarit, nisi forte in mutilum eius cōmentariorū exemplar inciderat. Sed de *Oaxe* alii viderint. Ego sane Melibęi sententiæ non congruere existimarem, vel si (vt superius dictum est) omnes de eo scriptores mentionem fecissent.

Idem Seruius Priapeium carmen inter Vergilii opera recenset: a qua

qua opinione nimirum recedit Politianus, putatq; non Maronis, sed Ouidii esse Priapeia, ac Senecæ præcipue ducitur testimonio, q. in libris, quibus oratorum & rhetorum sententias, diuisiones, colores, suasoriarum cõplectitur, ita scribat: *Hoc genus memini quendam oratorium dicere, cum declamaret controuersiam de illa, quæ egit cum viro male tractationis, quod virgo esset, & damnata. Postea petiit sacerdotium. Nouimus, inquit, istam maritorum abstinẽtiam: qui etiamsi primam virginibus timidis remisere noctem, victimis tamen locis luunt. Audiebat illum Scaurus, non tantum differt issimus homo, sed verecundissimus, qui nullius vnquam impunitam stultitiam transire passus est.* Statim Ouidianum illud:

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Et ille excidit, nec vltra dixit. *Nouimus autem*, ait Politianus, *hunc esse versiculum in Priapeio epigrammate. Et mox: Sed & stylus ipse, ni fallor, & prorsus Ouidiana quapiam in eis germana lasciuia. Quatenus autem sit huic auctoritati fidendum, legentium sit iudicium. Nos vt non pro vano scripsimus hoc, ita nec pro confesso. Certe si Ouidio cõuenit, etiam in ceteris obscœniori: sic Vergilium contra dedecet, a virginea quoq; verecundia Parthenian vocatum, titulus istius operis, vt quamlibet inurato testi, & suspecto, pudeat tamen profecto non credere.* Hæc Politianus tam erudite, quam caute. Sed vt omnia quæ in Priapeiis sunt epigrammata, Vergilii esse non credam, cum pleraq; in eis a tanti Poetæ excellentia remota legantur: multa illi recte assignari posse autumo, quæ magis Poetico iure in hortorum custodem luserit, quam quod similem obscœnis carminibus vitam egerit: tametsi Seruius libidinis eum impatientem fuisse tradat, quod nescio quam sit credibile. Verum potest qui castissimus sit, parum pudicos versus etiam citra nominis dispendium edere. Qua de re sic lectutarur Valerius Martialis in ea epistola, quam primo libro præposuit: *Lasciuam verborum licentiam, id est epigrammatum linguam excusarem, si meum esset exemplum. Sic scripsit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Getulicus, sic quicunq; perlegitur.* Et paulo post:

Innocuos censura potest permittere lusus,
Lasciua est nobis pagina, vita proba est. Et inferius:
Lex hæc carminibus data est iocosis,
Ne possint, nisi pruriant, tuuare.

Catullus enim ad Aurelium, Furiumque scribens, ita de eadem re agit:

Nam castum esse decet pium Poetam,
Ipsum, versiculos nihil necesse est,
Qui tum denique habent salem ac leporem,
Si sunt molliculi, ac parum pudici,
Et quod pruriat incitare possint,
Non dico pueris, sed his pilosis,
Qui duros nequeunt mouere lumbos.

Ouidius quoq; licet minus obscœna scripsisset, cum ob eam rem accusaretur, ita se defendit secundo de Tristibus:

Nec liber indicium est animi, sed honesta voluntas.

Et eodem libro diffusius. Nos tamen ea citabimus, quæ ad nostros Poetas pertinent, inquit autem:

Vtque suo Martem cecinit grauis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis:
Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis,
Causarumque triplex vaticinatur opus:
Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo,
Fœmina, cui falsum Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea, multos vulgauit amores,
In quibus ipse suum fassus adulterium est.
Par fuit exigui, similisque licentia Calui,
Detexit variis qui sua facta modis.
Quid referam Tinda, quid Memmi carmen? apud quos
Nomen adest rebus, nominibusque pudor?
Cinna quoq; his comes est, Cinnaque procacior Anser,
Et leue Cornifici, parque Catonis opus.
Et quorum libris modo dissimulata per illos,
Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo.
Is quoq; Phasiacas, Argon, qui duxit in vndas,
Non potuit Veneris furta tacere suæ.
Nec minus Hortensi nec sunt minus improba Serui
Carmina: quis dubitet nomina tanta sequi!

Hæc & alia multa in eandem sententiam Ouidius. Iam Catalecta a Vergilio cõdita fuisse, quis inficias eat? Sunt tamen in eis in Helespontiacum Deum lusus. Quod si quis id in dubium reuocaret, accipiat Fabii Quintiliani in octauo Institutionum oratoriarum libro testimonium: *Quædam*, inquit ille, *adhuc vetera, vetustate ipsa gratius nitent, quædam etiam necessario interim sumuntur. Enunciare, & fari, & multa alia etiam audientibus grata inseri possunt, sed ita demum, si non appareat affectatio, in qua mirifice Vergilius:*

Corinthiorum amator iste verborum,
Iste iste rhetor, namq; quatenus totus.
Thucydides tyrannus Atticæ febris
Tau Gallicum spiritum ipsemet male illisit,
Isti omnia, ista verba miscuit fratri.

Hos autem versus, quis non videt in Catalectis legi? Fuit siquidem moris veteribus Poetis, vt omnes fere aliquos huic Deo versus offerrent, quod vel illa carmina indicant:

Quisquis venerit huc, Poeta fiat,
Et versus mihi dedicet iocosos:
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet Poetas.

Ceterum

Ceterum non tantum hortorum, sed agrorũ etiam custos fuit Hellespontiacus Deus: ad quem Val. Martialis multa scripsit Epigrãmata, sed illud in octauo præcipue, cuius hoc est principium:

Non horti, neque palmitis beati.

Porro Iunius Columella eius Dei imaginem in hortis poni debere præcipit, lib. 10. de re Rustica, his versibus:

Neu tibi De dalea quærantur munera dextra,
Neu Polycletea, nec Phragmonis, aut Agelada
Arte laboretur, sed truncum forte dolata
Arboris antiquæ, numen venerare Ithyphalli,
Terribilis membri, medio qui semper in horto
Inguinibus puero, prædoni falce minetur.

Imitatus vt opinor Verg. qui in quarto Georgicorum sic scribit:

Inuitent croceis halantes floribus horti:
Et custos furum, atq; auium, cum falce saligna,
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

Omnibus vero qui illud de quo agimus opus non oscitanter legerint, diuersorum auctorum farinam esse apparet, cũ plurima Vergilianum ingenium sapiant, nõ pauca ad Ouidianam facilitatem accedant, denique multa inepte ac insulse scripta in iis Epigrammatibus inueniantur. Proinde optime meo fecerit iudicio q̃ Priapeium carmen ad diuersos referet auctores, vt multa in illud contulerint, Verg. Ouidius, aliiq; cõplures, totiusq; operis titulus Vergiliotanq̃ nostrorum Poetarum eminentissimo fuerit assignatus. Vix hæc absolueram, cum quandam Politiani epistolam casu relegens, q̃ prius (Deos testor) me latuerat, Hermolaum Barbarũ nescio quid de *Oaxe*, de *Catulli passere*, & de *Priapeii carminis auctore* scripsisse animaduerti, an cõtra quam senserit Politianus, ipse nequeo coniicere. Nec ea enim recens me legisse in memoria habeo, & eius lucubrationes festinanter percurrens, ne scintillam quidem earum rerum reperire potui. Qui tamen isthæc priuata iam opera adnotassem, nullo pacto hæc mihi prætermittenda visa sunt. In quibus si quid forte cum Hermolao dixero, vitio mihi non est vertendum: quippe qui neque hæc qualiacunque prolaturus fuerim, nisi primus illa quod sciam obseruassem, neque alienæ laudi quicquam detrahere, ac Æsopicæ cornicis more alienis pennis vestiri consueuerim. Cumque Angelum Politianum summopere laudare sim solitus, sic in hisce eius iudicium improbaui, vt cum viuente de illis agere non fuissem reformidaturus: & pessimo exẽplo quosdam facere opiner, qui in vita functorum scripta impudentissime debacchantur, viuẽtem autem respondurumque neminem si opus fuerit arguere audeant.

De verbis Reperio & Inuenio.

CAPVT VII.

Laurentius Valla in quinto de Latina elegantia libro ita scribit:

Excogitare *est, per cogitationem inuenire, idque adres tantum intorporeas pertinet, vt excogitau argumenta, rationes, figuras, causas. Est igitur* excogitare & inuenire, *consilium* reperire *vero, fortuna.* Ouidius.

Tu non inuenta, reperta es.

Sed iam vsus obtinuit, vt idem sit reperio, *quod* inuenio. Hæc Vallæ sententia, quibus verbis a triuialibus grammaticulis explodatur, recensere, non est huius loci. Ea tantum quæ in Vallam primo Genialium dierum libro Alexander ab Alexandro, vir meo iudicio impense doctus, commentus est, in medium adducam. Cumque duos de hac re ludi magistros inter se disceptantes proferat, quæ ab eo, qui Valliæ partes tuebatur dicta fuerint, præteribo, vt ipsius Alexandri ex Grammatici persona censuram audiamus. *Hæc, inquit, cum ille & pleraque legisset, reclamabat alter, doctorem istum nec verba, nec mentem Ouidii intelligere quiuisse, labique errore manifesto. Siquidem* reperire *est, cum labore aliquid quæsitū assequi, deductum ex* re & pario, parere *enim, est cum labore quarere: vnde pecunia parta, cum labore quæsita dicitur. Imo eundem Ouidium, quem in medium ille adduxerat, eodem versu significantius contra demonstrare,* Tu non inuenta, sed reperta es, *inquit: quasi, ego te non casu & fortuna nactus sum, sed studio & labore quæsitam reperi, quod & alio versu eundem exploratius significare ait:*

Examinesque artus primo, mox ossa requirens,
Repperit ossa tamen.

Præterque hanc Ouidii auctoritatem, idem apud auctores probatissimos vsu obseruaui. Quintus Curtius: Quippe Euphrates, *inquit,* altum limum vehit, quo penitus egesto, vix sufficiendo operi firmo reperiunt solum. *Et idem:* Quia duces asseruati profugerant, misit qui conquirerent, nec reperti. *Suetonius in Cæsare:* Idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant. *Vides, inquit ille,* reperire *esse opera, & consilii, non autem fortunæ? Atque aliter cum contra tenderet, & vocem immodica oi stropheret, eadem sapius, & quadam nugalia repetendo, cupiens ego istius doctoris mentem plane perspicere, accipio libellum a manibus magistri, atque in eo ego pleraque audacis doctrinæ & confidentiæ* Cum non his solum, sed multis aliis, de duobus verbis *reperio & inuenio* differat Alexander, nec tamen quantum illa inter se differant explicauit, & Vallæ sententiam nimis subtiliter, ne dicam maligne cauillatus est. Ac primum quidem licet in hoc vsu ventum esse, vt idem sit *reperio*, quod & *inuenio*, vere affirmet Valla, quam ridicule hic Ouidii locum interpretatur, vt filiam sic repertam, & non inuentam diceret, quod post multos labores Inachus voti tandem compos factus fuisset? Nonne si recte eum locum exponit Alexander, id inuenire dicemur, q̃ nullo labore assequimur? Id tamen si quis affirmaret, apte falleretur: cū

nemo

nemo in Latinis auctoribus tam parum sit versatus, quin has voces apud eos frequentissime in eo significatu poni dicat, vt casu quid repertamus, quod multo labore inuenire possimus. Equidem quia Vallam optime sensisse arbitror, id sibi velle Ouidii sententiam censeo, vt ex vero, maximeque proprio significatu *reperire* fortunæ sit: quamuis hæc differentia cum a ceteris auctoribus, tum ab ipso etiam Ouidio plerumque confundatur. Cuius rei ita subiiciam testimonia, vt quoniam *reperire* ad casum, ac *inuenire* ad laborem industriamque frequentissime referri inter doctos constat, hæc verba nihil prorsus inter se differre ostendam, si quod quærimus *reperire*, & *inuenire* quod minime quæramus, Latine dicere possumus. Ante omnia autem ipsum Ouidium hæc duo verba absque discrimine ponentem audiamus, qui in tertio Fastorum libro de Baccho loquens, ita canit:

Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus idem
Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt.

Et de eodem paulo post:

Colligit errantes, & in arbore claudit manu
Liber, & inuenti præmia mellis habet.

Scilicet Ouidius mel modo a Baccho inuentum, modo repertum asserit, an idem casu, & industria, quæri poterit? aut *reperire*, est cum labore aliquid quæsitum assequi, prout frigide coniicit Alexander? At hoc verbum, inquit, ex *re* & *pario* dicitur: cumque Vallensis iste doctor, nec Ouidii verba, nec mentem vtriq; intelligere quierit, manifesto errore lapsus est. An nõ obsecro te Alexander, tam iterũ parimus cum eam forte inuenimus, quam cum per summum laborem reperimus? Verum *pario*, respondet, est cum labore acquiro. Recte quidem, mulieres cum labore ac dolore quoque parere concesserim. Sed si in tam frigida argutia delitescis, cum *re* & *pario* idem significent, quod iterum cum sudore acquiro, nisi quod quærens offendis, primo pepereris, hoc est, cum algore lucratus fueris, iterumq; vel inediam vel vigilias passus recipias, iam id nullo pacto *reperire* diceris. Quid si equum dono ab aliquo acceperis, eumq; amittas, num si illũ perquiras, laborioseq; tibi vindices, eum reperies? Minime arbitror. Si.n. vocum, ex quibus hoc verbum componitur, proprietatem respiciamus quo ab aliquo tibi donatũ fuerit, peperisse dici non potes. Sit igitur fabula Alexandri sententia: nosq, interim alia loca ex Plauto, Terentio, Cicerone, Cæsare, Liuio, Verg. Sallustio, & aliis id genus proferamus. Idem Ouidius 2. Tristium lib.

Hoc pretium vitæ, vigilatorumq, laborum
Cepimus: ingenio est pœna reperta meo.

Cui simile est Sallustianum illud in Catilina: *Nam si digna pœna pro factis eorum reperiretur, nouum consilium probo.* Non casu, sed multũ, vt opinor, diuque cogitantes, nouum pene genus inuenire ni-

timur. Plautus in Aulularia: *Ibo intro perscrutabor fanum, si inueniam vspiam aurum, dum hic est, occupatus. Sed si reperero, o Fides, mulsi cõgialem plenam faciam tibi fideliam.* Pro eodem posuit Plautus *reperio & inuenio*, ac Alexandri figmentum derisisse videtur. Idem in Trinummo: *Quid verbis opus est? quamuis malam rem quæras, ibi reperias.* Terentius in Eunucho: *Eunuchum porro dixti velle te, quia solæ vtuntur his reginæ, reperi.* Sunt autem hæc Phædriæ verba, qui quidem munus Thaidi nequaquam commendasset, si casu illud, ac non quærens potius reperisset. Cæsar primo libro de bello Gallico: *Hoc si quærerent, reperiri posse diuturnitate belli defatigatis Gallis, Ariouistum, cum multos menses castris ac paludibus se continuisset, neq; sui potestatem fecisset, desperantes iam de pugna, ac dispersos subito adortum, magis ratione ac consilio, quam virtute vicisse.* Et in secundo: *Eorum fines Neruii attingebãt, quorum de natura, moribusq; Cæsar cum quæreret, sic reperiebat.* Cic. lib. 2. de Orat. *Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies.* Et in eodem: *Iam illud videamus, nequaquam satis esse reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis.* Et in tertio Tusculanarũ quæstionum: *Nam vt medici caussa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant, sic nos caussa ægritudinis reperta, medendi facilitatem reperiemus.* Verg. in 4: Æneid. de Didone,

Oculisq; enarrantibus alto
Quæsiuit cœlo lumen, ingemuitq; reperta.

Inuenimus vero, quod non quærimus. Liuius lib. 5. *Hic Capitolium est, vbi quondam capite humano inuento, responsum est eo loco caput rerum, summamq; imperii fore.* Quid minus quam humanũ caput quærebant Capitolinæ arcis fundatores? Terentius quoq; Varro in quarto de lingua Latina, de eodem humano capite sic ait: *Sunt & nomina ab tot montibus, quos postea vrbs muris comprehendit, e quis Capitolium dictũ, quod hic cum fundamenta foderentur ædis Iouis, caput hominis inuentum dicitur.* Sed & Plin. lib. natur. hist. 28. de eadem re sic ait: *Cum in Tarpeio fodientes de lubro fundamenta, caput humanum inuenissent, missis ob id a Senatu legatis, Hetruriæ celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id fortunatumq; cernẽs, interrogatione in suam gentem transferre tentauit, scipione prius determinata templi imagine in solo ante se. Hoc ergo dicitis Romani, hic templum Iouis optimi maximi futurum est? hic caput inuenimus? cõstantissima annalium affirmatione transiturum fuisse fatum in Hetruriam, ni præmoniti a filio vatis, legati Romani respondissent: Non plane hic, si Romæ inuentum caput dicimus.* Plautus in Epidico, cum de Periphanis filia casu inuenta, seruus intelligeret: *Vinctus*, inquit, *asto, cuius hic hodie opera est inuenta filia.* Verg. item in 2. Æneid. cũ diu quæsita coniuge ad suos reuersus esset Aeneas, sic ait,

Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio admirans numerum.

Admi-

Admirans etiam subiunxit, vt nullam eius rei suspicionem Aeneam habuisse credamus. Idem ergo est *quarere*, quod *reperire*. Nec sane si Alexandri de his verbis iudicium improbo, doctissimi viri auctoritati quicquam detractũ velim. Quin potius summam fuisse in eo rerum cognitionem fateor. Nam si quid in eius Genialibus desiderare liceat, distinctius cum scripsisse, ac nostra ab externis seiunxisse cuperem, ne postquam plenos eruditionis libros legimus confusam quandam rerum in animo syluam conciperemus: quam id quoque magis commiscet, quod eisdem de rebus diuersis in locis agit, cum aliqua, quæ antea illi forte in mentem non venerant, addit. Fuit is Iureconsultus, iisdemque temporibus vixit, quibus illa doctorum turba, Ioannes Iouianus Pontanus, Theodorus Gaza, Nicolaus Perottus, Pomponius Lætus, Domitius Calderinus, Hermolaus Barbarus, Ioannes Platina, Francis. Philelphus, & Raphael Volaterranus, quorum certe non multos ei anteponendos ducas. Imitatus est Aulum Gellium, licet eo minus elegans (vt aiunt) atque in scribendo vt breuior, ita etiam aliquanto durior.

De verbo Deprecor.

CAPVT VIII.

PVlcerrimum est Auli Gellii in sexto libr. Noctium Atticarum caput, in quo Catulli ad Lesbiam Epigramma sic interpretatur, vt ita dictum sit: *Deprecor*, quasi detestor, vel exsecror, vel abominor. Quod q; Enni ex Erechtheo hos versus citat,

Quibus nunc arumna mea libertatem paro?
Quibus seruitutem miseria mea deprecor? Et in Cresphonte,
Ego cum mea vita parcam, letum inimico deprecor.

Et præter hæc aliqua Ciceronis loca, quæ breuitatis caussa præteriero. Valla tamen a Gellio dissentiens, ita *deprecor* dici putat, vt *precor & imprecor*: Precor, inquit, *tibi bonum, precor tibi malum: sic deprecor liberationem, & deprecor pœnam, illam vt potiar, hanc vt vitem.* Ouidius in primo lib. de Ponto,

Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa latus.

Deprecor dixit, quasi precor mortem non dari mihi in hac terra. Et inferius: Denique *deprecor* magis significat vel facto, vel dicto recusso, quam illa quæ Aulus Gellius attigit. At Alexander ab Alexandro ita se inter hos duos arbitrũ constituit, vt pro quo steterit vix dignoscas, licet in Vallam maledicta, Gellii patronum indicare videantur. *Sic enim scribit quarto Genialium libro: Quid in mentem venerit nonnullis Grãmaticis, qui non temperantes maledictis, multa nec perpenso iudicio, nec examinato, modo digesta præcipere nõ verentur, non satis conuicio. Nuper cum in commentariolos Grammatici cuiusdam, quos de Latina dicendi norma viuens ediderat, forte incidissem, in quibus grauí censura antiquissimum quem q; auctorem taxat,*

ita ipſum locutum offendimus, vt diceret Aulum Gellium male ſenſiſſe, quod deprecari, *abominari vel deteſtari eſſe dixit: cenſuitq;* deprecari *nihil eſſe aliud, quam dicto vel facto recuſare, quaſi multum diſcriminis foret inter* .bominari, *& recuſare. Quæ tamen mox pronuntiat, cum neutro eorum illum ſenſiſſe oſtendunt. Ait enim: Multum longeq; diſtat* deprecari *a* recuſare: *quippe* deprecari *eſt, precibus rogare, & ſubnixe obteſtari ne quid fiat:* recuſare *vero, iure & manu cõtendere, & quadam mentis vecordia minaciter magis quam precibus expoſcere. Cæſar commentario quinto: Hedui nec deprecandi, nec recuſandi cauſſa legatos ad Cæſarem mittere volebant.* Cicero Tuſculanarum quæſtionum 2. *De Anaxarcho*, inquit, *Democritio cogitet, qui cum Cypri in manus Nicocreontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neq; recuſauit.* Sed nimis ſubtilis eſt hæc Alexandri interpretatio. An cum Cicero in ſexta Verrina ita ſcribit, *Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, thus alii atq; odores, veſtemq; linteam, gemmas alii, & margaritas:* hoc intelligebat, vt illi periculum deprecarentur, ſcilicet precibus enixe peterent, ne id eis periculum fieret? An non melius ad deprecandum periculũ, hoc eſt, refellendum, vel recuſandũ exponemus? Si tam enixe Siculi rogabant, quid purpura Tyria, odoribus, lintea veſte, gemmis, margaritiſq; opus erat? quæ omnia a rapaci prætore nõ aliquid humiliter impetrare, ſed extorquere poſſent? Sed aliud eſt, inquit, *deprecari*, aliud *recuſare. Deprecamur* enim ſupplices, *recuſamus* autem quaſi iure & minaciter contendentes. An Anaxarchus, qui Cypri in regis manus inciderat, minaciter apud eum tormẽta recuſare poterat, in cuius manib. eius vitæ mortiſq; ius eſſet? Leuis itaq; eſt hæc inter *deprecor* ac *recuſo* differentia: & M. Cicer. duo verba aut idem ſignificantia, aut nõ multum diuerſa ponere, minime nouum eſt. An cum de Catilina ita diceret, *Abiit, exceſſit, euaſit, erupit*: aliud eſſe abire, aliud excedere, aliud euadere, aliud erumpere eo in loco volebat? Nam apud Cæſarem, cum *legatos Hedui ad eum nec deprecandi, nec recuſandi cauſſa mittere vellent*, hoc ſibi volebant, vt Cæſaris amicitiam, nõ pluris quam inimicitiam facerent, quo in loco *deprecor*, pro *valde precor*, ſine dubio eſt accipiendum. Siue igitur cum Gellio, ſiue cum Valla (nam q; haud multum inter ſe differunt) ſentiamus, *deprecari* duo ſignificat: vnum q̃ eſt *valde precor*, quale eſt illud M. Tullii in 2. de Finibus, *Primũ inquam deprecor, ne me tanquam Philoſophum putetis ſcholam vobis aliquam explicaturum*: alterum vero, quod eſt *deteſtari*, vel *recuſare*, quale hoc eſt eiuſdem M. Tullii pro C. Rabirio, *Non ſupplicium deprecarer, ſed premiũ poſtularem. De* enim præpoſitio, licet ſæpe verbis, quib. adiungitur nihil addat, plerumq; tamen auget: vt *deamo*, quaſi *valde amo*. Terentius in Heautontimorumeno: *Na ego ſum fortunatus, deamo te Syre: & deprecor*, q̃ eſt *valde precor*. Nonnunquam etiam verbi ſignificatum prorſus immutat, vt *deprecor*, cum

pro

pro *depello* ponitur: vt *deiuuo*, quod est *non adiuuo*, sed deprimo. aut derelinquo. Plautus in Trinummo: *Deserere illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet.* Idem præterea Alexander in tertio Genialiũ, Vlpianũ Iureconsultum aduersus eundem Vallam defendit, quod *pulsare* sine dolore, *verberare* autem cum dolore esse dixisset: cum Valla etiam sine dolore quem pulsari ostenderit. Alexandri verba hæc sunt: *Rursus*, inquit, *eundem Vlpianum taxauit, quod ex auctoritate Offilii Iurecõsulti censuit* pulsare & verberare *eo differre, quia* verberat *quis cum dolore*, pulsat *vero sine dolore: propterea Vlpiani definitionem inuidiose criminatur, tanquam possit aliquis cum dolore pulsari, & sine dolore verberari.* Et paulo post: *Sed cum istius auctoris venia dixerim, Vlpiani mens alio spectat, quippe si mentem ipsius pensitamus, procul dubio intelligemus illum verberare dici proprie, qui animale corpus verbere affligit: illumque signate & appositè loqui, qui hominem, vel pecus verberatum dixit, non pulsatum. Cum vero ad rum sensu carentem ictus inferuntur, tunc pulsare dicimur, non verberare, vt pulso hostium, lanam, aut vestem: verbero hominem, vel pecu.* Sed nimis Genio indulgebat, cum hæc delitia, siue (vt verius dicam) ægrotantium somnia secum hic scriptor cõfingeret. An enim si legem Corneliam, quæ ei actionem dabat, qui se pulsatum, verberatumue diceret, interpretabatur Iureconsultus, illud verbum ad inanimale corpus, hoc vero ad animale referebat? An pulsatis hostis cõtra pulsantes actio dabatur? an vestibus? Sed de hac re in libro de Iuris Ciuilis interpretibus diffusius, vbi homines animales pulsari, & muros, qui nullam habent animam, a tormentis verberari, Vallam defendentes ostendimus, quem itidem calumniatus est in sexto libr. noster Genialium dierum conditor, quod de Latina elegantia scribens, *tantum* & *quantum* verbo & positiuo, *tanto* & *quanto* comparatiuo iungi oportere docuerit: vt, Quanto es doctior, tanto & melior: Quantum pores, tantũ elabora, quasdamque ipse ex Lucio Floro locutiones adducit, cuiusmodi sunt: *Numantia quantum Carthagini, Capua, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus.* Et, *Quanto est efficacior fortuna, quam virtus, tantum esse virtutem.* Sed ipse sic se in eo capite tutatur, in quo de *per* & *quam* absolutissime agit. *Nec tamen, inquit, in hoc toto opere tam licentiam Poetarum consector, quam vsum oratorum. Neq; si quid aliter penes auctores reperiatur, mihi obesse debet, qui non legem scribo, quasi nunquam aliter factum sit, sed quod frequentissime factitatum est, præsertim a Marco Tullio, M. qua Fabio Quintiliano.* Huc spectat, quod eundem taxat, quia *adem* in singulari numero pro *domo*, aliter quam Valla præcepserit, bis apud Quintilianum, semel autem apud Ciceronem legamus. Poterat addere & Plauti locum, in quo cum *ades* sæpissime seruus in Mostellaria Simonis domum appellasset, semel tamen ait,

Capitalis ædis facta est. Rursum lena in Asinaria:

Itidem apud nos, ædis nobis area est, auceps sum ego.

Atqui idem Valla alibi ita inquit: Benedicus *autem non inueni, quia nec* benedico *inuenitur, licet eo Priscianus vtatur. Cum Plautus in Mostellaria sic scribat,* Pergo illo, subagito blandis & benedicit dictis *Et in Asinaria,* benedice *non abhorruit, inquit enim,*

Aliam atq; olim cum illiciebas blande ad te benedice. Ac ne quæ ad Alexandrũ spectant, plurib. explicem, non ipse modo Vallam odio habuit, sed & omnes, qui in eadem Neapolitanorũ schola, seu educati, seu versati sunt: ita quidem, vt nec Iouianus Pontanus temperare sibi potuerit, quo minus acerrime in Vallã debaccharetur: licet satis ęquam illius mordacitatis caussam suis in eum maledictis prætẽdat. Inquit enim lib. primo de Sermone: *Laurentius Vallensis in Grammaticis, Rhetoricis, Dialecticisq; ita & scrisit, & disputare est solitus, vt minime videretur velle præcipere, nec appareret tam cõtendere illum de veritate, proprietateq;, aut docere velle, quam maledicere, obiectareq; vetustis scriptorib. atq; obloqui. Itaq; Ciceronẽ vellicabat, Arist. carpebat, Vergilio subsannabat: quippe qui propolam sit asseuerare ausus, siue Pindarus quispiam auctoris suo nomine fuerit, siue alio (de hoc enim ambigitur) qui Homericæ libros omnes Iliados non multos admodum in versus contractos Latine cõuertit, qui propalam sit inquam asseuerare ausus, Pindarum eum Vergil. anteferendum.* Est autem carminis illius principium,

Iram pande mihi Pelidæ diua superbi,

Tristia qui miseris iniecit funera Graiis.

Tali igitur iudicio hominem, ingenioq; tam siue retrouerso, siue præpostero, (quippe qui maximis quibusq; ringeret auctoribus, vni tantum Epicuro assurgeret) quam ob communem vtilitatem contendere, aut cognitionem dicas, atq; altercari? qui nec aliud velit, curet, studeat, quam vt detrahat, quibus minime par est, ac maledicat? Quando qui tum Laurentio familiarius vixerunt, affirmant illum eo nequaquam consilio in Grammaticis scripsisse, ac dialecticis, quo doceret, disciplinasque ab ignoratione vindicaret, atque a sorde, verum vt malediceret, obloquendoque detraheret de fama atque auctoritate rerum scriptoribus, tum illis qui exemplo sunt ad scribendum aliis, propter antiquitatem maiestatemque dicendi ac præcipiendi, tum illi ipsis, qui tunc viuerent: qui ne dubitauerit ipse quidem dicere, profiterique palam, habere se quoque in Christum spicula. Sed nobis propositum minime est detrahendi homini maxime studioso, quem senem adolescens ipse nouerim: cumque e Roma se Neapolim contulisset ad Alphonsum regem, & inuiserim etiam reuerenter pro illius meaque ætate, & plures post congressiones maxime familiares, ita ab eo discesserim, vti ex eo de me, nisi pleno atque amico ore locutus fuerit nunquam. Et hæc quidem de omnibus Vallæ conatibus Pontanus: in multis autem locis sub Grammaticorum nomine plurima

eiusdem

rum nomine plurima eiusdem de Latina elegantia præcepta improbat: ea qua Alexander, vt vidimus, ratione.

De area.

CAPVT IX.

QVanta sit Andreę Alciati hoc seculo penes doctissimũ quemq; auctoritas, tam orbi est perspicuum, quam a veteribus illis Iureconsultis, quorum fragmenta in quinquaginta male digestorum libros a Domino Iustiniano (vt cum eius numismatibus loquar) conjecta sunt, nullus iuris ciuilis professor exstitit, quem illi in Latino candore comparandum existimem. Cuius cum plurima scripta, & variæ quidem eruditionis plena circumferantur, vel ea mihi elegantissima visa sunt, quibus omnia, quæ ad verborum significationem spectant, sic est complexus, vt & Iureconsulti in scribendo morem grauitatemque retinuerit, & Latina puritate seruata illa explicans, quæ adhuc barbaris verbis inuoluta possidentur, quibusdam velut flosculis ex Romanæ linguæ auctoribus excerptis, pulcrum suæ scriptionis genus non mediocriter illustrarit. Ea cum auide mihi semel atq; iterum legere cõtigerit, vix dici potest, quam me ad id studium, ad quod nõ facile pertrahi posse videbar, quondam inflammarint. Quæ enim Bartolus, Baldusque, & id genus excellentissimi legũ interpretes exoticis verbis, ob seculi, quo vixere squallorem tractarunt, purosermone expoliri posse apertius, quam antea credideram didici: vt illud etiam vitemus, quod plerique fere omnes faciunt, qui dum verborum student elegantiæ, abstrusiora (vt ita dicam) iuris ænigmata floccifacientes, nihil quam meras nugas garriunt, paucas Auli Gellii obseruationes magno impendio vbiq, resonare docti. Quoniam autem aliqua in iis aduotaui, quæ parum (nisi fallor) sunt probanda, eorum nonnulla in libro de iuris interpretibus recensui: aliqua etiam in hoc opusculo, si res postulabit, ita referam, vt nisi manifestas rationes producere valeam, ab Alciati sententia non sim temere recessurus: quem & multiplex doctrina, & morum probitas immortalem sine dubio reddiderint. Cum itaq; Florentinus in libro de verborum significatione ita scripserit: *Locus sine ædificio in vrbe area, in rure autem ager appellatur: aream* in vrbe improprie, seu metaphorice dici censet Alciatus, qui Iureconsulti verba enarrãs, ita inquit: *Area locus sine ædificio est, ab ariditate dictus, vel quod inea fructus arescant. Alii, quod solo sit nimio solis ardore arido: quidam, quod sicut ara in templo pura est, ita hæc ab ædificiis pura, nec obtecta sit. Sunt & qui ab aere dictam credant. Ego priorem etymologiam probo, & aream proprie pro rustico loco interpretor*: de quod P. Vergilius:

Area quam primum ingenti est æquanda cylindro.

Nec in vrbe sibi nomen vindicare arbitror, nisi μεταφορικῶς. videtur enim quod veteres impluuiũ, cohortem, plateam, hypæthriumque

dixerint, vnico nomine per translationem aream *appellari posse* Hęc Alciatus. At ego, quod nullam hic ne de proprietate, nec de translatione a Florentino mentionem factam video, cur nam late prolata verba ad proprietatem, aut improprietatem reducat Alciatus non intelligo: quin potius cum iureconsultus locum sine ædificio in vrbe *aream*, in rure *agrum* appellari affirmet, nescio quâ recte priorem etymologiam probet Alciatus. Si enim *area* inde dicta sit, quod arida, vel quod in ea fructus arescant, iam Florentinus nimis ineptus est, qui aream in vrbe omnem locum sine ædificio appellet, in qua nulli omnino fructus arescant. Denique nihil magis est diuersum, quam iureconsulti Alciatique sententia. Proinde & illa deductio verior erit, quod sicut ara in templis pura est, ita hæc ædificiis vacet: quæ & Florentini definitioni, & rei veritati melius conueniret. Nec me latet, Terentium Varronẽ de *area* ita scribere: *Vbi frumenta secta terantur & arescant, area propter huiusmodi similitudinem loca in vrbe pura area. A quo potest etiam ara Deum esse, quod pura: nisi potius ab ardore, ad quem vt sit fit ara, a quo ipsa area non abest, quod qui arefacit, ardor est solis.* Et Sextum Pompeium sic: *Area proprie dicitur locus vacuus, quasi exaruerit, & non possit quicquam regenerare.* Sed cum Horatius Fusco Aristio scribens ita canit:

Viuere natura si conuenienter oportet,
Ponendaq; domo quarenda est area primum,
Nouistine locum potiorem rure beato?

Non proprie mihi, sed maxime proprie locutus videtur, nempe vt quicunque locus sine ædificio, siue in vrbe, siue extra vrbem sit, is recte *area* dicatur. Quod si verior esset M. Varronis, quam iureconsulti sententia, Alciatum tamen Florentini partes tutari æquum erat, cum eundem, ceteroſq; eius ordinis veteres nunquam vel tantillum dormitasse censeat: quippe qui vt Vallæ aduersaretur, multis in locis eos defendit. Idem Horatius in primo carminum *areas* vocat plateas, quæ in vrbibus sunt. Ait enim:

nunc & campus & area,
Lenesq; sub noctem susurri,
Composita repetantur hora.

Liuius itidem sæpissime in vrbe *aream* nominat, cum in nono sic scribat: *Ædem concordiæ in area Vulcani summa inuidia nobilium dedicauit.* Et in vigesimo quinto: *Cuius certanda cum dies aduenisset, conciuumq; tam frequens plebis adesset, vt multitudinem area Capitolii vix caperet, peroratacausa, spes vna videbatur esse.* Et trigesimo nono, *Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum causa, quod sanguinem per biduum pluisse in area Concordiæ satis credebant.* Et quadragesimo: *In area Vulcani & Concordiæ sanguinem pluit.* Et Ouidius in 6. Fastorum.

Prospi-

Prospicit a tergo summum breuis area circum,
Est vbi non parua parua columna nota.

Eodem modo loca vbi prius ædificia fuerint, hoc nomine significantur. Liuius libro quarto: *Domum deinde, vt in monimento area esset, oppressa nefaria Spei dirui ex templo iussit.* Et libro septimo: *Senatus duum viros ad eandem aedem pro amplitudine populi Romani faciendam creari iussit. Locus in arce destinatus, qua area aditu M. Manlii Capitolini fuerat.* Cicero ad Terentium scribens: *Quod de domo scribis*, inquit, *hoc est de area, ego vero tunc demique mihi videbor restitutus, si illa nobis fuerit restituta.* Et ad Q. Fratrem: *A puero vt discessi, in aream tuam veni. Res agebatur multis structoribus.* Atque vt hæc in vrbe M. Tullium scripsisse credamus, mox ait: *Lucetium conuenire non poteram, quod abfuerat. Videre autē volebam, quod eram postridie Roma exiturus.* Item ad Atticum libro quarto: *Nos tacemus, & eo magis, quod de domo nostra mihil adhuc Pontifices responderunt, qui si sustulerint religionem, aream praclarā habebimus.* Et in sequenti Epistola: *Cum Pontifices decreuissent, ita sine populi iussu, aut plebiscitu, id facere iussus esset, videri posse sine religione iā partē areā mihi restitui, mihi facta statim est gratulatio.* Et alibi: *Armatis hominibus ante diē tertium No. Nouemb. expulsi sunt fabri de area nostra.* In his & aliis prope infinitis locis, si aut improprietatem, aut translationem inesse contendat Alciatus (licet vix credibile videatur) Iureconsulto se aduersari negare non potest, cuius generaliter prolata verba, generaliter sunt accipienda. De *area* Valla sic ait: *Campus est planicies terra ampla & grandis, ideoq; spatiosa platea, areaue, campi nomen acceperunt, vnde Roma campus Martius. Nam locus huiusmodi angustior, vocatur area.* Ponitur & frequentissime pro eo terrę spatio, in quo frumenta teruntur, vt apud Vergilium in primo Georgicorum:

Nec quicquam pingues palea teret area culmos.

Et in tertio eiusdem operis:

Cum grauiter tunsis gemit area frugibus. Et Tibullum:

Area dum messes sole cadente teret.

Ea autem quomodo fieri debeat, ita docet Cato de re rustica: *Aream*, inquit, *sic facito. Locum vbi facias confodito, postea comminuto bene glebas, deinde coaquato, & pauiculis verberato. Postea denuo amurca conspergito, finitoq; arescat. Si ita feceris, neq; formica nocebunt, neque herba nascentur.* Et inferius de eadem re: *Aream vbi frumentū teratur, sic facies. Cōfodiatur minute terra & amurca bene conspergatur, vt combibat quam plurimum. Vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro, aut pauicula coaquato. Vbi coaquata fuerit, neque formica molesta erunt, & cum pluet lutum non erit.* Sed huiusmodi areæ lapidibus quoq; muniuntur: a quibusdam etiam pro locorū natura teguntur. Varro lib. 1. de re rustica: *Quidam*, ait, *aream vt habeant solidam muniunt*

lapide, aut etiam faciunt pauimentum. Nonnulli etiam tegunt areas, vt in Bagiennis, quod ibi sæpe id temporis anni oriuntur nymbi. Palladius quoque de area silicibus sternenda sic inquit: *Fit autem vel strata silice, vel saxo montis excisa, vel sub ipso tritura tempore vngulis pecorum, & aquæ admistione solidata.* Dicuntur etiam *areæ* purgata prope mare loca, in quibus sal fit. Columella libro secundo. *Nisi forte in eo fallor ipse, quod non putem, aut in solo limosa paludis, & vliginis amare, aut in maritimis areis salinarum gigni posse tacta frumenta.* Eius diminutiuum *areola*, pro eo spatio sumitur, in quo aliquid serimus. Idem libro quinto de satione cythisi: *Cum terram bene subegeris, areolas facito, ibique velut ocymi semen, cythisi autumno serito.* Plautus *aream* pro eo spatio, quod aucupes ad aues decipiendas concinnare solent, in Asinaria ponit. Ait enim:

Non tu scis? hic noster quæstus aucupii similimus est,
Auceps quando concinnat aream, effundit cibum, aues
Assuescunt: necesse est facere sumtum, qui quærit lucrum.
Sæpe edunt: semel si sunt captæ, rem persoluunt aucupi.
Itidem apud nos: edu nobis area est, amatores aues.

Ponitur & metaphorice. Vt quemadmodum dicimus: *Nimis patentem campū ingrediar, si tuas virtutes enumerare velim:* sic etiam nō sit nouum, *Maxima in tuas laudes area patet, & maiorem aream terunt nostri equi.* Ouidius in 4 Fastorum.

Quæ decuit primis fine crimine lusimus annis,
Nunc teritur nostris area maior equis.

Idem in quarto Tristium:

Et patet in laudes area magna tuas.

Et hæc de *area*: cuius appellatione nescio an *impluuium* (vt censet Alciatus) contineatur. Nam eam vocem in hoc significatu, nunquam memini me legere nec *hypæthrium* quidē. Enimuero quamuis *area* locus sine ædificio dicatur, vix tamen ad *impluuium*, *hypæthriumq;* alia iam nomina sortita deducetur, quod de plateis & de cohortibus non diceremus: idq; non tam ratione, quam veterum vsu, cuicunq; rationi hoc tempore præponendo, colligitur.

Idem Alciatus, quid sit *vtrobi* declarans: *Eadem*, inquit, *ratione dicimus* vtrobi *vtro in loco, qua* alibi *alio in loco*: & inibi *in eo loco*. necubi, *ne quo in loco*, & sicubi *si quo in loco*. Ouidius:

Sicubi Colchorum memini regina vacaui: Ita enim censeo legendum.

Nuncubi, *num quo in loco*. Terentius in Eunucho, *Nuncubi meam benignitatem sensisti in me claudier?* Concisa autem sunt hæc ex dictione *alicubi*, vt etiam Vallæ placere video. Hic sane Ouidii locum pro suo iure restituit Alciatus, & pro, *ar tibi*, *sicubi* reponit. Sed eius lectio a vera plurimum abest. Quis enim esset eorum carminum sensus, si ita legeremus: *Sicubi vacaui tibi cum opē a me petere*,

peteres, tum parca suos fusos euoluisse debuerant? Non vtiq; manifestissimum, quo Iasonem seruauerat beneficium, mulier præsertim maximo dolore accensa in dubium reuocaret, & conceptum in Iasonem odium parum effunderet, si a *sicubi* voce epistolam incoasset. Quid, quod & Medeæ sententia nimis esset ridicula? Vera est igitur, & maxime genuina lectio,

At tibi Colchorum memini regina vacaui,
Ars mea cum peteres, vt tibi ferret opem.

Incipit autem Medea ex abrupto, & præcedentem ostendit indignationem. Cui simile est Vergilianũ illud de Priamo: qui quanquam media iam in morte teneretur,

Non tamen abstinuit, nec voci iraq; pepercit. sed subito furore percitus: *At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis,*
Dii, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita. Et mox:
At non ille satum quo te mentiris Achilles.
Talia in hoste fuit Priamo. Sunt nonnulli codices, qui duos versus his præmissos habeant, non modo non Ouidio, sed ne quadrimo quidem versificatore dignos.

De Littore & Ripa.

CAPVT X.

Littus, inquit Celsus in libro de Verborum significatione, *est, quousq; maximus fluctus a mari peruenit: idque M. Tullium autumant, cum arbiter esset, primum constituisse.* Alciatus autem Celsi interpres, sic: *Littus* proprie maris est, *ripa* fluminum. Veteres tamen *μετωφορικῶς littus*, de quacunque extremitate dixerunt. Qua ratione Vergilius *lacet*, inquit, *littore truncus*, Hoc, salua Alciati pace, tam falsum est, quam nullus antiquorũ littus hoc modo definiuit. Nec enim Vergilius, cum de Priami corpore ita scriberet, de extremitate intellexit, sed de littore maris, proprie. Quod & Seruius illius verba explicans, ostendit, cum ait: *Pompeii tangit historiam. Quod autem dicit, littore, illud, vt supra diximus, respicit, quod in Paccuuii tragœdia continetur. Quod autem Donatus dicit,* littus *locum esse ante aras, a* litando *dictum, ratione caret. Nam a litando li breuis est, & stare non potest versus.* Hæc Seruius: Eodem modo secundo Æneidos libro sub Sinonis persona Vergilius C. Marii fugam attigit:

Limosoq; lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui. Quo & spectant Ouidii carmina in 4. de Ponto:
Ille lugurthino clarus, Cimbroq; triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit,
In cœno iacuit Marius, cannaq; palustri
Pertulit & tanto multa pudenda viro.

Veteres igitur, vt scribit Alciatus, *littus* pro quacunque extremitate non posuerunt. Quando Maronis non est is sensus, quem ipse arbitratur: & Priamo caput nunquam abscissum fuit, quem M. Cicero in Tusculanis quæstionibus cũ in aram confugisset, ab hostili manu interemtum fuisse tradit: cum Pompeius postquam in Ægyptum fugerat, ab Achille interfectus, exsecto capite in maris littore desiturus iacuerit. De qua re Properrius ita inquit:

Tres vbi Pompeio detraxit arena triumphos,
Tollet nulla dies hanc tibi Roma notam.

Ceterum quod Seruius Donatum carpit, qui spatium ante aras *littus* appellari asserat, est sane probandum, non ea vtique, quam is de syllabæ quantitate adducit ratione (cur enim cum a *littera litera*, huius vocis primam producimus, illius semper corripimus?) sed quod nemo *littus* pro eo spatio vnquam accepit. Iam vero leuissimum est, quo Donatus mouetur, argumentum, nempe quod nauigantes eundo, & redeundo in littore sacrificarent. Hoc enim in maris littore a nautis præstabatur. Vergilius in Georgicis:

Vota, quæ seruati soluent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Et alibi: *Quam vbi transmisse steterint trans æquora classes,*
Et positis aris iam vota in littore solues.

Et: *Di quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,*
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras, voti reus. Proinde si vota diis maris in littore soluebantur, quis tamen dixerit, quod est iuxta aram, littus esse, si ipsa ara in littore erigebatur? Dicebantur autem, qui littoribus præerant, vel quibus sacra in littore fiebant, *Dii littorales*. Hinc & Catulli Phaselus, quo ille in patriam reuectus est, aiebat:

Neque illa vota littoralibus Diis,
Sibi esse facta, cum veniret a Mari.

Dicitur vero *littus* proprie maris, sicut *ripa* fluminum: quod cum communis doctorum vsus, tum Ouidius in decimo Metamorphoseos ostendit, de Orphei lyra capiteque, quæ Hebrus in mare voluebat, ita scribens:

Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, respondent flebile ripæ.
Iamq; mare inuectæ flumen populare relinquunt,
Et Metymnæa potiuntur littore Lesbi.

Et alibi melius: *Campoq; recepta*
Liberioris aquæ, pro ripa littora pulsant.

Est tamen *littus* etiam lacuum. Catullus:

Veronam veniat, Noui relinquent
Comi mœnia, Larumque littus.

Ouidius

sum. sexto Fastorum:

Flaminius, Thrasimenaq; littora testes.

Et fluminum. Vergilius in 3. Æneidos:

Cum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam,
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba solo recubans. Quem locum sic interpretatur Seruius: Littus *dicitur, quicquid iuxta aquam est: vnde nunc ripam fluminis,* littus *vocauit.* Quin apud Poetas pro ea parte vsurpatur, quæ littori est vicina: vt sit etiam *littus,* quod non hybernus fluctus maximus elidat. Vergilius libro Æneidos primo:

Fœmina, quæ nostris errans in finibus vrbem
Exiguam pretio posuit, cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus. Et in septimo:
Diis sedem exiguam patriis, littusq; rogamus *Innocuum.*

Et *ripa* maris. Horatius:

Hostium vxores, pueriq; cœces
Sentiant motus orientis Austri, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes *Verbere ripas.*

Et *lacus*: Ouidius in 5. Metamorphoseos:

Sæpe super ripam stagni considere, sæpe
In gelidos resilire lacus.

Et *fontis.* Martialis libro 7. scribens ad fontem Hiantidos:

Cum tua tot niueis ornetur ripa ministris.

Sed & torrentis. Ouidius in 5. Fastorum:

Ecce velut torrens vndis fluuialibus auctus,
Aut niue, quæ Zephyro victa tepente fluit,
Per sata, perque vias fertur, nec vt ante solebat,
Riparum clausas margine finit aquas.

M. Tullius in Topicis de *littore* sic ait: *Solebat igitur Aquilius collega & familiaris meus, cum de littoribus ageretur, quæ omnia publica esse vultis, quærentibus iis ad quos id pertinebat quid esset* littus, *ita definire, qua fluctus elideret.* Iabolenus vero: *Littus,* inquit, *publicum est eatenus, quatenus maxime fluctus exæstuat.*

Quid sit in Horatii Epistola: Trans pondera dextram porrigere.

CAPVT XI.

QVint Horatius Flaccus, absolutissimus omnium iudicio scriptor, & Latinæ lyræ princeps; in primo Epistolarum libro ad Numicium scribens, ita inquit:

Si fortunatum species & gratia præstat,
Mercemur seruum, qui dictet nomina, sæuum
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram

Porrigere: hic multum in Fabia valet, ille Velina.
Cuilibet hic fasces dabit, eripietq; curule.
Cum volet importunus ebur: frater, pater, adde,
Vt cuiq; est ætas, ita quemq; facetus adopta.

Horum carminum, quis sit sensus, omnes Horatii interpretes facile colligunt. Si, inquit, non virtute, sed gratia, honoribus, popularique fauore felicitatem constare arbitraris, cum innumeros habeas seruos, mercare tibi nomenclatorem, qui omnium dicet nomina, quo præeunte, omnes tibi de via decedant, qui te dextram trans pondera porrigere cogat, quiq; demum omnium ciuium mores, auctoritatemq; cognoscat. Nec mediocris est inter eos dissensio, an sæuum ad seruum, an ad latus sit referendum. Quid sit tamen *dextram trans pondera porrigere*, aut prætermittunt, aut tam ridicule explicant, quam ignobilibus ex nostrorum commentatorum ordine ingeniis conueniebat. *Et cogat trans pondera dextram porrigere*, ait nescio quis, hoc est, qui porrecta dextra dominum ab altera viæ parte in alteram trans pondera, aut lapidum, aut magnæ materiei transire iubeat: vt per hoc procerum, robustumq; seruum ad ambitionis ostentationem intelligas. Quid hoc est, si non est mera impostura? Quid quæso te, vnice Horatii arcanorum scrutator, lapides in media via positi ad honores assequendos, conciliandumq; sibi populi fauorem spectant? quid trunci, aliaq; materies? Quid si non lapidum, sed cœni, aut pinguis fimi cumulus in via esset, num ponderis appellatione cõtineretur, vt lapides? an pondera omnẽ materiam appellas? Et certe, ais. Ergo qui eiusmodi seruum habuerit, omnes honores facile consequetur? Iam qui Polyphemum secum duceret, quibusuis honoribus ornaretur. Non enim trans lapides tantum, sed trans altissima palatia dominum vel nolentem dextram porrigere cogeret. Non vides pecus, quã stulte Horatio id impingas, quod omnibus somniis est inanius? Sit igitur hic verus Poetæ sensus, vt, ponderibus lecticam interpretemur: Si populi gratiam, ait, honoribus deditus captas, seruum tibi emito, tam tuo commodo aptũ, vt te etiã inuitum, cum lectica per vrbẽ veheris, manus trans eam iubeat porrigere, nempe vt ciues salutes, manuq; prehẽdas. Vocat vero lecticam *pondus* satyrico more, vt Romanorum corruptelam reprehendat, qui non mediocribus lecticis contenti, ita magnis vtebantur iis, vt merito pondera vocari possent. Hacque ratione Horatium nihil a sua sententia discrepãs tradidisse intelligemus, præsertim quod ita subdit: *Hic multum in Fabia valet, ille Velina.* Enimuero, aut ante aut post, quam seruus dominum prætereuntibus dextram extra lecticam porrigere coegisset, iis verbis vtebatur, *hic in Fabia tribu multum valet, ille in Velina: hic nisi eius rationem habueris, non tibi modo, sed & omnibus fasces ac ebur curule dare, itidemq; importunus eripere poterit.* Quod nisi sic exponamus

pondera

pondera, quid sibi velint Horatiani versus, cõiicere nescio, quamuis ridiculos interpretes meras ineptias balbutire non ambigam. Decuit potius eiusmodi nebulones, omni inter se industria de prępositione *trans*, ac si dicas, de *lana caprina* disceptare, cum alii simpliciter eam, alii compositę ab Horatio vsurpatam contendant, quasi grauissima quęq; non leuiter tractent, ac in leuissimis aliud quam puras nænias crepent. Nostram mediusfidius interpretationem tantisper probari cupio, dum meliorem alius quispiam comminiscatur. Neque enim tam sum meis addictus, vt si quod semel protuli falsum esse sciero, mordicus idem sim defensurus. Quin potius ingentes ei gratias agam, referamque, si licuerit, qui de aliquo me errato amice commonefecerit: cum omnes mortales, quantumuis immortalitate dignos, iudicio aliquando lapsos fuisse, mihi non sit incognitum.

Aliter agnosci a C. Plinio Auunculo Vergilianum carmen, quam in omnibus, qui in manibus sunt, codicibus habeatur.

CAPVT XII.

PVblius Vergilius Maro nostrorum Poetarum facile princeps in 2. Georgicorum libro, in quo de arboribus diuine agit, de insitione loquens, ita inquit:

Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et steriles platani malos gessere valentes,
Castaneæ fagos, ornusque incanuit albo
Flore pyri, glandemq; sues legere sub vlmis.

Cum in hisce carminibus diuersæ a plerisque agnoscantur lectiones, de quibus Seruius & Pierius Valerianus copiosius, omnes tamen in postremo carmine glandem legunt. Verum Caius Plinius libro naturalis historiæ 14. non *glandem*, sed *cerasum* in eo probat. Ait enim: *Præterea dixit volema Vergilius a Catone sumta, qui & sementina & mustea nominat. Pars hæc vitæ iam pridem peruenit ad culmen, expertis cuncta temporibus: quippe cum Vergilius insita nucibus arbutum, malis platanum, cerasis vlmũ dicat.* Hæc verba, quã a recepta nostris temporibus lectione dissentiant, quis non videt? Nec alius est in Georgicis locus, cui Plinianus sensus conuenire possit, si in glandis voce mendum non esse contendamus. Seruius neq; *glandis*, neq, *cerasi* vtiq; meminit. Pierius vero exemplarium tantũ fidem secutus, locũ hunc non leuis quidẽ momenti, prorsus omisit. Quid ergo? An Plinium in re tã manifesta errasse dicemus? Et sane cum de aliarũ arborũ, quas in pcedentibus versibus attigit Vergilius, insitione nominatim fecerit mentionẽ, vix credas eum in diuersissimis vocibus memoria vacillasse. Contra mirũ dixeris, si recte sentit Plinius, omnes ad vnũ codices *glandẽ* habere. Quod facit, vt quæ lectio magis sit probanda, non facile dignoscas præsertim quod Vergilii temporibus in minori honore erant *glandes*,

quam *cerasa*. Et ideo reperta est insitio, vt steriles, agrestesq; arbores feraces reddantur, syluestremq; (vt Vergilii vtar verbis) animum exuentes, vtiles percelebresq; fructus, non glandē producant, quū ferentium arborum infinitæ syluæ sues pascunt. Ad hæc quod Vergilius sues nominat, *glandem* in eius versu legi debere apparet, cū porci non cerasis, sed glande præcipue viuant. Nā quod *fregere* ait, vtriq; lectioni conuenit, cum frangantur glandes, & frangantur verius ceraforum officula. Demum si glandis ceraforumq; nobilitas consideretur, de Vergilii temporibus intelligentes, cerasis eam tribuemus, quam diu olim sibi glandes vindicarunt, nēpe quibus humanum genus diu victitarit. Hinc Vergilius in primo Georgicorum: *Vos o clarissima mundi*

Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Et inferius:
Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, cum iam glandes atq; arbuta sacra
Deficerent syluæ, & victum Dodona negaret.

Atqui & quereus legimus a Græcis oracula habitas, vnde & *fatidicam ratem* alius appellauit. Ego quod ad me attinet, suum vnicuiq; iudicium hac in re libentissime relinquam: si hoc præterea adiecero, nec nouum, nec inauditum videri posse, quod Vergilius vlmos ex cerasis inseri præcipiat, cum & lauris olim eas insitas fuisse sciamus. De qua re idem Plinius de octo ceraforum generibus loquens, sic ait: *Minus quinquennium est, quod prodiere quæ vocant laurea: non ingrata amaritudinis insita in lauro.*

Varia de Pythagoræ temporibus, & Numa Pompilii doctrina ab antiquis credita & scripta fuisse.

CAPVT XIII.

TAm diuersa a scriptoribus de Pythagoræ Samii temporibus tradita sunt, vt quo seculo vixerit, quoue Romæ regnante in eam Italiæ oram, quæ magna Græcia dicebatur, appulerit, vix dignoscas. Cumque non pauci Numam Pompiliū eius discipulum fuisse perhibuerint, plurimi Pythagoram Seruii Tullii ætate ad Italos trauisse contendunt. Itaq; Titus Liuius de Numa agens, tāquam nugatores deridet eos, qui illius doctrinam ad Pythagoram referebant. Ait enim primo ab vrbe condita libro: *Inclyta insuper religione eo tempestate Numa Pompilii erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus vir, vt in illa quisquam esse ætate poterat, omnis diuini atq; humani iuris. Auctorem doctrinæ eius, quia non exstat alius, fuisse Samium Pythagoram audiunt, quē Seruio Tullo regnante Romæ C. amplius post annos in vltima Italiæ ora circa Metapontum, Heracleamque, & Crotoniam iuuenum æmulantium studia cœtus habuisse constat. Ex quib. locis, & si eiusdē ætatis fuisset, quæ fama in Sabinis, aut quo*

aut quo linguæ commercio quenquam ad cupiditatem discendi excitiſſet? quoue præſidio vnus per tot gentes diſſonas ſermone, moribuſque peruenisſet? Suopte ingenio temperatum animum virtutibus fuiſſe opinor magis, inſtructumque, non tam peregrinis artibus, quam diſciplina tetrica ac triſti veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Hæc Liuius. Plinius tamen Caſſium Heminam, Caiumque Piſonem aliter ſenſiſſe oſtendit libro Naturalis hiſtoriæ decimotertio: quamobrem & ipſius verba, vt cum Liuii loco facilius quiſque ea conferre valeat, ſubiungam. *Ingentia quidem*, inquit Plinius, *exempla contra Varronis ſententiam de chartis reperiuntur: namque Caſſius Hemina vetuſtiſſimus auctor Annalium, quarto eorum libro prodidit, C. N. Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numæ qui Romæ regnauit ſitus fuiſſet. In eadem libros eius repertos P. Cornelio L. Filio Cethego, M. Bebio Q. Filio Pamphilo COSS. ad quos a regno Numæ centum anni D. XXXV. & hos fuiſſe e charta, maiore etiã miraculo, quod tot infoſſi duraſſent annis. Quapropter in re tanta ipſius Heminæ verba ponam. Mirabantur alii, quomodo illi libri durare potuiſſent. Illa ratione reddebat: Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio arcæ vinctum candelis quoquouerſus. In eo lapide inſuper libros impoſitos fuiſſe, propterea arbitrarier eos non computruiſſe: & libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrarier tineas non attigiſſe. In his libris ſcripta erant philoſophia Pythagorica: eoſq; conſulſos a Q. Petilio prætore, quia philoſophia ſcripta eſſent. Hoc idem tradit C. Piſo Cenſorius, primo commentariorum libro: ſed libros ſeptem iuris Pontificii, totidemque Pythagoricos fuiſſe.* Et paulo poſt: *Antias ſecundo, duos Pontificales Latinos, totidem Græcos præcepta philoſophia continentes. Idem tertio, ponit quo comburi eos placuit.* Hactenus quidem Plinius. Sed & Liuius libro quadrageſimo, eorundē librorum mentionem facit, ita ſcribens: *Eodē anno in agro L. Petilii ſcribæ ſub Ianiculo, dum coltores agri altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ inuentæ ſunt, operculis plumbo deuinctis uterius Latinus Græciſque utraque arca inſcripta erat: in altera, Numam Pompilium Pomponi filium regem Romanorum ſepultum eſſe: in altera, libros Numæ Pompilii inſſe. Eas arcas cum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet, quæ titulum ſepulti regis habuerat, inanis inuenta ſine vllo veſtigio corporis humani, aut vllius rei, per tot annorum omnibus abſumtis. In altera duo faſces candelis inuoluti ſeptenos habuere libros, non integros modo, ſed recentiſſima ſpecie. Septem libri Latini de iure pontificio erant, ſeptē Græci de diſciplina ſapientia, quæ illius ætatis eſſe potuit. Aduexit Antias Valerius, Pythagoricos fuiſſe. Vulgatæ opinioni, quia creditur Pythagoræ auditorem fuiſſe Numam, mēdacio probabilis accommodat fidem. Primo ab amicis, qui tum præſenti fuerunt, libri lecti: mox plurib. legentib. cū vulgaretur, Q. Petilius prætor vrbanus, ſtudioſus legēdi eos libros, a L. Petilio iumſti.*

Et erat familiaris vsus, quod scribam eum quæstor Q. Petilius in decuriam legerat. Lectis rerum summis, cum animaduertisset plerasq; ad dissoluendam religionem esse, L. Petilio dixit, sese eos libros in ignem coniecturũ esse: priusquam id faceret, se ei permittere, vti si quod seu ius, seu auxiliũ se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiretur, id integra sua gratia eum facturũ. Scriba Tribunos plebis adit, ab Tribunis ad senatũ res est relecta. Prator se & iusiurandũ dare paratum esse aiebat, libros eos legi seruariq; non oportere. Senatus censuit satis habẽdum, quod prator iusiurandum polliceretur: libros primo quoq; tempore in Comitio cremandos esse, pretium pro libris quantũ Q. Petilio pratori maioriq; parti Tribunorum plebis videretur, domino esse soluendum. Id scriba non accepit. Libri in comitio igne a victimariis in conspectu populi cremati sunt. Quid igitut in tanta scribentium varietate dicemus? præsertim cum Plutarchus in Numæ Pompilii vita, quę ille de Deorum immortalium simulacris statuit, Pythagoræ documentis quam simillima fuisse, & sacra ab eodem instituta Pythagoręritum, sanctimoniamque vehementer attigisse perhibeat? Tum quo pacto credibile erit, septem Numæ libros, & Græce scriptos fuisse, & habuisse præcepta philosophiæ, si nullum, vt Liuius libro primo affirmat, linguæ commercium inter Græcos Sabinosque erat? Nam cũ de philosophia loquimur, vt de Græcis sileamus, quæ nam in Italia philosophia ante Pythagoricam fuit? Non sit proinde mirum si magna apud veteres de hac re dubitatio viguit, cum aliis peregrinis coniecturis niterentur, qui Numam Pythagoræ familiarem fuisse volebant, quarum non postrema erat, quod Romani suæ reipublicæ Pythagoram adscripsissent, sicuti Epicharmus Comicus in quadam ad Antenorem oratione docebat, vetustissimus quidem ille Poeta, & Pythagoricæ philosophiæ non expers. Sed enim addebant & alii, Numam, cum quatuor habuisset filios, Mamercum vnum propter Pythagoræ filium appellasse. Ab illo autem & Æmyliorum familiam patritiis admistam, nominatam ferebant: sic rege blandiloquium viri illius, quod αἰμύλιον Græci vocant, & in dicendo gratiam appellante. Atqui hæc non ignorasse Liuium crediderim, & tamen pro comperto asserit, Pythagoram centum & amplius post annos in Italia fuisse, quam Romæ regnarit Numa Pompilius. A quo non dissentit Plinius libro primo naturalis historię. Inquit autem, de Veneris sidere loquens: *Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadragesima secunda, qui fuit vrbis Romæ annus centesimus quadragesimus secundus.* M. quippe Cicero Superbo regnante Pythagoram in Italiam venisse vult, primo Tusculanarum quęstionum libro hisce verbis eam rem explicans: *Hãc opinionem discipulus eius Pythagoras maxime confirmauit, qui cum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Graciam cum honore & disciplina, tum etiam & auctoritate. Multaque secuta*

posita

postea sic viguit Pythagoraorum nomen, vt nulli alii docti viderentur. Idem quoque quarto eiusdem operis libro de eadem re sic ait: *Erat enim illa pene in conspectu praestanti sapientia & nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iisdem, quibus Iunius Brutus patriam liberauit, praclarus auctor nobilitatis tuæ.* Sed & in secundo de Oratore: *Nam & repleta quondam Italia Pythagoraorum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa Græcia: ex quo etiam quidam Numam Pompilium illum regem nostrum fuisse Pythagoream ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: quo etiam maior vir habendus est, cum illam sapientiam constituenda ciuitatis duobus prope seculis ante cognouit, quam eam Graci natam esse senserunt.* Quæ si vera sunt, falso Ouidius lib. 3. Fastorum ita canit:

Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis
Pompilius, menses sensit abesse duos.
Siue hoc a Samia doctus, qui posse renasci
Nos putat, Egeria siue monente sua. Et in tertio de Pōto:
Pramia nec Chiron ab Achille talia cepit,
Pythagoraque ferunt non nocuisse Numam.

Dissentiunt ab hoc Poeta, non illi modo, quos modo nominauimus auctores, verum & Aulus Gellius, qui decimoseptimo Noctium Atticarum, Pythagoram Samium Tarquinii filio, cui Superbus cognomentum fuit, Romæ regnum obtinente, in Italiam venisse refert: secutus, vt opinor, M. Tullium, a quo perraro solet dissentire. Ceterum quod Liuius, vt dictum est, non tantum tēporum rationibus, sed & coniecturis Numam non potuisse Pythagoram audire, ostendere nititur, vt de temporibus ei conceslero, ita non admodum vere coniectatus est, cum ita scriberet: *Ex quibus locis & si eiusdem ætatis fuisset, qua fama in Sabinos, aut quo lingua commercio quenquam ad cupiditatem discendi excitasset? quove præsidio vnus per tot gentes dissonas sermone, moribusque peruenisset?* Hanc enim coniecturam contraria coniectura reiicit Marcus Tullius, quarto Academicarum quæstionum libro sic scribens: *Quis est enim qui putet, quum floret in Italia Græcia, potentissimis & maximis vrbibus, ea qua Magna dicta est, in hisque primum ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoraorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse?* Quin etiam arbitror propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem Pythagoreum a posteris existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam & instituta cognoscerent, regisque eius æquitatem, & sapientiam a maioribus suis accepissent, ætates autem & tempora ignorarent, propter vetustatem eum qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse credidisse. Diogenes etiam Laertius in Pythagoræ vita, plurimos passim per Italiam ab eo doctos viros redditos, Zaleuchumque atque Charōdam legū latores inter ceteros ab eo eruditos fuisse tradit

Non sum nescius, multo plura testimonia apud alios scriptores, & apud hos ipsos forte, quorū loca recitauimus, pro vtraq; sententia reperiri Sed nos interim paucis tantum rem attigisse voluimus.

Nullam a M Tullio in Bruto P. Sempronii Tuditani mētionem factam fuisse, quamuis a Tito Liuio facundissimus appelletur.

CAPVT XIV.

M. Cicero in eo libro qui *Brutus*, seu *de claris oratoribus* inscribitur, diligentissime omnes, qui Romæ aliquam in dicendo laudem meriti sunt, persecutus, cum multorum etiam (vt ita dicam) indoctorum fecerit mentionem, de P. Sempronio Tuditano, qui facundissimus a Liuio dicitur, nullum verbum fecit, licet de M. Cornelio Cethego, qui isdem temporibus vixit, eumque Tuditano decimoquinto belli Punici anno Consul fuit, diffuse scripserit, non alia de caussa, quam quod ab Ennio carmine celebratus fuerit. Quare eius de Cethego iudicium proferemus, tum Titi Liuii de P. Sempronio verba subiiciemus, vt vel Marcum Tullium memoria (si modo de tanto viro id existimare fas est, vacillasse, vel ab eorum, quos Liuius secutus est, opinione, data opera dissentire voluisse intelligamus. *Quem vero,* inquit Cicero, *exstet, & de quo sit memoria proditum eloquentem fuisse, & ita esse habitū, primus est M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentia est auctor, & idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius, præsertim cum & ipse eum audierit, & scribat de mortuo. Ex quo nulla suspicio est, amicitia caussa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono (vt opinor) Annalium:*

Additur orator Cornelius suauiloquenti
Ore Cethegus, Veturio Collega Philoni
Filius. Et oratorem appellat, & suauiloquentiam tribuit, qua nunc quidem non tam est in pleriſq; Latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur, sed est ea laus eloquentia certe maxima:
is auctus ollis popularibus olim,
Qui tum vigebant homines, atq; vnum agitabant: Flos delibutus populi. Probe vero. Vt enim hominis decus ingenium, sic ingenii ipsum lumen est eloquentia, qua virum excellentem præclare tum illi homines florem populi esse dixerunt.

Suadæq; medulla, πειθὼ quam vocant Graci, cuius effector est orator, hanc Suadam *appellauit Ennius, eius autem Cethegum medullam, fuisse vult: vt quam deam in Periclu labra scripsit Eupolis fuisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. At hic Cethegus Consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo: Quæsorque hic COSS. M. Cato modo plane annis CXXXX. ante me Centulam. Et id ipsum nisi vnius esset Ennii testimonio cognitū, hunc vetustas, vt alios fortasse multos, obliuione obruisset.* Hæc Tullius. Titus autem Liuius trigesimo ab Vrbe cōdita libro sic ait: *CN. Seruilius Cepio, & CN. Seruilius Geminus. COSS. (sextus decimus is annus belli Punici erat)*

erat) cum de republ. bellog, & prouinciis ad senatum retulissent, censuerunt Patres, vt COSS. inter se compararent, sortirenturue, vter Etruriam ac Liguriam prouinciam haberet: cui Brutii euenissent, exercitum a P. Sempronio acciperet, P. Sempronius (ei quoque enim proconsuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio succederet: is Romam reuerteretur. Bello quoque bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur: congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis. Nobilis idem ac diues erat, forma, viribusque corporis excellebat, facundissimus habebatur, seu caussa oranda, seu in senatu & ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset: iuris Pontificii peritissimus, super hac bellica quoque laudis consulatus compotem fecerat. Hactenus ille. Ceterum ego, vt miror prorsus a Cicerone de oratoribus agente prætermissum fuisse P. Sempronium, quamuis eius cum Cethego consulatum nominatit: ita non abre eundem Tuditanum a Tito Liuio excellentem oratorem designatum fuisse reor, quem & facundissimum, & suadendi, dissuadendique quod est proprium oratoris, maxime peritum vocarit. An ergo Liuium hoc sibi consinxisse dicemus? An M. Ciceronem alteri intentum, alterum per incuriam omisisse, in animum inducere poterimus? Sed de his loquebatur (respondebit M. Tullii defensor) qui non modo oratores fuere, sed etiam ab hominibus habiti sunt. Recte quidem. Verum & Tuditanus facundissimus habebatur, seu caussa oranda, seu in senatu & ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset, ait Liuius, cuius verba idem mihi inferre videntur, quod de Cethego tradit Ennius. Vt enim hic *Suada medulla* dictus fuerit, ac *ore suauiloquenti* celebratus, qui tamen aliquid vel suadere vel dissuadere poterat, nec Cethego, nec ipso Pericle, meo iudicio, inferior est habendus. Quod si de oratore melius iudicare credetur orator quam historicus, mecum sentiret, qui id assereret, si M. Tullius Cethegi Tuditaniq; orationes, aut alia quæuis scriptorum genera legisset. Cum vero obliuioni eum ademerit vnius Enniitestimonium, si forte de P. Sempronio Q. Ennius nihil memoriæ prodidit, alios certe illius eloquentiam scriptis consecrasse, vero similimum videtur. Nec enim Liuium absque auctore tam egregii ciuis facundiam celebraturum fuisse, nec a se, sed ab aliis historias sumsisse opinor. Equidem hac in re meam sententiam non interponam, neque inter tantos auctores diiudicabo: iis potius, qui bonos malosque scriptores eodem in loco ponunt, hanc litem (si modo lis est) dirimendam reliquero.

De Tragedia, Comœdia, Satyra, aliorumque poematum inuentoribus, ac de Lyricis Græcorum Poetis.

CAPVT XV.

TRagœdiam antiquissimum esse poema, testantur non tãtum Donatus, qui de ea, & comœdia non pauca scripsit (si modo Donati ea, ac non Aspri, aut Cornuti sunt) sed & alii plerique auctores. At quis eas primus inuenerit, nondum inter eruditos conuenit. Licet enim Fabius Quintilianus Æschylum primum eam in lucem protulisse tradat, Horatius tamen ad Thespim eius originem refert: quamuis Æschylum palla personaq; erepta eam excoluisse addat, cum ait in Arte Poetica:

Ignotum tragica genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentq; peruncti faecibus ora.
Post hunc personæ, pallæq; repertor honestæ
Æschylus, & modicis instrauit pulpita tignis
Et docuit magnumq; loqui, nitiq; cothurno.

Plato tamen in eo dialogo, qui Minos, vel de Lege inscriptus est, neque Æschylum neque Thespidem, neque Phrynichum eius inuentorẽ, sed longe antiquissimũ Atheniẽsiũ inuẽtũ id esse testatur, cum ait, ἡ δὲ τραγῳδία ἦν παλαιὸν οὐδὲν οὐχ ὥσπερ οἴονται λέγειν δεῖ ἐξαμβρίη, ἐυδὲ ἀπὸ φρυνίχου ἀλλ' οἱ ἡλεῖοι σύνοισιν, πάλαι παλαιὸν αὖθ εὑρήσεις ὂν θεὸς τῆς πόλεως εὕρημα. Sed quæ Plato ait, ad prima illa nascẽtis tragœdiæ principia sunt referenda, cum simplex tantum chorus in Deorum honorem hymnos caneret, postquam primus Thespis id poematis genus ornare cœperit, mox & Æschylus illud magis excoluerit, donec ad Sophoclem, atque Euripidem, qui summam illi manum imposuerunt, ventum sit. Atque idipsum innuit Diogenes Laertius in Platonis vita, cum Philosophiam iisdem pene incrementis ad perfectissimum gradum, quibus & tragœdiam peruenisse doceat. Sicut enim in tragœdia solus olim chorus agebat, Thespis deinde vnicum, vt chorus interdum quiesceret, histrionem ei adiunxit, tum alterum Æschylus, tertium vero Sophocles adiecit, hocque pacto ea consummata est: ita & Philosophia, cum circa vnicam tantum Physicæ speciem verteretur, Ethice a Socrate, Dialecticaque postmodum a Platone aucta, atque perfecta est. ὥσπερ δὲ ἡ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν, ὑπὲρ τὸ διαναπαύεσθαι τὸν χορὸν, καὶ δεύτερον αἰσχύλος, τὸν δὲ τρίτον σοφοκλῆς, καὶ συνεπλήρωσαν τὴν τραγῳδίαν, ὅτως καὶ τῆς φιλοσοφίας ὁ μὲν σωκρατικὸς ἦν μαιευτικὸς, ὡς ὁ φυσικὸς, δεύτερον δὲ ὁ σωκρατικὸς ἐποίησεν ἠθικὸν, τρίτον δὲ πλάτων τὸν διαλεκτικὸν, καὶ ἐπλήσιασεν τέλει φιλοσοφίαν. Ex his itaque primum tragœdiæ originem etiam supra Thespidem fuisse colligimus, cum antea solus chorus Deorum laudes caneret. Id vero quonam pacto fieret diffuse a Donato explicatum est: qui etiam tam tragœdiam, quam comœdiam ab Homero initium sumsisse asserit, cum ait: *Quamuis autem*

autem retro prisca voluentibus reperiatur Thespis tragœdiæ primus inuentor, & comœdiæ veteris pater Eupolis cum Cratino Aristophaneq; esse dicatur: Homerus tamen, qui fere omnis Poeticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præluit, & velut quadam suorum operum lege præscripsit: qui Iliadem instar tragœdiæ, Odysseam ad imaginem comœdiæ fecisse monstratur. Sed hoc, Donati pace, nihil aliud est, quam nullius ponderis commentum. Cum enim tragœdia, comœdiaque in hoc præcipue differant, quod tragœdiæ finis semper funestus esse solet, comœdiæ contra lætus, hilarisque, quis nescit vtrumque Homeri opus in mœstitiam, hoc est cædes, aliaque immanitatis exempla desinere? Quare Aristoteles in Arte Poetica cum Iliada ita se habere ad tragœdiam, quemadmodum Margitem ad comœdiam assueueret, si vidisset Odysseam comœdiæ esse similem, missio Margite, qui dubia fide Homeri creditus, ex nobiliori opere sumsisset exemplum. Nec tamen negarim, ex Homeri poematibus, sicut aliarum scientiarum, ita etiam tragœdiæ, comœdiæq; velut seminaria quædam esse desumta. Sed quod Donatus asserit, hoc est, Iliada Odysseamque ad tragœdiæ comœdiæque imaginem ab auctore fuisse compositas, sine dubio falsissimũ esse videmus, cum illud Plutarchus in Homeri vita confirmet. Hoc autem ex his quæ diximus fiat manifestum.

Post tragœdiam inuenta est vetus cõœdia, ab iisdem pene principiis profecta, a quibus & tragœdia, cum ab incunabulis simplex carmen & ipsa fuerit, quod teste Donato chorus circa aras fumantes, nunc spatiatus, nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebat. Cuius prisci auctores, quoniam non de fucis, sed veris rebus agebant, cum nimium in maledicendo processissent, lex aduersus eos lata est, ne cui quenquam viuentem perstringere liceret, eoq; pacto ab illa cessatum est. Vnde Horatius postquam Tragœdiæ repertores ostenderat, hæc eis subdit:

Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusq;
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.

Ab hac ergo comœdia & aliud poema effluxit, quod *Satyram* dixerunt, de qua Donatus: *Et hinc deinde aliud fabulæ genus*, inquit, *id est, Satyra sumsit exordium, quæ a Satyris, quos illos tos semper, & petulantes Deos scimus esse, vocitata est, etsi aliunde nomen traxisse prauè putent alii.* Recte opinor sensit de *Satyra* nomine Donatus, cum alii de *Satyra lance*, atque aliis quibusdam eiusmodi triciis non pauca nugentur: facileque id poema ab iis Satyris sic vocari potuit, qui primo in tragœdiis, vt eorum qui aderant animos ad seria semper audienda impatientes, tam vultu, quam faceto & mordaci quandoque sermone recrearent, exhibebantur. De qua re Horatius,

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudauit, & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit, eo quod
Illecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator, functus q; sacris, & potus, & exlex.

Verum qualis fuerit prisca illa Satyra, ex eiusdem Donati verbis manifeste discimus. *Hac*, ait, *qua* Satyra *dicitur, eiusmodi fuit, vt in ea quamuis duro & veluti agresti modo de vitiis ciuium, tamen sine vllo proprii nominis titulo carmen esset.* Hæc ille de Satyra, in qua, vt Laertius in Demetrii Phalerei vita docet, Demetrius Tharsensis, qui ex eo Satyricus dictus est, floruit. Nam de Menippo, quem noster Varro imitatus est, satis constat, quam in ea fuerit celebratus. Ethæc quidem Satyra ipsa quoque comœdia dicta est Cumque ea quibusdam Poetis obfuisset, qui multorum propter nimiam dicacitatem in se odia, inimicitiasque deriuarunt, sicuti apud Græcos relicta veteri comœdia, noua inuenta est: ita apud Latinos noua Satyra Lucilium patrem habuit, ab Horatio Flacco, Persio, ac Iuuenale postea ad summum perducta: quanquam Flaccus Lucilii hostis, totum eius negotium ad Eupolim, Cratinum, Aristophanemque referat, mutatos tantum illi pedes, numerosque, primo Sermonum libro tribuens. ait enim,

Eupolis, atq; Cratinus, Aristophanesq; Poetæ,
Atq; alii, quorum comœdia prisca virorum est,
Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Infamis, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus
Mutatis tantum pedibus, numerisq; facetus.

Nam alio loco, non Lucilii, sed Eupolidis, sicut Archilochi secemitem profitetur, nempe tertia secundi libri Satyra, his versibus,

Quorsum pertinuit, stipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum, socios educere tantos?

Hic tamen, qui in Lucilium plurimis locis debacchatur, alio loco eundem primum nouam Satyram finxisse, probumque virum fuisse, cum summis denique viris Romanæ ciuibus familiarissime vixisse, negare non est ausus, cum primo eiusdem libri Sermone ita canat:

Quid cum est Lucilius ausus,
Primus in hunc operis componere carmina morem?
Detrahere & pellem, nitidus qua quisq; per ora
Cederet, introrsum turpis? num Lælius, aut qui
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen,
Ingemo offensi? aut læso doluere Metelli?
Famosisq; Lupo cooperto versibus? aut qui

Pri-

Primores populi arripuit, populumq; tributim:
Scilicet vni æquus virtuti, atq; eius amicis.
Quin vbi se a vulgo, & scena in secreta remorant
Virtus Scipiada, & mitis sapientia Lælii,
Nugari cum illo, & discincte ludere, donec
Decoqueretur holus, soluti.

Hoc pacto se habet Tragœdiæ, Comœdiæ, & subinde Satyræ origo. Alia porro quæ de illis copiosius dici possunt, in Donati de eis commentario sunt legenda.

Nos enim hoc dictis subiiciemus, eum pedem, qui ab Archilocho repertus est, *iambum* scilicet, tam in Tragœdia, quam in Comœdia frequentissime fuisse vsurpatum: cuius quidem rei rationem reddit idem Horatius,

Archilochum proprio rabies armauit iambo,
Hunc socci cepere pedem, grandesq; cothurni,
Alternis aptum sermonibus, & popularis
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.

Isque primis temporibus religiose in metris, suis locis est appositus: mox tamen, quoniam versus nimis celeres reddebat, spondeũ in trimetros admisit, quod is pes stabilis sit, ac tardus, nempe ad temperandam iambi celeritatem idoneus:

Syllaba longa breui subiecta, vocatur iambus,
Pes citus, vnde etiam trimetris accedere iussit
Nomen iambeis: cum senos redderet ictus,
Primus ad extremum similis sibi, non ita pridem,
Tardior vt paulo, grauiorq; veniret ad aures,
Spondeos stabiles, in iura paterna recepit,
Commodus & patiens.

Neue id vbiq; fieri licuisse crederemus, hæc subdidit:

Non vt de sede secunda
Cederet, aut quarta, socialiter: hinc & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni.

Iam quo modo Archilochus eo pede Lycambem socerum suum propter negatam sponsam discinderit, adeo notum est, vt nihil magis. Cum autem is antiquissimus Poeta fuerit, multique eiusdem vestigiis insistentes, mirum est, neminem ad eius in suo genere amplitudinem ascendisse: nisi illud forte maius dicamus miraculũ, ex tanta imitatorũ turba duos Aristarcho teste immortali laude dignos euasisse, quos etiam Fabius Quint. de Archilocho libr. 10. loquens, non nominat. Sic enim inquit: *Itaq; ex tribus receptis auctoribus iamborum, ad eũ maxime pertinebit vnus Archilochus, summa in hoc vi elocutionis, cum validæ, tum breues vibrantesq; sententiæ, plurimum sanguinis ac neruorum, adeo vt videatur quibusdam, quod quidem minor est, materia esse, non ingenii vitium.* Huius tam eximii Poetæ iambos effingere conatus est Horatius,

non vt ab eo acerbitatem, sed vt numeros, animosque sumeret. De qua re ipse in Epistolis sic gloriatur, vt Alcæi Sapphusque exemplum prætendat, qui illius Musam temperarint: ne quis eum, vt noua atque intoleranda ausum, minori gloria dignum censeret:

Libera per vacuum posui vestigia princeps,
Non aliena meo pressi pede. Qui sibi fidit,
Dux regit examen. Parios ego primus iambos
Ostendi Latio, numeros animosq; secutus,
Archilochi, non res, & agentia verba Lycambem.
Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos, & carminis artem.
Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho:
Temperat Alcæus, sed rebus & ordine dispar.
Nec socerum quaerit, quem versibus obruat atris,
Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.

Sed de Iambis satis multa.

Ad Heroici namque carminis inuentorem est deueniendum, illudque ante omnia proferendum, quod Plinius libro septimo naturalis historiæ tradit: *Versum heroicum Pythio*, inquit, *oraculo debemus.* Ceterum huic sententiæ aduersatur Iosephus de Antiquitatibus Iudæorum libro secundo, qui hexametrum carmen a Mose, vt illo gratias Deo ageret, inuentum putat. Idemque libro septimo eiusdem operis, tam late repertorum omnis fere genetis versuum palmam Hebræis tribuit, vt is apud illos Dauid fuisse ab eo putetur, qui apud Græcos Pindarus: quod D. Hieronymo facile persuasit. Sed quando Hebraicorum carminum ratio a nemine eorum qui viuant, puto, nec ab ipso Hieronymo cognita fuit, illis præteritis, quæ Græci Latinique de eisdem scripserunt, leuiter attingemus. Si ergo heroicum carmen Apollini debemus, cum Horatius de Homero in Poetica sic scriberet,

Res gestæ, regumq;, ducumq;, & tristia bella,
Quo scribi possent numero monstrauit Homerus:

Non eius principium a diuino illo Poeta profectum ostendere voluit, sed ab illo primum res gestas hexametris versibus fuisse mandatas: ita quidem, vt suscepto muneri par fuerit. Cum enim quorundam testimonio ante Homerum, Hesiodumq; Orpheus (licet Arist. vt alio loco diximus, eũ vnquam fuisse negarit) Corinnusq;, atq; alii quidã Poetæ floruerint, quis asserat a nemine eorũ res ab heroibus gestas, heroico carmine fuisse explicatas? Præsertim cum M. Cicero ante Homerum Poetas fuisse asseueret, Plinius etiam ante Troianum bellum? Sed enim cum de his nihil certi prodi queat, hexametrum carmen ab oraculo profectum, ab Homero conuenienti ei onere impositio illustratum dicemus. Nec mehercle illud, in quo de maiorum ducum, regumque factis non agatur,

agatur, proprie heroicum appellari posse autumo, cū quod Heroicum vocamus, heroum res gestas continere debeat. Qua in re neq; tam essem religiosus, vt quemadmodum Horatij hexamerros ab ea voce reijcio, ita eos quib. quindecim Ouidij Metamorphoseon libri constructi sunt, ab eadem excluderem: cum me iudice, nemo Latinorum præter vnum Vergilium, eos magis extulerit: nisi forte aut Lucanus, aut Silius Italicus qui *arma ordiuntur, quibus Æneadū gloria cœlo se tollit*, melius eos quam Ouidium condidisse, satis impudenter affirmemus.

De elegorum quidem carminum repertoribus, nihil quis certi afferre in medium potest: tametsi primus eius vsus in mœstis rebus, hoc est, in querelis ac luctibus fuerit. Proinde Ouidius in Elegia, quam in Tibulli mortem lusit, recte:

Flebilis indignos Elegeia solue capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

At postmodum non tantum dolores, sed quæcunque in animum venissent elegis exprimere licuit, quod Horatius in Arte testatur, de primo eius auctore nihil inter Grammaticos constare docens:

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
Mox etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant & adhuc sub iudice lis est.

Vbi animaduertendum est, poetam maxime proprie *elegos exiguos* appellasse; cum præcipua eorum virtus ea sit, vt admodū leues tenuesque reddantur. Ideirco & Propertius, cum Callimachi Philætæque manes inuocāsset, protinus subiunxit:

Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro.

Neq; tamen sola illa in ijs virtus requiritur, sed vt in heroicis carminib. summa laus est, si alta, si sonora, grauitatisq; plena sint: ita in elegis nō minor, si suam illā mediocritatem, seu exiguitatē tueantur: qua in re, vt Callimachus inter Græcos, ita inter nostros Tibullus, alios omnes, nisi fallor, superauit: nam (vt de vltimo tātum loquar) longe mihi Propertio in inuentione videatur inferior. Sed quid facias? Ille ipse Callimachus, qui elegorū princeps apud Græcos est habitus, arte admodum ingenio vero non multum valuisse Ouidio visus est: vt aut nulli, aut paucissimis omnia a Dijs tributa fateamur. Ouidij de Callimacho ex primo Amorum lib. hæc sunt:

Battiades toto semper cantabitur orbe,
Quamuis ingenio non valet, arte valet.

Atqui & is quem nominauimus Naso, elegantissimus poeta, tam Tibullum quā etiam Propertium ingenio vicit, cum vt pleriq; autumant, ornata dictione eorū vtriq; in elegia cedat, quam sibi cum Tragœdia certantem adstitisse, alterumq; pedem longiorem habuisse, diuine, vt solet, fingit libro eiusdē operis tertio: paucis quidem verbis elegantem illius formam depingens, aut enim:

Venit odoratos Elegeia nexa capillos,
Et, puto, pes illi longior alter erat.
Forma decens, vestis tenuissima, vultus amantis,
In pedibus vitium caussa decoris erat.

Supersunt Lyrici poetæ, qui cum diuersi fuerint, diuersos rythmos eorum vnusquisque fere sibi fecit, vt Sappho Sapphicos, Alcæus Alcaicos, & he alii: licet iis propriis vteutes, alios cum iis commixerint. Quænam tamē eorum in scribendo materia fuerit, ab Horatio docemur, cum inquit:

Musa dedit fidibus Diuos, puerosq; Deorum
Et iuuenem victorem, & equum in certamine primum,
Et iuuenem curas, & libera vina referre.

Huius poematis nouē auctores egregii apud Græcos habiti sunt, quorum nomina tribus hisce versibus comprehenduntur:

λυρικοὶ ποιηταί εἰσιν ἐννέα ἀλκμὰν Θ', σαπφώ,
στησίχορ Θ', ἴβυκ Θ', ἀνακρέων, βακχυλίδης, σιμωνίδης,
ἀλκμαν, ἀνακρέων καὶ πίνδαρ Θ'.

Porro autem non modo de eorum, patrumque ac patriæ nominibus, sed & de dialecto, nobilissimi illi circumferuntur (vt Græci vocant) ἡρωϊλεγόμενοι:

Ἐννέα τῶν πρώτων λυρικῶν πάτρας γενέτ' τε
μήτηρ τε, καὶ πατέρας, καὶ ἀρχὴν τῶν ἄρεα.
ὧν μιτυληναί Θ' μὲν εἶσι γεραρώτερ Θ' ἄλλων
ἀλκμὰ Θ' σπάρτερ Θ', ἡχηεὶς αὐλοῖ Θ'.
ἡ δ' ἐπὶ τῷ ξείνῳ πάτρῳ φωνήν τε δαεῖσα
σαπφὼ, κλεινὴ Θ' καὶ πατρὸς δύρυχορ
στησίχορ Θ' σικελὸς, πάτρη δὲ οἱ ἱμέρα εἶσιν,
σὺφήμου πατρὸς, θωρηκὸς ἁρμονίῃ.
ἴβυκος ἰταλὸς ὢν σὺν ῥηγίνῳ, ἠδὲ μισήνῃ
ἡλικίδᾳ πατρὸς, θωρηξάσθω δ' ἡ ἥρμοσατο.
πυρρηνίς δὲ πατρὸς, λιγυρὸς παὶς ἠπιόν
ἦν ἄρα μιλήσιος Θ' τηΐ Θ' ἀνακρέων.
πίνδαρ Θ' ἦν θηβαῖ Θ', ἀπὸ δ' πατρὸς σκοπιλίνῳ,
θώρηξον αἰνήσας ἁρμονίῃ ἐπίων.
ἠδὲ σιμωνίδεω κεἰς θωρηξιλακλεῖ Θ'
τὸν πατέρ' αἰνήσας· ἰὼ παρθενικέα
ἦσ' ἀοιδὴς καὶ κεῖ Θ' ἐὼν γλυκὺ μελοποιὸς,
μείλων Θ' πατρὶ Θ' ἰσάλιος βακχυλίδης.
ἀλκμᾶν σὺν λυδίοις μιγάσι πέπτει. ἀλλ' ἀδάμαντ Θ'
εἰσι, καὶ σὺν ἀπαρτὶς θώρηξ Θ' ἁρμονίης.

Hoc est:

Discere vouem primos Lyricos, patriamq; genusq;
Atq; horum linguas aspice cum patribus,
His Mitylenæus iunctus prælatus honore
Alcæus, Musam temperat Æolicam

Agnoscunt

Agnoscens patriam Sappho, & dialecton eandem,
Cleide prognata est, Eurygyroque patre.
Himera Stesichorum Siculum sibi vindicat, atque
Euphemus genitor: Doricum at is cecinit.
Regium habet patriam Italus Ibycus, atque Mesenam,
Eelidemque patrem: Doricum & ipse sonans.
Nec non Parthenij proles pulcra Eetiei,
Cantans dulce fuit Teius Anacreon.
Thebano natus Scopelino Pindarus ingens,
Sublimis pulsat Dorica fila lyra.
His similem Ceii musam adde Simonidis, inde
Patrem commendans illius egregium.
Fortis erat, pariter Ceius, pariterque poeta,
Milonis proles inclyta Bacchilides.
In Lydis Alcman dehinc eminet: ast Adamantis
Filius, ex Sparta Dorica plectra mouet.

De his nouem multa a plerisque tum Græcis, tum Latinis scriptoribus tradita sunt. At nemo eorum vnus melius exactiusque singulorum virtutes expendit, quam Fabius Quintilianus lib. 10. cuius ego de reliquis iudicium prætermissurus de vnico Pindaro, qui ceteris eiusdem generis poetis maxime præstat, eius verba subdam: *Nouem Lyricorum*, ait Fabius, *lōge Pindarus princeps, spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum verborumque copia, & velut quoddā eloquētiæ flumine: propter quæ Horatius eum merito credidit nemini imitabilem.* Quibus verbis cum in Horatii de Pindaro sententiam ierit Quintilianus, nullæ pene rarissimo poetæ laudes tribui possunt, quibus ab illo Pindarus nō sit ornatus: cum Horatius quarto Carminum libro sui ingenii in eis explicandis virium periculum fecerit. Vtque eiusdem vbique sententia dignosceretur, lib. 1 epist. ad Iulium Florum scribens, Tityum, qui Pindarum imitari ausus est, tacite notat:

Quid Tityus? Romana breui venturus in ora,
Pindarici fontis, qui non expalluit haustus,
Fastidire lacus & riuos ausus apertos.
Vt valet? vt meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet, auspice Musa?

Et profecto qui Pindaricum ad melos se componens, optatū cursum cum laude se expleturum sperat, Horatio Flacco, qui omnem de illo digne perficiendo spem abiecit, multo ingeniosiorem, exercitatiorem, ampliorem que se aperte profitetur.

De Electro, *& an in Eridani ripis repertum sit.*

CAPVT XVI.

SI aliqua fides Poetis in plurimis, quæ pro suo iure sibi confinxerunt esset adhibenda, inter cetera vel illud verissimum esse crederemus, Phaetōtem Solis filium fuisse: qui cū a patre petisset,

vt sibi eius equos regendi per vnius diei spatium facultatē concederet, votiq; compos factus, quoniam aurigæ munere recte fungi nescisset, fulmine a Ioue prope Eridani ripas fuisset deiectus, non prius a sororibus queri desiit, quam illę in arbores populos mutatæ, pro lacrymis in eum amnem electra stillarint: Ouidiumque de illis vti se res habet cecinisse fateremur, cum secundo Metamorphoseon libro, sic inquit:

Inde fluunt lacrymæ stillataq; sole rigescunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Sed quando, *Pictoribus atque poetis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas,

nihil ijs magis esse vanum compererunt, qui res ipsas paulo diligentius scrutari voluere. Licet enim Nicolaus Leonicus nō semel de hac re in suis de varia historia libris egerit, Aristotelisque, vt opinor, testimonio electrum in insulis, quæ quondam in mari Adriatico fuerint, & ad quas Padus flueret, repertum ostendat: Plinius tamen de eo agens, ridiculos qui id credunt esse arbitratur, Græcorumque super huiusmodi rebus non tantum nimiam audaciam, verum etiam inscitiam, docte admodum grauiterq; confutat, trigesimoseptimo natur. histor. libro, ita scribens: *In succinis caussam ne deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Occasio est, vanitas Græcorum diligentiæ: legentes modo æque perpetiantur, me de ortu eorum, cum hoc quoque intersit vitæ, scire posteros, quicquid illi prodidere mirandum. Phaetontis fulmine icti sorores, fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus*, & electrum *appellatum, quoniam sol vocitatus sit* Elector, *plurimi poetæ dixere: primiq;, vt opinor. Æschylus, Phyloxenus, Nicander, Euripides, Satyrus, quod esse falsum, italiæ testimonio patet. Diligentiores eorum* Electridas *insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus: qua appellatione nullas vnquam ibi fuisse, certū est: nec vero vllas ibi appositas esse, in quas quicquam cursu Padi deuehi possit. Nam quod Æschylus in Iberia, hoc est, in Hispania Eridanū esse dixit, eundemq; appellari Rhodanum: Euripides rursus & Apollonius, in Adriatico littore confluere Rhodanum & Padum faciliorē veniam facit ignorati succini in tanta orbis ignorantia. Modestiores, sed æque falsum prodidere in extremis Adriatici sinus rupibus inuiis arbores stare, quæ canis ortu hoc effunderent gummi. Theophrastus in Liguria effodi dixit, Phaetonte in Æthiopia Ammonius obisse, id delubrū ibi esse, atq; oraculum*, electrumque *gigni. Philemon fossile esse, & in Scythia erui duobus locis, candidum, atq; ceres coloris, quod vocaretur* electrum: *in alio loco fuluum, quod appellaretur* Sualternicum. Hæc illi. Post quæ, & aliorum infinitas propemodum de eo sententias explicat. Nobis autem satis sit, grauiorum Græciæ scriptorum mendacium Plinij præsidio deprehen-

prehendisse. Nam poetica figmenta de eodem *electro* ex arboribus populis secus Eridanum quotannis cadente, etiam Lucianus Herodotusque, ab euidentissimis fabulis persæpe non abhorrentes deridet. Lucianus etenim in opusculo περὶ ἠλέκτρου, ἢ τῶν κύκνων, quæ Phaetontis sororibus a poetis cantata sunt, se aliquando credidisse memorat: cumque summo *electri* apud Eridanum inueniendi desiderio captus, ad eius ripas peruenisset, omniaque diligenter oculis perlustrasset, neque populos vnquam, neque *electrum* in his locis videre potuit. Quamobrem nautas quandonam ad optatas arbores esset peruenturus interrogans, risisse eos, ac rem apertius cognoscere optasse testatur. Inquit autem: ἠλέκτρου περὶ καὶ ὑμῶν ὀλιγάδη ὁμοῦ ἐπεπείκειν, αἰγείρους ἐπὶ τοῦ ἠριδανίου ποταμοῦ διαρρεῖν αὐτὸ, ἡλιάδας τὰς Φαέθοντος, καὶ ἀδελφὰς γε εἶναι τὰς αἰγείρους ἐκείνας τοῦ Φαέθοντος, εἶτα ὀδυρομένας τὸ μειράκιον, ἀναγκαῖα εἰς τὸ δένδρα, ἢ ἀποπτίζειν ἐπὶ αὐτῶν διαρρέον. δήπου τὸ ἤλεκτρον. τοιαῦτα γὰρ ἀκούειν καὶ αὐτὸς ἀκούων τῶν ποιητῶν ᾠόμην, εἶπόν τε ἡμῖν ἐπὶ τοῦ ἠριδανίου, ὑπελθὼν μίαν τῶν αἰγείρων, ὡς πιπτούσας τὸ ἀσηλλπον, ὑπαδεξαμένους τῶν διαρρεόντων ὀλίγα, ὡς ἤλεκτρον ἔχοιμι. καὶ δὴ κἀγὼ πολὺ κατ' ἀλήθειαν ἐπῆρα Ⓒ, ἐκεῖνος δὲ ὁμοῦ ἐς τὸ χωρίον ἐκεῖνο, καὶ ἰδεῖν μὲν ἀναπλεῖν καὶ ἐς τὸ ἠριδανὸν, ἀπ' αἰγείρας εἶδον πάνυ ὀλίγας πάνυ, ἀπ' ἤλεκτρον, ἀλλ' ἄδε ἔνομα Φαέθοντος ἠδύσαντο οἱ ἐπιχώριοι. ἀναζητοῦντος μὲ, καὶ διαπυνθανομένου, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰς αἰγείρας ἀφιξόμενα ἐς τὸ ἤλεκτρον εὑρεῖν ἔφασαν, ἐλθόντας οἱ ναῦται καὶ ἐξιέναι ἀφίστεσθαι λέγειν ὁ, τι καὶ ἐγὼ ἔλεγον. Herodotus vero antiquissimus historicus, nempe quem ab Homero quadringentorum solum annorum spatium interfuit, in Thalia de *electro stannoq;* loquens, nequaquā probat, fluuium quendam esse *Eridanum* a barbaris appellatum, e quo *electrum* afferretur: Cassiteridas insulas, in quibus stannum nasceretur, sibi cognitas esse inficiatur. Nā quo minus, quæ de *electro* narrabantur crederet, ea se ratione maxime moueri docet, q Eridanus neutiquam barbara vox, sed ab aliquo Græcorum poetarū ficta dignoscitur. Eius verba hæc sunt: ἔστι γὰρ ἐγὼ πυθόμενος ἠριδανὸν καλέεται ποταμὸς βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδοὺς ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς βορέην ἄνεμον, ἀπὸ τοῦ ἤλεκτρον φοιτᾷ. λόγος δὲ ἐστὶ, ἔστι νήσους εἶδα κασσιτερίδας ἐούσας, ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. τῶν μὲν ἠριδανὸς οὔνομα ἔστι οὐδὲν ἐπιστέω, ὡς ἐστὶ ἑλληνικὸν, ἢ ὅστις βαρβαρικὸν, ὑπὸ ποιητέω δέ τινος ποιηθέν. Hactenus Herodotus, qui etiā cum diligenter qua fluat, quonam pacto mare ad illam Europæ partem, quæ septentrionem spectat, se habeat, a nemine qui id vidisset se, quod verebat accipere quiuisse subdit. Ceterum quomodo fabula Pado annexæ occasio sumta sit, a Plinio vltimo naturalis historiæ libro declaratur his verbis: *Pado vero annexa fabula videtur causſa hodieq; Transpadanorum agrestibus fœminis monilium vice succina gestantibus maxime decoris gratia, sed & medicina.* Eodem quoq; loco sed paulo superius, vbi nam *succinum* vere nascatur, docet, cum ait: *Certum est gigni*

in insulis septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari gleſſum. *Itaque & a noſtris vnam insularū obid* Gleſſariam *appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente*, Auſtraniam *a barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in cerasis, resina piceis. Erumpit humoris abundantia. Densatur rigore, vel tepore autumnali. Cum intumescens æstus rapuit ex insulis, certe in littora expellitur, ita volubile, vt pendere videatur, atq; considere in vado: quod arboris succum esse prisci nostri credidere, ob id* succinum *appellantes.* Et hæc quidem de eo *electro*, quod gummi eſſe, & ex arboribus ſtillare ſcimus, dicta ſunt. Alterum namque *electri genus* eſt, cum auro quinta argenti pars ineſt, hocque apud veteres ſummo in honore fuiſſe legimus. De quo idem Plinius libro trigeſimotertio, ita ſcribit: *Vbicunque quinta argenti portio est*, electrum *vocatur. Scrobes ea reperiuntur in Canalienſi. Fit & cura electrum, argento addito. Quod si quintam portionem excesſit, incudibus non resistit.* Et electro auctoritas Homero teſte, qui Menelai regiam auro, electro, argento, ebore fulgere tradit. Mineruæ templum habet Lindos inſulæ Rhodiorum, in quo Helena ſacrauit calicem ex *electro*. Adiicit hiſtoria, mammæ ſuæ menſura. Electri natura eſt, ad lucernarum lumina clarius argento ſplendere. Quod eſt natiuum, & venena deprehendit. Namque diſcurrunt in calicibus arcus cœleſtibus ſimiles, cum igneo ſtridore, & gemina ratione prædicunt.

An credendum sit regiones, eodem semper animi corporisq; robore præditos homines producere. Et de Elementorum secundum Pythagoræ sententiam mutatione. Item de quibusdam, quæ contra naturam facta sunt.

CAPVT XVII.

QVoniam plurimum referre putarunt veteres tum Romani, tum Græci, a quibus militaris diſciplina omnis effluxit, ex quibuſnam regionibus eos deligerent, quos bellicis rebus aſſuefacere volebant, nō tantum aliquas regiones meliores milites quam ceteras produxiſſe fatebimur, ſed in iis ipſis nonnullas nationes eſſe, in quibus ferociores quam in aliis viri naſcantur, negare nō audebimus. Quæ enim ratio, Italos (verbi cauſſa dixerō) Græcis in bello præſtantiores effecit, eadem vt Marſi ac Peligni Campanos animi vigore antecederent, ſine dubio in cauſſa eſſe credetur. Cum enim cœli plagæ ad corporum, animorumque robur plurimū conferant, eaſq; diſſimiles eſſe cōſtet, quis dubitet Italiam, quę tota variis, vt reliquæ regiones, cœli tractib. ſubeſt, eiuſdē ſtudii, ardoriſq; homines non producere? Ac ne quis, quæ de cœli plaga diximus, falſa putet, & ipſa nobis rerū natura illa ita ſe habere oſtendit, & plurimi celebres auctores eadē confirmant, quorū omnium teſtimonia, vt hoc loco non proferam, Flauii tantum Vegetii de ea re verba ex 1. lib. de re militari in medium adducam, cum quod vo-

lumus

Iunus verissimo quoq; exemplo confirment. Inquit autem: *Rerum ordo deposcit, vt ex quib. prouinciis, vel regionibus Tyrones legendi sint, prima parte tractetur. Constat enim, in omnib. locis & ignauos & strenuos nasci. Sed tamen quia gens gentem praecedit in bello, & plaga cœli non ad robur corporũ tantum, sed etiam animorũ plurimum valet, hoc loco ea quæ a doctissimis hominib. comprobata sunt, nõ omittã. Omnes nationes, quæ vicinæ sunt soli, nimio calore siccatas amplius quidẽ sapere, sed minus habere sanguinis dicunt: ac propterea cõstantiam ac fiduciam cominus non habere pugnandi, quia metuunt vulnera, qui se exiguum sanguinem habere nouerunt. Contra Septentrionales populi, remoti a solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamẽ largo sanguine redundãtes, sunt ad bella promtissimi. Tyrones igitur de temperatioribus legendi sunt plagis, quibus & copia sanguinis suppetat ad vulnerũ mortisq; cõtemtum, & non possit deesse prudentia: quæ & modestiam seruat in castris, & non parum prodest in dimicatione consilio. Considerandum item sub quanam cœli parte quisq; natus sit, maximi ad virtutẽ fit momenti. cœli enim plaga in eodem semper statu non permanent, ea regiones, quæ strenuos quandoque milites protulerunt, imbelles quandoque produxere necesse est. Sed hoc tibi nunquam confessurum, dicet, quicœlum licet assidue moueatur, intra constitutum tempus ad ueteris status sanet. Imo nihil facilius est cognitu quam cuncta mutari: & ita quidem, vt nemo præter Deum Optimum Maximum, an in pristi num statum sint reuersura sciat. Nam Moderatus Columella, ex multorum excellentium Astrologorum auctoritate, tempus venturum esse, quo cœli status prorsus mutetur, his verbis libro 1. de re rustica docet: Multos enim iam memorabiles auctores comperi persuasum habere, lõgo cui situ, qualitatem cœli statumq; mutari: eorumq; consultissimum Astrologiæ professorem Hipparchum prodidisse, tempus fore, quo cardines mundi loco mouerentur, idq; etiam non spernendus auctor rei rusticæ Santerna videtur adcredidisse. Nam eo libro quem de Agricultura scriptum reliquit, mutatum cœli statum sic collegit: quod quæ regiones antea propter hyemis assiduam violentiam, nullam stirpem vitis, aut olea deposita custodire potuerint, nunc mutato iam & intepescente pristino frigore, largissimis oliuitatibus, Liberique vindemiis exuberent. Hæc ille. Quibus (vt de postremis agam) nihil esse compertius, omnes perfacile intelligere valent. Vtque de Italia loquar, plurima in ea partes sunt, quæ olim a frequentissimis populis habitabantur, nunc autem ferme deserta videntur. Plurima item, quas veterum Romanorum temporibus pauci admodum incolebant, ita sunt immutatæ, vt nihil supra. Quod & aliis omnibus orbis partibus fieri non esse ambigẽdum. Proinde si aerem plerumq; qui olim salubrimus, erat nostris temporibus pestilentem videmus, cur non multas regiones, quæ olim bellica gloria celebratæ sunt, immutata aeris, qui a cœli statu qualitatem sumit, conditione, in hominũ virtute degenerasse affirmabimus? At quænam ea sint, explicatius non dicam, ne quam cuiquã iniuriam*

faciam. Suo enim in iis digno sedis iudicio quisque uti poterit. Nos enim vt ea persequamur, quæ ab excellentibus scriptoribus de rebus in priſtinum ſtatum non durantibus tradita ſunt, tanta eſſe rerum, temporum ſucceſſu mutationem aſſueramus, vt quæ loca ad dexteram via parte quondam poſita fuerant, ad ſiniſtram tranſierint: quæ contra in ſiniſtra, in dexteram fuerint translata: quod ſuo tempore factum refert C. Plinius lib. 17. Super omnia, ait, quæ vnquam audita ſunt, erit prodigium in noſtro ævo Neronis principis ruina facta in agro Marrucino, Victu Marcelli e primis equeſtris ordinis oliueto vniuerſo viam publicam tranſgreſſo, aruiſque inde e contrario in locum oliueti profectis. Hactenus ille. Verum vt de hoc oliueto miraculum editum non immerito inquit Plinius, ita magis rerum naturæ conſentaneum eſt, quod de Sicilia quondam Italiæ coniuncta, cum nunc prorſus ab ea diſiuncta ſit, a multis ſcriptoribus, ſed a Vergilio præcipue tertio Æneidos libro ſcribitur, his carminibus:

Hæc loca vi quondam, & vaſta conuulſa ruina,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſilu iſſe ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vnda
Heſperium Siculo latus abſcidit, arua q; & vrbes
Littore diductas, angusto interluit æſtu.

At hoc nouum non videbitur ei, qui hæc Strabonis de eadem re verba, ex vltimo Geographicorũ libro eruditionis elegantiæq; plena deſumta, nõ oſcitanter legerit: ἐρῶμεν δὲ καὶ τῶν ἀξιολογωτάτων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν μνημονευμάτων τῆς γεωγραφίας, καθ' ἃ φησὶ δεῖν τὸν τόπον ἡγεμόνα τῆς φύσεως ἅμα, καὶ τὸ τῆς ἀστρονοίας ἔργον εἰς ἓν συμφέρεσθαι. τὸ μὲν τῆς φύσεως, ὅτι τῶν πλείστων εἰς ἓν στενοῦσι τὸ ὂν ὅλον μέσον, καὶ σφαιροειδὲς καὶ τοῦτο. καὶ τὸ μὲν πυκνότερον καὶ μεσαίτατον ἐστὶ τῆς γῆς τὸ δὲ ἧττον τοιοῦτον τὸ ὑγρόν· ἐκπέρας δὲ τὸ σφαῖρα, ἡ μὲν ξηρὰ καὶ ἡλιὰ, οὗτος ἔχουσι τὸν γλῶ τὸ τῆς ἀστρονοίας, ὅτι βιοῦλαπτον, καὶ αὐτὴ ποικιλοτέρα τε ἅσα καὶ μυρίων ἔργων δημιουργός, ἐν τοῖς πρώτοις ζῶα φέρουσα, ὡς πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων, καὶ τούτων τὰ κράτιστα, θνητὰ καὶ ἀνθρώπους, οἳ ἐνίκησε τὸ ἄλλα σωίσκει. τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ἀπέδειξε τὸ ὄρος ὃν τοῖς δ' ἀνθρώποις τὸν γλῶ, τὸ ἄκρα τῶν τὸ κόσμου μερῶν, ἄκρα δὲ τῆς σφαίρας τὸ μέσον, καὶ τὸ ἐσχάτου, ἀλλ' ἐπειδὴ τῆ γῆ ἐφίκειται τὸ ὕδωρ, ἐκ ἐστὶ σ' ἐννόησον ζῶον ὁ ἀνθρωπος, ἀλλὰ χερσαῖον, καὶ ἐναέριον, καὶ πεζοῖς κοινωνικὸν φαῦλον ἐπίκτησον ἐχούσης ἐν τῆ γῆ πολλὰς, καὶ εἰσεχάς, ὡς σὺ εἰς μὴ ἀπολαμβάνειν τὸ σύμπαν ἡ καὶ τὸ πλέον ὕδωρ ἀπεκρύπτον τὸν ὑπ' αὐτῷ γλῶ· σὺ εἰς σ' ἐξέχειν τὸν γλῶ, ἀπεκρύπτοσαν ὑφ' ἑαυτῆ τὸ ὕδωρ. τῶν ὃν χρήσιμον τὸ ἀνθρωπείᾳ γένει ἦς τοῖς ἄλλοις αὐτὸ ζῴοις καὶ φυτοῖς. ἐπειδὴ σὺ κινησίσωγ τὸ σύμπαν, καὶ μεταβολαῖς μεγάλαις ἀγόμενον εἴη τε ἂν ἀδιαπόρητον, ὅτι καὶ τὸ ὕδωρ ἀεὶ συμμένῃ ἔτι, ὡς' ἀεὶ τηλικοῦτον ὂν τὸ κόσμου διεκεκόλπει, ὑπολαμβάνειν μήτε τὸν γλῶ ἀεὶ συμμένειν τὸ ὄρος, ὡς' ἀεὶ τηλικοῦτον ὂν μηδὲν προσεῖναι ἑαυτῆ, μὴ σ' ἀφαιρεῖσθαι, μήτε τὸ ὕδωρ μήτε τὸν ἠέρα· ἔχειν τὸν αὐτὸν ἐκπέρας, καὶ ταύτας ἄκρα, φυσικωτέρας ἂν εἶναι, καὶ ἐγγύτερον τῆς μεσαιτάτου, ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς πολλῶ

πλεῖω εἰς ὕδωρ μεταβαίνῃ, ἢ τὸ ὑδατῶν πολλαχῇ ἄνω τοῦ κάτω τόπου ὂν ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ ἐν τῇ γῇ κατ' ἰδίαν τινὰ τοιαύτην διαφορὰν. ἡ μὲν γὰρ εὐθυμετρουμένη ἐστὶ περιφέρεια, καὶ πεπεισμένη, καὶ σύνεχής, καὶ ἕνωσις ἐπὶ τῶν ἄκρων μοίρας δὲ ἐπὶ τῆς ἀληθοῦς οὐσίας. ἡ μὲν γὰρ ἀλμυρίς, ἡ δὲ γλυκύτης, καὶ πότιμον. ἡ δὲ φαρμακώδης, καὶ σωτήριον, καὶ ὀλέθριον, καὶ ψυχρὰ, καὶ θερμή. τοιαῦτα γὰρ ἐστὶν, εἰ πανταχοῦ τῆς γῆς, ἀνῦν οἰκεῖται, θαλάττης πρότερον κατειλημμένου, ὃ ἢ νῦν πολλὴν ἀφῄρηται οἰκεῖσθαι; πῶς δ' ἂν καὶ πηγὰς ἔχειν ἀφῄρητο ἐκλιπεῖν συμβαῖνον, ὡς δὲ ἀνέβλυζε, καὶ ποταμοὺς, καὶ λίμνας. ὅταν δὲ καὶ ὄρη, καὶ πεδία εἰς ἄλληλα μεταπίπτειν. ἅπερ ἐν καὶ ἀφ' ἑτέρου εἰρήκαμεν πολλὰ καὶ νῦν εἰρήσομεν.

Hoc est: *De hiis autem in primo Geographica volumine copiose dictum est. Nunc vero de natura prouidētiaq; opere, in vnū id conferendo, paululū agimus. De natura itaq; hoc discimus, rerū omnium ad vnū tendētium vniuersi medium esse, & q circa id positū est densissimum ac medium, terrā esse: q minus hoc habet, aquā, & eorū vtrunq; sphaericum quidem. At alterū solidum, alterū vero concauum, ac terram in se cōtinens. De prouidentia autē hoc: ipsam nempe cū variatrix quadā sit, atq; infinita opera cōdiderit, animalia cetera longe præstātia genuisse, atq; horū præstantissima Deos homines q., quorū gratia alios constituerit. Diu itaq; cœlum hominibus autē terram, extremamq; mundi partē concessit. At mundi extrema sphæra medium, & q eiusdē extremum est. Sed cum aqua terrā circumdet, nec homo aquatile animal sit, verū terrestre, atq; aerium, & cū multis cōmuni luce fruens, multa loca, qua in terra eminerent, multosq; recessus fecit, vt in his tota aqua, vel maxima eius pars contineretur: in illis vero terra (vbi se aquā deteges emineret nisi quantū humano generi ceterisq; animalibus ac stirpibus necessarium videretur. Ceterū quoniam omnia assidue mouentur (aliter enim tot, tanta, ac talia in mundo adminstrari non possent) cēsendum est, nec terram ita permanere vt tanta sit, neq; aliquid eiadditur vel adimatur, neq; aquā itidem: nec eorū vtrunq; eandē sedē semper obtinere, cū natura alu cognatq; inter se sit mutatio. Quinimo magna terra pars in aquam cōuertitur, multa itidē aqua terra fiunt, quemadmodū tot in ipsa terra diuersitates sunt. Alia siquidem est fragilis, alia solida & petrosa & ferrea, & sic in aliis. Similiter in humida essentia. Alia enim salsa est, alia dulcis ac potabilis, alia medicā vim habet salubrē vel perniciosa, vel frigida vel calida. Quid igitur mirū si aliquas terra partes, quæ nunc habitantur, mare olim occupabat? quæ autē nunc pelagus sunt, prius habitabantur? quemadmodum et rā fontium aliquos, qui quondam fuerunt, deficere, alios vero emitti contingit: nec non & flumina, & lacus, eodemq; modo montes & campos inuicem cōmutari. De quibus prius diximus, & nunc multa dicta sint.* Fuit autem nimirum hæc Pythagoræ sententia, vt nihil in eodem statu durare posset, sed omnia mutarentur, non tantum terra & mare, sed & aer & ignis. Cuius opinionis summam Ouidius felicissimus poeta felicissime 15. Metamorph. lib producti eius rationibus complexus est, ex Pythagoræ persona ita canens:

Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa suoque
Pondere inferius tellus atque unda, feruntur.
Et totidem grauitate carent, nullóq; premente
Alta petunt aer, atque aere purior ignis.
Quæ quanquam spatio distent, tamen omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resoluta aqua tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras,
Aeraq; humor abit, demto quoq; pondere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit,
Hinc in aquas tellus glomerata cogitur vnda.
Nec species sua cuique manet, rerumq; nouatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.
Nec perit in tanto quicquam, mihi credite, mundo,
Sed variat faciemq; nouat: nasciq; vocatur,
Desinere esse aliud, quam quod fuit ante: moriq;,
Desinere illud idem: cum sint hæc forsitan illa,
Hæc translata illuc, summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim sic ad ferrum transisse ab auro
Secula, sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum, vidi factas ex æquore terras,
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ,
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.
Quodq; fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit, & eluuie mons est deductus in æquor,
Eque paludosa siccis humus aret arenis,
Quæq; sitim tulerant, stagnata paludibus hument,
His fontes natura nouos emisit, & illic
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt.
Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
Exsistit procul hinc, alioq; renascitur ore.
Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.
Et Mysum capitisq; sui, ripæq; priores
Pœnituisse ferunt, alia nunc ire Caicum.
Necnon Sicanias voluens Amasenus arenas,
Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.
Ante bibebatur, nunc quæ contingere nolis
Fundit Anigrus aquas, postquam (nisi vatibus omnis
Fides) illic lauere bimembres,

Vulnera

Vulnera clauigeri, quæ fecerat Herculis arcus.
Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salubus vitiatur amaris?
Flectibus ambita fuerant Antissa, Pharosq;,
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.
Leucada continuam veteres habuere coloni,
Nunc freta circumeunt Zancle quoq; tuncta fuisse
Dicitur Italiæ, donec confinia pontus
Abstulit, & media tellurem repulit vnda.
Si quaras Helicen, & Burin, Achaidas vrbes,
Inuentes sub aquis, & adhuc ostendere nauta
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.
Est prope Pytheam tumulus Trœzena, sine vllis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum cæcis inclusa cauernis
Exspirare aliqua cupiens, luctataq; frustra
Liberiore frui cœlo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum, ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut direpta bicornis
Terga capri: tumor ille loci permansit, & alti
Collis habet speciem, longoq; induxit æuo.

Sed cum de his omnibus ratio reddi possit, id certe quod Herodotus in Euterpe tradit, omnem fidem excedit: solem videlicet, vt Ægyptii perhibebant, quater præter consuetudinem fuisse ortum, vt bis quidem vbi nunc occidit exortus, bis in Oriente occiderit: nec tamen quicquam propterea in Ægypto immutatum fuerit, non ea quidem, quæ e terra, non quæ e flumine ipsis prouenirent, aut circa morbos, mortesve accidunt: ἐν τούνυν τούτῳ τῷ χρόνῳ τετράκις ἤλιος ἐξ ἀρχέων τὸν ἥλιον ἀνέτειλεν, ἐνθεῦτέν τε καὶ νῦν καταδύντα, οὐ πρὸς ἡμέων ἐπαντέλλων καὶ ἐνθεῦτεν νῦν ἀνατέλλει, οὐ ζώοισι κακὸν οὐδὲν καὶ οὐδὲν τῶν κατ' ὑγρὸν ἐπὸ τοῦτο ἐπρηγθησαν, ὅτε τὰ ἐν τῆς γῆς, ὅτε τὰ ἐν τῷ ποταμῷ σφι ἐγένοντο, ὅτε τὰ ἀμφὶ νούσους, ὅτε τοῖσι κακοῖσι τοὺς ἀνθρώπους. Sed nunquam, quæ apud Sagram gesta sunt, tam vera fuere, quam hæc falsa esse asserimus, licet id non dubie credamus, quod quamuis contra rerum ordinem factum sit, in sacris monumentis legitur: Solem scilicet Iosuæ precibus aliquandiu stetisse, vt illi hostes persequendi facultas esset: eundemque aliquando contra morem regressum, vt Esaiæ verbis fidem afferret.

FRAN-

FRANCISCI FLORIDI SABINI LECTIONVM SVBCISIVARVM, Liber Secundus.

Latinum sermonem veterum Romanorum tempore omnibus fuisse promiscuum.

CAPVT I.

CVm varia semper fuerint de quibuscunque rebus hominum iudicia, non defuere, qui in dubium reuocarint nunquid Latinus sermo, is quo omnium antiquorum (de nost. loquor) in quouis genere opera scripta sunt, veterum Romanorum tempore doctis pariter, indoctisq; fuerit promiscuus. Leonardus siquidem Aretinus, Pogiusq; hanc linguam qua Dantes, Boccatius, Petrarcha, & similes in scribendo vsi sunt, iam tum vulgo peculiarem fuisse, nescio quibus argumentis commenti sunt. Quorum opinionem cum docti fere omnes, tanquã friuolam falsamque reiiciant, reperti etiam sunt eo viuente, qui de hac re contra eos dissererent. Enimuero & Blondus Flauius, ex Titi Liuij in primo ab Vrbe condita libro verbis, illos praue sensisse ostẽdit, & post Blondum Franciscus Philelphus, duabus prolixis epistolis de eodem negotio copiosius disseruit. Quamobrem & inter tot egregios viros neque ipse, quod censeo, proferre recusabo: ita tamen, vt meliorum iudicio, si forte fallar, nihil non sim delaturus. Cumque multis rationibus ab Aretino, Pogioque dissentire cogar, duas tamen præcipuas pro nostra sententia adducere soleo: quarũ altera est, quod, si veteres seu Latini, seu Romani, duas habuissent linguas, nullo pacto potuisset fieri, vt non aliquod illius quam isti somniant vestigium, aut minimum saltem indicium vel in lapidibus, vel alio etiam in loco superfuisset: altera, quod nullus esse potuisset oratorum poetarumque apud populum vsus, nisi vnicus tantum fuisset omnium sermo. Quomodo enim legem Agrariam populo dissuasisset M. Cicero, si eruditi solum eius orationes potuissent intelligere? aut quo pacto idem Romanus populus antiqua tantum scripta laudabat, & recẽtia fastidiebat, vt sæpe queritur Horatius, si Plauti, Cæcilij, Næuij, Ennij, Lucilij, aliorumque poemata non communi, sed priuata quadam paucorum lingua erant composita? Quid porro est compertius, quam a populi appellatione nullum hominum genus excludi? Quid quod populus ea non intelligebat modo, sed si quid in poematibus, orationibusq; non in recta tantum locutione, sed (quod erat difficilimũ) in numeris, structuraq; fuisset erratum, protinus agnoscebat? An qui linguæ essent expertes, carminis, aut solutæ orationis vitia deprehendebant? Quod si quis id nunquam factum contendat, accipiat M. Tullij in

tertio

tertio libro, de Oratore testimonium. *Verum*, inquit Cicero, *vt in versu vulgus, si est peccatum, videt: sic si quid in nostra oratione claudicat, sentit, sed porta non cognoscit, nobis concedit: tacite tamen omnes non esse illud quod diximus, aptum perfectumq; censent.* Non eruditos sed vulgus orationis poematisque virtutes accerrata dignoscere potuisse, asserit Cicero. Vnde obsecro, nisi Latine ij omnes loqui sciuissent? An de vulgaribus poetis oratoribusq; agit M. Tullius? Atqui idem in Oratore, quem librum tanquā vnicum filium amplexatur, postquam optimam speciem, & quasi figuram dicendi Bruto ostendit, in operis calce sic ait: *Res autem sic se habet (vt brevissime dicam quod sentio) composite & apte fine sententiis dicere, insania est: sententiose autem, sine verborum ordine & modo, infantia: vt ea qui vtantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumq; prudentes, quo qui est contentus vtatur: eloquens vero, qui non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, mouere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, vt ei turpe sit quicquam aut spectari, aut audiri libentius.* Scilicet hi plausus, clamores, admirationesque, de quibus Cicero agit, tam ad doctos quam ad vulgus sunt referendi. Quod idem paulo post apertius declarat, cum inquit: *Nec in hac modo re, quæ ad vulgi assensum spectet, & ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad iudicandum leuissima, sed nec in maximis quidem rebus, quicquam adhuc inueni firmius, quod tenerem, aut quo iudicium meum dirigerem, quam illud quodcunq; mihi quam simillimum veri videretur, quum ipsum illud verum in occulto lateret.* Latine igitur omnes loquebantur, & intelligebant, licet cultius aliquanto nobiliores, ijque qui aliquem orationi ornatum adhibebant, quam qui simpliciter, pureque, & plerumque indocte animi sensa exprimerent: prout etiam in idiomate, quod alij Hetruscum, alij aulicum in Italia vocant, hodie vtu venire videmus, cum aut solutam Ioannis Boccatij orationem, aut Ludouici Ariosti poemata, aut concionatorum elegantius artificioſiusque, quam alij consueuerint loquentium verba omnes percipiant, licet ipsi, si de ea re agere vellent, in portu impingerent. Quod nonnullis, qui de philosophia Latine scripserunt, contigisse, M. Cicero in primo Tusculanarum quæstionum libro his verbis testatur: *In quo*, ait, *eo magis est nobis elaborandum, quod multis iam esse libri Latine dicuntur scripti inconsiderate ab optimis quidem viris, sed non satis eruditis. Fieri autem non potest, vt recte quis sentiat, & id quod sentit, polite eloqui non possit: sed mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorē, hominis est intemperanter abutentis otio & literis.* Hæc Cicero. Qui etiam cum in Bruto magni interesse putet; quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur a puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres etiam eius loquantur, qui in excellentium oratorum numerum se relatum iri sperat, vnicam tantum, qua

omnes vterentur, linguam fuisse innuit. Quorsum etiam spectant, quæ in tertio de oratore scribit: *Præteramus igitur*, inquit, *præcepta Latine loquendi, quæ pueriles doctrina tradit, & subtilior cognitio ac ratio literarum alit, aut consuetudo sermonis quotidiani, ac domestici libri confirmant, & lectio veterum oratorum & poetarum.* Ergo ita locuti fuerant veteres poetæ, quemadmodum quotidiani sermonis ratio obtinebat. Nam & Cornelia Gracchorum mater, plurimum ad filiorum eloquentiam contulisse dicitur: non quod duo essent apud Romanos idiomata, sed quod ea Latina lingua, quamuis mulier esset, eleganter vteretur. Cuius non absimile de sua socru Lælia, Crassus apud Marcum Tullium in tertio, de oratore tradit, ait enim: *Equidem cum audio socrum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruant, quod multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, vt Plautum mihi, aut Nævium videar audire: sono ipso vocis ita recto & simplici est, vt nihil ostentationis aut imitationis afferre videatur: ex quo fit locutum esse eius patrem intellige, sic maiores.* De eo videlicet sermone sentit Cicero, qui omnibus erat promiscuus, tametsi nō parum differrēt in eius viu cū viri tum mulieres, quando aliqui ea verba efferebant, quæ nemo iure reprehenderet, illaqs sic casibus, temporibus, genere ac numero conseruabant, vt lectissimis verbis vtentes, nihil perturbatum, aut discrepans, aut præposterum exprimerent: alii vero in plurimis errabant. Idē quoq; Cicero lib. 1. de oratore, ita scribit: *Quid hoc etiam mirabilius debet videri, quia ceterarum artium studia fere reconditis atq; abditis de fontibus hauriuntur: dicēdi autem omnis ratio in medio posita, communi quodam in vsu, atq; in hominum more & sermone versatur, vt in eo teneris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intelligētia sensuq; disiunctum: in dicendo autem vitium vel maximum sit, a vulgari genere orationis, atq; a consuetudine communis sensus abhorrere.* Si hercle vnicum hunc locum considerassent Leonhardus Aretinus, Pogiusque, cum Philelpho ac Blondo vtique sensissent. Sed & ille idem M. Cicero in Bruto, de Antonio loquens, sic ait: *Verba ipsa, non illa quidem eloquentissimo sermone: itaque diligenter loquendi laude caruit, neq; tamen est admodum inquinate locutus. Sed illa, quæ proprie laus est oratoris in verbis: nam ipsum Latine loqui est illud quidem, vt paulo ante dixi, in magna laude ponendum: sed non tam suæ sponte, quam quod est a plerisque neglectum. Non enim tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire: neq; tam id mihi oratoris boni, quam ciuis Romani proprium videtur.* Quid est Dii boni his verbis manifestius? aut quid magis Aretinum stupiditatis conuincere posset? *Latine loqui*, inquit, hoc est, candide, pure, significanterque quod quisque velit exprimere posse, *non tam suæ sponte laudabile est, quam quod a plerisq; est neglectum: neq; tam præclarum est Latine scire, quam turpe nescire*, ac si dicat, cum omnes cines suum excolere

excolere sermonem debeant, vti non magna laus eum, qui id faceret sequeretur, quippe quia egregii eleganti sique ciuis, quod maxime debet, officium præstaret: ita quia ab eo recedit, vehementer est vituperandus. Cum tamen secus pro emodum iis temporibus, de quibus Cicero loquitur, esset receptum, vt nemo videlicet aliquam in recte loquendo diligentiam adhiberet, qui communem errorem vitasset, non tam per se erat laudandus, quam quod in ea re sibi temperare sciuerat, quam præter rationem omnes pessum dedissent. Atqui in eo recte loquendi contemtu maxima pars labebatur: e qua plerique patrium sermonem contemnentes, omnes se Græcos Latinosq; scriptores vicisse autumabant, si quatuor Græca verba connectere sciuissent, quos institituto perseuerantes, apertissime insectatur Iunius Iuuenalis Satyra sexta, licet de mulieribus agat, his versibus:

Nam quid rancidius, quam quod se non putat vlla
Formosam, nisi quæ de Thusca Græcula facta est,
De Sulmonensi mera Cecropis? omnia Græce,
Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.

Equibus scioli plerique satis indocte Iuuenalem Græcas literas ignorasse colligunt: quasi quenquam ille a Græcæ linguæ cognitione deterreat, ac non potius Satyrico more abusus insectetur. Sed enim, vt ad M. Tullium redeamus, in eodē opere inferius ita de Cæsare scribit: *Solum quidem, & quasi fundamentum oratoris vidit, locutionem emendatam & Latinam: cuius penes quos laus adhuc fuit, non rationis, aut scientiæ, sed quasi bona consuetudinis fuit. Mitto C. Lælium. P. Scipionem: ætatis illius ista fuit laus, tanquā innocentiæ, sic Latine loquendi, non omnium tamen. Nam illorum æqualis Cæcilium & Pacuuium, male locutos videmus. Sed omnes tum fere, qui nec extra vrbē hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, recte loquebantur. Sed hanc certe rem deteriorē vetustas fecit, & Roma & in Græcia. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc vrbem, multi inquinate loquentes ex diuersis locis.* Iam ex vltimis M. Ciceronis verbis expresse discimus, Romanos omnes Scipionis Læliique ætate, non tantum Latine, sed & emendate locutos fuisse, quod nullo modo factum esset, nisi idem sermo omnibus fuisset promiscuus. Et quoniam *rationis scientiæq;* mentionem fecit, id in primis pernosse operæpretium fuerit, Latinam linguam licet omnibus in medio posita esset, rationibus (vt diximus) ita apud veteres Romanos constitisse, vt ea, quæ vulgaris dicitur nostris temporibus: cū potuerit quis Latine vitiateq; olim, positque hodie vulgariter, itidemq; corrupte loqui. Ceterū quod de doctrina attigit, id præcipue innuere voluit, in maxime emendata locutionem fuisse peculiarem, qui diuersas scientias didicissent: quod omnes eos fecisse videmus, qui apud nos oratores, historici, poetæ, philosophi, aliarumve disciplinarum peritissimi cogniti sunt. Idcirco in eodē Bruto, de Curione sic inquit M. Cicero: *Erat tamen*

quibus videretur illius ætatis tertius Curio, quia splendidioribus fortasse verbis vtebatur, & quia Latine non pessime loquebatur, vsu credo aliquo domestico, nam literarum admodum nihil sciebat. Verum qui de aliqua re scribereor, licet non vulgarem suis operibus eruditionem complecterentur, nō ita illa obscura reddere debebant, vt hominū admirationem ex affectatione captarent: alioqui nihil plerumq; potestiis esse inutilius, ad quos ea scripserint, quam nimis diserte tractatum argumentum: præsertim si eos doceant, in quibus nulla exactior literatura dignoscitur. Hinc Palladius eos qui nimis culte docteque de re rustica egissent, hisce verbis reprehendit: *Pars est prima prudentiæ, ipsam cui præcepturus sis æstimare personam. Neque enim formator agricolæ debet artibus & eloquentiæ Rhetores æmulari, quod a plerisq; factum est, qui dum diserte loquuntur rusticis, assecuti sunt, vt eorum doctrina nec a disertissimis posset intelligi.* Hæc ille. Ex quibus pulcre conuincimus, rusticos (quo hominum genere nihil est fuitque indoctius) simplicem Latinum sermonem intellexisse: elaboratum autem, pauloque exquisitiorem, non item, quin ipsi plurimis verbis vtebantur, quæ ciues purique sermonis amatores vehementer abhorrebant: qualia erant, *catuliti* (de qua libro decimo sexto, naturalis historię C. Plinius ita scribit: *Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere, eoque animam inferente omnibus satis*) & *lætamen* pro fimo, de quo Seruius in primum Georgicorum: *Nam fimus qui per agrum iacitur, vulgo* lętamen *vocatur.* Quanquam postrema hæc vox tam rusticis, quam etiam vrbanæ plebeculæ fuerit communis. Quandoq, vero eadem hominum genera non tantum suis vocibus contenta erant, sed si quod elegantius verbum a doctoribus compositum esset, affectarent, cum Plinius libro octauo *sanguisugæ*, quæ dictio ex duabus vocibus formata esset, vocabulū ad vulgus emanasse tradat: quod alteram vocem, quæ est *hirudo*, quodammodo fastidiret. *Cruciatum* (inquit ille, de elephantis agens) *in potu maximum sentiunt hausta hirudine, quam* sanguisugam *vulgo cœpisse appellari aduerto.* Nisi hoc vocabulum Plinius a plebe formatum ostendere velit, cum paulo eruditiores *hirudinis* voce essent contenti. Ad hæc cum populum Romanum semper Latine locutum fuisse legamus, vnicam eius linguam, qua patritij, equites, plebeij, rustici, militesque, & alii omnes loquerentur, vel nolentes fateri cogimur. Quam rem multis veterum testimoniis confirmat Philelphus. Sallustius namque in Iugurthino ita scriptum reliquit: *Ibi Iugurtha cum pluribus erat: deinde cognito Bocchi aduentu, ad pedites conuersus, inquit Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) nostros frustra pugnare, paulo ante Marium sua manu interfectum.* Liuius quoq; septimo de secundo bello Punico libro, (quem enim ex eiusdem primo ab Vrbe condita citat, tanquam a se primum obseruatū Blondus agnoscit) ita inquit: *Præterea Annibal quarta*

vigilia

vigilia ferme ad vrbem accessit. Primi agminis erant perfugæ Romanorum, & arma Romana habebant. Hi vbi ad portam est venium, Latine omnes loquentes excitant vigiles, apeririq; portam iubent. Sed & alia non desunt. Idem enim Liuius quadragesimo libro sic ait: *Cumanis eo anno petentibus permissum, vt publice Latine loquerentur, & præconibus Latine venderent licus esset.* An de Latino sermone, qui paucis doctioribus erat in vsu, intelligit Liuius? An non de eo potius, qui omnibus erat promiscuus? Non mediocrem sane Romanis iniuriam fecissent Cumani, si ea lingua publice loqui voluissent, quam illi non omnibus suis impertirent, sed primi ciuitatis priuatim tanquam tyranni sibi vindicarent. Iuuenalis item Satyra vndecima ita ait,

Plebeios calices, & paucis assibus emtos,
Porriget inculti puer, atq; a frigore tutus.
Non Phryx, aut Lycius, non a mangone petitus
Quisquam erit, & magno cum poscis, posce Latine.

Nonne cum *plebeios calices* ab inculto puero Latine posci iubet, hic Poeta Latinum sermonem etiam his, qui sub mangone non fuissent, communem exstitisse declarat? Sunt & aliæ rationes, præclare quod volumus comprobantes. Sed hæc quoque non est aspernanda, quod ex quo Gothi, Wandali, Heruli, & alia id genus hominum portenta, Italiam vastarunt, ac inter cetera, quæ ab eis accepimus damna, Latinam linguã perfundederunt, nulla in ea regio veteris Latini sermonis seu signa, seu vestigia retinuit, præter Latium, eamque omnem oram, quæ Romæ adiacet. Nam in vrbem ipsam inuectæ sunt plurimę non linguarum tantum, sed morum etiam varietates, vt nostris quoque temporibus fieri videmus. Quamobrem nec est mirum, si in ea aliarum rerum, priscæque linguæ sonus, & pronuntiatio tam diu non durauit quam in finitimis oppidulis, vicisquetin quibus propinquum fere Latino sermoni idioma conseruari potuisse incredibile esset, nisi omni Latio veterum Romanorum tempore vna eademque lingua fuisset: præsertim quod non multa sunt illa, de quibus agimus, castella, eaque plane neque regii victus, neque vestitus. Verum quoniam durissima sæpe obstinataque ingenia huiusmodi quantumlibet veris coniecturis vel minimum a proposito dimoueri non soleat, aliis auctorum testimoniis est agendum. Quorũ primum ex Quintiliani verbis in præmisso a nobis capite recitatis colligitur, cum ille ait: *A sermone Græco puerum incipere malo, quia Latinus, qui pluribus in vsu est, vel nobis nolentibus se perhibet.* Si duas prisci Romani linguas habuerunt, qua ratione Latinus sermo, quem pauci sibi eruditi assumebant, pueris vel nolentibus se perhibere potuerit, Leonardus Aretinus, Pogiusque viderint. Sed cur non omnibus Romanum sermonem in vsu fuisse asseruit Quintilianus? dixerit quispiam Equidem quod pluribus dixit, multos certe ab eo exclu-

fit. Ridicula commentatio. Quia enim non de solo Romano, sed & de Græco quoque agebat: qui certe cum multus esset, & doctis quidem familiaris, Latinus tamen pluribus erat communis, quam Græcus, subintelligis, nisi comparationem nominum proprietatem naturamque Grammaticis reliqueris. Confirmant nostram sententiam, & quæ præcedunt eiusdem Fabii verba, inquit enim: *Si tamen non contingat, quales maxime vel in habere nutrices, pueros, pædagogos: at vnus certe sit assiduus, dicendi non imperitus: qui si qua erunt ab his præsente alumno dicta vitiose, corrigat protinus, nec insidere illis sinat, dum tamen intelligatur id, quod prius dixi, bonum esse hoc remedium.* Hæc quamuis aperta sint, atque id quod volumus recte asserant, multo tamen illa melius clariusque id ostendunt, quæ ab eodem vbi de consuetudine agit, scribuntur. *Superest igitur, ait, consuetudinem fuerit pene ridiculū, malle sermonem, quo locuti sint homines, quam quo loquantur.* Et iane, quid est aliud vetus sermo quam vetus loquendi cōsuetudo? Nisi hic locus Latinū sermonem e mnibus promiscuum fuisse cōprobat, optime sensisse Aretinū Pogiumq; non inficiabis iuerim. Sed huic ipsi subdit Quin. *Nec ipsarum est iudicium, cōsuetudinem imprimis ipsum quid sit, quod consuetudinem vocemus.* Verissime Fabius. *Non enim quod a pluribus, sed quod a melioribus probatur, pro consuetudine est capiendum.* Quæ subiungit ille, si ex eo quod plures faciant, nomen accipiat, periculosissimum dabit præceptum, non oratori modo, sed (quod & maius est) vitæ. *Vnde enim tam multi boni, vt pluribus quæ recta sunt placeant? igitur vt velli, & comam in gradus frangere, & in balneis perfricare, quamlibet hæc inuexerint ciuitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprehensione: ita lauamur, & tōdemur, & conuiuimus ex consuetudine: sic in loquendo, nō si quid vitiose multi usurpaverit, pro regula sermonis accipiendum erit. Nam vt transeam, quemadmodum vulgo imperite loquuntur, tota sæpe theatra, & omnē circi turbam exclamasse barbare scimus. Ego consuetudinem sermonis, vocabo consensum eruditorum: sicut vitiorum, consensum bonorum.* Hactenus Quintilianus: qui tam egregie nostram comprobat sententiam, quam in re manifesta non dubie hallucinati sunt Aretinus, Pogius & quicunque eorum opinioni adhærent. Quod nisi ex communi omnium sermone emendata, & oratoribus, historicis, poetisque conueniens locutio sumta fuisset, quid opus erat id consuetudinem vocare, quod eruditorum consensu comprobatū, tanquam præsente nota signatum, procusumq; haberetur? Tum si docti tantū Latine loquebantur, quorsum tuū Quint. præceptum? Nemo porro sanus, eos qui hoc seculo Romane scribere ac loqui cupiunt, vt ab aliis vocibus, loquendiq; formulis, quæ populo sunt peculiares, caueant, admonebit, nempe quod vetus Romanus sermo nullam habeat cum nostro vernaculo similitudinis speciem. Præterea *tota sæpe theatra, & omnē circi turbā barbare exclamasse,*

quid

quid aliud significat, quam Latine semper loqui solitos, barbara nonnunquam & peregrina verba, vt plebecula nullius est iudicii, pro meracis vocibus vsurpasse? Hæc faciunt, vt non tam miror Aretinum, qui incultis illis horridisq; temporibus floruit, in hac re decipi potuisse, quam quorundã impudentiam rideam, qui eius sententiam mordicus tutari gestiunt: credo vt mirificũ se nescio quid assecutos orbi persuadeant cum in ea lingua aliquantulũ profecerint, quam & hodie vix e ruderibus erutã aspicimus, & olim a nõnullis tanquã dies a Chaldæis petebant, quasi antiqui omnes materna lingua cõtenti, nihil quam mera poemata, & absolutissimas orationes inuiti spirarent. At nos reliqua eiusdem Fabii loca ꝓsequamur. Nam & de genere dicendi in duodecimo lib. agens, tam dilucide Leonardi Aretini errorem denotat, vt nihil quicquam sit eius verbis magis perspicuũ. Sic enim inquit: *Adhuc quidam nullã esse naturalẽ putant eloquentiã, nisi quæ sit quotidiano sermoni similima, quo cum amicis, cõiugibus, liberis, seruis loquimur, contenti promere animi voluntatẽ, nihilq; accersiti & elaborati requirentes: quicquid huc sit adiectũ, id esse affectationis, & ambitiosæ in loquendo iactantiæ, remotũ a veritate, fictumq; ipsorũ gratia verborum: quibus solum a natura sit officiũ attributum, seruire sensibus, sicut athletarum corpora, etiamsi validiora fiant exercitatione, & lege quadam ciborũ, non tamen esse naturalia: atq; ab illa specie, quæ sit cõcessa hominibus, abhorrere. Quid.n inquiunt, attinet circuitu res ostendere, & translationibus, id est, aut pluribus, aut alienis verbis, cum sua cuiq; sint assignata nomina? Deniq; antiquissimum quemq; maxime secundum naturam dixisse contendunt, mox Poetis similiores exstitisse, etiamsi parcius, simili tamen ratione falsa, & improprie virtutes ducentes.* Nonne ex promiscuo omnium sermone oratores sua scripta conflasse, his verbis Fabius ostendit? Nonne *naturalem* vocat *eloquentiam, qua cum liberis, seruis, coniugibus, amicisq; prisci Romani loquebantur?* Sed non satis erat orationibus vulgaris sermo, in quibus maius exigebatur artificium, & structuræ ratio, cum translationibus, quæ a communi loquendi vsu proculdubio recedebant. Et sequitur Quintil. *Qua in distinctione nonnihil veri est, ideoq; non procul, quam sit a quibusdam, recedendum a proprio atq; cõmuni. Si quis tamen (vt in illo loco dixi compositionis) ad necessaria, quibus nihilminus est, aliquid melius adiecerit, non erit hac calumnia reprehendendus. Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam sermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio. Cui si res indicare modo satis esset, nihil vltra verborũ proprietatem elaboraret. Sed cum debeat delectare, mouere, in plurimas animũ audientis species impellere, vtetur iis quoq; adiutoriis, quæ ab eadem sunt nobis cõcessa natura. Nam etiam lacertos exercitatione cõstringere, & augere vires, & calorem cõtrahere, naturale est. Ideoq; in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & eloquendo dulcis magis. Quod si non euenirent,*

omnes pares essent, & ideo omnes deceret. At loquuntur, & seruant personarum discrimen: ita quo quisq; plus efficit dicendo, hoc magis secundum naturæ eloquentiam dicit Hæc Fabius: quæ non Pogio Florentino solum, sed lapidibus etiam persuaderent, Latinos omnes scriptores ex communi omnibus lingua, orationes, comœdias, tragœdias, historias, ceteraque lucubrationum genera composuisse, licet non omnia verba exotica forte probarent: licet dulciores voces, & operi quod condebant conuenientes, eligerent: licet figuris, aliisque coloribus sua depingerent, & structuræ præcipue essent studioſi. De qua re ille idem Quintilianus libro nono agens, naturalem, hoc est, quem etiam nutriculæ nouerant, sermonem Latinum eum appellat, qui hominibus omni artificio vacuus passim effluxisset. Eius verba hæc sunt: *Neq; ignoro quosdam esse, qui curam omnem compositionis excludant, ita, illum horridum sermonem, vt forte effluxerit, modo magis naturalem, modo etiam magis virilem esse contendant. Qui si id demum naturale esse dicunt, quod a natura primum ortum est, & quale ante cultum fuit, tota haec ars orandi subuerteretur. Neq; enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines, nec præmiis præparare, docere expositione, argumentis probare, affectibus commouere scierunt. Ergo iis omnibus, non sola compositione carnerunt: quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem casas, aut vestibus pellium tegmina, aut vrbibus montes ac syluas mutari oportuit.* Quocirca antiqua Latinorum verba ea esse non dubitamus, quibus antiqui homines publice loquebãtur: sicut & noua dicimus, quæ veteribus fuerunt inaudita: pariter vtraq; iis vitanda, qui elegans aliquod duraturumque monumentum relinquere cupiebant. Quales fuere quam plurimi, quorum partim omnia scripta exciderunt, partim aliqua nobis superſunt. Ex quibus Latinam linguam vnusquisque sibi pro virili comparat: quæ cum omnibus vulgo vsui esset, plurimum tamen (vt diximus) in ea docti indocti que differebant, neque in delectu & artificio solum, sed & in voce & pronuntiatione, sic inter Latinos Romanorum propriis, vt inter Græcos Atticorum. Nisi forte non hoc sibi voluit in tertio de Oratore libro M. Cicero, cum ait: *Est autem vitium, quod nonnulli de industria consectantur. Rustica vox & agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem si ita sonet eorum sermo, retinere videantur: vt tuus Catule sodalis L. Cotta, gaudere mihi videtur grauitate linguæ, sonoq; vocis agresti: & illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. Me autem tum sermo, & suauitas ista delectat, omitto verborum (quanquam est caput, verum id affert ratio, decent litera, confirmat consuetudo & legendi & loquendi) sed hanc dico suauitatem, quæ exit ex ore, eaque quidem, vt apud Græcos Atticorum, sic in Latino sermone huius est vrbis maxime propria.* Hæc Cicero. Ac ne cui id nouum videatur, in ipsa etiam vrbe Roma aliqui erant, qui Latina lingua delicatius quam

ceteri

ceteri vti scirent: quod Catulorum peculiare fuisse, eiusdem Ciceronis testimonio alio loco ostendimus. Publius quoque Ouidius, cum in Ponto exsularet, hoc maximum sibi esse incommodum querebatur, quod neminem reperire poterat, a quo ipse Latine loquens intelligeretur. Non hercle peculiari quadam doctorum lingua cum Tomitanis, omnium bonarum artium ciuilitatisque imperitis agebat: sed ea quæ Romæ omnibus in vsu esset. Mirum namq; erat, neminem eorum exsistere, qui Romanorum, orbis habenas moderantium, linguam a militibus, aut ab alio hominum genere doctus fuisset. Quod futurum non erat, si de promiscuo eruditis tantum sermone intelligeret Ouidius: nempe quia nihil purpuræ ad simias, nihil ad asinos musica instrumenta. Quin cum idem Ouidius summopere timeret, ne Latini sermonis inter barbaros obliuisceretur, eum designabat, quem in patria omnes callerent, ne forte si in illam rediisset, cum vxore, amicisque loqui nesciret: non illum, quem pauci admodum sibi vindicarent. Eius carmina ex 5. Trist libro, vt ab omnibus examinari possint, subiiciam,

Vnus in hoc non est populo, qui forte Latine
Qualibet e medio reddere verba queat.

Non eos quærebat hic Poeta, qui culte, ornate, concinneque, sed qui medio more loquerentur, & iis verbis, quibus sordida plebs ageret. Et paulo post,

Ne tamen Ausonia perdam commercia lingua,
Et fiat patrio vox mea tuta sono,
Ipse loquor mecum, desuetaq; verba retracto,
Et repeto studii signa sinistra mei.

Patrium sonum, pro patrio sermone posuit. An aliquis hodie, vel Italus, vel Gallus, vel Germanus, vel Britannus *patrium sonum* diceret Latinam linguam? Non ædepol, si saperet. Sed *patriam* quisque *linguam* recte appellaret, quam in patria iuuenes, pueri, senes, serui, nobiles denique ac sordidi, & mulieres nossent. At olim Ouidius de Latina intelligens, id optime poterat: quem admodum & Hetruscus quispiam in Sarmatia aut vltima Scythia vitam ducens, hoc sibi diligenter præcauendum esse diceret posset, ne *patrium*, hoc est, *Hetruscum sermonem* dedisceret. Et mox Ouidius,

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli,
Et rident stolidi verba Latina Geta.

Demum quod hic Poeta a plerisque quasi lasciuus reprehensus fuerit, non est aliud, quam eum nimium sibi in scribendo indulsisse: quippe vt aliqua in sua scripta ex communi sermone deriuarit, quæ Vergilius, Horatius, Tibullus, Propertiusque non protulissent. Quanquam & in inuentione ipsa, qua mirifice præstat, aliquanto profusior, seu largior, plerisque sit visus. Sed ego hęc neque vitia vocarim, neque de tam celebri Poeta quicquam in similiram

partem pronuntiare ausim, qui de Latinæ linguæ vsu, non de Poetarum excellentia hæc scripserim. Sane cum Lucilius etiam ab Horatio, tanquam qui *lutulentus fluceret, & plura tollenda relinquenda haberet*, carperetur, tam de modico sententiarum, quam verborum delectu reprehendebatur. Sciendum tamen est, Andream Alciatum in primo Prætermissorum libro cum Philelpho sentire, atque hoc ex Apuleii Asino aureo testimonio adprime ad rem facit citare. *Interrogauit*, inquit ille, *miles dominum meum, quorum vacuum duceret asinum. At dominus meus Latini sermonis ignarus, tacitus præteribat. Quapropter cum a milite deturbatus esset, hortulanus, subplicue respondit, sermonis ignorantia se quid ille diceret, scire non posse. Ergo igitur subiciens miles, vbi*, inquit, *ducis asinum istum? Respondit hortulanus, petere se proximam ciuitatem.* Ex quib. verbis, ait Alciatus, constat elegantiorem illū sermonem, qualis est, *quorsum ducis vacuū asinum?* Latinū esse, nec nisi a doctis solitū intelligi, at aliū barbarum, *vbi ducis asinū?* etiam tali in vsu fuisse, vt vel hortulani illum intelligerent, & ita loquerentur. Qua ratione & apud Celsum, Proculus ait, *sæpe audiuisse se rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse* peculiū *appellantes, quod præsidii caussa reponeretur.* Cum. n. in Latinæ dictionis significatione & rusticorū vsus a Iureconsultis allegetur, nonne apertissime demonstratur, Latinū sermonem etiam indoctis cōmunem exstitisse? Bene sane Alciatus, & Proculi verba multo plus auctoritatis habent, q̄ Apuleii locus: quem nescio an merito pleriq; barbarū in omnibus appellent. Quamuis *Vbi* aduerbium apud Plautū in Mœnechmis eodem modo positum inueniatur, cum inquit: *Demiror vbi nunc ambulet Messenio*, cui simile est, quod in Trinummo legitur: *Quid quod dedisti scortis ibidem vna trabe. Ibidem* dixit, pro *eodem.* Et Cic. pro Murena, quasdam Iureconsultorum formulas subsannans, ait: *Cum hæc fieri bellissime posset, Fundus Sabinus meus est, mea mens, deinde iudicium, noluerunt. Fundus*, inquit, *qui est in agro, qui Sabinus vocatur, satis verbose, cedo. Quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum? Ibi ego te ex iure manu consertum voco. Ibi*, pro *eo*, sine dubio vsurpabunt Iureconsulti. Quod & paulo post melius explicat: *Transit idem Iurisconsultus tibicinis Latini modo. Vnde tu me*, inquit, *ex iure manu consertum vocasti, inde ibi ego te reuoco.* Sed de Romani sermonis vsu satis multa. Plura de eadem re, & meliora forsasse apud Philelphum cum in nono, tum in trigesimo Epistl. lib. leguntur. Sed & nos aliqua in medium protulisse non pigeat: quæ si aliis probabuntur, nobis grata erunt: sin minus, eorum vento nauigabimus, qui nostra reiicient, & contrariam sententiam validioribus testimoniis rationibusque fulserint.

Tres libros de bello Ciuili Pompeiano, non videri C. Iulii Cæsaris.

CAPVT II.

Pro-

PRofecto quanto magis noſtrum ſeculum felicisſimum doctiſſimiſque viris decoratum admiror, tanto timidius ea attingere ſoleo, quæ ſic eruditorum animis inſedere, vt quæ nunquã fere in dubium ſunt reuocata. Quandoquidem cum non Ariſtarchum, ſed Apollinem prope eſſe oporteat, qui ſuum iudiciũ vulgatiſſimæ receptæq; ſententiæ anteponat, quid mihi erit faciundum, ſi tres libros de bello ciuili Pompeiano, quos a Cæſare ſcriptos omnes profitentur, C. Cæſaris nunquam fuiſſe aſſeram? Verum cum ſuum nemini a natura iudicium ſit negatum, non qui quod ſentit, libere profert, ſed qui aliorum cenſuram præ ſua nihili facit, reprehendendus videtur. Quamobrem vt conſtantem de tribus illis libris literatorum conſenſum iis relinquamus, qui publicæ fidei adhærentes, nihil præterea diligentius excogitandũ putent, non vetebor aſſerere, ſemper mihi viſum eſſe, tres libros de quibus agimus, Cæſaris candori elegantiæq; tam non conuenire, quam ſeptem de bello Gallico diuini Imperatoris ſcriptoriſq; puritatem præ ſe ferunt. Eoq; opinionis veni, ſtyli præcipue diſſimilitudine adductus: quam quia ob lectorum oculos ponere arduum eſſet, doctos rogarim, vt cum ſeptem eos, qui vnum Cæſarem ſpirant, non ſemel aut iterum, ſed ſæpiſſime legerint, in eiſq; ſcribendi modum Cæſari peculiarem obſeruarint, tres de bello Pompeiano cum illis conferant. Quod niſi illos maxime diuerſa ab his ratione, inſtituto, conſilio, copiaq; conſcriptos protinus agnoſcant, mihi vni meam ſententiam relinquant. Vtq; ſingula omittam, vel prima verba eius operis, quod Cæſaris non eſſe puto, a C. Cæſare puriſſimo dulciſſimoq; eloquentiæ flumine exuberante mihi abhorrere perſuaſum eſt. Illa autem ita ſe habent: *Literis a Fabio C. Cæſaris COSS. redditis, agre ab iis impetratum eſt, ſumma tribunorum plebis contentione, vt in ſenatu recitarentur.* Quam huic contextui non quadrant illa? *Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres, quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipſorum lingua Celtæ, noſtra Galli appellantur.* Et: *Cum eſſet Cæſar in citeriore Gallia in hybernis, ita vt ſupra demonſtratum eſt, crebri ad eum rumores afferebantur, literisque item Labieni certior fiebat, omnes Belgas, quam tertiam eſſe Galliæ partem dixeramus, contra populum Romanum conjurare, obſidesque inter ſe dare.* Sed hæc exempli cauſſa recitata ſint. Alia enim, quæ non ad ſolas periodos, verum ad diuerſum in totis operibus ſcribendi morem pertinent, tam multa, tamq; conſpicua ſunt, vt mihi quidem facillime comprobarint, ſeptem libros de bello Gallico M. Tullii de Cæſaris cõmentarius iudicio facillime reſpondere: tres vero de bello ciuili, non elegantius eſſe compoſitos, quam reliquos de bellis Alexandrino, Africano, & Hiſpanienſi. Quin & ratio affatim, quod volumus confirmat. Etenim cum Cicero Cæſarem quoſdã commentarios rerũ ſuarũ ſcripſiſſe teſtetur, ad paucos referendã dicas eius

sententiam, siquidem innumerabilia Cæsaris bella per totum terratum orbem confecta considerentur. Ad hæc, qui quos de bello Gallico inchoarat imperfectos reliquit, alios de bellis ciuilibus nō videtur conscripsisse. Tum ea fuit C. Cęsaris in exarandis rerū suarum commentariis mens, vt paratam haberent, vnde sumerēt, qui scribere vellent historiam: quod non de bellis in Italia, in Græcia, in Hispania, hoc est in conspectu populi Romani gestis, sed de iis interpretari par est, quæ in Gallia, cuius intima atq; (vt ita dicam) fontes ipse Romanorū primus adiit, vicitq;, hoc est in locis ignotissimis commisit, omnium Imperatorum, qui vnquā fuerūt præstantissimus: quippe qui ad literas, & ad arma natus, cum in vtrisq; excelluerit, in illis, si nō aliis, saltem M. Tullio cedere possit, in his autem non modo non æqualē, sed ne secundum quidē, nisi magno interuallo habuerit. Huc pertinet, quod qui ad bella ciuilia inuitus, & quasi capillis protractus fuit, eorum stragem non manifestans, præterea vndecies C. & XCII. M. hominum pręliis occiderit, quod ipse clam esse cupiebat, suis cōmentariis aperire fuisset coactus. Sane Suetonius Tranquillus, grauissimus auctor, qui omnia C. Iulii Cæsaris facta dictaq; diligentissime exsequitur, tres illos libros inter eius scripta refert. Quod si verum est, nullus fuerit nostræ coniecturæ locus, quæ tamen cum mihi arrideat, non recuso, quin cereri egregii atq; antiqui scriptoris auctoritatē sequantur. Ego enim, vt Tranquilli de eare testimonium, tanquam maxime verum aliis relinquam, priuato quodam iure aliter sentio. Asinius quippe Pollio, vt idem Suetonius tradit, omnibus Cæsaris commentariis veritatis fidem adimebat, eumq; nisi tam cito occupata republica interfectus fuisset, illos rescripturum correcturumq; aiebat. Quod multa temere suis credita, pro certis asseruisset. Qui tamen in excellentissimum quemq; Romanorum scriptorum calamum strinxerit, qui inquam nec Ciceroni, vt Liuium, Sallustiū, similesq; præteream, pepercerit, cum in Cæsare Patauinitatem non posset, mendacia deprehendit, dignus quem non diligentiæ (nam ea præstitisse, memoriæ proditum est) sed obscuræ negligentiæ nomine, antiqui celebrassent: præsertim quod nunquā tantum gloriæ veterum iudicio promeritus est, quantum eorum quispiam, quos quasi capitales hostes exagitabat. Quam vellem aliqua supersesse tam oculati Lyncei monumenta? Nam si alios ipse hostiliter carpebat, quam aculeatos posteritatis morsus fuisset expertus? Quo pacto Ciceronianorum, qui nostra ætate infiniti prope sunt, impetus sustineret?

De ætate Nestoris: Item de longissimis hominum vitæ spatiis.

CAPVT III.

HOmerus Poeta nunquā satis laudatus, primo Iliados libro de Nestore loquens, sic ait:

Τῷ δ'

Τῷ σ' ἤδη δύω μοῖρ' γενεὰ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθιαθ', οἱ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο
Ἐν πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τρίτατοισιν ἄνασσεν.

Quos versus Porphyrius in libro de Homericis quæstionibus enarrans, non tam mihi absolute Nestoreæ ætatis rationem, quã Eustathius explicasse videtur. Quanquam & hic cum tres recenseat pro ea re opiniones, earumque duas confutet, vix tamen ita rem attigerit, vt sibi satisfeciſſe sit existimandus. *Cæterum quod ad rem nostram pertinet, hoc fermo modo se habet, vt cum Homerus duas hominum ætates Nestori defeciſſe, tertiã Troiani belli tempore imperasse scribat, ex historia hoc secundum quosdam explicandi appareat. Herculis etenim Nestore adhuc iuuene Pylum obsidens, cum scilicet Apollo et Neptunusque iuxta Pindari sententiam obstiterint, senes primæ ætatis, atque in secunda ætate florentes necauit, omnes ante Nestorem in Pylo genitos, educatosque: senes quidem, qui vsui sibi obfuerant: (Pyli autem regem Neleum excipere Herculem, & expiare cæde prohibuerant) iuuenes vero, propterea quod pugnando nocendoq; restitiſſent. Tertiam autem puerorum ætatem, tanquam inculpabilem, sibique nulla in re contrariam seruauit, cui postea Nestor imperarit. Sed sciendum est*, inquit Eustathius, *quoniam qui sic sentiunt, cum de iis tantum loquantur, qui Nestoris tempore exsistebant, non longam admodum Nestori ætatem aperte tribuisse. Proinde alii sic inquiunt: Ætates* (quę Homero γενεὰ dicuntur) *iuxta antiquorum opinionem triginta annorum fuisse, quibus homo perficitur: quod & Hesiodo placuit. Nestori igitur duæ hominum ætates corruptæ fuerant, hoc est, transierant: tertia autem, atque in ea iuuentibus imperitabat, scilicet sexaginta excedebat annos.* Atq; hæc nimirum Porphyrii est sententia. *Verum & ea nihil quam meras nugas continet.* Subdit Eustathius: *Primum quod non aperte quot annorum Nestor esset, ostendit, nisi quod sexagesimum annum excesserat: tum quod Homeri verba, quæ eorum ætatem defeciſſe indicant, qui secum ἐν πύλῳ ἠγαθέῃ nutriti genitique fuerant, huic expositioni non conueniunt. Alii itaque sic sentiunt: duas quidem hominum ætates integras transiſſe, ipsum autem tertiis antea imperasse, cum iuuenis in iuuenes iam & perfectos milites imperium habuisset. Laborarunt illi quidem, temporeque corrupti ac pugnæ inutiles redditi sunt, hocque pacto vna Nestorem ætas deseruit. Imperauit rursus Nestor ætatis florentibus, qui itidem eo atque ad obeunda opera calore destituti fuere. Hæcque secunda est ætas. Ipsi æquales superioribus sub ipso Nestore exsistentes, nutriti genitique vna fuerunt. Ipsis autem corruptis, Nestor adhuc superuixit: nunc tertiæ ætati, floridæ videlicet, Troianisque aduersanti imperat. Vtpote qui non in tertiam hanc ætatem imperium habeat, sed in puerilem illam, quæ capta Pylo seruata fuit. Vel iam senio confectus etiam viris dominatur; qui sexagesimum annum exteſſiſſent, ac sibi similes essent,*

quorum nullus Achiuis in bello vsus esset. Quare rectius dici posset, tertia ætati imperasse Nestorem, quarum duæ antea præterita amplius non sint: tertia autem nunc imperat Nestor, vnius tantummodo tertia ætate. Quod autem ætas varie accipiatur, veteres significant. Herodotus sane dictam triginta annorum ætatem aliquantulum extendens, tres hominum ætates centum esse annos asserit. Sic Eustathius. Homeri ætatem interpretatur: cuius verba, si quis nosse velit, hæc sunt: Εἰ δὲ, ὅπερ ἐνίοις δοκεῖ λέγειν τισὶ τὸν Ὁμηρικὸν ἥρωα Νέστορα, ἔτη γεγονότα ἑκατὸν τὰ νέστορος, τῶν Πύλου παλιγκίου, ὅπερ καὶ πεντεκαιδέκατον αὐτῷ, καὶ ἀπόλων αὐτὸν ἔτεκεν, καὶ τὰ πενήκοντα ἔτη τὰ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ, μέχρι ἐκείνου ζῆσαι, καὶ δεύτερον ζῆσαι, τὰς ἀκμὰς ζοιδώς, ὡς ἐν νέστορος ἄμφω καὶ ζῆσαι ὡς καὶ τραφῆναι ὡς ἐν τῇ Πύλῳ, καὶ σκέψις μὴ ἀκόλουθον, ἢ ζῆσαι τὰς μεταξὺ. ὡς λογίσεις ὁλοσχερῶς. σκόπουσι δὲ τὸν τῆς Πύλου βασιλέα ἡλίκα, τοσοῦδε ἔξαδας, καὶ καθ' ἑκάστην φύσιν τὴν ἡρακλείαν τάσεις ἢ ἧς τὰς ἀκμὰς, ὡς καὶ ἥρωσι λυπησάσης. μεχρόμενοι γὰρ αὐτῆς τῶν δι' ἑπτὰ τῶν πεμπτῶν ζῆσαι τῶν πάντων ὡς ἀμείνω, καὶ μηδὲν αὐτὸν ὀλαύσαντα, ἧς καὶ ἥρξεν ὕστερον ὁ νέστωρ, τῆς τρίτης ὀλκῆς. ἴσεσθαι δ', ὅτι ὁλοσχερῶς ἔστιν, ἴσασι μὲν τοι τῶν καθ' ἑαυτὸν νέστορα καὶ μάλιστα πολυχρονιότητα φανερῶς ἐπιμαρτυρεῖ αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ ὅτε φασὶν ὅτι μάλιστα τὰς παλαιὰς οἱ τελάκοντα χρόνοι, μιᾷ δ' ἐς πλείστην αὔξησιν, ὡς δικαίως καὶ ἡσιόδῳ, ἐν τῷ. Μήτε γενικῶν τῶν ἐτῶν μόλα πολλὰ λοιπεῖν.

Τῷ τοίνυν νέστορι, δύο γενεαὶ ἀνθρώπων ἐφθίαθη, τετάρτη πεπλήρωται δὲ τρίτης γενεᾶς καὶ ἓν ἐν αὐτῇ οἱ τῶν τετάρτων ὑπερέχον τὸ ἑξηκοστὸν ἔτος. ἐγὼ δὲ καὶ ὁλοσχερῶς ὅτι ὡς ἐπισκοπεῖσθαι τὸ ὡς ἐπὶ μέρους, ἀλλὰ δηλῶσαι μόνον, ὅτι ὑπὲρ τὰ ἑξηκοστὰ ἦν ἔτη ἔτι καὶ ὅσον τὸ οἱ οἱ πεζοῦσιν ἅμα ἱππεῦσιν ἐδ' ἐγένοντο ἐν πύλῳ, ἀκόλουθος ἂν εἴης τῶν τοιούτων ἐννοιαν συμπεδεῖσθαι λέγειν ἂν τις καὶ τελεῖν ἐννοια τοιαύτη, ὅτι δύο γένη ἀνθρώπων ὅλα παρῆλθον. αὐτὸς δὲ ἀριθμῶν τελείων ἦν ἀστεν, οἷον ἑβδομηκοντούτει ἐπὶ πάντα λαὸν ἡλίκων, ἀλλὰ μέσων, καὶ ὧν τελειῶν τραπωτῶν, ἀπὸ καμὼν ἐκεῖνοι, καὶ τῷ χρόνῳ ἐφθίτο, καὶ παρθένος μεγάσιν ἀστομαχεῖ καὶ ἰδ' ἐφθίθη τῷ νέστορι μία γενεὰ ἐξῆς ἑτέρων ὁ νέστωρ, τῇ ἀκμῇ τῇ ἥλοτων. ἀπ' ἐρεύνει δὲ τὰ χρόνῳ, καὶ αὐτὸς τὸ ἡσιόδειον ὡς ὁ, καὶ ἀπίσω τὸ ἀσθενὲς ἔρμα γερμόν καὶ ἰδ' ἀδύτερα γενεὰ ἔτοι οἱ ἐπίσης τοῖς ἀσθενέσιν, τοῦ αὐτῷ, ἤτοι τῷ νέστορι ὄντες, ἅμα τραφῆναι, καὶ ἡγεῖσθαι φθαρέντων δὲ καὶ αὐτῶν, ὁ νέστωρ ἐπ' ἐξήκοντα. τῶν δὴ τελεσθαι ἀνδρῶν ἡλικίας, ἀκμὴν ἐλαδὴ καὶ αὐτὸν πάλιν τοῖς τροπῖν, ὡς ἐπὶ μὴ τοιαύτης ἀρχῆς ἑλκύσης ἡλικίας. ἀλλ' ἐκείνης ἧς παιδικῆς ἧς περιπαίσης ἐν τῇ ἧς πύλῳ ἀλώσει, ἢ καὶ ἄλλως, αἰδρῶν τῶν ὑπερ τὰ ἑξήκοντα ἔτη, ἐπιπλῶν ἀρχῆς καὶ ὁμοίως ἐαυτῷ ἐξ ἂν ἀδύνατα τοῖς ἀχαιοῖς εἰς μάχην ἰὼν λυσιτέλεια ὥστε μᾶλλον ἢ τὸν λιχεῖν ἂν, τελεῖν ἄρχῃ ὁ νέστωρ γενεᾶς, ὧν ἀμφὶ δύο ἀσθενῶν γεγενῆσθαι, ἀκέπ εἰσι. τῆς δὲ τρίτης ἄρτι ἀρχὴ αὐτὸς, ἐξακόσιοι καὶ εἰς γενεὰν τελεῖν. ὅτι δὲ τὸ ἡλικὰ πολυσημαντόν ἐστι, δηλοῦσι οἱ παλαιοί. ἴσεσθαι δὲ ὅπλῃ ῥηθέσιν τελάκοντα ἔτη γενεὰ ἡρόδοτος βραχύπαρεικτέων φησὶ, ὡς γενεαὶ τρεῖς ἀνδρῶν, ἑκατὸν ἔτεα εἰσί. Quid. tamen Latini quoque alii non pauci, sic Nestorem a Poeta positum volunt, vt tria is

tria is ſecula, hoc eſt trecentos, aut circiter annos vixerit. Ouidius enim Metamorphoſeos libro duodecimo ſic eum Achilli aliiſque Græcis Centaurorum cum Lapithis pugnã referentẽ loqui fingit,

Tum ſenior: Quamuis obſtet mihi tarda vetuſtas,
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis,
Plura tamen memini nec quæ magis hæreat, vlla
Pectore res noſtro eſt, inter bellaq; domuſq;
Acta tot: ac ſi quem potuit ſpectaſſe ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere, vixi
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

Et Tibullus libro quarto:

Vixerit ille ſenex quamuis, dum terna per orbem
Secula fertilibus Titan decurrerit horis.

Propertius libro ſecundo:

Neſtoris eſt viſus poſt tria ſecla cinis.

Quos imitatus Iunius Iuuenalis, Satyra decima ita ſcripſit?

Rex Pylius, magno ſi quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit a cornice ſecundæ:
Felix nimirum, qui per tot ſecula mortem
Diſtulit, atq; ſuos iam dextra computat annos,
Quiq; nouum toties muſtum bibit.

Nam Næuius in Alceſti (vt inquit Gellius) triſeculiſenem eum appellauit, qui etiam a Græcis τρεγήρων dictus eſt. Et quidem cum Neſtoris ætas in prouerbii locum abierit, quo pacto id fieri aut potuit aut debuit, niſi ille tam diu viriſſet, vt communem fere hominum vitæ conditionem exceſſiſſet? Aut ergo poetico more Græcus Poeta, hiq; omnes locuti ſunt, & ex ea fabula occaſionem adagio datam dicemus: aut ſi vera Neſtoris ætas conſideretur, neceſſe eſt eum longo ſpatio centum annos exceſſiſſe, qui prope vnus pro ipſa temporis vetuſtate ponitur. De quo licet ab incerto auctore elegantiſſime ſcriptum eſt:

Carmina quæ Pylium ſeclis accepta futurum,
Carmina quæ Pylium vincere digna ſenem.

Quamuis Propertius Tithonum ſic vt Neſtorem poſuerit, cum ait:

At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus,
Sine ego Tithonus, ſeu tibi Neſtor ero.

Ouidius porro *Pylios annos*, pro infinitis viro, *Cumæos* autem fœminæ eodem animo optauit, cum libro ſecundo de Ponto ita caneret:

Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos
Viuant, & poſſis filius eſſe diu.

Nec ſum neſcius, non modo noſtris temporibus, ſed Heroicis etiam, hoc eſt, illis quibus Neſtor vixit, adeo breuem fuiſſe vitam, vt ſi quis ſupra ducẽtos viriſſet annos, miraculi loco eius ſors ponidebuerit. Quis tamen, cum hæc maxima ex parte hominum

vitæ breuitas fuerit, quemquam communem aliorum ætatem excedere potuisse neget? An non sicut naturam ceteris in rebus plurima maxime admiranda edidisse videmus, idem in vnius pluriumue hominum vita efficere valuisse dicemus? Iam nisi Mosen mentiri asseramus (vt de ceteris qui ante diluuium fuerunt silea) quis Mathusalem nongentos sexaginta nouem annos vixisse infitiabitur? Sed hoc pleroſq; deterruit, tanquam infandum aliquod inauditumq; portentum. Ego tamen iis, qui veteris instrumenti historiam tanquam hominum commentum, ac non potius Dei optimi maximi donum pro tempore datum arbitrantur, perfacile concesserim, vt huiusmodi testimonia aspernentur. Nos enim, qui Mosen Dei seruum legem tantisper perfectam, dum Messias, (qui est CHRISTVS, Deus noster, verus Deus, verusque homo) aliam meliorem ferret, Hebræis reliquisse pro constanti asseueramus, maiorem illis, quæ a Mose scripta sunt fidem adhibemus, quam iis quæ nostris ipsi oculis intuemur, cum omnis homo mendax sit, vti a diuino vate scriptum est: Sancto autem SPIRITVI, qui per Mosen aliosque Prophetas locutus est, nullum mendacium affingari queat. Aurelius quippe Augustinus, libro de ciuitate Dei decimoquinto, multis verbis eorum confutat opinionem qui annos aliter in sacris literis accipi perhibent, quã quibus nos vtamur. *Neque enim vllomodo audiendi sunt*, inquit, *qui putant alter annos illis temporibus computatos, id est, tanta breuitate, vt vnus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter, inquiunt, cum audierit quisque, vel legerit nongentos annos quenquam vixisse, debet intelligere nonaginta. Decem quippe illi anni vnus annus est noster, & decem nostri centum illi fuerunt. Ac per hoc (vt putant) viginti trium annorum fuit Adam, quando genuit Seth, & ipse Seth viginti habebat, & sex menses, quando ex illo natus est Enos: quos appellat scriptura ducentos, & quinq; annos. Quoniam sicut isti suspicantur, quorum exponimus opinionem, vnum annum, qualem nunc habemus, in decem partes illi diuidebant: & easdem partes, annos vocabant.* Et inferius, postquam multas eorum, qui sic aiebant, rationes in medium protulit: *His velut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacræ huius historiæ, sed astruere nitentes, ne fit incredibile, quod tãmultos annos vixisse referuntur antiqui, persuaserũt sibi, nec se suadere impudenter existimant, tam exiguã temporis spatium tunc annũ vocatum, vt illi decem sint vnus noster, & decẽ nostri centum illorum. Hoc autẽ falsissimum esse, documento euidentissimo ostenditur. Quod antequã faciã, non mihi tacendum videtur, qua credibilior possit esse suspicio. Poteramus certe hanc asseuerationem ex Hebræis codicibus redarguere, atq; conuincere, vbi Adam non ducentorum triginta, sed centum triginta annorum fuisse reperitur, quando tertium genuit filium, qui anni si tredecim nostri sunt, procul dubio primum genuit, quando duodecim, vel non*

vel non multo amplius, annorum fuit. Quis poteſt hac ætate generare, vſitata ita nobiſque notiſſima lege natura? Sed hunc omittamus, qui fortaſſe etiam quando creatus eſt potuit. Non enim eum tam parvum, quam infantes noſtri ſunt, factum fuiſſe credibile eſt. Sed filius eius non ducentorum quinque, ſicut nos colligimus, ſed centum quinq; fuit, quando genuit Enos: ac per hoc ſecundum illos nondum habebat undecim annos ætatis. Quid dicam de Cainam eius filio, qui cum apud nos centum ſeptuaginta reperiatur annorum, apud Hebræos ſeptuaginta legitur fuiſſe, quando genuit Malalehel? Quis generet homo ſeptennis, ſi tunc anni ſeptuaginta nuncupabantur, qui ſeptem fuerunt? Hæc Auguſtinus, quæ paulo poſt multis diuinæ ſcripturæ locis cõfirmat. Tametſi nullus in ea, me iudice, reperiatur, qui apertius Hebræorum annos duodecim menſibus conſtitiſſe oſtendat, quam hoc ex vltimo Hieremiæ capite teſtimonium: *Et factum eſt in tricesimo anno tranſmigrationis Ioachim regis Iuda, duodecimo menſe, vicesima quinta menſis, leuauit Euil meodorach rex Babylonis, ipſo anno regni ſui caput Ioachim regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris.* Quod & in Hebræis, Græciſque codicibus eodem modo habetur. Idem quoque Auguſtinus paulo ante eodem libro, de longa hominũ ætate, q̃ ante aquarũ diluuiũ fuerunt, vita corporumque magnitudine agens, Vergilii teſtimonio humanum genus indies decreſcere docet, cum ille duodecimo Æneidos libro de ingentilapide, quem Turnus in Æneam coniecit, ita canat:

Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Quæ quamuis ad vires videantur referenda, ætatem etiam longiorem antiquis quam poſteris fuiſſe innuunt: niſi forte, quæ hominum vires imminuit, eorundem ætati pepercerit. Homerus quidem, quem vt in aliis, ita hac quoque in parte noſter Poeta eſt imitatus, parcius de lapidum magnitudine, quam Maro mentitus eſt, non duodecim, ſed duos homines vix eiuſmodi ſaxum extollere potuiſſe ſcribens: alioqui nullum in mendaciis modum ſeruare ſolitus. Eius verſus ex quinto Iliados hi ſunt, loquitur autẽ de Diomede cum Æneæ congreſſo:

ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδείδης μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο κούρω φέροιεν,
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ', ὁ δέ μιν ῥεῖα παλὰ χερὶ ᾗσι.

In duodecimo quoque, eiuſdem magnitudinis fuiſſe tradit lapidẽ, quo Hector Achiuorum caſtra effractis portis inuaſit:

ἕλκε δ' ἀναπτύξας λαιὴν φάλον, ὃς ῥα πυλέων
εἴσπεσε καθύπερθεν πυκνὸς παχὺς, οὐπερ ὕπαιθεν
ἔξοχος ἦεν, τόνδε ῥ' ἔπαλ' οὐδ' ἂν ἄνηρ δήμου ἀρείων
ῥηϊδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὐδεὸς ἐχλίσειεν,
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ', ὁ δέ μιν ῥεῖα παλὰ χερὶ ᾗσι.

Quo & alluſiſſe Iuuenalem exiſtimo, decima quinta Satyra ita ſcribentem:

Saxa inclinatis per humum quæſita lacertis,
Incipiunt torquere domeſtica ſeditione
Tela, neq; hunc lapidem, qualis ſe Turnus & Aiax,
Et quo Tydides percuſſit pondere coxam
Æneæ, ſed quem valeant emittere dextræ
Illis diſſimiles & noſtro tempore natæ.
Nam genus hoc vitæ tam decreſcebat Homero:
Terra malos homines nunc educat, atq; puſillos.

Sed ad Auguſtinum redeamus, qui praue ſentire eos, qui multa annorum millia veteribus hiſtoriis tribuant, oſtendere cupiens, magni Alexandri epiſtolæ argumento ducitur, quam ille ad Olympiadem matrem ſcripſit, a quodam Ægyptio ſacerdote ſibi ex ſacra hiſtoria renuntiata ſignificans: quæ inquam epiſtola, cum aliquot regnorum tempora demonſtraret, ea cum Græca hiſtoria neq; quam conueniebant. Ex quibus huiuſmodi annorum ſupputationes, nihil aliud eſſe quam mera figmenta cólligit Auguſtinus: moxque etiam, quaſi in auditum aliquid prodens, ſic ſcribit: *Perhibentur enim Ægyptii quondam tam breues annos habuiſſe, vt quaternis menſibus ſingerentur. Vnde & annus plenior & verior*, qualis nunc & nobis & illis eſt, tres eorum annos complectebatur antiquos. Sed nec ſic quidem, vt dixi, Græca Ægyptiæ numero temporum concordat hiſtoria: & ideo Græcæ potius fides adhibenda eſt, quia veritatem non excedit annorum, qui literis noſtris, quæ vere ſacræ ſunt, continentur. Sed quid in Alexandri Epiſtola ſcriptum fuerit, noſtra nihil refert, dum Auguſtinus recte ab Ægyptiis multa annorum millia in ſuis monumentis relata concedat: qui, ſi Plinio credimus vnicum tantum apud eos menſem haberent. Plinii verba ex ſeptimo Naturalis hiſtoriæ libro ita ſe habent: *Annum enim alii aſtate & vnum determinabant, & alterum hyeme: alii quadripartito temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere: quidam luna ſenio, vt Ægyptii, itaque apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe prodantur.* Lunarem autem annum menſem eſſe, nemini eſt dubium & Macrobius primo Saturnaliorum libro demonſtrat. *Nam ſicut lunaris annus menſis eſt*, inquit, *quia luna paulo minus quam menſem in Zodiaci circuitione conſumit: ita ſolis annus hoc dierum numero colligendus eſt, quem peragit, dum ad ſignum ſe denuo vertit, ex quo digreſſus eſt.* Et tamen Auguſtinus decimo quinto libro, eadem quæ nos Plinii verba recitauit.

De anni vero ordinatione nonnulla primo de C. Iulii Cæſaris præſtantia libro dixi. Plura tamen apud Macrobium in primo Saturnaliorum leguntur: quæ nec omnia recenſebo, nec prorſus omittam, præſertim cum aliqua Cæſaris in ordinando annorum

ſpatio

spatio institutum complectuntur. Quare sic ait Macrobius: *Sed postea C. Cæsar omnem hanc inconstantiam temporum vagam adhuc & incertam, in ordinem statutæ definitionis coegit, adnitente sibi M. Flauio scriba, qui scriptos dies singulos ita ad dictatorem retulit, vt & ordo eorum inueniri facilime posset, & inuento certus status perseueraret. Ergo Caius Cæsar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes, qui confusionem adhuc poterant facere, consumsit, eaque re factum est, vt annus confusionis vltimus in CCCCXLIII. dies protenderetur. Post hoc imitatus Ægyptios, solos diuinarum rerum omnium conscios ad numerum solis, qui diebus CCCLXV. & quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit.* Hæc Macrobius, quem, cum de Ægyptiorum anno loquitur, non de lunari, quo primo illi vsi sunt, sed de perfecto solari intellexisse dicendum est: qui vt in reliquis Romano similis fuerit, in hoc certe cũ eo non conuenit, quod à cancro illi anni principium, nostri ab aquario ducebant, vt Porphyrius ait in libro περὶ τοῦ ἐν ὀδυσσείᾳ τῶν νυμφῶν ἄντρου, his verbis: αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους οὐχ ὁ ὑδροχόος ὡς ῥωμαίοις, ἀλλὰ καρκίνος, hoc est: *Ægyptiis autem anni principium non aquarius, vt Romanis, sed cancer.* Et de annis quidem satis multa.

De longissimis namque vitę spatiis aliqua ex Plinio proferenda sunt, vt si Homerum tria secula Nestori vere tribuisse fateamur, nihil noui, præsertim a Poeta factum credamus, cum alii quoq; Poetę & historici multo plures nonnullis tribuerint. *De spatio atque longinquitate vitæ hominum*, ait Plinius, *non locorum modo situs, verum exempla, ac sua cuique sors nascendi incertũ fecere. Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit fabulose (vt reor) multa de hominum ætate referẽs, cornici nouem nostras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis, & reliqua fabulosius in Phœnice ac Nymphis. Anacreon Poeta Arganthonio Tartessiorum regi CL. tribuit annos, Cynira Cypriorum decem annos amplius, Ægimio CC. Theopompus Epimenidi Cnosio CLVII. Hellicanus quosdam in Ætolia Epiorum gentis, CC. explere, cui adstipulatur Damiates, memorans Pictoreum ex iis præcipuum corpore viribusq; etiam CCC. vixisse. Ephorus Arcadum reges CCC. annis, Alexander Cornelius Dandonem quendam in Illyrico quingentis vixisse. Xenophon in Periplo, maritimorũ regẽ DC. atq; vt parce mentitus, filium eius octingentos.* Sed enim hæc, vt fabulosa non probat Plinius. Iccirco paulo inferius, ad confessa se transire affirmans, *Arganthonium Gaditanum LXXX. Masinissam sexaginta annis regnasse, illumq; quadragesimo cœpisse pro certo habet. Idem Gorgiam Siculum CVIII. vixisse, Quintumque Fabium LXXX. annis augurem fuisse*, pro indubitato ponit Et mox: *In Tmoli mõtis cacumine, quod vocãt Tẽpsim, centũ quinquaginta annis viuere Mutianus auctor est. Totidem annos censum Claudii Cæsaris censura T. Fullonium Bononiensem, idq; collatis censibus, quos ante detulerat, vitaq; argumẽtis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit.* Hęc ille:

qui de huius Titi Fullonii vita tradita vera esse non dubitans, inter figmenta (vt vidimus) retulit, quæ Anacreon de Tartessiorum, ac Cynira Cypriorum rege, Theopompusque de Epimenide Cnosio tradiderunt: quasi portentum fuerit, si T. Fullonius C L. annos vixerit eosdem expleſſe Arganthonium, ſeptem tranſiſſe Epimenidem, denis Cypriorum regem. Ego vero, vt de Pictoreo nihil dicã, de Ægimio facile crediderim, nec minus de Epiorum in Ætolia gente, iiſque qui in Tmoli cacumine habitant, cum non ſit dubium (ſicut oſtenſum eſt) etiam nongentos annos exceſſiſſe eorum aliquos, qui ante Noe fuerunt. Sane Valerius Maximus eadem ferme de humanæ vitæ longitudine, quæ a Plinio ſcribuntur, octauo priſcorum exemplorum libro memoriæ prodit, vt hunc ab eo, ſi non omnia, plurima certe accepiſſe, vero ſit quam ſimilimũ. Quid Lucianus? Nonne accuratius eos qui diu vixerunt collegit, quam eorum quenquam, quos hactenus nominauimus? At enim quæ ille accuratiſſime exſequitur, nobis omittenda ſunt, qui non hoc agimus, vt omnes omniũ ætates colligamus, ſed de Homerico Neſtore aliqua dicentes, quę ſe nobis eo ſpectantia obtulerunt, iis addidimus. Vtque primis poſtrema connectamus, hic quem nominauit Lucianus, eundem, quem & nos (ſuo opuſculo, quod μακρόβιοι inſcribitur, Neſtorem præpoſuit, quem tria ſecula, vt eſt, ab Homero vixiſſe dictum ſimpliciter intelligit, cum & animo nobis & corpore a ſummo vate exercitatus commendetur. Nam quæ de Tireſia vate, qui ad ſex vſque hominum ætates vitam produxerit, ſubiungit, magis forte fabuloſa videri debent. Licet Lucianus ipſe hominem diis carum, moderatoque victu vtentem, longiſſimam vitam viuere valuiſſe cenſeat, de vtroque ita ſcribens: Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν ἀχαιῶν ἐπὶ τρεῖς παρῆκεν γενεὰς ὁμιλῆσαι, ὡς σωισπιν ἡμῖν γεγονέναι μόνον ἀρετὴ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα. καὶ ἐπειδὴ δὲ τὸν νέον, ἡ τραγῳδία μέχρις ἐξ γενεῶν παρῆκεν εἰς λίγειαν. πάντων δ' ἂν εἴην, ὦ ἄνδρα θεοῖς εὐαπείμενον, καὶ καθαρώτατον διαίτης καὶ μόνον τὸν ἐπιμήκιστον βιῶναι. Fuit autem Neſtor Nelei Chloridisque filius, vndecimque fratres habuit, quos omnes Hercules Pylum diripiens trucidauit. De qua re apud Ouidium libro duodecimo Metamorphoſeos, ipſe ſic ait, Tlepolemum alloquens:

Ille tuæ genitor Meſſenia mœnia quondam
Strauit, & immeritas vrbes, Elimque, Pylumq;
Diruit, inq; meos ferrum flammaſq; penates
Impulit. Vtq; Alios taceam, quos ille peremit,
Bis ſex Neleida fuimus, conſpecta iuuentus,
Bis ſex Herculeis ceciderunt, me minus vno,
Viribus.

Hic ſapientiſſimus in Græcorum exercitu habitus eſt:

τὸν καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Quapropter Agamemnon non multos aut Aiaces, aut Achilles, ſed multos

multos a diis Nestores sibi concedi optauit. Et Cicero nono Familiarium de eo sic inquit: *Est tamen non alienum a dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem: mihi vero gloriosum, te tuentem consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinamea.* Quod si quot filios præter Antilochum, qui in Troiano bello exstinctus est, habuerit Nestor, iis quæ d ximus subiũgere velimus, his carminibus eos omnes in tertio Odysseæ Homerus comprehendit:

ὅσσι δ' ὕπιες ἐσθλοὶ ἠγερέσθων,
ἐν Φαλάμοιν ἰλθόντες, ἴσχφρονα βουλὴν ἔχοντες,
ἄφρονες, ἀρήϊοι, καὶ ἀνδρῶν θαυμακόθης
τῶν δ' ἕπεθ' ἕκτορ πειθέσθαι θ' ἅλυξιν ἄρης.

De aliquot Lactantii Firmiani erratis.

CAPVT IV.

LActantius Firmianus, Arnobii auditor, Latinorum omnium, qui Theologica tractarunt citra controuersiam eloquentissimus, nostræque religionis assertor acerrimus, celeberrimi dum viueret nominis, propter singularem excellentiam, a Christianæ pietatis cultoribus habitus est: editisque non paucis elegantissimis magnaque eruditione refertis lucubrationibus, quatum bona pars doctorum manibus teritur, pars vero commune cum ceteris Romanorum scriptis naufragium passa est, sic in omnium ore versatur: quasi qui vnice cuncta philosophorum dogmata Christianis ex diametro aduersantia optimis rationibus peruertens, & grauissimis sententiis, & styli candore vnice sit commendandus. Quamobrem fuerint licet, qui alias Theologiæ partes facilius, quam ille atque etiam argutius excoluerint: in iis tamen quæ ad confutanda gentium (sic enim vocabantur, quicunque ante Christi aduentum legem a Mose traditam non amplecterentur) placita, spectant, nemo ad hãc diem exstitit, quantum quidem ipse iudicare valeo, qui cum Lactantio longo interuallo sit conferendus: vel quia rerum verborumque pondere, ac efficaci quadam naturæ vi susceptum contra munitissimas Ethnicorum sententias munus egregie obit: vel quia paucis verbis plurima complectitur, semper (quod de Thucydide perhibet Marcus Tullius) sibi instans, nullasque sordes, vt alii complures faciunt, secum trahens. Quod nisi tam eximius auctor plurima scripsisset, in quibus vix credas, virum tam cutiose in sacris prophanisque literis versatum labi potuisse, cum vnum ex omnibus Latinis scriptoribus maxime deligendum censerem, qui pueris in manibus semper esset, vt eodẽ tempore illi ex vnius lectione & Christianæ fidei rudimenta, & Romani sermonis puritatem discerent. Nec enim eorum sententiam probo, qui aut Euangelia ab illis, aut veteris Instrumenti libros legendos esse autumant: cum id vix tuto ab iis fiat, qui iam grandiores, non facile propter quodus dubium a recta via aberrant. Nam vt ipsa Euan-

geliſtarum ſcripta quæ facilima prima facie apparent (quamuis plurima in eis legantur, quæ non ſatis firmis fabulam ſapere videri queant) hoc loco præteream, quis Diui Pauli epiſtolas, & eam præſertim, quæ ad Romanos ſcripta eſt mediocriter in Theologicis exercitatus intelligat? Equidem quoties eum de fide, ac per eam iuſtificatione, de lege ac peccato, de prædeſtinatione ſanctorum, de præputio ac circumciſione, ſimilibuſque differentem lego, non mihi Platonem aut Ariſtotelem, ſed longe eorum axiomatibus abſtruſiora reconditioraque legere videor. Quid de obſcuriſſimis Apocalypſeos myſteriis erit dicendum? An ea a pueris lectitanda erunt? Nihil minus, me auctore: imo nec prophetarum quenquam, nec Iob, nec Moſaici Pentateuchi pleraque iis offerenda exiſtimo: quæ vir in ſacra Theologia diu multumque voluratis peruia ſunt, nempe quod ipſi per ſe rerum difficultate perfacile opprimerentur: nemoque alicuius ſcientiæ cognitionē conſequi exacte poteſt, quin excellentem aliquem in ea magiſtrum ſortiatur. Propterea CHRISTVS IESVS non omnibus in ſe credentibus Euangelii prædicationem protinus conceſſit, ſed Apoſtolis tantum, quos ipſe viuens erudierat: a mortuis autem ſuſcitatus, infuſo in eos SPIRITV SANCTO, in omni Euangelica doctrina præſtantiſſimos reddiderat. Euntes in mundum vniuerſum, inquit, prædicate Euangelium omni creaturæ. Diuuſque Paulus prima ad Corinthios epiſtola, Apoſtolos CHRISTI miniſtros, myſteriorumque Dei diſpenſatores vocat. An ergo pietatis Chriſtianæ dogmata pueris ſunt neganda? Ego vero nihil patribus magis curæ eſſe debere opinor, quam vt primo quoque tempore liberos ea doceri curent, quæ Chriſtianos in primis credere oportet, atque ad conſequendam ſalutem ſunt neceſſaria: ita tamen, vt paulo altiora, quibus ſacri libri toti ſcatent, curioſius non ſcrutentur, ne altum ſapiant, ſed ad ſobrietatem tantum. Verum vt his omiſſis, quæ ſuis forte locis copioſius a nobis differentur ad Lactantium redeamus, cum is (vt dixi) ſæpiſſime errauit, Chriſtianuſque nihilo minus ac Theologus exſtiterit, ea de cauſſa pueris non eſt legendus, quod periculum eſſet, ne illi omnes Chriſtiani ſcriptoris ſententias promiſcue imbiberent: quod in ceteris tum Latinis, tum Græcis auctoribus minime timendum eſt, cum eos in tenebris ambulaſſe, atque a noſtræ fidei ſcopo ſummopere abhorruiſſe non ignorent. Ceterum vtcunque alii de legendis Firmiani operibus ſenſerint, mihi omnia eius errata colligere non eſt in animo, ſed pauca, ac illud præcipue, quod ad humanæ vitæ longitudinem ſpectat, cum de eo paulo ante Neſtoreæ ætatis rationem explicantes, nonnulla dixerimus. Etenim cum poſt diluuium fieri potuiſſe, vt quis ad ducenteſimum annum peruenire, ac eum numerum etiam tranſcenderet, partim rationibus, partim veterum teſtimoniis oſtenderimus, ſic in ea re decep-

ceptus

ceptus est Lactantius, vt nemini post humanum genus per Noe ac eius filios reparatum, centesimum vigesimumque annum excedere licuisse crediderit: inde arrepta occasione, quod Deus optimus maximus sexto Geneseos capite sic loquatur: *Non permanebit spiritus meus in homine in aternum, quia caro est, eruntq; dies illius centum viginti annorum.* Quapropter Lactantius libro Diuinarum institutionum secundo, sic ait: *Deinde orbe siccato, exsecratus iniustitiam prioris seculi Deus, ne rursus longitudo vitæ caussa esset excogitandorum malorum, paulatim per singulas progenies diminuit hominis ætatem, atque in centum & viginti annis metam collocauit, quam transgredi non liceret.* Sed insignem in hoc Firmiani errorem agnoscimus, cum Abraham, qui multis post diluuium annis natus est, centum & septuagintaquinque annos vixerit, vti de eius vita scribit Moses: Isaac autem eius filius, centum octoginta. Nam ipse Moses, qui multis etiam seculis post eos vixit, sic centum & viginti annorum spatium decurrit, vt ante tempus mortuus, quia scilicet Dei in se iram concitauerat, nullam oculorum caligationem, nullam dentium iacturam passus fuerit: quod de iis, quibus centum tantum ac viginti annorum vita concessa est, inauditum videri deberet: quia

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.

Illorumque alterum Isaac, qui & ipse Deo gratissimus, CHRISTIque typus fuit sacræ literę contigisse nominatim testantur. Atqui & mulhebre genus, cuius vitam virili contractiorem esse scimus, eum annorum numerum excessit, quem Lactantius prefinitum, humano generi concessum autumat: quando Sara Abrahæ vxor centum ac viginti septem annos vixit. Proinde is, quem de centum ac vigitinti annis recitauimus, Geneseos locus, nequaquam ad id spatium est referendus, quod nobis Firmianus ingerit: sed ad illud potius, quod Deus hominibus, antequam aquarū inundationem in orbem vniuersum mitteret, si commissorum scelerum pœnitentia ducerentur, concessit.

Idem Lactantius eiusdem quod supra citauimus operis libro septimo, de mundi ætate loquens, vbi multa de eius origine contra Platonem Chaldæosque disseruit, sic inquit: *Sciant igitur philosophi, qui ab exordio mundi seculorum millia enumerant, nondum sextum millesimum annum esse conclusum: quo numero expleto, consummationem fieri necesse est, & humanarum rerum statum in melius reformari, cuius rei argumentum prius est euarrandum, vt ratio elucescat. Mundum Deus & hoc rerum naturæ admirabile opus (sicut arcanis sacræ scripturæ continetur) sex dierum spatio consummauit, diemq; septimum, quo ab operib. requieuit, sanxit. Hic est autem dies sabbati, quæ in lingua Hebræorum a numero nomen accepit: vnde septenarius numerus legitimus ac plenus est, nam & dies septem sunt, quibus*

per vicem reuolutis, orbes conficiuntur annorum: & septem stella quæ non occidunt, & septem sidera quæ vocantur errantia, quorum dispares cursus, & inæquales motus, rerum ac temporum varietates efficere creditur. Ergo quoniam sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt, per secula sex annorum, id est sex millia, manere in hoc statu mundum necesse est. Dies enim magnus Dei mille annorum seculo terminatur, sicut indicat Propheta dicens: Ante oculos tuos Domine mille anni, tanquam dies vnus. Et sicut Deus sex illos dies in tantis rebus faciendis laborauit, ita & religio eius, & veritas in hujus millibus annorum laboret necesse est, malitia prauolente ac dominante. Et rursus quoniam perfectis operibus requieuit die septimo, eumque benedixit, necesse est, vt in fine sexti millesimi malitia omnis aboleatur a terra, & regnet per annos mille iustitia, sique tranquillitas, & requies a laboribus, quos mundus iam diu perfert. Verum quatenus id eueniat, explicabe suo ordine. Hæc de mundi ætate, ex Sectorum librorum testimoniis collegit Firmianus. In sextus autem, hoc est, vigesimoquinto eiusdem libri capite, ex quorundam assertione de mundi fine sic agit: *Fortasse nunc quispiam requirat, quando ista, quæ diximus, sint futura. Iam superius ostendi completis annorum millibus mutationem istam fieri oportere: & iam propinquare illum summum conclusionis eius diem, de signis quæ dicta sunt a prophetis, licet noscere. Prædixerunt enim signa, quibus consummatio temporum exspectanda sit nobis in singulos dies, & timenda. Quando tamen compleatur hæc summa, docent hi, qui de temporibus scripserunt, colligentes ea ex literis sanctis, & ex his variis historiis, quantus sit numerus annorum ab exordio mundi: qui licet varient, & aliquantulum numeri eorum summa dissentiat, omnis tamen exspectatio non amplius quam ducentorum videtur annorum. Etiam res ipsa declarat, lapsum ruinamque rerum breui fore, nisi quod incolumi vrbe Roma nihil istius videtur, esse metuendum.*

Iam in his, multis modis a Lactantio erratum esse plane dignoscimus. Nam neque *sabbatum* Hebræorum lingua a numero nomen accepit, sed potius, quod ea die Deus ab omni opere suo quieuerit, siue cessauerit: & quæ de futura mundi consummatione tradidit, ridicula esse procul dubio intelligimus, cum non modo ducenti anni post eum iam, sed plus mille ac ducentis transierint, neque orbis incendio absumtus sit. Scimus autem quæ ab eo de sexto millesimo dicuntur, a plurimis Hebræis, Græcisque, ac nostris pro certis affirmari. Sed mihi videntur, qui ea vestigant, quæ hominibus nosse non licet, quantum in eis est, maximam Deo iniuriam facere, præter quem neminem futura cognoscere scimus. Ac ne hoc ab eo exceptum credamus, cum CHRISTVM discipulis suis omnia signa, quæ seculi consummationem præcessura erant, aperuisset, eum diem hominibus ignotum esse asseueraui-

uit

tauit. *Amen dico vobis*(ait per Matthæum) *quia non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus pater.* Hocque & apud Marcum, & Lucam legitur. Arqui prophera, inquit Lactantius, *dies Dei* sic interpretatur, vt mille anni idem sint, quod vna dies: quia mille annos ante Domini oculos sicut vnum diem esse restetur. Imo ego hunc propheram, qui* Moses fuit, nihil sibi minus quam id voluisse cẽseo. Ita enim octuagesimonono psalmo canit: Priusquam noctes fierent, aut formaretur terra & orbis a seculo, & vsque in seculum tu es Deus. Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti: Conuertimini filii hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit. Quæ verba Petrus Apostolus secunda sua epistola sic accipienda docet, vt. Deo nihil aut breue, aut longum esse declaret, nempe vt impii suorum scelerum pœnas quasi propediem sibi imminentes metuant, quasi qui eius procrastinationem nocentibus impunitatem polliceri crederent: pii veroiccirco bono animo sint, quod propter ipsorum salutem Deus patienter agat, cum neminem ex eis perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti cupiat, ad quam sceleratos redire non constat. Ait enim: *Vnum vero hoc non lateat vos carissimi, quod vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Cum ergo eodem pacto apud Deum mille anni pro vna die capiantur, quo dies vna pro mille annis, quisnam ex Mosis* testimonio mundum vsque ad sex tantum annorum millium finem duraturum sobrius colligat? Siquidem vti Deo, quando sceleratos punire, aut iustis debita præmia reddere velit, nullum annorum terminum præfinitum esse nouimus: ita quę de ea re in sacris libris tẽpora ponuntur, pro indefinitis sunt reputanda: quia Deo tam mille anni, quam centum eorum millia, vna dies esse valent. Atq; hæc quidem in iis dico, quæ ipse nos rerum Opifex latere voluit, cum in multis vocum proprietas sit spectanda, aut etiam ita vocabula pierumq; sint capienda, vt illi rei conuenire videntur, de qua Deus per os sanctorum est locutus: cuius ordinis sunt septuaginta illæ hebdomades, post quas Daniel Messiam abscissum iri vaticinatus est. De eo enim agit prophera, quem Deus intra certum tẽpus venturum, nobiscumque versaturum, ac pro nostris delictis mortẽ postremo passurum esse, non semel pollicitus fuerat. Ideoq; cum Hebraïs Danielis verba aliter subterfugere non liceat, ad id confugiunt, vt hebdomadas eas incognitas hominibus esse prędicẽt. Quid mirum? si eo miseriarum obcœcati obstinatique redacti sunt, ne Christum, qui vere pro nobis hostiam se patri obtulit, verum Messiam esse fateri cogantur, vt duos Messias (ita dicam) sibi in Veteri

* *Dauid. Psal. 89. qui inscribitur Oratio Mosis.*

* *Danidis.*

Instrumento promissos gatriant alterum filium Dauid, alterum filium Ioseph. O corda vere saxea. Quid hoc est aliud, quam de cœlo Deum optimum maximum diripere velle? Sed de Messia filio Ioseph, quem in bello interficiendum esse iactant, ipsi viderint. Nos vero filium Dei verum esse Messiam credamus, propter cuius mortem millesimum iam fere ac quinquagesimum annū ab iis regionibus Hebræi electi absunt, quas olim lactis melliſque fluuios habentes, salsus humor (sicuti Propheta fore minatus erat) adeo persuasit, vt nihil quicquam sit iis sterilius, nihil Vergilianæ illi tertæ similius, quæ:

Nec manſueſcit arando,
Nec Bacchogenus, aut pomis ſua nomina ſeruat.

Sed alia Lactantii errata videamus. Iocose namque ab illo dictum interpretor, mundi ruinam incolumi vrbe Roma metuendam non esse, cum nullo pacto ea salua, terrarum orbis igne absumi valeat. Multo est intolerabilius, quod Christum contra Antichristum in aere pugnaturum, ac quinto prælio victoriam relaturum cōmentus sit: quod filium a patre, ac patrem a filio fieri dixerit, q; Sancti spiritus substantiam negarit: ac plurima denique docuerit, in quibus apertissime tantum virum cæcutiisse vehementer mirarer, nisi Origeni Adamantio viro doctissimo, aliisq; non paucis idem contigisse viderem. Diuus quidem Hieronymus, Lactantii Origenisq; causſam parem ferme statuere videtur: vt scilicet eorum lucubrationes, ob multa quæ in eis optima sunt, ab eruditis ita legantur, vt magnus in eis delectus habeatur: quis inter Origenem, aliosque multos Lactantiū nominatim non recēnuerit. Eius ad Tranquillū verba hæc sunt: *Origenē propter eruditionem ſic interdum legendum arbitror, quemodo Tertullianum, Nouatum, Arnobiū, Apollinarium, & nonnullos Eccleſiaſticos ſcriptores Græcos pariter & Latinos, vt bona eorum eligamus, vitemuſque contraria: iuxta Apoſtolum dicētem, Omnia probate, quæ bona ſunt, tenete.* Idem quoque Hieronymus in libro de Institutione monachi ad Paulinum, de Lactantio sic scribit: *Lactantius quaſi quidam fluuius eloquentiæ Tulliani, Criſpum filium Conſtantini Latinis literis erudiuit, vir omnium ſuo tempore eruditiſſimus: ſed adeo in hac vita pauper, vt plerumq; etiam neceſſariis indiguerit. Vtinam tam noſtra affirmare potuiſſet, quam facile aliena deſtruxit.* Et in Epistolam Pauli ad Ephesios: *Firmianus noſter librum de Ira Dei, docto pariter & eloquenti ſermone conſcripſit: quem qui legerit, puto eum ad veræ intellectum ſatis abunde quæ poſſe ſufficere.* In scriptorum autem Ecclesiasticorum catalogo diffusius de eodem: *Firmianus, qui & Lactantius* (inquit) *Arnobii diſcipulus, ſub Diocletiano principe accitus cum Flauio Grammatico cuius de medicinalibus verſu compoſiti exſtant libri, Nicomediæ Rhetoricam docuit, ac penuria diſcipulorum, ob Græcam videlicet ciuitatem, ad ſcribendum ſe contulit. Habemus eius Sympoſium, quod adole-*

adolescentulus scripsit: ὁδοιπορικὸν de Africa vsq; ad Nicomediam, hexametris scriptum versibus: & alium librum, qui inscribitur Grammaticus: & pulcerrimum de Ira Dei: & Institutionum diuinarum aduersum gentes libros septem, & ἐπιτομὴν eiusdem operis in libro vno acephalo, & ad Asclepiadem libros duos, de Persecutione librum vnum, ad Probum Epistol. libros quatuor, ad Seuerum Epist. libros duos, ad Demetrianum auditorem suum libros duos: ad eundem de Opificio Dei, vel formatione hominis librum vnum. Hic extrema senectute magister Cæsaris Crispi, filii Constantini, in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

Eundem esse Zephyrum ac Fauonium, contra Flauii Vegetii Renati sententiam: Item de Ventis aliqua.

CAPVT V.

FLauius Vegetius Renatus, quarto de re militari libro, vbi ventorum nomina numerumque docet, de iis agens qui ab occasu flant, ita scribit: *Occidentalem vero cardinem tenet ζέφυρος, huic a dextra iungitur λίψ, siue Africus, a sinistra ἰάπυξ, siue Fauonius.* Quibus verbis alium esse *Zephyrum*, alium *Fauonium* indicat: cum tamen C. Plinius eundem esse apud Græcos *Zephyrum*, quia Latinis *Fauonius* dicitur, affirmet, libro de naturali historia decimooctauo, cum postquam de *Apeliote*, siue subsolano locutus est, sic inquit: *Tamen est siccior Fauonius, ex aduerso eius ab equinoctiali occasu, Zephyrus a Græcis nominatus. Hic ver incoat, aperitq; terras, tenui fragore saluber. Hic vites putandi, fruges q; curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi dabit, afflatuq; nutricium exhibebit.* Cui quidem ipse magis assentior, tum quod Aulus Gellius cum eo sentit, tum quod Cato, Varro, ac Columella *Zephyrum*, aut nunquam, aut perraro nominant: nimirum Latina voce vtentes, cum de *Fauonio* mentionem faciant. Nisi forte quod occidentales ventos omnes vno nomine *Fauonios* vocant, cum Vegetio sensisse dicantur. Verum is loquendi modus frequētior apud Poetas est, quam apud eos qui soluta oratione scripsetunt. Hinc Vergilius,

At vero Zephyris cum læta vocantibus æstas. Et,

Vade age nate, voca Zephyros, & labere pennis.

Quibus in locis magis minusque proprie *Zephyros* ab eo positos videmus, cum primo omnes ventos, qui ab occasu flant, sic vocarit: secundo pro quibusuis eadem voce vsus sit. Illud tamen frequētius factitauit. Nam & de septentrionalibus sic ait,

Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.

cum non omnes venti a septentione spirantes, proprie *Aquilones* appellentur. Sed hæ, similesque Poetarum varietates, diligentius a nobis perquirendæ nō sunt. Id forte magis e re nostra fuerit, cum multi de ventis accurate scripserint, aliis prætermissis, Gellii de iis ex secundo Noctium Atticarum libro verba proferre, quibus (vt

ego existimo) non multa vel a superstitiosissimo lectore addi possit. *Sotio*, inquit ex Phauorini sententia, *notum est, limites regionesq; esse cœli quatuor: exortum, occasum, meridiem, septentrionem, exortus & occasus mobilia & varia sunt: meridies septentrionesq; statu perpetuo stant, & manent. Oritur enim sol non indidem semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, cum in circulo currit, qui ἰσονύκτιος, aut ἰσημερινός, aut solstitialis, aut brumalis, quæ sunt χειμερινὴ τροπὴ, θερινὴ. Item cadit sol non in eundem semper locum sit enim similiter occasus eius aut æquinoctialis, aut solstitialis, aut brumalis. Qui ventus igitur ab oriente verno, id est, æquinoctiali venit, nominatur* Eurus, *ficto vocabulo, vt isti ἐυρολογικοὶ aiunt, ἀπὸ τῆς εὐρύτητος. Is alio quoq; a Græcis nomine ἀπηλιώτης, a Romanis nauticis* Subsolanus *cognominatur. Sed qui ab æstiua & solstitiali orientis meta venit, Latine* Aquilo, *βορέας Græce dicitur: eumq; propterea quidam dicunt ab Homero αἰθρηγενέτην appellatum.* Boream *autem putant dictum ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam sit violenti flatus, & sonori. Tertium ventum, qui ab oriente hyberno spirat,* Vulturnum *Romani vocant: eum plerisq; Græci misso nomine, quod inter* Notum & Eurum *sit, εὐρόνοτον appellant. Hi sunt igitur tres venti orientales,* Aquilo, Vulturnus, Eurus: *quorum medius* Eurus *est. His oppositi & contrarii sunt alii tres occidui:* Caurus, *quem solent Græci ζέφυρον vocare, is aduersus* aquilonem *flat: item alter,* Fauonius, *qui Græce vocatur ζέφυρος, is aduersus* Eurum *flat: tertius,* Africus, *qui Græce vocatur λίψ, is aduersus* Vulturnum *flat. Ea duæ regiones cœli orientis occidentisq;, inter se aduersa, sex habere ventos videntur. Meridies autem, quoniam certo atq; fixo limite est, vnum meridionalem ventum habet: is Latine* Auster, *Græce νότος nominatur. νοτὶς enim, Græce humor nominatur. Septentrionales autem habent ob eandem causam vnum: is obiectus directusque in* Austrum, *Latine* Septentrionarius, *Græce ἀπηρκτίας appellatur. Ex his octo ventis alii quatuor detrahunt ventos: atq; id facere se dicunt Homero auctore, qui solos quatuor ventos nouerit,* Eurum, Austrum, Aquilonem, Fauonium. *Versus Homeri sunt,*

Σὺν δ' Εὖρός τε, Νότος τ' ἐπέσε, Ζέφυρός τε δυσαὴς,
Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων.

A quatuor cœli partibus, quas quasi primas nominauimus, oriente scilicet atq; occidente, latioribus atq; simplicibus, non tripartitis. Partim autem sunt, qui pro octo duodecim faciunt, inter hos quatuor in media loca inferentes, cum meridie septentriones eadem ratione, qua secundi quatuor interfiti sunt, inter primores duos apud orientem occidentemq; Hactenus ille. Neque enim, quæ de quibusdam aliis peculiaribus nominibus a quarundam regionum incolis aliquot ventis impositis subiungit, cum his sunt producenda, cum de notionibus scribamus. Dumque quatuor a septentrione ac meridie flantium nomina Gellius prætererit, a Plinio illa, Vegetioque, aliisque compluribus poni sciendum est. Proinde qui noscere ea cupit,

pit, illos ipsos legat auctores. Porro *ventus* (vt Plinio placet) nil aliud intelligitur, quam *fluctus aeris*: vt autem Victruuio, est *aeris fluens vnda, cum incerta motus redundantia*: diciturque a *ventendo*. Ventorum autem rationem primus Aeolus inuenit, propterea que ab antiquis eorum Rex dictus est. Non defuerunt, qui hominum animam ventum esse dicerent: eaque de causa cum Scythæ per ventum & acinacem iurabant: per vitam se & mortem affirmabant iurare, quod ventus vitæ hominum causa sit, acinaces vero mortis: sicut Lucianus in eo dialogo, qui πῶς ἂν τις ὀμόσειε inscribitur, apertissime testatur. Sic enim Mnesippo in eo respondet Toxaris, εἰ σὺ λέγεις, ὦ σοι δοκεῖ, ὁ ἄνεμος, καὶ ὁ ἀκινάκης. ἦσθ' εἶναι, ὅτῳ ἄμφω ὑπάρχει, ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώπων μεῖζον κακὸν ἴσχει ζωῆς τε καὶ θανάτου; ὁπόταν μὲν τὸν ἄνεμον, καὶ τὸν ἀκινάκην ὀμνύωμεν, ταῦτα ὀμνύωμεν, ὡς τὸν μὲν ἄνεμον ζωῆς αἴτιον ὄντα, τὸν ἀκινάκην δὲ ὅτι θανατηφόρα ποιεῖ. Illud idem innuisse videtur Verg. cum ait,

Quantum ignes, animæq; valent. Et Horatius,

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Quin reperti sunt, qui *animas* ἀπὸ τῶν ἀνέμων dictas putarint. De quatuor quippe præcipuorum ventorum locis, nominibusque, Ouid. lib. 1 Metamorph. ita canit:

Eurus ad auroram Nabathæaq; regna recessit,
Persidaq; & radiis iuga subdita matutinis:
Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro: Scythiam, septemq; triones,
Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus,
Imbribus assiduis, pluuioq; madescit ab Austro.

Sed & ipse in eosdem hæc lusi,

Spirat ab aurora, tepidusq; effunditur Eurus,
Leniter occiduis Zephyrus flans imminet ortis,
Frigidus Arctoo Boreas bacchatur ab axe,
Prospicit humentem vertex antarcticus Austrum.

De Hippocentauris, Satyris, aliisque quibusdam monstris.

CAPVT VI.

T. Lucretius Carus lib. 5. de Rerum natura, *Hippocentauros* vti rem fabulosam, nec vnquam fuisse, nec esse posse, pro certo asserit hisce carminibus,

Nam certe ex viuo Centauri non fit imago,
Nulla fuit quoniam talis natura animai.

In quinto autem diffusius de eadem re agit, rationemq; quare ii esse nequeant in medium profert. Inquit enim,

Sed neq; Centauri fuerant, nec tempore in vllo
Esse queunt duplici natura, & corpore bino,
Ex alienigenis membris compacta potestas,
Hinc illinc partis, vt non par esse potis sit.

Id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde,
Principio circum tribus actis impiger annis
Floret equus, puer haud quaquam: quin sæpe etiamnum
Vbera mammarum in somnis lactantia quærit.
Posti vbi equum valida vires ætate senecta,
Membraq; deficiunt fugienti languida vita,
Tum demum pueris æquo florente, iuuentas
Occipit, & molli vestit lanugine malas:
Ne forte ex homine & vetereno semine equorum
Confieri credas Centauros posse, neq; esse:
Aut rapidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas, & cetera de genere horum
Inter se, quorum discordia membra videmus,
Quæ neq; florescunt pariter, nec robora sumunt
Corporibus, neq; proficiunt ætate senecta,
Nec simili Venere ardescunt, nec moribus vnis
Conueniunt, neq; sunt eadem iucunda per artus.

Hæc ille non modo de *Centauro*, sed de omnibus monstris. Et eius quidem ratio satis videtur probanda, si animalia ea ex diuersis generibus procreata, diu viuere non posse existimat. Sin autem neque nasci quidem illa arbitratur, egregie fallitur: nisi C. Plinius, qui seruatum se in melle Hippocentaurum vidisse scribit, mentiri forte voluit: aut Claudius Cæsar eiusmodi monstrum in Thessalia eodem die quo natum erat interiisse, scire non valuit. C. Plinii et septimo natur. hist. lib. verba ita se habent: *Claudius Cæsar scribit, Hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse. Et nos principatu eius allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.* Propterea que Lucretium de eorū vita sensisse existimo, cum nec fuisse vnquam, nec esse posse, id monstri genus asseueraret: quod etiam (si Seruio credimus) Verg. placuisse putandum est, cum Centauros in forib. inferorum stabulare cecinit, quod quæ cōtra naturam creari possunt, statim pereant. D. quidem Hieronymus in Pauli Eremitæ vita, cum Hippocentaurum Antonio apparuisse testetur, non satis scit, fueritne ille vere Hippocentaurus, qualem Poetæ esse perhibent: an potius Cacodæmo, ea forma Antonium ludificare voluerit. *Nec plura his*, ait, *conspicit hominem equo mixtum, cui opinio Poetarum* Hippocentauro *vocabulum indidit, quo viso, salutaris impressione signi armat frontem. Et heus tu, inquit, quanam in parte hic seruus Dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius verba quam proloquens, inter horrentia ora senis blandā quæsiuit alloquium, & dextra protensione manus cupitum indicat iter, & sic patentes campos volucri transmittens fuga, ex oculis mirātis euanuit. Verum hæc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit, an (vt solet) eremus monstruosorum animalium ferax, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus.* Hactenus ille. Et quoniam

multa

multa de *Centauris*, siue *Hippocentauris* (idem enim vtraque vox significat, quamuis Latini, & Poetæ præsertim, prior re propter breuitatem frequentius vtantur) vbique fere leguntur, quomodo eorum origini fabulæ locum dederint, Seruius exacte ostendit, hoc Vergilianum explicans,

Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosq; dedere.

Ait enim, *Pelethronium oppidum est Thessaliæ, vbi primum domandorum equorum repertus est vsus. Nam cum quidem Thessalus rex huius æstro agitatis satellites suos ad eos reuocandos ire suffisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos, & eorum velocitate boues secuti, eos stimulis ad tecta reuocauerunt. Sed hi visi, aut cum essent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis, locum fabulæ dederunt, vt Centauri esse crederētur, qui dicti sunt* Centauri, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τὰς πώλους. *Alii dicunt, Centaurorum fabulam esse confictam ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem, quia equum constat esse velocissimum.* Et hæc quidem in tertium Georgicorum. In sextum namque Æneidos, *Centauros* Ixionis Nubisque filios esse scribit, cum ille amatam Iunonem de stupro interpellarit: *qua ex Ioue* (vt ipsius Seruii vtar verbis) *voluntate, nubem in suam formam conuersam amanti obtulerit: vnde feruntur nati esse Centauri.*

Sed vt ista de Centauris ita esse Lucretio concedamus, quomodo *Satyros* idem olim fuisse negabit? Et tamen non magis ab hominum natura capræ, quam equi absunt. Neque magis me mouet, vt *Satyros* fuisse credam, Plinii ex libro septimo testimonium, cum ait: *Sunt & Satyri subsolanis Indorum montibus* (*Cartadulonum dicitur regio*) *pernicissimum animal, tum quadrupes, tum recta currens, humana effigie propter velocitatem nisi senes, aut ægri, non capiuntur, cum potuerit hoc animalium genus sic forte hominis simile esse, vti simias videmus: quam quod Plutarchus in vita L. Sylla, ad redeuntem eum in Italiam, Satyrum iis similimum, quos fictos, scriptosue ab antiquis videmus, hoc est, partem humani corporis, partem caprini habentes, qui in Nymphæo somno pressus captus fuerat, perductum fuisse tradit. Cumque is per interpretes, quisnam esset, interrogatus esset, nihil quam incompositum quiddam, ac bestia dignum vociferatus est, quasi hirci baillatum cum equi hinnitu permisceat, quem tamen Sylla datis comitibus dimisit.* Plutarchus ipse de ea re sic inquit, ἡ δὲ Σύλλα φαντασία τοιάδε ἦν. καὶ σοῦ αὐτῷ τὸ νύμφαιον, ἱερὸς τόπος ὑπὸ σκιερᾶς νάπης, καὶ λειμώνων, αἰθαδέως πυρὸς πηγὰς ἀπομιδὰς εὐθυλιχῶς ῥέοντος. ἐντοῦθα φασὶ κοιμώμενον ἁλῶναι σάτυρον, οἷον οἱ πλάσται καὶ γραφεῖς εἰκάζουσιν. ἀχθέντα δὲ ὡς σύλλαν, ἑρμηνεῦσαι οἱ ἑρμηνέων πολλῶν, ὅστις, εἰπὼν φθέγξαμένου μόλις ἄδηλα καὶ θηριώδη, ἀπαχθῆναι καὶ μάλιστα μεμιγμένῳ ἵππου τε χρεμετισμῷ, καὶ τράγου μηκασμῷ φωνῷ ἀφίεντος, σπουδάσαι τὸν σύλλαν διοπομπῆσαι. Hoc Syllæ temporibus pene in conspectu populi Romani factum

memorat Plutarchus. Hieronymus vero eiusdem generis *Satyrum* repertum, humana voce locutum ait, eodem quem paulo ante citauimus loco, nempe in Pauli vita: *Nec mora*, inquit, *inter saxosam conuallem haud grandem homunculum videt aduncis naribus, frontem cornibus aspera ta, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Infractus q; & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei, & loricam spei, vt bonus præliator arripuit: nihilominus memoratum animal palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obsides offerebat. Quo cognito gradum pressit Antonius, & quisnam esset, interrogans, hoc ei cor sponsum accepit: Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas* Faunos, Satyrosque, & Incubos *vocans colit. Legatione fungor gregis mei: Precamur, vt pro nobis communem Deum deprecetis, quem pro salute mundi venisse cognouimus.* Et paulo post: *Nec dum verba compleuerat, & quasi pennigero volatu petuletum animal aufugit. Hoc ne cuiquam obiiciatur incredulitatem scrupulum moueat, sub rege Constantino, vniuerso mundo teste defenditur. Nam Alexandriam ipsius modi homo viuus perductus, magnum populo spectaculum præbuit, & postea cadauer exanime, ne calore aestatis dissiparetur, sale infuso Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, allatum est.* Quæ si vera sunt, haud vera vsquequaque fuerit Lucretii ratio, cum tantorum scriptorum, qui aliud sentiunt, auctoritas, magis quam eius commentum probetur: Pausaniasque ab Euphemo quodam probatæ fidei viro se audisse scribat, illum cum in Hispaniam nauigaret, tempestatisque vi ad desertas quasdam insulas appulsus esset, magnum syluestrium hominum numerum vidisse, qui cum hirta corpora, subrufosque pilos caudasque equinis ferme non minores habentes, in seque ac suos incurrerent, vix verberibus abigi potuerint: quibus cum barbaram mulierem in littus exposuisset, omnem ab iis contumeliam ei a libidinoso Satyrorum genere quacunque corporis parte illatam. Quod & secundo de Varia historia lib. Leonicus annotauit.

Melius ergo de *Scyllis* & *Chimera*, quam de omnibus, quæ diuersis animalium partibus procreantur, scripsit Lucretius: ac tum maxime, cum carminibus paulo ante a nobis productis, hæc subdidit,

Flamma quidem vero cum corpora fulua leonum
Tam soleat torrere, atq; vrere, quam genus omne
Viscera in terris, quodcunq; & sanguinis exstet:
Qui fieri potuit, triplici cum corpore vt vna,
Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra,
Ore foras ardorem flaret de corpore flammam?

Quis enim ignorat, Chimæram non esse aliud, quam Poeticum figmentum? De qua Homerus Iliados lib. 6.

τὸν μὲν ἄρα χίμαιραν ἀμαιμακέτην ἐνίλλον
πῖφι μὲν θεὸς ἄρχε δέος δεινοῖο, δὴ αὖτε

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χιμαίρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Quem locum apertissime notauit Lucretius cum Homericum versum ad verbum reddiderit, Sed non præter rem eiusmodi monstrum a Poeta fictũ cernimus, cum reuera *Chimæra* sit mons Lyciæ, cuius olim arsit cacumen, iuxta quod leones inueniuntur. Nam media pascua sunt, ima vero a serpentibus tenentur. Quodque Bellerophon habitabilem eam reddidit, *Chimæram* interfecisse dicitur. Plinius libro secundo: *Chimæram montem in Phaselide flagrare, & quidem immortali diebus ac noctibus flamma refert.* Id monstrum Vergilius, vt maxime horrendum in Turni galea posuit:

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Æthnæos efflantem faucibus ignem.

De *Scylla* autem, atque vnde eius *Charybdisque* fabulæ ductæ sint apud plerosq; legere est. Homerus porro de iis suo more diuine agit, licet poetica fide, Odysseæ libro duodecimo, in quo multa etiam de *Sirenibus* dicuntur. Demum quamuis contra naturam faciant animalia, quæ cum diuersi generis animalibus coeunt, in Africa tamen frequentissime id fieri, C. Plinius libro 8. inquit, his verbis: *Africa hæc maxime spectat, inopia aquarũ ad paucos amnes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animalium partus, varie fœminis cuiusque generis mares aut vi, aut voluptate miscente. Vnde etiam vulgare Græciæ dictum, semper aliquid noui Africam afferre.* Sed hæc vtinam brutis tantum inter se essent communia, ac non homines, quibus vnus ex omnibus animantibus Deus opt. max. rationem concessit, diuersis se modis cum feris sæpe commiscuisse legeremus. Atq; vt de his hæc pluribus non agamus, Herodotus in Euterpe hoc sua memoria prodigium, vt hircus palam cũ muliere coiret, contigisse scriptum reliquit.

Luciani de Astarte dea erratum.

CAPVT VII.

LVcianus Samosatensis, non minus elegans, quam facetus scriptor, in eo opusculo, quod de *Syria Dea* composuit, manifeste in re non admodum obscura deceptus est *Astarten* deam eandem esse existimans, quæ *Luna* dicitur: cum *Astarte* non *Luna* sit, sed *Venus* potius. Quamobrẽ cũ Deorũ hominumq; cõtemtor ita scriberet: ἔνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα, τὸ, Σιδώνιοι ἔχουσι, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι ἀστάρτης ἐστι. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σεληναίην ἔμμεναι: omnibus ipse se contemnendum exhibuit. Cum Plautus eandem dicat *Astarten*, quæ & *Venus* est, in Mercatore his versib.

Diua Astarte hominum deorumque vis, vita, salus: rursus eadem quæ est
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cœlum, sidera
Iouis quicunq; templa colimus, eius ducuntur nutu, illi obtemperant

Eam spectant: quod illis displicet facile excludunt ceteri:
Quicquid complacitũ, id sequuntur, quæ viuunt omnia atq; sentiũt.

Quæ quis de *Luna*, ac non potius de *Venere* dicta accipiat? Huc accedit, quod Suidas idem sentit. Inquit enim: Ἀστάρτη, ἡ παρ' ἑλλησιν ἀφροδίτη λεγομένη. Sed & sacræ literæ Salomonem inter alia idola *Astartem* Sidoniorum deam adorasse testantur. Propterea que Ahias Silonites hisce verbis Ieroboam est allocutus. *Tolle tibi decem scissuras. Hæc enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porro una tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & propter Ierusalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel: eo quod dereliquerit me, & adorauerit Astartem deam Sidoniorum, & Chamos Deum Moab, & Moloch Deum filiorum Ammon.* Idem quoque Suidas, vbi *Astartem* eandem esse ac *Venerem* docuit, quasi Lucianum mendacii apertissime conuincere vellet, hæc fere ex sacris monumentis addidit, Ἀστάρτη θεὸς σιδωνίων, καὶ χαμὼς θεὸς ἀμμανιτῶν, οἷς ἐλάτρευσι σολομών. Verum nescio quo pacto & hic, *Chamos* Deũ Moabitarum Ammonitis assignauerit, ac *Moloch* prætermiserit, cum ex eo, quod recitauimus, sacrorum librorum testimonio, trium horum idolorum mentio fiat, aliterque ad suos populos sigillatim referantur, quam Suidæ placuerit, qui etiam *Astarten* ex *astro* denominationem sumsisse tradit, cum Luciferam eius esse fabulentur. Ἐκ τοῦ ἄστρου ait, τὴν ἐπωνυμίαν ποιοῦνται. οὐτῶς καὶ αἴνιγμα τὸν ἱερογλύφον μυθολογοῦσιν. Et sane huc allusisse Vergilium puto, cum ita caneret.

Qualis vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resoluit.

Guilielmi Budæi erratum super verbo Admittere.

CAPVT VIII.

NOn præter rationem doctorum animis insedisse existimo, eos qui multa scribunt, in leuissimis rebus interdum hallucinari solere. Cum enim hominum ingenium memoriaque non minorem, quam ceteræ mortalium res, imbecillitatem a natura sortita sint, quis mirum nouumque ducat, si qui de plurimis rebus agit, aut parum cohærentia quandoque literarum monumentis mandet, aut memoria nonnunquam vacillet? Proinde non ille mihi aliquid supra humanæ mentis conditionem a Diis accepisse videtur, qui nunquam (quod fieri ferme non potest) errauerit, sed perraro admodum sit lapsus: vt quiddam Horatianæ sententiæ simile sit:

Nam vitiis nemo sine nascitur, ille beatus
Qui minimis vrgetur. Verum enimuero cum summorum quorundam scriptorum gloria eo processerit, vt qui communem hominum sortem miserantur, nulla eos vel minima labecula notari pos-

tari posse velint: si certe eos quod homines, non Dii fuerint, aliquando falli potuisse concesserò, ita tamen illos ab aliis accusari debere puto, vt nulli priuato affectui indulgentes, apertissime doceant, qui in iudicium vocantur, sic fuisse hallucinatos, vt nulla ratione a calumnia vindicari valeant. Alioqui, cum qui rei fiunt, aliud spectasse colliguntur, quam quod accusatores magna garrulitate in medium proferunt, tantum ex eiusmodi latratibus summorum auctorum laudi accedit, quantum plane obtrectatoribus, quamuis adprime eruditis, decedere videmus. Hoc pacto non pauci excellentissimi viri, nullam nominis iacturam ob innumera liuidorum maledicta passi sunt: quod qui in eos calamum strinxere, non modo si qua in illis vtcunque carpenda videbantur, caninis morsibus lacerauerunt, verum etiam accepta semel eminentissimis scriptoribus maledicendi occasione, nullum sibi in ea re modum præscriptum autumant. Quin potius futilia quædam persequentes, solam inuidiam in causa esse ostenderunt, quare tot seculis probata veterum monumenta ridicule vellicent. Quo morbo cum antiquorum non pauci vehementer laborarint, permulti etiam ætate nostra tam grauiter affecti sunt, vt & multa ab aliis quibusdam iniquo in summorum auctorum scriptis deprehensa tutari conati sint, & pleraque ipsi a se depromserint, vt Latinos omnes scriptores nihilipendendos esse nobis persuaderent, si eorum præcipuos puerliter multis in rebus oscitatos fuisse conuincerent. Eorum quantum quidem ego coniicere valeo, duo sunt genera: alterum eorum, qui aperte se maximorum virorum calumniatores profitentur: alterum vero eorum, qui palliata quadam oratione nihil minus sibi cordi esse ostendere volunt, quam vt friuolis eosdem conuitiis incessant, cum tamen mortiferum eis venenum melle inuolutum propinent. Vt igitur illos tanquam manifestos hostes facile est vitare: ita non facile horum conatus quisque dignoscit:

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Qui inquam, licet non paucis verba dent, mihi hercle, qui isthæc aliis dare condidici, palpum obtrudere nunquam valuerunt. Cumque in illorum numerum ii veniant, quos suo loco nominauimus, ex horum quippe ordine nemo est, quem Gulielmo Budæo anteferamus, viro quidem Græce Latineq; doctissimo, sed qui parum erudito candidoq; viro conuenientem personam subierit, dum Marcum Tullium, Græculis quibusdam nimis impense fauens, imperitiæ malignitatisque arguit: dum Latinis omnibus nihil neque iudicii, neque eruditionis tribuit: dum denique recentiores quosdã Italos totis viribus conculcare conatur: omnium (vt vere dicam) Latinorum irrisor, plusque vel vilissimo

Græcorum, quam omnium Romanorum præstantissimo deferes. Sed quia quæ ad Ciceronem defendendum pertinent, in nostra Apologia vicunque attigimus, aliorumq; veterum Romanorum auctoritas turbidis Budæi flatibus ne tantillum quidem commouerit, de recentioribus hoc tantum dicam, non esse eorum quenquam (de paulo eminentioribus loquor) qui Budæo aliqua in parte cedere debeat. Imo vero Angelum Politianum, quem ille tanquam peculiarem hostem vbique impetit, adeo Græca Latinaque literatura excelluisse, vt ea scripserit tertio & quadragesimo, aut circiter ætatis suæ anno vita functus, quæ octuagenarii Budæi lucubrationibus nihilo sint inferiora. Ac si forte plura a se quam ab illo obseruata diceret Budæus, in Politiani certe scriptis maior apparet, quam in illius operibus ingenii vis, maior Latinæ linguæ candor. Nam in Græcis vertendis nostet multo fuit felicior: omnia quæ a viro doctissimo absolutissimoque exigi queunt facillime præstiturus, nisi immatura mors tanto Italiæ ornamento inuidisset. Budæus porro multa Græca ac Latina contexuit, at in plurimis nihil nisi merum laborem dignoscas. Sed & multa ex auctoribus simpliciter recenset, in quibus suum iudicium neutiquam interponit. Huc accedit, quod qui omnes erroris conuincere nititur, in iis rebus quandoque cæcutiit, in quibus neq; Nebrissensis, neque Mancinellus, neque ipse quidem Ascensius falli valuisset. Quod liquido ex hoc singulari eius errato dignoscitur, *Admittere equum*, ait in posterioribus Annotationibus, interdum pro *conscendere* accipitur, vt apud Ciceronem in secundo de Finibus: *Num etiam P. Decius, cum se deuoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum inuaderet, aliquid de voluptatibus suis cogitabat?* Liuius libro secundo ab Vrbe condita: *Superbus in posthumium equum infestis admisit.* Quid enim est, per Deos immortales, hac obseruatiuncula indoctius? aut quis non videt in his duobus, quæ a Budæo citantur testimoniis, *admittere* pro *concitare*, non pro conscendere positum esse? An forte ille Græcis vocibus intentus, de Latinarum proprietate sollicitus non fuit? Atqui cum egregii viri quandoque dormitarint, facile & huic ignoscas. Recte, it & ipse illis, quantū in se fuit, parcere sciuit. Verum vti muscas elephanti, ita Budæi morsus alpernantur veteres Latinæ linguæ auctores: quando & Neotericorum quorundam Italorum, quos idem infectatur, gloria, qualiscunq; est, nullo pacto obscurabitur, quod Budæus tot locis illos impetat.

Vt enim hi non nunquam errare potuerint, quis non videt Budæum perpetuum eorum hostem multo impudentius, puerilisque lapsum esse? Cumque eius errato nihil quicquam sit manifestius, adducta ab eo testimonia latius non explicabo: plenissime id facturus, si aut ipse aut alius quiuis eo in loco vacillatum non esse, commonstrare laborabit.

De Phi-

De Philippi Beroaldi in Seruium annotationibus.

CAPVT IX.

PHilippus Beroaldus. nõ ille qui iuuenis exceſſit, ſed cuius plurima exſtant commentaria, in magno dum viueret honore, nõ ab Italis modo, verum ab exteris quoq; nationibus habitus, neq; mediocribus ſolum literatis, ſed excellentiſſimis illis heroibus Angelo Politiano, Ioanni Pico Hermolao Barbaro, Rodulphoque Agricolæ, communi imperitæ multitudinis conſenſu prælatus: vixtantum viua voce ſuis lucubrationibus gloriæ comparauit, quantum ſane homo ad vanum garriendi ſtudium natus, poſt obitum deperdidit. Quæ enim ab ipſo auctore ad faſtidium vſque vbique commendata, non pauci admirabantur, ea tam ſiniſtre ab iis, qui omni affectu vacui aliorum ſcripta & legere, & diligenter excurere ſolent, accepta fuerunt, vt Latinam linguam non excolere, ſed vel exſtinguere, vel prorſus labefactare voluiſſe videatur. Siquidem vitioſiſſimum ſcribendi genus ex Apuleio, Martiano, Sidonio, & ſi qui ſunt duriores, primus ſuis temporibus excitauit, & in multas Europæ partes, a quibus vndiq; ad eum confluebant auditores, ita diffudit, vt plurima adhuc ſuperſint eius veſtigia, neque penitus deleri poſſint, niſi aut quotquot ille inſtituit, inter viuos eſſe deſinant, aut principum edicto, ne quæ illius opera publice veneant, caueatur.

Quorum, vt blattarum ac tinearum epulæ ſint libelli de felicitate, de optimo ſtatu, de ſymbolis Pythagoræ, de terræ motu, nec non Medici, Oratoris, Philoſophi, ebrioſi, ſcortatoris, aleatoriſque declamatiunculæ, & mille huiuſmodi cacationes, primæ omnium iudicio commentariis in Propertium, Suetonium Tranquillum, Tuſculanas quæſtiones, & ipſum denique Apulcium deferuntur. In quibus præter lutoſam loquacitatem, & vituperonum linguas cote liuoris acuminatas (nam eiuſmodi formulis, quaſi amœna diuerticula quærens ſuas omnes nugas conſperſit) hoc eſt maxime vituperandum, quod bonos auctores interpretandi officium ſic peſſundedit, fœdauitque, vt non alius magis: & amplam Mancinellis, atque id genus excrementis anſam ad multa inepciarum farciendaa volumina præbuit. Enimuero cum in eo, quem delegeris, enarrando id tantum proferre debeas, quod auctoris ſententiam commode explicet, hic non ea ſolum paſſim effundit, quibus nullus ſit apud eruditorum aures locus, ſed bellorum, quæ ipſo viuente gerebantur euentus docet, villarum ſitus deſcribit, & multorum obitus in ſuis commentationibus deplorat. Iccirco & eos, in quibus miram breuitatem dignoſcas, & Seruium Grammaticum in primis ita inſectatus eſt, vt cum multos annotationum libros in Martiatem, Catullum, Iuuenalem, Lucanum, Plinium, Liuium, Gellium, Ciceronem, Apuleiũ, Quintilianum, Hieronymum, Cæſarem, Suetonium, Plautum, Qu.

Curtium, Ausonium, Pandectas legales, in varios, in diuersos scriberet, vnico etiam libro, nec minimo quidem, omnia Seruii (vt ipse vocat) errata comprehenderit, quanquam multis in locis testatus non eum se esse, qui alienæ scientiæ obtrectatione laudem sibi aucupari sciat. Cuius contrarium, quia ex eius scriptis colligere licet, de annotationibus in Seruium aliqua dicam. De reliquis ii viderint, quibus Beroaldi nugas accuratius legere continget. Atque id in primis præfabor, non cum mihi vnquam visum esse Seruium, quia errare nullo modo potuerit, cum illo multo præstantiores persæpe hallucinati fuerint, & C. Plinii doctissimi scriptoris lapsus non paucos deprehenderit Nicolaus Leonicenus. Quin cum in longo opere somnum aliquando obrepere sus sit, non immerito M. Fabio Quintiliano inter præcipuas Grammatici virtutes habetur, aliqua nescire. Is itaque Seruius, qui doctissimus a Macrobio appellatur, cum maxima rerum cognitione, tum summo iudicio, sic Vergilium interpretatus est, vt quod ad Poetæ sensus aperiendos, artificiumque dignoscendum spectaret, nihil prætermiserit. Quamobrem non eos solum, qui Maronis poemata enarrarunt, sed omnes Latinos interpretes longo interuallo post se reliquit. Cuius castigatissima fere quæq; exemplaria, postquam cum ceteris bonis auctoribus exciderunt, nescio quo casu aliqua ambesa, ac situ puluereque obruta reuiuiscente Latina lingua reperta sunt. Quæ cum lacera, mutilataq; haberentur, non defuerunt nebulones, qui pro suo arbitrio parum fideliter loca omnia, quæ corrupta erant reponerent, additis appendiculis non Seruio, sed vix vilissimo grammaticulo dignis. Eorum typis (vt hodie quoque fieri solet) excusorum nonnulla expiscatus Beroaldus, nequaquam secum reputans, an tam stolide Seruium in vulgatissimis rebus errasse credendum esset, & eo (vt diximus) illi nomine infensus, quod garrulo cum verborum parco, nitido cum cœnoso parum conueniret, præclarum illud annotationum in Seruium volumen nobis quasi per manus tradidit, cuius cum LX. sint (vt opinor) capita, quam paucissima in eis Seruii errata inuenias. Bonam enim eorum partem refellunt castigata, quæ in manibus habentur illius commentariorum exemplaria: & pleraq; sunt non tam reprehensa, quam longius diffusiusque explicata. Quo fit, vt cum pauca admodum restent, quæ horum capitum altero non comprehendantur, in eorum aliquibus Seruium aperte lapsum fuisse concedam: in ceteris vero quid sibi vellet nesciuisse Beroaldum, sim ostensurus: qui nullum, dummodo papyrum oblineret, & quicquid in buccam venisset effunderet, in scribendo iudicium vnquam adhibuit, ex Nestoris, Papiæ, Mametrectique lexicis (nam Ambrosium Calepinum horum omnium compilatorem, vel eo viuente, vel non multo post scripsisse arbitror) ἀμαξιαῖα illa volumina contexens. Nam si quãdo Pli

do Plinium, Columellam, aut similes citat, haud magno fere in discrimine ponit, comprobetne quod iste ostendere niitur an secus. Ego porro hac in re ipsius Beroaldi si videbitur ordinem non sequar, neq; Seruii quidé, sed prout locorum meminero, ea in mediú adducam: neq; verbis polliceor, re ipsa nequaquam ostendere posse videar. Auloq; Gellio, Macrobio, & id genus aliis non ita addictus fuero, vt ab eorú sententia, quandocunq; libuerit, recedere mihi interdictum puté. Antiquiores autem auctores libentius sequar, neq; eorum quempiá in ius vocabo, nisi æque excellentis auctoritatem prætendere valeam. Sed ad rem ipsam aggredior.

Finitum numerum pro infinito a Vergilio sæpissime poni, contra Beroaldi, Macrobiiq; sententiam.

CAPVT X.

VErgilii versus in primo Æneidos hi sunt:

Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra,
Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas,
Talia voce refert: o terq; quaterq; beati. Et reliqua.

Hunc locum exponens Seruius, sic ait: *O terq; quaterq;, id est, sæpius, finitus numerus pro infinito.* Beroaldus autem sic: *Eruditis animis non satisfacit Seruii interpretatio, perinde ac vulgaris, & frigidiuscula.* Elegantius & eruditius Vergilianum carmen interpretatus est Macrobius, qui in primo in Somnium Scipionis, cum septenarium numerum esse perfectissimum docuisset, ita subiunxit. *Vnde Vergilius nullius disciplinæ expers, & per omnia beatos exprimere volens,* ajt: *O ter quaterq; beati.* Hactenus Macrobius, cuius sententiæ astipulatur Tibullus illo versu:

O mihi felicem terq; quaterq; diem.

qui quidem versiculus non secus a Tibullo pronuntiatus est, quam a Vergilio:

O terque quaterque beati. quod æmulatus est, vt opinor, Syllius, sic scribens:

Felix, o terque quaterque.

Frater. Non me præterit, Strabonem enarrantem illud Homericum: *Terq; die revenit*, scribere, quod talis superlatio ab omnibus vsurpatur, vnde Homerus ait, *ter beati Danai, ter exorabiles, & terq; quaterque beati.* Hæc ille. Quibus cum ad Macrobii sententiam nihil additerit, præter duos versus Tibulli, Syllique, tam mihi ipse hallucinari videtur, quam Macrobius id Vergilio hoc in loco tribuisse, quod ei nunquam venerit in mentem. Hinc non dubito multo meliorem esse Seruii, quam Macrobii, Beroaldique expositionem: non quia tantam fuisse Maronis excellentiam autumem, quantam nó hæc unguæ nihiliq; verborum pensitatio meritæ, sed in minutæ aliæ virtutes ostendát, sed quod magis puto ab eo in his versibus *terq; quaterque* prolatum credam, quam vt septenarium numerum perfectissimum esse pro certo habens,

id innuere voluerit, quod Macrobius ariolatur. Atqui idem in 4. de Didone moritura loquens, his vocibus eodem modo vsus est:

Terq; quaterq; manu pectus percussa decorum.

An perfectissimum numerum hic data opera positum dicemus? an potius, vt censet Seruius, *finitum pro infinito*? Quid alii Poetæ? nonne hac locutione eadem ratione sæpissime vtuntur? Propertius porro in 3. Elegiarum libro ita canit:

Tu Petum ad Pharios tendentem lintea portus,
Obruis insano terque quaterque mari.

Nuncquid hic Poeta perfectissime, hoc est septies obrutum in mari Petum sentiebat? An non satis superq; fuerat, semel obrutũ exstinctum fuisse? Ouidius in primo Fastorum:

Occupat Alcides, adductaq; claua trinodis
Ter quater aduersi sedit in ore viri,

Et in tertio Amorum:

Hactenus & mouit pictis innixa cothurnis,
Densum Cæsarie terque quaterq; caput.

Et in sexto Metamorphoseos, de Pallade:

Ter quater Idmoniæ frontem percussit Arachnes.

Et in nouo:

Dicentem, genibusq; manus adhibere parantem,
Corripit Alcides, & terq; quaterq; rotatum
Mittit in Euboicas tormento fortius vndas.

Et in duodecimo:

Ter quater ora viri capulo caua tempora pulsat.

In quibus omnibus an perfectus septenarius numerus sit considerandus, Macrobius, Beroaldusq; viderint. Horatius quoq; in secundo Sermonum ita scribit:

Tu ne mihi dominus, rerum imperiis hominumq;
Tot tantisq; minor? quem ter vindicta, quaterq;
Imposita, haud vnquam misera formidine priuet

Sed quid exemplis opus est, cum nusquam plura adduci valeãt? Quid? si non *ter quater*, sed *bis terq;* proferant Poetæ, an numerorum ordinem respiciemus? an non potius numerum finitum pro infinito positum affirmabimus? Ouidius in quarto Metamorphoseos, de Athamante:

Et parua Learchum
Brachia tendentem rapit, & bis terq; per auras
More rotat funde.

Quid sit ter tantum? vt Vergilius in 3 Æneidos,

Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere,
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

Mirum est, si aduerbii hic proprietatem quæramus, atque ad numerum Troianos a fluctibus modo in altum elatos: modo in

imum

imum demissos somniemus. Cui simile est illud eiusdem de Didone in quarto:

Ter sese attollens, cubitoq; innixa leuauit,
Ter reuoluta thoro est

Et Ouidii in quarto de Ponto:

Nec potest infestis conferre Carybdin Achais,
Ter licet epotum, ter vomat ille fretum.

Quid vero nisi hanc vocem ponant, num minus infinitum numerum designabunt? At cum Helenus Æneam ita monet:

Vnum illud tibi nate Dea, precq; omnibus vnum
Edicam, & repetens iterumque iterumq; monebo,
Iunonis magnæ primum prece numen adora.

Nimis frigide de re maximi momenti egisset, si verborum significatum, & non potius Vergilii sensum expendamus. Idem aliis verbis sibi volebat Ouidius, cum in tertio Tristium ita quereretur:

O quater, & quoties non est numerare, beatum,
Non interdicta cui licet vrbe frui.

Sunt hæc poetica, & a tam leui coniectura longissime absunt, quemadmodum & Horatianum illud:

Felices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulsus querimoniis
Suprema citius soluet amor die.

Quod si quis huiusmodi locutiones data opera a Poetis fuisse vsurparas, cum Macrobio ac Beroaldo obstinate iuret, ita quidem vt præfinitum tantum numerum designent, pessime cum oratoribus, historicisque, apud quos hæ formulæ non sunt in vsu, agi concedet, neque eos idem, quod Poetas facile efferre posse fatebitur. Quamuis, vt dixi, nihil minus quam huiusmodi nugas Poetæ obseruarint, nisi forte cum apud Homerum, Menelai cum Hectore pugnantis.

Ξίφος ἀμφήλυον Τρὶς δὲ πὴ πλῆξε δὲ δι' ὤμφιν ἴκτινος χειρὸς,

aut cum Vlyssis nauium vela:

Τρὶς δὲ πὴ πλῆξε δὲ δι' ἱστία ἴς ἀνέμοιο,

numerorum proprietatem seruatam ariolemur. Neq; tamen negarim, poetas proprie huiusmodi voces aliquando posuisse, cum defunctorum manes ter tantum post solemnia eis exhibita vocarentur.

Vnde & Vergilianum illud in 7. Æneidos.

Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
Constituam, & magna manes ter voce vocabo

Et Homeri in nono Odysseæ,

Οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἐσσόμενόν γέ τις κίον ἀμφιέλισσαν,
Πρίν γε τὰ δαλὸν ἐπὶ σοὶ τελέσ' ἐκ χερὸς ἀύσῃ,
Οἰδήσων σὺ πίδιν κυκόωντ' ἀπὸ δηϊοτῆτος

Nam & in magicis rebus plurimum valere certum numerum, ac ternarium præsertim, veteres existimasse videmus. Quapropter Vergilius in Pharmaceutria ita scripsit:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terq; hoc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Et mox: *Nectе tribus nodis ternos Amarylli colores.*

Ouidius autem in secundo Fastorum, quædam mutæ luturnæ sacra deferbens:

Ecce anus in mediis residens annosa puellis,
Sacra facit tacite, nec tamen ipsa tacet.
Et digitis tria thura tribus sub limine ponit,
Quæ breuis occultum mus sibi fecit iter.
Tum cantata tenet cum fusco licia plumbo,
Et septem nigras versat in ore fabas.

Sed & Plinius libro vigesimo octauo, de inguinum remediis loquens, non tantum septenum, sed nouenum etiam numerum ad ea plurimum valuisse testatur. his verbis: *Inguinibus medentur aliqui, licium tela detractum alligantes nouenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina adalligantes licio.* Varro ter nouenum contra pedum dolores in vsu fuisse recenset, primo de re rustica libro ita scribens: *Dic sodes*, inquit Fundanius, *nam malo de meis pedibus audire, quam quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. Stolo subridens, dicam*, inquit, *eisdem quibus ille verbis scripsit, valent quæ iam audiui, cum homini pedes dolere cœpissent, qui tui meminisset, et mederi posse: Ego tui memini medere meis pedibus. terra pestem teneto, Salus hic maneto tu meis pedibus. Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, despuere, tertium cantare.* Sed vt in his & similibus proprie numeri positi sunt, ita in aliis locis, quæ superius recitauimus, nihil est frigidius, quam veram proprietatem, vt sentit Beroaldus, attendere: alioqui cum senarius numerus perfectissimus sit, nunquam tamen quod sciam eo pacto a Poetis, quo ternarius, septenatiusque, vt vidimus, positus est. De senario iam Augustinus libro vndecimo de Ciuitate Dei ita scribit: *Numerus quippe senarius primo completur suis partibus, id est, sexta sui parte, & tertia & dimidia, quæ sunt vnus & duo & tria, quæ in summa ducta sex faciunt. Partes autem in hac consideratione numerorum illæ intelligendæ sunt, quæ quota sint dici potest, sicut dimidia tertia, quarta, & deinceps ab aliquo numero denominata. Neq; n. (exempli gratia) quia in nouenario numero quatuor pars aliqua eius est, ideo dici potest, quota eius sit. Vnum autem potest, nam nona eius est: & tria potest, nam tertia eius est. Coniuncta vero ista duæ partes, eius nona scilicet, atque tertia, id est, vnum & tria, longe sunt a tota summa eius quod est nouem. Item q; in denario quaternarius est aliqua pars eius, sed quota si dici nõ potest, vnũ autem*

autem potest nam decima pars eius est: habet & quintam, quæ sunt duo: habet & dimidiam, quæ sunt quinque. Sed hæ tres partes, eius decima, & quinta, & dimidia, id est, vnum & duo, & quinq; simul ductæ non complent decem, sunt enim octo. Duodenarii vero partes numeri, in summam ductæ transeunt eum, habet enim duodecimam, quod est vnum: habet sextam, quæ sunt duo: habet & quartam, quæ sunt tria: habet tertiam, quæ sunt quatuor: habet & dimidiam, quæ sunt sex. Vnum autem & duo & tria & quatuor & sex, non duodecim, sed amplius, id est sedecim fiunt. Hoc breuiter commemorandum putaui, ad commendandam senarii numeri perfectionem, qui primus vt dixi, partibus suis in summam redactis ipse pe ficitur, in quo perfecit Deus opera. In sequenti quoque capite idem de septenario sic ait: *De septenario porro numeri perfectione dici quidem plura possunt, sed liber iste iam prolixus est, & vereor ne occasione comperta scientiolam nostram, leuiter magis quam vtiliter tactam velle videamur. Habenda est itaque ratio moderationis atque grauitatis, ne forte cum de numero multum loquimur, mensuram & pondus negligere iudicemur. Hoc itaque satis sit admonere, quod totus impar primus numerus ternarius est, totus par quaternarius, ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro vniuerso sæpe ponitur, sicut est.* Septies cadet iustus, & resurget, *id est, quotiescunque ceciderit, non peribit: quod non de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi voluit. Et:* Septies in die laudabo te, *quod alibi alio modo dictum est,* Semper laus eius in ore meo. *Et multa huiusmodi in diuinis auctoritatibus reperiuntur, in quibus septenarius numerus, vt dixi, pro vniuersitate quarumlibet rerum vniuersitate poni solet.*

Declaratus Vergilii locus, & de verbo Maturo, contra Macrobium ac Beroaldum.

CAPVT XI.

NOn multo post in eodem libro, ex Neptuni persona ita scribit Vergilius:

Maturate fugam.

Cuius verbi significationem docens Seruius, sic inquit: Maturare, *cum maturitate*, id est, *cum tranquillitate discedite, quomodo dicimus*, matura iracundiam tuam, *id est mitiga, perniciosum enim Troianis est*, si maturent fugam, *hoc est, si accelerent. Hæc Seruius.* Philippus vero Beroaldus: *Insulsa, inquit, meditusfidius hæc est expositio, tanquam* maturitas *significet* tranquillitatem, & maturare tranquillum facere. *Magis itaque Macrobio credendum, qui in Sexto Saturnaliorum illud Vergilianum declarans, sic scribit:* Maturum est, quod neque citius, neque serius, sed medium quiddam, & temperatum est. *Et paulo post:* Sic ergo & Vergilius inducit Neptunũ, discessum ventis imperantem, vt & tam cito discedant, tanquam fugiant, & tamen flandi mediocritatem in regressu teneant:

tanquam mature, id est temperate abeuntes. *Apud Gellium caput est elegantissimum, quo quid* mature, *& maturare significet, abunde monstratur, cuius verba mutuatus est Macrobius.* Hactenus Beroaldus, quem ego egregie falli, neque tamen elegantissimum Gellii quod citat caput, cum hæc scriberem, legisse opinor. Diffusius enim verbi *matura* significatum docuisset, Seruium vt nimis conciſum, breuitatiq; studentem vbiq; reprehendens. Itaq; quod Macrobius verbum illud exposuerit, vt *maturum sit, quod neque citius, neq; serius sed temperate fiat*, idem sibi voluit, quod & Seruius: qui cum *maturare cum tranquillitate discedere* interpretabatur, non aliud sibi volebat quam vt neque citius venti, neque serius discederent, licet tranquillitatis proprietas lentiorem forte, remissioremq; actum denotet, quam obrem & Beroaldi nota recte cessabit. Quod si cum Seruio non sit hoc loco sentiendum, alium esse eius vocis sensum arbitror, vt *maturare* idem significet quod *celerare*. Minatur enim Neptunus cum ventis, tum ipsi Æolo: quorsum & illa:

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cœlum, terramq; meo sine numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. Et:
Regi q; hæc dicite vestro,
Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,
Sed mihi sorte datum, tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos, illa se iactet in aula
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.

Obsecrare igitur ventos videretur Neptunus, non eis, prout facit, seuere imperare, si ita eos discedere vellet, vt se præsente Troianis nihil afferrent incommodi: & cum Iouis fratrem flocci fecissent venti, si discedentes, eos perdidissent, quorum caussa ille æquora placare, ac solem reducere constituisset. Proinde sit ex Neptuni maiestate, non ventorum discessum verbis mitigare, sed festinanter eos celeriterque proprio regno excedere iubere. Ac ne quis nouum hoc eius verbi, inauditumque significatum putet, audiat quid de eo in decimo Noctium Atticarum scribat Aulus Gellius. *Maturo*, ait, *nunc significat* propere, *& cito, contra ipsius verbi sententiam, aliud enim est* mature, *quam quod dicitur* propere. Et in serius: *Quoniam autem id quod non segniter fiebat*, mature fieri *dicebatur, progressa plurimum verbi significatio est & non iam quod* non segnius, *sed* festinantius sit, *id* fieri mature *dicitur, quando ea quæ prater sui temporis modum properata sunt*, immatura *verius dicuntur*. Macrobius sane, vt in aliis plerisque Nigidii tantum verba Gellio furatus est, aliasque eius vocis significata omisit. Ceterum quod contra ipsius verbi sententiam *festinare* significet, vt sentit Gellius, parum ad rem facit, dum frequentissime ab optimis auctoribus id verbum pro *festinare* positum esse comprobem.

probem. Terentius in Heautontimorumeno: *Scimus quid nunc te facere volo? quod sensisti illos me incipere fallere, id vt maturent facere.* Loquitur autem Menedemus, reuersum a militia gnatum Clitiam quamprimum videre cupiens. Cæsar primo commentario de bello Gallico: *Quibus rebus Cæsar vehementer commotus, maturandum sibi existimauit, ne si noua manus Suuorum cum veteribus copiis Ariouisti se coniunxisset, minus facile resisti posset. Itaque re frumentaria quam celerrime potuit comparata, magnis itineribus ad Ariouistum contendit* Liuius libro vigesimo nono ab Vrbe condita: *Quod nisi omni vi perficere maturasset, bellantem eum cum Ætolis Pub. Sempronius proconsul successor imperii missus Sulpitio cum decem millibus peditum, & mille equitibus, & triginta quinqueremibus, haud paruum momentum ad opem ferendam socio, oppressisset.* Idem libro trigesimo septimo: *Profectus, cum quantum accelerare poterat, maturasset ad portum, quem Megisten vocant progressos consequitur.* Et trigesimonono: *Sed defectionis auctores, quorum in manibus erat, in secreto consultantes, omnes ad necem eius consentiebant, sed vtrum maturarent, an different, ambigebant.* Sallustius in Catilina: *Quæ quidem res mihi in primis videtur fuisse causa facinoris maturandi.* Hinc compositum *admaturo*, summam itidem denotat celeritatem. Cæsar libro sexto de bello Gallico: *Etsi multis iam rebus perfidiam Heduorum Cæsar perspectam habebat, atque horum discessu admaturari defectionem ciuitatis existimabat: tamen retinendos eos non censuit, ne aut inferre iniuriam videretur, aut dare timoris aliquam suspicionem.* Participium quoque a *maturo* deductum, celeritatem non minus significat. Sallustius in Iugurthino: *Legati in Africam maturantes veniunt.* Et, *maturatum iter*: hoc est, *properanter factum.* Liuius libro XXXII. *Hoc consilium per multos dies agitanti nuntius venit, Titum Quintium consulem factum, sortitumque prouinciam Macedoniam, maturato itinere iam Corcyram traiecisse. Mature*, autem pro *celeriter* persæpe capitur. Terentius in Eunucho: *Fac ita vt iussi, deducantur isti. Faciam. At diligenter. Fiet. At mature. Fiet.* Ridiculum esset, si sui ipsius impotens Phædria, ac Thraso nis rivalis, eunuchum virginemque ad Thaidem cum maturitate, hoc est neque serius, neque celerius deduci vellet. Cicero pro Murena: *Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: ille, vt quo contendit, mature cum exercitu perueniat.* Cato de Re rustica: *Opera omnia mature conficias, nam res rustica sic est, si vnam rem sero feceris, omnia opera sero facies.* Sallustius in Catilina: *Nam & priusquam incipias consulto, & vbi consulueris mature facto opus.* Et in Iugurthino: *Bomilcar mature regis mandata exsequitur.* Et *maturius*, celerius. Idem in eodem opere: *Itaque tempus ad vtramque rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam.* Liuius libro quadragesimo: *Per eosdem dies ex literis Auli Terentii propretoris cogni-*

tum, Publium Sempronium in vlteriore Hispania, cum plus annum æger fuisset, mortuum esse: eo maturius in Hispaniam Prætoris iussi proficisci. Cæsar primo de bello Gallico: *Cæsar vna æstate duobus maximis bellis confectis, maturius paulo quam tempus anni postulabat, in hyberna in Sequanos exercitum deduxit.* Et *maturrime*, celerrime Cicero libro tertio de Oratore: *Quippe qui omnium maturrime ad publicas caussas accesserim. Maturate* quoque, idem quod & *maturi* significat. Liuius lib. XXXII. *A Malea iussis ceteris quantum possent maturate sequi, ipse tribus quinqueremibus expeditis Pyræum præcepit.* Et trigesimo nono: *Literis de morte Proprætoris recitatis, Senatus censuit mittendum, qui ad Lunæ portum C. Calpurnium Prætorem consequeretur, nuntiaretque Senatum æquũ censere, ne sine imperio prouincia esset, maturate eum proficisci.* Et *maturato opus est*, celeritatem denotat. Idem Liuius libro vigesimo quarto: *Sed quod volebant, non quam maturato opus erat, gnauiter expediebant. Maturum* quandoque non pro *temperato*, sed pro *magno ac vehementi* ponitur. Vergilius in tertio Georgicorum:

Glebasq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.

Quem locum enarrans Seruius, sic ait: Maturis *autem* solibus, *id est vehementer feruidis, magnis.* Non est ergo dubitandum, quin si Seruii expositionem relicimus, eodem sane redeuntem, quo Macrobii Beroaldique per diuersa verba interpretatio, *maturate*, pro *celerate* sit accipiendum. Sed de hac re multa.

Recte a Seruio contra Beroaldi sententiam tristem pro seuero in Vergiliano carmine positum dici.

CAPVT XII.

EIusdem Vergilii sunt hi versus in sexto Æneidos:

Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci,
Luctus & vltrices posuere cubilia curæ,
Pallentesq; habitant morbi, tristisque senectus.

Tristis senectus, inquit Seruius, *seuera, quæ gignit seueritatem.* Cicero: *Iudex tristis & integer.* Beroaldus autem: *Ego, ait, potius exponerem* tristis, *id est* querula, & morosa, *namque Poeta voluit epitheto demonstrare, qualis sit conditio senectutis. Sunt autem senes, vt scribit Cicero in Catone, & testatur Seneca, morosi & anxii, & queruli atq; difficiles, quod etiam diligentissime expressit Horatius in Arte Poetica, senilis mores describens:*

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatorque minorum.

Vergilium (vt arbitror) imitatus est Sillius illo versu:

Curæq; insidiæq; atq; hinc queribunda senectus.

Nam a Sillio senectus dicitur queribunda, *quasi plena querimoniarum, quomodo a Vergilio* tristis *nuncupatur: & ab Horatio in carminibus* morosa, *ob varios scilicet ac difficiles mores, quib. sunt obnoxii*

obnoxii queruli senes. Hæc Philippus Beroaldus: quem alibi non iniuria multa in medium testimonia adducere diximus, parũ comprobent ne id de quo agit considerantẽ An si Horatii in Arte Poetica versus intellexisset, Seruium reprehenderet? Quid sibi aliud illa verba volũt, *difficilis, querulus, acti temporis laudator se puero, minorum censor, castigatorq;* quam senes omnes seruos esse? An queruli sunt, quod stomachi, aut laterum dolorem patiantur? an nõ potius, quod eorum quæ ipsi in iuuentute commiserunt, obliti, ideo queruntur, quia omnia secus a filiis, aut etiam nepotibus fieri vident, quam æquo ipsi animo tolerare queant? Huc sane spectant eiusdem Horatii & illi versus:

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod
Quærit, & inuentis miser abstinet ac timet vti,
Vel quod res omnes tarde gelideq; ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidusq; futuri.

A quibus conditionibus plurimum absunt puerorum, iuuenum, virorumque mores, quod superius absolute descripsit. Quid Propertius? nonne duros senes vocat?

Ista senes licet accusent conuiuia duri,
Nos modo propositum vita teramus iter. At Catullus:
Viuamus mea Lesbia, atque amemus
Rumoresque senum seueriorum
Omnes vnius æstimemus assis.

Sit igitur verissima Seruii expositio, & Beroaldum in malam rem abigamus, cum nullum sit in senectute vitium seueritate intolerabilius. Quod si quis ambigat, *tristiune seuerum* significet, accipiat præter M. Tullii locum a Seruio adductum, & Titi Liuii testimonia, qui primo libro ab Vrbe condita de Numa Pompilio loquens, ita inquit: *Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis, instructumque, non tum peregrinis artibus, quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit,* An *tristem Sabinorum disciplinam,* hoc est, querulam dicemus? an non seueram potius? Atqui Vergilius in octauo Æneidos de Sabinis sic ait:

Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas,
Concessit caueæ magnis Circensibus actis
Addiderat, subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; ueneris.

Idem quoque Liuius libro trigesimo nono de Catone loquens: *Hunc sicut in omni vita, ita tunc petentem premebat nobilitas. Coierant apud Prætorem L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat, candidati omnes, ad deiiciendum honore eum, non solum vt ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur nouum hominem censorem videre, sed etiam quod tristẽ censuram periculosamq; multorum famæ, & ab læso a plerisque, & ladendi cupido expectabant.* Et inferius de eodem Catone: *In censibus quoq; accipiendis tristis &*

aspera in omnes censura fuit. Ouidius libro decimoquinto Metamorphoseos:

Tunc quoque sic dicta est sententia tristis, & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in vrnam.

Et idem Verg. de Charonte:

Nauita sed tristis, nunc hos, nunc accipit illos,
Ast alios longe summotos arcet arena. De quo prius dixerat:
Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat,
Terribili squallore Charon. Et,
Iam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus.

Diffusius proinde de *vris* scribat Beroaldus, quos cum Seruius boues agreſtes esse tradat, ipse non modo, quæ de eis perhibent Plinius, Cæsar, ac Solinus, de more proferat, sed ad magnum etiam Albertum confugiat, Seruiumque vnica a se, eaque nihil coarctatione superari credat. Heus lepide interpres: An etiam cum Seruium concisum, mutilatumque tuis non satisfacere auribus prædicas, Albertum magnum nominas? An eius auctoritati, si vt ante illum vixit, ita post floruisset, aliquid Seruius erat delaturus? Habuit magnum scriptorum delectum: cum tu ex Isidoro, Albertoq; Magno insulsa, inuenustaq; scripta contexis. *Tristis* quoq; præter vulgare significatum, pro *amaro* quandoque accipitur. Vergilius in Georgicis: *Tristiq; lupini*
Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantem.
Ouidius libro tertio de Ponto:

Tristia per vastos horrent absinthia campos,
Conueniensque suo messis amara loco est.

Et inferius eodem libro:

Tristia deformes pariunt absinthia campi,
Terraq; de fructu, quam sit amara, docet.

Quomodo Sophoclaus cothurnus apud Maronem sit capiendus, contra Beroaldi censuram.

CAPVT XIII.

SVnt & Vergilii hi quoque versus ex Pharmaceutria, ad Augustum Cæsarem:

En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem,
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Quos explicans Seruius, ita scribit: *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno: ac si diceret. Quanquam impar sit ingenium laudibus tuis, nam tua laudes merentur exprimi Sophocleo tantum cothurno. Sophocles autem tragœdiographus fuit altisonus.* At Beroaldus sic: *Ego opinor eo versu a Vergilio laudari carmina Cæsaris Augusti, qui floruit in Poetica: qui, vt auctor est Tranquillus, reliquit librum hexametris versibus conscriptum, cuius titulus est Sicilia & libellū Epigrāmatum: præterea tragœdiam Aiacem exorsus est magno impetu. Volans igitur Poeta laudare tragicū Augusti premā, stylumq; grandi-*

grãdiloquum, dixit illius carmina digna esse Sophocleo cothurno, id est, stylo & sublimitate, qua vsus est Sophocles in tragœdiis scribendis. Fuit enim apud Græcos haud dubie princeps tragici poematis, quod etiam memorat Plinius in septimo libro. Hinc etiam in honorem Augusti a Poeta dictum est,

Atq; hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Tanquam Augustus hederacea corona, hoc est Poetica, non minus coronari mereatur, quam laurea, hoc est, triumphali. Celebratur a Macrobio atq; Tranquillo iocus Augusti: qui cum interrogaret, quid ageret Aiax tragœdia, quam, quod dissiluisset, ipse deleuerat: respondit, Atacem suum in spongiam incubuisse. Audiui qui dicerent se vidisse poema Sophoclis ab Augusto donatũ Romana lingua. Quod si verum est, poterit commodissime ad id etiam referri carmen Maronianum. Sed nimis ridiculus est Beroaldus, nec vllo ingenii acumine admodum valuit. Quid enim est eius commentatiuncula absurdius? quid ineptius? Quod si qua in eo non iudicii, sed sanitatis scintilla fuisset, seruii sententiæ, quæ verissima est, subscribere minime dubitasset. Siquidem cum Poeta Augusti *carmina Sophocleo cothurno digna* per orbem ferri optat, non de iis quæ Augustus scripserat, intelligit, sed de illis, quæ de Augusto erant scribenda. Cuius gesta, quoniam ampliſſima erant, nimirum grãdiloquum carmen exigebant. An, obsecro te Beroalde, maiori laudi Augusto futurum erat, si ipse alte scripsisset, quam si alii fortia eius facta, heroico, hoc est, ampliſſimo carmine, quoue commodissime scribi possint, vt inquit Horatius,

Res gestæ regumq;, ducumq;, & triſtia bella, cecinissent? Atqui eius bella efferebat Verg. cum ita scriberet,

Tu mihi seu magni superas iam saxa Timaui
Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit vnquam
Illa dies, mihi cum liceat tua dicere facta?

Cum igitur Bucolica eo tempore componere Verg. nõ ab re diem optat, qua Augusti laudes Homerico numero celebret, quod & in tertio Georgicorum aperte pollicetur, cum ait:

Mox tamen ardentis accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

Nam quod *tua carmina* dixit, de te scripta, ac tibi accepta referenda subintelligis, quemadmodum & ipse paulo post,

A te principium, tibi desinet: accipe iussis
Carmina cœpta tuis. Et alibi, *Non inuisa cano.*

Iam quæ de eius carminibus, & de Aiace in primis cõiicit Beroaldus, quã sunt frigida? Non animaduertit hic noster luscioſus, irrisum videri potuisse a Vergilio principem, si eius tragœdiam, quam nõ succedente stylo aboleuit, ad Sophoclis altitudinem extulisset:

quanquam non satis liquet, ad id poematis genus auspicatus fuisset Augustus, cum Vergilius iuuenis admodum Bucolica conscriberet. Facessat itaque tam futilis expositio, versusque illos,

Atq; hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Hoc modo exponendos esse discat Beroaldus, vt inter egregias Augusti laudes sit & hæc non postrema, quod eius beneficio Verg. primum inter Latinos locum occuparit. Frigent enim vates nisi a principibus foueantur. Quo & Martialem adlusisse crediderim, cum ait, *sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones.* Cumque Vergilius Sophoclem nominarit, non ideo factum reor, quod eum Euripidi anteponere voluerit: sed quia id nomen heroico metro melius conueniret. Cui & simile est Propertianum illud ad Lynceum Poetam,

Desine & Aeschylea componere verba cothurno.

Non Aeschylum scilicet, quasi aliis præstantiorem nominauit Propertius, quem rudem in pleriſque & incompositum fuisse scimus, vt cuius fabulas in certamen correctas deferre posterioribus Poetis permiserint Athenienses, sed quod ab eius nomine deductum nomen, versu recte clauderetur. An cum Horatius de Rom. populo sic inquit,

Seruus enim Graecis admouit lumina chartis,
Et post Punica bella quietus quærere cœpit
Quid Sophocles, quid Thespis, & Aeschylus utile ferrent.

Iccirco Euripidem non nominauit, quod vel Thespi eum, vel Aeschylo duxerit postponendum? Hoc ne ipse quidem Beroaldus persomnum affirmaret. At Plinium 7. nat. hist. libr. Sophocli palmam de Tragico deferentem citat, cuius hæc sunt verba: *Sophocleum tragici cothurni principem defuncti sepelirit Liber pater iussit.* Cur M. etiam Cic. Plin. multo melioris in oratore testimonium prætermiserit? quod est: *Non enim in Poetis Homero solo locus est (vt de Graecis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nam Aristophanis hac in re iudicio facile est faciendum, quod veteris comœdiæ scriptor, quo genere nullum olim vnquam neq; mordacius neq; in scribendo liberius fuit, non Euripidem modo sed ipsum Sophoclem, ac Socratem, etiam deriserit.* Verum nimis audax, ne dicam temeratius fuit Beroaldus, qui suum hac in re iudicium interposuerit. Enimuero Sophocli nec hæc palma, an Euripidi sit deferenda, *Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.* Crantor certe Solensis, egregius Philosophus, præ ceteris omnib. Poetis Homerū, Euripidemq; admirabatur, operosum, industriæque plenū esse, seruata proprietate tragicę cum misericordię simul affectu scribere asseuerās. Et Cic. Q. Tironi de Euripide scribes ait, ψυχῶ ξ λεπίδα χρωτὶ πολυμαθείαν, inquit, *Euripidis sicut tu quam ἄκεσιν nescio. Ego certe singulos eius versus, singula existimanda puto.*

Fabius

Fabius quoq; Quint. vel ex profecto scriptorũ censor, hanc litem dirimere non ausus est, quamuis in decimo de Tragœdia loquens, his verbis rem attingat: *Sed longe clarius illa strauerunt hoc opus Sophocles, atq; Euripides: quorum in dispari dicendi via, uter sit Poeta melior, inter plurimos quæritur. Idq; ego sane, quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iudicatum relinquo. Illud quidem nemo nõ fateatur necesse est, iis qui se ad agendum comparant, utiliorem longe Euripidem fore. Nam is sermone, quo ipsum reprehendant, quibus grauius, & coharmus, & sonus Sophocli videtur esse sublimior, magis accedit oratorio generi, & sententiis densus, & in iis quæ a sapientibus tradita sunt, pene ipsis par, & in dicendo atq; in respondendo cuilibet eorum qui fuerunt in foro diserti comparandus. In affectibus vero cum omnibus, tum in iis qui miseratione constant facile præcipuus, ut sæpe testatur & eum secutus, quanquam in diuerso opere, Menander.* Hæc Fabius. Illud miror, Beroaldo quoq; Sophoclis poema Latinitati ab Augusto fuisse donatũ persuaderi potuisse, cum de eo re nulla fiat ab historicis mentio, nec a Tranquillo quidem, singula quantumuis minuta cum omnium Cæsarum, tum Augusti facta dictaque dil. gentissime exsequente.

Quæ messis apud Verg. bis solem, bis frigora sentiat: contra Probum, Beroaldumq. CAPVT XIV.

ILla seges, ait Vergilius: *demum votis respondet auari,*
Agricolæ, bis qua solem, bis frigora sensit. Hosce versus Seruius sic enarrat: *Bis qua solem, bis frigora sensit.) Quæ bis & diurũ & nocturnum sentit frigora. Per quod duplicem ostendit arationem, vernalẽ & autumnalem. Nec enim ad tempora æstatis vel hyemis referre possimus, quod ait:* Bis solem, bis frigora: *quia non sunt in Italia uno anno duæ æstates, & duæ hyemes, sicut Geometra dicunt in quadam parte Indiæ, in Insula Tabrobana.* Phil. autem Beroaldus: *Potior,* inquit, *apud me est auctoritas Plin. Verg. versum secus quam Seruius interpretatur, in decimo octauo sic scribens. Quarto seri iulio Verg. existimatur voluisse, cum dixit optimam esse segetem, quæ bis solem, bis frigora sensisset. Futile est inuehere Seruii interpretationem de calore diurno, & frigore nocturno: cum Poeta loquatur de sole æstiuo, & frigoribus hyemis.* Et Probus Grãmaticus mihi videtur elegantius atq; eruditius enodasse nodũ Maronianum, scribens Postam loqui de agro, quem noualem vocamus, qui sub exitum hyemis, hoc est, initio veris proscinditur: & ita æstate, qua siquitur, siccatur: deinde sub introitum hyemis semente facta, sequenti æstate reddit fructum. Et ita bis sentit frigus semel ante æstatem deficiente hyeme, initio veris, iterum post sementem: bis solem, semel æstate qua ceßat, iterum qua fructũ refert. Hic sane locus, si non alium in medium adduxissem, quales sunt omnes Beroaldi annotationes, plane indicat. Cũ enim a se ne verbũ quidem proferat, alienam non gloriam, sed gloriæ pusillum fumum venditat. Atquam est lubricus? quam inconstans? Plin. 4. *fulco*, ex Verg. præcepto iterandũ esse docentẽ citat. Si recte Plinius, cur Probi senten-

tiam subiungis? Vtinam tam æritus non esses: aut cur Probi melioris quam Serui enarratio, ostenderes. A quo si discedimus, vt Plinii, Probique pace dixerim, neutrum eorum verum Poetæ sensum attigisse opinor. Quod enim de *quarto sulco* tradit Plinius, nimis mihi Virgilianum præceptum restringere videtur: quarta siquidem aratio feracissimas etiam, maximeq; pingues terras delassaret. Quæ si minus fœcundæ fuerint, nonne

Sub pondere
Arentem tenuis fat erit sustendere sulcos?

Quod si præcedenti anno aratio nonnunquam fiat, vt Probus commentatur, quomodo campum situ durescere patiemur? Et profecto quidem sententia, nullo pacto vera esse potest. Si enim sub Iove nimium rectum profundamus, iam frigus non sentiet, quod tam solum vere durescere solet. Ego sane si Plinio grauissimo scriptori (non Probum mihi moror) inuenem refragari fas est, semel tantum in anno frigus, semelque calorem esse interpretor. Quamobrem cum Virgilius agros altero anno seri, altero vacuos esse debere iubet, tam segetem, hoc est, cum agrum auari agricolæ votis respondentem efflauerit, qui *bis solum, & bis frigora sensisset*, hoc est, qui semel tantum otiosum cessaret, altero vero fereretur: qua vnica ratione bis solum, bis frigora pati potest. Huc namque spectat & præceptum illud,

Alternis idem tonsas cessare nouales,
Ne segnem patiere situ durescere campum.

Quod si fortunatis miserè parci fuerint agricolæ, vt plerosque eorum videmus maleque secum agi arbitrentur, si nihil prorsus secundo anno cessante agro fructus percipiant, illud addidit,

Aut ibi flaua seres mutato sidere farra,
Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenues fœtus vitia tristisq; lupini
Sessuleris fragiles calamos syluamq; sonantem.

Vt tamen omnino præstare, si ager vacet, intelligeremus, subdidit,

Sed tamen alternis facilis labor.

Quando quidem cum multa recreandorum agrorum remedia docuisset, intermissionem omnibus præposuit, vnde & eam rem frequenter iteravit. Hinc elegantissime Ouidius in primo de Ponto,

Quamnunquam vacuo solita est cessare nouali
Fructibus assiduis lassa senescit humus.

Quam inepte insulseque Seruium a Beroaldo in sequentium Virgilii carminum enarratione reprehendatur.

CAPVT XV.

PVergilius in 1. Georg. lib. de iis agens, quæ agricolæ festis diebus exercere nulla religione prohibentur, ita scribit,

Sæpe

Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemq́, reuertens
Incuſum, aut atra maſſam picis vrbe reportat.

Horum carminum poſtremum enarrans Seruius, ſic ait: *Maſſam picis vrbe reportat, aut quia oleum, vel poma portauerat ad vrbem, aut certe ideo reportat, quia pix in agris naſcitur, & in vrbe nō diſtracta in agrum a pluribus reportatur.* Duplici ſenſu hunc locum interpretatur Seruius, vel vt qui oleum aut vilia poma in vrbem portaſſet, incuſum lapidem (ſeu picem domum referret: vel ſi eius verbi *exre & porro* compoſiti proprietatem attentius conſideremus, picem quam in vrbem portarit, non diſtractam reportet, quorum vter ſit magis probandus, vix ſatis dignoſcas. Noſter tamen Beroaldus, vnica loquacitate cōmendandus, alteram Seruij expoſitionem diſſimulat, alteram ſtupidiſſime reiicit. Seruij enim hæc tantum verba in medium adduxit: *quia pix in agris naſcitur, & in vrbe non diſtracta reportatur*: quibus hæc ipſe ſubiungit: *Poeta ſignificare vult vſum picis eſſe neceſſarium agricolis, dixit picem eos ſolitos in vrbe mercari, & ex vrbe in agrum reportare aſello doſſuario, nō autem exponit Seruius* agricolas picem in vrbem deferre venalem, & reportare non venditam. *Nā ſi aduertiſſet diligentius conſuetudinem priſcorum agricolarum, qui picem adres quamplurimas vtebantur, dixiſſet profectō ſecus, ſententiamq́, mutaſſet. Namq́, priſci vtebātur in villa pice potiſſimum ad vina condienda, vt auctor eſt Plinius lib. 14.* Pice arceſina condire muſta vulgare eſt. *Et ab eodem ratio redditur condiendimuſta aſperſu picis*, vt odor vino cōtingat & ſaporis acrimonia. *Columella & Palladius picem ad vaſa picanda, & quamplurimis in rebus vtiliſſimā eſſe tradiderunt. Porcius Cato admonet agricolas*, vt vaſa habeant bene picata: *vnde* impicare & oppicare, *quæ ſignificant* pice linere, *verba deriuantur, quibus ſcriptores rei ruſticæ frequenter vtuntur. Hæc & id genus alia in expoſitione Maroniani verſus aberudito interprete fuerant referenda, cum illa Seruij enarratio, nec poeta, nec commentatore digna ſit.* Quid huic tam loquaciter litigioſo dicas, aut facias? Nōne vt Columellam ſe ac Varronem legiſſe oſtenderet, & mille nugamenta effutiret, Seruii locū peruertit, ſeu potius mutilum in medium adduxit? Iam quod integre illū recitauimus, quorſum Beroalde præclarū hoc tuarū annotationū caput? Sit pix ad vina, vaſa, & ſi quid præterea eſt picandū, agricolis neceſſaria, quis negat? An quod Seruius Plinii, Catonis, Columellæ, Palladiiq; præcepta in ſua commentaria non aggeſſit, picē agricolis minus eſſe neceſſariā exiſtimauit? aut eius vlum ab ijs non ad vaſa picanda, ſed oculos, vt altius dormirent, oblinendos, transferendū putabat? Sed mirū eſt, q̄ proprie hic rabula ruſticorū morē expreſſerit: *Poeta*, inquit, *ſignificare volēs vſum picis agricolis eſſe neceſſariū, dixit picē eos ſolitos in vrbe mercari, & ex vrbe in agrū reportare aſello doſſuario*: quod ſi picē nō mercentur, ſed vel oleo per-

rantur, quod vel dono accipiant, an eam reportabunt? Quid quod verbi proprietas facit, vt verior sit ea sententia, quæ a Beroaldo rejicitur, cum eam in agrũ reportent agricolæ, quam prius in vrbem portarint? atque hoc quidem *incuso lapidi* pulcre conueniret. Ex agris siquidem saxa incudenda in vrbem portãtur, & inde incusa referuntur, quanquam & hunc veriorem esse poetæ sensum conicere licet, quod pix asello reportata, tã multa esse creditur, vt magis non distracta, q̃d proprios vsus comparata rus referatur: nisi forte aut picea vasa, aut vina pro picatis picea olim fieri solita somniemus. Verum q̃ vtroq; modo Vergilianum locũ explicauit Seruius, hæc quæstio de lana caprina videri potest. Ego sine hoc præcipue ostendere volui, a Philippo Beroaldo id satis maligne fuisse prætermissum, q̃ paucis verbis attigerat Seruius, qui tam doctis omnib. satisfecit, quam Beroaldus omnes aniculas inani strepitu obtudit. Vnum mirror, non aliquid ab eo huc in locum ex Magno Alberto translatum fuisse. Sed is de piscibus (vt opinor) vsu, auium, herbarum, lapidum, quadrupedumq; miraculis intextus, & Iulio Solino ac Luciano mendacior, nihil scriptum reliquit. Sunt igitur omnes Peroaldi annotationes dignæ, quæ cum Iodoci Badii lucubrationib. conferantur. Quod si quid in illo commendare possumus, excellenti eum memoria præditum fuisse nõ diffiteor: licet ingenii, aut iudicii acumine non admodũ sit celebrandus. Idq; nisi ex eius scriptis cordatissimus quisq; colligat, nulla est causa, cur nõ M. Tullio eum cultiorem, candidioremq; exstitisse concedam. Demũ quod Seruii enarrationẽ nec poeta, nec commẽtator ed gnã existimat, quorsum pertineat non intelligo, nisi aliquid forte se mirificũ ac inauditum commentũ arbitratur, cũ picẽ agricolis necessariã esse primus (q̃ sine inuidia sit dictũ) validissimis argumentis ostendent.

Eiusdem Beroaldi error manifestus.

CAPVT XVI.

NOn tanti erũt mihi posthac omnia Beroaldi scripta, vt ea iterum vel leuissime sim percursurus, si aliud impudentissimum eius erratum ostendero: quod quidem pro more admisit, dum Seruii verecundiam contemneret, dum parum secum cogitaret, an recte hi Vergilii in Georgicis versus:

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno,

essent a Seruio expositi, cuius hæc sunt verba: *Quin & caudicib. sectis. Caudicib. possunt pro codicib. sicut caule pro colum, sauriẽ pro sorui dicimus. Fit autẽ, q̃ nunc dicit, de oliua & myrto: quarũ sicci stipites secantur vsq; ad medullam & terrãtur: ibi exsurgentes creant, q̃ sine dubio mirũ est.* Hæc Seruius. Beroaldus autem sic: *Dicuntur a Seruio hoc in loco ea, quæ nec vera sunt, nec verisimilia, nec ab vllo scriptorum memorata, neq; Vergil. versib. conuenientia. Nãq; poeta illud verbũ loquitur de insitione, qua leuigatur falce truncus, & aut inter cortice lignumq;*

gnumq; inseritur calamus, aut fisso trunco inprimitur medullæ, cuius rectora disciplina tradita est a Columella, lib. 3. a Plinio 18. a Palladio pluribus in locis, & tanta est vis insitionis, vt etiam satiuæ plantæ syluestrium radicibus inserantur, natura siccioribus. Aptissima enim est insitis siccitas, vt auctor est Plinius. Inde dictum est a Poeta:

Truditur e sicco radix oleagina trunco:

id est, *olea inseritur, & radices agens viuiscit etiam in sicco ligno, q̃ est mirabile dictu. Cato præcepit inseri oleas Luna sicca.* His nostri Æac verbis nihil est stultius, nec a vero remotius confingi posse pro certo habeo, vt quibus quid sibi velit, ipse nesciat: ita rem tangit, de qua nulla fit apud scriptores mentio, & Vergilii sensum furiose distrahit, cuius præceptorum ordinem, seu contextum, si diligẽtius expendisset, quã in re manifesta cœcutierit, præclare potuisset dignoscere. At is cum de modis primo a natura datis egisset, quibus omne syluarũ, fruticũ, nemorũq; genus vireret, alios subdidit, quos eadẽ adiuuante natura sibi vsus repererat. Cumq; plãtas alij de tenero matrũ corpore abscindant, sulcisque deponant, hic stirpes in aruo obruat, hic sudes & vallos aliæ aũt syluarũ (vt eius verbis vtar) pressos propaginis arcus exspectẽt, & viua plantaria sua terra, quæ omnia seruatis arborũ radicib. fieri necesse est, his versus adiunxit:

Nil radicis egent aliæ, summumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno.

Quibus duos itidẽ modos ostendit poeta, vt arbores ẽt sine radice plantatas, radices emittere intelligamus. Eorũ alter est, vt defectum ex summa ardoris parte ramũ terræ infodiamus: alter vero, vt e sicco ꝓpemodum oleæ ligno radix trudatur, vbi *siccũ lignum* non est simpliciter accipiendũ, sed *fere siccum*: alioqui aridũ lignum nunq̃ vel radices emittere, vel reuiuiscere, nisi ꝓdigiose potuisse legimus, cuius rei exemplum apud Ouid. in Metam. de Medea traditur, quę nõ Æsonẽ modo iam decrepitum senẽ iuuenilib. annis restituere, sed siccum truncum frondib. vestire valuit. Hæc Verg. præcepta vera esse, nemo est qui nesciat, alterumq; eorũ in multis arborib. fieri solet, alterũ in oleis tantũ, myrtisq;. Neq; vlla ratio aut modus est, qua oleæ feliciu. proueniant. Quod si ad insitionẽ posterius de olea præceptũ deducas, id Vergil. admonuisse fateberis, cuius nullus est agricolis vsus. Si enim eo pacto quo conijcit Beroaldus oleam inseras, non modo seris nepotibus, sed vix vltimis posteris vmbram factura crescet, q̃ ab insitione debet esse quam remotissimum, in quibus inesse celeritatem, vel illa eiusdẽ Poetæ carmina indicant:

Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte
Finditur in solidum cuneis via, deinde tenaces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos,
Mirata estq; nouas frondes & non sua poma.

Quid quod minime accommodari poterit Vergilij sententiæ ridicula Beroaldi expositio? *Truditur*, inquit, *e sicco radix oleagina ligno*: id est, *olea inseritur, & radices agens viuiscit etiam in sicco ligno, quod est mirabile dictu.* Imo non dictu tantum, sed auditu etiam esset mirabile, belle interpres, si immutato rerum naturæque ordine, non arborum radices, sine quibus eæ nullo modo viuere possunt, insitis flagellis vires darent, sed illæ etiam siccę ab exiguo, pusillasq; per se vires habente ligno possent excitari, Tunc vere cum Damnone dicere licet:

Nunc & oues vltro fugiat lupus, aurea duræ
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,
Pinguia corticibus sudent electra myrica,
Certent & cygnis vlula. Proinde non alias esse arbores, quæ radicum cum plãtantur siccitatem æque ac oleæ myrtiq; pati possint, dicamus, quod cum vsus facilime verum esse omnes fateantur, Vergiliano præcepto parere conuenit. Nam sectis caudicibus, quos eam arboris partem appellamus, quæ terræ adhæret, & si penitus arida extrinsecus appareat oleæ radix, si oleã terræ mandaris, truncum quem penitus arentem arbitrabaris, radices emisisse videbis: quod est sane mirum. Quod & sibi Vergilium voluisse, non ambigo. Cum enim de insitione ageret, enodes truncos resecandos esse præcepit, quod in omnibus oleis (quippe paucæ arbores sunt eis nodosiores) non facile inuenias: in ijs certe quarum radices propemodum essent siccæ, fieri non potest. Id enim vnica vetustate contingere, vel pueri facile dignoscunt. Ipse quoque Vergilius, postquam strictim modos vsu repertos percurrit, eodem fere ordine seruato, quod ex eius versibus apparet, de oleis myrtisque præceptum melius explicauit. inquit enim:

Sed truncis oleæ melius, propagine vites
Respondent: Paphia solido de robore myrtus.

Non est igitur, quod nusquam hoc legi garriat Beroaldus de cuius annotationib. ideo aliqua scripsimus, vt cautius ceteri eius lucubrationes examinent, nec protinus quod hic de se pollicetur, credere in animum inducant: cum in eius scriptis primas sibi proculdubio vindicent, inanis putidaque iactantia:

Raucaque garrulitas studiumq; inane loquendi.
Quomodo capiendus sit remus, a Vergilio in Miseni sepulcro positus.

CAPVT XVII.

QVid igitur? si tam impudens fuit Beroaldus, an iccirco Seruium, vti Deum quempiam amplectemur? Nequaquam arbitror Cum de illo, eiusque calumniatore superius loquentes, Seruio in literis excellentiores quandoq; lapsos fuisse dixerimus. Ceterũ dum manifesta errata quærimus, odiosam quandam in ijs vestigandis superstitionem diligenter vitare debemus: quod in Seruio

uio carpendo non cauit Beroaldus, magis voluminum numero, magnitudinique, quam scriptorum elegantiæ, ingeniique candori proculdubio addictus. Seruius itaq; in aliquibus, quæ a Beroaldo taxata sunt, plane errauit. At in plurimis, vt vidimus, eius obtrectator fœdissime hallucinatus est. Nam illa in erratorum numerum non veniunt, quæ breuiter a Seruio enarrata, multa garrulitate a Beroaldo explicantur: qui in eo etiam malignitatis est accusandus, quod si quando Seruius duobus modis eundem poetæ locum exponit, nullam de altero enarrationis capite mētionem faciens in alterum furiose inuehitur, quasi Seruius non ideo duplicem eiusdem rei sensum aperuerit, vt lectori vtrum mauult, eligere sit liberum. Iam si Beroaldi in eo negotio institutum aliquo pacto esset laudandum, Seruium quidem obscuritatis arguere merito possemus, quod Vergilianos illos in sexto Æneidos versus interpretans:

Ad pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imposuit, suaq; arma viro, remumq; tubamq;.

de remo ita scribat: *Remumq; tubamque. quia & bellator, & remex fuerat: licet pessimus etiam solum tubā accepere. Remus enim dicitur lorum, quod continet tubam.* Cum enim prima expositio verissima sit, altera omnino explodenda videtur, quod Vergilius in ijs versibus Homerum sit imitatus: ac remum nō aliter, quam ille fecerit, pronautico instrumēto proprie posuerit, quod & Seruium haud dubie innuisse opinor, cū Maronem ex remo Miseni tumulo imposito, eundem & bellatorem & remigem ostendere voluisse recte colligat. Quod si quis eius vocis significatum diligentius scrutari cuperet, de tubæ loro nō multa verba docte admodum subiunxit. Sed non temere prima maximeque propria *remi* declaratione esse recedendum, Homeri testimonio asserimus: quem non tantum in in vna ea parte, sed in ipso Miseni casu Vergilius est æmulatus. Enimuero sicut ille Elpenorem Vlyssis socium ebrium e longa scala cecidisse, eiusq; insepulti animā ab Vlysse apud inferos cognitam, moxq; sepulcrum mortuo a socio erectum finxit: ita & Maro:

Misenum Æolidem, quo non præstantior alter
Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.

licet diuerso mortis genere perierint: quandoquidem ille ad nimium vinum eius causam refert, hunc autem:

Forte caua dum personat aquora concha
Æmulus exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter saxa virum spumosa immiserat vnda.

Porro Hometi de Elpenoris sepultura versus ex duodecimo Odysseæ hi sunt:

ἔμπης δὴ τὸν ἔπειτα φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
καὶ τότ' ἐγὼν ἐπέρους τε θοὴν ἐς δώματα κίρκης
εἶσι μάλα νύκα δ' ἐλπήνορα πῦρ ἐνέπρησα,

Φιτρὸς δ' ἀΐξα τερόεντος· τὸν ἀκροτάτῃ κεφαλῇ ἀκτῇ.
θηκάμεθ' ἠχήεντι μάλ' ἀμφὶ θαλάσσῃ κωφὸν ὄνειαρ ἐόντες.
αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρὸς τ' ἐκάη, καὶ τύμβος ἐχώσθη,
τύμβῳ δ' ἀντίσαντες, καὶ ἐπὶ σφίσιν ἔρυσσαν ἐρετμά
πηξάμενοι ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν. Hoc est,

Aurora at roseas quum protulit aurea bigas,
Præmisi socios ad Circes tecta frequentes,
Exstinctí: efferrent quí Elpenoris inde cadauer.
Ac subito ramis extremo in littore cæsis,
Condidimus terræ, lacrymis mœsta ora rigantes.
Postquam autem absumpsit corpus simul ignis & arma,
Stargentes tumulum monumentum erexímus altum,
Fiximus in summoq; illius vertice remum.

Sed & ipse Elpenor Vlyssem apud inferos pro sepultura orans, remum itidem suo sepulcro imponi voluit:

πῆμα τί μοι πλέεσσι, πάρεσ δ' ἐπὶ νυκτὶ ἑταίρῳ,
Hæc mihi perficies, remum superadde sepulcro.
Qui sint Ansacti valles. CAP. XVIII.

CEruium proinde in iis errasse non dicemus. At in aliis quibusdam, a Beroaldo collectis vtique. Sed & is Aristarchus in eius lapsibus deprehendendis nonnulla ignorauit: quale est illud de *Ansactis vallibus*, in quibus & Orci fauces esse, & pestiferam Etynim se condidisse, Vergil lib. 7. inquit his versibus:

Est locus Italiæ in medio, sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Ansancti valles: dersis hunc frondibus atrum
Vrget vtrunq; latus nemoris, medioq; fragosus
Dat sonitum saxis, & toto vertice torrens.
Hic spæcus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptoq; ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces, quis condita Erynnis
Inuisum numen terras cœlumq; leuabat.

Quos enarrans Seruius sic ait: *Hunc locum vmbilicum Italiæ Chorographi dicunt. Est autem in latere Campaniæ & Apuliæ, vbi Hyrpini sunt, & habet aquas sulphureas, ideo graviores, quia ambitur syluis. Ideo autem ibi dicitur aditus inferorum, quod grauis odor vicina accedentes necat, adeo vt victimæ ad hunc locum non immolarentur, sed odore perirent, ad aquam applicatæ & hoc erat genus litationis. Sciendum tamen, Varronem enumerare, quod loca in Italia sint eiusmodi: vnde & Donatus dicit Canusia, qui dicitur locus a poeta circa fluuium, qui Calor vocatur, quod ideo non procedit, quia ait, Italiæ in medio.* Hæc Seruius. In quibus meo iudicio aperte deceptus est: quamuis ipse Donatum de eadem re parum recte sensisse existimarit. Nec enim is locus, qui est in Hyrpinis, hoc est, Campaniæ ato; Apuliæ latere, vmbilicus Italiæ est, vt Seruius credidit: nec Vergiliana loci

na loci descriptio, aliqua ratione ad plana loca referri valet. Nam illud quidem C. Plinius ex M. Varronis sententia improbat, libro 3. natur. historiæ, ita scribens: *In agro Reatino Cutiliæ lacum, in quo fluctuet insula, Italiæ vmbilicum esse, M. Varro tradit.* Hoc autem Vergilii sensum distraheret, frustra scribentis eum locum esse sub altis montibus, qui sit in planicie, si & aliorum montium, qui in ceteris Italiæ locis vel propinquis, vel adeo remotis inueniuntur, rationem habuisset. Siquidem eodem loquēdi more, quæuis camporum (vt vocant) æquora, sub montibus dici posse videretur: quo tamen nihil esset absurdius. Quamobrem cum Seruius, vt se recte sensisse ostenderet, illa subdit, *Sub montibus altis*: hoc nisi ad totam Italiam referas, non procedit, vt sit, est in vallibus Italiæ montuosæ: nam hoc in loco montes non sunt: sciat, quæ de eo loco commentus est, nullo pacto vera esse, quādo præter maximam improprietatem, nec illa Vergiliana verba:

Medioq; fragosus
Dat sonitum saxis & toto vertice torrens:

locis qui in montibus non sint, vllo modo accommodari queunt. Salua ergo Seruii pace, locus quem Vergilius describit, est *in vmbilico Italiæ*: hoc est in agro Reatino, in quo Velinus lacus ex præruptis montibus in Narem fluuium cadens, nimirum pestiferas fauces aperit, non quod Velini lacus aqua pestifera sit, sed quod in Naris alueum cadēs, pestifera quodammodo reddatur. Alibi enim idem Maro de Velinis hisce fontibus loquens, sulphuream eius fluminis aquam vocauit:

Sulphurea Nar albus aqua, fontesq; Velini.

Quis autem non videt, sulphureas aquas graues admodum esse, ac mortalibus nocentes? Et sane qui locum eum, de quo loquor, viderit nihil tam egregie vel soluta oratione describi posse, quam illum a Vergilio expressum dignoscet. Nam & montes circum hinc inde altissimi sunt, & torrens ille e Velino lacu, maximo impetu simul emissus, tanto fragore in profundam conuallem cadit, vt Tartari fauces ibi esse non præter rem a Poeta fictum existimes. Sed & cum ipse, vt hoc naturæ miraculum perspicerem, in ea loca venissem, vicinorumque eis oppidorum habitatores, quodnam obscuræ ei valli densis arboribus vndique tecte nomen esset, interrogassem, *Ansacti* mihi ab omnibus responsum est: ita præter alia argumenta, ex hoc quoque Seruium ad verum Maronis sensum non peruenisse colligitur. Quin & hoc quoque ab iis, qui mecum aderant admonitus sum, propter maximum aquarum e Velino lacu cadentium impetum, non ignem modo ex lapidibus assiduæ excudi, sed & mille colores ex eiusmodi collisione gigni: vt quum eos spectes, Irim te videre credas. Vnde & iis, qui singulis diebus in agro Velino arcus apparere tradiderunt, occasionem datam autumo.

De Baptistæ Pij stylo: item defensus ab eius calumnia Servius.

CAPVT XIX.

SVccedit Beroaldo Baptista Pius, eius auditor, cuius commentaria quantum ingenii eruditionisque habeant, alii interpretabuntur. Ego sane cum pleraque eius scripta recreandi animi gratia nonnunquam lectitarim, neminem ad hanc diem ex iis exstitisse didici, qui durior, sordidior, impuriorque in scribendo fuerit, quam ipse Pius, longo interuallo in styli immunditie magistro anteponendus. De quo cum alibi pauca pro hominis merito dixerimus, aliqua etiam ad phrasin spectantia hoc loco ex eius annotationibus proferemus, vt cum risus aucupe, ne dicam ridiculo, ipsi quoque, & libenter quidem, rideamus. Risu enim, seu cachinno digna est præfixa prioribus Pii annotationibus epistola, cuius hoc est principium: *Accipe splendidissime, & Vltramundane Marchio, reuerendissime Protonotarie, colende patrone, hæc qualiacunq; adnotamenta, quæ sub nomine tuo, vti tutiora sint, & gratiora, chalcotypis notis dispalascere, inuulgarique curauimus, & fortassis ob hoc legentur, quoniam tuo nomini venerabili, micantissimo, radioso, per ora cuncta diffusili dicata sunt: siquidem Genius est operis, & perennitas æuiterna principi opus dicare, qui Deus terrenus est, & mortalis Iupiter.* Quod senticetum est his verbis asperius? quod saxetum durius? Nonne præstantius est silentio vitam transire, quam sic scribere? Et mox: *Diutile,* inquit, *viricularum mearum conscius tacebam potius, quam taciturie bam, Græcanici memor Epigrammatis huiusce scituli atque amœnuli.* Et paulo post: *Sed ego næ dementatus, & (vt inquiunt Græci) phrenoliptos, qui culpam deprecari malim quam carere. Porro quod me formidolosum alioqui meticulosumque suscitat, & impauidum reddit, & extrilidum, Gemini Marij sententia est ad Cæsarem.* Et inferius: *Accuratius, pensiculatius, libratius, examinatius, & amussitatius in vulgus scaturissent, & emanassent hæc nostra, ni præcipiti stylo, & extemporario, schedico plasticoque rudi formata, quidam synchronorum impressorum nitidissimus & accuratissimus de manibus inuito rapuisset, & expugnata tandem mea contumacia. Vale princeps honorificentissime prosperiter & faustiter, meq; ex mancipiis tuis, nedum atriensem, sed mediastinum foue fauore, tenoreq; quo semel occœpisti.* Hæc vna mehercle epistola Pii in scribendo iudicium satis superque patefacit, qualiaque sint eius scriptorum adyta præclare indicat. Sed tamen quoniam *dulce est* (vt ait Horatius) *desipere in loco,* alia quædam ex eiusdem lucubrationibus decerpta subiungam, vt Pium vbique sui similimum esse tam facile agnoscamus, quam pyrum volpes comest. Primum itaq; suarum annotationum caput his verbis est exorsus: *Subcisiuis horis, & tumultuarijs, quod aiunt, studijs, vti exasperascentis & exæstuantis æstatis impatibilem calorem blandiloquentulo salis affamine delinirem, legebam epigrammatographum poetam, quem neque Hieronymum, sacrarum*

erarum literarum ſpirarchum & anteſignanum, proſpiciente & accurate legiſſe depuduit, qui ingenii fluentiſono turbamenta polluit, & excelluit, vt apud poſteros aternum nomen acquiſiuit: hunc legimus ab Ælio Commodo ſuum Maronem appellatum: qui ſalibus, cauillis, & facetiis ſcatens & exuberans, meruit ſine ſine mordax a Sidonio vocitari. At hæc nihil ad Bromium. Ergo igitur eius Epigrammaton librum citatiſſimo curriculo, non tamen præceps & oſcitabundus legens, deprehendi non mediocriculum errorem, verum paminoſum & fœdum, non furunculum, ſed carcinoma: vbi ſyncronyſmi miratus inſcitiam, incuriam oppido miſeratus ſum. An non Pium ſuo hæc ingenio & iudicio ſcripſiſſe dicemus? An non ea verba in lucem reuocaſſe:

Quæ priſcis memorata Catonibus, atq; Cethegis,
Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas? Quanquam hoc vtcunque tolerandum eſſet, niſi & plurima, quæ antiquioris Latinitatis auctores ignorauere, ex viliſſimis ſcriptoribus deſumſiſſet, & innumera ipſe pluſquam Græca licentia ſibi confinxiſſet: quo nihil eſt nec dictu nec auditu tetrius, nihil a Latinorum conſuetudine remotius. Verum facilius flamina ad fontes recurrere valerent, quam Pius ab eiuſmodi verborum prodigiis abſtinere: quem quidem ego Vergilii Georgica publice interpretantem, auditorum animos his verbis detinentem audiui: *Poeta faſtigatus, cothurnatus, minime truigus, hunc locum atque edulcare poterit.* Loquebatur autem de Vergilio: cui ſi tantum deferret, quantum par erat, Fulgentii Placiadis mythologias nunquam enarraſſet, niſi forte verum eſſe illud Homericum:

ὡς αἰεὶ τὸ ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸ ὁμοῖον, aperte nobis oſtendere conſtituerat. Graphice vero nimirum tam egregium ſcriptorem imitatus eſt, quippe qui in epiſtola commentario in Placiadis ſomnia præmiſſa ita ſcribat: *Debemus & nos eadem antipelargia philoſtorgiam parentum redhoſtire.* Et inferius. *Legimus enim ciconias parentes anitate confectos ſubcolare, nutrire, foculare.* Et mox: *A repagulis bonus ero: imaginem ſerrulatam cordicitus radicatam cauleſcentem, vt nunquam decauleſcere poſſit obſeruitabo: & longule diſſitus, corde ſemper adhæreſcam.* Nã cõmentarii ipſius præfatio ſic ſe habet *Fulgentius auctor maxime nitidiſſimus, eloquentia leuigatiori, filo dicendi teres, exacto, excuſſo, abſolutiſſimo, orſus auſultationem fabularũ ex ſitu vetuſtatis erutarum enodatoriam, prolectat, illicit, arrogat, & penitiſſimo vinculo conciliat auditorum lubentiam, ſcribens procellæ bellicis vndi quouorſum detonantibus.* Et paulo poſt: *Et profecto, vt planius dicam, quid æque voluptificum, gaudiale, hilarabundum, appetibile, quam ſtudiorum tranquillitas quam literarũ malacia, quam horum pabulorum ſaginarium, laxamentumque, & grati diuerticuli meditatorium? Iam nemo tam eſſe mœſtus, tam tetricus poterit, quin hæc legens riſu emortatur. Huc accedunt cybeleium vehiculum, de le-*

nificus famulatus, pientissima ancillatio, auitium brutum animal, liuidulorum latratulus, penarium literarium, chalcotypi officinatores, geminitudo, mentis multi cupidæ remigium, cœlestia physiculãda, deificari, mutuiter, indiscriminatim, latialiter, rarenter, iocularitor, & multæ his minime ab similium vocum myriades. Quod si earum aliquæ semel aut iterum, vel apud maxime receptos auctores inueniantur, non tamen erant vbique a Pio inculcandæ, qui ab huiusmodi vocabulorum monstris quantumuis monitus:

Vt canis a corio nunquam absterrebitur vncto.

Ego porro hanc nimirum in quadam eius epistola clausulã omnibus oratoriis numeris absolutissimã obseruaui, *Tempore Gallieni floruit Imperatoris*: Fulgentiumq; designat, cui comparatus Apuleius, anseris medulla mollior videatur, ita rigidus, atq; (vt paucis absoluam) magis saxeus, quam lapidea Niobe, in scriptorũ ordinem obrepere non erubuit: nemo siquidem, nisi Fulgentii Germanus, solutam eius orationẽ minus quam pessimi cuiusuis poetę carmen, deridendam arbitrabitur: *Quamuis inefficax*, ait Placiades, *petat studium res, quæ carent affectu, & vbi emolumentum deest negotij, caussa cesset inquiri. Dignum vrticeto dicas tam blandum aurium oblectatorem.* Et Paulo post: *Non dicendi petit studium, sed viuendi flet ergastulum, & citius nunc aut quod amiseris fleas, aut quod edas inquiras, quam quod dicas inuenias.* Bernardi structuram ad vnguem ex hac formatam credas, tametsi in omnibus eius scriptis nihil tam esse absurdum censeo (de phrasi loquor) quam hac Fulgentii verba: *Quia soles domine, meas cachinnantes sæpius nænias lepore Satyrio litas lubentius affectare, dum ludicro talia ventilans epigrammate comœdica solitus es vernulitate mulcere.* Additur, *quia & mihi nuper imperasse dignosceris, vt feriatus affatim tuarum aurium sedes lepido quolibet susurro permulceam. Parũper ergo ausculto, dum tibi rugosam sulcis anilibus ordior fabulam, quam nuper Attica soporatam salsura nocturna præsule lucerna commentus sum, ita somniali figmento delusam, quo non furentem poetam aspicias, sed onirocritem soporis nugas ariolantem aduertas.* Quis hoc simul connecteret? ne Heraclitus quidem opinor. Quocirca eiusmodi scriptorum pestis, si non εἰς ἔχετον βασιλῆα, ad Plautinum saltem Hannonem essent mittendi, nempe Ari ad Afrum, vt condigno luto obruti, Latinam linguam ex eo emergentes, inposterum deturpare non auderent. Nos tamen ad Pium redeamus, qui cum plurima a Beroaldo didicerit, Seruium, & ipse præceptorem imitatus, in re nullius momẽti reprehendens, atque in Vergiliano carmine *melica*, non *medica* legendum esse deierans, haud dubie est hallucinatus. Pii verba ex posterioribus annotationibus hæc sunt: *Seruius, vt puto, labitur in enarratione illius Maroniani carminis ex Georgicorum lib. 1.*

Vere fabis satio tunc te quoq; medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura.

Legi

Legit enim non melicam, *sed* medicam *in Vergilio, cum debuisset admoneri vel hoc ipso, quod inter legumina & cum milio numerat: quod non fecisset, si* de medica *herba intelligeret. Sed cum trifolium per sementem seratur, quod non est omnino dissimile* melicæ, *posset non acriter accusari Seruius, qui* medicam, *non* melicam *recognoscit in Vergiliano carmine. Sed tamen cum de faba, de milio Maro præcepta tradat, indecens fuisset satis & leguminibus inserere pratensia.* Hactenus noster Pius. Quem quidem insigniter, dum Seruium carperet, lapsum esse, vt aliæ rationes non offenderent, hæc porro vel sola commonstrant, quod Vergiliano carmini non magis conuenit *medica*, quam Fulgentio omnium Afrorum ineptissimo Ciceronianus candor, aut Architrenio poetæ (nam eiusmodi scriptoribus cum Christodoris nescio quibus, Pius adprime delectatur) Homericorum poematum elegantia. Quandoquidem licet *medica*, seu trifolium inter legumina non videatur referenda, sed *melica potius*, cuius & Cato, & alii scriptores meminere: sic tamen implet illa vox Maronis versum, sic contra hæc deprimit, extenuat, comminuitque, vt si cum Seruio sentias, diuini poetæ carmen, si cum Pio, infelicissimi varis non farinam, sed vix furfur agnoscas. Sed nouum est, inquit Pius, ac Vergilio parum conueniens, trifolium inter legumina recensiri: quasi vero idem in quatuor Georgicorum libris ea solum, quæ ad agros, arbores, pecora, apesque spectant, recenseat, & non Italiæ laudes, agricolarum felicitatem, Venetiæ pestem, Aristæi fabulam, Cæsaris mortem, aliaque permulta & pluribus verbis explicans, magis a proposito diuertat, quam cum medicum cum leguminibus vere ferendam esse docet. Atqui alia addit Seruius, quæ *medicam*, non *melicam* in Vergilii carmine legi debere comprobant. *Adipsam herbam*, inquit Seruius, *apostrophe facit, hæc autem herba Medo translata est in Gratiam, qui tempore eam inuaserunt. Huius plena Venetia est, & (vt dicit Dionysius) trium foliorum est. Quod autem ait*, Putres sulci, *naturam ipsius herbæ respicit: nam vno anno frequenter seritur, & postea aliquot annis sponte procreatur, quod etiam sequens indicat versus, nam dicendo* Et milio venit annua cura: *ostendit, medica curam non esse annuam.* Si hæc tam accurate expendisset Pius, quam ea, vt melicam a medica aduersus Georgii Merulæ sententiam differre indicaret, posterioribus annotationibus interseruit, suam a somnio censuram non multum abesse didicisset. Quod si Seruii auctoritas leuis Pio videbitur, sciat & L. Columellã de medica herba lib. II. de re rustica scribentem, similima Vergilianis verba scripsisse, cum & vere medicam, & in putri solo seri oportere doceat, inquit enim: *Locum in quo medicam proximo vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, & eum tota hyeme putrescere sinito.* Maximi vero rustici vsus eandem herbam esse, vt nõ modo inter legumina, sed inter

frumenta etiamsi fieri possit videatur ferenda. Idem scriptor paulo ante ostenderat his verbis: *Sed ex ijs, quæ placent eximia est herba medica, quod cum semel seritur decem annis durat, quod per annum deinde recte quater, interdū etiam sexies demetitur, quod agrum stercorat, quod omne emaciatum armentum ex ea pinguescit, quod ægrotanti pecori remedium est, quod iugerum eius tribus equis abunde sufficit.* C. quoque Plinius libro naturalis historiæ 18. de medica ita scribit: *Medica externa etiam Græcia, vt a Medis aduecta per bella Persarum, qua Darius intulit. Sed vel in primis dicenda: tanta dos eius est, cum vno satu amplius quam tricenis annis duret, similis est trifolio, caule foliisque geniculata: quicquid in caule assurgit, folia contrahuntur. Vnum de ea & cythiso volumen Amphilochus fecit confusim. Solum in quo seratur, elapidatum, purgatūq; subigitur autumno, mox aratum & occatum integitur cratere serum, & tertium quinis diebus interpositis & simo addito. Poscit autem siccum succosumque, vel riguum: ita, præparato, seritur mense Maio, alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari, interna scentesque herbas excludi. Id præstant in iugera modia vicena. Cauendum ne aduratur, terraq; protinus integi debet, si sit humidum solum, herbosumve, vincitur, & desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda est, manu potius quam sarculo. Secatur incipiens florere, & quoties refloruit. id sexies euenit per annos cum minimum quater. In semen maturescere prohibendum est, quia pabulum vtilius est vsq; ad trimatum. Verno seri debet, liberariq; ceteris herbis: ad trimatū matris ad solum radi. Itaque reliqua herba intereunt sine ipsius damno, propter altitudinem radicum. Si euicerint herba, remedium vnicum est aratio sæpius vertendo, donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad satietatem debet, ne repellere sanguinem necesse sit, & viridis vtilior est. Arescit surculose, ac postremo in pulueremi nutilem extenuatur.* An ergo cum tam multa de huius herbæ laudibus, tam diligenter de eius satione, eodem quo Vergilius modo, hi duo excellentissimi scriptores tradiderint, *medica* inter legumina referenda fuerit, an etiam tam vtilem agris pecoribusque herbam Maro prætermittere debuerit, Pius cum inauditis suis vocibus viderit, ac si impudentissime se hallucinatum intelliget, his quoque versibus se a T. Lucretio Caro notatum meminerit:

Omnia enim stolidi magis admirantur, amantq;
Inuersis, quæ sub verbis latitantia cernunt.

Veteres magnas gallinas *medicas* olim vocabant, eo quod e Media propter magnitudinem erant allatæ: mox vero per similitudinem etiam, quæ *medicæ* nō essent, *medicæ* vocatæ sunt, licet falso ab aliquibus *melicæ* appellarentur. De quare M. Varro 3. de re rustica libro sic ait: *De tribus generibus gallinæ saginantur maxime villatica, eas includunt in locum tepidum & angustum & tenebrosum, quod motus earum & lux pinguitudini sit inimica, electus ad hanc rem maximū*

gallinū,

gallinis, nec continuo hu quas medicas appellant falso: quod antiqui: vt Thetim Thelim *dicebant sic* medicam melicam *vocabant*. Hæ primo dicebantur, quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ, quæq, ex his generatæ, postea propter similitudinem. Caute ergo excellentium auctorum scripta sunt restituenda. & ea præcipue quæ aliter a doctis, quod nobis videatur, adnoscantur. Nisi enim Seruius hos versus ita legeret:

Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili,

multo melius *pernox*, quam *pernix*. Vergilii & sententiæ & maiestati conueniret assererem: cum nec *pernix* epithetum sic tauro cõueniat, vt equo, de quo idem auctor:

Talis & ipse iubam cerniie effudit equina,
Coniuge aduentu pernix Saturnus: nec tauri tolerantiam ita exprimat *pernix*, vt *pernox*. Huc spectat, quod tauri non ferme interdiu, sed per noctem inter saxea cubilia iacere solent. Pierius quippe Valerianus in omnibus se antiquis codicibus *pernix* legisse inquit, sed non temere est, quod alia lectio in vulgus effluxerit, & in locis restituendis non minus iudicio, quam horum aut illorum codicum fide opus est.

De lima Vallensi.

CAPVT XX.

SEquitur Pium Antonius Mancinellus Veliternus, multorum commentariorum indoctus, ineptus, insulsus, sordidusque auctor, Grammaticæ artis vnicus deprauator, & seculi quo vixit infandum opprobrium: qui vt insignis suæ impudentiæ, quam plurima nobis testimonia relinqueret, Latinos omnes auctores tam stulte peruertit, quam omnis ipse iudicii, eruditionis, ac sanitatis expers apud indoctos non multum laudis, apud eruditos vero æternum sibi dedecus comparauit. Eius imperitiæ cum permulta extent documenta, quæ tamen ad Grammaticam poesimq; pertinent, studiosissime mihi coemi, vt si qua de causa subtristis aliquãdo redderer, omnem Mancinelli insulsitate mœstitiam deponerem: quod tum ob morbo si scriptoris lucubrationes, tum ob lucubrationum inscriptiones tam ridiculas, quam Mancinelli figmenta docuit, facilime sum assecutus. Enimuero Versilogos, Spicas, Stationes, Flores vocabulorum, Portus elegantiarum, & sexcentas eiusmodi cloacas nunquam sine risu (nam stomacho indignus est tam friuolus nugator) nominare valui. Quamobrem si iis plerique omnes tantum tribuerent, quãtum ego soleo, ne quatuor quidem verbis dignarer nihili bestiam. Cum autem literatores quidam inueniantur, qui inter præcipuas Mancinelli vomicas, *Vallensem limam* inprimis amplexentur, qua diuinus ille scriptor Vallæ errata (vt ipse quidem autumat) adnotauit, nõ possum, quin pelluferu eius operis argumentum paucis ostendam, vt non modo

aliquos limæ dentes conterendos, sed integram limā perpetua rubigine, auctorē vero limo, seu stercore potius dignum fuisse iudicemus. Atq; inprimis sane, quis nescit Vallā ijs temporib. quibus Latina lingua prope exstincta erat scribentem, ea sex Elegātiarum libris complexū fuisse, quæ apud receptos auctores in frequentissimo vsu inueniuntur. Hoc & ipse vb. q; fatetur, & ratio sic faciendum fuisse nobis persuadet. Nemo enim nisi cæritus Latinam linguam iis, quæ semel aut iterum apud quantumuis excellentes auctores legantur, sed illis potius, quibus sæpissime i dem vsi fuerint, constare dixerit. Quocirca cum Valla in 1 Elegantiarum hb. quendam nō indoctū reprehendat, qui ita scribere ausus esset: *Ita vrbs in periculo rapiendi est*, pro eo quod est, *Iam vrbs in periculo est rapiatur*, siue, *hostis parum abest a capienda vrbe*, q̄ semper sine subiuntiuo gerundium accipiatur, nisi aliquando (vt ipse ostendit) recte in ablatiuo fiat, non veretur Mancinellus in ius eum rapere, quia apud Iustinum bis aliter reperiatur, qui de regio quodā puero ita scribit: *Athenas studiendi gratia missus*. Et alibi: *Quod ad te Imperator Antonine non tam cognoscendi quam emendandi caussa transmissi*: tanquam de Iustini vsu loqueretur Valla, & non celeberrimus se scriptoribus addixisset: aut tantæ sit inter Latinos auctoritatis Iustinus, vt si contra aliorum vsum nouam aliquam locutionem inducat, non sit tanquam malus Latinitatis auctor inter Fulgentios, Sidoniosque referendus. Et profecto vtinam ille natus nunq̄ fuisset, cuius opera integram Trogi Pompeij historiam amittimus, quemadmodum & Lucio Floro auctore plurimos Titi Liuij libros desideramus. Itaque si communis sensus Mancinel o fuisset, nunquam tam retusam nobis limam relinquere ausus esset. Nec enim vngula exsequar, omnes eius dentes ex abusu oriuntur, non ex vero probatoq, vsu, quem Valla, vt superius ex eius verbis ostendimus, tam stricte plerumque accipit, vt omnem poeticam licentiam excludens, a duobus se oratoribus M. Tullio, Fabioq; Quintiliano obseruata exsequi testetur. Iccirco maximo malo dignus est noster illepidus, inelegans, diobolariisq; Grammaticulus, qui vt exacte bardus appellari posset, hunc quoq; (vt & de hoc agam) infami limæ dentem addidit: quod cum Valla nullā Noui testamenti literam Latinam esse (vt res est) asserat, alibi autem Euāgelii interpretem quædā verba vertentem, Latine quam Grammatice loqui maluisse scripserit, cum a seipso discrepārem, & Mancinello quam similimum habendum esse ariolatur. O asine, an hæc pro diuersis colligis? An cum de Latinis elegantiis agimus, aliquod ex Euangelio, seu Nouo testamento, quod partim Græce, partim Hebraice scriptū fuit, testimonium citabis? Minime, nisi beta sis insipidior: sed id in Latinū sermonem versum fatebris. An ergo eum, qui illud Romano sermoni donauit, nihil Latine scribere potuisse arguemus? Nullam proinde Noui testamenti literam Latinam esse dicemus,

cemus, cum de eius auctore loquemur, non cum de interprete. De Valla sane aliqua aliis in locis non præter rem scripsimus, sed tamen & hoc addam, eximium scriptorem illum videri posse, qui nõ modo inueteratam olim ex Italia barbariem eiecerit, sed omnibus etiã, qui hodie præcipui in literis habentur, maxime vsui sit. Quod si mordacior fuit, vt augustos quosdã heroes immerito carpserit, quid mirum si Iureconsultos aliquando reprehendit? quid si Boetium, Lactantiumq; ? Iam illa huius loca: *Nam si ita esset, placidiora quæq; animalia, vel nihil fellis omnino, vel minus haberent, quam fere*: Et *quanto frequenter impellitur, tanto firmiter roboratur*: nonne vnius Lactantii peculiaria, & ab aliorum vsu dissona videntur? nonne & alia, quæ in Boetio taxat, eiusdem sunt ordinis? Verum si quis in magnis viris etiam næuos, vel errata (vt ita dicam) probauerit, a Vallæ iudicio erit quam remotissimus. Etenim cum Iustinus *restaurare* pro *instaurare* imperitissime vsurparit, vt stupide adnotauit Mancinellus, si quis ea voce pro Latina vti voluisset, a Valla tanquam barbarus fuisset derisus: nempe quod ab *instar* veniat, de qua voce & verbo quod ab eo deducitur, Seruius hoc Vergilianum enarrans:

Instar montis equum diuina Palladis arte

Ædificant, ita scribit: Instar *indeclinabile, licet Probus instaris dixerit: & caret præpositione*, vt peregre, *quamuis Serenus Lyricus* ad instar *dixerit*. Instar autem, ad similitudinem vnde non restaurata, sed instaurata dicuntur ædificia, ad antiquam similitudinem facta. Huiusmodi ergo sunt Mancinelli obseruationes, eius generis sunt omnia *Vallensis limæ* capita: licet eorũ conditor eminentissimus poeta fuerit, licet illius virtutum in poematibus pangendis hæc fuerit præcipua, quod nullũ carmen claudere sciuerit, in quod non *quidem*, aut *nempe*, aut *profecto*, aut *certe* coniecerit. Et hæc de Mancinello: cuius nugas iis relinquo, quos nigra ab albis secernere nescientes, quicquid in animum venerit proferre non pudet, in quorum albo vel primas sibi meo iudicio vindicare potest recoctus quidam Beroaldi auditor, cuius nomen nõ supprimerem, nisi & is perpetua obliuione dignus esset, & hoc omnium Beroaldi discipulorũ proprium esset, vt aliorũ de literis iudicia floccifacerent:

Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.

Sed quasi illum, de quo ago nominarim, ea est iudicii acrimonia, vt Lucanum Vergilio præferre non erubesceret. Eius sententiæ rationem cum ab eo superioribus diebus quærerem, sic mecum egit, vt Papinium Statium idem in syluis confirmare crederet Ille enim in Lucani Genethliaco sic ait: *Bœtim Mantua prouocari noli.* At ego veterano hoc respondi, non videri posse tam fatuum Statium, alioqui excellentẽ poetam, vt id censuisset, quod verba illa sonare

videntur, licet omnia fere poetis sint concessa, licet nihil non in sylvas congeri possit: sed hoc potius, vt non prouocandum a Vergilio Lucanum diceret, & quidem eo pacto, quo Achillem admoneremus, ne Thersitem in certamé vocaret, scilicet imbellem fortissimus. Quod si non hæc fuit Statii sententia, nihil vnquam stultius prolatum fuisse affirmarem. Tum si de vtriusque illum iuuenture id existimasse quispiam comminiscatur, vt meliora sint, quæ iuuenis Lucanus, quam quæ Vergilius condiderit, is sic accipiat, Maronis *cultiorem* plus elegantiæ habere, quam omnia ad vnum Lucani scripta. Taceo de Bucolicis, quandoquidem vnicam Vergilii Eclogam, sexcentas Thebaidas ingenio, iudicio, candoreque antecellere puto: a quibusdam blateronibus dissentiens, qui annotationum volumina condentes Bucolica Iudicrum Vergilii carmen appellant, tam ipsi proiecti miserique, quam decem Maronis Eclogæ, diuinum illum virum nostrorum poetarum principem, vel nisi aliud scripsisset, reddere valebant. Non Iudicrum id poema, sed omni admiratione maius Propertio visum est: ex quo, & quatuor Georgicorum libris ab ipso auctore in lucem datis, qualem futuram esse Æneida coniecerit, ij intelligent, qui eius secundo Elegiarum libro versus legerint.

An minor numerus semper præponatur maiori.

CAPVT XXI.

MVlta in sex Vallæ libris carpsit, vt ostendimus, Mancinellus: sed & posteros, vt idem facerent, omni studio hortatus est. qui si caput, quod nunc *de numeris* in tertio Elegantiarum ab eodem doctissime scriptum est, legisset, tum autem in Macrobio fuisset familiariter versatus, pernicioso dente suam *limam* procul dubio auxisset. Cum enim Valla minorem numerum ante centum semper præponi debere debeat, idque vel ex hoc vno M. Tullii testimonio colligatur: *Plato vno & octogesimo anno scribens mortuus est, Isocrates quarto & octogesimo anno eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, scripsisse dicitur:* Macrobius tamen, quasi huius regulæ peruersor, data opera maiorem, vel cum copula maxime intercedit, fere semper præmisit, quippe qui in primo Saturnaliorum libro ita scribat: *Inde & simulacrum eius plerunque fingitur manu dextra trecentorum, sinistra sexaginta & quinq; numerum tenere.* Et in eodem inferius: *Sed hunc quoque errorē sero reprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die trāsire iussit, vt illi tres dies, qui per annos triginta & sex vitio sacerdotali festinationis excreuerant, sequentibus annis duodecim nullo intercalato deuorarentur.* Et non multo post: *Sic factum, vt alij triginta & vnum, alij vndetriginta sortirentur dies.* Item in secundo: *Annum agebat tricesimum & octauum.* Sed quis non hæc imperita potius, quam aliqua ratione a Macrobio facta dignoscat? Gellius quidem eadem in re multo cautior fuit: nec mirum, cum multo

Latinius

Latinius scripserit, quam Macrobius. Quod si aliquando secus in eius Noctibus inuenitatur, librariorum culpa depraua ta eius exemplaria contenderim. Quemadmodum in quinto sexti libri capite factum autumo, cum ait: *Alphenus Iureconsultus Seruii Sulpitii discipulus, rerumq; antiquarum non incuriosus, in libro digestorum trigesimo & quarto, Collectaneorum autem secundo*, & quæ sequuntur. Coniunctio siquidem praue numero videtur interposita: nisi Gellius forte Plautum Ciceronemque imitari voluerit, qui minorem numerum frequentissime præponentes, maiorem etiam nonnunquam præmiserunt, cum Plautus in Milite sic scribat: *Nam equidem haud sum natus annos præterquam quinquaginta & quatuor.* Et rursus in Mercatore: *Nequeo mecastor, tantum hoc oneris est quod fero: quid oneris? annos octoginta & quatuor.* Et Cicero in quinta Verrina: *Viginti & septem præterea tabulas pulcerrime pictas ex eadem ade sustulit.* Quanquam Plautum Poetica forte licentia excusare possit. In Cicerone vero cum minorem numerum ante centum vbique præponat, *viginti septem* demta coniunctione legendum videtur. Quocirca Gellium, si ita vt legitur scriptum reliquit, Plauti auctoritate tutarer, Macrobium non item. De Hieronymo, qui in Galeato Bibliorum prologo sic ait, *Viginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoq; linguæ & Chaldæorum testatur*: nihil proferre auderem, licet non omnes minutiæ in theologo sint persequēdæ. Idem Valla eodem in loco ita scribit: *Adhuc quæ diximus, & quæ recitauimus exempla, intra numerum millenarium sunt. Sed in ipso quoq; maximum quemq; numerum semper præponimus* Plautus tamen in Rudente, *Vin*, inquit, *centum & mille?* Ad summam, nihil meo iudicio magis est vitandum, quam perraro vsitatæ eiusmodi locutiones, cum multo sint laudabilius, vti frequentissimis quibusque, & iis præsertim quas Valla accurrate collegit, Mancinellus autem quasi triuiales omnibusque promiscuas vitauit.

Defensa a Grammaticuli calumnia, Seruii super vero Audierat, *in Vergiliano carmine enarratio.*

CAPVT XXII.

IOdocus Badius Ascensius, indoctorum præsegmen, barbariei columen, atque (vt in pauca conferam) Antonii Mancinelli interpres, dignum sane (vt aiunt) patella operculum, insigni fretus impudentia, P. Vergilii opera cœno, ne dicam merda obuoluens, non pauca in eruditissimis viris reprehendere ausus est, quæ ob singularem inscitiam summis labris degustare non potuit. Quamobrem nunc hos, nunc illos incessens, ridiculum fuisse censet Seruiū, qui Vergilianos versus hoisce enarrans,

Progenitem sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces,

petita a Marone *Audierat* dictum asseruerit: quod in Ennio Iupi-

ret Romanis Carthaginis excidium promittens induceretur. Inquit enim: Quo pacto Iuno hoc ab Ennio audierat? nonne auditura erat potius, cum multo post scripserit Ennius, quam Iuno futurum Carthaginis excidium audire valuisset? Dignum me hercle Ascensio commentum. Quasi vero stupide Iunonem Seruius id audisse existimarit, quod adhuc erat auditura. Atqui idem Seruius non ab Ennio, sed a Ioue, aut a fatis Iunonem id accepisse paulo ante docet. Subdit tamen, Poetam id verbum *Audierat* perite posuisse, cum iis etiam possit accõmodari quæ deinde gesta sunt: nempe quod Ennius Iouem Carthaginis ruinam Romanis pollicentem inductus fuerit. Nec mirum esset, si Vergilius præteritum pro futuro posuisset. Nonne enim idem Poeta futuro pro præterito eadem elegantia vsus fuit? Maxime quidem, cum in vndecimo Æneidos ita canat,

Pulsus ego? aut quisquam merito fœdissime pulsum
Arguet, Iliaco tumidum quis crescere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?

Videbit, pro *vidit*, inquit: cum de iis in Latinorum cœtu loquatur Turnus, quæ iam ipse gesserat. Idem Poeta præsens pro præterito eodem iure posuit, vel cum in 5 Æneid. ait,

Nunc vltro ad cineres ipsius, & ossa parentis,
Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum,
Adsumus, & portus delati intramus amicos.

Intramus scilicet, pro *intrauimus*, est accipiendum. Porro autem de hac temporum translatione ita scribit Oratoriarum institutionum lib. 9, Fabius Quintilianus: *Transferuntur enim tempora.* Temarchides negat ei periculum esse a securi, *præsens enim pro præterito positum est.* Et Vergilius: *Hoc Ithacus velit.* Sed & plurima quæ per contrarium significent, apud scriptores comperiuntur. & de eorum aliquibus idem Seruius in primum Æneidos ita scribit: *Constat multa in auctoribus inueniri per contrarium significantia, pro actiuis passiua*, vt Pictis bellantur Amazones armis: *pro passiuis actiua, vt*, Populatque ingentem farris aceruum, *pro populatur.* Et hæc varietas, vel potius contrarietas, inuenitur etiam in aliis partibus orationis, vt sit aduerbium pro aduerbio, vt est,

Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto,

pro *huc.* Et in participio, vt, *Et qua vectus Abas*, pro *vehebatur.* Et in nomine, vt *Memorem Iunonis ob iram*: non *quæ meminerat*, sed *quæ in memoria erat.* De his autem hæc tantum, quæ lecta sunt, ponimus: nam ad eorum exemplum alia formamus. Verum hæc ascensii ingenium superabant, cum ad infima tantum a natura formatus, sordidissimum quemque recentium Grammaticulorum pro Ioue Hammone habuerit.

De Antonii Volsci Commentariis.

CAPVT

CAPVT XXIII.

VTererer hercle, ne quam de me apud literatos malignitatis suspicionem compararent frequentia conuitia, quæ in recentes commentatores, siue interpretes iacio, nisi illis persuasum semper fuisset, tantam esse eorum inscitiam, quanta illorū esse potest, qui nec ingenii, aut iudicii acumine, nec multa accurataq; lectione sunt commendandi. Proinde si eorum quemq; maximam dudū Latinæ linguæ calamitatem attulisse, & quotidianis sermonibus & scriptis sæpenumero testatus sum, neminem rogabo, vt illa non me odio, sed quod ita se res habeat, sentire arbitretur. Siquidem cum eos omnes exsecror, detestorq; tum nihil ab iis, doctis aurib. dignum, exaratum fuisse asserere ausim. Huius rei non paucas aliis in locis rationes reddidimus, & plurimæ præterea afferri possent, si tam imperitorum ardelionum lucubrationes dignæ essent, quæ semel aut iterum lectæ, ad amussim examinarentur. Vnicum tamē ex Antonii Volsci in Propertium enarrationibus locum pro tempore recitabo, vt quid ei in literis credere debeas, in operis vestibulo discas. Cumq; Romanus Callimachus (sic enim seipsum is Poeta appellat) primum Elegiarum librum duobus hisce versiculis auspicetur,

Cynthia prima suis miserum me cœpit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus:

Interpres noster *miserum* sic definit. Miser, inquit, is est, cuius calamitati nullum est remedium. Si Zeno Stoicorum pater hæc pronuntiasset, recte forte eius vocis definitionem traditam existimarem, cum nullum hominum genus in verborum proprietatib. subtilitatibusq; fuerit Stoicis occupatius. Cum autem ex commentatorū ordine nescio quis, miserum eum describat, cuius calamitati nullum sit remedium, quis a ridiculo interprete in re tam falsa nō dissentiat? Nonne si æquo Ioue iudicat Volscus, ita miserum oportet fuisse Propertium, vt eius malum nullo remedio sanari valuerit? Atqui si Cynthia illum vnicum amasset, nonne remedium eius calamitati, & præsentaneum quidem obtulisset? Quid Vergilianus ille Achemenides, cum Troianos ita moneret,

Sed fugite o miseri, fugite, atq; ab littore funem,
Rumpite:

an ita *miseros* credebat Troianos, vt Polyphemum, alioſque Cyclopas euitare nequirent? Quid magis stultum quam Antonii Volsci edictum? Sed & idem Vergilius in sexto Æneidos ita canit,

Inſoribus lethum Androgeo, tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorum.

Miserum dolentis interiectionem esse ait, ex quo miseros fuisse dicimus Athenienses, qui *septena natorū corpora* a Minotauro deuorandæ Minoi pro Androgei letho pēderent. An tamē & Cecropidæ

rum, & Thesci calamitati remediū fuerit, Antonius Volscus cum Vbertinis, Oliueriisque, ac Mancinellis consultet: nam ego in re clarissima pluribus scriptorum testimoniis non vtar. Vtque aliquando *miser* in eo significatu, quem Volscus tradit, apud Latinos auctores reperiatur, nec vera est simpliciter tradita ab illo definitio, nec Propertii sententiæ quadrat. Itaque quantum eius classis interpretibus fidei in grauioribus rebus sit tribuendum, quisque pro suo arbitratu coniiciat. *Miser* præter vulgaria significata pro *ægroto* quandoque ponitur. Plautus in Pœnulo,

Miseram esse prædicat buccam sibi,
Fortasse medicos nos arbitratur.

Quatenus quærenda sint in Poetis allegoria, & de Catena aurea *Homeri, item de* duabus Somni portis.

CAPVT XXIV.

QVamuis multa de insulso Christophori Landini in scrutandis Poetarum allegoriis ingenio alibi a nobis scripta sint, facit tamen singularis hominis stultitia, vt & hoc loco quā vituperanda sit eius in illo negotio diligencia, copiosius aliquanto aperiam: ne forte qui stupidum Landini in explicandis allegoriis iudicium insector, ab aliquibus omnes allegorias pro nihilo habendas sentire existimer. Si quis ergo me interroget, omnesne Poetarum sensus proprie semper, ac non allegorice quandoque capiendos putem: plurima in illis, si simpliciter atque vt verborum contextus sonare videtur, a nobis posita credantur, deridendaesse, ac nihil Poetis deterius viliusque videri respondeam. Quemadmodum si latentes sub verborum cortibus allegorias inueniamus, Poetæ omnibus aliis scriptoribus (de Ethnicis loquor) sunt anteponendi. Vt enim plurimæ illorum sententiæ si nihil aliud remotius inuuentes putis verbis essent contentæ, pueriles, parumque sobriæ merito vocari possent: ita cum eas alias esse, quam quæ prima facie appareant intelligimus, duplici illarum auctores laude ornamus: cum non minus variarum rerum studiosos delectent, quam eisdem remoto verborum pallio profint. Quamobrem quicunque omnes allegorias Poetis adimere niteretur, magno eos, ac forte maxime præcipuo ornamento priuaret. Sicut qui eosdem nullum in illis modum seruasse censent, omnium ineptorum me iudice sunt ineptissimi. Proinde cum Landinum perstringo, qui non tantum in commentariis quæ in Vergilii Æneida scripsit, sed & in aliis libris qui Camaldulenses disputationes ab ipso auctore vocantur, in ea vnica re suam operam collocarit, vt omnia ferme omnium scripta meras esse allegorias ostenderet, allegorias nimis superstitiose, ne dicam stulte petitas, tantum derideo, non veras: alioqui plurimos excellentes scriptores, qui multis in locis eas tum in Homeri, tum in aliorum operibus indicant, declarantque, indoctos arroganteque, ac denique Landini similes fuisse fateri

coge-

cogerer. Itaque vt exemplis in hoc negotio agamus, cum Iupiter apud Homerũ, vt se omnium Deorum potentissimum testaretur, *catena aurea* se exiguæ ceterorum potentiæ periculum facturum minatur, si σειρὴν χρυσείην, nullo occulto sensu interpretemur, quid magis erit vituperandum, quam Homericum quo dii suas vires experirentur (vt sic dicam) certamen? An si catenam illam auream alio tendere sciamus, Homerum egregium Philosophum fuisse colligemus? Ceterum diuersis modis eam *catenam* veteres acceperunt. Illam enim quatuor elementorum mistionem quidam esse putarunt, *auream* appellatam, quod pretiosa naturaliter existat. Quam si solares radii immutauerint, sursum ac deorsum fiet omnia: vel in magna hyeme diluuio desuper a Ioue immisso, vel in magna æstate propter solis exustionem. At alii *auream catenam* ætatis dies existimarunt, propter solis claritudinem, qui inuicem connexi, ac vitam nostram colligantes, aliquando soluti, omnia in elementa resoluent: cum Iupiter, quem omnium animam veteres crediderunt, nihil pati possit. Plato autem ipsum solem *auream catenam* esse scripsit, cui cuncta sint alligata. Fuere & qui eam planetarum circuitus intellexerint: quorum supremus est Saturnus, terræ autem proxima Luna. In iis vero circuitionibus cum Planetæ diuersis modis congrediantur, multæ circa vniuersum sunt mutationes. Porro Stoici Iouis minas ad solam referebant exustionem: cum Iupiter æther sit. Quod si sol maximo suo feruore mare siccauerit, atque e terræ visceribus omnes traxerit humores ipsam terram soluet. Ac Iupiter quidem ipse non trahetur: sed inferiora igne prævalente sublimia fient. Nam quidam non multa loqui volentes, Iouis iram monarchiam tantum significare iudicarunt. Sicut enim in terris probandum non est plurium imperium, ità neque in superioribus. Sed Eustathius hæc omnia copiosius exsequitur, cuius hæc sunt verba: Χρυσῆν δ' σφαῖ, οἱ μὲν φασι τὴν δίαιταν ἀλύσεως ἐπὶ πλοκὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων, καπὶ ἐξ οὗ αὐτῆς ποιότητος λιχμῶμεν χρυσοῦ. Ἄλλοι δὲ τὸ φῦσαι πολυτιμήτου, καὶ ἄλλοι τῆς ὅλης ἡλίου εἰ αὐτῆς χρυσοειδοῦς. ἧς δὴ ἐπὶ πλοκῆς μεταποιήσεις ποτὲ, οἷον κάτω φασὶ γίνεσθαι τὸ πᾶν μεταστοιχειωθὲν, ἢ μεγάλου χειμῶνι οἷον διὸς εἰς καῦσιν λυσιμοῦ, καὶ ἐξυδατώσεως ἢ μεγάλῳ θέρει καῦσιν πύρωσιν. Οἱ δὲ χρυσοῦν νοῦσι σφαῖραν ὡς Ὅμηρος ἡμέρας, αἰ χρυσῷ οἷον κίνεσθαι τῇ ἡλίᾳ λαμπούσῃ, καὶ ἀλύσεως δίκην ἀλλήλων ἐξηρτῆσθαι, ἃ καὶ ἡμεῖς βίον σωζόμεθα, λήψόμεθά ποτε πέρας ἓ αὐτοῖ, καὶ τὸ πᾶν αὐαστοιχήσασθαι. Ὅ δὲ διὸς μῦθος ἀπαθὴς, ὃν ψυχὴν φασιν Ὅ παντος οἱ πολλοὶ, οἱ Πλάτωνος δὲ αὐτὸν τὸν ἥλιον χρυσέαν λίχνοσφαῖραν αὐτῷ γὰρ ἐκδιδόασι τὸ πᾶν. ἑτέρωι δὲ τῶν κύκλων τῶν πλανωμένων, νοοῦσι χρυσέαν σειρὰν, ὧν αὖ ἓ τὸν μὲν ὁ Ἑρμῆς, ἄλλον δὲ ὁ τῆς σελήνης. σὺν οἷς κύκλοις ἄλλοτε ἄλλως τῶν πλανωμένων σημαινόντων, ποικίλως ἂν εἰ τὸ πᾶν γίνοιτο μεταβολαὶ. οἱ δὲ Στωϊκοὶ, τὴν διὸς ἀπειλὴν εἰς μόνην ἀλληγορεῖσιν ἐκπύρωσιν. ἐπεὶ γὰρ ζεύς μὲν ὁ αἰθὴρ, χρυσῆ δέ φασι σφαῖρα ὁ ἥλιος, εἰς ὃν κάτωθεν ἅπαντες οἱ καρδίαν ἐπο-

χάττει, αἰὰ δὲ δεμνὴ ἡ τῶν ὑγρῶν αὐαθυμίασις, ὅτων χρόνῳ ποτὲ αὐξηθμὴν δὲ αὐαθυμιάσεως ὡς εἰκὸς ἡ θάλασσα ἐπιλείπῃ. τότε δὴ ὦ πῦρ περιφὴς ἐφιέμενον, αὐξηκύσῃ ὦ ἐν τῷ βαθεῖ τῆς γῆς ὑγρὰ, καὶ λυσῇ καὶ αὐτὴν τὴν γῆν. καὶ ὁ μὲν ζῶος ἀκριβῶς ἐστιν, ὦ ἢ κατὰ μικρὰ ἀναθυμιᾶται, ἢ πυρὸς καταχύσωντος. πιεῖς δὲ πολυλογώτερος ἢ πλούτος, φασὶν τὸν ἀπειλῶν τοῦτον αἰνιγμὸν μόναρχίας εἶναι. καὶ ὡς ἐνὸς ἐξόπτει ὦ πάντα, ὦ μιᾶς δοχῆς ἤρτηται ὡς ἐν τοῖς κόσμοις ὅσα ἀγαθὸν πολιτικὸν ἐν, ὅπου καὶ ἐν τοῖς ἄνω καὶ πολλῷ μᾶλλον ἔσται. Et quoniam succincte ab Eustathio Platonis de catena aurea sententia explicata est, ea diffusius ab ipso auctore in Dialogo, qui inscribitur, Θεαίτητος, ἢ περὶ ἐπιστήμης, his verbis profertur, καὶ ἐπὶ τὰ ἄστρα, τὴν κεφαλὴν ἀναγκάζει, ὥστε ἐκείνων τὴν χρείαν στρέφειν ὡς ἔδεν ἄλλο, ἢ τὸν ἥλιον ὁμιλεῖν. Ὁ δηλοῖ ὅτι εως μὲν ἂν κατέχῃ φορὰ ἡ κινοῦμένη, ὁ ὁ ἥλιος, πάντα ἐστὶ καὶ σώζεται τὰ ὄντα ἡμῖν τε ὁ αἰθήριος. εἰ δὲ ἡ ἕνωσις αὕτη, ὥσπερ δέσις, παύσαιτο χρόνου τινὸς ἀνατραπείη. καὶ ἀπολοῖτο κατὰ τὸ λεγόμενον ἄνω κάτω πάντα Quoniam de celebratissima Homeri catena mentionem fecimus, eos Homeri versus subdemus, quibus Iupiter omnes Deos suo numini subiectos esse prædicans, de illa loquitur. Sunt autem ex Iliados octauo,

Κίκλυτε μὲν πάντες τε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι
Ὄφρ' εἴπω, τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσι κελεύει.
Μή τέ τις ἔνθ' ἄλλος θεὸς τόγε, μή τε τις ἄρσην
Πειράτω ἀλλ' ἴστω ἐμὸν ἔπος, ἀλλ' ἅμα πάντες
Αἰνεῖτ', ὄφρα τάχιστα τελευτήσω ἐνὶ ἔργα.
Ὅσσοι δ' αὖ ἐγὼν ὑπαΐσσω θεῶν ἐθέλοντα νοήσω,
Ἐλθόντ' ἢ πρὸς ἐμὸν δόμον ἠνεμόεντ' ἢ Ὀλυμπόν,
Πλαγχθέντες κακῶς μᾶλλον ἐλάσσω ἔλυμπόνδε,
Ἢ μιν ἐλὼν, ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα
Τῆλε μάλ', ἦχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βάραθρον,
Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδός
Τόσσον ἔνερθ' Ἅϊδεω, ὅσσον ἀπὸ γαίης
Γνώσεθ' ὅσον εἰμὶ θεῶν κάρτιστος καὶ ἄριστος.
Εἰδεῖ' ἄγε πειρήσασθε θεοὶ ἵνα εἰδῆτε πάντες,
Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες,
Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.
Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίονδε
Ζῆν' ὕπατον μήστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἐγὼν ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμι, αὐτῇ τε θαλάσσῃ.
Σειρὴν μὲν κεν ἔπειτα περὶ πρῶνι ὄλυμπον
Δησαίμην, τὰ δ' ἅπαντα μετ' οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχοιτο,
Τόσσον ἐγὼ περὶ τ' εἰμὶ θεῶν, περὶ τ' εἰμὶ ἀνθρώπων. Hoc est:

Dite, deæque omnes, animis ea figite vestris,
Imo quæ cupimus depromta e pectore fari.
Nec Deus ergo alius quisquam, dea neue laboret
Frangere consilium nostrum, quin protinus omnes,

Illud

Illud vt egregie absoluam, mea dicta probate.
Dissentire etenim quemcunque ac ferre Pelasgis
Auxilium, aut Phrygibus, prater mea iussa videbo,
Is cœlum mœle pulsatus mittetur in altum,
Proiiciam aut capiens obscura in tartara eundem,
Terra sub infernu vbi tantum sedibus alma
Ferratas cohibet portas, soliumq; bayathri,
Quantus ad athereum cœli suspectus Olympum.
Viribus atque ita me vobis prastare scietis.
Imo agite, experti vt credatis qua loquor, auream
E cœlo suspendentes cuncti ecce catenam,
Mox trahite in terram, simul omnis turba Deorum,
Non tamen e summo in terram vsque trahetis Olympo
Eximium diuum patrem, non quidlibet ausi.
At mihi cum visum fuerit, tum tempore eodem
Ipse traham terras, pelagiq; his addita regna.
Inde pole summa religata parte catena,
Omnia reddentur rursum firmata. Deum sic
Numina, sic homines post me virtute relinquo.

Cum ergo aliquid simile in poetis reperitur, docti interpretis est altius rem expendere: quod sine dubio Seruius Grammaticus in Vergilii libros fecit, non vt Æneam bonum virum, quem admodum Landinus somniat, ad bonum finem tendere, sed vt Maronē in eo, quid animi, quid corporis virtus possit, Homeri exemplo effinxisse scripserit. Quod, si aliis in locis poetam aut aliquid a se allegoricum fingere, aut ab aliis sumtum allegorice ponere videt, rem ipsam, vt est absque fuco aperit: idq; cum in omnibus, tum in *gemmu somnij portis* diligenter præstat.

De quibus hi sunt Vergilii libro sexto Æneidos versus:

Sunt gemina somni porta, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.

Inquit enim: *Per portam eburneam oculi significantur, quia & cornei sunt coloris, & duriores ceteris membris, cum frigus non sentiant*: sicut etiam Cic. dicit in libris de Deorum natura. *Per eburneam vero portam, os significatur, a dentibus. Et scimus, quia qua loquimur, falsa esse possunt: & qua videmus, sine dubio vera sunt. Ideo Æneas per eburneam mittitur portā.* Idem & Didymus de duabus his portis scribit, atq; hoc ad eburneā tantum spectās, addit: ideo quæ ex ore exeūt, falsa esse posse: qa q̄ cibo qs potuq; repletus p somniū viderit, cōfusa, atq; adeo a vero remota esse nō ignoramus. Inquit autē: οἱ μὲν φασὶν κεραπίνῳ πύλῃ σωκλειδεχικῶς ἴδης ὀφθαλμούς. κεραΦθέντος γὰρ τοῦ περὶ τοὺς χιτῶνας καὶ ὀφθαλμοὺς ἐλεφαντίνου ὄντος, σύμμετρον ἔσωθεν ἐλεφαντίζεσθαι τὰς ὄψεις. οὐκ ἀληθῶν πιστὰ περὶ εἶναι τὰ ὀνείρατα τῶν ἀνθρώπων,

καὶ ὅτι διὰ μὲν κέρατος οἷόν τε καὶ ἰδεῖν, διὰ δὲ ἐλέφαντος οὔ. ἢ ὅσα ἄν τις ἐμπλησμονῆ τροφῆς ἴδοι, ταῦτα εἶναι ψευδῆ. Aliter quoque eundem de portis locum enarrat Seruius, ex aliorum opinione ita scribēs: *Est & alter sensus. Somnum cum cornu nouimus pingi, & qui scripserunt de somniis, dicunt ea quæ secundum fortunam & personæ possibilitatem videntur habere effectum, & hæc vicina sunt cornu. Vnde, cornea vera fingitur porta. Ea vero, quæ supra fortunam sunt, & habent nimium ornatum, vanamq; iactantiam, dicunt, falsa esse: vnde eburnea, quasi ornatior porta fingitur.* Pulcre hæc Seruius. At idem Didymus duobus etiam ab his diuersis sensibus, hasce portas interpretatur, *cum quidam corneam, veram claramq; ac splendentem vtique: eburneam autem falsam atq; obscuram esse disseruerint. Alii vero cornibus cœlestia somnia, elephanto terrestria exprimi existimauerint, quod cornua in altum tendant, elephantorum autē dentes ex inferiori parte moueantur.* Τινὲς δὲ οὕτως ἀπέδοσαν. κερατίνην μὲν, τὴν ἀληθῆ, καὶ διαφανῆ, καὶ λάμπουσαν, ἐλεφαντίνην δὲ, τὴν ψευδῆ, καὶ ἀσαφῆ, καὶ συγκεχυμένην. οἱ δὲ φασὶν, κέρασι ἀπεικάζειν τοὺς οὐρανίους ὀνείρους. οἵ τινες καὶ ἀληθεύουσι, τῷ τὰ κέρατα εἰς ὕψος ἀνατείνειν, ἐλέφαντι δὲ τοὺς χθονίους. τὰ γὰρ τῶν ἐλεφάντων κέρατα, κάτω νεύει. Et Homeri quidem de his portis carmina in Odys. 19 ita se habent: Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων. Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχεται, αἱ δὲ ἐλέφαντι. Τῶν οἱ μὲν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος, Οἱ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες, Οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε, Οἱ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι βροτῶν ὅ τε κέν τις ἴδηται. Quod si circa hæc, aut his similia Landini ingenium versatum fuisset; quis tam esset stupidus, quin eius operam nobis vehementer vtilem fuisse concederet? Sed amens rabula ea secum de allegoriis comminiscitur, quibus nihil a sano iudicio remotius esse potest. Nouimus porro Æneam ideo ab antiquis *Veneris filium* fuisse appellatum, ꝙ forma excellens Veneris fauore natus visus est. Sed hoc leue ac nullius ponderis Landino visum esset, nisi magnis allegoriarum aceruis omnia complens, suam orbi temeritatem patefecisset. Hoc igitur concludemus, nihil esse Landino vilius abiectiusque, cum in disquirendis P. Vergilii allegoriis, nihil in illo doctis auribus gratum repererit: quando Seruius quæ allegoriam habent, vnice docuit: sicut Græci in Homero interpretes, & Plato philosophorum princeps a plerisque appellatus. Est autem illorum vterque in allegoriis frequens, sed frequentior Homerus: omnium autem scriptorum Dantes Ethruscus poeta frequentissimus. Nisi huius rei palmam Ouidio tribuere malimus, qui in Metamorph. libris omnes prope fabulas complexus, in iis omnibus allegoricos sensus incluserit. Veluti cum Phaetontem Solis filium ad patrem accessisse, cumque ab eo, vt semel aurigæ munere fungeretur impetrasset, a summo Ioue, quia paternos equos male rexisset, maximumq; propterea in terra atq; aere incendium excitasset, fulmine percussum in ter-

in terram secus Padi ripas cecidisse scripsit. Nec Soli enim filius vnquam fuit: nec cuiquam præter dominum. Solis currum conscendere licuit. Hæc tamen fabula inde sumsit originem, quod Phaetontem Solis cursum non vere deprehendisse, ac morientē imperfectam eam artem reliquisse constat. Atqui & Dædalus cum filio volasse traditus, ob hoc ipsum astrologiæ studium fabulæ locum tribuit. Cum enim ipse cœlestium causas contemplando mediocritatem seruasset, illæsus quidem euasit. At eius filius Icarus nimis alta quærendo, a vero plurimum aberrans cecidit. Scripserunt de veris fabularum sensibus Palęphatus Græce, ac Fulgentius Carthaginensis Episcopus barbare.

FINIS LIBRI SECVNDI.

FRANCISCI FLORIDI SABINI LECTIONVM SVBCISIVARVM, Liber Tertius.

Diffuse explicati Iunii Iuuenalis ex 15. Satyra versus: & de Ægyptiorum Diis non pauca.

CAPVT I.

IVnius Iuuenalis, qui nostræ Satyræ meo iudicio summam manum imposuit, omnibus numeris id poematis genus absolues (licet Marullus Byzantius vni Horatio illud cum chely aliquid debuisse mentitus sit) monstrosam Ægyptiorum in quibusdam Diis adorandis superstitionem, leuitatemque elegantissime deridens, decimam quintam Satyram sic auspicatur, ad Volusium Bithinicum scribens:

Quis nescit Volusi Bithinice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat,
Pars hæc: illa pauet saturam serpentibus Ibim.
Effigies sacri nitet aurea cercopitheci,
Dimidio magicæ resonant vbi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.
Illic caruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam,
Porrum & cœpe nefas violare, ac frangere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina.

Qui versus, cum haud dubie altius, quam leuissimi nostri interpretes soleant, sint explicandi: quod non obiter, sed data opera Satyricus vates satis ample pro poetarum more de Ægyptiorum Diis mentionem fecerit: ita tamen a Ioanne Btitannico enarrantur, vt veram rationem, quare Ægyptiorum animi tam friuola religione imbuti, non Deos, sed Deorum portenta co-

luerint, nō reddiderit, cū tamen duas in mediū afferat, quarū altera ita se habet, vt quoniā Ægyptii frequēter p̄ multitudine, in suos reges conspirare solebāt, cuiusdā eorum regis consilio factū sit, vt diuersorū animaliū cultus diuersis ciuitatibus tribueretur. Hocq; pacto cū illæ in religione ac Deorū cultu minime conuenirēt, imo vnaquæq; aliarū superstitionē contemneret, nō possent cōcordes, vnanimesq; vti consueuerant, in suos principes coniurare. Altera vero ea est, q̄ ab Ouidio recensetur. Cū enim Dei Gigantū impetū fugientes in Ægyptū veniissent, in diuersaq; ne agnoscerentur, animalia se transformassent, inde arrepta occasione Ægyptii Deorū cultū ad varia animalia, in quibus illos latuisse putarent, retulere. Verum cū hæc tota sit fabulosa, illam etiā improbare vel hoc maxime nomine cogor, q̄ ea quę ad religionē pertinent, nequaquam ita nobis obtrudi debent, vt inuiti illa imbibamus: alioqui cū iugum abiiciendi, aq; eā excutiendi facultatē sic obstricti nanciscūtur, nihil prius habent, quam vt p̄ religiosis irreligiosissimi, vniciq; Deorū contemtores efficiantur. Proinde Lucianus Samosatensis in eo dialogo, qui inscribitur περὶ ἀστρολογίας, mihi verissimā caussam, quam obrē brutorū cultus Ægyptiorū mentibus sic olim insederit, reddidisse videtur his verbis: Ταῦτα μὲν ἐν αἰθιοπίᾳ οὐ τῷ ἀρχαίῳ ἐπέλεψαν. μετὰ δὲ γένεσιν ἔσχεν αἰγυπτίοισιν ἀπλεία, ἡ λόγοι παρέδοσαν. αἰγύπτιοι δὲ παρὰ σοφίαν ἐνδεξάμενοι ἡμιεργέα τῶν μαντικῶν ἐπὶ μεῖζον ἤγειραν, μέτρα τε τὴν ἐκφύσιν κινήσιος ἐσημήναντο, καὶ ἔτεων ἀριθμὸν, καὶ μηνῶν, καὶ ὡρέων διετάξαντο, καὶ μέσων μὲν σφίσι μέτρον ἡ σελήνη, καὶ ἡ τοῦ πάντος αὐτοφυὴς ἐγχρύσιος. ἔτεσι δὲ ἡέλιος. καὶ ἡ δὲ ἡλίου περίοδος. οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἐμήσαντο πολλὰ μείζω τούτων. ἐκ γὰρ δὴ δὲ παῦλος ἤρξε, καὶ ἀστέρων τε ἄλλων ἀπλανέων τε, καὶ σύζυγίων, καὶ δὴ ἅμα κινουμένων δυώδεκα μοίρας ἐπάμοντο ἐν οἷσι κινουμένοισι καὶ οἰκεῖα ζῶα ἑκάστοις αὐτῶν ἐς ἄλλα μορφὴν μεμιμέαται. τὰ μὲν θηρία, τὰ δὲ ἀνθρώπων, τὰ δὲ πλωτῶν, τὰ δὲ πλινθέων. διὰ τέων δὴ καὶ ἱερὰ αἰγύπτια πολυειδέα ποιεῦται. καὶ γὰρ πάντες αἰγύπτιοι ἐκ τῶν δυώδεκα μοιρίων πασέων ἐκπέφυκε. ἄλλοι δὲ ἄλλοίῃσι μοίρῃσιν ἐχρέοντο. καὶ κελεύουσιν. ἑκάστοι ἐς κέλευθον ἀπέλεψαν. ἐχθύας δὲ ὁ σιτέοντα, ὁκόσοι ἐχθύας ἐπεσημήναντο, καὶ ἦ τρέφον κλείουσιν, ὅσοι αἰγόκερων ἔδεσαν. καὶ οἱ ἄλλοι πάντα, ὡς ἕκαστοι ἐλάσσαντο. καὶ μέσων καὶ πάντων ἐς πάντων ἦ ἡγέμον πάντα σεβίζοντα. καὶ ὁ ἄπις αὐτοῖς ἥλιος ἱερώτατον, τῶν χρέωσιν ἐνέμεσαν. καὶ οἱ ἐκεῖ μαντῆιον πεαύλησαν. σημεῖον τῆς ἐκείνα ἦ πάντα μαντικῆς. Hoc est: *Hæc igitur Æthiopes in cœlo perspexerunt, postea autem finitimi Ægyptiis imperfectam rationem tradiderunt. Sane vero Ægyptii concisam diuinandi facultatem abillis acceptam in maius euexerunt, dimensoq; cuiusque stellæ motus ostenderunt, annorumq; & mensium, & horarum numerū statuerunt. Et mensium quidem illis mensura Luna, eiusq; recursus est: annum vero Sol, Solisque circuitus. Quin alia multo his maiora indicarunt. Siquidem ex vniuerso cœlo, reliquisque stellis immobilibus ac fixis, quæque simul non mouentur, duodecim partes fecerunt in*

his quâ mouentur: & suis animalibus, velut figuris, vnamquamque vrbem effinxerunt, atque imitati sunt, partim maritimis, partim humanis, partim feris, partim etiam volatilibus, ac pecudibus. Vnde etiam Ægyptiorum sacra diuersa fiunt. Neque enim Ægyptii omnes ex duodecim partibus omnibus vaticinantur, sed alii aliis partibus vtuntur. Itaque arietem colunt, quicunque ad arietem spectabant: piscibus non vescuntur, qui pisces annotarunt, neque horum edunt, quicunque capricornum viderant, & alii alia colebant. Taurum quidem in honore habent, ob cœlestem taurum. Et Apis res apud illos maxime sacra, regionem sortitus est: ex quo eruentum dicarunt, diuinationis videlicet, quam a cœlesti tauro petunt indicium. Hæc ille. Ex quibus quis non videt apertissime colligi, astrologiam, atque ex ea diuinationem in caussa fuisse, vt diuersa animalia maximo in honore apud Ægyptios habita fuerint? Porro autem facile est, vbi semel quis animum ad eiusmodi nugas appulerit, precedente tempore id superstitionis genus eo proiexisse, vt ab animalibus ad porrum etiam & cæpe adorandum prolabatur:

Quæ vt a nobis hoc loco prætermittantur, de iis præcipue aliqua dicemus, quæ apud celeberrimas olim Ægypti vrbes maximo in honore habita sunt. Sequemur autem hoc in negotio duos Græcos scriptores præcipue, Strabonem atque Herodotum. Ac quamuis multo antiquior hic sit, pluraq; de Ægyptiorũ moribus tradat, quam alii, vt mihi quidem videtur, vniuersi distinctius tamen, quæ ad Deorum summam, varietatemq; pertinent, a Strabone, quã ab Herodoto traduntur. Strabo itaq; libro Geographicorum vltimo, in quo exactissime (vt in aliis solet) Ægyptum describit, inter alia, quæ de Ægyptiorum Diis tradit, hæc quoq; refert: Momemphitas Venerem colere, & sacram vaccã alere, quem admodum Memphitæ Apim, & Heliopolitani Mneuim, cum ii apud eos Dii putentur, alii vero apud alios. Sed inferius multo copiosius de eadem re ait, cum ita scribit: *ἐν δὲ τῇ περαίᾳ ὀξύρυγχος πόλις, καὶ νομὸς ὁμώνυμος. τιμῶσι δὲ τὸ ὀξύρυγχον, καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἱερὸν ὀξυρύγχου. καὶ τι καὶ τῶν ἄλλων αἰγυπτίων κοινῇ τιμώντων τὸ ὀξύρυγχον. πανάρχαιον γὰρ τῶν ζώων ἅπαντες κοινῇ τιμῶσιν αἰγύπτιοι: καθάπερ τὸ πεζῶν μὲν τῶν ἀγρίων, ἵππον, κύνα, λύκον. τῶν δὲ πτηνῶν δύο. ἱέρακα καὶ ἶβιν. τῶν δὲ ἐνύδρων δύο. λεπιδωτὸν ἰχθὺν, ὀξύρυγχον. ἄλλα δὲ ἔστιν ἃ τιμῶσι καθ' ἑαυτὸν ἕκαστοι, καθάπερ σαίτην ἀσπάλαθον, καὶ ἀκανθίωνα λάβρακα δὲ τὸν ὑπὲρ τὰ ἰχθύων λαμπρότατον, λύκην δὲ λυκοπολίτην, κυνοκέφαλον δὲ ἑρμοπολίτην, κεῖπεν δὲ, βαβυλώνιοι, οἱ νῦν μέμφιν. ἔστι δ' ὁ κεῖπος τὸ μὲν ἀσθενὲς ἐοικὼς σπάρῳ, τὰ δὲ κυνὸς καὶ ἄρτου μεταξύ γινόμενον δ' ἐν αἰθιοπίᾳ. ἀετὸν δὲ θηβαῖοι: λεοντοπολίτην. αἴλουρα δὲ καὶ τραγὸν μενδήσιοι μιμάλλον δὲ ἀριβῆται, ἄλλοι δ' ἄλλόθι. τοὺς δὲ αἰτίας οὐχ ὁμολογουμένως λέγουσιν.* Id est, *In vlteriore autem regione est Oxyrynchus ciuitas, & præfectura eodem nomine. Colunt vero Oxyrynchum, & apud eos*

Oxyrynchi templum est. Quanquam ceteri omnes Ægyptii Oxyrynchum colant. Quadam namque animalia vniuersi Ægyptii colunt, vt ex terrestribus tria, bouem, canem, felem: ex volatilibus duo, accipitrem & ibim: ex aquatilibus duo, lepidotum piscem, oxyrynchum. Alia autem sunt, quæ quisque seorsim colit; sicut Saitæ & Thebani, ouem: latum quendam in Nilo piscem, Latopolitani: lupum, Lycopolitani: cynocephalum, Hermopolitani: ceipum, Babylonii, qui iuxta Memphim sunt (est autem ceipus piscis satyro similis, cetera inter canem & vrsum habet, gignitur quem Æthiopia:) aquilam, Thebani: leonem Leontopolitani: capram & hircum, Mendesii: murem aranеum, Athribita. Item alii aliud: *Causas vero vnicuique quam idoneas afferunt.* Hæc ille. At Herodotus Ægyptum, licet Africæ finitima sit, feris non admodum abundare ait: quæcunque tamen in ea sunt, eas omnes pro sacris haberi tradit. τῶν δὲ αἰγυπτίων & ὁμοῦ & τῇ λιβύῃ, ὅ μέλα ἤρτηται ἐπ. Τὰ δὲ, ὅσα φύσει ἄγρια ἐστὶ νενόμισται. Et mox, ferarum educandarum curam Ægyptios, Ægyptiasq; seorsum ab aliis suscipere, eoq; in honore filium patri succedere asserit. Ac si quis volens aliquod forte sacrorum animalium occidisset, morte mulctabatur: si nolens, mulcta a sacerdotibus indicta. Sed enim si quis volens, inuitusue aut felem, aut accipitrem necauisset, morte affici omnino debebat. Quamuis tam superstitiosæ eorum mentes fuisse memorantur, vt nemo, si quam earum ferarum peremisset, vllum supplicium recusarit. Propterea que Marcus Tullius libro quinto Tusculanarum quæstionum: *Ægyptiorum*, inquit, *mentem quis ignorat? quorum imbuta mentes prauitate erroribus, quamuis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent. Quorum etiam simprudentes quippiam fecerint, pœnam nullam recusent* Idem quoq; auctor libro primo de natura Deorum, de eorundem Ægyptiorum erga bestias magna religione ita scribit: *Nobis fortasse si occurrit, (vt dicis) apparuisse Iouem, Iunonem, Mineruam, Neptunum, Vulcanum, Apollinem, reliquos Deos ea facie nouimus, qua pictores fictoresque voluerunt. At non Ægyptii, nec Syri, nec fere cuncta barbaria. Firmiores enim videas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam, quam apud nos de sanctissimis templis, & simulacris Deorum. Etenim fana multa exspoliata, & simulacra Deorum de locis sanctissimis ablata videmus a nostris. At vero nefandum quidem auditu est, crocodilum aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio. Quid igitur censes, Apim illum sanctum Ægyptiorum bouem? nonne Deum videri Ægyptiis? Tam hercle, quam tibi illam nostram Sospitam: quam tu nunquam, ne in somnu quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.* Hæc Cicero. Qui non sine caussa eodem libro bruta animalia pro Diis ab Ægyptiis haberi docet: cum varia ab iis beneficia accipiant.

Ipsi,

Ipsi, ait, qui irridentur, Ægyptii, nullam beluam, nisi ob aliquam vtilitatem, quam ex ea caperent, consecrauerint: velut ibes maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo procerioque rostro, auertunt pestem ab Ægypto: quum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt, atque consumunt, ex quo fit, vt illa viua nec morsu noceant, nec odore mortua. Possum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longior. Ita concludam tamen, beluas a barbaris propter beneficium consecratas. Hactenus ille: qui in reddenda ferarum cultu apud Ægyptios ratione Herodoto in hoc similis fuit, quod de vna *ibi* multis verbis egit, cuius etiam descriptionem ab eodem ferme sumsisse videtur, cum illius de ea hæc sint verba: τὸ δὲ τῆς ἴβεος τόδε. μέλαινα δεινῶς πᾶσα, σκέλεα δὲ φοίνικι μάλιστα, στόμωσιν δὲ εὖ τὴ κάλλιστα ἐπίγρυπον μέγεθος ὅσον κέρκος. Id est: *Ibis autem forma hæc est: Tota vehementer nigra crura grulina habet rostrum ad modum aduncum, eadem quæ grex magnitudine.* Et huiusmodi quidem eæ sunt, quæ contra angues pugnant, nam aliis (duo enim sunt illarum genera) pedes humanis similes sunt, gracile caput, tortumque collum, pennæ candidæ, præter caput, cerniceque, ac extrema alarum, natiumque. Iam crocodili, quem Iuuenalis nominat, naturam magnitudinemque, idem Herodotus graphice expressit secundo libro, ita scribens: τῶν δὲ κροκοδείλων φύσις ἡ τοιήδε. Τὸν χειμερινὸν πάντα μῆνας τέσσερας ἐδὲν ἐσθίει οὐδέν. ἐὸν δὲ τετράπουν χερσαῖόν τε καὶ λιμναῖόν ἐστι. τίκτει μὲν γὰρ ὠὰ ἐν γῇ, καὶ ἐκλέπει καὶ τὸ πλεῦνος τῆς ἡμέρης διατρίβει ἐν τῷ ξηρῷ, τὸ δὲ νύκτωρ πᾶν ἐν τῷ ποταμῷ. θερμότερον γὰρ δὴ ἐστὶ τό τε ὕδωρ τῆς τε αἴθριης, καὶ τῆς δρόσου. πάντων δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν θνητῶν τοῦτο ἐξ ἐλαχίστου μέγιστον γίνεται. τὰ μὲν γὰρ ὠὰ χηλέων οὐ πολλῷ μέζω τίκτει, καὶ ὁ νεοσσὸς κατὰ λόγον τὰ ὠὰ γίνεται. ὠὐξανόμενος δὲ γίνεται, καὶ ἐν ἐπταπήχεϊ καὶ πλείονι ἔστι· μείζονα δὲ ἔχει ὀφθαλμοὺς μὲν ὑὸς ὀδόντας δὲ μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας καὶ λόγον τοιοῦτον. γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων ἐν ἐφίστει. ἐδὲ τὸν κάτω κινέει γνάθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦνον θηρίων τὸν ὠὸν γνάθον τὴν κάτω ἔχει δὲ καὶ ὄνυχας ἰσχυροὺς καὶ δέρμα λεπιδωτὸν ἄῤῥηκτον ἐπὶ ξηρῆς. τυφλὸν δὲ ὑδατι, ἐν δὲ τῷ ἀέρι ὀξυδερκέστατον, ὅτι δὴ ὧν ἐν ὕδατι διατελέει μεμυκὸς, τὸ δὲ στόμα ἐνδοθεν φορέει παῦρα μὲν βδέλεα. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ὄρνεα, καὶ θηρία φεύγει μιν. ὁ δὲ τροχίλος οἱ ἐστὶ σύμμαχον. ἐπεὰν γὰρ ἐς τὴν γῆν ἐπίπλωσι ποιέειν ἐπὶ ἐκεῖνα ἔρχεται, καὶ ἐσπτύσας χοίνῃ, ἴαδε γὰρ τοῦτο ὡς ἐπίπλωσι ποιέειν ἐς ἐκεῖνα ἔρχεται, ἐσπτύσας ὁ τροχίλος ἐσέρχεται ἐς τὸ στόμα αὐτέ καταπίνει τοὺς βδέλεας. ὁ δὲ σωφελεόμενος ἡδέται, καὶ οὐδὲν σίνεται τὸν τροχίλον. Hoc est: *Crocodilorum autem natura huiusmodi est. Quatuor hybernus mensibus nihil comedit hoc animal: cum quadrupes sit, terrestre atq; aquatile est. Ova hami parit, excludit q; bonam q; diei partem in sicco degit: noctem vero totam in fluuio, calidior enim aqua est, serena q; froscida nocte. Porro ex omnibus quæ mortalia nouimus, hoc ex minimo maximum procreatur. Ova enim non multo maiora ouis anserum parit, atq; adeo pullus pro*

oui magnitudine nascitur. At vero excrescit ad septemdecim cubitos & his altior crocodilus visitur. Oculos suillos, dentes autem pro corporis proportione magnos exsertosq; habet. Linguam huic soli animalium natura negauit, neq; inferiorem mouet maxillam: ceterum superiorem inferiori admouet. Vngues et validi: pellis in dorso squamosa, diuisioniq; contumax. In aqua nihil videt at sub dio acutissime. In aqua igitur degens, os introrsum totum hirudinibus repletum fert. Quippe aliæ feræ, volucresq; illud fugiunt. Trochilus autem ei pacatus est, quod ab eo iuuatur. Cum enim ex aqua egressus est crocodilus, deinde hiauit (hoc enim plurimum facere, conuersus ad Zephyrum solet) tum trochilus eius os intrans, hirudines absorbet: hic vero adiutus lætatur, trochilumque nihil lædit. Hęc Herodotus de crocodilo, cui hianti non tam prodest trochilus, quam obest ichneumon: qui & ipse præcipuus eius hostis, id tempus obseruans, quo is hiare solet, in eius fauces insilit, hostique aluum erodit, vt Plinius octauo Natur. historiæ libro testatur, omnia fere de crocodilo scribens, quæ ab Herodoto dicta sunt. Quapropter & eius verba subiiciam: *Crocodilum habet Nilus*, ait, *quadrupes malum, & terræ pariter ac flumine infestum. Vnum hoc animal terrestre linguæ vsu caret, vnum superiore maxilla imprimit morsum, alias terribile, pectinatim stipante se dentium serie. Magnitudine excedit plerumque duodeuiginti cubita. Parit oua quanta anseres, eaque extra eum locum semper incubat, præ diuinatione quadam, ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus. Nec aliud animal ex minori origine in maiorem crescit magnitudinem. Et vnguibus his armatus est, contra omnes ictus cute inuicta. Dies in terra agit, noctes in aqua, temporis vtrumque ratione. Hunc saturum cibo piscium, & semper esculento ore in littore somno datum, parua auis, quæ trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, inuitat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum eius adsultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoque, ad hanc scabendi dulcedinem maxime hiantes. In qua voluptate somno pressum conspicatus, ichneumon per easdem fauces, vt telum aliquod immissus, erodit aluum.* Et inferius: *Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi visus: quatuorque menses hyemis, inedia semper transmittere in specu. Quidam hoc vnum, quam diu viuat, crescere arbitrantur: viuit autem longo tempore.* Hactenus Plinius de crocodilo, qui vt apud aliquos Ægypti populos in summa honore habetur, ita ab aliis sacer esse non censetur: imo & a quibusdam comeditur. Qui enim circa Thebas, Mœridosq; lacũ incolunt, crocodilos pro sacris habent, maximeq; colunt. At qui circa Elephantinam vrbẽ, iis vescuntur, nisi Herodoti testimonium asperuamur. τοῖσι μὲν δὴ τῶν αἰγυπτίων ἱροὶ εἰσι οἱ κροκόδειλοι, τοῖσι δ' οὔ. Et mox: οἱ δὲ περὶ τε θήβας, καὶ τὴν μοίριος λίμνην οἰκέοντες, καὶ κάρτα ἥγηνται αὐτοῦ εἶναι ἱρούς. Et inferius: οἱ δὲ περὶ ἐλεφαντίνην πόλιν οἰκέοντες, καὶ ἐσθίουσι αὐτοὺς, οὐκ ἡγεόμενοι ἱροὺς εἶναι. Sed & Strabo eos qui Herculis vrbẽ colebant,

colebant, non tantum summo odio crocodilos prosecutos fuisse dicit sed & ichneumones, illorum, atq; aspidum perpetuos hostes, colere dicit. Ac quonam pacto aduersus tam pestiferas bestias illi pugnant, his verbis docet: μετὰ δὲ τὸν Ὀρσινοήτλιν, καὶ τὸν Ἡρακλεοπολίτην νομὸν, Ἡρακλέους πόλις. ἐν ᾗ οἱ ἰχνεύμονων πλῆθος, ὑπὲρ ἃ πάντες τοὺς ὑρσινοίτας. οἱ μὲν γὰρ τοὺς κροκοδείλους πνίγουσι, καὶ λαβόντες τοῦτο ἡ θεραπεία αὐτῶν μετὰ ἐσθῆτος κροκοδείλων, καὶ μύρου & λιμνη. σίβοντες γὰρ, καὶ ἀπίασιν αὐτῶν. ἡ δὲ τὰς ἰχνεύμονας, τοῖς ὀλεθρίοις πάντας τοῖς κροκοδείλοις, καθάπερ καὶ τοὺς ἀσπίδας. καὶ γὰρ τὰ ὠὰ διαφθείρουσιν αὐτῶν, καὶ αὐτὰ τὰ θηρία τὰ πολλὰ θηριοκτονήσαντα, κυλιόμενα γὰρ αὐτῷ ξηραίνονται πρὸς τὸν ἥλιον, εἶτα τὰς ἀσπίδας μὲν ἡ τῆς κεφαλῆς, ἡ τῆς οὐρᾶς λαβόμενοι καπτοῦσιν εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ διαφθείρουσιν, τὰς δὲ κροκοδείλους ὑπεδρύμενοι, ἡνίκ' ἂν ἡλιάζονται κεχηνότες ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ χάσματα, καὶ διαφαγόντες τὸ σπλάγχνα, καὶ τὰς σάρκας, οὕτω διώκουσι ἐκ τοιούτων τῶν τραυμάτων. Hæc ille, quæ quam inepte pueriliterque ab eo versa sint, qui Strabonem Latino sermone donauit, hi intelligent, qui nostra hæc cum vulgata editione contulerint. *Post Arsinoiticam, Heracleoticamque prefecturam, est Herculis ciuitas, in qua ichneumon colitur, contra quam faciant Arsinoita. Hi enim crocodilos colunt propteraque apud eos fossa est crocodilorum plena, & Mœridis lacus: nam eos colunt, ab eisque abstinent. Hac vero* (Herculis inquam vrbs) *ichneumones, crocodilis aspidibusque nocentes. Ipsas enim & earum ova delent, luto incrustati. In eo siquidem inuoluti postquam ad solum siccati sunt, aspides vel per caput, vel per caudam capientes in flumen trahunt, & occidunt. Crocodilis vero, quum aperto ore apricantur, in oris hiatum intrant, visceribusque ac ventre exesis, mortuorum corporibus egrediuntur.* Caius item Plinius Histor. natural. libro octauo, quomodo ichneumon contra aspides pugnet, postquam de illis egit, sic ostendit: *Habet deinde interneciuum bellum cum ichneumone. Notum est animal hoc gloriæ maxime in eadem natum Ægypto. Mergit se limo sapius, siccatque sole. Mox vbi plurimum eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. In ea caudam attollens, ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus, inuadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.* Intelligit autem (vt ex iis, quæ ex eodem, & Strabone dicta sunt colligitur) crocodilos, quos idem Herodotus auctor est chlamydas ab Ægyptiis dictos, ab Ionibus crocodilos vocatos fuisse, illi crocodilorum generi, quod apud eos in sepibus gignitur, hos comparantibus. καλέονται δὲ οἱ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι. κροκοδείλους ἴωνες ὠνόμασαν, εἰκάζοντες αὐτῶν τὰ εἴδεα τοῖσι παρὰ σφίσι χλωροῖσι κροκοδείλοισι τοῖσι ἐν τῇσι αὐλακίῃσι. Verū vt Strabo inquit 17. lib. Suchus (ille opinor, qui mansuetus sacerdotibus est) alio nomine dicitur. Quomodo autem apud Arsinoitas a sacerdotibus hæc belua alatur, eodem loco declarat his verbis: παραπλέουσι δὲ ταύτῃ ἐφ' ἑκατὸν σταδίους, πόλις ἐστὶν Ὀρσινόη, κροκοδείλων δὲ πόλις ἐκαλεῖτο παρ' αὐτοῖς,

σφόδρα γὸ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ λιμνῶσι τὸν κροκόδειλον, καὶ ἔστιν ἱερὸς πᾶσι. ἔστι δὲ λίμνη καθ' αὐτὸν τερφόμβδος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσι, καλεῖται δὲ σοῦχος. τρέφεται δὲ σίτοις, καὶ κρέασι, καὶ οἴνῳ, ὃν ἂν φέρωσιν ἀεὶ τῶν ξένων, τῶν ἐπὶ τὴν θέαν ἀφικνουμένων. ὁ γοῦν ἡμέτερος ξένος αὐτῷ τε σπόνδων, αὐτός μυσταγωγῶν ἡμᾶς, σωκλῆν ἐπὶ τὴν λίμνην, καμόντων δὲ ἔθ' εἱπνου πλακοῦντα μέλιτι, καὶ κρέας ὀπτὸν, καὶ οἶνον προσφέρων δὲ ἱερεὺς, οἱ μὲν δὴ ἔδησαν αὐτῷ τὸ στόμα. ὁ δὲ ἐπέβη τε τὸ πέμμα, καὶ πάλιν τὸ κρέας, εἶτα τὸ μελικρήτου καὶ ἄκρατος. καθαλόμενος δὲ εἰς τὴν λίμνην, διῆξεν εἰς τὸ πέραν. ἐπιλαβόμενος δὲ καὶ ἄλλου τῶν ξένων, καμόντος ὁμοίως ἀπέβη, λαβόντες δὲ ἐπῆλθον δρόμῳ, καὶ καταλαβόντες προσήνεγκαν ὁμοίως τὰ προσενεχθέντα. hoc est. *Praeternauigantibus hac ad centum stadia, ciuitas est Arsinoe, crocodilorum urbs prius vocata. In hac praefectura magnopere colitur crocodilus, & apud eos sacer est, in lacu seorsim nutritus, sacerdotibus manſuetus, appellatur que Suchus. Nutritur autem pane, carne, & vino, qua peregrini semper afferunt, ad huiusmodi spectaculum venientes. Qui nos igitur hospitio excepérat, vir inter alios honoratus, nobiscum illic sacra commonſtrabat, ad lacum venit, placentulam quādam carnemque assam, & quoddam mulsi vasculum, ex coena ferens. Inuenimus autem in littore tacentem beluam. Quumque ad eam sacerdotes accessissent, alii eius os aperuerunt, alius bellaria imposuit, & postea carnem, deinde mulsum iniecit. At illa in lacum se dimittens, in vlteriorem partem tranauit. Sed & quum alius hospes superuenisset itidemque primitias attulisset, eas capientes, cursu lacum circumierūt, similiterque inuento crocodilo, allatas obtulere.* Hæc ille. In quibus, aliisque eiusdem vertendis: quod πὰς νομὰς præfecturas Latine dixerim, secutus sum Plinium quinto de Natur. historia libro, ita scribentem cum de Ægypto loquitur: *Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas* nomos *vocant*, quod vero Mœridis lacū, qui a Strabone quidem μοίριδος, ab Herodoto autem μοίριος λίμνη vocatur (ne inter eos diiudicarem) *Mœridis lacum* verti eodem auctore vsus sum, cuius ex eodē & libro, & capite, hęc verba sunt: *Inter Arsinoitem autem ac Memphiten* (de Ægypti præfecturis loquitur) *lacus fuit circuitu CCL. M. P. aut, vt Mutianus tradit, CCCCL. M. & altitudinis L. P. manu factus, a rege qui fecerat Mœridis appellatus.* Atq; vt quod de crocodilis instituimus, aliquando absoluamur: cū Arsinoite, aliisq; (vt ostensum est) eos impense venerentur, nonnulli partim eos comedant, partim etiam abominētur, nullū tamen hominum genus iis est inimicitius, quam Tentyrita, ab insula, in qua habitant, id nomen trahentes: qui naturalem quandam, vti in serpentes Psylli, aduersus eam beluam vim, facultatemue habentes, omnibus modis eos, vti libet, capiunt, domantque: quod & Romæ quoque visum, Strabo memorat, μὴ δὲ τῆς ἀβυδηνῆς διεστώσης μικρὸν ἄνω πόλις ἐστὶ τεντύρα· οἱ δὲ ἄνθρωποι φεύγουσι τοὺς ἄλλους ἁπάντων κροκοδείλους ἀπαντῶντες θηρίων πολεμίως.

μισαν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καίπερ εἰδότες τὸν κροκόδειλον ζῷον, καὶ ὡς ὀλέθριον τοῖς ἀνθρώποις, ὅμως ἐν ἀτιμίᾳ οὐκ ἔχουσιν. ἅτοι δὲ πάντα τρόπον αἰσχύνουσι, καὶ ἀφανίζειν αὐτοὺς ἐπιθυμοῦσιν, ὥσπερ τοὺς ψύλλους τοὺς πρὸς τῇ κυνομυίᾳ φυσικὴν τινα ἀντιπάθειαν ἔχειν πρὸς τὰ ἑρπετὰ ἅπαντας καὶ τοὺς πτηνοὺς πρὸς τοὺς κροκοδείλους, ὥστε μηδὲν ὑπ' αὐτῶν παθεῖν, ἀλλὰ καὶ κολυμβᾶν ἀδεῶς, καὶ ἀφόβως μηδενὸς ἄλλου ἰχθύος ἐπιόντος· εἶναι τε τὴν ῥώμην κομιδῇ τοῖς κροκοδείλοις ἐπιδεᾶ, χάλιν σιωπηλόν τε καὶ πτηνὸν ὄντα. γλωμύρης τε δεξαμενῆς, καὶ τριάκοντα πηχῶν ὑπερμεγέθη τὸ πλευρόν, ὥστε καὶ τοῖς ἵπποις ἐν βάθει ὕδατος ἡλιασθῆναι εἶναι. σημεῖα δὲ τούτου ἐστὶ τάδε· ὅσοι τῶν μὲν ἐξελθόντες ἐπὶ νῆσον πρὸς τὸ ἡλιασθῆναι, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἐκείνων ὁρμὴν ἀμβαίνοντες ἄφνω εἰς τὸ ὕδωρ. τότε δὲ πάλιν εἰς τὴν δεξαμενὴν κατεπαίωντες. Id est: *Post Abydum autem est parua Dios polis, postea Tentyra ciuitas. Hic contra aliorum Ægyptiorum morem crocodilus nullo in honore habetur: & ex omnibus animalibus inimicissimus consetur. Alii enim quamuis eius animalis malitiam norint, humanoque generi pernitiosissimum intelligant, venerantur tamen, atq; ab eo abstinent. Hi autem omnibus modis id persequuntur, atque occidunt. Sunt qui dicant vt Psylli in Cyrenaica regione naturalem quandã contra serpẽtes vim habent, ita Tentyritas aduersus crocodilos, vt nihil ab eis patiantur, vtinterpide natent fluuiumque, quod nemo alius audet, transeant. Sed & Romam allatos, vt spectaculo essent, crocodilos secuti sunt Tentyritæ, factaque piscina quadam, & foramine in vno laterum, vt egredientes ex aqua bestiæ apricari possent, Tentyritæ adsunt, qui interdum eos ad solem rete extraherent, vt a spectatoribus videri possent, simul maquam intrantes, rursusque eos in piscinam retrahentes.* De Tentyritis quoq; Plinius lib. Naturalis historiæ 8. sic ait: *Quin & gens hominum est, huic belua aduersa, in ipso Nilo: Tentyrita ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parua, sed præsentia animi in hoc tantum usu mira. Terribilis hæc contra fugaces belua est. fugax cõtra insequentes, sed aduersum ire hi sola audent. Quin etiam flumine innatant, dorsoque equitantium modo impositi, hamatibus resupino capite, admorsum additis in os clauã, dextra ac læua tenentes, extrema eius vtrinque, vt frenis in terram agunt captiuos. Ac voce etiam sola territos cogunt, euomere recentia corpora, ad sepulturam. Itaque ei vni insulæ crocodili non adnatant: ol'factuq; eius generis hominum, vt Psyllorum serpentes, fugantur.* Ac ne singula, quæ vel Iuuenalis attingit, vel etiam alii recensent, ad bruta, quæ pro diis adorantur, spectantia persequamur, quis nescit Isidem ac Serapim præcipuos Ægyptiorum deos fuisse? tametsi tam diuersa, tam contraria de eorum vtroque a scriptoribus traduntur, vt vix Pythius Apollo rem explicare queat: Non solum enim magnæ de eorum parentibus temporibusque inter Poetas, historicosque dissensiones sunt, sed vix vbi vitam duxerint, quoue modo naturæ concesserint, inter eos cõuenit. E: primum quidem quę ab Ouidio de Iside, quamuis magna ex parte fabulosa, memorentur, latis nota sunt. In eo tamen pleri-

que ita dissentiunt, vt non Inachi, sed Promethei eam filiam esse voluerint: licet in hoc eorum aliqui non dissimilia doceant: Isidē, siue Inacho illa, siue Prometheo nata fuerit, Epaphum ex Iouis cōcubitu peperisse, sicut hoc quoque apud nonnullos receptum est, eandem Apis Ægyptiorum regis fuisse vxorem: qui quum in Ægypto vita functus esset, omnium Ægyptiorum Deorum maximus habitus, Serapisque appellatus est. Quid quod alii Apim a Typheo fratre membratim discerptum, atque ab Iside diu quæsitum, postremo eius membra in vanno collecta, in semotaque quadam insula sepulta fuisse autumant? Sed cum plerique non maritum ab Iside, sed filium sic quæsitum: alii vero tradant Osirim eundem, qui & Serapis, Iouis ex Niobe Phoronei filium exstitisse: ego meam super his tricis sententiam non interponam, præsertim quōd Diodorus quoque, vt rem magis permisceat, inuoluatque, Osiris filium Anubim, qui Ægyptiorum lingua *canem* significat, sub cuiusque forma, tanquam sagacissimi animalis Mercutium apud eos coli Seruius perhibet, *canem* tanquam armorum insignia gestasse affirmat: atque hinc factum putat, vt Ægyptii *canem* venerentur, Anubimque Deum canino capite effingant. Hoc tamen non prætermiero, multos sic afferre, Ægyptiis vt Isidem, siue filium, siue maritum quærentem imitaretur, Apim quærentibus, bouem apparuisse, eumque ab iis Apim existimatum. Quem cum Ægyptiis appareret, summum gaudium afferre solitum testatur Herodotus: ita quidem, vt quem multo luctu quæsissent, inuentum pulcerrimis vestibus ornati honorarent: quod eius sacerdotibus magnum malum attulit. Enimuero cum Cambyses Persarum rex magna copiarum parte, tum fame, tum puluere arenarumque turbine amissa, Memphim esset reuersus, eoque tempore Apis, quem Græci Epaphum vocant, Ægyptiis apparuisset, rex eorum lætitiam a sui exercitus clade emanasse, seque propterea ab iis contemni ratus, cur nam id facerent, se absq; copiarum parte reuerso, interrogauit, quod cum incolumi exercitu profecisceute non fecerant? Cumque illi ad Deum Apim lętitiæ caussam referrēt, Cambyses sacerdotes tanquam mendaces interimi iussit. mox etiam cum bouem eum ad se adduci imperasset, in eum intuens, educto mucrone Apis femur percussit, cum vētrem vellet: dignos Ægyptiis Deos exclamans, qui ferrum carné ac sanguinem habentes sentirent. Cuius facinoris nuor pœnas Cambyses dedisse Ægyptii crediderunt, vt qui insanus redditus, in domesticos, alioſque fœuierit. Atqui cum non omnes nigri boues Apim facerent, quo nam pactos is dignoscereturᵗ, quibusque signis esset ornatus, Herodotus in Thalia his verbis declarat: ὁ δὲ Ἆπις βοὸς ὁ ἐπιφανὴς γίνεται μόσχος ἐκ βοὸς, ἧς ἀνὴρ οὐκέτι γίνεται φέρειν βάρεος ζυγὸν, αἴρεται δὲ λέγεται σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τῆς νουμηνίης, καὶ μιν ἐκ τούτου πίπτειν τοῦ ἔτεος. ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις σημεῖα

σημήϊα τοιάδε, ἐὼν μέλας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει. ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον. ἐν δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλάς. ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον. id est: *Hic autē Apis, idēq; Epaphus, e vacca, quæ nullo dum alio modo vterum gerere potest, gignitur At Ægyptii ea fulmine de cœlo tactam, Apim parere dicunt. Habet vero hic vitulus, Apis vocatus, signa eiusmodi, cum niger sit, album in frōte tetragonum, in tergo aquilæ effigiem, duplices in cauda pilos, in lingua autem cantharum habet.* Sciendum tamen est, in Aldinis codicibus, apud Herodotum pro μέλας, perperam μέγας legi: cū Strabo lib. 17. bouem Apim, qui in vrbe Memphi in septo quodam alebatur, præter frōtem, paruasq; quasdam corporis partes, totum nigrum fuisse, iisq; signis, q nā ad successionē essent idonei, alio vita functo dignosci solitos asseueret. ὅπου ὁ βοῦς ὁ ἄπις ἐν σηκῷ τινι τρέφεται, θεὸς ὡς ἔφην, νομιζόμενος διὰ λευκὸς τὸ μέτωπον, καὶ ἄλλα τινὰ μικρὰ τοῦ σώματος, τὰ δ' ἄλλα μέλας, οἷς σημείοις ἀεὶ κρίνουσι τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὴν διαδοχὴν, ἀπὸ γενομένου τοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντος. Porro Caius Plinius & eadem ferme, quæ ex Herodoto ac Strabone recitata sunt, de Api scribit, & alia non pauca de eadem bestia refert octauo libro: *Bos, ait, in Ægypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Insigne ei, in dextro latere cādicans macula, cornibus Lunæ crescere incipientis. Nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas, eum certos vitæ excedere annos: mersumque in sacerdotum fonte, enecant, quæsituri luctu alium, quem substituant, & donec inuenerint mœrent, derasis etiam capitibus, nec tamen vnquam diu quæritur. Inuentus deducitur Memphim a sacerdotibus. Sunt delubra ei gemina, quæ vocant Thalamos, auguria populorum. Alterum intrasse lætum est, in altero dira portendit. Responsa priuatis dat, e manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum auersatus est, haud multo post exstincti. Cetero secretus, quum se proripuit in cœtus, incedit summoto strepitu lictorum: grexque puerorum comitatur, carmen honori eius canentium: intelligere videtur, & adorari velle. Hi greges lymphati, futura præcinunt. Fœmina bos semel ei anno ostenditur, suis & ipsa insignibus: quanquam aliis semperque eodem die, & inuentri eam, & exstingui tradunt. Memphi est locus in Nilo, quem a figura vocant phialam: omnibus annis ibi auream pateram argenteamque mergentes, diebus quos habet natales Apis: septem hi sunt, mirumque neminem per eos a Crocodilis attingi: octauo, post horam diei sextam, redire beluæ feritatem.* Macrobius quippe non simpliciter interpretatur, Serapim atque Isidem, maximos Ægyptiorum Deos: sed hanc aut terram, aut rerum naturam soli subiacentem: illum vero solem ipsum fuisse non solum putat, sed & rationibus quoq; & ipsius Serapis oraculi responso commonstrat. Inquit autem lib. 1. Saturnaliorum: *Eidem Ægypto adiacens ciuitas, quæ conditorem Alexandrum Macedonem gloriatur, Serapim atque Isim cultu pene attonitæ venerationis obseruet, omnem tamen illam veneratio-*

nem Soli ſub illius nomine teſtatur impendere, vel dum calathum capiti eius infigunt, vel dum ſimulacro ſignum tricipitis animantis adiungunt, quod exprimit medio, eodemque maximo capite leonis effigiem, dextera parte caput canis exoritur, pars vero laeua cernicis rapacis lupi capite finitur, eaſque formas animalium draco connectit volumine ſuo, capite redeunte ad Dei dexteram, qua conſpicitur monſtrum. Quibus Macrobius ſimulacri huius expoſitionem ſubiungens, hic ait: *Accipe nunc quod de Sole vel Serapi pronuntiatur oraculo. Nam Serapis, quem Ægyptii Deum maximum prodiderunt, oratus a Nicreonte Cypriorum Rege, quis Deorum haberetur, his verſibus ſollicitam religionem Regis inſtruxit:*

Εἰμὶ θεὸς δὲ μάθειν, εἶον καγὼ εἶπω,
Οὐρανὸς κόσμος, κεφαλὴ, θ' ἁγὴς δὲ θάλασσα,
Γαῖα δὲ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' ἔνδοθεν ἐν μέσῳ αὐτῷ
Ἤμισυ τε πλευρὰς, λαμπτῆρ φάος ἠελίοιο.

Ex his apparet, Serapin & Solis vnam eſſe & individuam naturam. Iſis cuncta religione celebratur, qua eſt vel terra, vel natura rerum ſubiacens ſoli. Hinc eſt quod continuatis vberibus corpus Dea omne denſetur, quia vel terra, vel rerum natura altu nutritur vniuerſitas. Hæc Macrobius de Iſide & Serapi. Quanquam eodem libro non ſolum hos Deos, ſed Martem quoque, Liberum, Mercurium, Herculem, Adonim, Oſirim, Horum, alioſque nihil aliud quam Solem apud veteres fuiſſe declaret. Herodotus quoque de veteribus recentioribuſque Diis non pauca ſcribit, quæ breuitatis cauſſa prætermittenda duximus. Hoc tamen ſilentio inuoluere nō poſſum, Dianam (licet Iuuenalis eam ab Ægyptiis minime coli queratur) maximo in honore ab iis habitam, tradi ab eodem Herodoto: cum eadem ſit Ægyptiace βúβαστις, quæ Græce ἄρτεμις, atque ille in Euterpe his verbis id palam faciat: ἡ δὲ βúβαστις κατ' ἑλλάδα γλῶσσαν ἐστὶ ἄρτεμις. Et inferius Αἰγυπτίων δὲ Διόνυσον μοῦνον οὗτος, δημήτερ δὲ ἶσις, ἄρτεμις δὲ βúβαστις. Ouidius præterea, cum plurimos Ægyptiorum Deos recenſet, præter hanc Bubaſtim, Harpocratem etiam inter eos connumerat, libro Metamorphoſeon octauo ita canens:

Inachis ante thorum pompa comitata ſacrorum,
Aut ſtetit, aut viſa eſt: inerant lunaria fronti,
Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus, cum qua latrator Anubis,
Sanctaq; Bubaſtis, variisq; coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadet.
Siſtraque erant, nunquamq; ſatis quæſitus Oſiris,
Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina venenis.

Quid igitur? an Iuuenalem in tam manifeſtum errorē prolapſum dicemus? Ego vero omnia potius commentari, quam id in animum inducere velim. Proinde eius verba ſic intelligenda autumo, vt non omnibus Ægyptiis Dianam fuiſſe incoguitam dicat. Sed cum

cum variæ Ægypti vrbes variis sacris vterentur (neque enim vt ostensum est, omnes eadem animalia pro diis colebant) pleræq; forte aut Ibim, aut Crocodilum, aut Anubim tanquam Deos venerabantur, quæ Dianam ignorarent, quod summopere carpit Satyricus. Et sane vt quæ ad Ægyptiorum in sacris leuitatē spectant, paucis absoluamus, Flauius Vopiscus Saturnini vitam scribens, multis conuitiis eam gentem incessit, ac ne id absque exemplo facere crederetur, hæc de ea ex Adriani Cæsaris ad Seruianum consulem epistola verba refert: *Ægyptum, quam mihi laudabas Seruiane carissime, totam didici leuem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem. Illi qui Serapim colunt, Christiani sunt: & deuoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt. Nemo illic archisynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, non haruspex, non aliptes. Ipse ille Patriarcha cum Ægyptum venerit, ab alio Serapim adorare, ab aliis cogitur Christum. Genus hominum seditiosissimum, vanissimum, iniuriosissimum.* Sed hęc de suorū temporum Ægyptiis ab Adriano exarata crediderim, cum, vt in nostra aduersus Latinorum scriptorum calumniatores Apologia copiosius attigimus, plutimas egregias artes inuenerint veteres Ægyptii omnium hominum sapientissimi quondam habiti, plurimaq; ab iis desumta excellentissimi Græcorum philosophi sibi vindicauerint. Fieri autē potuit (vti in ceteris fere omnibus vsu venire scimus) vt quæ regio prudentissimos olim viros produxisset, mox pro vitis magna ex parta fęcem tulerit.

Verum de his plura nō dicemus, sed multa quę huc cōmodissime veniebant, missa faciemus, si de dimidio Memnone, qui Satyrici Poetæ versibus nominatur, ac de Thebis Ægyptiis pauca subdemus. Quæ enim de *Cercopitheco*, aliisque quibusdā magis dici possunt, vtcūq; a Ioanne Britannico absoluta sunt. Nos ad institutum pergamus. Fuit is Memnon, de cuius statua loquitur Poeta Tithoni atq; Auroræ filius, qui Troianis ex Oriente aduersus Græcos opem tulit, ab Achilleq; pugnās interemtus est. Ad cuius sepulcrum (prope Ilium conditus fuit) aues quotannis ex Æthiopia volabant, quæ propterea *Memnonię* appellantur Ideoque P. Ouidius lib. primo Amorum Auroram sic precatur:

Quid properas Aurora? mane, sic Memnonis vmbras
Annua solemni cæde parentet auis.

Idem quoque Poeta multa de hoc Memnone, decimotertio Metamorphoseon libro scribit, quę in ipso auctore vnusquisque, nisi indoctissimus sit, legere valet. Huius templum (quanquam Plinius illud Serapidis dicat) quod Thebis Ægyptiis erat, duos habebat colossos, Memnonis, vt putant: quorum alter, qui terræ motu fractus erat, atque iccirco *dimidius* a Iuuenale appellatur, singulis diebus oriente sole strepitum quendam emittere dicebatur, quam rem alii ad fabulam referentes, Auroram matrem illum singulis

diebus salutare dicebant. Et profecto inauditum videri debebat lapidem vocem per se emittere. Propterea quæ mitor T. Lucretium Carum excellentem philosophum, qui eiusmodi rerum quæ contra naturam fieri videntur, rationem libentissime reddere solet, & huius causſam versibus non comprehendisse? cum de aliis vocibus, quas vulgus Faunorum, Satyrorumq; esse affirmabat, libro quarto ita scribat:

Sex etiam, aut septem loca vidi reddere voces,
Vnam cum iacerent ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre.
Hæc loca capripedes Satyros, Nymphasque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur:
Quorum noctiuago strepitu, ludoque iocanti,
Affirmant vulgo taciturna silentia rumpi,
Chordarumque sonos fieri, dulcesque querelas,
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum.

Verum quod Lucretius prætermisit, C. Plinius lib. Nat. histor. 7. de Basalte lapide loquens assequi voluit eiusmodi sonitus causſam ad lapidis naturam referens, qui solaribus radiis contactus crepet. *Non absimilis illi*, ait, *narratur in Thebis delubro Serapi, vt putant, Memnonis statua dicatur, quem quotidiano solis ortu contactum radiis crepare dicunt.* Hæc Plinius. At Poeta, cuius carmina enarranda suscepimus, *magicas chordas dimidio Memnone resonare scribit*: quod aut ipse, aut alii quidam, quæ contra naturæ leges fieri putabantur, ad magicas vanitates referebant: quas tamen viris modis Caius Plinius insectatur. Strabo quidem eo se in templo, vbi Memnonis statua erat, cum Ælio Gallo fuisse testatur. Sed quam nam ad rem eius strepitus causſam referat, non aperit, nisi is ab eorum aliquo qui circa statuæ basim sedebant, fieret. Inquit autem Geographicorum libr. 17. ἐνταῦθα δὲ δυοῖν κολοσσῶν ὄντων μονολίθων ἀλλήλων πλησίον, ὁ μὲν σώζεται, τοῦ δ' ἑτέρου τὰ ἄνω μέρη πεσόντα κεῖται· πέπτωκεν σεισμῷ ῥηχθέντα, ὡς φασι. πεπίστευται δ' ἔτι ἀπὸ τοῦ κολοσσοῦ ἠχώ· ἐπεὶ καὶ ἐμοῦ παρόντος ἀκοῇ ψόφος, ὡς ἂν πληγῆς μικρᾶς ἀπὸ πελέκεως ἢ μικροῦ τινος τοιούτου ἐφάνη, ἢ τῇ βάσει μέρος. κἀγὼ ἔφην ἐπὶ τῶν ἄλλων Γάϊόν τινα καὶ λίαν, ἐξ ὅλου τοῦ σώματος αὐτῷ φίλον τε καὶ ξυγγραφῶν τῶν ἐμῶν πάντων ἑταῖρον, ψόφον. εἶτα ἀπὸ τῆς βάσεως, εἶτα ἀπὸ τοῦ κολοσσοῦ, εἰ τι ἐπίηδες πρόκλου ἢ τῶν βάσιν ἰδρυμένων τινὸς ποιήσαντος τὸν ψόφον, ἐκ τοῦ διηρῆσθαι. λέγω δὲ τὸ ἄδηλον τῆς αἰτίας· πᾶν μᾶλλον ἐπέρχεται τις ἀνεν, ἢ ἐκ τῶν λίθων ἄνω πεφυγμένων συμπίπτειν τὸν ἦχον. Id est: *Hic cum duo colossi sint ex integris lapidibus inter se propinqui, vnus quidem seruatur alterius autem superiores partes a sede ceciderunt, facto (vt aiunt) terræ motu. Creditum est etiam, semel in die strepitum illum non magno a parte effici, qua in sede ac basi manet. Atque ego cum iis locis essem cum Ælio Gallo, eorumque qui cum eo aderant amicorum, militumque multitudine circiter horam primam strepitum au-*

dia-

dui: a baſine, an a coloſſo, an ab eorum aliquo, qui circa baſim ſedebant factum, affirmare nequeo: quamuis propter occultam cauſſam omnia mihi potius crederem mentem veniat, quam a lapidibus ſit compoſitis ſtrepitum emitti. Hæc ſe vidiſſe memorat Strabo. At Tychiades apud Lucianum fabuloſius, ſe cum adoleſcens in Ægypto, in quam a patre doctrinæ gratia miſſus erat, verſaretur, quæque de Memnone dicebantur audiſſet, miro eum videndi deſiderio accenſum fuiſſe memorat. Itaque cum ad eum veniſſet, non vulgari modo illum ab ſe auditum, vt inanem quendam ſonum perciperet, ſed oracula ſibi ab eo ſeptem verſibus edita ſubiicit. Hoc tamen quam fide dignum ſit, ex hoc præclare dignoſcitur, quod in Philopſeude ita ſcriptum eſt: ἀπὸ τῆς δὲ αἰγύπτου διῆγον, ἐπιεὶ ὧν τοῦ βασιλέως πὶ πομπείας ἀπεσταλείς, ἐπιθυμήσας ἐς κροῖλον ἀναπλεύσας, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν μέμνονα ἐλθὼν, ἀκούσας τὸ θαυμαζόμενον ἐκεῖνο ἠρώησα αὐτὸς αὐίκα τὸν ἥλιον. ἐκεῖνος μὲν δὴ ἤκουσε, καὶ κρατὺν τὸν κρᾶνον πὶς πεπλῆς ἀσημοῦ τινα φωνὴν, ἀλλὰ μοι καὶ ἔχρησεν ὁ μέμνων αὐτὸς, ἀναξίως τοῦ ἥρωος ἐπῶν ἑπτὰ. Neque dubium eſt, quin e toto fere terrarum orbe omnes ad hunc Memnonem videndum, audiendumque concurrerent, huiuſmodi rerum ſtudioſi. Namque vt Ælius Spartianus teſtatur, Seuerus Imperator e Parthica expeditione reuertens, cum Syriam & Ægyptum, aliaſque quaſdam regiones luſtraſſet, gratam ſibi eiuſmodi peregrinationem propter religionem Dei Serapidis, animaliumque ac locorum (vt eius verbis vtar) nouitatem fuiſſe ſemper poſtea oſtendit: quando & Memphim, & Memnonem, & Pyramides, & Labyrinthum inſpexit. Siquidem Thebæ Ægyptiæ, quæ vrbs (vt Strabo ait) poſtea Dioſpolis appellata eſt, antea autem centum portis inſignis fuerat, eo tempore ita diruta erant, vt pauca earum ſupereſſent veſtigia: quod neque Aquinas diſſimulauit, dum vetus Thebe centum portis obruta ab eo iacere dicta eſt. Quanta vero fuerit ea vrbs, non tantum ex portarum multitudine, ſed ex eo etiam colligi potuit, quod eodem Strabone teſte, 80. ſtadia in longitudine habuiſſe, ex ruinis poſtea collectum eſt. Homerus quidem eam in vtroque opere, tum ab amplitudine, tum a diuitiis celebrat. In qua ſemel Pſammeniti Amaſis filii temporibus pluiſſe, quod neque prius vnquam, neque poſtea ad ſuam vſque ætatem contigiſſe addit, Herodotus in Thalia pro maximo apud Ægyptios portento memoriæ prodidit.

An Penelope caſta fuerit: & de Vlyſſis morte.

CAPVT II.

FRanciſcus Petrarcha Ethruſcus Poeta, qui reſtituendæ Latinæ linguæ qualemcunque potuit operam nauauit, Ethruſca autem ſic excelluit, vt neminem ad parem in ea re laudem aſpirare poſſe receptum ſit, inter alia poemata, quæ materno ſermone compoſuit, & illa in ſuo genere elegantiſſima nobis re-

liquit, quæ ipse triumphos appellauit: qui operis titulus nequaquam illi tanquam primo eius auctori, vt vulgo existimant, est assignandus, sed ad veterem quendam Poetam est referendus, qui (vt Lactantius libro primo Diuinarum institutionum testatur) non insulse triumphum Cupidinis inscripsit: cuius argumentum circa hoc versabatur, vt non modo omnium Deorum potentissimum, Cupidinem, sed etiam victorem faceret. Ceterum an quemadmodum in titulo, ita etiam in reliquis omnib. conuenerint, neq; quisquam coniicere potest: quod alterius lucubrationes exciderunt, alterius exstant: neque ad rem nostram quicquam pertinet, cum non de tota eius operis, de quo loquimur, summa, sed de iis tantum, hoc loco verba simus facturi, quæ de Penelope, atque Didone in illo traduntur. Quamobrem, cum in secundo Triumpho Petrarcha vtranque inter castas mulieres referat, Penelopen simpliciter, quasi quæ sine dubio pudicissima fuerit, nominat. At de Didone loquens, indocti vulgi linguis de ea silentium indicit: neue P. Vergilii fidem secuti, illam Æneæ amore captam sese confecisse credant, omnes admonet: quasi sic erret, qui Didonem castam fuisse, quam qui Penelopem neget. Verum tam mihi non probantur, quæ vulgus Maronem sequens, de Didone credit, quam quæ ab Homero de Penelope memorantur. Sicut enim noster Poeta diuino scribendi genere, id apud posteros est cõsequutus, vt quod ipse sine dubio falsum esse sciebat, pro maxime vero acciperetur, ita Græcus, cuius noster pene in omnibus æmulus esse voluit, hoc excellentissimis suis poematibus effecit, vt eam, quam impudicam fuisse, compertum habemus, eandem pro maxime casta, qui post eum viuerent, cuncti fere amplecterentur. In hoc tamen deterior fuit Maronis, quam Homeri conditio, quod hic omnium Poetarum, quorum quidem aliqua scripta exstent antiquissimus, facilius quod volebat posteritati, quam ille persuadere potuit: qui in maxima Græcorum, Latinorumque scriptorum frequentia & luce versatus, si quid præter rei veritatem in suum opus referre voluit, bonam fidei partem vel ideo deperdere quiuit, quia apud plurimos vulgatissimum erat, Didonem pio mariti amore sese, ne in Hiarbæ Mauritaniæ regis potestatem veniret, interfecisse: cum de Penelope omnes fere in Homeri sententiam irent. Neque hoc dictum velim, quo minus Didonis tempora antiquissima fuisse putem: sed vt Penelope, tanquam castissima, paucis refragantibus, ab Homero laudata est, magnisque laudibus ornata ad sequentium ætatum viros emanauit, ita Didonis negotium non Poetica, sed historica fide, ab iisdem acceptum est. Verum in dispari caussa, adeo enituit Vergilii ingenium, vt quod volebat, quoad eius fieri potuit, haud dubie præstiterit. Quapropter cum Franciscus Petrarcha, rei veritati adhærens, relicta nostri Poetæ sententia, Didonem castam fuisse asseuerarit, cur non idem de Penelope facere

cere debuerit, non intelligo: nisi aut ea ignorarit, quæ de illa ab aliis tradita fuerunt: aut potius, tanquam falsa, sciens volensque respuerit. Sed nobis non tam quid Petrarcha de Penelope crediderit, quam quid de eadem pro Sibyllæ folio habendum sit, propositum esse debet. Itaque hac in parte Ethruscum Poetam aut memoria, si quæ dicemus, vnquam legerat, aut iudicio, si eadem improbauit, vacillasse dicentes, Penelopem absenti marito fidem non seruasse, sed meretricio more vixisse, constanter asserimus: tum quod a Lycophrone in Alexandria, βαστάρην κακοσκοδύκτου appellatur: tum quod Duris Samius antiquus scriptor, cuius Plutarchus, Plinius que, aliique non pauci egregii scriptores mentionem faciunt, idem asseruit, vt Ioannes Tzetzes Lycophronis interpres ait: quamuis eum communi Græciæ caussæ fauens, mentiri dicat. Illam vocem κακοσκοδύκτου, πορνοδύκτου, hoc est, scortantem exponens Inquit autem: Νυῦν δὴ βαστάρην λέγει τὴν πηνελόπην, κακοσκοδύκτου δὲ, αὐτὴ δ' πορνοδύκτου. Δᾶρις γὰρ ὁ σάμιος ἐν τῷ περὶ ἀγαθοκλέους, φησὶν αὐτὴν συγγενέσθαι πᾶσι τοῖς μνηστῆρσι, κ' γενέσθαι τὸν τερπσκέλη πᾶνα. ὅθεν καὶ ἄλλοι δύο. ὁ γὰρ ἑρμῆς κ' ἄκμης πηνελόπης. κ' στερόπαιόν, διὸς κ' ὑρσίης. Id est: *Nunc* Bassaram *dicit Penelopen*, κακοσκοδύκτου *autem, hoc est*, scortantem. *Duris enim Samius in libro de Agathocle, ipsam cum omnibus procis coisse, ac Panа, hircina crura habentem genuisse inquit. Quod verum non est. Hic enim Mercurii, & alterius Penelopes filius fuit: alter autem Pan, Iouis & Hybreos.* Sed quid verbis opus est? cum & ipse Homerus, cuius præconio Penelopes laus constat, ex suis operibus, id colligi posse voluerit? An forte ille propositus procis arcus, aliud significat, quam eam, vt iuuenum vires experiretur, id præcipue certamen, quo se iuuenes exercerent, delegisse? At hoc quidem, vel ex eo patet, quod his verbis, νεύειν ἐντανύσαι, id est *neruum intendere*, ad id quod volebat exprimendum, accommodatis admodum, frequenter vtitur. Nam & Ouidius Homerum idem innuisse vult, cum ait libro primo Amorum:

Penelope vires iuuenum tentabat in arcu,
Quis latus argueret, corneus arcus erat.

Cum enim idem, Epistolam Penelopes nomine ad Vlyssem scripsit, vulgatam opinionem non ignarus fouit. Nec minus, cum ita caneret eiusdem operis lib. 3.

Penelope mansit, quamuis custode careret,
Inter tam multos intemerata procos.

In eo tamen scribendæ ex notiori Homeri sententia Epistolæ argumentum captauit, hoc vero de industria versibus inclusit, vt falso exemplo ei imponeret, quem ab vxoris custodia remouere cupiebat. Subdit enim,

Rusticus est nimium, quem ludit adultera coniunx,
Et notos mores non satiu vrbis habet:

In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliadesq; Remus. Et mox,
Si sapis, indulge domina, vultuq; severos
Exue, nec rigidi iura tuere viri.
Et cole quos dederit, multos dabit vxor amicos:
Gratia sic minimo magna labore venit.
Sic poteris iuuenum conuiuia semper inire,
Et quæ non tuleris multa videre domi.

Atqui & inter obscœna carmina, argutissimum legitur Epigramma, quod verum (quantum ego iudicare valeo) Homeri sensum pulcerrime exprimit, cum omnem Iliados, Odysseæque materiam ab amoribus pendere ostendit: ex quo, hæc ad nostram rem attinent, licet vnica voce rigidas Catonum aures offensura videantur. Alloquitur autem eis Penelopen Hellespontiacus Deus:

Quæ sic casta manes, vt iam conuiuia visas,
Vtq; fututorum sit tua plena domus.
E quibus vt fores, quicunq; valentior esset,
Hæc es ad arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat Vlysse,
Siue illi laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam periit, modo vos intendite, qualem
Esse virum sciero, vir sit vt ille meus.

Quin & Horatium tacite eodem allusisse reor, cum apud eum sic inter se loquantur Tiresias atque Vlysses:

Scortator erit, caue te roget: vltro
Penelopem facilis potiori trade: putasne
Perduci poterit tam frugi, tamq; pudica?
Quam nequiuere proci recto deducere cursu.
Venit enim magnum donandi parca iuuentus,
Nec tantum Veneris, quantum studiosa culina.
Sic tibi Penelope frugi est: qua si semel vno
De sene gustarit, tecum partita lucellum,
Vt canis a corio nunquam absterrebitur vncto.

Est autem Poetarum moris (vt ad Homerum reuertar) licet aliquid a vero quam remotissimum, vt verisimilimum sit, verborum sententiarumque ornatu faciant, aliquo loco obiter id attingere, quod toto operis contextu dissimulant. Itaque & Vergilius in hoc Poetico colore (si modo is color est vocandus) sic Homeri vestigiis insistit, vt cum nihil vnquam notius fuerit, quam Aeneam atque Antenorem Græcis patriam prodidisse, ipseque eorum alterum, vt operis scopum, omnibus heroicis laudibus ad cœlum efferendum suscepisset, rei tamen veritatem ambiguo versu aperuerit, cum Aneas pictas in Carthaginensium tem-

templo Græcorum Troianorumque res gestas oculis percurrens,

Se quoq; principibus permixtum agnoscit Achiuis.

Quem enarrans Seruius: *Aut latenter*, ait, *proditionem tangit, aut fortitudinem, qua inter hostium tela versabatur.* Quid igitur in caussa erit, quo minus Penelopem pudicitiam non seruasse, & falsam esse de ea re Petrarchæ censuram, ex tot veterum testimoniis, & ex ipso denique Homero concludamus? Qui cum ab aliquibus Ithacensis, ab aliquibus etiam Telemachi filius existimatus sit, quamuis ex animo Penelopem, vt maxime pudicam celebrasset, peculiari quodam in suos affectu laborasse forte crederetur. Huc accedit, quod propria summorum Poetarum laus (vt & paulo ante attigimus) in eo præcipue versatur, vt præter illa, quæ nunquam fuerunt, ea etiam quæ esse nullo modo potuere, nobis suadere studeant. Quare elegantissime de Poetica licentia Ouidius libro Amorum tertio,

Nec tamen vt testes, mos est audire Poetas:
Malueram verbis pondus abesse meis.
Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos, inguinibusq; canes,
Nos pedibus dedimus pennas, nos crinibus angues,
Victor Abantiades alite fertur equo.
Idem per spatium Tytion porreximus ingens,
Et tria vipereo fecimus ora cani.
Fecimus Enceladum iaculantem mille lacertis,
Ambiguas captos virginis ore viros.
Aeolios Ithacis incluſimus vtribus Eures:
Proditor in medio Tantalus amne sitit.
De Niobe ſilicem, de virgine fecimus vrſam,
Concinit Odryſium Cecropis ales Itym.
Iuppiter aut in aues, aut ſe transformat in aurum,
Aut ſecat impoſita virgine taurus aquas.
Prothea quid referam? Thebanaq; femina dentes:
Qui vomerent flammas ore, fuiſſe boues?
Flere gentis electra ſuis auriga ſorores?
Quaq; rates fuerint, nunc maris eſſe deos?
Auerſumq; diem menſis furialibus Atrei:
Duraq; percuſſam ſaxa ſecuta lyram.
Exit in immenſum fœcunda licentia vatum:
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.

Ac ſi quis iis contemtis, quæ de vero Homeri ſenſu dicta ſunt, contra diuina humanaque iura vnico fabuloſi Poetæ teſtimonio (nam ab eo potiſſimum omnis huius rei fides effluxit) Franciſco Petrarchæ ſubſcribere non dubitant, cur Herodotum non

eum quidem Poetam, sed historicum (licet aliqua & ipse fabulosa in suas Musas retulerit) non audiunt: quo teste Græci Pana ex Penelope & Mercurio natum affirmant: ἐκ ταύτης γὰρ, inquit, de Penelope loquens, καὶ ἑρμέω λέγεται γενέσθαι ὑπὸ κλλήνων ὁ πᾶν, hoc est: *Ex hac enim & Mercurio Pana Græcis genitus dicitur.* Et de Penelope quidem hactenus.

De Vlyssis vero morte Lucianus lib. Verarum historiarum 2 ita scribit, ex eius ad Calipsonem literis, ἀποκτείνας δ' ἅπαντας, ὕστερον ὑπὸ τηλεγόνου τοῦ ἐκ κίρκης μοι γενομένου ἀνῃρέθην, id est: *Cum autem omnes* (de procis sentit) *interfecissem, a Telegono deniq; quem ex Circe susceperam, cæsus sum.* Quomodo vero id factum sit, Didymus satis succincte refert, ait enim: οἱ νεώτεροι τὰ περὶ τηλέγονον ἀνέπλασαν, τὸν κίρκης καὶ ὀδυσσέως, ὃς δοκεῖ κατὰ ζήτησιν τοῦ πατρὸς εἰς ἰθάκην ἐλθὼν, ὑπ' ἀγνοίας τὸν πατέρα διαχρήσασθαι τρυγόνος κέντρῳ. Id est: *Recentiores hæc de Telegono Circes Vlyssisq; filio dicta confinxerunt, qui cum ad quærendum patrem in Ithacam esset profectus, eum per ignorantiam turturis osse occidisse existimatur.* Et sane id occulte denotat apud eundem, quem modo nominabamus, Homerum Thebani Tiresiæ de Vlyssis mortem præcedentibus signis apud inferos hocce vaticinium:

Ὁππότε κεν δή τοι ξυμβλήμενος ἄλλος ὁδίτης
Φήη ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ
Καὶ τότε δὴ γαίῃ πῆξας εὐῆρες ἐρετμὸν,
Ῥέξας ἱερὰ καλὰ ποσειδάωνι ἄνακτι
Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, σύων τ' ἐπὶ βήτορα κάπρον,
Οἴκαδ' ἀποστείχειν ἔρδειν θ' ἱερὰς ἑκατόμβας
Ἀθανάτοισι θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
Πᾶσι μάλ' ἐξείης, θάνατος δὲ σοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
Ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται, ὅς κέ σε πέφνῃ
Γήρᾳ ὑπὸ λιπτῷ ἀρημένον, ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Ὄλβιοι ἔσονται, τὰ δὲ τοι νημερτέα εἴρω.

Hoc est,

Occurrens alius tibi quandocunq; viator,
Flabrum humeris gestans insignibus aspicietur:
Tunc postquam remum in terram defixeris aptum,
Et bona reddideris regi sacra Ennosigæo,
Custodemq; suum, taurumq; agnumq; trucidans,
Perge domum, & diuis solemnia perfice magna,
Qui mortem ignorant, summoq; fruuntur Olympo,
Omnibus vt par est: at mors tibi talis ab alto
Dura mari veniet, quæ te voluentibus annis,
Maturo domet in senio, populi quoq; circum
Pollebunt opibus, vera hæc tibi singula narro.

Quare autem ἀθηρηλοιγὸν *flabrum*, ἀβληχρὸν vero *duram*, verterim: redderem hoc loco rationem, si omnia vbique persequi vellem

Cumque

Cumque ita se habeat, vt declarauimus, Vlyssis mors, magis explicite eam nobis exponit septimus Dictys Cretensis de bello Troiano liber, in cuius calce hæc de ea re legimus: ad Vlyssem nempe frequentibus augurijs somnijsq; tetritum, quod a filio sibi timeret, propterea q; Telemachum in Cephaloniæ campos relegasset, Telegonum ex eo & Circe genitum, ab Ææa insula, vt patrem cognosceret, venisse, qui cum ab Vlyssis custodibus aditū ad patrem prohiberetur, eorumq; nonnullos trucidasset, ab Vlysse ad clamoris nuntium excitato, lancea petitus, fatum quidē ipse euitauit, hastili autem, cuius summitati marinæ tuturis os præfixerat, patrē insciꝰ interfecit. Idem tamen scriptor, alia signa Vlyssi a mari edita tradit. Sed quænam ea fuerint, latius non docet.

Cur homines μίροπες ab Homero dicti sint.

CAPVT III.

MVltam esse naturę tum in rebus omnibus, tum in hominum ingeniis varietatem, neque quenquam ignorare arbitror, & ipse (vt de hac vna verba faciam) qui eam quantum iuueni licuit, tam in ijs, qui aliquid memoria dignum scripserunt, quam in plerisq; quorum omnis eruditionis laus cum vita interiit, cognoscēdi gratia non parum laboraui, si mihi aliquanto exactius perspectam affirmem, nullam fortasse arrogantiæ notam iure subierim, E quibus cum plurimos mediocriter, non paucos vero vehementer laudandos compererim, idem mihi in quibusdam vituperandis vel ideo contigisse opus fuit, quod eosdem sæpe numero virtutū, vitiorumque gradus esse videmus. Verum quando mihi hoc tempore, quid de singulis iudicarim, pronuntiare non est in animo, summum tantū in ineptum quoddam hominum genus, nostrum odium paucis ostendam, quorum in liberalium scientiarū linguarumq; cognitione studia, cum ad nullā viro dignā metam peruenire valuerint, in hoc p̄cipue desudant, totisq; viribus adnituntur, vt quoniam suam imperitiam plurimis notam esse intelligunt, hoc se nomine vnice venditent, quod summorum virorum auditores fuerint. Itaq: cum nihil ferme nostris auribus tritius sit, quam cum multos video, aut etiam ex lucubratiunculis quibusdam cognosco, qui bonis se literis mancipatos esse, omnibus esse perspicuum velint, illud protinus subiungi, hic Erasmi se, ille Budæi discipulum prædicat, hic a Marco Musuro, ille a Lazaro Philagatho, alius a Lascare, aut a Lampridio, similibusq; doctissimis viris Græcas literas didicisse gloriatur: his ego verbis cum iis agere soleo, *O vos etiam atq; etiam infelices, qui cum in liberalibus studiis nihil prorsus profeceritis, nequicquam meras nugas aucupamini, cum præstantissimorum virorum nomina vestra insectia prætenditis: quasi qui Budæum, aut Erasmum audierunt, eosdem omnes ipsis doctoribus eruditiores euasisse necesse sit, aut hoc apud cordatos homines inualuerit, eos solos doctrina esse commendandos, qui excellentes magistros*

nulli fuerint. Neq; hoc ideo scribo, q̃ parum ad cuiusq; eruditionẽ conferre putẽ, eorũ quos audierint amplitudinẽ, qui quidẽ nihil magis experendum existimẽ, quam eminentissimos in quibusuis disciplinis præceptores: atq; hac in parte non multis inuideã. Sed quid mihi ꝓfuerit Platonis, Aristotelisq;, aut M Tullii, si inter vivos agerent, quantumlibet domestica propter disciplinas cõsuetudo, in eo essem ingenio, q̃illorũ præcepta nullo modo posset capere? Non igitur quẽ quisq; audierit, sed quantum sibi doctrinæ cõparauerit, est dispiciendũ. Nã si sub eximio magistro quis nihil, aut nõ multa discat, nõ illũ, sed seipsum ꝓpetuo dedecore afficiet. Nec refert vbinã Græcas literas quis didicerit (de hac enim re quidã etiam adeo solliciti sunt, vt malint mediocriter doctũ in Creta quam in Italia aut Germania, aut Gallia doctissimũ audire) cum multi olim Athenis Atticis eas imbiberint, neq; tamen tantum in iis ꝓfecerint, quantum Horatius, qui posq̃ illis Romæ imbutus fuerat philosophiæ caussa, postea se Athenas contulit, vbi eius Professores, qui maxime dum florebant, audiret: quod ipse de se testatur libro Epistolarum secundo, his versibus:

Romæ nutriri mihi contigit, atq; doceri
Iratus quantum Graiis nocuisset Achilles:
Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ,
Scilicet vt possem curuo dignoscere rectum,
Atque inter syluas Academi quærere verum.

Sed vt ad eos redeam, qui Cleanthis lucerna superbi, inanibus se huiusmodi magnorum virorum vmbris tutantur, superioribus annis satis longam cuiusdã (quem nominandum non duco) epistolam ad Erasmum Roterodamũ, non semel, sed iterum atq; iterum perlibenter legi: quod nullus pictor tam eximie humani corporis lineamenta exprimit, quõ ille suos omnes animi affectus ea depingebat, in hoc potissimum insistens, vt quoniã nullis propriis monumentis Erasmi se vel auditorem, vel amicũ fuisse cognitum iri speraret, vnicã saltẽ illi, quamuis inuito epistolam: id quomodocunq; testantem, extorqueret: quod quidem facile est consecutus. Vt enim Erasmus peracri iudicio præditus erat, non difficulter perspecto hominis consilio, sic ei respondit, vt quod ille omnibus manifestum esse enixe optabat, non sine gloriolæ suæ iactura in vulgus emanare viderit. Nam & de aliquibus erratulis, quibus eius epistola referta erat, ipsum admonuit, & in plerisque summæ rerum imperitiæ conuicit. At quemnam exitum hæc res sortita est? Tanta eum de quo loquimur, etiam mediocris laudis prurigo inuaserat, vt cum absque aliqua sua labecula, suam Erasmi epistolam in lucem dare non posset, contemta iusciriæ nota, vtramque e uestigio typis excudi, ac per ora virum volitare voluerit. Ceterum quamuis non me lateat, quæ ab Erasmo scripta sunt, nunquam nisi per totius literariæ rei naufragium ex doctorum

manibus

manibus cæsura: non tamen tantus vir, quin illius, cuius nomini parco, epistola sub ipsum statim ortum occideret, suæ epistolæ præsidio efficere potuit. Cum enim nihil sit odiosius, quam captatum inuitis auibus contra diuina omnia humanaque iura argumentum, quis ea æquo animo legat, in quibus nulla sit non triuialis sententia, nulla nō insulsitatis, veræque assentationis plena periodus? Quod si is tā glorioſum putabat, vel cum Erasmo aliquandiu vixisse, vel alio quouis modo non postremū inter eius amicos, auditoresve locum tenere, nouum aliquod argumentū, vt Erasmū non semel feciſſe nouerat, tractandum suscipere debebat, atq; ita quidem, vt ab Erasmo sibi non auditoris tantum nomen, sed magnos etiam eruditionis fructus contigisse omnes intelligerēt. Sed id, dixerit quispiam, vt potuit, fecit. Suam etenim ad Erasmum epistolam, plus sexcentis adagiis consperſit, vt bene Erasmo addictus cognosceretur. Cuius lucubrationes omnes cum maxima laude dignæ sint, nulla tamen ad prouerbiorum Chiliadas, multis de causſis accedit. Imo si hoc animo egregium illud opus immensis laboribus compositum scirem, vt vel in familiari sermone, vel inscriptis etiam nihil qnam meras parœmias creparemus, magis eius manibus essem infensus, quam propterea sum amicus, quod alium scopum spectauit, nempe vt non modo collectis vnum in opus innumeris adagiorum centuriis, sed ostensis quoque eorum significatibus, altiusque repetita illorum origine, rem literariam mirum in modum iuuaret, ne scilicet prouerbiis vtentes, prouerbiorum vim causſasque ignoraremus. Et sane vt nihil in oratione gratius, nitidiusque esse potest, quam apte moderateque in eam insertæ parœmiæ: ita nihil tam doctorum aures offendit, quam totus eis contextus sermo: quod tum in hoc, tum in aliis orationis ornatibus vitandum esse proculdubio docet Marcus Tullius libro tertio de Oratore, cum ait: *Quanto molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsa vocula, quā certa & seuera? quibus tamen non modo austeri, sed si sapius fiunt, multitudo ipsa reclamat. Licet hoc videre in reliquis sensibus, vnguētis nos minus delectari summa & acerrima suauitate conditis, quam hac moderatis, & magis laudari, quod caram, quam quod crocum olere videatur: in ipso tactu esse modum & mollitudinis, & lenitatis. Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quique dulcedine prater ceteros sensus commouetur, quam cito id quod valde dulce est, aspernatur, ac respuit? Quis potione vti ac cibo dulci diutius potest? cum vtroque in genere ea, quæ leuiter sensum voluptate moueant, facillime fugiant satietatem. Sic omnibus in rebus, voluptatibus maximus fastidium finitimum est. Quo hoc minus in oratione miremur, in qua vel ex poetis, vel ex oratoribus possimus iudicare concinnam, distinctam, ornatam, festiuam, sine intermissione, sine varietate, quamuis claris sit coloribus picta,*

vel poesis, vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna. Atque eo citius in oratoris, aut Poetæ cincinnis aut fuco offenditur, quod sensus nimia voluptate, natura, non mente satiantur in scriptis, & in dictis, non aurium solum, sed animi iudicio etiam magis infucata noscuntur. Hæc Cicero: qui si ea, quæ admodum apposite collocata sunt, nauseam doctis auribus frequentia parere affirmat, quanto magis ea, quæ præter rem in medium adducuntur? Siquidem in hoc quoque egregius ille Erasmi auditor vehementer peccauit. Dum enim ne verbum quidem absq; adagio proferre audet, plurima in suam epistolam coniecit, quibus nihil est intempestiuius, nihil ridiculum magis: prout apertissime dignoscere potuit quicunq; eã aliquando lectitauit. Verum facile hæc ei condones, qui Græcas literas non mediocriter laudat: vtq, ad eas capessendas vnumquemq; hortetur, iccirco homines ab Homero μέροπας dictos docet, quod variis linguis vtantur. Iam si eam ob rem homines ab Homero *meropas* vocari manifestissimum esset, non tamen inde varias linguas ab hominibus discendas esse colligeremus. Quandoquidem si aliter Itali, Galli aliter, aliter etiã Hispani, Germaniq; loquuntur, an tamẽ ideo omnes Italicum, Gallicum, Hispanicũ, Germanicumq; idioma cognoscere debemus? At pulcrũ est ita loqui posse, vt aliæ nationes faciunt. Recte quidem: Atque hoc addo, fieri nõ posse, vt aliquis exactam disciplinarum cognitionem acquirat, quin Græcas literas idem didicerit, quamuis aliquos nõ mediocriter eruditos eius imperitos fuisse sciamus. Verũ non ideo diuersas linguas quis acquirere cogitur, quod illæ inter homines diuersę habeantur. Non tamen homines ideo *meropes* ab Homero vocatos esse, quod variæ humano generi linguæ sint, sed quod distinctã vocẽ habeant ꝙ omnibus aliis animantibus est negatũ, eius Scholiastes his verbis declarat: Μερόπων, μεμερισμένην τὴν φωνὴν ἐχόντων, ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν ἄλλων ζώων, ὅ ἐστι μεριζομένην εἰς συλλαβὰς, καὶ ἐναρθρον ἐχόντων τὴν ὄπα, τοῦτ' ἐστιν τὴν φωνὴν. Idẽ sentit & Suidas his verbis: Μέροψ, καὶ μέροπες οἱ ἄνθρωποι, ἀπὸ τοῦ μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα, ἤτοι τὴν φωνὴν. Eustathius vero distinctius: μέροπες δὲ οἱ ἄνθρωποι παρὰ τῷ φύσει μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα, εἴς τε λέξεις, καὶ εἰς συλλαβὰς, καὶ ἐς στοιχεῖα. ὁ μηδεμία ἔχει φωνὴ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων αὐδήν. αἱ δὲ ἄλλαι οὔτε ὄπες λέγονται, ὥσπερ οὐδὲ αὐδὴ, καὶ οὐδὲ ἐπιμερίζονται. Nec ignoro hunc cuius mentionem fecimus Eustathiũ, ea verbis a nobis recitatis subiungere, quæ ex aliquorũ sententia ideo homines ab Homero dictos significent, ꝙ postquam filii Adam turrim, quæ a linguarũ confusione *Babel* appellata est, in terra Sennaar ædificare ausi sunt, a Deo opt. max. in omnes terræ partes diuisi fuerint, variisq; inde idiomatibus locuti sint. Sed peruersa nimirũ est hæc Homericæ vocis expositio, cũ Homerum antiquissimos veteris instrumẽti libros, & quinq; p̃sertim a Mose scriptos, a quibus eius historiæ fidẽ petimus, nunq̃ vel per somniũ vidisse,

omissis paucis admodum antiquissimis huiusce modi poetis, neq; Pythagoram, neque Platonem, quos Ægyptum, aliasque plurimas regiones peragrasse scimus, sacra Hebræorum volumina legisse asserat, quarto diuinarum Iustitutionum libro ita scribens: *Vnde equidem solemus mirari, quod cum Pythagoras, & postea Plato, amore indaganda veritatis accensi, ad Ægyptios, & Magos, & Persas vsq; penetrassent, vt earum gentium ritus & sacra cognoscerent (suspicabantur enim sapientiam in religione versari) ad Iudaos tantum non accesserunt, penes quos tunc solos erat, & quo facilius irepetuissent. Sed auersos esse arbitror diuina prouidentia, ne scire possent veritatem: quia nondum fas erat alienigenis ingeniis religionem Dei, iustitiamq; cognoscere. Statuerat enim Deus, appropinquante vltimo tempore diem magnum cœlitus mittere, qui eam perfido ingratoque populo ablatam, exteris gentibus reuelaret.* Meropes præterea aues quædam vocantur: ad earumq; fortasse differentiã, idem Eustathius illud ἀνθρώπων ab Homero appositum fuisse putat. Inquit autem: δῆλον δὲ, ὅτι τῆ ὄρνιθές τινες λέγονται μέροπες, ἀν πάχει σώματος διαπλὼ σὺζωῦσι τὸ ἀνθρώπων. Quænam vero sint hæ aues, Seruius in Vergilianum illud ex Georgicorum quarto:

Meropesque, aliaque volucres:

diligenter exprimit: *Dicendo*, ait (aliæ volucres) *ostendit meropes esse aues. Sunt autem virides, & vocantur* apiastræ, *quia apes comedunt.* Quin & eodem Eustathio teste, in Co insula populi sunt, qui gentili nomine *Meropes* appellantur. Εὕρηται δὲ καὶ οἱ κῶοι, τῦτ' ἔστιν οἱ τῆς κῶ τῆς νήσου ἔποικοι ἰδίως καλούμενοι ὀνόματι ἐθνικῶ, καὶ ἀπὸ τῦ ὠκεανῦ κῶς μεροπεῖς.

Quid Erasmo sit in literis tribuendum, & de Delio natatore: item de Pythagorica Philosophia.

CAPVT IIII.

QVamuis non me fugiat, vti nos de aliorum lucubrationibus libere quod sentimus proferre non veremur, ita plurimos de meis scriptis, qualiacunq; ea sint, diuersa esse pronuntiaturos: sic tamen ab iis, quibus nostra non arriserint (nec enim omnibus me satisfacturum spero) vellem improbari, vt quemadmodum ipse nullum aduersus alios sine ratione verbum proferre audeo, eodem alii instituto, quæ a nobis emanarunt, probabilibus argumentis confutarent. Nam si vnico nutu simpliciter pletique a nobis dissentire pergent, mihi quidem nihil obfuerint: se vero inuidiæ, malignitatisq; morbo laborare, candido ingenio præditis ostendent. Quid enim ineptius, quid stultius est, quam eos liuoris speculo impetere, quos manifestis rationib. cõuincere non queas? Ac ne pulcrã mihi hoc loco fabulam confingere quis arbitretur, vt quicunq; in nostrã sententiã non ierint, ptinus erraturos asseram, cum nominẽ ipse sine caussa pstringere soleam, quonã pacto

aliquos feram, qui nulla eruditione commendandi, eo mihi nomine maledicant, quod hunc aut illum iure reprehenderim? Ediderat superioribus annis Apologiam nostram in Latinæ linguæ calumniatores, quæ nunc non modo multis locis, sed &argumentis etiam aucta, iterum emittitur, & cum ea de Iuris ciuilis interpretibus librum, qui itidem non mediocriter auctus, legi poterit: vt illa nonnullos Latinæ linguæ osores, hoc vero eos carpere, qui recentiores legum interpretes, vel propter non redditam in multis elegantiã, vel quod aliquando (vt alii veteres fecerũt) lapsi sint, insectantur: vtq; non ferendos esse, qui Accursio, verbi causſa, infensi, cũ eum taxarẽt, pueriliter ipsi decepti essent, exemplo commõstrarem, Ioannem Ferrarium, vitũ equidem adprime eruditũ, ea de causſa damnaui, q; Accursium carpens, quia Iustinianũ Flauium, a Flauiis populis deuictis appellatum putarit, cum nouum se quippiã in reddenda eius vocis ratione, commentum crederet, manifeste hallucinatus est. At hoc meum erga Accursii manes, vel tei potius veritatẽ officium, tam ægre tulit non Montanus (qui cũ suum erratum agnouerit, humanę sortis memor, id sibi quod aliis omnibus, qui vnquã fuerint, summis heroibus contigisse intellexit) sed Selestadiensis quidã rabula, vt insano me cerebro esse deierare non dubitarit, eo libro, quem Iuris Ciuilis Lexicon inscripsit, quippe qui nec Italis quidẽ pepercerim. Quin tu omniũ, hominum homo insulsissime, indoctissime, leuissime, qui illo operi, quod tibi vindicas, solos Alberici, Alciati, Zasii, Ferrariique, acsimilium centones afluisti, tuum autẽ præter paucas nugas prorsus nihil, si me praue Ferrarium notasse putabas, cur non meum mihi erratum ostendisti? Atqui, inquis, fateor in ea voce illius esse erratulum, sed humanius fuisset, id meliore, pducta sententia cõmonstrare. Ego vero, quid tibi humanius, inhumaniusve videatur, non quæro, dum te mihili hominem esse, omnibus liqueat: qui me idcirco insanum putes, q; nec a quibusdã Italis lacerandis abstinuerim. Quasi vero eos tãtum mihi hostes delegerim, qui extra Italiã nati sunt, iis omnibus parcã, quos Italia, pduxerit: cum potius vbique inculcem, parum referre, quo nam quisq; in loco natus sit, dũ se dignum exhibeat, qui ab omnibus vbiq; natis summopere celebretur. Proinde vt eiusmodi nugatorem, non patria, sed insciti a, Italis, Gallis, Hispanisq;, odiosum reddidit: ita non mihi homines Italia, Gallia, Hispaniaq;, sed doctrina, commendat, qui cũ de Desyderio Erasmo quid censeam, hoc loco sim dicturus, hoc tantum eos, qui nostra hæc legere non grauabuntur, admonitos velim, nunquam me tam temerarium fuisse, vt quod ipse de quacunq; re existimem, alios omnibus me persuasorum sperarim, sed vt ea tantum proferrẽ, mihi semper insedisse, quæ rationibus possem comprobare. Quod si in illis eligendis nonnunquã vacillasse deprehendar, non recuso quin id in meis lucubrationib. damnẽt,

quod

quod ipse omnibus modis, si id animaduertissem, eram vitaturus. Alioqui insanos omnes latratus magnopere aspernor, & Selestadiensis pcipue: cui quid tribuere debeam, a Germano iuuene mihi quam familiarissimo doctus sum. Enimuero vbi locum ei ostendi, in quo frigidus vappa quendam Floridum nimis acerbe calamũ in Montanum strinxisse decernebat: Non est, inquit ille, cur huius edentuli morionis debacchationibus vel tantillũ commouearis, cum idem sit apud Germanos Selestadiensis hic vetulus, quod apud Italos Thomas Fanutius. Erat autẽ hic Thomas (an enim iam sit, nescius sum) garrula quædam cornicula, insigni quadã loquacitate omnes aniculas facile vincens: cumq; obscurum de poetarum comparationibus opusculum composuisset, typisq; Bononiæ idem suo ære excudi curasset, nec quodquam eius exemplar vllo pacto distrahi posse videret, in malam crucem de suis rebus desperans erupit. Verum relicto hoc ranarum genere, quod neq; viuum, neq; mortuum cuiquam officere valet, de DES. Erasmi eruditione, quia non alius fuit nostra memoria, tot tantisq; contentionũ procellis expositus, aliqua scripturi, ab iis quæ ad Græcarum ac Latinarum quæ in illo fuit, literarum cognitionem pertinent, auspicabimur. Iis igitur temporibus natus Erasmus, quibus Græcæ literæ a paucis, Latinæ autẽ a non multo pluribus, tyrannice quodammodo tenebantur, cum in his primo, tũ in illis adultus, iam nõ mediocriter ꝓfeciisset, vt iuuenes ad earũ studia, velut ꝓposita esca alliceret, duos Theodori Gazæ Grammaticæ libros in Latinũ sermonẽ conuertit, Lucianiq; mox, ac Plutarchi nõ pauca Latinæ iudẽ linguæ donauit. Qua in re mirifice felix fuit, nec multos illi in eo negotio ꝓferre audeas. Quæ cũ non mediocrẽ illi gloriã peperissent, maiorẽ sane ex adagiorũ Chiliadibus est adeptus. Quid dicam de multis eiusdẽ ad Latinã linguam ꝓmentibus opusculis? Quid de dialogis, in quibus supra modũ est facetus? Ceterum non maiorẽ ex iis in se inuidiam concitauit, quã gloriã detiuarit. Nam pleriq; eũ, edito etiã stultitiæ Encomio, vti male de religione sentientẽ, exsecrari cœperunt. Deinde vero cũ Nouum Testamentum vertisset, in idq; scripsisset annotationes, palã a pleriſq; in certamẽ est ꝓuocatus. Nam primus in eũ inuectus est Martinus Dorpius, summæ spei iuuenis, nec multo post Iacobus Faber Stapulensis: quibus ita respondit Erasmus, vt integra inter eos amicitia ꝓpetuo durarit. Prosiliit post hos in medium Eduardus Leus, cum illo quasi cum acerrimo hoste agens. Successit Eduardo Iacobus Latomus, totis viribus in Erasmũ debacchatus: & post hunc Ioannes Stunica, ac Sanctius Caranza, tribus dũtaxat in locis Stunicæ defensor. Petrus quoq; Sutor Carthusiensis monachus, & Beda Parisiensis Theologus, plurima in eundẽ ediderunt. Ad quẽ post hos, quos dixi, amice scripsit Albertus Pius princeps excellentissimus, illius prouocatus epistola, qua non leuiter querebatur, quod

Romæ apud ſummum pontificem, purpuratoſq; patres, eius opera male audiret. Cui ſic reſpondit Pius, vt nihil modeſtius, nihil ſanius a doctiſſimo principe exſpectare licuerit. Eum cum ſcripta ad hoc Apologia iterum lacesſiſſet Eraſmus, diffuſius ille rem egit, de plurimis Theologicis quæſtionibus, vt ſummū heroem decebat, multis libris diſſerens. Quod ſane opus, cum auctor morte preuentus, ſummam ei manum imponere non potuiſſet, vtcunq; partim ab eo, partim a nobis recognitum in lucem exiit. At id tam ſiniſtre accepit Eraſmus, vt immerentē heroem, præter decorum calumniari non ſit veritus ſcommatibus parœmiiſq; tanti viri maieſtatem deuitans, atq; illud ſæpiſſime repetens, Pariſienſes Theologos alios ei phraſim, alios loca, alios alia ſuggeſſiſſe: quod tamē a vero plurimum abeſſe, cum omnes qui Lutetiæ Pariſiorum eum paulo familiarius nouerant, tum ipſe conſtantius quam ceteri omnes aſſerere queo: quando per ea tempora, quibus is princeps illud opus ſcribebat, neminem qui literis operā dediſſet, in domeſtica conſuetudine habebat, præter me vnū, iuuenem admodum, quē Romæ ex Decii Syllani ludo, inter ſuos familiares admiſerat, quod & nos alio loco teſtati ſumus, & Ioannes Sepulueda Cordubenſis, exactiſſimus idē Theologus, Philoſophuſq; & bonarū literarum cognitione eminentiſſimus, in ea quā pillio ſcripſit defenſione, non diſſimulat. Sed ne in his, & reliquis, q Theologica ſunt, diutius immoremur, aliud exſtitit hominū genus, qui Eraſmū inexpiabili odio proſecuti ſunt, atq; adeo plurimi hodie pſequuntur: ii nimirū, qui Ciceroniani vocari cupiunt ppter editū in illos dialogum, qui Ciceronianus inſcriptus eſt. Eorum vero cum magnus numerus ſit, tū in Italia, tū in aliis quibuſdam Europæ partibus, nemo tamen qui immodeſtius, furioſiuſq; in eum ſcripſerit, inuentus eſt, quam Stephanus Doletus Aurelianus: cuius friuolis rationibus, cum ipſe parū Ciceronianis amicus reſponderim, hoc tamen de eadem re in pſentia dixero, duas res, quare Doletus ad id certamen deſcenderit, fuiſſe in cauſſa. Quarum alteram cum ſuo loco oſtenderimus, altera ita ſe habet, vt cum nihil Ciceroniana ſuperſtitione ſit abſurdius, Eraſmus autem per omne ſcriptorum genus vagandum, & ex ſingulis optimum quidq; deligendum eſſe, commonſtrarit, maximam gratię partem (ſi id omnibus eſſet perſuaſum) amiſſura fuerit immenſa illa Doleti commentariorum farrago, ex Roberti Stephani theſauro, Mariique Nizolii in Marcum Ciceronem obſeruationibus compilata. Qui enim id opus antequam hæc ederentur, viderunt, non maius illud antea fuiſſe, mihi pro certo aſſeuerarunt, quam ſex Laurentii Vallenſis de Latinis elegantiis libros, cum aliorum poſtea ſudoribus magnopere locupletata, abſque aliqua eius, cui aſſcripta ſunt, laude circumferantur. Quam ob rem Doletus, quodcunque potuit, in Eraſmum virus effudit, ita quidem vt Erinnybus agitatus, non honeſtę

honestæ contentionis gratia, cum eo congressus videatur: qui licet facile iis respondere t, a quibus quocunq; modo lacessitus fuisset, Doletum, vti mente captum quempiam, nulla responsione dignum duxit. Proinde id cõspicatus egregius Latinæ linguæ commentariorum auctor, qui tertium se eorum tomum scripturum pollicitus, omnem de eo cogitationem, rei difficultate perterritus, abiecisse dicitur, nisi aliquis interim prodeat, qui paratam ei, illius materiam porrigat: qui se & literas, & natare, vt si alius quisquam, scire gloriatus est: qui inquam, vnicus Aristippi germanus animam mortalem esse, ac summum bonum in corporis voluptate consistere, non dubitat, pro Erasmi calumniatore vnicus eius laudator repente factus est composita de eius vita functi laudibus ode, quo nihil turpius est nihil tertius. Atq; ego quidem, quamuis, cum primum animum ad scribendum appuli, Gulielmiq; Budæi in Latinos odium plane non perspexissem, omnium qui viuerent eum eruditissimum, non sine multorum querimonia, dixi. Vbi vero eius lucubrationes accuratius perlegi, paulo in eum inclementior fui, quasi in Romanæ linguę, eiusq; scriptorum, obtrectatorem. Quod tamẽ ad doctrinæ palmã attinebat, sic reliqui, vt primo nostro opusculo erat expressum, quod sine dubio improbaret Doletus, qui eum laudare valuit, cui nullam alicuius rei cognitionem reliquerat, cuius prouerbiorum centurias, quasi nullius ponderis, vellicat: cuius denique epistolas florulentas, stylum autem flaccidum, eneruatumque, & omnibus vitiis scatentem, irridet: cum ille facilis potius sit, & a viuido quodam fœcundi ingenii flumine emanasse dignoscatur. Quod si parcius aliquãto scriptorum numero indulsisset, non dubito, quin ea (de stili candore loquor) assequi valuerit, quæ summis quibusdam viris in eo genere tribuuntur. Sed quid facias? Ipse eam laudem respuit: nec solum durissimas pleraſque Theologorum voces non est aspernatus, sed quandoq; de medio foro ea sumebat, quæ suis scriptis complecteretur: illud frequentissime in ore habens, se de huiusmodi dictionis candore minime anxiũ, omnia quærere, omnia moliri, vt quocunq; pacto bonarum literarum, sacræque Theologiæ studiosos iuuaret. Ex quo factum opinor, vt non exiguo, neque floccifaciendo, se temporis spatio, se defraudarit, vt Plautum, Terentium, Suetonium, alioſque quosdam Latinos auctores: Theologos vero Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Augustinum, Ambrosiumq;, a multis mendis vindicaret, quod quatenus perfecerit, doctissimo cuique perspicuum esse opinor. De adagiorum autẽ Chiliadibus, hoc tempore non multa dicã, quod tum præcedenti capite, tum aliis in locis, non semel earum mentionem fecimus. Id porro ipse fatebitur Momus, excellens Erasmi ingenium, in eo opere maxime enituisse, cum nulla fere patœmia eum fugerit, cum omnium ferme veram rationem reddiderit,

cum demum, siquando obscurior aliquis in eis nodus occurrebat, (vt in tanto opere accidere oportuit.) ingenue se ad eum soluendum parum aptum quandoq; affirmarit. Et per Deos immortales, quis est, qui nunquam cæcutierit?

Ex aliquot igitur, quæ Erasmus in prouerbiis, meo iudicio, exacte non explicauit, illud est, quod curnam obscurissimam difficilimamq; rem Delio natatore indigere, in prouerbium abierit, nõ docet, sed de eo sic ait: Δήλιος κολυμβητής, Delius natator *olim vulgo dicebatur, admodum natandi peritus, quiq; posset in summa natare aqua. Natum adagium, aut certe factum illustrius, ex Socratis Apophtegmate. Cum enim huic Euripides librum obtulisset Heraclitι, cui cognomen σκοτεινῷ, propter affectatam scriptorum obscuritatem, rogaretque, ecquidnam sic videretur, respondisse fertur hoc pacto: ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα. οἷμαι δ' καὶ ἃ μὴ συνῆκα, πλὴν δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ.* Id est: *Quæ quidem intellexi, præclara, arbitror autem & ea, quæ non intellexi, quanquã natatore Delio opus, vt ne quis in eo præfocetur.* Hæc Socrates, *alludens simul & ad prouerbium, & ad Heraclιti sensus nimium abstrusos ac profundos, vt nisi natator insigniter peritus contigisset, periculum esset, ne lector in eo libro suffocaretur, mergereturque. Laertius in Heraclito, refert hoc dictum ad Cratetem quendam, qui primus Heraclιti librum de Natura, Græcis inuexerit, & hoc elogio commendarit.* Hæc Erasmus, quibus quomodo id adagium, aut natum, aut certe illustrius factum sit, non male declarat: at causam ob quam *Delio*, & non alio *natatore*, in intelligendo Heraclιti libro opus fuisse, vel a Socrate, vel a Cratete dictum sit, nequaquam ostendit, cum id esset in primis aperiendum. Sed quoniam nemo eam aperte docuit, ac coniecturis in illa reperienda, est agendum, ab Erasmo illam fuisse præteritam, neutiquam est mirandum. Neque enim sic ea a me reddetur, quasi aliunde emanare nequiuerit: sed & ipse, quæ mihi videbuntur, de illa modestissime, non vt Erasmum carpam, verum vt quicquid possum, in communem studiosorum vsum referam, indicabo. Cum itaque Socrates, *Delium natatorem* eum esse oportuisse, qui in Heraclιti libro non suffocaretur, Euripidi responderit, nec Delios homines aliis, siue insularum, siue continentis habitatoribus, in natando præstitisse vsquam, quod sciam, legatur: eum ego interpretor *Delium natatorem*, qui omnia sciret, hocque modo obscurissimum Heraclιti librum intelligeret. Potuit autem vel Apollinem, qui in Delo insula natus, *Delius* ab ea appellatus est, cuique nihil occultum fuisse antiquitas credidit, intelligere: vel si ab hominibus, qui pro diis habiti non sint, omniaque itidem sciuerint, non est recedendum, Pyrrhum Delium piscatorem (quod genus melius ceteris natare solet) eo significare, vt facilis a piscatore ad natatorem sit allusio.

Cur

Cur vero Pyrrho Delio nihil fuisse incognitum, olim existimatum sit, Pythagoræ Samii causa factū est, q μετεμψύχωσιν, hoc est, *animæ ex alio in aliud corpus trāmigrationem*, cum magna celebritate inter Græcos docuit, quiq; nihil nescire pdicabat, ita dicere solitus, se Æthaliden quondam Mercurii filium fuisse, cui cum a patre quod pter immortalitatem. donū petendi, optio facta esset, hoc poposcit, vt viuens, & vita functus, omnia q̄ cōtingerent, in memoria haberet. Inde cum paulo post in Euphorbum Panthoidē q. Troiani belli tēpore, a Menelao (vt Homerus Iliados libr. 17. testatur) interfectus est, immigrasset, atq; idem de Æthalide affirmās, hoc adderet, se a patre accepisse, vt perpetuo errore, per quaseunque veller arbores, animaliaque commigraret, mox in Hermotimū transisse: vtque eius rei fidem faceret, cum Branchidas iussisset, in Apollinis fanum ingressum clypeum, quem illic Menelaus suspenderat, vti suum petiisse, tum ex hoc Hermotimo in Pyrrhum Delū piscatorem se transtulisse, qui eadem omnia de Æthalide, Euphorbo, Hermotimoq; consimilia. Ex hoc Pyrrho demū in Pythagoram veniisse, quā genealogiam ex Heraclidis Pontici sententia his verbis Diogenes Laertius in Pythagoræ vita recensēt: τὸν φησὶν ἡρακλείδης ὁ πόντικος ᾠδί αὐτὸ τὰ δὲ λίγειν, ὡς εἴη ποτὲ ἑρμοτίμου αἰθαλίδης, καὶ ἑρμοῦ υἱὸς νομισθείη. τὸν δὲ ἑρμοῦ εἰπεῖν αὐτὸ ἐλόμενον, ὅ, τι αὐ βούληται, αὐτῷ ἀθανασίας. αἰτήσασθαι δὲ ζῶντα καὶ τελευτῶντα μνήμην ἔχειν τῶν συμβαινόντων. ἐν μὲν δὴ τῇ ζωῇ, πάντων ἀμνημονοῦντα. ἐπὶ δὲ ἀποθανοῖ, τηρήσειν τὴν αὐτὴν μνήμην. χρόνῳ δὲ ὕστερον εἰς εὔφορβον ἐλθεῖν, καὶ ὑπὸ μαλίου τεῳθλοῦντα. ὁ δὲ εὔφορβος ἐλεγεν, ὡς αἰθαλίδης ποτὲ γένοιτο καὶ ὅπως παρ' ἑρμοῦ τὸ δῶρον λάβοι, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀεὶ πολλαπλασίως ἀεὶ πολληθη, καὶ εἰς ὅσα φυτὰ καὶ ζῶα ἀεὶ ἐλθοντο, καὶ ὅσα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ἅδῃ ἔπαθε, καὶ οἱ λοιποὶ νεκροὶ μὴ ὑπομένουσιν. ἐπεὶ δὲ εὔφορβος ὑπὸ μενελάου ἀπεθανεν, μετενεβήναι τὰ τοῦ ψυχοῦ αὐτὸ εἰς ἕρμοτιμον, ὡς καὶ αὐτὸς πίναξ δοῦναι βέλων. ἐπανελθεῖν εἰς βραγχίδας, κἀ εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ ἀπόλλωνος ἱερὸν. ἐπιδεῖξαι τῷ ἀρίλκῳ ἀνήρτηκεν ἀσπίδα. ἔφη γὰρ αὐτὸν ὅτ' ἀπέπλευσεν ἐκ τροίας ἀνάθεῖναι τῷ ἀπόλλωνι τὴν ἀσπίδα. ἀφοσιοῦσθαι δὴ μόνον δεῖ ἀμαρτεῖν τὸ ἐλεφάντινον ἀφεῖναι πόδα. ἐπειδὴ δὲ ἑρμοτίμου ἀπέθανε, γνοὺς πύῤῥον τὸν δήλιον ἁλίεα, καὶ πάντα πάλιν μνημονεύειν πῶς ποθ' ὁ αἰθαλίδης, εἶτα πυῤῥοῦ γένοιτο. ἐπειδὴ δὲ πύῤῥος ἀπέθανε, γνοὺς πυθαγόραν, καὶ πάντων τῶν ἑρμοτίμου μεμνῆσθαι. Quando igitur vnicus a Pythagora, qui nihil sibi ignotum esse dicere solebat, ad Pyrrhum Delium piscatorem gradus fuit, cur non ex ea re data proverbio occasio videri possit? Sane de Pythagoræ temporibus alibi multa.

De eius autem doctrina pauca admodum diximus, hoc est, illum quæ de animæ immortalitate Græcos docuerat ab Ægyptiis, ac Pherecyde Syro cuius auditor fuit, suppresso eorū nomine accepisse, cū in eo quidem non parū laudandus fuerit, quod animam immortalem illis crediderit: in eo autem summopere sit carpendus,

quod hominis animas in porcos, aliasq; bestias marinas, terrestresque, ac volucres migrare crediderit, quod est sine dubio absurdissimum. Ideoq; minime miror Lucianum Samosatensem cõmodissime arrepta ex falsa eius opinione ansa, in eo Dialogo qui ὀνειρος ἢ ἀλεκτρυών inscribitur, & in alio, cui βίων πρᾶσις titulus est, miris modis eum derisisse, cum in illo Pythagoræ animam gallo inesse iocose fingat, in hoc vero primum ei in philosophorum auctione locum tribuerit, etedo quod Græcorum philosophorum vetustissimus exstiterit. Hunc optime Arithmeticam, Astronomiam, Geometriamque calluisse, suisque auditoribus silentium in quinquennium indixisse, memoriæ proditum est. Ab omnium animalium idem esu abstinebat, cetera omnia præter fabam comedens. Quod Cicero non sine ratione factum censet, in primo de Diuinatione ita scribens: *Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem ii cibus, tranquillitati metui querenti vera contrariam.* Cur autem ab animalibus abstinuerit, manifestissimum est. Proptereaque P. Ouidius decimoquinto Metamorphos. libro ex ipsius Pythagoræ persona nõ minus docte, quam eleganter hæc de ea re cecinit:

O genus attonitum gelida formidine mortis,
Quid stygas, quid tenebras, & nomina vana timetis?
Materiam vatum, falsiq; pericula mundi?
Corpora siue rogus, flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati nonulla putetis.
Morte carent animæ, semperq; priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; recepta.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum læua gestamina nostra
Nuper Abantæi templo Iunonis in Argis.
Omnia mutantur, nihil interit: errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora transit,
Inq; feras noster, nec tempore deperit vllo.
Vtq; nouis facilis mutatur cera figuris,
Nec manet vt fuerat, nec formas seruat easdem,
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas sit victa cupidine ventris,
Parcite, vaticinor, cognatas cæde nefanda
Exturbare animas, ne sanguine sanguis alatur.

Lactantius porro tertio Diuinarum Institutionum libro Pythagoræ de animæ in diuersa non tãtum corpora, sed & animalia immigratione sententiam sic contemnit, vt eũ q; obscuris parentib. esset ortus

ortus, suum genus ad Euphorbum retuliſſe putet. *Qua ignorantia, ait, effecit, vt quoſdam dicere non puderet, te circo nos eſſe natos, vt ſcelerum pœnas lueremus, quo quid delirius dici poſſit, non inuenio. Vbi enim, vel qua ſcelera potuimus admittere, qui omnino non fuimus? niſi forte credamus impio illi ſeni, qui ſe in priori vita Euphorbum fuiſſe mentitus eſt. Hic credo, quod erat ignobili genere natus, familiã ſibi ex Homeri carminibus adoptauit. O miram & ſingularem Pythagoræ memoriam, o miſeram oblitionem noſtrum omniũ, qui neſciamus, quid ante fuerimus: Sed fortaſſe vel errore aliquo, vel gratia ſit effectum, vt ille ſolus Lethæum gurgitem non attigerit, nec obliuionis aquam guſtarit, videlicet ſenex vanus, ſicut otioſa anicula ſolent, fabulas, tanquam infantibus credulis finxit. Quod ſi bene ſenſiſſet de his, quibus hæc locutus eſt, ſi homines eos exiſtimaſſet, nunquam ſibi tam petulanter mentiendi licentiam vindicaſſet. Sed deridenda hominis leuiſſimi vanitas.* Hactenus ille, qui maius, vt mihi videtur, a Deo optimo maximo beneficium accepit, quam Pythagoras: cũ Lactantius verum ab illo fidei lumen habuerit, cuius expers Pythagoras in eo (vt dixi) ſummam laudem eſt conſecutus, q̃ animam immortalẽ eſſe ſuis auditoribus omnibus rationibus perſuadere conatus ſit. Nonne magis illi vituperandi ſunt, qui vt eã eodẽ quo & corpus tẽpore exſtingui cõuincerẽt, nihil intẽtatũ reliquere? Quorũ innumero non tantũ Græcorũ q̃ plurimi, ſed & non pauci Latini fuerunt, ac inter ceteros Titus Lucretius Carus, Caiuſq; Plinius maior. Cum enim eorum alter multis id rationibus comprobare nitatur, quam nam Philoſophorum ſectam ſecutus ſit, his de Epicuro verſib. plane oſtendit, quos ſine ſtomacho mihi q̃dem legere nunq̃ contigit:

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
Qui primus potuiſti, illuſtrans commoda vitæ,
Te ſequor o Graiæ gentis decus, inq; tuis nunc
Fixa pedum pono preſſis veſtigia ſignis.
Non ita certandi cupidus, quam propter amorem,
Quod te imitari aueo: quid enim contendat hirundo
Cycnis, aut quidnam tremulis facere artubus hœdi
Conſimile in curſu poſſint, & fortis equi vis?
Tu pater es rerum inuentor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuiſque ex inclyte chartis
Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant:
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta,
Aurea, perpetua ſemper digniſſima vita.

Alter vero dignus propter ſingularem eruditionem, cui ſanior mẽs in ea parte fuiſſet, ſic de anima garrit lib. Naturalis hiſtoriæ 7. *Poſt ſepulturam alia atque alia manium ambages, omnibus a ſuprema die eadem quæ ante primum: nec magis a morte ſenſus vllus aut corpori, aut animæ, quam ante natalem. Eadem enim vanitas in futurũ etiam ſe propagat, & in mortis quoq; tempora ipſa ſibi vitam mentitur: alias*

immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias sensum inferis dando, & manes colendo, Deumq; faciendo, qui iam etiam homo esse desierit: ceu vero vllo modo spiritus ratio homini a ceteris animalibus distet, aut non diuturniora multa in vita reperiantur, quibus nemo similem diuinat immortalitatem. Quod autem corpus animæ prosequitur materiam: vbi cogitatio illi? quomodo visus, auditus? aut qui tangit? qui vsus eius? aut quod sine his bonum? Qua deinde sedes? quantæ multitudo tot seculis animarum volat vmbrarum? Puerilia ista deliramentorum, auidaque nunquam desinens mortalitatis commenta sunt. Verum & Plinio & Lucretio, & quibuscunque eiusdem hæreseos) vt ea nunc sileamus, quæ non ab homine sed ab ipso omnium rerum parente atq; opifice accepta, absq; nulla cõtrouersia veritissima esse fateamur) innumeri excellentissimi viri possunt opponi, sed vnus Plato, pluris quæ infinitæ Epicureorũ hæ est faciẽdus: cuius librũ de animæ immortalitate cum legisset Vticensis Cato, sibi ipsi mortẽ consciscere non dubitauit. Sed & Ambraciotes Cleõbrotus, cũ in eiusdẽ Phædonẽ incidisset, animãq; post corporis mortẽ superesse in eo scriptũ inuenisset; extemplo se e muro præcipitẽ dedit. In quã antiquus Poeta elegantissimum illud Epigramma lusit:

εἰπὰς, ὕλις χαῖρε, κλεινὸμεθέρης ἀμεθαχιώτης,
ἦλθατ' ἀφ' ὑψηλᾶ τείχε@ εἰς ἀίδυ,
ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτ@ κακὸν, ἀλλὰ πλάτων@
ἐν τῷ παῖ ψυχῆς χρέμψ' αἰολὶ ἁρμῷ@.

Quid dicam de Cleanthe, Chrysippo, ac Zenone, qui sibi ipsis, eidem de anima crederent, manus intulerunt? Iam & Empedocles cum in eadem esset persuasione, sese in craterem, hoc est in ardẽtis Ætnæ specum deiecit, quamuis Horatius id eum fecisse, vt pro Deo a posteris haberetur, existimarit:

Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam.

Insiluit. De M. Tullio satis est notum, quam de ostendenda animæ immortalitate vbiq; sit sollicitus. Nam de aliis plerisque tacebo, quoniam hoc argumentum plene ac pro rei dignitate tractandum non suscepimus, neue cuiquam rerum copia fastidiũ pariamus, multa quidem quandoq; transimus: cuius rei hoc vnũ subiiciam exemplum, & cum de *Stipulationis* etymologia agerem, M. Varronis testimonium, qui a *Stipe* eam, hoc est a *pecunia* (sic enim ea dicebatur) q̃ nobis dati stipulamur, non adduxerim, tum quod is auctor nonnunquam in vocum deductionibus nimis est subtilis, tum & aliud quam pecuniam stipulatione nobis obligamus.

De diuitijs Narcissi, & prodigiosa Messalinæ libidine.

CAPVT V.

NVnc vt ad Erasmũ reuertamur, cũ is non tantũ aliqua in exacte reddendis quorundã Adagiorũ cauillis ptermiserit, sed aliqua etiam, q̃ in puerbii vsum transierunt, tanq̃ prouerbia in suas Chiliadas

Chiliadas non retulerit, nō possum quin summopere demirer eū, qui Crassi, Crœsiq; diuitias in Adagium abiisse fassus sit, Narcissi Claudii Cæsaris liberti opes ab eo ordine reiecisse: cum præsertim Iun. Iuuenalis simili modo eas ac Crœsi fortunas pro maximis, seu potius infinitis posuerit in 14. Satyiæ calce ita scribens:

Sed nondum impleui gremium, si panditur vltra,
Nec Crœsi fortuna vnquam, nec Persica regna
Sufficient animo, nec diuitiæ Narcissi,
Induxit Cæsar cui Claudius omnia, cuius
Paruit imperiis, vxorem occidere iussus.

Caiusque Plinius libr. 33. eo capite, quo de immodica pecunia, & quorum maximæ opes fuerint, scribit, postquam de Crœso Crassoque non pauca retulit, tres Claudii libertos, quorum in numero Narcissus fuit, Crœso etiam opulentiores fuisse docuerit, his verbis: *Nec fuit satis, nisi totum Parthorum esurisset aurum. Atq; vt nomen quidem opimi* (de Crasso loquitur) *occupauerit (iuuat enim infectari inexplebilē istam habēdi cupidinem) multos postea cognouimus seruitute liberatos opulentiores, partterq; tres Claudii principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum.* An forte q; hoc de Narcisso adagium, tā a Græcis aut a Romanis, q̄ de Crœso, Crassoq; celebratum non erat, iccirco erat omittendum? Ego vero tam libenter illo, q̄ alio quouis summam opulentiam significante vterer, tum q; Iuuenalis celeberrimi Poetæ exemplo id facerem, tū q; Narcissum neq; Crœso, neq, Crasso postponendum duco: cum difficilius fuerit ei, qui seruus natus esset, q̄ iis qui in paternas diuitias aut regna ex testamento venerunt, summas opes acquirere, nisi forte qui Romani Imperii clauū in puppe sedens teneret, aut Halyattis filio, Lydiæq; rege, aut priuato ciue Rom. inferior sit habēdus. At nō vnius Narcissi ea sors fuit, respondebit, q. Erasmū excusare gestiet. Quin potius cū & Pallas & Callistus eandē sibi apud Claudiū gratiam comparauerint, ideo Narcissi mentionem non fecit, q; is non solus ad eum opū gradum a fortuna euectus est. Imo vero non q̄d illis, sed q̄d Narcisso contigisset, ab eo spectari æquum erat: quando & Iuuenalis (vt ostensum est) sic eum vt Crassum, cuius fortunæ in adagium erant, relatæ nominauit. Suetonius q; dē in Claudii vita, postq̄ eum principem plurimos opulētissimos libertos ad maximos honores extulisse tradidit, duos eorum prætermisso Callisto, Narcissum ac Pallantem p̄cipuos fuisse docet. *Sed ante omnes Narcissum*, ait, *ab epistolis, & Pallantem a rationibus: quos decreto quoque Senatus non pramiis modo ingentibus, sed & Quæstoriis Prætoriisque ornamentis cenari libenter passus est: tantum præterea acquirere & rapere, vt querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurde sit dictum, abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur.* Et subdit: *His, vt dixi, vxoribusq; addictus, non principem se, sed ministrum egit. Compendio cuiusq; horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus,*

impunitates, supplicia largitus est, & quidem insciis plerumque & ignarus. Quid ergo mirū, si, vt Satyricus ait, pro Narcissi arbitratu Messalinam vxorem mulierem impudicissimam Claudius interemit? Non mehercle, qui sic apud eū principem potuit, a quo inter alia stultitiæ documēta hoc quoq; editum nouimus, q̄ adulto iam Britannico filio Neronem priuignum adoptarit, adulteram, sed & castissimam quoque fœminam necare impune potuit. Quanquam iusta de caussa Claudio in tam perditam, flagitiosamq; vxorem seuire licuerit, cum eam prēter cetera flagitia atq; dedecora, Caio etiam Silio nupsisse deprehenderit.

Dignum sane inhonesta muliere facinus: quodq; non facile crederes, nisi Plinius l. br. 10. cum in ariabilem in muliere libidinem exprimere vellet, de ea hisce verbis ageret. *Messalina Claudi Cæsaris coniunx, hanc regalem existimans palmam, elegit in certamen nobilissimam e prostitutis ancillam mercenariæ stipis, eamq; die ac nocte superauit quinto ac vigesimo concubitu.* Atqui & idem ille Satyricus Poeta festiuius de ea, copiosiusque:

Quid priuata domus, quid fecerit Hippia, curas?
Respice riuales diuorum, Claudius audi
Quæ tulerit: dormire virum cum senserat vxor,
Ausa Palatino tegetem præferre cubili
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non amplius vna:
Et nigrum flauo crinem abscondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque suam: tunc nuda papillis
Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,
Ostenditq; tuum generose Britannice ventrem,
Excepit blande intrantes, atque ora popposcit:
Mox lenone suas iam dimittente puellas,
Tristis abit: sed quod potuit tamen, vltima cellam
Clausit, adhuc ardens rigida tentigine vulua,
Et lassata viris, nondum satiata recessit:
Obscurisque genis turpis, fumosque lucerna
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

De Io. Iouiano Pontano, Actioque Syncero.

CAPVT VI.

IN his itaq;, ac eiusmodi non paucis, quæ singula hoc loco non sunt p̄ferenda, aliquam in Erasmo diligentiæ partem desiderare q̄s valuerit. Iis tamen tam non cōmouemur, quam parum recto (sic enim mihi videtur) illius de q̄ busdā excellētibus viris iudicio, in eo præsertim Dialogo, quem auctor ipse Ciceronianū vocauit, licet eius argumentum (vt sæpe testatus sum) non parum mihi arrideat, quod praue eos sentire ostendit, qui vnico nos M. Tullio addictos esse debere dictitant, si quid cultum, limatum, ac deniq; immortalitate

mortalitate dignum componere moliamur. Nec sane differebor, Erasmum ita rem quandoque exaggerasse, vt post validas, quibus in eo vtitur rationes, frigida nonnunquam, ac prope deridenda consectatus sit, & occulta quædam in M. Tullium spicula cõiecerit. Sed & in eo Dialogo, & in ceteris, tam recentium quam veterum (paucos in quibus etiam vitia, si vitia dicenda sunt pro virtutibus a nobis accipi æquum est, exceptos volo) non minutissima quæque, sed maxime vera ac neruosa, & operis scopus in primis spectanda sunt. Proinde cum plurima Erasmus in illo opusculo erudite admodum, ingenioseque doceat, rationibusque cõfirmet, in aliis leuioribus floccifaciendum est nimium eius in quibusdam rebus acumen. Cumq; de plurimis, quos ad Cic. normam examinat, verissimam sententiam tulerit: de duob. cum, nempe de Iouiano Pontano, Actioq; Syncero in quo iudicasse, ac friuolis rationibus eorum vtrumq; impugnasse non dubito. Ac primũ quidem eos, qui omni studio se ad Cic. phrasim formasse crediti sunt, in postremam Ciceroniani Dialogi partem reiecisset, vt de iis scil. Christophoroq; Longolio copiosius ageret, id Pontano, Sannazarioq;, vt in inuidiam eos adduceret, versute tribuit, quod ab eorũ vtroq; fuit quam remotissimum, summum videlicet Ciceronem imitandi studium. Atq; hoc palam professus est, cum post Longolium, Bembum, Sadoletũ Casaliumq;, Pontanum collocauit, hæc de eo ex Nosopone personã scribens: *Certe Pontanum vno ore prædicant omnes, huic Ciceroniana dictionis palmam tribuunt eruditorum centuria.* Sed enim vndenam hoc collegerit Erasmus, non video. Vtq; de Longolio, aliisque, quos Longolii similes esse vult, in præsentia nihil dicam, quisnam Iouianum Pontanum (de Actio enim postea agemus) superstitiose M. Tullio se obstrinxisse asseuerare audeat? An si ille eo quo Erasmus fingit studio fuisset detẽtus, plurimas suis scriptis voces inspersisset, quas M. Cic. vitauit? At nõ de simplicium vocum (dixerit ille) sed de orationis potius cõtextu, structuræue ratione loquor, cum eũ ad Cice. regulã excutio. Quin ego neq; in hoc vtiq; tam anxie eum laborasse cõiicere queo, quãdo ea orationis genera elegit, in quibus M. Cic. nunquam se exercuit: cuiusmodi sunt elegãtissimi illi Dialogi, quos Lucianico more ab eo conscriptos Erasmus ait. Sed nec in iis, quæ de profanis, Christiano tamen cõuenientib. scientiis tractauit, idem scribendi institutũ, quod M. Tullius in libris de Officiis, aliisq; Philosophicis secutus est. Ad hæc neq; orationes, in quib. idem Cicer. mirifice excelluit, neq; Epist. attigit, quarum is multos libros omni candore elegantiaq; conspicuos reliquit, ac de quib. sinistre admodũ iocatus est Erasmus, Longolianas cum illis conferens: primũ, quod in Ciceronianis nihil esse accersitum, aut elaboratum autumat, cum multæ inter illas adeo graues, elaboratæque legantur, vt ad ipsam pene orationũ grauitatem ascẽdant: deinde quod multa eiusdem,

quæ interciderunt, Epist. volumina peritura non fuisse fabulatur, si docti ea immortalitate digna iudicassent: quasi aut M. Tullio aliquid immortalitate indignũ scribere licuerit, aut multæ absolutissimæ eius orationes, diuiniq; de Reip. lib. ideo nobis in manib. sint, quod nihil illis absolutiũs condi potuerit. Verũ ne a Pontani caussa longius digrediamur, cum eam potissimum scribendi viam delegerit, quam Cicero intactam reliquit, quisnam sanus Iouianũ Põtanum ad Ciceronem se effinxisse dixerit? An forte quod historias soluta oratione, multaq; carminũ genera composuit, in quib. Tullius suũ studium nũquam collocauit? Cum igitur hoc Ciceroniane imitationis pruritu eum minime laborasse plane videamus, non protinus multa in illius lucubrationib. ad Ciceronem proxime accedentia (si ad eius pleraq; quenq; proxime accedere fas est) inueniri inficiamur: cum (vt alibi de eo scripsimus) nemo meo iudicio omniũ nostrorum scriptorum (de eminentissimis intelligo) artificium, aliasq; siue solutę orationis, siue poematis virtutes, propius accuratiusq; inspexerit, quam Pontanus: neq; quisquam felicius Ciceronem imitati potuerit, si hoc ei studium arriisset, quam idem ipse, qui nulla earum partium, quę eximio imitatori necessariæ sunt, esset destitutus. Cęterum cum suũ scribendi genus plurimum tenuerit, id mihi in eo perfecisse videtur, q̃ post illos eximios Latinæ linguæ proceres, quorũ reliquias, vt rem sacram amplectimur, prorsus nemo. Nam eius stylus ita compositus, sedatus, purusq; fluit, ita cum opus est assurgit, vt qui illi parũ æqui sunt, liuoris stimulis actos in eum inuehi arbitrer, ad cuius vel in inuectione, vel in luculentissimæ dictionis sono, vel etiam in grauitate felicitatem se peruenturos desperent. A quorum classe ne ipsum quidem Erasmum excluserim, qui cum aliud minus candidũ dictionis genus (vt dictum est) pbarit, *dignus fuit* (quod de Seneca refert Fabius Quint.) *qui meliora vellet, quando quæ voluit effecit.* Quocirca cum de Pontano ita scribit: *Ex meo iudicio nihil illius laudi vel accesserit, vel decesserit*: qualisnam eius rei exitus esset futurus præclare diuinauit. Cum.n. sic Pontanum laudat, vt parcius nõ potuerit, quænã illi ex Erasmi iudicio laus accedere valuit? Cum vero insulsis quibusdã cauillis eundem ludificetur, quis illi aliquam in eo negotio integri iudicii micã tribuat: *Quædã illius degustaui*, inquit. Age autem, si quędã illius degustasti, hoc est summis tantũ labris attigisti, cur de eo sententiam fers, cuius opera accurate non legeris? Et sequitur: *Tractat materias profanas, quæsiq, locos communes, de Fortitudine, de Obedientia, de Splendore, quæ tractata facilime intelligunt, atq; ex se facile suppeditant sententiarum copiam: easq; sic tractat, vt ægre possis agnoscere, Christianus fuerit, nec ne. Similiter temperat stylũ in libello de Principe. Præterea nõ memini me quicquã illius legisse, præter aliquot Dialogos ad Lucianũ effictos.* Egregie sane. Materias profanas tractat, inquit, & ita quidem, vt in eo opere nõ agnoscas

Chri-

Christianus fuerit necne. Quasi quicquam ad rem faciat, vt Christianusne, an vt Ethnicus de iis virtutib. scripserit, dum nihil in eis libris, in quib. de illis agit, Christianis auribus asperũ docuerit: aut Pontanũ etiam, si Christianus non fuisset, pro doctissimo viro non essemus amplexuri. Iam si singulares scriptores ex Christianis dogmatib. metiamur, eosq; qui Theologiã quamuis barbare tractarint, aliis qui Ethnici de Ethnicis reb. scripsere eo nomine in Latina puritate præferamus, q̃ hi minus Christianã caussam fouerint, pluris Remigiũ, aut Bedam, aut Anselmum, q̃ Ciceronem, Liuium, Sallust. ũ in ea æstimabimus. Vt ergo neq; illi probandi sunt, qui cũ Christianos se esse profiteantur, Christianæ religioni vel clanculũ, vel aperte aduersantur: ita qui aliquot sibi argumentum Latinitatis capax desumserit, neq; in eo Christianam pietatem quicquam offenderit, non modo non carpendus, sed vehementer etiã est laudandus, si suscepto oneri suffecerit, q̃ Pontano proculdubio videmus visu venisse, cum quasi communib (vt Erasmus vocat) locis, nõ tantũ in sententiis apte distincteq; connectendis, sed in quodam æquabili orationis genere contexendo, summam lucem attulerit. Idem fecit in Meteoris, & Vrania: in quib. itidem materiam ab eo quæsitam ait Erasmus, quæ facile explẽdescat. At potius ea quærant inepti, ex quibus obscure tractatis summũ dedecus referant. Nam Pontanus Horatianum illud præceptum diligenter legerat,

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri, cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

Demum quod Erasmus illũ infrequentem in manib. esse, atque in Epigrammatib. plus laudis, si obscœnitatem vitasset, quod nec in Dialogis satis cauet, ferre potuisse addit, meras nugas (q̃ eius pace dictum sit) scriptis mandauit. Siquidem Pontani lucubrationes doctorũ manib. frequenter terũtur, nisi omnes forte eius exemplo quẽdã illius degustasse existimauit: nec si integris seculis cõtemnerentur, essent paruipendendæ, cum Ciceronis opera, Senecæ, aliorumq; quorundam indoctorũ malignitate diu nullo ferme in honore fuerint: quæ fortuna & Homerũ diu infectata est. Epigrãmataq;, sicuti de Priapeii carminis auctore differẽtes docuimus, nullã Venerem habere soleant, nisi iocosa atq; inhonesta sint: cũ laudatissimũ ferme quemq; eorum scriptorem ob nullam aliam rem magis, quam ob similem verborum sententiarumq; festiuitatem commendemus. De dialogis autem Luciani more ab eo editis, cur illi excusem? cum nemo vnquam Luciano magis addictus fuerit, quam ipse Erasmus? quem tum ea de caussa, tum quod in Familiaribus colloquiis ac Stultitiæ encomio nimiam sibi in homines ac Christũ dicacitatẽ desumsit, & plerique Germani apertissime appellare nõ erubuerunt: cum plurima in Theologia scripserit, euã-

gelicamque pietatem frequentissime prætendat, Iouianoq; Pontano propterea magna ex parte infensus fuerit, quod Ethnicum se potius quam Christianum in plerisque ostenderit: cuius etiam criminis complicem reddidit Actium Syncerum Sannazarium, tam ornatum, tam candidū, tam argutum, tam denique admirabilem Poetam, vt cum multis (nisi fallor) antiquorū dubia palma certet. Et tamen de illo in eodem Dialogo ita scribit. *Pontano successit Actius Syncerus, cui quia partum Virginis matris mire felici carmine descripsit, supra modum applausum est a Romano theatro. Testantur hoc abunde Leonis & Clementis Breuia, sic enim hodie vocant: tum Ægidii Cardinalis addita præfatio, ne ceteros commemorem, nec sine causa tantopere placuit. Mihi certe magna cum animi voluptate perlectum est opus vtrumq. Nam & Eclogas scripsit piscatorias. Quis autem talem indolem in iuuene patricio non exosculetur? Hoc nomine præferendus est Pontano, quod rem sacram tractare non piguit, quod nec dormitanter eam, nec inamœne tractauit. Sed meo quidem suffragio plus laudis erat laturus, si materiam sacram tractasset aliquanto sacratius: qua quidem in re leuius peccauit Baptista Mantuanus, quanquam & alias in huiusmodi argumentis vberior. Nunc quorsum attinebat hic toties inuocare Musas & Phœbum? Quid quod Virginem fingit intentam præcipue Sibyllinis versibus? quod non apte Protheum inducit de Christo vaticinantem? quod Nympharum, Hamadryadum, ac Nereidum plena facit omnia? Quam dure respondet Christianis auribus versus ille, qui (ni fallor) Virgini matri dicitur,*

Tuq; adeo spes fida hominum, spes fida deorum.

Scio Deorum metri gratia positum, loco diuorum. Me quidem leuiter offendit in tot virtutibus, quod synalœphæ frequentes hiulcam reddunt compositionem. Ne multis: Si carmen hoc profert, vt specimen adolescentis Poetices meditantis, exosculabor: si vt carmen a viro scriptum ad pietatem, longe præferam vnicum hymnum Prudentianum de Natali Iesu tribus libellis Actii Syncери: tantum abest, vt hoc carmen sufficiat, & ad prosternendum funda Goliam Ecclesiæ minitantem, & ad placandum cithara Saulem furentem. Atque haud scio, vtrum sit magis reprehendendum, si Christianus profana tractet profane, Christianum se esse dissimulans: an si materiam Christianam tractet paganice. Siquidem Christi mysteria non solum erudite, verum etiam religiose tractanda sunt. Nec satis est temporaria delectatiuncula delinire lectoris animum, excitandi sunt affectus Deo digni: quod fieri non potest, ni penitus cognitum habeas argumentum, quod versas. Nec enim hic inflammabis, si frigebis ipse: nec ad amorem rerū cœlestium accedes lectorem, si tibi talium vel leuis admodū, vel nulla cura est. Hic si præsto sunt vel vltro, nec accersita, vel nō magno cōstantia dictionis ornamēta, figuraq; illecebræ, quib. fastidiosum lectorē allicimus, allectūq; remoramur nō arbitror reuicēda, modo pr.ma

primas teneant ea, quæ præcipua sunt. Quale porro sit, materiam piam ob hoc ipsum putere nobis, quod pie tractata sit? At pie tractari qui potest, si nunquam dimoueas oculos a Vergilijs, Horatijs, ac Nasonibus? Hæc Erasmus, & alia non pauca in eandem sententiam: post quæ in profundam pietatis syluam ingrediens, dicendaque tacendis commiscens, hoc ad summam concludit, Horatiano de poetica licentia præcepto illos eiusdem versus esse opponendos:

At non vt placidis coeant immitia, non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

Inquit enim: *Minus opinor conuenit Musis, Apollini, reliquisque diis poeticis cum Christiana pietatis mysteriis, quam serpentibus cum auibus, aut tigribus cum agnis, præsertim in argumento serio. Alioqui si quid obiter per iocum aspergatur ex veterum fabulis, ferendum arbitror magis quam probandum. Oportebat enim omnem Christianam orationem resipere Christum, sine quo nec suaue, nec splendidū est quicquam, nec vtile, nec honestum, nec elegans nec facundum, nec eruditum. Licet sane præludere ad seria pueris. In veris, an seriis, quodq; grauius est, in pijs materijs, quis ferat ista paganica progymnasmata?* Quibus verbis, longius hic a nobis recitatis, vt meram Erasmi in Sannazarium odii vim vnusquisq; ex eis cognoscat, cum nihil sit maligius, nihil candidum minus, nihil denique rancidius, singula quæ Syncero obiiciuntur singulatim sunt expendenda. Ac si ante omnia Erasmum in arte poetica, & in ea præsertim, quæ ad heroicam maiestatem pertinet, non ita, vt in aliis eruditionis partibus excelluisse dixero, nullā prorsus ei iniuriam mihi facturus videor, si Erasmo meliores, hoc est, Græcorum Latinorumque præstantissimos, aliqua laudis parte caruisse nemo est qui nesciat. Nec ego hanc illius exiguam in rebus poeticis gloriam ad illa refero, quæ metrorum rationem continent (ea namque ad vnguem illi cognita fuisse, ex multa hominis in quibusdam poetis recognoscendis diligentia, duabusque nisi fallor Euripidis tragœdiis Latinis versibus redditis, plane concedimus) sed ad lenem quandam, nitidam, amœnam (atq; vt in pauca conferam) egregio poeta dignam carminum compositionem, quæ nō magis arti quam naturæ ipsi debetur, vt vtrumque in præclaro poemate perficiendo æqualem sibi partem vindicet, iuxta illud Horatii:

Natura fierat laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est: ego nec studium sine diuite vena,
Nec rude quid prosit ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amice.

Quamobrem cum eorum alterum Erasmo non contigisse, ex hexametris ab eo scriptis perspicue appareat (nec enim si in Euripide vertendo felicem eum fuisse fatear, omnia illi poeta ornamenta adfuisse cōcesserim) cur nam is Sannazarii libris de Partu Virginis, Piscatorumque Eclogis tam iniquus, fuerit facile est cognitu. Itaq;

cum Actium verbis vtcunque ornat, non dubium est, quin aliquot honorificis verbis eorum aures, quibus illius poemata arrident, delinire voluerit, ne in ipso edicti limine statim offenderentur. At cum post melilico venenum, & illud quidem tetertimum lectori propinat, nihil esse difficilius, quã liuorem dissimulare posse, præclare ostendit. Sed quocunque in Actium animo Erasmus fuerit, illud mihi satis constat, nihil esse cur qui elegantissimo Poetæ fauent, quicquam eius calumniatori deferant. Sed ad rem ipsam veniamus. Quam a Romano theatro probata fuerint Sannazarij carmina, inquit ille, ex eo palam fit, quod duo Rom. Pontifices id breuibus appositis (sic enim vocantur) testatum esse voluerunt, Ægidiusque Cardinalis addita præfatione idem sit molitus: quasi q; ijs tribus placuerit (addo etiam quartum, Antonium Thebaldeum, qui & ipse iisdem operibus epigramma præfixit) a Rom. omnibus euestigio fuerit commendatum, ac nõ suum quisq; tum in scriptis, tum in aliis rebus laudandis vituperandisve iudicium sequatur. Et subdit Erasmus, cum magna sibi delectatione vtrumq; illius opus fuisse perlectum: *Quis enim*, ait, *talem indolem in iuuene patritio non exosculetur?* Pulcra mehercle animi delectatio, quæ Actij libros, non viri, sed iuuenis patritii opus existimet. At alij non indolem in iuuene, sed diuinum in diuino Poeta ingenium, nec minorem elegantiam amplectuntur. Cumque Erasmus nec dormitanter eum nec inamœne sacram rem tractasse affirmauerit, iidem illi & amœnissime & accuratissime eum omnia perfecisse iurant. Quasi Erasmi suffragio plus laudis erat laturus, si materiam sacram tractasset aliquãto sacratius) qua in re leuius peccauit Baptista Mantuanus, quanquam & alias in huiusmodi argumentis vberior) doctorum certe suffragia rem sacram maxime sacro more eum tractasse pro certo asserunt: in hoc etiam ab Erasmi censura non mediocriter dissidentia, quod cum de Actio loqueretur, Baptistam Mantuanum recoctum poetam, si modo Poeta est vocandus, cum quo comparatus Alexander in Villa Dei natum pecus, Vergilius aut Homerus videri queat, nominare non puduerit, cum illi nihil antiquius fuerit, quam vt pauca, quę volebat, omni lepore elegantiaque conditet: Mantuanus vero monachus, solus laboranti Lunę succurrere valeat, quippe qui

In hora sæpe ducentos,
Vt magnum, versus dictabat, stans pede in vno.

Et mox Erasmus: *Nunc quorsum attinebat hic toties inuocare Musas & Phœbum?* Si medius fidius Syncerus caussam in iudicio fuisset dicturus, Phœbum ac Musas neutiquã inuocasset. At quia poema erat scripturus, Phœbum & Musas, quod alii omnes vel mediocres Poetæ fecerunt, inuocauit. Et sequitur: *Quid? quod Virginem fingit intentam præcipue Sibyllinis versibus? quod non apte Protheum inducit de Christo vaticinantem? quod Nympharum, Hamadryadum,*

dum, ac Noreidum plena facit omnia? Hæc ab Erasmo emanare potuisse non mirabitur, qui ab eodem ita scriptum paulo inferius legerit: *Quale porro sit, materiam piam ob hoc ipsum putere nobis, quod pie tractata sit? At pie tractari qui potest, si nunquam dimoueas oculos a Vergilio, Horatijs ac Nasonibus?* Quid est dij boni his verbis insulsius? cum ei qui poema scribere velit, in Poetis versandi facultatem adimat? At hoc mihi potius expedi: Si vel tantillum a Vergiliis, Horatiis ac Nasonibus oculos dimoueas, quonam pacto tolerabilis Poeta esse valueris? An forte Poetas in metiorum tantum ratione imitandos credis? An, vt Horatii exemplo agam:

Si quis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus amet, scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus, Hetrusci
Quale fuit Cassi rapido fermentius amni
Ingenium, capsis, quem fama est esse, libriscq;
Ambustum propriis: omnes Poeticas virtutes expressisse dicetur? Nihil minus. Nisi enim aliis coloribus, quorum exempla a Maronibus, Horatiis ac Nasonibus quærēda sunt, poemata, quæ quis compoluerit, suis locis scateant:

Vt grates inter mensas symphonia discors
Et crassum unguentum, & Sardo cum melle papauer,
Offendunt, poterat duci quia cœna sine istis.

Cum igitur Syncerus Virginem libris Sibyllinis intentam, Prothеumque de Christo aptissime vaticinantem, aut similia finxit, ita suos libros, vt egregium, cultum, recteque distinctum poema æquum est, ornauit. Quandoquidem si simplicem rei, vt erat, narrationem expressisset, verendum ei erat, ne pro Poeta historicus repente prodiret. Sed quid Mariæ cū versibus Sibyllinis? Imo quid Sibyllinis libris cum nostra religione? Ex iis tamen de Christo & Virgine eius matre respōsa citant Lactantius Christianus scriptor, & Augustinus, nō minus vitæ sanctitate, quam excellenti doctrina inter splendidissima nostræ fidei lumina merito referendus, in libris de Ciuitate Dei. Cur autem Prometheus omnia sciuisse ab antiquis Poetis dictus, cōmodius de causa Aristei luctus ac Græcorum reditu, quam de Christo vaticinari potuit? Nonne eodem iure, quo Horatius, Vergiliusque de hominibus, sic Actius de venturo Christi filio eundem loquentem inducere valuit? At illa figmenta sunt: quasi hæc pro veris affirmet Lazarus. Verum in fabulosis ludere licet, in sacris non item. Quin potius si sacra quis poetico more tractet, iure apud æquos iudices eam licentiam dummodo pudenter sumtum impetrabit. Alioqui Gregorium Nazianzenum, qui de Christi morte tragœdiam scripsit, prorsus detestabimur, quod prophano poemate rem omnium maxime sacram seriamq; tractarit: in quo plurima leguntur, quæ ipse sibi, vt Poeta

confinxit, nec in sacris monumentis vsquam reperiuntur. Illud quippe quantumuis sedato ingenio stomachum moueret, quod Erasmus Actii libros de Partu Virginis non satis esse ad Goliam funda sternendum, Saulemque cithara placandum deierat: quasi ad hoc scribantur poemata, vt iis ecclesiæ hostes vlciscamur: aut Prudentius, cuius hymnos tantopere admiratur, hoc præstiterit. Conduntur quidem poemata, vt nobis cum delectatione prosint, non vt ex illis Christi præcepta, sacrasque discamus historias. Quia in re sic antecedit Prudentium Syncerus, vt sine dubio pluris sit faciendum vnicũ huius ad summum Pontificem epigramma, quam innumeræ Prudentiorum, Aratorum ac Iuuencorum, ne dicam boum myriades. Nam qui id in condendo poemate institutum sequitur, quod Erasmus laudat:

Non est illa poeta, sed caballus.

Quod vero de synalœphe, quæ in Actii versibus frequens sit, idem obmurmurat, vt aliquid (quod nec ipse negarim) in eo poeta desideremus in aliqua fortasse operis parte peccauit, quod illo clariores fecisse non est ambigendum. Scio & præter Erasmum, cuius iudicio plurimum ponderis inuidia detrahit, alios quosdam nebulones nihil Syncero (cuius Piscatoriæ Eclogæ cuiuis veterum in eo genere adprime exercitato conuenirent) veræ gloriæ reliquisse. Sed vt doctorum suffragia summopere optanda: ita contemnendas esse imperitorum deblaterationes, Horatius Flaccus hæc de se scribens admonet:

Men' mouear cimex Pantilius? aut crucier quod
Vellicet absentem Demetrius? aut quod ineptus
Fannius Hermogenis laudet conuiua Tigellit
Plotius & Varius, Mæcenas, Vergiliusq;,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atq;
Fuscus, & hæc vtinam Viscorum laudet vterq;,
Ambitione relegata te dicere possum
Pollio, te Messala tuo cum fratre, simulq;
Vos Bibuli & Serui, simul his te candide Furni,
Complures alios doctos ego quos & amicos
Prudens prætereo, quibus hæc, sint qualiacunq;,
Arridere velim, doliturus si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, teque Tigelli,
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

In Poetarum obtrectatores.

CAPVT VII.

ET hæc quidem partim de Erasmo, qui Ioannem Pontanum, Actiumque Syncerum, parum lætis auibus multorum criminum reos fecit: partim de illis etiam, qui non minus aut eorum alterum aut vtrunque vellicant, scribere visum est: non vt Erasmo, cuius gloriæ semper faui, quicquam detraherem, sed vt eius me rationibus

tionibus opponens, aliis immodestioribus calumniatoribus obsistere. Qui licet maximo odio digni, illis certe tolerabiliores sunt, quos poetas omnes tam Græcos quam Latinos totis viribus deprimere videmus, quod sola in illis mendacia legi asserant? atque hoc inde fieri prædicent, vt plerique dulci verborum, quibus illi lectissimis vtuntur, lenocinii capti, ea sæpenumero pro veris amplectantur, quibus nihil humano generi magis pestiferum esse queat. Huc accedit, inquiunt, quod non tantum, quæ ipsi pro suo iure confingunt, falsa ac ridicula sunt, sed vera etiam, vt vndique mentiendi occasionem arripiant, verborum inuolucris fabulosa reddere conantur. Vtque non præter rem in eiusmodi se sententiam veniisse ostendant, protinus aut ad Platonem, qui poetas a sua Republica abesse voluit, aut ad D. Hieronymum, aut ad insulsos quosdam Theologastros confugiunt: qui cum aliis in rebus nullam Hieronymi micam præseferant, absque dubio illius similes se fore aiolantur, si cum eo poetarum carmina dæmonum cibos esse dicerent, quasi vero Platonis de Republica libri aliud sint, quã poetico simulimum figmentum: aut quod vni Hieronymo placuit, a ceteris omnibus sit probandum: nam vilissimi Theologastrorum gregis censuram, nullo in loco ponendam esse opinor. Iam si qua vnquam ciuitas in tanta frequentia, quæ Platonicas in administranda Republica leges amplexa fuerit, reperta est, poetas quasi pernicioßissimum scriptorum genus reiiciendos esse non inficiabor. Tum nisi idem Plato, ac Hieronymus, quem poetarum carmina simpliciter improbasse inuidisti inepte colligunt, in poetarum lectione plurimum versati, maximos ex ea fructus retulerũt, nihil poetis pestilentius esse facile concesserim. Sed neutrum eorum absolute omnes poetas vituperasse, prõ comperto habeo. Quin potius cum quidam poetæ in ea, quæ illis concessa est facultate modum, aut hostes insectando, aut vana de Deorum adulteriis fingendo excessisse visi sint, in eos forte torquebitur Platonis iudicium: qui si Antimacho sua poemata recitanti, quum ceteri auditores illum destituissent, omnium instar fuit, in hac parte neq; Antimacho, neq; cuiquam ex tanta Rhetorum Philosophorumq; multitudine vel duorum instar esse valuit. Sed quid de Platone loquor? qui & Homerum tanquam Deum quempiam frequentissime celebrat, & alios non paucos veteres poetas summo in honore habuit? ab iis nimirum, qui ante illum fuerunt, & a Socrate præceptore doctus, cuius admodum familiarem fuisse Euripidem præstantissimum tragœdiographum, atq, ab eo in scribendis tragœdiis adiutum nemo ignorat. Quid quod antiquissimũ apud Græcos doctrinæ principium poetæ iure sibi desumunt? eorumq; non paucos Deorum filios antiquitas finxit, vt Orpheum atque Amphionem? verum & de eorum vtroque propter singularem excellentiam mirabilia memoriæ prodita libenter credita sunt, Or-

pheum quidem animalia arboresq; ad se cantus dulcedine traxisse. Amphionem autem lyram pulsantem, saxa sonum sequentia in urbis speciem congregasse. Vnde Propertii versus 3 Elegiarum libro:

Orpheu, te tenuisse feras & concita dicunt
Flumina Threyciæ detinuisse lyra.
Saxa Cytheroniis Thebas agitata per artem
Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

Hæc tamen fabulosa quomodo sint capienda, ab Horatio docemur, in arte Poetica, ita scribente:

Silvestres homines, sacer, interpresq; Deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ab hoc lenire tigres, rapidosq; leones:
Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis & prece blanda
Ducere quo vellet. fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis, secernere sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno:
Sic honor, & nomen divinis vatibus, atq;
Carminibus venit. Si igitur tot commoda a Poetis emanarunt, quisnam eos pie damnare audebit? At Hieronymo, qui illos Christianæ religioni aduersari asserunt, maxima in hoc fides est adhibenda, egregie sane: si poetas ita legimus, vt plenam illis in omnibus rebus fidem adhibeamus. Sed neque qui illos nostris temporibus legunt (nisi nomine Christiani, re autem ἄθεοι sint) Dei cultum ab illis petunt: neq; ipsi Ethnici, quę a Poetis de religione tradita sunt, pro Delphico responso acceperunt: cum summa poetarum laus in fingendo plurimum consistat. Quæ autem vera sunt, qui fingere possumus? At præclari allegorici sensus sub illis fictionibus latent. Pulcre hercle. Sed ij quorsum nam tendunt? Nonne ad humani generis vtilitatem? Maxime. Qui ergo figmentis delectant, interioribus vero sententiis ad mores animosque recte formandos plurimum prosunt, quanam fronte reiicientur? Proinde si Hieronymus poetarum versus *dæmonum pabulum* appellauit, ita de illis sententiam tulit, vt si tanquam vera de Deo Deique cultu tradentes a nobis legantur, abiici prorsus debeant. Sin autem vt multis eorum fictionibus delectati, illa tantum quasi certa ex eisdem colligamus, quæ Christianæ pietati non aduersantur, assidue nobis in manibus sint. Nam si Poetas omnino legendos non existimasset. Diuum Ioannem Chrysostomum, qui Aristophanem facetissimum quidem, sed & obscœnissimum veteris comœdiæ scriptorem sub pulvino semper habuisse dicitur, impium ac sacrilegum vocare cogeretur. Porro duram prouinciam cepero, si singulos Christianos scriptores (vt de Ethnicorum myriadibus taceam) recensere velim, qui cum veteres Poetas legissent, non pauca ex ipsis

ipsis pro Christianis dogmatibus confirmandis testimonia sumserunt: tantum abest, vt eos simpliciter odio habuisse credantur. Demum, si ideo Poetas detestamur, quia veræ fidei lumine caruerint, eodem nomine omnes Græcæ Latinæque linguæ proceres, quod in eadem causa fuerint, exsecrabimur: vt ex quorum scriptis ea eliciantur, quæ Christianæ religioni ad vnguem sint contraria. Quod si ipsam forte poesin vituperant, multos sacros libros poetice conscriptos fuisse meminerint. Possem hoc loco multa ex diuersis scriptoribus de Poetarum laudibus producere, cum M. Cicero in oratione pro Archia, Poetarum genus mirifice laudet, aliique nō pauca de eisdem scribant: sed Ouidii solum, Propertiique, de vatum excellentia versus subiiciam, cum ille iccirco ab inuidis ignauus diceretur, quod militia, iuris ciuilis scientia, oratoriaque arte contemtis, ad poemata se tanquam ad rem vilissimam vulgatissimamq; contulisset: hic autem, maius amicæ carminū præmium polliceatur, quam si quæuis ei alia monumenta erexisset, cum hæc quidem tempori succumbant, illa autem nullam temporum patiantur iniuriam. Ouidius itaq;, postquam multos Poetas, quorum nomen immortale est, recensuit, hæc ait in Amoribus:

Ergo cum silices, cum dens patientis aratri,
Depereant æuo, carmina morte vacant.
Cedant carminibus reges, regumq; triumphi:
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur vulgus, mihi flauus Apollo
Pocula Castalia plena ministret aqua.
Sustineamq; coma metuentem frigora myrtum,
Atq; ita sollicito multus amante legar.
Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:
Tunc suus ex merito quemq; tuetur honos.
Ergo etiam cum me supremus adusserit ignis,
Viuam, parsq; mei multa superstes erit. At Propertius li. 3.
Nam neq; Pyramidum sumptus ad sydera ducti,
Nec Iouis Elei cœlum imitata domus,
Nec Mausolei dives fortuna sepulcri,
Mortis ab extrema conditione vacat.
Aut illis flamma, aut imber subducet honorem,
Annorum aut ictu pondera victa cadent.
At non ingenio quæsitum munus ab æuo
Excidet: ingenio stat sine morte decus.
Cur Horatius suas Satyras Sermones *appellarit.*

CAPVT VIII.

QVod nihil neq; in literis, neque in quauis alia re tam esse clarum, tam que compertum video, de quo non multiplices grauesque, ne dicam inextricabiles quæstiones, a nouarum rerum studiosis excitētur, minime miror, postquā Acron Q. Horatium Flac-

cum suas Satyras *Sermones* appellasse, eo quod humili stylo ac non sublimi, qualis heroicis carminibus conuenit, eas composuerit, vere, atque vt se res habet scriptum reliquit, Ioannem Britannicum alioſque quosdam moriones, spreta illius ratione multo sudore aliam reperire conatos fuisse: quæ tam pro mero deliramento est habenda, quam quæ a furiis agitati se videre putãt. Et sane si inter Acronem tantum ac Britannicum, paucosque alios Britannico suffragantes Grammaticulos hæc cõtrouersia vigeret, nequaquam me ipse hac in re tanquam arbitrum constituissem. Verum quoniam multis in locis de eodem negotio non mediocriter (vt vulgo credebantur) eruditos, nimis aspere disceptantes audiui, atq; idem alijs in locis assidue factum accepi, eum nodum (si modo nodus est dicendus) ita dissoluere constitui, vt Acronis sententiam multis in locis ab Horatio confirmari, Britannici autem somnium ex eburnea porta emissum, pro certo affirmare nõ verear. Quod ita se habet: Horatium ideo Satyras *Sermones* appellasse, vt Epistolas ab eis distingueret: quando sermones cum præsentibus habentur, Epistolæ vero ad absentes scribi solẽt, quo quid absurdius dici potest? Atq; vt de epistolis ita esse concedam, vti omnes censent, & Britannicus garrit, Satyræ porro non propterea *Sermones* vocatæ sunt, quod præsentes iis alloquatur: cum eorum plurimæ tam ad præsentes, quam etiam ad absentes scribantur, cuiusmodi ferme omnes sunt, quæ primo libro continentur, bonaq; earum pars quas in secundo legimus: quod nemo, qui eas vel semel legerit, negare audebit. Hoc igitur, vt Acronem recte sensisse asseramus Horatio peculiare fuisse fatebimur, vt & Epistolas, & Satyras, & Artem etiam poeticam tam comminuto stylo conscripserit, quã qui omni studio versus ad solutam orationem deprimerit. Qua in re non modo nihil eius gloriæ esse detrahendum, sed plurimum potius addendum arbitror: licet plerique (vt alio loco copiosius cõtra eos de hac parte differentes docuimus) illum in hexametris reijcere non dubitarint. Proinde cum is, de quo agimus, Horatius, ad heroicam illam maiestatem se se suos versus efferre non posse egregie intelligeret, suas Satyras *sermones* appellauit, quasi familiaribus sermonibus maxime propinquas. Huc accedit, quod cum idem aliud in componendis Satyris institutum secutus sit, quã Lucilius, Persius ac Iuuenalis: nempe vt quæ illi cum stomacho atque acerbitate quadam considerant, hic lenitate ac risu quodam lenierit, quod ipse de se innuit, & ex Persii de eo carminibus colligitur, æquius fuit ridentem comminuto carminum genere, quam alto & sonoro suas sententias exprimere: quando indignatio verborum grauitatem, lenitas vero ac risu pleni lusus humilitatem desiderant. Quod facit, vt in eo quoque a Britannico dissentiam, quod Horatiũ suas Satyras ex abrupto, quemadmodũ alii Satyrici fecerunt, incoasse affirmarit, cum nihil sit illis versiculis sedatius:

Qui

Qui fit Mœcenas, vt nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus viuat? laudet diuersa sequentes?

Et hæc quidem non de sensu, sed de carminum structura dico, cum Iuuenalis Persiusque concitationibus verbis sine dubio eandem sententiam fuerint prolaturi, eorumque alter sic sua poemata auspicatus fuerit:

O curas hominum: O quantum est in rebus inane,
Quis leget hæc? alter autem non minus iracunde:
Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam?
Vexatus toties rauci Theseide Codri?

Non est igitur cur leues Grammatistæ, aut etiam iis grauiores, de Sermonum voce diutius rixentur, nisi prorsus (vt in reliquis consueuerunt) præter rationem insanire pergant. Ceterum non pauci eiusmodi putaminum numero, quare Horatius suos hexametros sermoni propiores reddiderit, dubitare solent. An quod eo genere magis quam alio delectatus fuerit? An potius, quod suam naturam illis aptiorem sit secutus? Sed iis ipse sic respondet, secundo Epistolarum libro ad Augustum Cæsarem scribens:

Nec sermones ego mallem
Repentes per humum, quam res componere gestas,
Terrarumq; situs, & flumina dicere, & arces
Montibus impositas & barbara regna, tuisq;
Auspicijs totum confecta duella per orbem,
Claustraq; custodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis de principe Romam,
Si quantum cuperem, possem quoq; sed neq; parvum
Carmen maiestas recipit tua: nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recusant.

In primo quoque secundi libri sermone, a Trebatio monitus, vt nisi a pangendis poematibus desistere vellet, missis Satyris ad celebrandas Augusti res gestas animum conuerteret, si Criticorũ morsus fugere vellet, illi se oneri imparem ingenue testatur. De quare hi sunt eius versus:

Aut si tantus amor scribendi te rapit, aude
Cæsaris inuicti res dicere, multa laborum
Præmia laturus. Cupidum, pater optime, vires
Deficiunt: neq; enim quiuis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos,
Aut labentis equo describet vulnera Parthi.

Atqui & in quarta primi libri Satyra, in qua multa aduersus Lucilium scribit, plane poeticos spiritus sibi in heroicis versibus defuisse ait, eam ob rem ex Poetarum se numero excerpens: cum is tantum eo nomine dignus sit, *qui os magna sonaturum natura debeat.* quod tamen causlæ deseruiens, ac sibi ipsi detrahens scripsisse cre-

dendus est: cum, vt alibi a nobis dictum est, qui similia Horatianis carmina composuerit, inter heroicos quidem Poetas non sic referendus, sed Poeta sine dubio sit vocandus: ni forte Horatius, vt Lucilium, qui ad Heroicam amplitudinem non peruenerat, a Poetarum ordine excluderet, sibi ipsi inprimis eam laudem ademerit: luscus nimirum ipse redditus, vt cœcum Lucilium efficeret. Quod ex eo quo vtitur exemplo colligitur, in eorum qui vere Poetæ sint carminibus etiam disiectis seu dissipatis, Poetarũ partes seu membra apparere ostendens: in suis ac Lucilii versibus non item, quorum verba e certa carminũ structura remota promiscuum sapiant sermonem. Ad summam, vt suam pro tempore caussam foueret, illud etiam in dubium reuocauit, an *comœdia* recte *poema* nuncupetur, cum neque verbis neque rebus id nomen mereatur, sed certo tantum pede a puro sermone differat. Verum si hoc etiam simpliciter ab Horatio scriptum fuisset, nullo tamen iudice Comicos *Poetas* non esse conuinceret: ac ne se quidem ipso, qui eos multis in locis sic appellat. Porro autem, an comœdia *poematis* nomen mereatur, ita disceptat:

Iccirco quidam Comœdia, necne poema
Esset, quæsiuere: quod acer spiritus ac vis
Nec verbis nec rebus inest, nisi quod pede certo
Differt sermoni sermo merus. at pater ardens
Sæuit, quod meretrice nepos insanit amica,
Filius vxorem grandi cum dote recuset:
Ebrius & magnum quod dedecus, ambulet ante
Noctem cum facibus. nunquid Pomponius istis
Audiret leuiora, pater si viueret? Ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis,
Quem si dissoluas, quiuis stomachetur eodem
Quo personatus pacto pater. his, ego quæ nunc,
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa, modosq; & quod prius ordine verbum est
Posterius facias, præponens vltima primis:
Non, vt si soluas, postquam discordia tetra
Belli ferratos postes, portasq; refregit:
Inuenias etiam disiecti membra poetæ.
Hactenus hæc: alias iustum sit, necne, poema.
Quamobrem Catullus ab antiquis doctus *vocatus sit.*

CAPVT IX.

COncesseramus nuper in suburbanum quoddam ciuis vtriusque nostrum amantissimi, ego, & Ioannes Baptista Bentiuolus Bononiensis, iuuenis cum propter Græcarum ac Latinarum literarum studia, tum propter singularem quendam animi candorem, elegantissimosq; quibus ornatus est mores, stricto admodum mihi amicitiæ nexu deuinctus, non tam vt æstiuos calores (qui

bonarum

bonarum artium studiosis inimici esse solēt subterfugerem, quam vt animum quibusdam curis, quæ me mirifice angebant, leuarem: Bononiamque, sole iam ad occasum vergente, de nostris aliquot negotiis sermonem conferentes, commodum reuerti cœperamus, cum magna nobis eorum manu paululum extra eius portas progressa occurrit, a quibus furis ciuilis scientiam sectantibus, quasi eius desertor, quod legalibus vinculis solutus me quodammodo in libertatem asseruerim, magnam lucri spem amisisse arguor: tanquam qui leguleus non sit, nulla suorum laborum præmia sperare debeat. Cumq; eos omnes amice salutassemus, Quonam tam frequentes? inquam. Et illorū quidam mihi ceteris notior, pauci sunt, inquit, qui æque nobis grati, ac tu, obuij fieri potuerint, cū ea inter nos dubitatio orta sit, de qua haud scio an vnquam prēterea sit disceptatum: quæque aut a te aut ab alio nullo, hoc tempore nobis solui posse videtur. Tunc ego: Vtinam eiusmodi sit, inquam, de quo inter vos ambigitur, vt a me ita vobis extricari queat, quēadmodū de nobis, quæ vestra est humanitas, fore coniecistis. Quicquid tamen fuerit, quam primum id nosse cuperem. Et ille: Hoc ego a nostris hisce amicis quæsieram, inquit, censerētne Valerium Catullum Veronensem Poetam alia scripsisse poemata, quam quæ nobis hodie in manibus sunt? Tunc ego; Quamobrem, inquam, de Catulli scriptorum numero tam es solicitus? Quia scilicet, inquit, Catullum a coætaneis, & posteris quoque, *docti* cognomen (vt ita dixerim) promeritum, alia composuisse credendum est, quæ maiorem præ se eruditionem ferrent, quam quæ circumferuntur, non aspernenda quidem illa, sed eximiam aliquam doctrinam in eorum auctore nequaquam fuisse iudicantia. Ergo si Catullus nihil omnino scripsisset, inquam, ac *doctus* nihilominus a suorum temporum hominibus fuisset appellatus, praue illos sensisse iudicares? quasi plurimos antiquorū ac nostra etiam memoria vixisse nesciamus, qui cum doctissimi exstitetint, nihil tamen scriptum reliquerunt: quos vt hoc loco non recensēam, cum Catullus a veteribus peculiari epitheto *doctus* vocatus sit, etiamsi nihil ab eo compositū fuisse pro comperto haberem, recte illos iudicasse constanter asseuerarem: quādo tot simul egregiorum procerum censura non facile est aspernenda. Quod si ea sola composuisset Catullus, quæ hodie legimus, nōne *doctus* ex iis, imo doctissimus videri deberet? Quid pōt obsecro in argumētis, quæ ab ipso tractata sunt, desiderari. An q̄ quibusdā durior visus sit, eum vt minus doctum explodemus? Porro M. Varro, & Nigidius Figulus, vt doctissimi, ita & durissimi ab antiquis dicti sunt, & tamen eorum alter (nam omnes Nigidii locubrationes exciderunt) cum Catullo in suo genere comparatus nō lapide, sed ferro etiam durior existimatur. Sed vt quærenus duritiem in Catullo notanda sit, præsertim quod vterque limus eam in illo deprehendit, in præsentia nō di-

scutiam, cũ ea sane qualis ac quanta existimanda sit, doctrinæ non aduersetur, qui in lambis omnibus Latinis optimo iure prælatus est, vt in quibus & inuentione & nitidissimo verborum apparatu supra quam credi potest emineat, in hendecasyllabis est inimitabilis, in elegis omnium Latinorum candidissimus habetur: qui inquam tam est in heroicis rarus, quam qui a non parum multis nemini in iis præterquã Maroni postponatur, qui in multis etiam se Catulli imitatorem ostenderit, cur *doctum* & peculiari quidẽ vocabulo non fuerit appellandus, neutiquam intelligo. Verum & qui tot virtutibus decoratus iuuenis, trigesimum nempe aut circiter annũ agens excessit, quanto si diutius vixisset Romanis ornamento erat futurus? Quid? quod non alius (vt mihi videtur) inter Latinos inuẽtus est, qui tam iuuenis (Vergilium semper excipio) tãtam sibi gloriam comparârit? Huc pertinet, quod hominum doctrina non semper plene ex eorum scriptis colligitur: quod vt exemplo comprobemus, cum Vergilium omnium Latinorum Poetarũ non magis aliis virtutibus quam summa eruditione præstantissimum fuisse, præter ipsam temeritatem nemo sit negaturus, quis tamen parem in illius atque in Lucretij operibus doctrinam nitere affirmet? Doctrinam autem non omnes poeticas dotes, operumq; artificium, sed philosophiæ cognitionem voco. At Vergilius (dixerit quispiam) alium in scribendo scopum, alium spectauit Lucretius. Cumq; ille tum tãtum philosophica tractet, cum exactissimi poematis locus eorum scientiam patefieri exigat, non modo absolute ea, sed absolutius quoq; quam Lucretius calluisse credetur, qui sex libros de rerũ natura composuit. Eximie is mecum sic egerit: quoniam aliis argumẽtis veterumq; testimoniis quid Vergilius in philosophia potuerit, præclare docemur. Verum si, vt dixi, ipsa opera spectentur, non tantum is, de quo loquimur Lucretius, sed Horatius quoq;, ex iis Marone doctior videri valuerit. Quorsum hęc igitur? eo nimirum spectant, vt Catullum non præter rationẽ *doctum* ab antiquis appellatum sciamus: cum magnam quidẽ ex eius, quæ supersunt carminib. eruditionem in illo fuisse colligatur, sed maiorem forte ab eius coætaneis in eodem perspectam fuisse credendum sit. Quod si ex operibus hominum excellẽtiam æstimare pergimus, Archimedem Syracusanum omnium, qui vnquã fuere mathematicorum eminentissimum, ex scriptis nequaquam talẽ fuisse dicemus, qualis a veteribus cunctis est habitus. Nam M. Antonius egregius orator, nullam orationem in lucem dedit: quod & multi alii excellentes homines fecerunt. Neq; hæc dico, quod Catullum aliud quam illa, quæ restant condidisse inficias eam, cum pleraque eius carmina a Grammaticis citentur, quæ in reliquis eius poematibus non legũtur, Pliniusque amatorium de incantamentis carmen ab eodem editum referat, ac Terentianus ex eius Ithyphallicis quædã citet. Sed nisi ex iis lucubrationibus, quæ per tot naufragia

gia euaserunt, Catullus *doctus* vocari meruit, multo minus ex aliis hoc epithetũ merito ei tribui potuisse putauerim. Quæ cum a me dicta, attente ab omnib. audita essent, tum qui mecum sermonem instituerat, Grata mihi admodum fuere, inquit, quę de Catulli doctrina protulisti. Verum id abs te pronũtiari velim, arbitrerisne alium quẽquam præter Catullum, ab antiquis *doctum* fuisse appellatum? Tunc ego: Istuc, inquam, haud facile dictu est, quando mihi quid de poetis antiquitas senserit, cum nihil tale suspicarer, interrogato omnia tam cito nõ succurrunt. Sed Horatius, nisi memoria vacillo, secũdo Epistolarum libro, de Accio ac Pacuuio tragœdiæ scriptoribus ioquens, Pacuuium *docti* famam absstulisse asseuerat: Et Propertius Licinium Caluum, non vulgarem Catulli amicum, lib. 2. Elegiarum *doctum* itidem vocat, cum ait:

Hæc eadem docti confessa est pagina Calui,
Cum caneret miseræ funera Quintiliæ.

Verum & alios non pauces *doctos* appellari autumo. De Catulli tamen doctrina vt vulgatior, ita & constantior fuit opinio. Illud prẽterea prætermittendum non est, eundem Catullum, qui a Gellio vt elegantissimus mundissimusq; celebratur, a Fabio Quintiliano ac Diomede Grammatico inter Iambicos, ab aliis quibusdam inter Lyricos reponi. Sed ego in Quintiliani sententiam libenter eo. Atque vt vltima cum primis connectam, quid mirum si Catullus a coætaneis *docti* epitheto est insignitus, cum Maroni a quibusdam sit oppositus? Hinc illi versus:

Tantum parua suo debet Verona Catullo,
Quantum magna suo Mantua Vergilio.

De Tyrtæo Poeta.

CAPVT X.

TVm ille: Non omnino hæc nobis dies perierit, inquit, cum mihi quidem credo & hisce aliis, de Catullo ita satisfeceris, vt de te futurum animo conceperam. Ceterum quando te semel mediocribus huiusce modi quæstionibus exercere cœpimus, illud nobis expedire non grauaberis, corruptene an syncere potius legi censeas Horatianos illos in arte poetica versus:

Post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque, mares animos in martia bella
Versibus exacuit. Enimuero cum Horatium eum Poetam Homero subiunxisse existimãdum sit, qui celeberrimus inter Græcos sit habitus, non Tyrtæus, sed Dyrcæus ab eo scriptum fuisse putandum est: nimirum vt de Pindaro Thebano, Lyricorum Poetarum principe intellexerit, qui vnus ex tanta Græcorum Poetarum caterua mihi cõmodissime Homero opponi potuisse videtur. Aut enim Tyrtæus nunquam fuit, aut obscurus admodum exstitit, qui nunquam fere aut a Græcis aut a Latinis scriptoribus nominetur. Et ego: Caue, inquam, ista hæc inter doctos posthac vnquã dixeris,

Nam neque Pyrcæus in Horatiano carmine vllo pacto legi potest, neque quisquam repertus est, cui æque Horatii sensus conuenire valeat, ac Tyrtæo Athenienti poetæ itidem ac duci. Atque vt rem ita se habere compertum habeas, ac quosdam bardos Grammatistas, qui veram in Horatio lectionem in dubium reuocarunt, dementiæ queas conuincere, quanam Homero cum Pindaro similitudo esse valeat? cum illi rebus summorum Regum Ducumq; gestis scribendis, hic amoribus cantandis, eiusq; aut hominibus, qui in certaminibus vicissent celebrandis intentus fuerit? cum ille denique heroicus, hic Poeta lyricus exstiterit? An quod Horatius quarto Carminum libro ita de Pindaro cantet:

Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces nouæ dithyrambos
Verba deuoluit, numerisq; fertur *Lege solutis:*
Seu Deos, regesq; canit, Deorum
Sanguinem, per quos cecidere iusta
Morte Centauri, cecidit tremenda *Flamma Chimeræ:*

iccirco cum Homero mares animos inflammasse dicetur? Nihil minus, quando commodius heroico metro, quam Lyricis versibus militum animi accenduntur: Pindaricque propria virtus in ea parte nõ splenduit, vti Tyrtæi, quemadmodum veterum testimoniis ostendemus. Fabius porro Quintilianus 10 Oratoriarum institutionum libro, cũ de Tyrtæi scriptis sententiam se neget laturum, de Pindari carminibus quid sentiret ostendit: ex quo vnico argumento eos errare colligere licet, qui vel Tyrtæum vnquã vixisse, vel Horatii in arte poetica versus ei conuenire negant. Atsi fuit, ignobilis est ducẽdus, inquis. Imo ego & aliorum scriptorum auctoritate non tantum eum vixisse aliquando, sed & celebrem a posteris fuisse iudicatum comprobabo. Vtque de postremo, verso ordine, prius agam, an qui Homero ab Horatio subiunctus est, inter vulgares Poetas sit recensendus? Sed Quintilianus Horatium in hac parte secutus non est, qui Tyrtæum tantum nominans, data opera eius scripta excutere noluit: aliter sine dubio facturus, si illum excellentem poetam putasset. Magna fateor ex Quintiliani censura Tyrtæo laus accedere valuit. Non tamen protinus quasi nullius ordinis scriptores videri debent, qui ab eo nominati non sunt: cum aperte ipse omnes se omnium generũ auctores sua lance nõ expensurum professus sit. Alioqui Euphorionem, Nicandrum, aliosque multos non mediocres Poetas nihili faceremus, cum potius summis laudibus ab antiquis ornati fuerint: quanq; a Quintiliano inter præcipuos non reponantur, cuius de illis verba hæc sunt: *Audire videor vndique congerentes nomina plurimorum poetarum. Quid? Herculis acta non bene Pisandros? Quia? Nicandrum frustra secuti Macer atq; Vergilius? Quia? Euphorionem frustra transibimus? quem nisi probasset Vergilius, idem nunquam certe cohortatus Chalci-*

Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis mentionem. Quis Horatium fingeret Tyrtæum Homero subiungi? Nec sane qui quam est tam procul a cognitione eorum remotus, vt non iudicem certe ex bibliotheca sanctum transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quis transferat, nec vtique damno, vt qui dixerim in omnibus vtilitatis aliquid. Sed ad illos iam perfectis constitutisque virtutibus reuertemur: quod in cœnis grandibus sæpe facimus, vt cum optimis satiati simus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata sit. Hæc ille. Qui etiamsi totus viribus Tyrtæum depressisset, ab Horatio tamen eundem Homero subditum fuisse negare non potuit: sicut eundem a Platone *diuinissimum* vocari, ipse Momus quantumuis inuitus affecerarit. Sed quid de vno epitheto ago, cum multis verbis apud illum de eiusdem præstantia inter se loquantur Atheniensis hospes & Clinias Gnosius, circa hoc præcipue sermonem habentes, quod excellentibus laudibus eos decorarit, qui in bello excelluerint: non illo quidem quod seditionis plenum omnium que grauissimum est, sed quod eo multo mitius aduersus externos atque alienigenas geritur. Sic etiam eum alloquuntur tam Atheniensis hospes, quam Gnosius, libro primo Νόμων, ὦ παῖ νομοθεσίας. ὦ τοιαῦτα ποιῶν θεοείκελον δεχόμεθά σε δὴ σοφὸν ἡμεῖν εἶναι, καὶ ἀγαθὸν, ὅτι τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ ἀμφιφερεῖς, ἀμφιῤῥύτους ἐγκωμιάζεις. ἤδη δὲ τῶν μεμψιμοιρησόντων καὶ ὀδυρομένων, καὶ κλεινίας ὀκνώσει τ' ἔτοσι, ξυμφερόμενοί σε ἐπαινοῦσι τὰ σοφόν τε καὶ ὡς δεκάμηνον, εἰ δὲ σοφὸν αὖ τὸ λεχθὲν μὴ δεκάμηνον αὐδᾶν, ἢ μὴ δεκάμηνα σοφὸν εἰρῆσθαι. λείπει δὲν ἡμῖν, ὡς ἐοικὸς δύο πολέμω, φαμὲν ἡμεῖς, ἡγεῖσθαι καὶ σοφὸν, ἢ πῶς; ὡς ἔστ' ἂν οἶμαι, καὶ πολὺ φαυλότερος ἢ περὶ τυρτταίου λέγεις, ὅτι δύο. Θεμιστ. ὁ κωλυμβᾶν ἅπαντες φασιν, ὃς δὴ πάντων τ' ἀμείνων καλεῖσθαι τ' ἐθέλει. ἀμφὶ μὲν ἡμεῖν νῶν δὴ. Θεμ. ἄλλο πολέμων ἡμῖν οἶμαι γε καὶ ἅπαντες (ὡς ἔοικε τοὺς ἐκεῖ τε καὶ ἀποφύλους χρὴ ὠνομάσθαι ἀμφιεθμοὺς) πολὺ τὰ μέγιστα ἐστίνου. Quod est: *O Tyrtæe, diuinissime Poeta: sapiens enim notus probusque esse videris, quod excellentibus laudibus eos, qui in bello eminuissent, ornaris: de qua ego & hic Clinias Gnosius admodum tibi assentire videmur: virum de eiusdem viri dicamus, an non, tam esse sera vellemus. Dicitur nobis, an, quemadmodum & nos, duo belli genera esse perspicuum arbitremur, an secus? Ad hæc puto quemuis Tyrtæum vtique verum esse dicturum, duo esse: alterum, quod ciuilem vocamus, omnium illorum, vt nunc sane diximus, grauissimum: alterum vero, quod ponimus belli genus (quo quidem contra externos atque alienigenas contendentes vtimur) illo multo mitius existimo.* Hæc Plato: præter quæ & alia non pauca de eodem Tyrtæo ibidem leguntur. De quo quid sentiret interrogatus quondam non Cleomenes, vt Britannicus mentitus, sed vetus Leonidas, si Plutarcho credimus, ita respondisse fertur, bonum eum sibi ad iuuenum animos incitandos videri: cum lectis illius carminibus, quasi furore aliquo correpti, nulla pericula timentes in pugnam ruerent. λεωνίδου μὲν γὰρ ἐν πολλοῖς

λίγεσιν, ἐπερωτηθέντα, ποῖός τις αὐτῷ φαίνεται ποιητὴς μηδένα συγκτίσαι, εἰπεῖν, ἀγαθὸς νέων ψυχὰς ἀναλέειν. ἐμπιπλάμενος δὲ καὶ τὸ ποιημάτων ἐνθουσιασμῷ, παρὰ τὰς μάχας ἠφείδην ἑαυτῶν. Hunc Tyrtæum Diogenes Laertius in vita Socratis, Heraclitis testimonio, mentis impotem ab Athenienſibus dictum tradit. Eiuſdem & Strabo pulcerrimos verſus, lib. 6. Geographicorum citat. Suidas Laconem eum, aut Mileſium fuiſſe inquit: τυρταῖος ὁ μελοποιὸς, ἢ μιλήσιος, ἢ λακεδαιμόνιος, ἢ αὐλητὴς, ὃν λόγος τοῖς μέλεσι χρεσάμενον παρατεῖναι λακεδαιμονίοις, ἢ πολεμεῖν πρὸς μεσσηνίους ταύτην ἐπικρατέστερος ποιῆσαι. ἐγένετο δὲ παλαιοῖς, σύγχρονος τοῖς ἐπὶ κλυθείσι σοφοῖς, ἢ ἐκ παλαιστικῆς ἥκμαζε γεγονὼς κατὰ τὴν λε ὀλυμπιάδα. ἔγραψε πολιτείαν λακεδαιμονίων, ἢ ὑποθήκας δ' ἐλεγείας, ἢ μέλη πολεμήσεια βιβλία ι. Id eſt, *Tyrtæus Archimbroti filius, Laconſive Mileſius, Elegiarum conditor actiſi-cen: quem ferunt cantibus vtentem Lacedæmonios excitaſſe, eoſque cum Meſſenijs bellantes, ideo fortiores reddidiſſe. Eſt autem antiquiſſimus, vt qui ſeptem ſapientum tempore ſiue etiam ante eos vixerit. Floruit igitur trigeſimo-quinta Olympiade, ſcripſit de recto ciuitatis regimine ad Lacedæmonios, ac documenta elegis, & bellicorum carminum libros quinque.* Ac quaſi duo fuerint Poetæ, quorum vtrique Tyrtæo eſſet nomen, ita ſubdit: τυρταῖος, οἱ λακεδαιμόνιοι ἄρχοντα, ἢ μεσήνιον αἰτησάμενοι, ἢ αὐτοὶ πυθόμενοι. χρήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ ἑαυτοῖς δοῦναι παρὰ ἀθηναίων λαβεῖν, λαμβάνουσι τυρταῖον τὸν ποιητὴν, χωλὸν ὄντα καὶ ἄρρωστον ἐν ἀγρῷ αὐτοὺς παρακαλῶν, εἰς τὸν κ ἔτει τῶν μεσσηνίων, ἢ τοὺς τῶν εἱλώτων κατασπάσαι, ἢ τοὺς αἰχμαλώτους εἰς τοὺς εἵλωτας κατάταξιν, hoc eſt, *Tyrtæus. Iurauerant Lacedæmonij aut Meſſenam deſtruere, aut ipſi perire. Cumque reſponſum a Deo accepiſſent, vt ducem ab Athenienſibus ſumerent, Tyrtæum claudum poetam capiunt: qui ipſos ad fortitudinem hortatus, vigeſimo anno Meſſenam cepit, ipſamque euertit, captiuis in ſeruitutem redactis.* Sed aut poſtremus hic lucus ab ipſo Suida, vt latius rem explicaret, alteri ſubiunctus eſt, aut ab alio quouis, cum vnus tantum fuerit idem claudus Poeta, & dux. Nam quod eum aut Laconem, aut Mileſium fuiſſe ait, cum Atticus Poeta dicatur, veler aliquorum ſententia ita ſcribit, vel potuit Lacon aut Mileſius natus Athenienſis ciuis eſſe, qui poſtea, Platone teſte, Lacedæmonius quoque ciuis fuerit. Vtque duo Suidæ teſtimonia ad vnum eſſe referenda fateamur, ſic de eo ac geſto eo duce contra Meſſenios bello inquit Iuſtinus, libro tertio, Trogi Epitomatum: *Interea Meſſenij cum virtute non poſſent, per inſidias expugnantur. Deinde cum per annos LXXX. grauia ſeruitutis verbera plerumque, & vincula, reliquaque captiuitatis mala perpeſſi eſſent, poſt longam pœnarum patientiam bellum inſtaurant. Lacedæmonij quoque eo conſpirantibus ad arma concurrunt, quod aduerſus ſeruos dimicaturi videbantur. Itaque cum hinc iniuria, inde indignitas animos acueret, Lacedæmonij, de belli euentu oraculo Delphis conſulto, iubentur ducem belli ab Athenienſibus petere. Porro Athenienſes cum reſponſa cognouiſſent, in contemtum*

tum Spartanorum Tyrtæum Poetam claudum pede misere: qui tribus prælijs fusus, eo vsq; desperationis Spartanos adduxit, vt ad supplemẽtum exercitus, seruos suos manumitterent, hisq; interfectorum matrimonia pollicerentur, vt non numero tantum amissorum ciuium, sed etiam dignitati succederent. Sed reges Lacedæmoniorum, ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infligerent, reducere exercitum voluerunt, ni interuenisset Tyrtæus, qui composita carmina exercitui pro concione recitauit: in quibus hortamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia conscripserat. Itaq; tantum ardorem militibus iniecit, vt non de salute, sed de sepultura solliciti, tesseras, insculptis suis & patrum nominibus, dextero brachio deligarent: vt si omnes aduersum prælium consumsisset, & temporis spatio confusa corporum liniamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturæ possent. Cum sic animatum reges exercitum viderent, curant rem hostibus nuntiari. Messeniis autem non timorem res, sed æmulationem mutuam dedit. Itaq; tantis animis concursum est, vt raro vnquam cruentius prælium fuerit. Ad postremum tamen victoria Lacedæmoniorum fuit.

Veteres Poetas in fabulis admodum variauisse.

CAPVT XL.

QVæ cum dixissem, ac qui mecum de Catulli doctrina Tyrtæoque Poeta egerat, hilaris, meæque sententiæ, quantũ ego coniicere potui, subscribens, cum reliqua iuuenum caterua a nobis discessisset, tum Bentiuolus: Quando, inquit, de aliquibus, quę ad literas pertinent, semel quid sentias pronuntiare cœpisti, Græcosq; ac Latinos auctores mihi iamdiu enarrasti, illud abs te pernosse cupio, quidnam mihi agendum sit, cum egregios auctores admodum inter se de eadem re dissimilia scribere video. Tũc ego: Amice, inquam, ac pro tuo more agis, cum meo in rebus omnibus iudicio vti cupis. Sed ne multis, iam enim nox ingruit: cum aliquos forte viles scriptores aliter fabulam quampiam, quam alios excellẽtiores tradere animaduerteris, me iudice illos inscitiæ carpes, in horum autem sententiam libentissime ibis: nisi forte quæ infimi subsellii homines memorię produnt, a celebrioribus ita desumserint, vt eorum fidem ab iis petamus. At cum vel æquales, vel etiam inferiores a summis diuersa docere obseruaueris, hoc scito, illos neutiquam esse vti mendaces reiiciendos, quod his aliter de eisdem rebus visum sit. An enim si Homerus melior Poeta exstitit quam Hesiodus, ideo Hesiodum reiiciemus, quod Homerum in plerisque secutus non sit? quin etsi Hesiodo peiores, dummodo non abiectissimi, aliquid scriptum reliquerint, quod Homeri opinionem non cõfirmet, vt ipsi nihil Homero detrahent, ita & nihil eis Homerus. Quid igitur faciendum erit? inquis. Diuersis scil. modis eam fabulam recitari dices, vt aliter ex Homeri, aliter ex aliorũ sententia accipiatur, cum non tantum in fabulis, quæ magna ex parte figmenta complectuntur, sed & in historiis etiam maximæ

fuerint de eadem inter multos scriptores dissensiones: neq; tamen si Fabius Pictor, verbi caussa, a Catone in aliquibus dissensisset, eorum alter aberrasse, alter rei veritatem attigisse vere diceretur. Atque hæc quidē de iis dico quæ quis oculata fide non viderit. Tūe enim qui rei cum gereretur interfuit, vel plus fidei ipse in illa, si historicus sit, quam alii omnes mereri dicetur, vel facile inter duos pluresue diuersis modis eandem rem explicantes diiudicare poterit. Verum vt ad fabulas, de quibus noster hic sermo institutus est, redeamus, exemplisque pro negotio vtamur (fabulas autem intelligo non quæ nihil prorsus veri habeant, sed quę omnino veræ esse non possint) Homerus Aedonem in luscyniam auem versam, Pandarei filiam, Ityli matrem, Zethi mariti suum q; filium interfecisse, ac propterea semper queri inquit, Odyssea 19 his versibus:

Ὡς δ' ὅτε παιδοκτόνος ἀηδὼν,
Καλὸν ἀείδησιν ἦαρ νεοθηλέος ἐν
Δενδρέῳ ἐν πετάλοισιν καθεζομένη πυκινοῖσιν,
Ἥτε θαμὰ τρωπᾶται χέει πολυκλαυτον ἀοιδὴν,
Παῖδ' ὀλοφυρομένη ἴτυλον φίλον, ὃν ποτε χαλκῷ
Κτεῖνε δι' ἀφραδίας κοῦρον ξανθοῖο ἄνακτος.

At Ouidius lib. Metamorph. 6. Prognem Pandionis Erechthei filii Tereiq; Thracis vxorem, Itym filiū vt maritum qui Philomelam sororem vitiauerat, eidemq; linguam absciderat, vleiscerentur, interfectum patri escam appositisse: ipsamque in hirundinem, Philomelam autem in luscyniam mutatam docet, quibus quid magis esse inter se contrarium potest? An igitur Homerum mentitum, an Ouidium putabimus? Neutrum me hercle. Sed neque quem nam eorum magis in hac fabula sequi debeamus interpretatur, cum Homeri quidem maxima sit auctoritas, maxima etiā Ouid. quem plures Latini Græciq; scriptores hac in parte quam Homerum probarunt: qui vt hanc fabulam magis magisq; commisceret, in sequenti eiusdem operis lib. alia de Pandarei filiabus longe ab his omnibus quæ diximus remota canit, cum ait,

Ὡς ὅτε παιδοκτόνος ὠιόλος ὀξὺ λάλαγε
Τῦτ' ἐπὶ πίκης ῥοῦ φύσιαν ἡεῖ, αὖ δὲ λίπησιν
Ὀρφανεὺς ἐν μεγάροισι, κάμισσε δὲ δὶ ἀφραδίπ
Τυρῷ ἡ μελίῃ γλυκερῷ ἡ ἠδὲ οἴνῳ.
Ἥρη δ' ὠὐτ' ἦσιν ἐπὶ πάσεων δῶκε γυναικῶν
Εἶδος ἔ πινυτὴν μετὰ δ' ἔπορ' ἄφθιτος ἀγνή.
Ἔργασ' ἀλωικὴ δίδαε κλυτὸς ἐργάνεος.
Εὖτ' ἀφραδίπ δία περσείσιχ μακρὸν ὀλυμπον
Κύκνος αἰτήσασπ τελέσ γλυκερῷο γάμοιο,
Ἐς ὦμὰ πεπικέρωνον, ὃ γλύ τ' ὀδοιὸν ἔπασθε,
Μοῖραν τ' ἀμμορίην τε, καὶ ἀθανάτοις ἀνθρώποις.
Τάφρῳ ἔξ ἐκάρας ἀρπυίαι αὐκρίψωσε.
Καὶ ῥ' ἐόσαν συνερήσιν ἐγεννύσι ἀμφιπολεύειν.

Ex

Ex quibus versibus licet filiarum Pandarei fabula vtcunque elici queat, planius tamen illa a Didymo explicatur: quemadmodum te admonitum meminisse potes, cum ea tibi Homerica carmina interpretarer. Sed Pandareo ac Pandione prætermissis, idem Homerus Prœti vxorem, quæ Bellerophontis amore capta est, Antiam vocat, libro Iliados 6. cum ex Glauci persona de Bellerophonte ait,

Τῷ δὲ γυνὴ πρόϊτις ἐπιμήσατο δῖα θεάων
Κρυπταδίη φιλότητι μιγήμεναι.

Hyginus vero eam Sthenobœam appellat, ita scribens: *Bellerophon cum ad Prœtum regem exsulem hospitium venisset, admonitus est ab vxore eius Sthenobœa: qui cum concumbere cum ea noluisset, illa virosa mente ita est, se ab eo compellatam.* Sed hæc nominis vt apparet diuersitas, non tantū a multis Græcis scriptoribus, & a Lycophronis præcipue interprete, verum etiam ab ipso eodem Hygino in concordiam redigitur: nimirum vt eadem Antia & Sthenobœa vocata sit. *Alii dicunt*, inquit idem Hyginus secundo libro de signis cœlestibus, *quo tempore Bellerophontes ad Prœtum Abantis filium Argiuorum regem deuenerit, Antiam coniugem regis, hospitis amore inductam, petisse ab eo, vti sibi copiam faceret, promittens ei cōiugis gignum: quæ cum impetrare non potuisset, veritā ne se ad regem crimmaretur, occupat, eum sibi vim afferre voluisse Prœto dicit. Qui quod eum dilexerat, noluit ipse supplicii sumere: sed quod aquam esse sciebat, mittit eum ad Iobatem Antiæ reginæ patrem, quam alii Sthenobœam dixerunt.* Ceterum non tantum in huius reginæ nomine aliqua inter scriptores dissensio quibusdam visa est, cum reuera non sit dissensio, sed & in eo quoque, quod plerique eodem Hygino teste, non criminatum ab Antia Bellerophontem, verum ne iæpius quod nollet audiret, aut eius precibus moueretur, Argis profugisse dixerunt. Iam vt ad alia quædam veniamus, Orpheum nonnulli Oegari & Polymniæ filium, plerique Apollinis & Calliopes scripserunt. Daphnem, eam quæ in laurum mutata est, Ouid. aliique complures Penei Thessaliæ fluuii filiam fuisse docent: at alii Ladone eam, Arcadiæ amne natam autumant. Sed de Ladone apud Homeri tantum interpretem in primum Iliados me legere memini, cuius hæc sunt verba: λάδων· ὁ εὐδοκιμεῖ πολλαχοῦ ἀυφνιὸς ἐπέχει γράφεται δὲ πεπεισάτη. ἐμαθεῖς ἢ αὐτῆς δόξαν, καὶ βελέρφ· συγχωρεῖ, ἰδίως· καλλικάρπου δὲ ἢ αὐτῆς κατὰ Διὸς, δέξασα τὴν μητέρα γῆ κατὰ αὐτὸν δεχθεῖσα γλυκερὸν ἢ τέτακ, καὶ τῆς γῆς αὐξησάσης ὁμώνυμον φυτὸν, δάφνην θεασάμενος, ἐξεπλάγη. καὶ τὸ μὲν δένδρον, δάφνην παρῆγε ἀυφίλοι προσηγόρευσεν, ὁμωνύμως. λαβὼν δὲ κλάδον αὐτῆς, ἐστέψατο. h. e. *Daphne Ladonis in Arcadia fluuii filia formosissima fuit, quā Apollo diligens, eaq; potiri cupiēs, insequebatur. illa auxilia a Dea capta, matri terræ supplicauit, vt hiatu se susciperet. Quo facto, cū terra eiusdem nominis plantam emisisset, Apollo id videns obstupuit, arbo-*

remq; eam a virgine Daphnem id est laurum, eodem nomine appellauit: eiusdemq; ramum accipiens, se coronauit. Hecate pro *Luna* sæpissime ponitur: ea tamen aliud præter *Lunam* numen fuit. Quamobrem Seruius Vergilium ita canentem,

Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ,

de *Luna* tantum ea carmine scripsisse arbitratus, sine dubio lapsus est. Si enim hæc in cœlo *Luna*, in syluis *Diana*, apud inferos *Proserpina* dicta est: quod & ex iis de illa versibus colligitur,

Deniq; cum Luna est, sublustri splendet amictu:
Cum succincta iacit calamos, Latonia virgo est:
Cum subnixa sedet solio, Plutonia coniux.

Hecate tamen non eadem ratione, vel *triformis*, vel *triplex* dici potest, sed *triceps*, quia Orpheus eam τρισσοκέφαλον vocat: nẽpe quod dextrum caput equi, sinistrum canis, medium hominis agrestis habuisse perhibetur, siue etiam *tergemina*, qua voce vsus est Vergilius. Et de huius quoque patre inter scriptores non conuenit. Aliqui enim eam Persæ filiam docuerunt, iuxta illud Ouidianum in 7. Metamorphoseos,

Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras.

Verum Bacchilides eandem noctis filiam fuisse, Musæus Iouis & Asteries, Pherecydes Aristæi Pæonis filii, Orpheus Tartari, docuit: quibus nihil est, meo iudicio diuersius. Procris fabulam ita recenset Seruius in sextum Vergilianæ Æneidos. *Hæc vxor Cephali fuit: qui cum venandi studio teneretur, labore fessus locum quendam adire consueuerat, & illic ad se recreandum auram vocare. Quod cum sæpe faceret, amorem in se mouit Aurora, quæ ei canem velocissimum Lælapa nomine donauit, & duo hastilia ineuitabilia, eumq; in amplexus rogauit. Ille ait: iusiurandum se habere cum coniuge, mutuæ castitatis. Quo audito, Aurora respondit, vt probes igitur coniugis castitatem, muta te in mercatorem. Quo facto, ille iuit ad Procrin, & oblatis muneribus, impetratoq; coitu, confessus est se esse maritum. Quod illa dolens, cum audisset a rustico amare eum Auroram, quam inuocare consueuerat, ad syluas profecta est, & in frutetis latuit ad deprehendendũ maritum: qui cum more solito auram vocaret, Procris egredi cupiens, fruteta commouit: sperans Cephalus feram, hastam ineuitabilem iecit & ignarus interemit vxorem.* At in duobus a Seruio dissentit Ouidius. Cum enim ille duo iacula & canem Cephalo ab Aurora dono data dicat, hic vnum iaculum cum cane, non *Cephalo*, sed eius vxori ab Aurora donata dicit: quæ postea ipse Cephalus a Procri acceperit. Sic enim ipse de vxore loquitur apud Phocum Æacidem, lib. 7. Metamorphoseon,

Hæc mihi confesso, læsum prius vlta pudorem,
Redditur, & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanquam si parua dedisset
Dona, canem munus, quem cum sua traderet illi

Cyn-

Cynthia currendo superabit dixerat omnes.
Dat simul & iaculum, manibus quod cernis habere.

Atque vt vnum tantum iaculum fuisse credamus, sic de eo ibidem ait:

Aspicit Æoliden, ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuspis.
Pauca prius medijs sermonibus ante locutus,
Sum nemorum studiosus, ait, cadisq; farina,
Qua tamen a silua tenens hastile recisum,
Iamdudum dubito: certa si fraxinus esset,
Fulua colore foret: si cornus, nodus inesset.
Vnde sit, ignoro: sed non formosius ipso
Viderunt oculi telum iaculabile nostri. Et mox de eodem,
Consequitur quodcunq; petit, fortunaq; missum
Non regit, & rauolat nullo referente cruentum.

Quid in his facias? nisi Seruius ab aliquo antiquo scriptore de duobus iaculis, & munere ab Aurora Cephalo donato accepit, sine dubio hallucinatus dici valuerit. Sed quid plura de his, aut similibus exempla proferam? cum nusquam maior suppetat eorum copia Domum proinde iam abeamus: ibique copiosius de eadem re, si libuerit, verba faciemus.

Quam necessaria sit Græcarum literarum cognitio iis, qui cuiuscunq; generis scientias profitentur, & quam ad illas discendas conferat Græca in Romanum sermonem vertere. Cyrillum Callimachi in Dianam Hymnum Latinis versibus reddiderim.

CAPVT XII.

MVltis rationibus ostenderem, non posse quenquam ad exactam cuiusuis scientiæ cognitionem absque Græcarum literarum peritia peruenire, nisi vererer ne nimis nota siue probabilia argumenta a me tractari, liuor pro suo instituto interpretaretur. Verum vt illas quæ plurimæ sunt missas fecero, ita non tolerandam esse quorundam insulsitatem dixero, qui cum veruli atq; edentuli in barbarie cõsenuerint, neq; aut Latinæ linguæ rudimẽta didicerint, aut Græce se discere posse sperent, Latinã ita vel Medico, vel Philosopho, vel Theologo, vel Mathematico (nã ius ciuile licet illius castimoniam desideret, Græca minus quam aliæ scientiæ indiget) necessariam affirmant, vt nihil in ea exquisitũ sit quærendum, sed vel millies singulis horis Prisciano caput absq; reprehensione comminuere liceat, in Græca autem nihil prorsus esse laborandũ prædicant. Cur enim (vt de Latina taceamus) vel tantillum in Græca discenda insudes, inquiunt, cum omnes pene Græci auctores Latine iam loquantur? idq; doctissimorum virorum industria, qui in Græcis literis adeo profecerũt, vt facile eis cedere valeamus, etiamsi integram ætatem in ea re contriuerimus. Digna mehercle animis sententia. Iam primum qui sic loquũtur, suo ingenio

non fidunt: quod facit, vt eorum voces nihili faciendas credamus, tum ab is vel viuentibus vel vita functis tam tribuunt, quantum plane homini tribuere nefas est. An enim qui plurima feliciter in Latinum sermonem conuertit, is nunquam in toto opere dormitasse dicetur? Vtinam tales fuissent, per quos Græci auctores Latino sermone magna ex parte frigere didicerunt, in quorum lucubrationibus plures vomicæ non essent deprehensæ: ac non potius summi eius ordinis proceres, quales fuerunt Theodorus Gaza, cui primæ in eo genere communi doctorum consensu iure tribuuntur, Nicolaus Leonicenus, aliique in leuissimis vocibus lapsi, maximas quandoque de lana caprina rixas Græcæ linguæ imperitis reliquissent. Sed etsi ii eiusmodi exstitissent, quos nulla difficultas induxisset in errorem, quam est miserum aliena inniti gloria? An si Theodorus Gaza nunquam vixisset, ideo illa Aristotelis opera non legeremus, quæ a Theodoro versa sunt? imo vero quicunque iudicii micam habuerit, non modo vt Theodoro par, sed vt multo etiam eo præstantior fiat enitetur. Verum id non succedet, inquiunt nebulones. At ego vel si quod in votis habeo assequi non possim, mea, non Theodori fide Aristotelis Theophrastique scripta pernosse cupiam. Ac quamuis in totius negotii summa Gazæ essem cõcessurus, cur nõ in multis eum erroris cõuincere valerem? Sed recte cum Græcis scriptorib. qui Romani redditi sunt fausteq; ageretur, si omnes a Gaza, aut a Gazæ similibus fuissent translati. Quin pro vno Theodoro sexcentos impuratos nebulones inuenias, qui cum omnis literaturæ expertes, neque Græcam, neque Latinam linguam calluerint, infelicissimi interpretis munus obierint necesse est: quod non tantum in iis auctoribus, qui politiores appellantur, sed in iis quoq;, & maxime, qui ad disciplinas pertinent factum est, vt nihil esse abiectius fateamur, quam non posse cum erres (ferme enim fieri non potest, vt quius vbique iusta reprehensione vacet) aliquam quare erraueris, vel mediocrem rationem afferre.

Neue de re nimis per se perspicua multis agam, cum certum sit Græcas literas iis qui vere eruditi vocari cupiunt summopere esse necessarias, nullo pacto, me iudice, magis in eis proficimus, quam cum Græca Latina reddimus. Enimuero & copiam ex ea re, & absolutam vocum proprietatem ita acquirimus, vt nihil nostris mẽtibus validius hæreat quam quod sic imbiberimus. Neque hoc ideirco dictum velim, quasi illos ab hac laude excludam, qui nihil verterint. Verum ita sentio, eam rationem in illo negotio præcipuam esse habendam. Quid multa? nisi ea mihi maxime omnium arrisisset, nunquam profecto illam mihi duxissem deligendam. Siquidem cum quædam Homeri, Plutarchi, Lucianique, ac similium animi gratia verterim, Callimachi quoque in Dianam hymnum totidem Latinis versibus quatuor dierum spatio expressi, nempe

nempe vt ad poesim, quæ me a primis annis supra quam credi potest delectauit, aliquando me referrem. Eum autem in præsentia edens, illud præcipue lectores admoneo, me verbum verbo, quod imperiti consueuerunt, nequaquã reddere conarũ, cum nihil turpius sit, in carmine præsertim, quã Poetæ quem vertere in animo habeas, verbis nimis anxie se addicere. Nec sane cum commode fieri potest, vt & carminis maiestati sufficias, & Poetæ verbũ verbo reddas, ab eo recedendum arbitror (nam & mihi id quandoq; non pessime cessit) sed quando in paucis admodum hoc feliciter succedere videmus, superstitiosam illam diligẽtiam omnino vitandam autumo. Ac ne quis me absq; veterum exemplo Callimachum ita vtdico vertisse calumnietur. Varionem Atacinũ, qui Apollonii Rhodii Argonauticorum interpres fuit, proferam, cum cum ex aliquibus operis reliquiis illud quod amplexus sum institutũ probasse dignoscamus. Ceterum & alii non in poematibus modo, verum & in soluta quoq; oratione id fecerunt: cũ M. Cicero Æschinis in Ctesiphontem, Demosthenisq; in Æschinem orationes hoc pacto Latinas fecerit. Porro Callimachi hymnũ ideo delegi, quod Catullus olim eiusdem de Coma Berenicis elegiam Latinis carminibus expressit, nuper vero Angelus Politianus in Palladis lauacra idem fecit: nec præterrem, cum huic Poetæ palma de elegia a veteribus delata sit: quamuis Ouidius ante illum, non ingenio valuisse scripserit. Illud certum est, ipsum Ouidium in eo opere, quod inscribitur Ibin composuisse, & argumento, & titulo, Callimachũ fuisse imitatum. Vertit autẽ omnes qui supersunt eius Poetæ hymnos Beroaldi temporibus Iacobus quidã Crucius Bononiensis, qui Callimachum proculdubio cruci affixerit, ipse quouis cruciatu dignus.

FINIS.

CLARISSIMO ET PRÆSTANTISSIMO VIRO D. GVLIELMO PAGETO, LANCASTRIÆ CANCELLARIO, ac supremo Regiæ aulæ præfecto Petrus Nannius S. P. D.

NAtura hoc facit amplissime & eruditissime Paget, vt animalia eiusdem ingenii non solum sæpe ament, sed a primo statim conspectu agnoscãt: In hominibus quidẽ eadẽ propensitas animi, non eadẽ sagacitas. Amant sæpe quidẽ quæ sunt eiusdẽ studii, sed nõ continuo suas indoles mutuo intelligunt. Non enim ingenitã habemus illã scientiam, atq; ea parte infra cæterorum animaliũ dotes subsistere videmur. Sed hoc rursum vincimus, quod illa non nisi ex præsentia notitiã hauriũt. Nos procul dissitos, atq; adeo oceano diremtos facile agnoscimus. Διὸς enim ἀγγέλους fama nullius virtutes aut vitia in abdito sinit. Qua cũ te nobis publico quasi ore celebrat (nũc tuã adulescentiã in docenda Rhetorica,

maximam laudem in amplissima Academia retulisse commemorans, nunc grauiorem aliquanto ætatem iuris professione insignem fuisse, ac cum literis annisque pariter crescentibus semper ad altiores honores assurrexisse. In Gallia apud regem Franciscum, in Belgica & Germania apud Carolum Cæsar. principis tui grauissimas legationes obiisse, bella in pacem commutasse: mox amplissimi & illustrissimi regis arcanis secretisque admotum esse: postremo regiæ aulæ præfecturam tuo ingenio morumque integritati concreditam esse: neque tamen in tanta luxurie affluentis fortunæ, quicquam a tua modestia amoreque in literas literatosque degenerauisse, quos partim tuis opibus, partim regia munificentia, (salariisque publicis foues ac sustines) dici non potest, quam multos transmarinos homines in tui admirationem pellexeris, maxime cum quod fama iactat, tui Richardi Brandisbæi quotidiano testimonio approbetur. Qui mihi aliisque quibus familiaris est, omnes annos tuos cum singulis tuis virtutibus & literis, vt quæque in te cum ætate creuerunt, graphice depingit. Quod quidem ab illo cupide fit. Amat enim (vt si quis alius) impensissime patriam, & eius decora, quæ olim fuere, & nunc supersunt libentissime recenset, & nos auidissimos intentissimosque auditores habet. Videmur enim nos per id temporis non peregrinari apud exteros in Britannia olim hospitibus fera, sed inter Heroas in insulis fortunatis versari. Si enim Æneas nequibat expleri picturis, in quibus bella Troiana recognoscebat, quid voluptatis credas haurire eos, qui per hominum clarissimorum literatissimorumque memorias actaque decurrunt? Sic ille me sæpius in Angliam abducit. Tandem voluit me non ἀσυμβόλως venire, & mercem aliquam Belgicam istuc deferre. Fuere mihi in manibus variæ annotationes in diuersos auctores. Quod opus, quia multiplicem habebat supellectilem, ipse suo iure, suaq; auctoritate, qua omnia apud me potest, appellauit Miscellanea, honestiore vocabulo, quam ego constitueram. Destinaram enim nomen Coniectaneorum siue Diuinationum illis iniungere. Ibi ille, cui (inquit) numini hanc prolem consecrabis: opus est alicuius Dei efficacissimo amuleto. Habebis enim infinitos obtrectatores, cum tot nouas res adferas, toties ab aliis dissentias, & ab aliis oppugnata defendas, circumspiciendus est omnino aliquis Hercules ἀλεξίκακος. Nosti quam Antiquitas omnia deorum tutelis consecrarit. Habent singuli homines suos genios, singulæ familiæ suos lares, singulæ gentes suos penates. Quod ergo tutelare numẽ nouo huic tuo partui adscisces? Tu (inquam) dispicies, qui nomen indidisti, quod perinde est, ac si adoptasses, iusq; tuæ familiæ dedisses. Scis igitur quantopere hæc soboles ad tuam curam pertineat. Ibimus (inquit) in Angliam, idque recta ad ædes D. Pageti, viri, vt scis, multiiuga eruditione eximie ornati. Tam multiiuga rerum supellex tam variæ eruditioni non male conueniet. Is optime intelliget, quid in hoc ope præstiteris, & sub vmbra amplissimæ illius auctoritatis securissime latebis. Et vel eo momine gratus

eris,

erit, quod iſtis tuis commentationibus, fili ipſius ſtudia, qui in colendis Muſis patrem ſequitur magno pro ætate gradu, nonnihil adiuuabis. Placuit conſilium optime & eruditiſſime Pagete, & ſub tui nominis auſpicio has lucubrationes prælo dedimus, nihil ſiniſtri ſuſpicantes ex re, tanta amplitudinis viro conſecrata. Bene vale. Louanii, Calend. Iunii.

MISCELLANEORVM PETRI Nannii Alcmariani.

Liber Primus.

Quid ſit argumentatio violenta.

CAPVT I.

IN Andria Terentiana actus ſecundi Scena tertia, hæc verba afferuntur a Dauo, quibus omni ratione incumbit perſuadere Pamphilo, vt ſimulatis nuptiis aſſentiatur.

Hoc reddes, inquit, *omnia*
Quæ nunc certa ei conſilia, incerta vt ſient,
Sine omni periculo. Nam hocce haud dubium eſt quin Chremes
Tibi non det gnatam, nec tu ea cauſſa minueris,
Hæc quæ facis, ne is mutet ſuam ſententiam.

Mira difficultas in hoc verbo, *minueris*, quod totam ſententiam vel infuſcat, vel perturbat. Ego re diligenter penſitata, exiſtimo vitium eſſe in duabus literis, & pro *minueris* legendum eſſe *timueris*. Deinde in his verbis: Hæc quæ facis, ſubintelligendum eſſe præpoſitionem *ob*, vt ſit ſenſus. Nec tu ea cauſſa timueris, ob hæc quæ facis, nuptias videlicet aſſentiendo, ne Chremes mutet ſententiam, vt eum generum velit, quem hactenus repudiauit. Iam quod ſequitur.

Nam quod tu ſperes, propulſabo facile, vxorem his moribus
Dabit nemo, inueniet inopem potius, quæ te corrumpi ſinat.

hunc habet intellectum: Nam quam ſpem tu tibi perſuades, non futurum, vt quiſquam filiam ſuam committat tibi ita morato, facile refutabo. Nam pater potius indotatam tibi dabit, quam te apud Glycerium perire ſinat. Eſt autem hoc argumenti genus, quod Rhetores violentum appellant, quo tum fit, cum aduerſarii pro ſe allegationem ipſi infeſtam eſſe oſtendimus. Non vis patri aſſentiri, ne in nuptias incidas, verum id ipſum efficiet, vt in nuptias coniiciare. Dictum eſt autem, corrumpi ſinat, non ſtomacho aut iudicio ſerui, ſed quaſi ex proſopopœia Simonis. Alioqui non tuliſſet hanc cenſuram a ſeruo ſuo Pamphilus amator, qui ſe felicem putat conſuetudine amicę, quod pulcre a Plauto expreſſum eſt, in Curculione, dum inquit:

Sibi sua habeant regna reges, sibi diuitias diuites,
Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas sibi prælia,
Dum mihi abstineant inuidere.

Pueros olim in Cantharo exponi solere. Ex eadem Comœdia, Actus quarti, scena quinta.

CAPVT II.

D*Auus. Que ego heri vidi, ad vos adferri vesperi.*
Mys. O hominē audacē. Da. Verum vidi cantharā suffarcinatā.

Is qui hoc loco pro Ælio Donato se venditat, cum nihil sit in istis verbis Donati, sed potius assutela indoctissimi nebulonis, quod non vno in loco sagax lector deprehendet Canthara, inqt, nomen est anus. Id sibi persuasit, quia id hominis in Phormione inuenitur. Hoc commentum ceteri tanquam ἀπόκλητον sententiā sequentes, idem interpretati sunt. Primum quæro, cur, vt nota persona a Dauo allegatur, quæ nunquam antea introducta fuit? id ne ex arte Terentiana est? vbi nihil struitur, quod non suis, & firmissimis fundamentis nixum est. Apud Homerum, vbicunque ignota ꝑsona inducitur, multis titulis & descriptionibus exornatur. Ista nec antea fuit, nec postea comparet. Nec dici potest, quod sit προτακτικὸν πρόσωπον Id enim in principio ad argumenti narrationem extra ordinem adhibetur. Ista in mediam fabulam inrupit. Nec quicquam simile habet, cum Lesbia illa: vbi dicit: Audiui Archylis, iam dudum Lesbiam adduci iubes Ea enim postea a moribus describitur, cum inquit: Sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria, neque satis digna, cui committas primo partu mulierem. Istius indolis nihil adfertur, cum hoc addi oportuerit, illam solertem & famosam esse, in supponendis partubus, aut aliquid simile. Quod si hæc non sufficiunt ad elidendam ineptiam istius interpretationis: cur quæso adfertur, ac non potius suis pedibus ingreditur, quo pauciores habeat conscios in fraude struenda. Nimirum quia anus est, gestanda fuit? Nam illud verbum, adferri, per Zeugma a superiori, etiam ad cantharam reflecti arbitror, cum nullum aliud occurrat, cum quo possit construi. Hactenus luctati sumus cum nugis istis, nunc aperiendum quid veri sit. Mos fuit in Græcia, cuius ritus Comœdia palliata, qualis hæc est, imitari debet, vt liberos in vasis fictilibus ad compita exponerent, quo magis obvii inuentu, & faciliores asportatu essent, si quis eos forte educare non grauaretur. Cuius consuetudinis Aristophanes, eiusque interpres alicubi mentionem faciunt. Versus sunt isti in Ranis de Oedipode exposito:

Πῶς γὰρ ὅτε δὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν γενόμενον
Χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ. Hoc est:
Qui mox vt aluo matris esset æditus,
In vase fictili per hyemem exponitur.

Quo

Quo in loco interpres addit, quod in ollis pueri exponi soleant. Existimo igitur pro canthara, cantharum legendum, aut ἀλλοίωσιν esse, ex commutatione generis. Dauus enim tergiuersantis more ea obiicit, quæ facile refutari possunt. Nam ita pugnat cum Myside vt vincere nolit. Primum igitur dicit ipsum puerum esse allatum, id crimen, quasi conuictus, statim remittit, & ad minora delabitur, & cantharum allatum esse prædicat, quod vt pro vero agnoscatur, nihil probat partum istum supposititium esse. Nam cantharus etiam ad alios vsus adferri potest, cum vas sit liquoribus gestandis deputatum.

Quæ sit recta vertendi ratio. Ex prologo Eunuchi,

CAPVT III.

QVæ bene vertendo, vt eas describendo male:
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

Carpit hic Terentius anxiam interpretationem, quæ quasi calculatrix, verbum verbo reddere curat, nec pensare pondera, sed numerum quærit, cum Poeta imitari debeat, & potius paria, quam eadem facere, nonnunquam leuiter alludere, interdũ procul respicere, ac subinde pressioribus oculis intueri. Quod cum nõ faceret Lauinius, iure incessitur, vt qui in describenda imagine, quam depingendam susceperat, longius aberret. Est enim describere, idem quod depingere, & Archetypi lineamenta reponere. Video autem in omni translatione tria esse seruanda. Vt verba, quatenus licet, retineantur, quale est, verbum verbo expressum, quod isto in loco vestitum appellabimus. Vt sententia vbique incolumis maneat, quod pro corpore imputabimus. Denique vt indoles incorrupte seruetur, quam (si libet) animam rationis nominare posses. Ea autem consistit in ipsis figuris dictionis, & moratam actuosamque sententiam reddit. Multum enim interest, an per διαπώρησιν, an per εἰρωνείαν, an interrogationem, insultationem, optationem, vel affirmationem, enuntiaueris. Iam superiori seculo, quidam verba verbis ita admensi sunt, vt sententiam deprauarint, non aliter quam indocti pictores, qui operosi in cultu effingendo, membra secundum vestem distorquent: cum Apelles, Parrhasiique prius nudum corpus efformare, quam amictum superinducere soleant. In quorum numero Argyropilum reponas. Et Ruffinum, alterum interpretem Aristotelis, alterum Gregorii Nazianzeni, de quibus vere id hemistichii dici potest. *Dant sine mente sonum.*

Fit autem illud vel ex inscitia, vel ex κακοζηλίᾳ. Cum enim sententiam apprehendere nequeunt, verba reddunt, quasi ꝙ ipsi non intellexerint, alius ex illorum verbis intelligere queat. Cũ verba nõ minus ex sententia vim suã, & significatũ accipiant, quã sententiã

constituant. Aliqui rursus fidem existimant a numero verborum non discedere. Alii aliquanto feliciores, verba simul & sententiam reponunt, sed indole prorsus exstincta. Ex quorum translatione, quid auctor dixerit, vides, sed quomodo dixerit, nō vides. Vis enim affectuum, gratia figurarum, lepor, venustas, elegantia, dignitas, acrimonia, argutiæ nusquā apparet. Talis est (haud dubie) Marsilius Ficinus, ex cuius quidem traductione sentimus ad Platonem velit, sed ita, vt si ipse Plato legeret, pro suis non agnosceret. Vbi enim in Latinis heroica illa vis, & sublimitas grandiloqua? vbi illa beata, nec tamen otiosa verborum luxuries? Mentior, nisi id statim indicaturus es, lecto Platonis Axiocho, ab Agricola verso. Est quidem illud opus adulterinum, & e familia Platonis eliminatum, sed tamen dexteritate vertendi, ius legitimorum filiorum, & adoptionem emeruit. Qui igitur in reddendis verbis sententiam corrumpunt, monstra gignunt. Qui sententiam incolumem indole exstincta afferunt, cadauer edunt, vel (si mauis) sceleton. Omnem autem punctum tulit, qui tria ista officia absoluit. Pro exemplo adduci posset Angeli Politiani Moschus, vbi verbum verbo, sententia sententiæ, versus versui, seruatis iisdē numeris redditur. Sed quia operosius, hoc est, ideo eruditissimi quiq; circa sententiam & indolem diligentius versantur, tenui verborū cura habita, qualis est Hermolaus Barbarus, atq; adeo ipse Cicero, nec longe abest ab istis Guilielmus Budæus, religiosiores autem Erasmus & Rodolphus Agric. Sed de his alibi prolixius.

Quid sit Comœdia duplicis argumenti. Ex prologo Heautontimorumeni.

CAPVT IV.

HOdie fum acturus Heautontimorumenon.
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.

Quid sit ex simplici argumento duplicem fieri, quia id non omnibus obuium, & aliquando a non indoctis hominibus quæsitum, & ab interpretibus omissum: paucis dicam. Sæpius obiectum fuit Terentio, cum in inueniendis argumentis parum felicem esse, dum nodos Catastrophes vno quasi medicamento curat. In Andria Glycerium, in Eunucho Pamphila, in Heautontimorumeno Antiphila, in Phormione Phanium, agnitæ a suis parentibus, difficultates Catastrophes expediunt. Certe qui olim optime voluerunt Terentio, ita palmam in re Comica distribuerunt, vt Cecilium inuentione, Plautum dictione, Terentiū tractatu morum, principem facerent. Nunc Cecilii quoque laudem Terentius sibi vindicat. Nihil enim difficilius, quam intra vnam Periochen comœdiæ duplex argumentum contineri. Id autem fit, cum omnes personæ, aut plerēque geminantur, vt sint duo senes, duo amatores, duæ amicæ, quæ res ingeniosissimæ dexteritatis est, ita vt omnia vnius corporis videantur.

Vnius

Vnius enim adulescentis amores plenam ex se comœdiam absoluere possunt, vt videre licet in Hecyra. Quanta autem comœdia πολυπροσωπότερος: tanto elegantior & doctior habetur. Hic autem duo filiifamilias amatores, duæ amicæ, duo senes, duo serui. Ista omnia simplicia erant in Menandro.

Quid sit Musicum studium. Ibidem Terentius in hunc loquitur modum.

CAPVT V.

TVm quod maleuolus Poeta vetus dictitat,
Repente ad studium hunc sese applicasse musicum.

Nihil hic omnino difficultatis, sed vitium est mihi adferre verba interpretis, qui sub nomine Donati fucum facit, vt liquide appareat omnibus, quam stulta & ridicula commentariis Donati affusa sint. Hunc musicum (inquit) videlicet Poetam elegantem, vbi æcus iste nugator ex adiectiuo, substantiuum facit, & ida vocabulo, studium, cui vt adiectiuum inseruiebat, obtorto (quod aiunt) collo ad Poetam transtulit. Pergit deinde, & stultitiam stultitiæ connectit. Musicus Latine, inquit, dicitur elegans. ἄμουσος vero Græce inelegans, plane ἀπαίδευτος: cū Terentius hic per studium musicum, studiū Poeticum intelligat. Obiicitur enim ei, quod nuperus, nouitius, & tyro sit in hac arte. Certe in prologo Hecyræ artem musicam, Poeticen appellat:

Properemetsum iniuria aduersarium,
Ab studio, atque labore atque ab arte musica

Vtinam tandem sit aliquis Hercules, qui Augiæ stabulum expurget, eaque eiiciat e commentariis magnorum virorū, quæ illis falso adscribūtur. Doctissimus & elegantissimus est interpres Acron, ceterum ita obrutus est insulsissimis nugis, vt ne speciem quidem sui teneat. Tum commentaria in Vergil. Æneida, quæ sub Donati nomine circumferuntur, ausim iurare, ne verbum quidem a Donato habere. Aliquis indoctus indoctissimis verbis paraphrasin scripsit in Donatum, id iam mundo obtruditur pro Donato, & a magnis viris tum in Italia, tum in Germania pro legitimo agnoscitur, tantum est philtrum in magnificis titulis. Stomachari me fateor, quis enim non ægre ferat tot doctis & studiosis impostum fieri? per istas insulsissimas nugas, nec rebus, nec elegantia sermonis instructas.

Quæ sint tibia dextra ac sinistra. Modos fecit Flaccus Claudi filius, tibiis paribus, dextris ac sinistris.

CAPVT VI.

QVid sint tibiæ dextræ ac sinistræ, quid item pares, ad liquidum hactenus deprehendere nequeo. Subiiciam tamen varias auctorum sententias, vt præbeam auctoribus cōsiderandi materiam. Varro in primo de re rustica, vbi agriculturam cum pastionibus comparat: ad istum modum loquitur. Et vt dextra tibia alia,

quam sinistra, ita tamen vt sit quodammodo coniuncta, quod altera est eiusdem carminis modorum incentiua, altera succentiua. Ex quo loco facile intelligas, incentiuam ab eo pro prima & initiatrice, succentiuam pro secundaria siue succidanea existimari. Dicit enim, primum homines coluisse pastoritiam vitam. Deinde ad agriculturæ studium descendisse. Contra, quam ex Bibliacis libris ostenditur, vbi prima vita in agricultura, secunda in pastionibus describitur. Ceterum, quia Varro pastoritiam vitam primam censet: agriculturam secundam, hinc est, quod incentiuam pastoritiæ, succentiuam agriculturæ comparandam ducat. Canendi igitur principium in incentiua tibia, subsecutio in succentiua constitui videtur. Iam videndum, vtra harum dextra ac sinistra sit, & quæ grauioris, aut acutioris soni. Plinius lib. 16. cap. 36. ex capacitate cannæ id satis indicat. Eam enim cannam, quæ proxima & atigua est radici, congruere ait ad tibias sinistras conficiendas, quæ ad cacumen assurgit, ad dextras tibias. Iam arundinem esse capaciorē sub radicem ac proinde amplioris & grauioris soni, quam quæ ad acumen vergit, quis ignorat? Sed (me hercle) valde mecum abdubito, num Plinius isto in loco vitiatus sit. Donatus certe tibiam dextram graviores sonos edere: sinistram acutiores asseri. Diomedes non cōtentus duplici genere tibiarum, triplices eas facit, dextras, sarranas, & sinistras, Donatus rursus hanc triadem ad dyada contrahit. Sarranas enim & sinistras easdem esse vult. Seruius autem in noua sententia est. Arbitratur enim sarranas, quæ pares & æquales habent cauernas, quas ego propemodum dextras puto ab eo intelligi, & easdem Lydias, ob grauitatē soni, a Donato appellari. Phrygias vero, quę impares & inæquales, adeo vt mihi videantur Romani non nisi duplicem harmoniam agnouisse. Græci contra quadruplici genere eam distinxerint, in Lydium, quod bacchicū, in Phrygium, quod diuinum, in Doricum, quod graue in Ionicum, quod lætum quiddam sonaret. Alii contra, pares esse tibias volunt, cum duæ simul concinunt, ipsumque concentum synædium appellant. Contra, si vna moduletur tibias impares, ipsum vero cantum, monædū vocant. Mihi si in re obscurissima diuinare fas est, admonere lectorem, num dextras tibias pares credi oporteat, cum ambæ sint dextræ: impares, quum ambæ sinistræ. Hanc diuinationem mihi colligere videor, ex inscriptione ἰσοπύκνιμος ἑτερόφθογγος. Acta est, inquit, primum tibiis imparibus, deinde duabus dextris, vt sit quędam contrarietas in duabus dextris, & imparibus tibiis. Sed obstare videtur titulus Andriæ. Modos fecit Flaccus Claudi filius, tibiis paribus, dextris & sinistris. Nec Sexti Pompeii sententia nobis amica est, quæ dicit, impares tibias numero foraminum esse discretas. Ceterum videndum, ne quid sit mendæ in ista Andrię inscriptione, & num legendum: Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus, deinde dextris & sinistris, vt bis eam actam intelligas.

telligas. Sane titulos istos non bona fide niti, vel ex sola Eunucho obseruaueris, sic enim ibi habetur. *Acta ludis Magalensibus L. Posthumio, L. Cornelio, Ædilibus curulibus, egit L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Prænestinus, tibiis duabus dextris.*

Hæc donatus habet, eam actam fuisse non a L. Attilio Prænestino, sed a L. Numidio Posthumio, nec duabus dextris, sed modulante Flacco, tibiis dextra ac sinistra, ob iocularia multa permixta grauitate. Hæc (vt illud obiter annotem) si modulante capias, pro modulos faciente, nihil omnino obstrepit: sin pro modulos ipsos canente, necessum est, vt idem alternatim bis tibiis sit vsus, aut simul ambas inflauerit, qualem aliquando Marsiæ imaginem depictam vidimus. Ceterum huic opinioni infesta occurrit sententia Varronis, quæ primas vices in incentiua, secundas in succentiua posuit. Aduersatur item Sextus Pompeius, qui dextras tibias, eas esse ait, quæ dextra tenentur: sinistras, quæ sinistra, quod huic geri non potest. Sed vt redeam ad meam diuinationem, qua nihil efficere volo, nisi vt studiosorum attentionem exacuem, videtur Heautontimorumenos, quæ ter acta est, in singulis actionibus modulos variasse. Ita enim inscribitur. Modos fecit Flaccus Claudi filius, acta primum tibiis imparibus, deinde duabus dextris, acta etiam tertio C. Cornelio, M. Iuuencio Consull. fieri non potest, quin duæ dextræ tibiæ diuersum quiddam sint ab imparibus, nihil autem iis magis diuersum, quam sinistræ tibiæ. Asiaticus autem, qui in hoc titulo defectum indicat, fortasse olim ista aut similia verba habuerit. Acta etiam est tertio, tibiis dextris ac sinistris, C. Cornelio, M. Iuuencio consulibus. Hoc pro auctario adiiciendum est, non solum modulos euariatos esse, cum denuo comœdia in scenam reduceretur, vt in hac fabula contigit, sed aliquando per singulas scenas pro eius loci conditione tibias immutatas fuisse. Ex sono enim cantici, antequam histrio prodiret, admonebatur spectator, quid læti aut tristis, concitati aut placidi in argumento contineretur. Choros autem inductos fuisse post singulos actus, actum adhibitum fuisse canticum, nemo dubitat. Porro tres olim partes comœdiæ fuerunt. Canticum, quod duabus tibiis vna persona aut ad summam altera constabat. Chorus, qui incerto numero personatum, sed omnium vocibus in vnum sonum confusis vtebatur. Diuerbium, quod colloquio trium, aut ad summum quatuor personarum contertum erat. Nunc vero in comœdiis Plautinis & Terentianis præter Diuerbia nihil habemus.

Quæ sint significationes venusti. Ex Andria Terentii, Actu primi, Scena quinta.

CAPVT VII.

Deos hominem inuenustum aut infelicem quenquam, vt ego sum?

Verba sunt Pamphili suas miserias conquerentis. Adfert hùc Donatus acutam & perquam elegantem distinctionem. *Innuenustas (inquit) sine Venere, id est, sine gratia, quem omnes vitant, repudientque pulcra: & qui magis deformes appetant. Rursus, innenustus, cui displicens obiicitur, infelix, cui placens negatur*: acute (*me hercle*) & perquam diserte. Ceterum, dum obiter obuiam Syllæ apud Plutarchum cum meo Richardo Branaisbæo perlegerem, viro non minoris eruditionis quam humanitatis, peruenissemque ad ista verba.

καὶ πέρας ἐπέλαβεν ἐπὶ τέλους εὐτυχῆ καθυπογράψαι τὸν βίον ὁ φιλίξ βουλεῖ) μᾶλλον δὲ λοιδορῆσαι, αὐτὸς δὲ πρὸς ἐκείνου γράφων, καὶ χρησμῷζει ἑαυτὸν ἐπαφρωδίτον αὐτογράφον, ὃ παρ' ἡμῖν οὐτὶς τροπαίοις ἐστὶς ἀναγράπτειν.

Hoc est:

Ac tandem se ob ista iussit εὐτυχῆ appellari, hanc enim significationem vocabulum felix præ se fert. Ipse certe in suis ad Græcos rescriptis, venustum semet nuncupauit, qui titulus apud nos in eius trophæis visitur, substitimus admirabundi cur homo, cui in obsidione Athenensi, de muro adulteria vxoris obiiciebantur, & cuius filia, Fausta nomine, mœchatu infamis erat, sese venustum & infelicibus, & trophæis ad æternitatem memoriæ inscripserit: qui Venerem haberet magis infestam, quam ipse Diomedes, qui eam vulnerauerat. Huic enim vxor adultera fuit, de filiæ probro nihil legitur, incœpi cogitare, fieri non posse, quin olim venustus felicem significauerit. Certe Plutarchus in eodem significatu vtrumque agnouit. Hæc mihi obiter in mentem venit, is versiculus Terentianus.

Adeon' hominem invenustum aut infelicem quenquam, vt ego sum?

Credidique inuenustum non (vt nunc illepidum, nec quem pulcrę despuant, vt solum modo ad amoris infelicitatem hæc vox pertineat, sed in genere ad infortunatum pertinere, atque in eodem significatu etiam olim faustum fuisse, alioqui nec ipse se, nec liberos suos *faustos* appellasset. Quin in Hecyræ vltima scena, vbi Pamphilus errorem suum & partum agnoscit, exultans ob inperatam felicitatem, in hæc verba erumpit. *Quis me est fortunatior? venustaque adeo femina?* Aulus Gellius quoque, Noctium Atticarum libro decimo quarto, capite primo, etiam aliam adhuc isti vocabulo significationem attribuit. *Disciplinam, inquit, istam Chaldæorum tanta venustatis non esse, quanta videri volunt, hoc est, non tanta auctoritatis aut magnificentiæ.*

Quid sit Bona dicere. Ex prima Scena Andriæ.

CAPVT VIII.

Tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas.

Non

Non est hæc, bona dicere, virtutes Pamphili deprædicate, vt vulgo creditur, sed bene ominantis vox, quod Græci vnico verbo *Εὐφημεῖν* efferunt. Est enim hæc bona dicere, læta precari, & in futurum secunda diuinare, adeo vt hæc sit species quædam gratulandi de præsagio futurorum bonorum. Laudant ergo eius fortunas, qui gnatum haberet tali ingenio præditum, cuius indoles læta omnia in futurum polliceri videbatur. Eadem quoque ratione dictum est in proxima scena, bona verba quæso. Non enim hæc seruus maledicta in se deprecatur, nec tam molles habet aures, vt minacias illas grauetur audire homo mastigia, neque ex decoro est, quicquam tale a seruo simulari: sed dehortatur herum, ne tam tristia omina aduersus se concipiat, ipsum scilicet a seruis ludibrio haberi, aut falli denique posse, cum sit tam sagacis pectoris. Vnde subiicitur statim a Simone, Irrides, indicans se falso a seruo palpari. Nam ridere, & irridere apud veteres pro adulari ponebatur. Sic Actus tertii Scena secunda, vbi hæc Daui verba sunt, in quibus sagacitatem Simonis sese admirari fingit, inquiens. *Eho an tute hoc intellexti assimulariet? Simo Irrideor, id est, palpationibus & adulationibus tentor, & quasi titillor.* Ita quoque ab Horatio dictum est:

Derisor vero plus laudatore mouetur

Quo in loco aliam significationem torqueri non possunt. Ita quoque Plautus in Captiuis. Scio absurde dictum, hoc derisores dicere, id est, parasitos & palpones. Quod si cui in istis locis vulgatæ interpretationes placent, non inuidemus illi sua frigora, hybernet in illis niuibus, quam diu illi volupe est. Sed nos iam ad alia procedamus.

Vecordia quam significationem habet. Actus quarti Scena prima.

CAPVT IX.

H Occinne credibile aut memorabile?
Tanta vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeat, atq; ex incommodis
Alterius, sua comparent vt commoda?

Quid autem sit hoc in loco vecordia, & Donatus tacuit, & alii meo iudicio *ἀσκοπῶς* interpretati sunt. Non enim hæc Terentius intelligit per vecordiam amentiam, aut socordiam, aut stultitiam, aut denique aliquid istis affine: sed animum prauum, malignum, & inhumanum, quod vitium Græci *ἀγνωμοσύνην* vocant, huic humanitas vt contraria virtus opponitur. Inuenies hanc vocem apud Demost. in epistola pro filius Lycurgi. *Vt Veiones sunt, non qui innant, sed nocent: sic a vecors, non qui humanitate ad bene merẽdum, sed malignitate ad offendendum paratus est.* Ceterum quia ista sunt verba Charini, admoneor, vt ad scenam primam actus secundi me reflectam, vbi hæc verba Charini habentur:

Va misero mihi, vt animus in
Spe atq; timore antehac attentus fuit,
Ita postquam ademta spes est, lassus cura confectus stupet.

Nusquam Terentius in tam præcipiti loco stetit. Vt enim cogitur inuenire amatorem Philumenæ, ne tragicum quid fiat, si illa repudietur a Pamphilo nullo substituto amatore: ita si Terentius hunc amatorem industrium & solertem finxisset, caruisset suis difficultatibus Pamphilus, traducto Chremete ad partes Charini. Atqui si ista perplexitas & periculum affinitatis abfit ab amoribus Pamphili, Epiraſis omnem vim suam amisisset. Necessum igitur fuit, vt Charinum segnem & inopem consilii induceret. Rursus si illum torpido & locordi ingenio fingeret: auersaturus erat talem generum Chremes, quamobrem stupor ingenii, & illa inopia consilii, non ingenio illius, sed aliis caussis imputatur. Hinc est quod dicit.

Va misero mihi, vt animus in
Spe, atq; timore antehac attentus fuit,
Ita postquam ademta spes est, lassus cura confectus stupet.

Quibus verbis tacite Poeta suam Oeconomiam communit. Nunc mihi dicendum est, quid hoc in loco, attentus, significet. Donatus, aut alius sub illius nomine, rem ita tractat. Attentus (inquit) fuit, vt attentus audire dicitur. Præterea nihil addit, quod sententiam explanet. Est autem hic attentus idem, quod distentus & arreptus, vt qui vtrimque hactenus & a spe, & a metu detinebatur. Impar ergo duobus antagoniſtis, addit se lassum, & cura confectum animum ad consilium intendere non posse. Hinc est, quod ab aduersario suo Pamphilo, nimirum riuali, vt ipse putat, consilium petit. Ceterum ne id ridiculum sit, per Prolepsin magna amicitia inter Charinum & Pamphilum ostenditur, vt hac fiducia ad opem petendam descendat, quod ex his verbis obscure quidem, sed tamen colligitur. *Pamphile si id facis, hodie postremum me vides. Nemo enim abitum suum e patria comminatur nisi amico, nam inimico hoc ipsum in votis est.* Postea idipsum liquidissime apparet, cum dicit. *Nunc te per amicitiam & per amorem obsecro, principio ne ducas.* Ceterum mirum videri potest, cur Charinus nusquam se conscium amoris Pamphili erga Glycerium ostendat, homo sodalis & amicus? Ego id propterea existimo factum, ne nihil ex anxietate Charini relaxaretur, quod futurum erat, si ei constaret Pamphilum alio amore occupatum esse. Iam quod sequitur. *Birrhia, quid tibi videtur? adeon' ad eum?* B. *Quid ni, si nihil impetres, vt te arbitretur sibi paratum machum, si illam duxerit.* Ego plus argutiæ in hoc sensu esse credo, quam ab interpretibus indicatur, vt hic sit intellectus. *Quid ni adeas?* aut enim impetrabis per gratiam, vt puellam cedat, aut si hoc

si hoc amicitiæ non indulserit, metu adulterii coges illum a suspectis nuptiis abstinere, vt duplex sit ratio, cur adeundus sit Pamphilus. Porro in illa interrogatiuncula, *Hodie vxorem ducis?* vltimum votorum suorum Charinus includit. Vltimum enim erat, vt peteret dilationem nuptiis, ergo quærit, an hodie ducturus sit? quasi qui interiecto tempore id pati posset. Subiungitur deinde. *Si id facis, hodie postremum me vides.* Mire illud hodie quod ipsum excrutiat iterum reponit, & exsilium suum & nuptias Pamphili in idem tempus coniecit. Rapior quadam dulcedine in hac scena pergendi. *P. Quid ita? Ch. Hei mihi vereor dicere, huic dic quæso Birrhia. B. Ego dicam. Sponsam hic amat tuam.* En rusticum interpretem alienæ voluntatis, qui sine proœmiis, sine communitione, omnem caussam nudam simul effundit.

De generibus παρομοίων. Ex quarti Actus Scena quinta.

CAPVT X.

NI puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam, teq; ibidem peruoluam in luto.

Donatus in his verbis παρόμοιον agnoscit, quod certe aut nullum hèic est, aut perquam inscitum. Ita enim inquit. *Teque ibidem peruoluam in luto, de proximo παρόμοιον repetit, & quando nomina sunt, παρωνομασία: quando verba, παρόμοιον dicitur. Isthic enim præterquam in præpositionibus pro & per, quæ verbis adhærent, nihil innouatur in sono, in significatione certe nihil, aut fere nihil diuersi apparet, adeo vt omnis arguitur absit, quæ sola hanc figuram commendare possit. Plena n. gratia consistit in vocibus sono aliqua parte similibus, sensu diuersissimis, vt est, orator, arator, prætor, prædo, patres conscripti, & circonscripti. In istis autem verbis, prouoluam & peruoluam, quid est diuersum? quod in exspectato sensu mentem subito quasi ictu feriat.* Ego, si mihi censura permittatur, ταυτόλογον id potius, quam παρόμοιον dicerem. Credo igitur Donatum ad hunc modum legisse.

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam, teq; ibidem proluam in luto.

Vt minetur illam se tanquam scropham tractaturum, quę in volutabro prolui & versari solet. Ceterum quia semel in hoc genere figuræ insistimus, docendum est paucis, quam diues & varia supellex istarum rerum apud Homerum reperiatur, quo intelligant isti vernaculi rithmatopoei, qui se rhetores dici volunt, eo quod omnes versus suos, eodē sono ὁμοιοτελευτῶς claudunt, nihil apud illos esse repertum, quod non prius apud Homerum aliosque auctores vsurpatum sit. Breuissima in vna dictione consistit, cum aliud verbum exprimitur, aliud non expressum

ſubintelligitur. Vt Nero dixit, patrem ſuum Claudium deſiiſſe inter mortales mo(ωρ)ari prima longa. quum in exſpectatione eſſet, vt idem verbum prima breui enuntiaret, ſcilicet vt intelligeres eum deſiiſſe inter mortales agere. Et vt Cicero dixit, *tu coqui* pro coniunctione *quoque*, obiiciens ei homini culinaria miniſteria. Secunda in duabus dictionibus expreſſis tenetur, vt apud Homerum *εὐπίθει πείθοντο*. Plautus in Truculento, *amænis mænibus*. Huic diuerſum eſt, cum idem verbum bis poſitum, in alia atque alia ſignificatione capitur. Terent.

Tu homo, ſi homo eſſes. Sed hoc etiam alio nomine inſignitur. Vocant enim Plocen. Aut eandem vocem in multos caſus variant. Vergil.

Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum, Sed tum quoque aliud nomen meretur. *παρηγμένον* enim dicitur, quo genere loquendi veteres comici ſupra modum delectati ſunt. Iam idem recurrit verbum, ſed inuerſis literis, vt plane aliud videatur; quam quidem Rhetores doloſam vocant *παρήχησιν*. Quale eſt apud Lycophronem *λέπας καὶ πέλας*, & apud Homerum *θυμὸς καὶ μόθος*, apud diuum Bernardum *Aue & Eua*, quæ mutato ordine iiſdem literis conſtant. Ceterum iſtæ figuræ infrequenter apud Poetas, diſſimulatiſſime apud Rhetores inueniuntur, tum quia nimiam habent artis oſtentationem, tum quia a Cacozeliæ finibus non longe abiuncti ſunt.

Quam ſibi excidant perturbati. Actus quinti Scena ſecunda.

CAPVT XI.

IMo vero indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.
Neſcio quis ſenex modo venit, ellum, confidens, catus
Cum faciem videas, videtur eſſe quantiuis pretii,
Triſtis ſeueritas ineſt in voltu, atq; in verbis fides,
S. Quidnam apportas? D. Nihil equidem, niſi quod illum audiui dicere. S. Quid ait tandem: D. Glycerium ſe ſcire eſſe ciuem Atticam.

Dauum eſſe perculſum, & ab omnibus ſuis vafriciis & calliditate deſtitutum, nihil eſt miri, quum egreſſus domo Glycerii (quæ res illi omnem purgationem adimebat) ſubito incidat in iratiſſimum ſenem. Quod autem pro ſui Pamphilique defenſione deſtinauerat allegare ex ſubita conſternatione tale eſt. Cum interrogatum eſſet a Simone, *Cur igitur hèic eſt?* & ſubieciſſet per ironeiam Chremes. *quid illum cenſes?* cum ea litigat, tanquam ſerio dictum, pro ſe arripit Dauus, ac inducere volebat, præter veteres offenſas inter Glycerium & Pamphilum, quas apud Simonem hactenus iactauerat, nouam & prægrandem cauſſam litigandi ſuperueniſſe.

peruenisse. Pamphilum enim, & se (audita iactantia Critonis, qua asseuerabat Glycerium ciuem Atticam) in domum Glycerii concurrisse, vt hominem refellerent, ipsumque indignabundum in mediis iurgiis prorupisse, vt querelas istius rei ad herum referret, eamque esse & ingressionis & egressionis caussam. Sed hoc speciosum commentum animus perculsus exsequi non potest, adeo vt in magno metu ingeniosus a stupido nihil differat, & qui hactenus fuerat Dauus, hoc est, callidissimus, nunc simplex ille Birrhia videatur. Bene autem secundum obseruationem Grammaticorum dictum est. Glycerium esse ciuem Atticam, non Athenien sem. Auctor enim est Eustathius, viros ἀστοὺς, mulieres ἀστὰς appellari. Et rursus, virum fortem ἀνδρεῖον, mulierem non ἀνδρείαν, sed ἀνδρικὴν dici.

Nothos esse, qui ex altero parentum non ciue nascuntur. Sequitur deinde in proxima scena.

CAPVT XII.

A Deon' impotenti esse animo, vt prater ciuium
Morem, atq; legem, & sui voluntatem patris
Tamen hanc habere studeat cum summo probro?

Quæ sit illa lex, quam his nuptiis contemnit Pamphilus, & subticet Donatus, nec ab aliis declaratur.

Lex erat, eaque lata a Pericle, vt in ipsius vita refertur a Plutarcho: nothos esse eos, qui non ex duobus Athenien sibus nascerentur, prolemque illam honorum, magistratuum, aliarumque commoditatum ciuilium minime capacem censeri. Simo autem Glycerium vt Andriam peregrinam esse credit. Supra enim dixit. *Sed quid hoc? adeon' est demens ex peregrina?* Horatius de Cleopatra. *Sequiturq; nefas Ægyptia coniunx.*

De nominibus parasitorum. Ex Eunuchi prologo.

CAPVT XIII.

C Olacem esse Nenii & Plauti veterem fabulam.
Parasiti personam inde ablatam & militis.

Parasiti nomina plerunque etymo suo ad mores alludunt. Sic *Gnato* a maxillis dictus auiditate edendi, Manducem aliquem maxillas inter se claro sono collidentem repræsentare videtur. Sic *Gelasinus*, quia ridiculus est, nomen inuenit, quod & ipse his verbis in Sticho confitetur, *hoc adeo nomen repperi, quia iam inde a pusillo puero ridiculus fui.* Sic *Saturio* in Persa per antiphrasin a saturitate dictus, quasi qui nunquam expleri posset. Sic in Milite glorioso. *Artotrogus*, a deuorandis panibus nomen sortitur. Sic *peniculus* in Menechmis, quod tanquam spongia mensam, ita ipse reliquias omnes ciborum detergat. Sic *Curculio* quasi *gurgulio* a verme edacissimo frumenti vocabulum adeptus est: Eadem ratione quoque *Colax* appellatus videtur, qui vel ἀπὸ τῆς κολακείας,

hoc est adulando, vel vt D. Alciatus in quarto Parergῶν, capite 16. ab aue Colace, nūcupationem obtinuit, quam eandem existimat cum Melancorypho, eamque vulgo parrhaciolam dici, ac nomen inditum ab appetentia ciborum. Veteres enim κῶλον cibum vocauerunt, eamque originationem κοιλία venter, & κολαιὸς graculus respicere videntur,

Triplex genus parasitorum. Ex Eunuchi scena secunda, Actus secundi.

CAPVT XIV.

AT ego infelix, neq; ridiculus esse, neq; plagas pati
Possum, quid tu his rebus credis fieri, tota erras via.

Duplex olim parasitorum genus, vnum, quod ridiculis dicteriis cibum alienum captabat, qui a Plauto in Captiuis *derisores* appellantur, alterum, quod verbera aliasque indignitates vltro patiendo, victum quæritabat. Qualis omnino apud Homerum Irus fuit, cuius antagonistam se Vlysses simulat. Isti a flagris, quibus olim cædebantur, flagrones dicebantur. In vetustis tamen codicibus inuenio, non flagrones, sed flagriones. Ac propterea quod scapulas suas ad plagas venditabant: elegantissimo vocabulo a Plauto nuncupantur *plagipatida ac Lacones*. Pueri enim Laconici in ara Dianæ, se vltro flagris concidere solebant. Sed neutro generi se miser iste idoneum dicit, admoneturque a Gnatone, non duplex genus esse parasitorum: sed sua etiam inuentione tertium exsistere, liberum ab istis miseriis, & extra ludibria positum, adulatores scilicet, qui vbique ad omnia aliorum & dicta & facta illud euge accinunt, seque istius disciplinæ & scholæ dogmatisten asseuerat.

Cur meretrices calamitates dicantur. Ex eadem fabula Scena prima primi actus.

CAPVT XV.

SED ipsa egreditur, nostri fundi calamitas.
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Donatus interpretatur calamitatem, grandinē, quod calamum comminuat, nec dubium, quin optime & rectissime. Quid enim nō eximium, quod vere illius est? Ceterum *αἰπολοχία* illa, cur sit calamitas, cum dicit: *Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit*, parū mihi cum hac interpretatione cōgruere videtur. grando enim non intercipit, sed contundit & demolitur. Est autem intercipere, cum quod alteri destinatum est, antequam ad eum perueniat, ab altero arripitur. Cogor igitur nonnihil oculos meos reflectere ad Idyllia Theocriti, vbi optimus Boucoliographus in Messoribus, puellam depastricem alieni patrimonii *κολαμεύειν* appellat, hoc est, locustam, quæ messem destinatam agricolis intercipere consueuit. Fundus autem (vt id obiter dicam) teste Paulo Iure. C. de rerum & verborum

verborum significatione, *est integrum aliquid*, & plerumque fundum sine villa accipimus. Alii latius, *omne id quod solo continetur*, dictus quasi fundamentum sit patrimonii. Apud Plautum in Truculento (si modo id opus eius est) pro fructuosissimis prædiis capitur. Ita enim loquitur de nouitio & munifico amatore. *Nunc is est fundus nobis*, quod optime cum Varronis interpretatione consentit, qui fundum inde dictum asserit, *quod fundat quotannis plurima*.

Quid scrupulus significet, Ex Andria.

CAPVT XVI.

VT regrediar ad Andriam (nam vt quidq; primũ in memoriã venit, ita non pro gradu naturæ suæ, sed pro recordationis nostræ ordine in principio collocatur, atque hoc modo vere Miscellanea facio) Actus quinti Scena quarta, hæc verba sunt Chremetis Glycerium pro filia fere in totum agnoscentis, ac non nisi vna dubitatiuncula suspensi.

At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet.

Hæc Donatus. *Scrupulus*, inquit, *a scrupo lapide dictus, lapillus minimus. Nam nimis molesta sunt pedibus scrupulosa via.* Vergilius. *Scrupea tuta lacu.* Ego istam interpretationem (in quam tamen omnes pedibus concedunt) vt nec approbo, nec reiicio: ita fine suspicione dimittere non possum, alii viderint, an ea Donato asserere debeant. Ego interim dicam opinionem meam, quam tamen sine vlla asseuerarione profero, credoque *scrupulum*, non lapidem qui pedes offendat, sed genus ponderis esse, quem nonnulli *scriptulum* malunt dicere, nimirum quia idem sit cum Grammate, vtpote vigesimaquarta pars vnius vnciæ. Est autem iste sensus, Chremetẽ agnoscere, sibi in examinanda filia pleno ponderе satisfieri, nisi quod vnus scrupulus desit, nomen scilicet puellæ non congruere, id in tantis signis, vt rem minimam scrupulum vocat, qui est assis pars ducenteſima, & octogesima octaua.

Quod & Quoad eandem dictionem esse. Ex Eunucho, Actus secundi, Scena prima.

CAPVT XVII.

MVnus nostrum ornato verbo, quod poteris, & Istum amulum, quod poteris abilla pellito.

Quod hoc in loco per crasim contractum est, plenum est, si dicas: Quoad, hoc est, quatenus, quousque, quod veteres cum genitiuo construebant. Quoad eius fieri potest. Nihil existimat Linacer inter hæc Imperatiua interesse, orna & ornato, pelle & pellito: Antiqui tamen quod in perpetuum volebant fieri, per futurũ imperatiui enuntiabant, hinc est, quod Edicta legum hac formula vbique concipiuntur. Et haud scio, an hoc ipsum hinc a Terentio sit obseruatũ. Donatus certe videtur tacite aliquid huiusmo-

di innuere, *pellito*, inquit, *ab ea, ab eius animo, & non pellifacito, sed pellito.* Qui locus mihi de vitio suspectus est, vt opiner legendum ad istum modum. *Pellito ab ea, id est, ab eius animo, & non pelle, sed pellito*, sed ad veteres codices esto prouocatio.

Græcismi Terentii.

CAPVT XVIII.

IN eadem Scena omnino Græcissat Terentius, nec mirum, quippe interpres Menandri. *Vigilabis lassus hoc plus facies.* Græce id vnico verbo dicitur πλεονεκτήσεις, hoc est, *tantum proficies hoc plus habebis.* Ad eandem quoque formam in Heautontimorumeno. *Quod in opere faciundo opera consumis tua*, Si sumas in illis exercendis, plus agas, vbi plus effeceris, significat. Neq; illud in Eunucho. Actus tertii Scena secunda φιλήσιος μῶ caret.

O Thais mea, meum suauium, quid agitur? ecquid nos amas
Defidicina hac? Mollius illud apud Græcos φίλημα dicitur, quod simul & osculum & amorem significat, vt merito quam ames φίλημα appelles. Ita quoque actus quarti scena sexta, Græcam locutionem nonnihil respexit. *Vsque adeo ego illius ferre possum ineptias & magnifica verba, verba dum sint? verum si adrem conferentur, vapulabit. Adrem, Ad opus.* Sic Aristophanes in Ranis.

Νῶν γ' ἀγὼν οὐδὲ σοφίας μίγας χρεὼ πρὸς ἔργον ἴδη.

Sic quoque in Heautontimorumeno. *Vis amare, vis potiri, vt quod des illi effici, tuum in potiundo periculum non vis, haud stulte sapis.* Græci stulte sapientem μωρόσοφον vocant.

Diuerticulum alterius significationis quam vulgo persuasum. Ex Eunucho actus quarti Scena secunda.

CAPVT XIX.

VBi ad ipsum veni diuerticulum, constiti.
Occepi mecum cogitare, hem biduum hoc
Manendum est soli sine illa.

Duplicem significatum reperio in hoc vocabulo, *diuerticulo*, nonnunquam mansionem significat, sed temporariam, vbi declinandæ aeris intemperiæ gratia: vel fessus ab itinere pernoctationis caussa, viator subsistit, Græci κατάλυσιν appellant. Aliquando diuerticulum est, vbi incipit semita, quæ te digredientem a publica via in alicuius villam deducit. Sic Suetonius in vita Neronis: *vt ad diuerticulum ventum est, dimissis equis, inter fruticeta ac vepres, per arundineti semitam egre, nec nisi strata sub pedibus veste, ad aduersum villæ parietem euasit* Quod autem Græci παράστασιν vocant, id Latini diuerticulum operis appellant.

Extrema linea quid sit.

CAPVT XX.

Est

Est quoque aliquid in hac eadem Scena, vbi interpretes meo stomacho non satisfaciunt, idque in his verbis.

Si non tangendi copia est,
Eho ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit. Certe extrema linea
Amare, haud nihil est.

Mirum & hoc quoque Phædriam vt parceret oculis, ne amicam videret in alterius potestate, tus concedere voluisse: nunc hoc ipsum videre, pro aliquo fructu amoris existimare, & appellare istam vsurpationem oculorum, extremam amoris lineam. Ceterum vnde linea pro gradu siue ordine dicatur, & quid huic metaphoræ occasionem dederit, nondum ad liquidum inueni: nisi hoc ipsum sit, quod iam dicam, est autem ea pars theatri, vbi spectatores sedent, primum diuisa in cuneos, postea in lineas, quasi in quædam interscpta, ne compressio alicubi orta in totum theatrum inundet, & vniuersos spectatores affligat. Vnde illud quoque Ouidii, ad puellam vitabundam alterius consessus, ait.

Cogit nos linea iungi. Atque ita factum arbitror, vt vltima linea pro vltimo ordine dici cœperit, atque ex eodem fonte emanasse illud.

Mors vltima linea rerum. Aliam opinionem habet Erasmus, in hoc ipso adagio, refertque ad carceres, quod mihi parum probatur.

Quid rerum, quo significatu dicatur. Ex Heautontimorumeno.

CAPVT XXI.

Exigua res videtur primo intuitu, sed si penitus introspicias, operam non videberis ludere. Est autem illud apud eundem in Heautontimorumeno actus secundi Scena tertia, *Non oportuit relictas, portant quid rerum.* Quo sensu, quaue indole illud dictum sit, interpres silentio transmittit. Est autem hæc *quid rerum*, pro magnas siue multas res, non aliquas res, non enim alioqui subsequutus fuisset gemitus amantis, qui ex mole istarum sarcinarum arbitratur puellam corruptam esse, & flagitio vulgati corporis, tantas res sibi parauisse, hei mihi. Sed ne mea sententia simplici coniectura nitatur, allegabimus in subsidium Vergilianum carmen.

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit?
Nescio, quid certe est, & hilax in limite latrat.

Maximum est augurium, e cinere, vbi prunarum nullæ reliquiæ sunt, exsistere flammam. Quod Vestales, sacrificante Terentia vxore Ciceronis, cum contigisset, auspicatissimum ostentum interpretatæ sunt, ad opprimendam Catilinariam coniurationem. Puella igitur perculsa tanto prodigio, pro magno id habet, etsi eius

significationem ignoret. Vnde illa vox, bonum sit? nescio, quid certe est, hoc est, res magnifica certe, & quæ graues in alterutram partem effectus denuntiet. Græci pro eo χρῆμα dicunt. Synesius.

ἡμῖν δὲ τὸ μουσικῆς χρῆμα ἐπιχώριον ὡς οὐδὲν ἄλλο.

Quod ita translatum est a Budæo in suis in Græcam linguam commentariis. Nobis autem Musica quoque vernacula res, vt si quid aliud præstantissima. Nec abludit illud Heautontimorumeni Actus tertii Scena prima. *Nam vt alia omittam, pitissando modo mihi, quid vini absumsit.*

LIBER SECVNDVS

LÆTISSIMA DIFFICVLTER CREdi, diffidentia animi.

In eadem fabula Scena secunda, Actus quarti.

CAPVT I.

TEneo ne te Antiphila, maxime animo exoptata meo?

Nihil ego heic ab aliis dissentio, sed hunc affectum dubitandi de maximis suis gaudiis, quasi quæ fidem superent: non potui omnino tacitum dimittere. Cum videam hoc ipsum luculentissime etiam a Vergilio seruatum. In tertio enim Æneidos, subito Aeneas apparens Andromachæ, attonita præ gaudio, nec satis suis oculis credens, in hæc verba erumpit.

Vera ne te facies, verus mihi nuntius affers
Nate Dea? Viuis ne? aut si lux alma recessit,
Hector vbi est?

Interrogatio autem ista (vt hæc obiter dicam) bimembris est. Tune vera mihi facie appares, ac viuis, an sub idωli specie, simulacrum tui exhibes, vt mortuus? quod si mortuus (nam in eam partem magis suspicio Andromaches inclinat) Hector vbi est? Solet vetustas credere, certis temporibus anni, terram patere, ac tum manes libere vagari. Putat ergo Hectoris vmbram in comitatu Æneæ esse, vt socii quondam carissimi. Eadem addubitatio repræsentata est a Terentio in Heautontimorumeno, cum ait.

Me. Nunquid nam de gnato meo audisti Chreme?
Chre. Valet, atq; viuit. M. Vbinam quæso est? C.
Apud me domi. Me. Meus gnatus? C. Sic est. M.
Venit? C. Certe. M. Clinia meus venit? C. Dixi.
M. Eamus, duc me ad eum obsecro.

Vides quanta inculcatione opus est, vt tantum suum gaudium senex credat? vt per partes fidem concipiat? vt singulis insistat? quasi qui totum simul nec in aures, nec in animum admittere queat.

Quid sit magnifice tractare & poscere. Actus tertii, Scena secunda.

CAPVT

CAPVT II.

Chre. Non vſus veniet ſpero. Sy. Spero equidem hercle ego quoque.
Neq; eo nunc dico, quod quicquam in illum ſenſerim.
Sed ſi quid: ne quid, quæ ſit eius ætas vides,
Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnifice Chreme
Tractare poſſum.

Si Calphurnius diligentior eſſet in nodis explicandis, libenter ſuperſederem huic noſtro labori, ſed ille, vt ſedulo imitatur Donatum, ita illius virtutes non aſſequitur. Nec hoc in loco quicquam monet, quid ſit magnifice tractare, cum in eo lateat mirifica vis & calliditas Syri. Supra adhortatus fuit Chremes, vt aliqua fallacia emungeret a Menedemo pecuniam, vnde eſſet adoleſcenti, quod daret amicæ, quo ita vel inuitus ſeruari poſſet ſenex. Id verbum pro ſe arripuit Syrus, atque in ea ſpecie decipere herum, ſeruationem atque magnificam tractationem videri vult. Ceterum quia hæc multa dicta ſunt per ἀποσιώπησιν, id quod ſubintelligitur, adiiciam.

Neq; eo nunc dico, quod quicquam in illum ſenſerim, ſubaudiendum tale quid competere, aut accuſatiuus pro ablatiuo poſitus, pro quicquam in illo ſenſerim. *Sed ſi quid*, ſubaudi, talę exortum fuerit: *ne quid*, ſub audi, iraſcere. *Quæ ſit eius ætas vides*, videlicet quam obnoxia rebus iſtis. Omiſſum eſt deinde quod intelligi voluit, nimirum, quod ſi tale quid euenerit, certe ego hac in re de te præclariſſime mereri poſſum, ſcilicet, ſi ſeruem te iſtiuſmodi circumductione & fraude: omnino enim inſtat, vt in futurum quaſi ſpondeat immuniatem. Quod autem ſequitur maioris difficultatis eſt.

Chrem. Quid tum? Sy. Clinia orat, ſibi vti nunc det illam, illi tamen
Poſt daturum mille nummum poſcit. Chrem. Et poſcit quidem Sy. Hui
Dubium ne id? Chrem. Ego ſic putaui, quid nunc facere cogitas?

Tota vis ſententiæ ſita eſt in hoc verbo poſcit, quod quia non intelligitur: inexplicabiles adfert lectori tenebras. Calphurnius duplici in errore eſt, & quod hoc verbum ad Bacchidem refert, & quod poſcit pro petit interpretatur. Sic enim ait: *Dubium id ne?* id eſt, quod meretrix auara poſcat? Eſt autem hæc poſcere idem, quod ſpondere, & pretium pro re emenda offerre. Apud Plautum in Mercatore, adoleſcens amator, & ſenex non minus amore corruptus, ad hunc modum licitationibus inter ſe contendunt in emenda puella. Actu ſecundo Scena tertia.

Demiph. Viginti minis opinor me poſſe illam vendere
Charl. At ego ſi velim, iam dantur ſeptem & viginti minæ.
Demiph. At ego. Char. Quin ego inquam. De. At neſcis quid

Dicturus sum, tace, tres minas accudere possum, vt triginta sient.
Char. Quo vertisti? D. Ad illum qui emit. Char. Vbinam est is homo gentium.
De. Ecce illum video, me iubet quinque addere etiam nunc minas.
Cha. Hercle illum dii infelicitent, quisquis est. D. Ibidem mihi,
Etiam nunc adnutat, addam sex minas. C. septem mihi
Nunquam adepol me vincet, hic commodum possit pater.

Hoc est, maiori commodo nostro licetur, vtpote qui maius pretium offerat. Rursus Demipho. *Nequicquam poscit, ego habeo* Idque pulcre ex more auctionantium. Fingit enim senex sibi esse addictam puellam, ac proinde frustra, vtpote sero alterum maius pretium offere. Id vt refellat, subiicit Charinus. *At illic pollicitus est prior*, hoc est, licitatus est. Nam in eo sensu hæc omnino capitur. Ipse quoque Alitus ferme eandem significationem huic voci in suis parergis attribuit. Vult enim ille pollicitationem esse illud primum pretium, quod vltro offert emtor, antequam preco rem venalem proclamet, quod ab eo tempore possit fieri licitatio. Rursus Demipho. *Nihil facio.* Cha. *quinquaginta poscit.* De. *non, centum dantur.* Vides omnino hæc poscere, proliceri & auctionari positum. Sed hoc me male habet, quod quadruplo plus in mutuo est, ob quod puella oppignorata fingitur, quam in pretio quo poscitur, cum ab auara meretrice vix tantidem impetrari possit. Deinde illa admiratio Chremetis, de magnitudine pretii. Et poscit quidem, locum non habet, si quadruplo minoris petitur, quam quanti pignori data est. Ego autem omnino opinor, nomina pretiorum hinc inde in alienas sedes immigrasse, atq; ad istum modum debere legi. *Fuit quadam anus Corinthia*
Hæc, huic nummorum hac argenti mille dederat mutuum.
Chrem. Quid tum? Sy. Ea mortua est, reliquit filiam adulescentulam.
Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. Chr. Intelligo.
Sy. Hanc secum huc abduxit, ea qua nunc est ad vxorem tuam.
Chr. Quid tum? Sy. Clinia orat, sibi vt det illam, illi tamen
Post mille daturum drachmas poscit. C. Et poscit quidem.

Vbi *tamen* pro *tandem* ponitur, vt intelligas Cliniam non statim ad tantum pretium prosiluisse, sed vt in auctione fit, paulatim eo attractum esse. Vt in hac sententia firmius consistam, id quoque in causa est, quod figmentum veri similitudine caret. Non enim credibile est, pauperculam tantum mutui petiuisse, aut si illud recipias, contra omnem fidem est, quadruplo minoris quam res constet ab auara meretrice addictam esse. Nisi hoc obtendere velimus, Cliniam non in mancipium puellam, sed in aliquod horas petere, vt pro serua patri vendi possit.

Quid

Quid sit Scena in dramatis. Actus secundi Scena tertia.

CAPVT III.

Mihi idem euenit in hoc negotio, quod obliuioso viatori, cui sæpius ob res omissas recurrendū, magna iam itineris parte confecta. Nunc enim in mentem venit, quod superius, quantū ad ordinem attinet, rectius explicari potuisset. Sed, vt dixi, miscellanea facimus. Id autem est in Actus secundi scena tertia.

Syrus. Adducimus tuam Bacchidem. Cli. Hem quid Bacchidem? Eho sceleste, quo illam ducis? Syr. quo ego illam? ad nos scilicet. Clin. Ad patrem ne? Syr. ad eum ipsum.

Nulla est comœdia Terentiana, quæ non scenam suam in ipsa vrbe Athenienſi habeat, hoc est, quæ non fingitur Athenis agi. Vbicunque enim res agitur, ibi scenam suam habet. Sic Hecuba Euripidis scenam habet in Chersoneso Thraciæ. Sic Orestes Argis, Phœnissæ Thebis. Ad eum quoque modum Captiui Plautini in Ætolia, quod ipse his verbis testatur. *Ita nunc belligerant Ætolicum Aulide. Nam Ætolia hæc est: Amphitrio Thebis suum theatrum habet. Menechmi Epidamni.* Nec hoc tacuit Plautus: *Hæc vrbs Epidamnus est, dum agitur fabula.* Miles glorioſus Epheſi. Sic Pœnulus Calydone, Rudens Cyrenis, idque perpetuo egregius ille comicus profitetur. Solus Terentius scenam in prologo non indicat, nec mirum cum omnes fingantur agi in ipsa vrbe Athenarum excepta hoc vnica fabula, vbi scena ruri haud dubie est constituta? Sed ego hoc rus subvrbanum puto, alioqui vrbana Bacchis cum tanta familia & sarcina rerum (si longus ab vrbe iter fuisset) tantam viam pedibus non confeciſſet. Excusatur igitur Terentius, quod suburbana loca pro ipsis Athenis habet, ac proinde cum venia omissam esse scenæ indicationem. Meminit istius obseruationis Plautus in Menech.

Atq; hoc Poeta faciunt in Comœdiis,
Omnes res gestas esse Athenis autumant.
Quo vobis illud Græcum videatur magis,
Ego nusquam dicam, nisi vbi factum dicitur.

Quid sit in hastam, vel in clypeum sese inclinare. Actus quarti scena secunda.

CAPVT IV.

Nihil est, triumpho, si licet me latere tecto abscedere.

Nihil hic difficultatis, sed tamen multorum error non sinit me istam rem tacitam præterire. In pleriſque codicibus super hac voce, *latere*, tonum circumflexum inuenias hoc modo, *latere*, ac si verbum, non nomen esset, & a multis quoque ita interpretatur. Totus autem sermo iste militaribus translationibus scatet. Est enim Syrus vt callidus, ita etiam iactabundus, ac grandiloquentiæ adamans. Vtitur ergo imperatoris verbis, &

in translatione perseuerat. Supra enim dixerat: *Ita hac re in angustum oppido nunc mea cogimur copia.* Quibus verbis indicat militariter, in arctum contrudi consilia. Vt exercitus, qui vel iniquitate loci, vel numero hostium vndique assultantium, oppressus in angustum, & postremo in orbem contrahitur, quod nunquam, nisi in vltima necessitate fieri solet. Hoc malum si euitare velis, exercitus ad tutiora loca est abducendus, verum in agmine ob viarum angustias protensiore, multa incommoda accipi solent, dum hostis transuersio impetu in latera impingit, quę nisi tum munita & tecta habeas: magnum periculum est, ne acies perrumpatur. Solet igitur exercitus (si hostis a sinistro latere appareat) in scuta sese inclinare, & ita frontem obuertere hosti, si in dextro latere, in hastam, vt rursus e regione infestis armis consistat. Quod si a tergo immineat, sed versus sinistrum latus: bis sese inclinare in scutum: si a tergo dextram versus: bis in hastam, adeo vt miles, qui primo orientem spectabat: dum semel in clypeum vergit, faciem habeat obuersam septentrioni. Si iterum in clypeum se flectat, occidentem intueatur. Contra, si se in hastam detorqueat, primum ex oriente incipiat videre meridiem, si denuo id faciat, ex aduerso occidentis consistat, toto corpore circumacto. Ad has res alludit est hoc loco a Syro. Miror (me hercle) rem tam facilem a quoquam ignorari potuisse. Nihil adfert Calphurnius, nisi frigidissimum interpretamentum. *Triumpho, si licet me latere tecto abscedere.* Verba proprie, inquit, seruorum, quoties vident se, quod incœperant, perpetrare non posse. Imo verba proprie sunt imperatorum, qui pro victoria habent in rebus desperatis, si sine clade ab hoste discedere liceat. Eadem quoque metaphora sæpius obuia in literis sacris. vt in Psalm. 30. *Nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos.* Atque hinc factum, quod angustiæ pro periculis & calamitatibus vsurpentur.

Gloriare, mutandum in hariolare. Ex Actus quarti Scena quinta.

CAPVT V.

Syr. At si scias, quam scite in mentem venerit.
Chrem. Vah, gloriare euenisse ex sententia. Syr. Non Hercle vero, verum dico.

Vtinam Riuius, qui ex veustis codicibus multa loca insigniter restituit, nobis quoque hoc scrupulum (qui me pessime habet) ademisset. Mihi enim nunquam ea felicitas affulsit, vt scriptum aliquem Terentium viderem. Alii fortasse nullam hic salebram percipiunt, mihi locus iste non salebris, non Charadris, sed vasto hiatu abruptus apparet. Quid enim responsio Syri cum verbis Chremetis conuenit? Ita enim respondet, quasi illi vanitas & menda-

mendacia obiecta fuissent. *Non hercle vero, verum dico.* Atque in verbis Chremetis nihil est huiusmodi. Castigat enim eum, quod sit gloriosus, eo quod res ex sententia ceciderit. Tria hîc me torquent. Vnum, quod senex qui hactenus laudibus blanditur seruo de vafricie, nunc eum subito de gloriatione increpet. Alterum quod seruus non minoris iactantiæ, quam astutiæ, inficiatur se esse gloriosum. Tertium, quod res dicitur euenisse, quæ non nisi cogitata erat, & consiliis tantummodo, vt ageretur, instituta. Nondum enim Menedemus circumductus erat argento, sed dolus struebatur, vt id fieret. Ego igitur locum hunc corruptum esse opinor, & sub sana cute hulcus aliquod latere. Meamque diuinationem hactenus amplector, dum meliora ab aliis inueniantur, credoq; ad istum modum legendum.

Syr. Atsi scias, quam scite in mentem venerit.
Chrem. Vah, hariolare euenisse ex sententia.

Hariolari autem de inani iactatione verborum dici, indicat leno in Phormione, actus tertii, scena secunda. *Hariolare*, inquit, irridens vanitatem promissionis, vt hic sit sensus: Vah, tu inani diuinatione iactas, te egregiam fraudem excogitasse, & qualem optas. Vult enim senex ista tergiuersatione prolicere seruū, vt indicet commentum sui doli. Syrus igitur, qui laudem istius calliditatis, vt propriam sibi vindicat, asserit se non inania iactasse, ac proinde respondet, *Non hercle vero, verum dico.* Tum Chremes instantius. *Dic quid est.* Vides, vt nunc egregie inter se cohærent, quæ antea nimis hiulca erant? Sed vt hîc vel sanitatem, vel speciem sanitatis inducere videor: ita huic loco qui sequitur, nullum remedium inuenio.

Est autem ille in eodem actu scena octaua.

Chrem. Et illum aiunt velle uxorem, vt cum desponderim
Des qui aurum ac vestem, atque alia quæ opus sunt comparet.
Men. id est profecto, id amicæ dabitur. Chr. Scilicet
Daturum. Illud daturum, valde hîc mihi ignauum videtur, nec respondere acumini, quod sibi per totam Comœdiam vsurpat Chremes. Nam etiam si interpreteris (quod sequenti verba necessarium est) daturum scias Ciniam hanc pecuniam amicæ, quid aliud quam iterat sententiam Menedemi? qui id iam olfecit, idque ex verbis ipsius. Expendat igitur diligens lector, quid de hac re statuendum putet.

Lectos olim exemtiles fuisse, non loco affixos. Actus quinti, scena prima.

CAPVT VI.

Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retro
Hinc est intro latus, lectus, vestimentis stratus.

Lectos olim fuisse exemtiles, & deportari potuisse ad alia atque alia loca, & ex istis versibus Terentii, & ex Homeri

Iliade, libro vigesimotertio apparet, vbi Penelope iubet Vlyssi maritalem lectum afferri e thalamo, vt in agnoscendo tentaret eius conscientiam: nam ipsis solis constabat eum lectum affixum esse oleagino trunco, idque præter aliorum lectorum conditionem. Quod cum sciret Vlysses: irrefutabili edito signo, ab vxore agnoscitur. Versus hi sunt:

Ἀλλ' ἄγε οἱ στόρεσον, πυκινὸν λέχος Εὐρύκλεια,
Ἐκτὸς δὴ θαλάμοιο, τὸ ῥ' αὐτὸς ἐποίει. Hoc est:
Sed mollem huic lectum sterne as precor Euryclia,
Verum extra thalamum, manibus, quem condidit ipse.

Sequitur:

Ἔνθά οἱ ἐκθεῖσαι πυκινὸν λέχος Εὐρύκλειαι
Κώεα καὶ χλαίνας, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα. Hoc est:
Huc effer spondam, lectum simul iniice opertum,
Vestes & lanas, & pallia tincta colore.

Cuius efficacia sit, iurare nolle esse factum, & quam magna satisfactionis. Ex Adelphis, Actus secundi scena prima.

CAPVT VII.

TV quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse, huius non faciam, crede hoc, ego meum ius persequar.
Neque tu verbis solues vnquam, quod mihi re malefeceris,
Noui ego vestra hæc, nollem factum, tu iurandum dabitur, te esse
Indignum iniuria hac, indignis cum egomet sim acceptus modis.

Expressit hic Terentius solemnem morem satisfactionis. Olim iurabant se agnoscere, quod indigno eam iniuriam intulissent, eaque res vindicabat lesum ab infamia. Qui enim sine ea satisfactione huiusmodi offensas condonabãt, habebantur vel ignaui, quod vltionem non audebant expetere, vel ita flagitiosi, vt in legibus & iudiciis spem nullam vindictæ haberent. Idem licet videre apud Plautum in Amphitryone, vbi Alcumena stupri arguta a marito, ac iam diuortium parans, non placatur, nisi istiusmodi satisfactione. Hæc sunt verba Alcumenæ.

Durare nequeo in adibus, ita probri,
Stupri, dedecoris a viro argutam meo,
Ea quæ sunt facta, infecta esse clamitat.
Quæ neq; sunt facta, neque ego admisi, arguit,
Atq; id me susq; deq; habituram putat.
Non adepol faciam, neq; me perpetiar probri
Falso insimulatam, quin ego illum aut deseram,
Aut satisfaciat mihi, atq; adiuret insuper
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.

Vides iratissimam fœminam, hoc genus satisfactionis exspectare?

ctare? & in ipso conatu diuortii placari posse, quod & statim factum a Ioue simulatitio marito.

Iuppiter. Mane, arbitratu tuo iusiurandum dabo,
Me meam pudicam esse vxorem arbitrarier.
Id ego si fallo: tum te summe Iuppiter
Queso, Amphitryoni, vt semper iratus sies.
Alc. Ah propitius sis potius. Iup. Confido fore,
Nam iusiurandum verum te aduersum dedi,
Iam nunc irata non es. Alc. Non sum.

Hæic ergo apparet, quantum momenti sit in istiusmodi iureiurando, sed leno id se quod ab aliis tanti fit, nihili existimaturum dicit. Is qui hæic se pro Donato supponit, iusiurandum, inquit, dabitur, id est, iurabimus te esse indignum, cui iniuria fiat huiusmodi. Aut separatim iusiurandum dabitur, & separatim te esse indignum iniuria hac, & sic melius. Verba enim satisfaciunt, cum res colligitur in generalibus caussis. Nam sæpe iræ ac lites iureiurando sunt terminatæ. Quis ea verba Donati credat, vbi mens nulla est? quæ enim hæic generales caussæ? non enim θέσεις intelligit. Aut quæ significatio in his vocibus, cum res colligitur in generalibus caussis? Iam quod sequitur, sæpe iras ac lites terminatas esse iureiurando, aliquid habet boni. Iræ enim haud dubie ita consopiuntur. Lites autem terminari iureiurando, potissimum spectat ad ea iudicia, vbi deficientibus testimoniis, altera pars suam caussam iuramento confirmat. Hæic autem iuratur, ne ad litem progressus fiat.

Erit melius, minantis affectum habere. Ibidem.

CAPVT VIII.

ANte ædes non fecisse, erit melius hæic conuitium.

Habent hæc verba speciem suadentis, cum interim graues minas denuntient, Ac propemodum vox solemnis videtur fuisse, quando sub denuntiatione periculi admonebatur aliquis, vt desisteret. Ita quoque Appius Decemuir violentissimus apud Liuium libro tertio Decadis primæ. *Non erit melius*, inquit, *nisi de quo consulimus vocem misisse.*

Lora vnde dicta sint.

CAPVT IX.

NAm si molestus pergis esse, iam intro arripiere, atq; ibi
Vsq; ad necem operiere loris. San. Loris liber. Aes. Sic erit.
San. O hominem impurum, heioine libertatem aiunt æquam esse omnibus.

Optime Donatus. *Lora*, inquit, *apud veteres laura dicebantur, a lauro triumphorum, sub qua mos erat captiuos vinciri* (ego hanc præpositionem *sub*, detrahendam existimo. Nam & lauri virgulta inter vitilia sunt, vt intelligas captiuorum manus lauro in-

nexas fuisse. Addit deinde, *duci per pompam, ideo vt conditionis reminiscatur, loris enim cæduntur mancipia.* Hactenus ille Duplex ergo indignatio lenonis, & quod cædendus esset, & quod seruiliter, vnde exclamat, loris liber, & leges oppressas esse quiritatur, si liberum corpus seruili pœna mulctetur: *Heiccine*, inquiens, *libertatem aiunt æquam esse omnibus?* Certe vt magistratus virgis in noxios vtebantur: ita domini in seruos loris, Id manifesto deprehendas in Penulo Plautino, vbi inquit:

Serui ne obsideant, liberis vt sit locus.
Vel æs pro capite dent, si id facere non queunt,
Domum abeant, vitent ancipiti infortunio,
Ne de heic varientur virgis & loris domi.

Cur Diphili comœdia Synapothniscontes sit dicta, & argentarii officium. In Adelphis, Actus secundi, scena quarta.

CAPVT X.

AES, *Ah stultitia est isthæc, non pudor, tam ob paruolam*
Rem, pene ex patria, turpe dictu, Deos quæso, vt isthæc prohibeant.

Chr. Peccaui. Æsch. Quid ait tandem nobis Sannio? Syrus. Iam mitis est.

Æsch. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam.

Mirificum heic se præstat Donatus, vt vbique, nisi vbi imperitorum sordibus aspersus est. Pene ex patria ἀποσιώπησις εὐφημισμοῦ χαρίν. Menander mori illum voluisse fingit, Terentius fugere.

Videat quæso accuratus lector, num pro Menandro legendum sit Diphilus. Certe vel tota comœdia, vel pars istius argumenti, quod heic tractatur, ad verbum e Diphilo translata est. Sic enim fatetur Terentius in suo prologo:

Synapothniscontes Diphili est comœdia,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adulescens est qui lenoni eripuit
Meretricem, in prima fabula eum Plautus locum
Reliquit integrum, eum hic locum sumsit sibi
In Adelphos, verbum de verbo expressum tulit.

Iam cum Diphili comœdia a commoriendo nomen habeat, & ibi dicatur adulescens mori voluisse, quod Terentius in fugere mutauit: omnino adducor eam imitationem a Diphilo, non a Menandro mutuatam esse, & ex isto commoriendi cum puella studio συναποθνήσκοντες nomen fabulæ inditum esse. Est autem heic fugere, græca significatione in exsilium abire. Quia autem puella in Cyprum erat ad mercatum auehenda, vna quoque Ctesipho vult fugere, adeo vt licuisset Terentio, hanc comœdiam Fugientes appellare, nisi maior pars argumenti Æschini amoriribus

bus absumeretur. Iam quod sequitur, *ego ad forum ibo, vt hunc absoluam.* Itum fuisse ad argentarium, satis constat ex verbis Donati, sic enim ait: *Tunc enim in foro, & de mensa scriptura, magis quam ex arca domoque, vel cista pecunia numerabatur.* Non debemus ex his verbis intelligere, pecuniam ab argentario acceptam, obstant enim verba Syri, sed eos nummos a Mitione datos esse, sic enim inquit:

Omnem rem modo seni
Quo pacto se haberet, enarramus ordine.
Nihil quicquam vidi latius, collaudauit filium,
Mihi qui dedissem consilium, egit gratias,
Argentum adnumerauit illico.

Ex quibus verbis clare apparet, eos nummos nec in solutum, nec in creditum ab argentario acceptos esse, obstat enim vocabulum adnumerandi. Videnturque argentarii adhibiti fuisse, vt in solutionibus contrahentium interessent, actaque ab vtraque parte in suas rationes referrent. Eosque id munus de publico habere pro testimonio, est titulus de edendo.

Argentarias rationes edere iubetur, nec interest, an cum ipso argentario controuersia sit, an cum alio (ex quibus verbis euidens est, argentarium alienas quoque rationes confecisse) Additum deinde est. Ideo autem argentarios tantum, neque alios vllos ab similes eis, rationes edere cogit, quia officium eorum atq; ministerium publicã habet causam, & hæc principalis eorũ opera est, vt actus sui rationes diligenter conficiant. Cicero pro L. Flacco. *Cum ciuitate mihi res est acerrima, & conficientissima literarum, in qua nullius moueri potest nummus, sine quinque pratoribus, tribus quæstoribus, quatuor mensariis.*

Bone vir, quo significatu dicatur. Ex actu quinti Scena secunda.

CAPVT XI.

DE. *Quid ais bone vir? hem, est frater domi:*
Syr. Quid (malum) bone vir mihi narras, equidem perii?

Videtur illa ἐπανόρθωσις Syri, qua castigat Demeæ orationem plane absurda, & quod Græci dicunt, ἀκατάσκευον esse, si bonum virum capias pro viro probo. Quod enim non sit bonus vir, hinc probat, quod perierit. Quasi inter se pugnarent, bonum virum esse, & perire. Vt ergo rem paucis transigam, Dittologia est in istis verbis. Alio enim sensu, *bone vir*, dicitur a Demea, alio sensu accipitur a Syro. Demea bonum virum intelligit, sed εἰρωνικῶς, qui probus non sit. Syrus eum, qui felix & fortunatus sit. Quale est & illud: *Vna tecum bona malaq; tolerabimus*, id est, felicia & infelicia. Et rursus illud Vergilianum:

Bonum sit? nescio, quid certe est.

Se autem minime esse bonum, hoc est fortunatum, qui plagis perierit. Affectata (me hercle) significatio, nec mirum: voluit enim seruus alio detorquere sermonem, vt capraret occasionem conquerendi de Ctesiphonte, quasi ab eo pulsatus esset.

Diuinatio super hoc vocabulo Babylo. Actus quinti Scena septima.

CAPVT XII.

IVbe nunc iam
Dinumeret Babylo illi viginti minas.

Video alios interpretes plane silere quid sit Babylus. Alios opinari esse proprium nomen trapezitæ inter quos Barlandus vir ne accuratus & politæ dictionis. Donatus nihil certi adfert, & se in multas dubitationes spargit, sic enim ait: *Iube nunc iam dinumeret Babylo illi viginti minas. Insultantis est verbum, iubet tanquam præsit Mitioni. Hoc dicit Demea (ego legendum arbitror) tanquam præsenti Mitioni, hoc dicit Demea, aut apud se dicit. Nec contentus hoc semel dixisse, eandem rem iterum atque iterum retractat. Iube nunc iam, quasi insultantes dicere solemus, nunc minari, hunc assistere, quem afflictum tenemus, ita Mitioni Demea dicit, Iube nunc. Verba ista ita corrupta sunt, vt sensum nullum habeant, nec Donati arbitror. Idem tertio in manus resumit. Iube nunc iam, dinumeret illi viginti minas. Nimis morale est, cum de absente tanquam de præsente agimus.* Hoc aliquid Donati sapit. Quanquam illud *nimis*, nimium mihi suspectum est. Nimis enim pro *valde* apud castiores scriptores vix vnquam inuenias. Similis forma loquendi in illo Ecclesiastico sermone. *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Eodem quarto recurrit. *Est autem, iube nunc iam*, figura etiam apud Plautum frequentissima. *Iube nunc*, sic dicit, quemadmodum supra ille, qui cum alius nullus adesset, alicui diceret. Vides quam inaniter hic cuculus tautologus est, qui sub nomine & quasi persona Donati occultat? Pergit deinde. *Dinumeret* dixit, quasi multum numeret. Sit hoc genuinum, quanquam si acrior censura habeatur, etiam hoc libenter a familia Donati summouerim. Qui enim pluribus numerat, dinumerare dicitur. Ac valde mecum dubito, num olim dictum sit, denumeret, Pergit deinde. *Illi, cui illi?* Ctesiphoni, Lenoni, an Æschino, an Syro? Vt hoc libenter admiserim esse Donati: ita illud quod sequitur plane reiecerim. *Babylo.* Fratrem Babylonem ob nimiam liberalitatem vocat, at Æschinum nimis prodigũ? Non immerito Barlandus auctoritatem istorum verborum non respexit, quam si respexisset, nunquam ex Babylo proprium nomen trapezitæ effeciisset. Quomodo enim propriũ trapezitæ, vel Mitioni, vel Æschino conuenire posset? Ego hanc vocem Babylo, quæ nusquam alibi occurrit, plane arbitror suppositiciã esse, & legendũ, vel babalon, quem Græci loquacem appellant, vel batalum, quod molle signi-

ficat,

ficat, Vel, quod omnium maxime mihi arridet, *bacelum*, hoc est, stultum. Qua dictione Augustus Cæsar libenter vti solebat, teste Suetonio. Eo autem stomacho hæc verba a Demea secum loquente pronuntiantur. Mirio viginti minis ad fidicinæ emtionem datis, gratiam Æschini & Ctesiphonis sibi comparauit. Ego autem hac mea comitate illos ad me retraxi, periit igitur ipsi suus sumtus, ego enim iam lepidus vocor, ego lepidus ineo gratiam, atque hinc insultatio. *Dinumeret nunc illi bacelo viginti minas.* Bacelum filium vocat, quod parentes non ob veras virtutes, sed ob indulgentiam amet, vel quod nuptias cum indotata contrahat.

Quid sit referre Comœdiam. Ex Hecyra prologo.

CAPVT XIII.

NVnc hæc plane est pro noua,
Et is qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, vt iterum possit vendere.

Omnia hæc difficultatis essent plena, & propemodum inexplicabilia, nisi Donatus vno aut altero verbo subuenisset, sed quia ibi tam pauciloquus est, videntur plerique non satis intelligere, quid sibi prologus velit. Certe omnes hunc locum conniuentibus oculis transeunt, neque id non sine caussa. Mirum enim videri potuit, cur Terentius, qui hanc fabulam tertio in scenam induxerit, dicatur eam noluisse referri, cum postea sequatur, *Hecyram ad vos refero*, ac paulo post, *refero denuo.*

Ex his verbis videtur Terentius secum pugnare. Quin ipse Comœd. titulus sic habet: *Acta primum sine prologo. Data secundo Cneio Octauio, T. Manlio Coss. relata est L. Æmilio Paulo, ludis funeralibus, non est placita. Tertio relata Quint. Fuluio, Lucio Martio ædilibus Curulibus.* At quæ toties relata est, & sine consensu Terentii referri non potuit: cur illam dicatur ipse referre noluisse? Nodum hunc paucis dissoluit Donatus, *Cur ergo non post funambulum relata est, vbi ille cesserat, in quo maluit auarum portam populo inducere, quam suo operi diffidentem.* Hactenus ille. Mirifica me hercle interpretatio, cui ob imperitiores aliquid lucis addemus. Solent Poetæ suas fabulas diuendere histrionibus, quod ex fine istius prologi clare patet, vbi sic inquit:

L. Ambiuius, vel L. Sergius Turpio
Mea caussa caussam hanc accipite, & date silentium,
Vt liceat scribere aliis, mihi vt discere
Nouas expediat posthac pretio emtas.

Quum ergo Terentius ob funambuli studium auditorio destitutus esset: noluit post ludos petauristæ desertam fabulam denuo introduci. Quod ne factum videatur desperatione, qua denuo se explosum iri putaret: fingitur alia caussa, nimirum relationi

isti non diffidentiam, sed auaritiam Poetæ obstitisse. Nam si tum peracta fuisset: pro noua iterum vendi non potuisset. Quod si exspectaret alios ludos, eamque de integro ederet, nouam illi pecuniam sperare licere. Atque ita sanatur illa hypophora. Si comœdia bona fuisset, reduxisset illam statim in scenam, a funambuli ludo. Simul ipsa obiectio auaritiæ, quæ tanquam crimen aliquod illum lædere videtur, gratiam & auctoritatem Comœdiæ conciliat. Non enim denuo ab histrionibus emeretur, nisi præclare de ea & magnifice sentirent.

Romanos peregre redeuntes, vxori nuntios de suo aduentu præmittere. Ex Hecyra, Actus tertii, Scena prima.

CAPVT XIV.

ABi Parmeno intro, ac me venisse nuntia.

Mirum est adulescentem amantem vxoris, conueniendæque eius ex tam longa peregrinatione cupidissimum, non statim sine internuntio domum accurrere, sed præmitti seruum, qui domini aduentum significet. Ceterum id ex consuetudine Romana est. Solent enim mariti, teste Plutarcho, in libello de Romanis institutis, peregre reuersi, multis de caussis suum aduentum prænuntiare: tum quia suspicioſi videtur, & diffidentis de vxoris suæ moribus, de repente superuenire, & quasi inexspectatam opprimere velle: tum, vt matronæ excussis negotiis molestiisque quas cum familia plerumque habent, iucundius maritum excipiant. Sed hoc rursus admodum mirum, cur in palliata comœdia togatos mores induxerit? quod omni cautione vitare solet. Nec scio (me hercle) an eadem ista consuetudo & apud Atticos, & Romanos pariter fuerit. Certe Plautus in Amphytrione fingit, Amphytrionem Sosiam seruum præmittere a portu, qui heri sui aduentum indicet. Sic enim seruus ille secum loquitur.

Me a portu præmisit domum, vt hæc nuntiem vxori.

Sed Plautus huius comicæ legis, vt & nonnullarum aliarum valde incurius est. Nec verisimile est, Plutarchum cum distinctim traderet vtriusq; gentis consuetudines, non admoniturum fuisse, si quid in ritibus hac in parte conuenirent.

Populares qui sint. Ex Phormione Actus primi, scena prima.

CAPVT XV.

AMicus summus meus, & popularis Geta.

Populares apud Athenienses sunt, qui apud Romanos, tribules, δημόται ab illis dicti. In decem enim populos Attica diuisa fuit. Ita quoque Hetruria, in duodecim olim populos discreta fuit. Vergilius:

Gens illi triplex populi sub gente quaterni.

Qui

Qui certis etiam sedibus distincti fuere. Sed non ea significatione hîc capi potest. Serui enim in nulla tribu censentur, vt qui nullum caput in republica habeant. Est autem hæc popularis, quasi συμπατριώτης, hoc est, vnius patriæ. Sunt enim Getæ & Daui, siue quod idem est, teste Strabone, Dai gentes inter se conterminæ. Cuius hæc sunt verba libro Geographiæ secundo. *Fuit & alia eius regionis diuisio, ex antiquis permanens temporibus, alios enim Daos, alios Getas appellant. Getas quidem, qui ad Pontem in orientem vergunt, Daos autem, qui in oppositum versus Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Danos vocatos esse reor.* Ex quo apud Athenienses Daiorum & Getarum nomina seruilia plurimum abundabant. Hoc obiter adiiciam, populares aliquando socios consortes & gregales dici a Sallustio in libello Catilinario. Quod factum primo populares coniurationis concusserat. Quod autem nunc gens pars sit populi, nunc populus pars gentis: id in causa est, quod gens ex familia procreatur, tursus ex gentibus populus, sed quia totus populus vnius nomine censetur, fit rursus, vt vniuersa natio gentis appellationem nanciscatur.

Laterem esse aliud, quam Erasmo videatur. Actus primi Scena quinta.

CAPVT XVI.

Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ? loquar ne? incendam? taceam? infligem? purgem? laterem lauem. Inter ἀδύνατα quæ prouerbiali schemate efferuntur, etiam illud est. πλινθον πλύνεις, hoc est, laterem lauas. Meminit huius Theocritus in Charitibus: καὶ ὕδατι νίζειν πολιὴν ἰοειδέι πλινθον. Quod Erasmus ita transtulit. *Et nigram silicem lacuisse liquentibus vndis.* Miror (mehercle) tanti viri lapsum, sed illum in errorem abduxit communis nostri seculi opinio, qua existimant glebam ex argilla vel luto factam, & in quadrum circumcisam, atque igne excoctam, quæ plane lapidescit, laterem esse, atque inde est quod Erasmus silicem hoc ipsum sit ausus interpretari. Atqui quicquid ex terra in lapidem coquitur, testa dicitur, quasi tosta, eaq; omnia, vt & cetera figulina facile lauantur, si immunda sint, neque in illis lauandis opera luditur. Sed laterem nihil aliud intelligere debemus, quam massam, vel ex argilla, vel luto macenis ædificandis idoneam non igne, sed sole induratam, quæ cum non sit nisi lutum exsiccatum, quanto magis eam lauas, eo magis lutescit, & in cœnum resoluitur. Hoc ipsum ita esse, ipse Theocritus epitheto indicauit, qui πλινθον πολιὴν hoc est, lutulentam appellauit. Certe Latini auctores κατ' ἀντιφρασιν laterem coctilem appellant, quod nos vulgo simpliciter laterem dicimus:

Quid Dica significet. Actus quarti Scena tertia.

CAPVT XVIII.

GEta. His rebus pone sane inquit decem minas.
Demi. Sexcentas perinde potius scribito dicas,
Nihil do.

Dicam, litem, pœnam iudicium esse, satis constat, sed in hoc loco aliud diuersum ab istis significare videtur, nimirum rationes siue caussas expensarum. Hinc ego arbitror natam occasionem vulgati erroris, quo *dicam* superiori seculo fere omnes id genus tesserę appellabant, quod crenis & incisuris accepti rationes ostendit.

In Neruum ire quid sit. Actus quarti Scena quarta.

CAPVT XIX.

CEterum
Cum argentum repetent, nostra caussa scilicet
In neruum potius ibit.

Hunc locum exponens Erasmus in Chiliadibus: subdubitare videtur, sit ne is Donatus, qui Phormionem interpretatur, & paulatim ab illius sententia, sed dissimulanter discedit. Eius verba hęc sunt.

Donatus, inquit, aut quisquis is fuit interpres Phormionis Terentianæ, demonstrat esse prouerbium, pro eo quod est decipere sumta a sagittariis metaphora, quibus illud euenit interdum vt dũ nimium tendunt arcum, rumpant: aut sibi neruum aliquem fatigent, vt confine sit illi, de quo dictum est alias.

ἀπορρήξομεν τὸ καλώδιον πάνυ τεινόμενον.

Hactenus Erasmus alienam sententiam ita recitat, vt mihi subscribere non videatur, nec suam eam faciat. In iis certe quæ nunc sequuntur, diuersa constituit.

Dictum est autem, *in neruum ibit*, pro eo quod est in vincula ibit. Antiquitus enim, qui soluendo non essent, vincti tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Recte Erasmus. Est enim, teste Pompeio Sexto, *neruus vinculum ferreum, quo pedes impediuntur.* Quanquam Plautus eo etiam ceruices vinciri dicat. Ceterum quæ interpres iste adiungit huic adagio, (si modo adagium est, nam nulla mihi isthæc figura apparet) ad aliud prouerbium spectant, quod est, *In neruum erumpere.* Nec tamen ob id vituperandus Erasmus, quod etiam hoc inter prouerbia retulerit, cum illarum rerum se & collectorem & interpretem, non censorem profiteatur. Ac deinde nescio an verum sit (quod ipsum tamen non leuibus indiciis increbuit) ipsum sæpe aliena opera in hos negotio vsum fuisse, quorum scripta dum leui cura recognoscit, quædam admiserit in contextum Chiliadum, quæ reliquæ eruditioni istius operis non ad plenum satisfaciant.

Quid

Quid sit suo capiti suere. Ex Phormione, Actu tertio Scena secunda.

CAPVT XX.

HEei, metuo leonem, ne quid suo suat capiti.

Egregie exponit & Donatus & Erasmus hunc locum, sed ea significatio additur huic pronomini *suo* quæ plane ἀκυρόλογος est, nam amittit omnem reciprocationem. Sic enim ait Donatus, *suo capiti dixit, cum dicturus esset Phædriæ.* Erasmus sic, *Ne quid suo suat capiti, pro eo quod est, ne quid mali illi conciliet.* A quo vitio non plane liber est vbique, disertissimus ille Rodolphus Agricola, (vt annotatum est alicubi ab Erasmo) non hercle inscitia. quis enim quicquam inscitum in tam erudito viro notare ausit? sed culpa & consuetudine eius seculi, qua tum omnes loquebantur, vt nec nostro tempore plane sit abolita. Nam etiamnum sunt, qui *sibi* pro *illi* dicunt, quemadmodum *suo* capiti hic pro *illius* capiti dictum esse videtur.

Has licentias siue offensas loquẽdi plurimas annotatas inuenies apud Budæum in Commentariis Græcæ linguæ. Ego autem valde mecum ambigo, an is sit legitimus sensus huic adagio, qui vulgo tribuitur. Videat ergo diligens lector, num & illum possimus dicere suo capiti aliquid suere: qui dolis se, vel fraude instruit. Quod si recipimus, non opus erit illa importuna ἀκυρολογία, vt metaphora ducta sit ab illis qui spleniis focalibus aut lana apposita, vel vulnus vel morbum simulant, vt Demosthenes fecit, dum anginam ementitur, vt ita desistere posset a suscepto officio contra Harpalum dicendi, iam pecunia corruptus. Eodem quoque modo Antipho veretur, ne leno, non tueatur pacta in fidicina seruanda ad diem constitutum, atque aliqua fraude eludat promissa. Ego, vt nihil tale affirmare ausim: ita iudicium ampliandum puto super vero sensu istius prouerbii.

Ecce re, Aduerbium iurantis per ædem Cereris. Actu secundo, Scena secunda.

CAPVT XXI.

PHor. *Ita ne patris ais conspectum veritum hinc abiisse. G. Admodum.*

Phor. Phanium relictam solam? G. Sic. P. Et iratum senem?

G. Oppido. P. Ad te summa solum Phormio rerum redit.

Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum, accingere.

G. Obsecro te. P. si rogabit. G. In te spes. P. Ecce re

Quid si reddet? P. Tu impulisti. Sic opinor. G. Subueni.

Pulcerrima in istum locum tradit Donatus, ac prorsus aurea, qui vtinam haberet vbique eandem synceritatem. Est tamen aliquid, quod nonnullam adhuc illustrationem quærit. Ego arbitror, ista verba Getæ continuam orationem inter se constituere. *Obsecro te,*

in te spes, tu impulsti, subueni. Nam verba quæ interloquitur Phormio, potius cogitantis secum, quam respondentis esse videntur. Quid Phormio cogitet, partim exponitur a Donato, partim tacetur. *G. Obsecro.* P. *Strogabit*, nimirum vnde sit cognata. G. *In te spes* est P. *Eccere.* Dubium vna ne sit dictio, vt Eccere, pro eccere res, siue eccere rem sit positum, an eccere sit iusiurandi aduerbium, hoc est, per ædem Cereris, quale est ædepol, ecastor. Certe in Andria vbi habemus, *Ego Critonem video, & certe is est*, legendum est, *eccere is est.* Idem error est in Eunuchi actu quinto scena secunda, & in Adelphis Actu primo scena prima. Vt si eccere pro eccere positum sit, ipse Phormio admiretur dexteritatem commenti sui, quur sit cognata, aut si sit iusiurandi aduerbium, iuramento assueueret, optime esse excogitatum responsum. Postea sentiens suo inuento aliquid responderi posse, subiicit. *Quid si reddet?* hoc est, respondebit, cui cum antipophora esset parata, qua eũ nodum dissolueret: ac ad plenum se argumentationibus instruxisset. *Sic opinor*, inquit, ac deinde ad conflictum paratus, exposcit aduersarium, subiiciens. *Cedo senem*, quem virum appellare dedignatur, sed *senem*, hoc est, ætate imbecillem, & annis confectum, & de quo facile victoria reportari possit.

Damnati Athenis sibi pœnas æstimare solent. Ex Andria Actu tertio Scena quinta.

CAPVT XXII.

PAruum quiddam est, sed studiosis elegantiarum non contemnendum. Verba sunt Pampili ad Dauum incusantis, quod eius hortatu protrusus sit ad consensum nuptiarum:

Pam. An non dixi, hoc esse futurum?
Da. Dixti, Pam. Quid meritus? D. Crucem.
Sed paululum sine ad me redeam, iam aliquid dispiciam.

Non temere hoc fit, quod Dauus ad interrogationem Pamphili de suo merito ipse suam pœnam æstimat, ac dignum se cruce pronuntiat. Plane id ex moribus Athenienſis populi, vbi rei conuicti capitalis facinoris primum condemnantur, nullo expresso supplicio, deinde ipsi interrogantur, quid se meritos putent: illi autem (quo magis miserabiles appareant) in maius suam pœnam æstimare solent: atque ita non raro mollitis iudicibus, caput saluum auferunt. Quod quia non factum est a Socrate: nec pœna, sed præmio tali se dignum æstimante, vt publicitus in Pritaneo alleretur: exacerbati iudices ob contumax responsum, virum innocentissimum ad cicutam condemnarunt. Meminit huius rei Plato in Critone, Xenophon in Apologia Socratis, & Diogenes Laertius in vitis Philosophorum. Magno igitur ex decoro est, quod in palliata comœdia tam oportune alludatur ad forenses consuetudines populi Athenienſis. Verum hactenus ex Terentio.

Nunc

Nunc ad Horatium progrediamur, nec ibi ordinem seruaturi. Vt enim prius aut posterius aliquid in mentem venerit, ita in seriem coniicietur.

LIBER TERTIVS.

NANNII APVD DOCTISSIMOS AVlicos gratia.

Ex Horatio Flacco.

CAPVT I.

CVm Gandaui hęrerem ob causſam fratris, grauem illam quidem non culpa, ſed caſu, & inimicorum hominum omnia exacerbantium calumniatione. Id autem quale fuerit, tibi mi Henrice, amicorum ſyncerisſime paucis exponam, quo tanto ſolidius mecum gaudeas, & patruum tuum Epiſcopū Cōſtantienſem (eius ampliſſimæ fortunæ te non tam iure cognationis, quam merito virtutum ſucceſſorem exſpectant) de ea quoque re certiorem facias. Amauit enim ille nos plurimum, noſtraque omnia curæ habuit. Res ita accidit. Frater cum ſe ſub noctem in lectulo cōpoſuiſſet, truci rumore excitatur, vnum e lictoribus ſuis, multis vulneribus eſſe trucidatum, eandemq; vim ceteris parari. Conuocat ſuos, vt pro prætoris officio noxios comprehenderet, illi numero freti, [quinq. enim erant fratres, & præterea duo alii gregales eiuſdemque facinoris participes] armis occurſant, inter quos etiam erant, qui bombardas ſecum extulerant. Frater qui ſubito in tale periculum inciderat, nec niſi duos ſatellites circum ſe haberet, tertio præ ebrietate ita inſaniente, vt ſuos pro aduerſariis oppugnaret, videretque fugam nonminus ſibi pernicioſam quam turpem futuram, iubet vt ſeſe dedant in Cæſaris poteſtatem, & in cuſtodiis ſint, donec de cauſſa cognoſceretur. Illi contra arma expediunt, fit pugna eaque acerrima. Frater totus in hoc erat, vt bombardarios, ignem iam machinæ admouentes, anteuerteret, quorum vnus ſtatim gladio in caput adacto collapſus eſt, & poſt dies aliquot, e vulnere periit. Alii nihilo ſegnius dimicare, & a propugnatoribus omnē vim in fratrem conuertere, quem multis fruſtra petitum ictibus, ob armaturam, quam ſub veſte gerebat, tandem euertunt: ille ſubinde aſſurgere, ſubinde recidere, tandem in pedes conſiſtere, frequenter quidem gladium rotare, ſed tamen ægre ſalutem tueri. Multi interea lapidibus prætorianos (quia ex tenebris impunitatem ſperabant) inceſſere, & cœcis iactibus nunc hunc, nunc illum vulnerare, adeo vt degrandinatio lapidum, cohærentem adhuc quaſi conſertis manibus pugnam diremerit, huius cædis cauſſam dum defendere ſatago, & ob id Gandauum adeo, vbi tum temporis Cęſar verſabatur, nec tamen ob aulicorum abſentiam quicquam proficere poſſem. Interim dum illorum aduentum præſtolor, adeo bibliothecam S. Petri in monte Blādinio, vbi inueni antiquiſſimum

Horatium, voluo ac reuoluo omnia. Annoto diligenter quic. quid operæ pretii mihi videbatur. Perfunctis iis laboribus, con. fero me ad Episcopum Atrebatensem, virum & egregie eruditum, & perquam humanum, noſtrique in primis ſtudioſum, vt qui in e. rudiendis ſuis germanis, meam quoque operam adhiberi volue. rit. Cauſſam fratris liquide expono, poſtuloque vt mihi ſua au. ctoritate, in re æquiſſima, diploma abolitionis procuret, cuius principium ab officio prætorio, finis a neceſſitate profectus erat. Id fieri non poterat, niſi conſulto Senatu Hagienſi, quem vt mihi promptiorem haberem, impetro commendatitias a D. Pratenſi præfecto Hollandiæ, incomparabili heroe, literarum, literato. rumque vero patrono, quem ideo fidentius accedebam, quod vt illum antea in nulla re mihi difficilem ſenſiſſem: ita in miſerrima fortuna propitium omnino mihi futurum pollicebar. Neque fruſtatus ſum voto. Scripſit quam diligentiſſime ad Senatum Hagien. ſem. Nec tanti viri poſtulata irrita fuere. Redditur reſponſum a Senatu Hagienſ. ſatis benignum, vulgo id auiſamentum, doctis atteſtatio vocatur, quo oſtendebant, cauſſam fratris venia, non pœna dignam eſſe. Tali fundamento ſalutis iacto, cetera, quæ ad tutelam fraterni capitis agenda erant, commiſimus Nicolao Nicolai Grudio, homini inter homines omnium candidiſſimo, viro & induſtria efficaci, & fide ſumma, pietate in omnes præ. ſertim doctos incredibili, & ob viſæ ſyncritatem apud omnes or. dines gratioſo, & potentiſſimæ cuiuſdam auctoritatis. Hunc ſi cum priſcis comparare velis, Pomponium Atticum iure ap. pellabis. Adeſt illi peritia literarum eximia, fides, integritas, facilitas, humanitas ſumma, indefeſſa pro amicis cura. So. lus (mehercle) videtur virturem ſine vllo pretio & gratuito ad. amare, bonus orator, melior Poeta. Fratreſque habet in re Poe. tica noſtro æuo doctiſſimos. Quorum alter eſt Adrianus Ma. rius, alter Ioannes Secundus, cuius opera nuper ad te miſi. Is ſibi ſtatim adiunxit Cancellarium aurei velleris Philippum Nigrum, virum antea præter illuſtrem famam mihi incogni. tum, ſed eum primo congreſſu tam pium, facilem, & huma. num; ſenſi, factiſque item & dictis tam benignum & comem, vt gratias ipſas hominem finxiſſe mihi perſuaſerim. Phocionem vocauere Græci χρηστον, ob bonos ſuaueſque mores eum inte. gritate coniunctos. Has dores vere in iſto viro deprehendas. Iſto. rum opera ita celeriter negotium ex ſententia confectum eſt, vt li. teræ Epiſcopi Atrebatenſis, qui fratris cauſſam ſumma inten. tione commendabat Senatui ſecretioris (vt nunc aiunt) conſilii propemodum ſero venerint, tam celeriter res cõfecta fuit, vt quos. dam amicos, quorum opem ſtatueram implorare, nullo mo. do conuenire potuerim. Viſa eſt cauſſa æquiſſima; & Nannii gra. tia et-

tia etiam aliquid potuit, videbanturque mihi illi proceres mundo testatum esse voluisse in adiuuando Nannio, quantum literas & literatos amarent. Ne vnus quidem doctus suum patrocinium nobis subtraxit. Nam & Scepperus vir insignis eruditionis & grandiloquentiæ, multum nobis in hoc negotio & fauit, & facilem se præbuit. Dices mihi, cur Franciscus a Burgundia delitiæ tuæ, in hoc catalogo non attexitur? vir politissimæ dictionis, & multæ apud multos gratiæ. Cæsaris legationes illum abduxerant, ea res obstitit quo minus eius eruditissima & præsentissima opera vti potuerim. In ea bibliotheca inueni vitas Horatii plurifariam conscriptas, sed indoctissime, inter quas tamen vna eximia fuit, quæ tametsi nullo titulo auctorem suum præferebat, styli tamen genio satis declarabat, se vnum ex libris Suetonii esse. Hanc cum suis mendis, nam multa inerant vitia, vt inueni, exhibebo, postea subiiciam, quomodo quædam curari posse mihi videantur.

Vita Horatii.

CAPVT II.

HOratius Flaccus Venusinus, patre (vt ipse tradit Libertino, & exactionum coactore, vt vere creditum est salsamentario, cum illi quidã in altercatione exprobrasset: Quotiens ego vidi patrem tuum cubito emungentem? Bello Philippense excitus a M. Bruto imperatore tribunus militum meruit, victisque partibus, venia impetrata scriptum quæstorium comparauit. Ac primo Mecœnati, deinde Augusto insinuatus: non mediocrem locum in amborum amicitia tenuit. Mecœnas quantopere eum dilexit, satis monstratur illo Epigrammate. Vbi inquit.

Ni te visceribus meis Horati
Plus iam diligo † Titum sodalem
† Minio videas strigosiorem.

Sed multo magis † extremis tali ad Augustum elogio.

Horati Flacce, vt mei memor esto.

Augustus ei Epistolarum officium obtulit, hoc ad Mecœnatem scripto significat. *Ante ipse scribendis Epistolis amicorum sufficiebam, nunc occupatissimus & infirmus Horatium nostrum a te cupio abducere. Veniet ergo ab ista Parasitica mensa ad hanc regiam, & nos in scribendis Epistolis iuuabit.* Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut amicitiam suam ingerere desiit. Exstant Epistolæ, ex quibus argumenti gratia pauca subieci. *Sume tibi aliquid iuris apud me, tanquam si victor mihi fueris, recte enim & non temere feceris, quoniam id vsus mihi tecum esse voluit, si per valetudinem tuam fieri possit.* Et rursus. *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimo quoque nostro audire, nam incidit, vt illo coram fieret a me tui mentio. Neque si tu superbus amicitiam nostram spreuisti, ideo nos quoque † ἀντιφάνουμεν.* Præterea

sæpe inter alios iocos, purissimum pœnæ, & homuncionem lepidissimum appellat, vnaque, & altera liberalitate locupletauit. Scripta quidem eius vsque adeo probauit, mansuraque perpetuo, † vt non modo seculare carmen componendum iniunxerit, sed & Vindelicam victoriam Tiberii Drusique priuignorum. Eumque coegerit, propter hoc tribus carminum libris, ex longo interuallo quartum addere. Post sermones quoque lectos nullam sui mentionem habitam ita fit questus: *Irasci me tibi scio, quod non in plerisq; eiusmodi scriptis mecum potissimum loquaris, an vereris, ne apud posteros tibi infame sit, quod videaris familiaris nobis esse?* Expressitque elogium, cuius initium est.

Cum tot sustineas, & tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora Cæsar.

Item.

Horatius habitu corporis breuis fuit, atque obesus, qualis a se ipso & in Satyris describitur. Et ab Augusto hac Epistola, *Protulit ad me Onysius libellum tuum, quem ego vt † accusantem, quantuluscunque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne maiores libelli tui sint, quam ipse es, sed si tibi statura deest: ... vnde est, Itaque licebit in sextariolo scribas, cum circuitus voluminis tui sit † ἐμπώματος, sicut est ventriculi tui*

Ad res Venereas intemperantior traditur, Nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse disposita, vt quocunque respexisset, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini, domusque eius ostenditur circa Tiburtini luculum. Venerunt in manus & elegi sub titulo eius, & Epistola prosa oratione, quasi commendans se Mecœnati, sed vtraque falsa puto. Nam elegi vulgares, Epistola etiam obscura, quo vitio minime tenebatur. Natus est sexto Idus Decembr. Lucio Cotta, & Lucio Torquato Consulibus. Decessit quinto calendas Decembres, C. Mario Censorino, & Caio Asinio Gallo Consulibus, post nonum & quinquagesimum annum, herede Augusto palam nuncupato, cum vrgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus & conditus est extremis æsquiliis, iuxta Mecœnatis tumulum. Hactenus Suetonius. Mutilum esse Epigramma Mecœnatis de Horatio, (cum versus sint Phalecii) nemo non sentit, & quia nulla vestigia literarum relicta sunt: non ausim lacunas temeraria diuinatione implere. Sequitur deinde. Sed multo magis † extremis, tali ad Augustum elogio, *Horati Flacce, vt mei memor esto.* Videtur hoc aliquid deesse, vt sic legas: Sed multo magis extremis verbis, vel multo magis in extremis, tali ad Augustum elogio. *Horati Flacce mei memor esto.* Ista est extrema obtestatio testamenta

menta condentium vel morientium ad eos quos caros habent. Tale fere quiddam inuenies & in testamento Cuspidii. Et rursus. *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimo cognoscere*, puto legendum *Septimio*, qui Horatio perquam familiaris fuit, vt ex illo carmine patet. *Septimi Gades aditure mecum.* Deinde. *Neque si tu superbus amicitiam nostram spreuisti: ideo nos quoque ἀντεφανήδρῳ*, credo veram vocem esse *ἀντεξυφαδίζομεν*, hoc est, viciſſim ſuperbimus. Postea: ſcripta quidem eius vſque adeo probauit, manſuraque perpetuo, deest vox credidit, aut aliquid ſimile. Vocem item Horatius quæ videtur nouam vitam promittere, eradendam puto, nouum enim caput est, non noua vita. Sequitur deinde. *Pertulit ad me Onisyus.* Videat diligentior lector, num pro *Onysio* Dionysium velit ſubiici. Rurſus: *Quem ego vt accusantem, quantuluscunque est, boni consulo.* Nescio an ita ſcribi oporteat: *Quem ego (vt non accusim breuitatem,) quantuluscunque est, boni consulo.* Poſtremo, vox illa *ὀπικωμώπτε-τ@* communranda videtur in *ἐγκωδίαστ@*, vt tumor libelli ad aqualiculum Horatii alludat. Iam quod omiſſum eſt, præterea ſæpe inter alios iocos puriſſimum pœnæ. Perſuadeo mihi, legendum *pene*, genitali ſcilicet membro, antiphraſtic@s enim eum libidinoſum dicit. Quod autem hæc vita ſit Suetonio conſcripta, vt omittam indolem tractandi, dictioniſque naturam: ſatis pro teſtimonio eſt ipſe Porphyrio, cuius hæc verba inuenias in Epiſtola ad Auguſtum.

Apparet hunc librum, vt ſupra diximus, hortatu Cæſaris ſcriptum, cuius rei etiam Suetonius auctor eſt, Nam apud eum Epiſtola inuenitur Auguſti increpantis Horatium, quod non ad ſe quoque plurima ſcribat.

Quid ſint Manubiæ. Ode ſecunda, libri primi.

CAPVT III.

IAm ſatis terra niuis, atq; diræ
Grandinis miſit pater, & rubenti
Dextera ſacras iaculatus arces.
Terruit vrbem,

Acronis verba, in omnibus exemplaribus impreſſis ad iſtum modum ſe habent: *Omnes manubiæ albæ & nigræ eſſe dicuntur, Iouis nigræ & ſanguineæ.* Mutilata omnino & corrupta ſententia. Nos eam integritati ex iſto vetuſto codice reſtituemus. Omnes manubiæ albæ & nigræ Palladis eſſe dicuntur. Iouis rubræ & ſanguineæ. Obiter annotandum, manubias fulmen dici Hetruſcorum lingua, idque pro ratione numinum, a quibus mittitur, diuerſum colorem accipere. Seruius hos Deos fulminatores enumerat: Iouem, Vulcanũ, Mineruam. Ab aliis etiam Summanus additur,

qui summus est manium. Apud Vergil. Pallas non contenta suo fulmine, Iouis ignem (quo magis sæuiret) eiaculatur. Ipsum carmen tale est.

Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem.

Vnde colligimus, Deos nunc suis, nunc alienis fulminibus vti. Seneca libr. secundo naturalium quæstionum, capite 41. Ioui attribuit tres manubias, quarum prima monet & placata est, & ipsius Iouis consilio mittitur. Secundam quidem mittit Iupiter, sed ex consilii sententia. Duodecim enim Deos aduocat, quæ prodest quidem, sed non impune. Tertiam manubiam idem mittit Iupiter, sed adhibitis in consilium diis, quos superiores & inuolutos vocant, quæ vastat & includit, & iniquè mutat statum priuatum & publicum quem inuenit. Auctor est Asconius Pædianus in tertio contra Verrem. Spolia quæsita de viuo hoste nobili per deditionem, veteres manubias dixisse. Et erat imperatorum hæc præda, ex qua quod vellent, facerent. Aulus Gell. libr. 13 cap. 23 Manubias esse vult, pecuniam vel ex hoste captam, vel ex præda venditam redactam. Suetonius contra, simpliciter pro qualicunque præda vsurpare videtur, nec ab hoste solum, sed etiam a ciue petita. *Sero*, inquit, *ad manubias conuersus est, cum de confiscationibus nullo iure subnixis mentionem faceret.* Et quanquam apud Gellium quidam existimat manubias dictas, quod manu capiantur, ego tamen arbitror a duabus vocibus eius etymon coalescere, a manu & vi, vel a Græca βίᾳ, vt hybridam dictionem faciamus.

Histeron Proteron, mutandum in Zelotypoteron, Carminum libro primo, Ode octaua ad Lydiam, Erotice.

CAPVT IV.

VErba hæc sunt Acronis, in vulgatis exemplaribus perquam corrupta. Nos pauca e multis annotabimus, quia in animo est, semel totum Acronem edere. *In Lydyam dicit, vulgari forma mulierem, & sibi aliquando dilectam. Cur ita Sybarim diligat iuuenem, vt eum ab omnibus officiis amore sui desistere fecerit, intermissa exercitatione campestri, & sic apud eum lateat, sicut apud virgines Lycomedis Achillem ferunt, quod per histeron proteron inritualem dicit.* Vetus exemplar, quod zelotypoteron inritualem dicit.

Ode decima. Hymnus Mercurio. Nam addo titulos, quos etiam illic inueni.

CAPVT V.

TE boues olim nisi reddidisses
Per dolum amotas puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.

Acron.

Acron. *Sensus est, abegisti boues Apollini pascenti pecus Admeti regis, & cum tibi minaretur sagitta, nisi eas reddisses: volenti proferre telum pharetra prastigiatam ademisti.* Vetus exemplar, *volenti telum proferre e pharetra, prastigiatura ademisti.*

Ode duodecima, Prosphonetice. Hymnus de laudibus Deorum & hominum. Tetracolos.

CAPVT VI.

Prælijs audax neque te silebo
Liber, & sauis inimica virgo
Belluis, nec te metuende certa
Phœbe sagitta.

Acron. *Apollinem dicit sagitta metuendum propter Amphionem, qui cum filijs peremtus est. Nam Apollini & Diana certa & ineuitabiles ad feriendum sunt sagitta.* Vetus. *Propter Niobem, quæ cum filijs interemta est, nam Apollini & Diana certa & ineuitabiles ad ferendum sagitta.*

Ode decimatertia ad Lydiam, Erotice.

CAPVT VII.

Non si me audias
Speres perpetuum dulcia barbare
Ladentem oscula, quæ Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit.

Acron. *Quinta parte sui nectaris imbuit, id est, luxuria sui amoris repleuit.* Quis hoc credat esse Acronis: Audi nunc Blandinium codicem. *Quinta parte sui nectaris imbuit eleganter, quia in quinque partes, amoris fructus esse partitus dicitur. Visu, alloquio, tactu, osculo, concubitu.* Vnde & Terentianum illud: *Tamen extrema linea amare, haud nihil est.*

Ode decimanona, Erotice.

CAPVT VIII.

Heic mihi viuum cespitem, heic.
Verbenas pueri ponite, thuraq;
Bimi cum patera meri.

Acron. *Dicit autē, se amore Veneris & delicijs occupatum, scribere bella non posse*, plura non habent vulgata exemplaria. Blandinius codex pulcerrimam coronidē addit. *Herbas sacras, id est, verbenas vt est, Verbenas adole pingues & masculā thura. &, Ex ara sume verbenas tibi. Bene autem verbenas, cespitem & thus, Veneri promittit, quæ non placatur sanguine.* Vergilius.

Haud equidem tali me dignor honore. Item,

Centumq; Sabæo thure calent aræ, sertisq; recentibus halant.

Ode vigesima.

CAPVT IX.

Datus in theatro
Quum tibi plausus

Chare Mecœnas eques, vt paterni
Fluminis ripa simul & iocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Acron: Ordo est. *Chare Mecœnas eques potabis vile Sabinum mediis cantharis, quod ego ipse leui conditum Græca testa, cum datus ei tibi plausus in theatro, vt ripa fluminis paterni, simul & iocosa imago Vaticani montes redderet tibi laudes.* Post ista verba hæc quoque adduntur in scripto exemplari. *Tantus enim fuit plausus, vt ripa fluminis, monsq; Vaticanus per Echo resonarent.*

Ode vigesima septima.

CAPVT X.

NOn erubescendis adurit ignibus,
Ingenuoq; semper
Amore peccas, Quicquid habes age
Depone tutu auribus.

Acron. *Ingenuoq; semper a.p. impudendo non erubescendo, laudandoq; electione vel iudicio.* Nulla hic integritas sensus, optime igitur Blandinius codex. *Ingenuo, id est, nobili, laudandoq; electionem cogit illum fateri quam diligit.*

Ode tricesima quinta. Prosentice.

CAPVT XI.

ODiua gratum, qua regis Antium.

Acron. *Apud Antium autem est Fortuna templum famosissimum, multorũ etiam principum donis ornatum. Vnde etiam ciuitas Fortuna ipsius tutela dicta est.* Blandinius codex plenius & purioribus verbis sententiam absoluit: *Apud Antium Fortuna templũ est, multis donis ornatũ, vnde ciuitas ipsius tutela addicta subsistit.*

Libro tertio, Ode tertia.

CAPVT XII.

DVm longus inter sæuiat Ilion
Romamq; pontus, qualibet exsules
In parte regnant beati.

Acron. *Tolerabilius se ferre confirmat, vt longo spatio maris interiecto Roma regnent potius Romanorum nepotes, quam vt illo fruantur imperio.* Nihil hic integri. Sic vetus. *Roma regnent potius Romanorum nepotes, quam vt Ilio seruetur imperium.* Ego autem hoc addo, legendum esse. *Roma regnent potius Romani eorum nepotes.* In reliquis cum vetusto codice consentio.

Ibidem.

Qua parte debacchentur ignes,
Ceraunenen dixit inhabitabilem, Recte Blandinium volumen *Cecaumenen dixit inhabitabilem.*

Ode quarta.

CAPVT XIII.

Nec

Nec perdit
Impositum celer ignis Ætnam.

Acron. *Ætnam montem Siciliæ Enceladó superpositum, quem ad pœnæ perpetuitatem semper ardere commemorat.* Accommodatius ad Horatianos versus codex vetustus, *Ætna mons est Siciliæ Enceladó superpositus, quem ad pœnæ perpetuitatem non perardere commemorat.*

Ode sexta.

CAPVT XIIII.

Delicta maiorum immeritus lues.

Infinita prætermitto, vt tamẽ specimen exhibeam, quam vulgo corruptis exemplaribus vtamur, libet in hac ode omnia excutere. Acron. *Non cultu Deorum Romam creuisse refert, & sumsisse principium a Deorum cultu, eandem suadet felicitatem debere vsq; ad exitum custodire.* Lego, sed citra suffragia codicum, eodem suadet nimirum cultu Deorum, felicitatem debere vsque ad exitum custodiri. Hinc omne principium, hoc ex tradita persuasione sumtum est, quam aiunt pœnas in posteros expertes sæpe differri, quas maiores effugerunt, arbitror deesse vocem culpæ, vt legas, qua aiunt pœnas in posteros culpæ expertes sæpe differri, sed & hoc quoq; citra attestationem veterũ codicum. Sequitur, Quia ante crassum, post Decium Saxam. Quid rectius ex historiis scrutandum, quę mihi hoc tempore ad manus non aderant. Occupatis enim Ciuili bello Romanis, data est occasio hostibus commouẽdi bella. *Vetus*, moliendi bella. Quidam volunt, Augustum tangi his versibus, qui alienam coniugem tulerit, & genus bonum sanguinis patris, alieni coitus admixtione polluerit. *Vetus*, Genus, id est, bonũ patris sanguinis, alieni coitus admixtione pollutum. Vah, quanto, hoc est, purius & sanius? Sed pergamus ad cetera. Significat autem per hoc instituti meliores saltus. Vetus, significat per hoc instituti molliores saltatus. Rursus, *impermissa*, interlassata gaudia, voluptates. Vetus, *Impermissa*, inconcessa, &c. *Non his orta parentibus*, tanquam non legitimis nuptiis fuerint, stulte id & prauè. Vetus integerrime, Tanquam legitimis conceptæ nuptiis fuerint. Rursus. *Tulit nos pejores.* Nequitiam parentum dixit augeri in posteros. Vetus, per posteros. Neutrum improbo. *Mox daturos* nos scilicet, nos allaturos *pejores* filios. Vetus habet vitiosiores.

Ode vigesimanona, Ad Mecœnatem, Prosphonetice.

CAPVT XV.

Iam clarus occultum Andromedæ pater.

Acron. *Andromedæ pater, Cephius Æthiopum rex Zethius qui inter sydera collocatus dicitur proximus Orioni.* Vetus, *Andromedæ pater, Cepheus Æthiopum rex, qui inter sydera collocatus dicitur proximus Orioni.*

Libro quarto. Ode quinta.

CAPVT XVI.

Hinc ad vina latus, & alteris
Te mensis adhibet Deum.

Acron. *Hinc ad vina redit latus, a labore ad conuiuia, & alteris te mensis adhibet Deum.* Heic pulcerrima sententia deest in impressis codicibus. Antiquorum consuetudo fuit, vt sublata prima mensa, poneretur secunda, atque in ea positis pomis, infusoq; vino libaretur dis.

Ode decimatertia.

CAPVT XVII.

Foelix post Cynaram, notasque & artium
Gratarum facies.

Acron. *Probata & artifex, nihil inuenies praterea glossematis, in hunc locum.* Vetustus codex hoc quoque adiungit. *Artium gratarum facies dicitur illa, qua motu oculorum superciliorũ, cerunca placet.* Deinde hi versus, qui vulgo sic leguntur, *Possent vt iuuenes visere, Multo non sine risu dilapsam in cineres*, Antiquus codex habet, *dilapsam in cineres*, quod & elegantius & rectius puto. Illud enim dilabitur, quod per partes disparet.

Ode decimaquarta.

CAPVT XVIII.

Vindelici didicere nuper
Quid Marte possis, milite nam tuo
Drusus Gelonos inplacidum genus
Brennosq; veloces, & arces
Alpibus impositas tremendis.

Longe aliter scriptus liber. Nam pro *Gelonos* habet *Genaunos*. Additum in margine, esse eos Galliæ populos, & pro *Brennos, Bremos*. Videat ergo diligens lector, num pro *Genaunos* legendum sit *Genabos*. Nam Geloni inter Alpinas gentes, Gallos & Germanos nullum locum habere possunt. Non enim res in Scythia aut Thracia gesta est. Ibidem,

Sic tauriformis volutatur Aufidus.
Qui regna Dauni perfluit Appuli. Vetus.
Qui regna Dauni praefluit Appuli. In quem locum vulgata Acronis nomine sic habent. *Omnium famosorum fluminum vultus cum cornibus finguntur, ideo tauriformis propter impetus & mugitus aquarum.* Longe aliter vetus. *Tauriformis, tauri formam habens, ideo autem flumina cum cornibus finguntur, quoniam mugitum habent velati boues, ideoq; eorum cornua harundinibus coronata perhibentur, quoniam eorum ripa harundinetis praefiguntur.*

Ibidem.

Nam tibi quo die

Portus

Portus Alexandria supplex
Et vacuum patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.

Hæc verba in omnibus exemplaribus desunt. Quia post quindecim annos, quam Augustus Alexandriam, iste vicit Vindelicos. Iam in Epode secunda, nihil habet scriptus codex cum impressis commune. Adderem huic quoq; nisi & longum esset, & integram Acronis editionem paratemus.

Epode tertia.

CAPVT XIX.

Edat cicutis allium nocentius.

Acron. *Edat autem dicendum potius quam edit, quoniam sic declinatur, Edo, es, est, deinde modo optatiue, vtiam edam, edas, edat.* Vetus. *Edit potius dicendum, quam edat. Antiqui enim dicebant, vtinam edim, edis, edit, edimus, editis, edint.* Hactenus ille. Videtur autem edim dictum esse, eadem forma, qua velim, velis, velit, & faxim, is, it, & in multis olim verbis hanc fuisse speciem declinandi deprehendere licet.

Epode decimaseptima.

CAPVT XX.

Defixa cœlo devocare sydera. Antiqui refixa. *Perambulabis astra sydus aureum,* Antiq. astra sydus aureum. *Neque in sepulcris pauperum impudens anus.* Antiq. *prudens anus.* & adiunctum in margine, id est, *docta*, scilicet, vt negetur perita esse feralium magicarum. Sagæ autem eiusmodi, quæ cadauerum partibus instruunt suam officinam, a sepulcris dicuntur Græce τυμβίδες.

Telephus & Peleus quales fuerint. Ex arte Poetica Horatij.

CAPVT XXI.

Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi, tunc tua me infortunia lædent,
Telephe vel Peleu, male si mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo.

Telephus (inquit ille, quic heic personam Acronis gerit) *& Peleus, hi ambo diuites fuerunt, & omnibus suis bonis consumtis, ad tantam inopiam deuenerunt, vt exsules facti mendicando sibi victum conquirerent.* Audi nunc quid vera luscinia canat, *Peleus pater Achillis, ipse filius Æaci dicis habuit fratres, Telamonem ex eodem patre & matre, Phocum, ex patre tantum, sed natum Dea marina Salmacanomine, quæ ipsa interfecit, inde furijs exagitatus & exsilio damnatus est. Tandè receptus hospitio, a Ceice filio solis a cede expiatur.* Hactenus ille. Hos reges Euripides in scena pannosos ridiculosq; exhibuit. Vndè ab Aristophane in Ranis per ludibrium vocatur πτωχοποιὸς καὶ ῥακιοππανοδύτης. Mandata heic intelligit

partes alicui personæ a Poeta commissas, vt eos affectus gestusque exhibeat, quos ille voluit:

Intererit multum, Dauus ne loquatur, herusne.
Intererit multum, diuus ne loquatur, an heros.
Intererit multum, diues ne loquatur, an Hirus.

Cum tot diuersitates lectionũ in antiquis codicibus inuenirem, nõ putaui me omnino nugas agere, si illas oculis subiecissem, quarum prima distinctione antitheseos valde est commendabilis. Secunda discrimen adfert, sed in rebus nõ longa dissimilitudine a se inuicem abiunctis. Ita enim quidam diuisiones inire solent, vt homines discriminarent in mortales & heroas. Immortales, in diuos, quos alii dæmones vocant, & in Deos. Tertia rursus eandem commendationem antitheseos habet. Sequitur.

Sit Medea ferox inuictaq; flebilis Ino.

Acron. *Ino flebilis propter amissionẽ filiorum, Athamas enim maritus vnũ persecutus, occidit. Alterum dum sequitur, cecidit in mare, quorũ exitum flet.* Copiosius illa in vetusto codice. *Ino vxor Athamantis, & ex eo mater duorũ filiorum, Learchi & Melicerte. Athamas de venatione rediens, in furorem versus, cum vidisset vxorẽ cum duobus liberis, putans se leænam cum duobus catulis videre, irruit in eam, & vnum de pueris rapiens discerpsit. Illa autem cum altero fugiens, se in mare præcipitauit.* Cetera conueniunt, quod ad hunc locum attinet, cum vulgatis.

Quid actor & auctor differant, & de officio chori.

CAPVT XXII.

Actoris partes chorus officiumq; virile
Defendat, neu quid medios intercinat actus, &c.

Habet vetus codex, *auctoris partes*, quod rectum nõ puto. Nam tametsi in veteri comœdia sæpius chorus indicet, maxime in parabasibus, quid sibi Poeta impetratum velit a populo, tamen puto Horatium intelligere, chorum debere idem argumentum tractare cum ceteris histrionibus, & aliquam personam sustinere. Quod ab Æschylo, Euripide & Sophocle bene obseruatum est. Nec discessit ab hac lege Seneca tragicus in Troade. In Agamemnone vero, & Octauia, & Hercule Ætheo, ad dimidium neglexit. Partim enim chorus per se cantat, non admixtis vllis colloquiis aliarum personarum, partim dialogum confabulatione absoluit. In ceteris vero omnibus omnino repudiauit.

De noua & minime vulgari Beati significatione.

CAPVT XXIII.

Si vero est, vnctum qui recte ponere possit,
Et respondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum, mirabor si sciat inter
Noscere mendacem, verumq; beatus amicum.

Quid hoc loco sit *beatus*, nulli interpretes admonent, & quasi

rem

rem facilem & obuiam, conniuentibus oculis transmittunt. cum hæc abstrusa quædam, sed tamen elegantissima significatio istius vocabuli, totum hunc locum obscuritatibus inuoluat. Non enim hæc beatus est, cui fortuna fauet, aut qui diues est, vt aliquando capitur, sed cum quo bene agitur, quod ob stuporem, suas aduersitates & mala non intelligat. Ita quoque a Terentio dictum est in Adelphis?

Derides? fortunatus qui isto animo sies.

Et rursus in epistola Auli Cecinnæ ad Ciceronem: *Nemo nostrorum est, opinor, quin vota victoriæ suæ fecerit. Nemo, quin etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, vt quam primum Cæsar superaretur, optarit, hoc si non cogitat, omnibus in rebus felix est, si scit & persuasus est, quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra voluntatem suam?* Est autem charientismus, qui sub specie quasi gratulationis, alterius stuporem carpit, Sed redeamus ad superiora.

Quid sit Morata fabula.

CAPVT XXIIII.

ITa enim interpolata memoria iubet.
Respicere exemplar vitæ morumq; iubebo
Doctum imitatorem, & † viuas hinc ducere voces — *Veras.*
Interdum speciosa † locis, morataq; recte — *Iocis.*
Fabula nullius Veneris sine pondere & arte
Valdius obiectat populum, meliusq; moratur,
Quam versus inopes rerum nugæq; canoræ.

Ridicula sunt & stulta, quę sub nomine Acronis hæc adscribuntur. Neq; quicq̃ melius, imo plane eadem in veteri exemplari. Dicam igitur paucis, quid sit morata fabula. Mores hæc nihil aliud significant quã ingenia, indoles, & studia personarum, quæ a Græcis ἤθη dicuntur, si quis igitur argumentum adferat non elaborata nec eleganti dictione, sed plebeia & vulgari, modo illic militis iactantia, senis περιαυτολογία, meretricis insidiosa blandiloquentia, aulicorum fumi, rusticorum asperitates, aliarumq; personarum dicta factaque pro eorum natura recte repræsentẽtur, magis illam fabulam placituram, quam carmina elaborata, nullis rebus, aut imitatione morum instructa.

Ad præpositio, & At coniunctio, olim ijsdem literis scribebantur.

Ex sermonum libro, Satyra prima.

CAPVT XXV.

QVid iuuat immensum te argenti pondus & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
† Quid si comminuas vilem redigatur ad assem, — *Quod.*
† At ni ta sit, quid habet pulcri constructus aceruus? — *Ad.*

Vetus codex nihil nos in Sermonibus adiuuat: Nam præter ipsa carmina Horatii nihil habet. Olim autem, ad præpositio,

& at coniunctio iisdem literis scribebantur, vt quod relatiuum & quot numerale. Postea Grammatici, vt discrimen facerent, alterum per d, alterum per t, cœperunt exarare. Ego autem hos versus in hoc dialogismo sic intelligo. Postquam damnasset Horatius, qui pecuniam suam terræ infodiunt, per antipophorā subiectum est ab aduersario, infodiendos esse thesauros: nam si comminuas, tandem summam ad nihilum recidere. Replicat Horatius, At si vt nō diminuas, ab omni vsu arces pecuniam, quid tandem boni habebit cumulus ille congestitius pecuniarum?

De Dimenso seruorum.

CAPVT XXVI.

Millia frumenti tua triuerit area centum,
Non tuus hoc capiet venter plus, quam meus, vt si
Reticulum panis venales inter † onusto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quam
Qui nil portarit.

Hennusto.

Libuit hæc rem exiguam paucis verbis annotare, sed tamen talem, quæ ignorari non debeat. Qui viaticum inter venalitios seruos gestant, ideo non plus in alimentum accipiunt, quam ceteri, quia serui ex dimenso viuebant, & σιτομετρῳ illud singulis æquales portiones tribuebat. Videmus igitur, quam concinne a Poeta ista comparatio adducta sit.

Quales Tyndarides.

CAPVT XXVII.

At hunc liberta securi
Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.

Tyndaridas appellauit mariticidas, quod Tyndari filiæ, Helena Deiphobum, Clytemnestra Agamemnonem occiderint. Atqui illud nos male habet, quod genitiuus Tyndaridarum descendit a patronymico masculino Tyndarides. Nam Tyndaris habet in eo casu Tyndaridū, nisi fortasse a Tyndarida Tyndaridæ, genitiuum pluralem Tyndaridarum deducere velimus, vt accusatiuus in nominatiuum muterur, quemadmodum æther, ætheris, ętheri, ętherа, inde facimus ætheta, ætheræ. Aut quia masculū opus perfecere in occidendis maritis. Quasi de viris mentionem faceret, Tyndaridarum genitiuo vti maluit, quam Tyndaridum. Hoc obiter admonendum est, eum, qui a liberta ita mactatus est, in quibusdam libris Humidium, in quibusdam Vuidium appellari per αἰνιγμα, cum nihil eo fuerit siccius.

Solum auarum sua vitia amare.

CAPVT. XXVIII.

Illuc vnde abij, redeo, nemo vt sit auarus
Se probet, at potius laudet diuersa sequentes.

Locus iste mire confragosus, sed aliquid subsidii est a Porphyrione, cuius hæc sunt verba: *Ad sermonis sui sensum quem in coaua-*

rari re-

rat recurrit, cum cœperit ante dicere, nullum hominem statu rerum suarum gaudere, & laudare diuersa, a quibus dissentire tamen auarum ait, qui proposito suo gaudet solus. Hæc autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet, quod auarus se probet, sed quod nemo amplius. Secunda ista sententia cum priore collidit, ac nescio an sit Acronis, superior certe rem ex fide tractat. Repetit enim Horatius, quæ in principio carminis proposuerat.

Qui fit Mæcenas? vt nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obtecerit, illa
Contentus viuat? laudet diuersa sequentes? Sed quomodo hanc regressionem ex verbis istis conficiamus, non video. *Nemo vt sit auarus*) Inueniuntur exemplaria, quæ habent, *Nemon vt auarus:* quod iste siue Porphyrio, siue alius quispiam est, videtur agnouisse, cum dicat, hæc autem admiratio pronuntiantis, &c. Ergo subaudiendum est, mirum neminē se laudare, vt auarus se laudat, de quo supra dixit: *Populus me sibilat, at mihi plaudo.*

Quod si mihi vlla exemplaria suffragarentur, libenter ad istū modum legerem:

Illuc vnde abij redeo, cur nemo vt auarus
Se probet, ac potius laudet diuersa sequentes.

Id si reciperemus, sermo careret omni molestia, quæ certe iam non mediocris obstrepit. Volumus tamen rem in suspenso esse, nec fidem adhiberi nostris coniecturis, nisi auctoritate veterum codicum, præsertim hoc in loco fulciantur.

Hi tituli Magni & Maximi quo fonte profluxerint.

Satyra secunda.

CAPVT XXIX.

Macte
Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.

Multæ sunt orationes, quæ habent vim naturamque aduerbiorum ac propemodum interiectionum. Præter enim affectū quendam nihil significant, hoc tantummodo a specie interiectionum diuersæ, quod voces sint artificiales, non naturales & inconditæ. E multis autē, quę nunc occurrunt, paucas subiiciam, vt, sodes, quod est blandientis, apagesis, auersantis, quid malum? detestantis. amabo, & amabo te, & amabimus te, blandientis. Io Bacche, afflati. Io triumphe, exsultantis. Ita in hoc loco Macte est gratulantis & approbantis alienam virtutem. Sic quoque Vergilius de Ascanio supra ætatis conditionem forma patrante.

Macte noua virtute puer, sic itur ad astra.

Itidem & Liuius Decadis primæ, libro quarto: *Tum Dictator Macte virtute, inquit, Seruili esto, liberata Republica.* Atque ex hoc macte & hac solennitate gratulandi, puto illas appellationes esse profectas, vt Romani quosdam Magnos, quosdam Maximos nuncuparent.

Peruidere insolenti significatione dictum.

CAPVT XXX.

EGomet mi ignosco Meuius inquit,
Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari.
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Notatur his versibus philautia, quæ ad sua vitia cæcutit, aliena perspicacissime intuetur. De sententia mihi cum omnibus interpretibus fere conuenit, in verbis a plerisque dissideo. Non enim peruidere hîc idem est quod perspicere, sed parum videre, & cæcutire. Quale est apud Græcos παραβλέπειν, quum acies oculorum sine animaduertentia rei visæ præterlabitur. Per, certe in quibusdam compositis ἀλόπως significat, vt perdo, pereo, perfidus. Adiunctæ autem sunt multæ αἰτιολογίας, cur parum videat. Primum, quia lippus. Deinde, quia oculos collyrio inunctos habeat. Reliqua deinde per antitheſin opponuntur.

De malignis virtutum interpretationibus. Sequitur paulo post.

CAPVT XXXI.

SYncerum cupimus vas incrustare, probus quis
Nobiscum viuit, multum demissus homo, illi
Tardo cognomen pingui damus.

In hunc locum ista sunt Acronis verba: *Illum qui pinguis est, tardum appellamus, naturam vertentes in vitium, pro pingui, tardo. Pinguedo enim pragrauat & tardos facit.* Nec Porphyrio ab ista interpretatione discedit, *illi*, inquiens, *pingui, tardo cognomē damus.* Ego hos versus ita legendos arbitror:

Syncerum cupimus vas incrustare, probus quis
Nobiscum viuit, multum demissus homo ille est.

Certe in quibusdam exemplaribus inuenitur, *multum demissus homo illi &.* Magna autem vicinitas est, inter, &, coniunctionem, atque, est, verbum. Vt sit sensus. Probus & modestus qui nobiscum viuit, statim nobis est & habetur pro demisso, & minime erecto atque alacri. Deinde eum, qui tardus est, & non præferuidæ naturæ, sed lenti & cunctabundi ingenii, pinguem appellamus, hoc est, hebetem & ignauum. Plus enim conuitii est in pingui, quam in tardo, & quia in peius omnia amicorum indoles interpretantur, debet etiam heic (quod in ceteris factum est) id quod leuius est, in grauius commutari. Ne quis me audacem vocet, quod a tantis viris dissentiam, sciat me magnopere dubitare, num ista verba ante citata reuera sint Acronis & Porphyrionis. Si quis omnibus tribus credere velit, ille sæpius pro Iunone (quasi alter Ixion) inane simulacrum nubis in complexibus habebit.

LIBER

LIBER QVARTVS.

Merces quid significet.

CAPVT I.

Odisti & fugis, vt Rissonem debitor aris,
Qui nisi cum tristes misero venere calendæ,
Mercede aut nummos unde unde extricat amarat
Porrecto iugulo historias captiuus vt audit.

Satis hæc bona fide tractantur ab Acrone, vt vbiq;, nisi vbi supposititius aliquis nebulo falso titulo se ingerit. Significat hūc Rissonem fœneratorem fuisse, & eundē historiæ malum scriptorem, qui solitus sit a debitorib. suis audientiam exigere. Ordo est, Qui nisi vnde vnde extricat, qui debitor, nisi parauerit vsuras aut sortem, audiet historias Rusonis fœneratoriis. Iam quod subsequitur adulterinum esse puto, audiet historias, id est, lites & conuitia. Nos vt studiorum ingenia nonnihil adiuuemus, operosiuscule hūc locum interpretabimur. Tu ob leue vitium ita amicum odisti & auersaris, vt debitor fœnebris pecuniæ fugit Rusonem. Mire in hoc vocabulo variant codices. Alii enim habent *Ruffonem*, alii *Ruzonem*, alii *Russonem*, alii *Rissonem*. Qui debitor si non (ita enim vox, nisi, interpretanda est. vt Græcis, εἰ μή) extricat, hoc est, expedit alicunde vel mercedem, hoc est, vsuram vel nummos, hoc est, sortem, audit (vt captiuus porrecto iugulo, extento ad securis ictum excipiendum) historias Rustonis. Debitor enim non soluendo, demulcet sibi fœneratorem, dum illius recitationi attentionem simulat, alioqui non facturus, nisi necessitas eum compelleret. Calendis enim apud Latinos, sicut apud Græcos neomeniis vsura dependenda est, nam erant olim omnes vsuræ menstruæ. Hinc est, quod quidam apud Aristophanem in nebulis, Lunam in arca concludere exoptat, ne vnquam cum neomeniis exoriatur dies solutioni præstituta. Veteres autem omnes pensitationes, mercedes appellabant. Suetonius de Iulio Cæsare: *Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte releuauit.* Idemque Horatius supra dixit: *Quinas hoc capiti mercedes exegit.*

Aquam prabere in conuiuiis quid sit, Satyra quarta.

CAPVT II.

Et quibus vnus auet quauis aspergere cunctos,
Præter eum qui præbet aquam, post hunc quoq; potus,
Condita cum verax aperit præcordia Liber.

Non dubiū est, quin per eum qui præbet aquam, conuiuatorem ipsum intelligere debeamus. Acron hoc tacet. Porphyrio rē diuinandam proponit. *Sic enim*, inquit, *præter eum qui præbet aquam, id est, pascit.* Sed videamus, an commoda sit hæc Synecdoche, vt aquam præbere dicatur pro pascere, nec plura addit. Apud Iudæos satis constat hospitis munus fuisse, vt aquam præberet lauandis

pedibus eorum, quos tecto & mensa dignatus fuisset. Eo enim modo Abraham & Loth, aduenas illos angelos susciperunt. Et Christus in enumerandis officiis hospitalibus obiicit Simoni, quod aquam suis pedibus non dedisset, non obiecturus (opinor) nisi recepti moris fuisset. Verum vt illa consuetudo apud Iudæos inualuerit, non statim sequitur, idem obseruatum fuisse ab ethnicis hominibus. Nam tametsi verum est in quibusdam rebus eorum mores consensisse, in plurimis tamen in infinitum dissentiunt. Certe olim insignem fuisse apud gentiles pietatem in hospitibus excipiendis vel inde patet, quod honestum sit habitum, si filiæ regum hospites in balneis lauarent, vt non vno in loco apud Homerum inuenias. Ego quicquid eius rei est, in medio relinquo. Certum est, hospitem conuiuis præbuisse aquam, siue ad diluendum vinum, siue ad lotionem vel manuum vel pedum, pro certo a me constitui non potest, veruntamen ab ista notatione officii hospes ille in loco describitur, nec abludit quod postea subiicit libro Sermonum secundo, Satyra 2.

Nec sic vt simplex Neuius vnctam
Conuiuis præbebit aquam, vitium hoc quoq; magnum:

Seuerus Sulpitius in vita D Martini, scribit, eum aquam manibus hospiti præbuisse, siue ex communi consuetudine, siue peculiari quadam humanitate, ad liquidum sane diiudicari non potest.

Nymphas olim dictas esse Lymphas. Libro Sermonum primo, Satyra quinta.

CAPVT III.

Postera tempestas melior, via peior aduſque
Bari mœnia piscosi, dehinc Gnatia Lymphis
Iratis exstructa dedit risusq; iocosque.

Mirum videri posset, cur Horatius tam audaci Meronymia sine necessitate vti voluit, vt Lymphas dixerit pro nymphis. Nam vt pronum est, in transnominationibus Martem pro bello, Vulcanum pro igne, Cererem pro frumento, Bacchum pro vino appellare: ita vicissim non solum arduum, sed improbi conatus est Cererem frumenti, Bacchum vini, Martem belli nomine salutare. Ceterum nulla isthic Meronymia, simplex locutio est sine omni figura. Quas enim nunc Nymphas dicimus, Græci Naiadas, vetustas olim appellauit Lymphas. Vnde etiamnum lymphati, lympharum nomine agitati. Vt apud Apuleium laruatus, laruarum furiis incitatus. Fidem facit nostris dictis M. Varro de re rustica, lib. 1. cap. 1. vbi omnes Deos, studium quibus arua tueri, religiosa nomenclatura inuocat. Iouem & Tellurem, Solem & Lunam, Cererem & Liberum, Robigum & Floram, Minervam & Venerem, Lympham & bonum Ventum (quanquam ibi Euentum legendum opinor) Subiungit enim, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura. Sine successu & bono euentu frustratio, nō cultura. Boni euentus

tus simulacrum Romæ fuisse, quod dextra pateram, sinistra spicam ac papauer teneret, Auctor est Plinius, lib. 33. cap. 8

Quid sit Obire sua prædia.

CAPVT IIII.

Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Saturetano vectari rura caballo,
Sed quod eram narro.

Acron hunc locum ita interpretatur. Ordo est. *Non ego narro, me circum rura vectari caballo Satureiano. Satureiani fundi sunt in Apulia fertiles, & equorum nobilium genitores.* Nec Porphyrio plura aut meliora. *Satureiani* (inquit fundi nomine) *in Apulia illis temporibus fuisse dicuntur satis ampli & nobiles, per quod Appulum equum significat.* Vt de Acrone dubito, num hæc eius verba sint: ita extra controuersiam puto, ista non Porphyrionis, sed impostoris esse. Mens autem poetæ, quæ a neuto satis explicatur, hæc est. Respondeo me non esse diuitem, nec mihi opus esse equo, vt mea iugera obeam & circumuisam. Nam quibus tam amplæ possessiones sunt, vt pedibus eas circumerrare nequeant, equo ad id vti solent. Ea forma quoque dictum est a satyrographo, Quantum non miluus oberret. Postremo existimo, hic esse vel antiptosin, vt sit Satureiano pro Satureiana. Puto enim ad rura id epitheti referendum esse, aut certe olim scriptum fuisse Satureiana breui syllaba per pentimimerim producta, quod sciolus non ferens, casum mutauit. Indicat enim Poeta, se nec bona, nec magna latifundia habere, qualia sunt Satureiana, vt ea inuisendo ob amplitudinem equo circumuectari oporteat.

Mox ibidem. Quid sit Curtus.

CAPVT V.

Nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel si lubet vsq; Tarentum.
Mantica cui lumbos onere vlceret atq; eques armos.

Quid sit curtus mulus, ab interpretibus non indicatur, Nec certe est, quod vulgo existimant, Horatium curtum eum intelligere mulum, cui aliqua pars membrorum mutilata sit, sed eo modo hic dicit curtum mulum, quo paulo post vocat curtos Iudæos. *Vin' tu, inquit, curtis Iudæis oppedere?* hos autem dixit *Apellas* antea. *Credat, inquit, Iudæus Apella,* quod præputii pelle careant. Ita quoque mulum detrita alicubi pelle, nec integro corio curtum nominauit, & propemodum scriptum expressit, cum postea addat, *Mantica cui lumbos onere vlceret & eques armos*, indicans nimio onere pellem atteri. Si quis tamen aures abscisas, aut oculum exemtum credat in curto mulo intelligendum, non magnopere repugno. Vt enim libertatem in Republica, ita iuris æquum & *ἰσηγορίαν* maxime in literis amplecti debemus.

Satyra decima, Quod ictus habeat senarius.

CAPVT VI.

POllio regum
Facta canit pede ter percusso, forte epos acer
Vt nemo Varius ducit molle atq; facetum
Vergilio annumerant, gaudentes rure Camœna.

Multa heic præclara habet Acron, sed admixtis zizaniis. Quis enim hoc Acronis existimet. *Epos*, inquit, *pro Epodos. Epos autem dictum, quod vnum versum maiorem habet, alterum minorem, vt nemo Varius ducit molle atque facetum. Varius delicatum versum componit, id est, nemo vt Varius dulciter canit molle atque facetum, Annumerant Vergilio rure Camœna.* Non puto mihi laborandum, vt probem Epicum & Heroicum carmen idem esse, & diuersissimum a natura Epodon, quod nugator iste quisquis est, tam constanter affirmat, cum inter Epicos Poetas Homero primo partes attribuantur. Deinde quod Vergilio adiunctum fuit, numerum molle & facetum carmen, ad Varium traducit, confusis limitibus regionum. Ceterum in scriptis exemplaribus longe aliter is versus deprehenditur, sic enim habent:

Molle atque facetum
Vergilio annuerunt Capuo de rure Camœna.

Vt ad Nolam studiorum Vergilii domicilium alludere videatur. Deinde dictum est per Systolen, *Annuerunt* pro *annuerint*, vt & illud Vergilii in Bucolicis:

Matris longa decem tulerunt fastidia menses.

Satyra secunda. Quid sit Metatus ager.

CAPVT VII.

INtegris opibus noui non latius vsum
Quam nunc accisis videas metato in agello
Cum pecore & gnatis fortem mercede colonum.

Silentio transmittunt interpretes, quid sit metato in agello. In quo nostris temporibus summa difficultas, quia antiquitatis notitia magna ex parte obliterata est. Sensus autem est, Offellum cum agri eius belli ciuilis proscriptione in ditionem veteranorum redacti essent, eosque non iam vt dominus, sed vt conductor excoleret, non minus tamen laute eum in alieno vixisse, quam antea in proprio. Mos fuit olim imperatoribus, vt iuberent agros metari, hoc est, in certa iugera distingui, vt æqua diuisio inter milites, quibus is ager assignandus erat, iniri posset. Quod si præsentia ad id non sufficerent, etiam vicina loca in supplementum addebantur. Vnde illa conquestio Vergiliana in Bucolicis: *Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.* Mos autem ille originem a Romulo traxit, qui centuriatum agrum militibus suis dedit, hoc est, ducenta iugera in centum capita diuisit.

Satyra sexta. Quid Proprium apud veteres.

CA-

CAPVT VIII.

Nil amplius oro
Maia nate, nisi vt propria hæc mihi munera faxis.

Propria dicuntur, in quibus nemo alius quippiam iuris habet, & quæ perpetuam adferũt domino possessionem. Qua ratione quoque a Vergilio dictũ est: *Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.* quum nuptias liberas a diuortio & vindicatione alterius mariti polliceretur. Ita quoque in sexto Æneidos: *Nimium vobis Romana propago Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.* Nam in commodatitiis & deposititiis temporaria possessio est. Neque etiam in vsu, & vsufructu æterna est auctoritas, cum vel capitis diminutione, vel morte amittantur. Neq; Malliana verba ab hoc modo abludere existimo:

Vitaque mancipio nulli datur omnibus vsu. Vt in vitæ possessione proprietatem, quæ in rebus mancupi est, mortalibus hominibus conciliare non liceat. In iure tamen sæpe diuersa vnius rei est proprietas, & vsus, aut vsusfructus, quos consolidatio in vnum coniungit, sed hic ita non capitur.

Libro secundo, Satyra prima, Non esse diuturnos in vita, quibus eximia virtutes.

CAPVT IX.

O Visquis erit vitæ scribam color, O puer, vt sis
Vitalis metuo.

In istis versibus *vitalis* pro *viuax* ponitur. Timet enim Trebatius, ne satyrica libertas Horatio breui exitium conciliet. Ceterum alludit est ad celeberrimum illum Homeri versum Iliados 18.

ὠκύμορος δὴ μοι τέκος ἔσσεαι οἷ ἀγορεύεις. Hoc est,
Instant fata tibi mignate, ita verba profaris.

Verba sunt Thetidis ad Achillem, quibus indicat, se præsagire ex illius dictis, non longe ab eo mortem abesse, cum nimia auditate vltroneus ad bellum fatale deproperaret. Abiit autem hic versus postea in Adagium, adaptatumque in eos vsus, vbi quem ob nimiam virtutem nõ diu in vita superstitem futurum auguramur, optimas enim res citissime aboleri. Eadem quoque ratione Dauus apud eundem Horatium ita loquitur: *Dauus amicum mancipium domini & frugi, quod sit satis, hoc est, vt vitale putes.* Vbi virtutibus se instructum dicit, sed nõ summis, alioqui se vitalem non futurum.

Libro primo, Satyra decima. Quid sit ligna in syluam ferre.

CAPVT X.

Licitũ est in Miscellaneis, a meta ad carceres redire, nec fluuiorum decursum seruare, quam obrẽ ad superiora regrediamur. Cum meis interpretater Satyram decimam. lib. 1. inter docẽdum miram sensi difficultatem, quæ se in tacita lectione, & solitario illo studio non aperuerat. Est autem ea in his versibus:

Atq; ego cum Græcos facerem natus mare citra
Versiculos, vetuit talia me voce Quirinus
Post mediam noctem visus. Cum somnia vera.
In syluam ne ligna feras insanius ac si
Magnas Græcorum malis implere catervas.

Longe alius sensus ex verbis istis sese offert, quam qui opportunus est huic loco. Scilicet, maioris esse insaniæ, si ligna in syluam feras, quam si Græcorum librorum numerum tuis scriptis adaugeas. Cum contra Horatius maioris insaniæ esse velit, Græca volumina tuis scriptis locupletare, quam si ligna in syluam feras. Mihi omnia tentanti, visum est istius perplexitatis remedium inueniri posse, si pro *ac si*, legas *at si*, hoc ordine: *In syluam ne ligna feras, at insanius est, si magnas Græcorum malis implere catervas.* Vt agnoscat insaniam esse, ferre ligna in syluam, sed insanius esse, si quis supplementum librorum addere velis tot cohortibus Græcorum auctorum.

Satyra 3. lib. 2. Qui libertini vendi possint.

CAPVT XI.

VT in iudiciis nunc absoluimus, nunc damnamus, cum in manifesto est vel innocentia, vel noxia, nonnunquam rursus iudicium ampliamus hoc elogio. Non liquet. Ita mihi quoq; in isto lib. faciendum puto. Nodus est lib. 2. Satyra tertia, quem interpretes partim dissimulant, partim tractant, sed ita vt rem implicatiorem relinquant, quam acceperint. Versus Horatiani hi sunt:

Libertinus erat, qui circum compita siccus
Lautis mane senex manibus currebat, & vnum
Quiddam magnum addens, Vnum me sorpite morti.
Dijs etenim facile est, orabat sanus vtrisq;
Auribus atq; oculis, mentem nisi litigiosas
Exciperet dominus cum venderet.

Primum quæro, cur libertinus pro mancipio venditur, cum seruus non sit? & dominus in eo possessionem amiserit ipsa manumissione? Deinde cur patronus hic dominus appelletur? Tertio, cur litigiosus vocetur is, qui vitabundus est litis, quippe qui in venditione indicet, libertinum suum mentis vitio laborare, ac ita redhibitionem, & omnem actionem ædilitiam caueat. Si vellem alazon esse, simularem me ista scire, & ad acuenda studiosorum ingenia, id ipsum indiscussum relinquerem, sed non est meæ ingenuitatis. Fateor me plane ignorare, ac ideo solummodo proponere, vt ab aliis discam. Adscribam tamen, quid hic interpretes blaterent. Acron. Ostendit etiam superstitiosos sanos nō esse, id est, confitetur mentē sanam nō habere seruum superstitiosum, quē vendebat, nisi forte amet litem, quia liceret emtori agere cōtra venditorem, si inueniebatur postea seruus vitiosus. Porphyrio vero ad istum modum, hic incipit de superstitiosis & religiosis loqui *Qui circum compita siccus.* Augusto enim lares dii domestici in compitis positi

sunt,

sunt, ex libertinis sacerdotes dati, qui Augustales sunt appellati. Postea ita addit. *Mentem nisi litigiosus exciperet dominus*, id est, interposita fide asseueraret. Hactenus interpretes. Ego arbitror, Horatium loqui de Latinis & dedititiis libertis, quorum alii in vita serui, in morte liberi efficiebantur, alii in vita liberi, in morte in seruitutem recidebant. Istorum libertatem Iustinianus vocabulum inane existimat, Codice de dedititia libertate tollenda. Is igitur qui per omnem vitam seruus erat, recte poterat a domino vendi. Sed litigiosum capi pro vitabundo litis, praeterquam in isto loco, nusquam legi. An quia mangones saepe cogantur litigare, litigiosum istum venditorem appellet?

Sermonum lib. secundo, Satyra septima, deprauate legi, superne peccare, pro supine.

CAPVT XII.

Est ne marito
Matrona peccantis in amplos iusta potestas
Incorruptorum vel iustior? illa tamen se
Non habitu mutatue loco, peccatue superne,
Cum te formidet mulier, neq; credat amanti.

Conferuntur hoc in loco inter se delicta adulterae & moechi, docetque moechum stolidius peccare, qui famam, fortunas omnes, denique vitam mulierculae committit, cum nihil tale vicissim ab illa fiat. Ceterum quid illud sit, quod eam neget superne peccare, non hercle intelligo. Tacent omnes interpretes. Solus Badius haec verba adfert. Peccat superne, inquit, a superiore parte, aut in fidem, cuius superos testes facit. Prima sententia stulta est, secunda affectata, vtraque incommoda. Nihil enim vult Horatius indicare, quam matronam se non tot periculis obiicere, & in ipsius delictis nequaquam esse parem stultitiam. Ego, si mihi exemplaria suffragarentur, pro *superne* olim scriptum fuisse *supine* existimarem. Ceterum quia in tali vsu Veneris nullum flagitium, sciolum, vt flagitium adesset, mutauisse supine in superne, cum haec nullo modo de Venere agatur, interpretorque supine, pro stulte, subide, inconsulte, & incaute, quae significatio in hac voce perquam frequens est. Cum huiusmodi diuinationes scriberem, in animo erat huic libro titulum indere Coniectaneorum, qui & Miscellaneis, quia in vnum temere coniiciuntur, & coniecturis ex aquo congruisset, sed cessi amicis, qui Miscellaneorum inscriptionem, vt familiariorem auribus, commodioremque existimauerunt. Oroque, vt alii vel meliora adferant, vel iudicium in suspenso habeant, donec certius aliquid compererint.

Quid Ianus summus, medius, & imus. Ex libro Epistolarum, Epistol. prima.

CAPVT XIII.

Hac Ianus summus ab imo
Perdocet, hac recinunt iuuenes dictata senesq.

Acron duos Ianos facit, ibiq; esse conuenticula fœneratorum. Quot autem Porphyrio constituat, incertum: plures eum intelligere satis liquet, cum sic inquiat. Ad Ianos, eos qui sunt regione Basilicæ Pauli, fœneratores consistunt. Rursus libri secundi Satyra tertia super hoc versu.

Postquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta est.

Iani, inquit, statuæ tres erant, ad vnam illarum solent conuenire creditores & fœneratores, alii ad reddendum, alii ad locandum fœnus. Porphyrion. Omnes ad Ianum in Basilica stabant fœneratores. Glareanus vir accuratus imprimis, & doctus, tres Ianos existimat, quia hic de medio Iano mentio fit, vt itidem apud Ciceronem in secundo Officiorum sub finem, vbi inquit, *Sed toto hoc genere de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda commodius a quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quam ab vllis Philosophis vlla in schola disputatur.* Ianos autem fuisse plures, sibi ex hoc carmine Ouidiano persuadent. *Cum tot sint Iani, cur stas sacratus in vno?* Sed Scopas, non statuas sibi aut templa Iani intelligit, sed peruias transitiones, in quem significatum etiam Suetonius vsurpauit in Domitiano, *Ianos*, inquit, *arcusque cum quadrigis insignibusque triumphorum per regiones vrbis exstruxit.* Idemque affirmat, non nisi vnicum templum Iani in tota vrbe fuisse, idque in vico Thusco, mercatoribus & fœneratoribus frequentatissimo, atque inde factum esse, vt ille vicus Ianus appellaretur. Caputque eius vici, summum Ianum, infimam partem, imum Ianum, medium, medium Ianum appellari, ibidemque esse puteal, vbi debitores non soluendo damnarentur. Idque Ouidium eo versu subindicare. *Qui Ianum putealque timent, celereq; calendas.* Auctor eius rei Cornutus Philosophus de vtibus Romanæ antiquitate.

Paridis pertinacia in tuendo adulterio.

CAPVT XIV.

Antenor censet Belli præcidere causam.
Quid Paris? vt solus regnet, viuatq; beatus,
Cogi posse negat.

Vulgo hic locus ita intelligitur, Paris vt possit solus regnare, & beatus viuere, ait se cogi non posse, vt Helenam restituat, vt qui in non restituendo, causam regnandi & beate viuendi sitam putet, cum longe alia sit sententia. Paris enim, si ei proponas hæc præmia, vt & solus regnet, viuatque beatus, si Helenam a se velit segregare, ne tali quidem mercede ait se posse cogi, hoc est, induci, vt illicitos suos amores relinquat. Allusumque opinor ad verba Antenoris, Iliados septimo.

Κλεῦτε

Κἰκλυτέ μοῦ τρῶες καὶ δαρδανοι ἠδ' ἐπίκουροι,
ὄφρ' εἰπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
Δοῦτ' ἄγετ' ἀρχαίῳ ἐλένῳ, ἓ κτήματ' ἀμ' αὐτῇ
ὀμόρδῳ ἀτρεϊδῆναι ἄγωμεν, νωϊτέρῃσι πίστει
ψευσάμβροι μαχόμεσθα, τῷ δ' οὔ πω κέρδιον ἡμῖν
ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἰνα μὴ ῥίζομβρον ὄδε.

Hoc est.

Audite o Troes, socijq; & Dardana pubes,
Vt dicam qua nunc animo sententia surgat.
Eia, nunc Spartanam Helenen Helenes quoq; cuncta
Atridis demus, quia nunc vbi fœdera sancta
Mentiti, pugna tentamus sæua pericla,
Nil lati sperare licet, nisi talia fiant.

Hanc autem sententiam Antenoris Alexander diuidit: bona enim, quæ in raptu puellæ asportauerat, libenter se redditurum etiam cum auctario pollicetur, ipsam autem puellam & bellorum & exitii causam apud se retinere constituit. Sic enim respondet Antenori.

Ἀντῆνορ, σὺ μὲν οὐκ ἐτ' ἐμοὶ φίλα τοῦτ' ἀγορεύεις
οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τόνδε νοῆσαι,
Εἰδὴ τὸν δὴ τοῦτον ἄνωγε θεὸς ἀγορεύειν.
ἐξ ἄρχης δή τοι ἔπεϊσιν ἀμοιβαδὶς ἀγορεύσω
αὐδήσω δὲ φημὶ, γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω.
κτήματα δ' ὅσσ' ἄγαλμαι ἐξ ἀργείων ἡμείραμεν δῶ
πολλὰ δ' ἐθέλω ἀποδοῦναι, καὶ ἔτ' οἰκόθεν ἄλλα ἐπαγείρειν.

Hoc est.

Antenor non grata mihi iam verba profaris,
Nam facile hæc meliora potes deprendere mente.
Quod si hæc vero animo cum sedulitate loquaris.
Ingenium e Diuis aliquis tibi sustulit omne.
Verum ego quid placeat, Trojanis nunc semel edam,
Dico edico palam, Helenen me reddere nolle,
Sed spolia ex Argis quæcunq; ad Pergama vexi,
Restituam, rebusq; meis cumulata reponam.

Ex eadem Epistola. De morbo Veterno.

CAPVT XV.

VT iugulent homines, surgunt de nocte latrones
Vt teipsum serues, non expergiscere? atqui
Si nolis sanus, cures hydropicus.

Natura veterni morbi est, vt ex nimio otio colligatur, ac tandem perpetuo somno, vel in mortem, vel in hydropem desinat, ad quod scitissime ab Horatio allusum, qui hominem torpidum, & perpetuo otio indormientem, vigilare iubet, nisi hydropicus fieri velit, ac tum necesse habiturum, vt curam quam con-

seruandæ valetudini non adhibuit, recuperandæ indulgeat. Huius pathos mirifice superius his versibus descripsit Satyra tertia, libri secundi de Opimo auaro.

Quondam lethargo grandi est oppressus, vt heres
Iam circum loculos & claues lætus ouansq;
Curreret hunc medicus multum celer atq; fidelis
Excitat hoc pacto. Mensam poni iubet, atq;
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum, hominem sic erigit. Addit & illud
Ni tua custodis, auidus iam hæc auferet heres.
Men' viuo? vt viuas igitur, vigila, &c.

Ceterum auctores subinde lethargum, verternum, & hydropem, pro eodem genere ægritudinis vsurpant. Ex ignauia istius morbi factum est, vt veternus pro quouis torpore sit positus. Vergilius.

Nec torpere graui passus sua regna veterno.

De ludo Basilinda.

CAPVT XVI.

ALiquid omissum est ex prima Epistola, quod vel serius reprehendere licet, idque in istis versibus:

Rostia dic sodes, melior lex, an puerorum
Nænia, quæ regnum recte facientibus offert.

De ludo isto regio, qui auctore Iulio Polluce βασιλίνδα appellatur, meminit etiam D. Alciatus in castigationibus Cornelii Taciti. Ex legibus istius ludi, cum Cyrus adhuc puer rex esset creatus, ministros simulatitios tãquam veros seruos ob contumaciam admissam flagellis cęcidit, atque ita regno Persarum, quod primus ipse constituit, puerili simulacro prælusit. Vt autem regem conuiuii talis sortiri consueuere, ita quoque regnum pueris dari solitum fuit, pro dexteritate administrati ludi. Hinc illa solemnis adhortatiuncula puerorum. Rex eris, si recte facies, quam nunc Horatius ad suum commodum deriuauit.

Ex Epist. tertia lib. primi. Turres cur vrbes dictæ.

CAPVT XVII.

IVli Flore, quibus terrarum militat oris
Claudius Augusti priuignus, scire labora,
Thraca ne vos, Hebrusq; niuali compede vinctus.
An freta vicinas intercurrentia turres,
An pingues Asiæ campi collesq; morentur?

Huic loco, quia difficultas non est, non tam lucem, quam amœnitatem aliquam adiungere studeo. Oppida Seston & Abydon triginta stadiis inuicem Hellesponto intermedio diremtas, turres appellauit, quæ loquutio adeo vernacula est linguæ Germanicæ, vt figuram σύνεκδοχίας nullam habeat. Burgum enim ipsi oppidum vocant, Burgers, oppidanos. Haud dubie deducto nomine a Græco vo-

co vocabulo πύργος enim in β mutari, etiam solemne est in Romana lingua. Sic ipsi πύρρον burrum, aliaque ad consimilem modum euariant.

Ex Epist. quinta. Quid sint Archaici lecti.

CAPVT XVIII.

Si potes Archaicis conuiua recumbere lectis.

Quid sint Archaici lecti, Acron ad istum modum docet. *Archaici lecti humiles ab Archaico fabro, qui non magna statura dicitur.* Sic ille nugatur, qui squis est. Nam Acronem non esse, vel exco apparet. Porphyrion vero sic. *Archias breuis fecit lectos, vnde Archiacus.* Ne id quidem sanum, aut dignum, quod ex tanti auctoris officina profectum existimetur. Ceteri horum sententias aut tacite dissimulant, aut suffragiis confirmant. Mihi videtur per Archaicos lectos Græco vocabulo priscos intelligi, & antiquæ consuetudinis, non recentis luxuriæ. Id enim ipsa vox significat, quæ alio nomine παλαιὸς quoque dicitur. Vnde in iure canonico sæpe palæa deprehendas, quo verbo nihil innuitur, nisi prisca & vetusta esse, quæ ibi adferuntur, tametsi vulgo palea paleas, intelligat siliquas nimirum & folliculos, vnde grana frumenti excussa sunt, sed nimis ridicule & absurde.

Ex Epistola sexta. Quid Species significet.

CAPVT XIX.

Si fortunatum species & gratia præstet.

Speciem, hic non formam significat, sed splendorem & magnificentiam, quo intellectu etiam a Cicerone in Epistolis ad Lentulum vsurpatum est. *Hic mea vita cursus*, inquit, *offendit eos fortasse, qui splendorem & speciem huius vitæ intuentur.* Hactenus ille. Dicta est autem species a spectabilitate, quod magnificentia honoris, ordinis, & cultus, omnium oculos in se conuertat.

In eadem Epist. Mimnermus qualis fuerit.

CAPVT XX.

Si (Mimnermus vti censet) sine amore iocisq;
Nil est iucundum, viuas in amore iocisq;

De Mimnermo Acron tacet. Porphyrion ista verba allegat. *Mimnermus elegans quidam scriptor fuit, ecloga Hieronymi sectam commendans, qui summum bonum indolentiam, quam Graeci ἀοχλησίαν nominant, dicebat molestia amores plus quam gaudii habere demonstrans.* Falsa hæc esse, ipsius controuersia aperte demonstrat, ex diametro enim a verbis Horatianis dissentit, cum Mimnermus sectam Epicuream potius fouisse videatur, vt qui vitam non putet, nisi ea in amoribus & iocis transigatur. Ego cum duo carmina ipsius Mimnermi inuenissem, quæ propria videantur istius loci, visum fuit ea in gratiam studiosorum apponere.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τέρπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι. Hoc est,

Quid vita est quaeso? quidue est sine Cypride dulce?
Ah peream, cum non sint ea grata mihi.

Fuit autem Mimnermus Ligyrtiadæ filius, Colophonius, siue vt alii volunt Smyrnæus, vt nonnullis placet, Astypalensis genere, elegiarum scriptor. Vixit trigesima septima Olympiade, adeo vt 7. Græciæ sapientum ætatem antecedat, quibus tamen eum non pauci contemporaneum esse volunt. Aliqui hunc ipsum *Ligystiadem* vocant a suauitate vocis, nonnihil corrupto patronymico, quod *Ligyrtiades* esse debuerat.

In Epistola septima. De lictoribus atris.

CAPVT XXI.

Dum ficus prima calorq;
Designatorem decorat lictoribus atris.

Designatorem esse, qui loca spectatoribus designent in theatro, apud Plautum inuenies in Penulo.

Scortum exoletum, ne quis in proscenio
Sedeat, neue lictor verbum, aut virga mutiant,
Neu designator praeterens obambulet,
Neu sessum ducat, dum histrio in scena siet.

Ceterum huic eius officii nulla significatio est. Sunt enim designatores in hoc loco, qui choragium locant, & reliqua ornamenta ad res funebres, iisque spectaculis omnia suppeditant. Circumferre autem illos atratos lictores, ex ipso Horatio liquet. Fasces item fuisse atratos, ex Ascanio in Milonem facile colligas, eosque desumi solere ex puluinaribus Libitinæ. *Tum fasces*, inquit, *ex lecto libitina aratos attulit.* Sed ego pro *aratos*, vt in omnibus exemplaribus, quæ mihi videre contigit, *atratos* esse legendum puto.

Ex Epistola decima. Quid Ducere funem significet.

CAPVT XXII.

Imperat aut seruit collecta pecunia cuiq;
Tortum digna sequi potius, quam ducere, funem.

Operæ pretium est videre, quidnam lucis in re tam obscura adferant interpretes. Acronis verba sunt hæc. *Imperat pecunia, quia vtitur, parcit, qui in amplianda illa laborat. Tortum dicit funem, hoc est, qui magis vinci debet, quoniam vinci est trahi, non trahere.* Porphyrion omissa interpretatione verborum, sententiam hanc adfert. *Non debere quenquam amore pecuniæ flagrare, vt in potestatem eius veniat. Illa hominis subiecta esse debet, non homo illi, vt supra ad hunc sensum.*

Et mihi res, non me rebus submittere conor.

Præterea nihil addit. Ascensius idem cum illo balbutit, *pecunia*, scilicet, *collecta imperat aut seruit cuiq., existens digna potius sequi funem tortum, id est, trahi & impelli a possidente, quam ducere funem tortum, id est, implicitum.* Ita elegantissimam Poetæ transla-

tio-

tionem non elucidant, sed eludunt. Sumta est autem metaphora, a comica saltatione, quam Græci κόρδακα appellant. Eo alludum est in Terentii Adelphis: *Tu inter eos restim ductitans saltitabis.* Quæ isto in loco adduntur sub nomine Donati, non libet apponere. Nihil enim in illis verbis vel mediocri Grammatico dignū. Apud Aristophanem in Nebulis propemodū eius saltationis modus describitur. Sic enim ait: Οὐδὲ κόρδακ' εἶλκυσε. Rursus ibidem: Τὴν κόρδακα & οὔνεκα. In his choreis, qui præsultor est & moderator, funem ducit, quem alii eodem fune apprehenso præeuntem sequuntur. Ex eodem genere est illa metaphora apud Ciceronem in Epistolis, *familiam ducere*, pro *principem esse*, & *auctorē alicuius sectæ*. Pecunia igitur debet alterius ductum & impetum sequi, non ipsa ducere. Et hoc est, quod dicit Horatius:

Torum digna sequi potius, quam ducere funem.
Ex Sermonum libro, Satyra decima. Quid mutare significet.

CAPVT XXIII.

REgrediendum mihi ad superiora. Agimus enim desultorio modo, & quæ memoria primum obuia dat, ea primum arripimus. *Nil comiu Tragici mutat Lucillius Accii?*

Quid mutare sit hoc loco, non omnibus animaduersum est, vt neq; illud apud Terentium. *Haud muto factum.* Est autem mutare hic idem, quod reprehendere. Moris autem fuit in media Comœdia (quales sunt Aristophanis Ranæ) ludibriis & sannis exagitare scripta Tragicorum, quam consuetudinem obseruauit Lucillius satyrica mordacitate in carpendo Accio Tragico Poeta.

Ibidem. Quid sit Epos.

CAPVT XXIV.

SVnt in eadem Satyra aliquanto superius, quidam versus male a commentatoribus interpretati, quæ causa fuit, vt hunc locum potissimum retractandum desumerem.

Pollio Regum
Facta canit pede ter percusso, forte epos acer
Vt nemo varius ducit, molle atq; facetum
Vergilio annuerant gaudentes rure Camœnæ.

Hic Acron: *Pollio Tragœdiam scripsit trimetro, quia trimetri dicuntur Tragœdiarum. Ter percusso* id est, *trimetro iambico, quoniam tres cæsuras habet.* Ego potius *pede ter percusso*, dictum ab Horatio arbitror, quia in senario Iambico duo pedes πῦ δάκτυλον pro vno imputantur, alioqui in trimetro senos ictus reperias, quod & ipse Horatius in arte poetica ostendit:

Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus
Pes citus, vnde etiam trimetris accrescere iussit,
Nomen Iambeis cum senos redderet ictus.

Imo duodecim, si Terentianum sequamur. Qui & in arsi & in thesi ictum constituit.

Ceterum quod postea subiicit, multo absurdius. *Forte*, inquit, *eposacer*, id est, *ipse fortis ipse Pollio. Epos pro epodos. Epos autē dictum est, quod vnum versum maiorem habet, alterum minorem.* Insanit homo quisquis est, nam Acronem non esse, certum est, est autem Epos κατ' ἐξοχὴν Heroicum carmen, atque ideo forte dicitur, quod maxime res gestę & hominum & deorum & heroum, ibi describantur.

Ex Epistola vigesima. Quid argui significet, & de Homero vini Encomiaste.

CAPVT XXV.

L*Audibus arguitur vini vinosus Homerus.*

Non magnæ rei hęc negotium, sed tamen quia nō pauci sunt, qui hunc versiculum ita intelligunt, tanquam Homerus reprehendatur, id est, vituperetur de temulentia, visum est isti versui legitimum suū sensum vindicare. Nimirum deprehendimus, hoc est agnoscimus, Homerum esse vinolentū, quia assiduus est in laudibus vini. Id vt liqueat, adducemus ex duobus locis eius de vino præclara encomia.

Odysseiæ quarto:

Αὐτίκα ἀρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον
Νηπένθες' ἀχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Hoc est:

Iniicit in vinum mox pharmacon vnde bibebant
Luctifugax, sine bile, malorum obliuia donans.

Et rursus Odysseiæ nono:

Ἀλλὰ τοδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἐστὶν ἀπόῤῥωξ.

Hoc est:

Is liquor Ambrosiæ est, & pars de nectare ducta.

Quid tristis sermo, quid iocosus in Satyra, & de duritie Lucilliani carminis.

CAPVT XXVI.

NOn statuerā amplius in rebus Horatianis versari, sed ex Liuio decerpere aliquid in nostrā istam αὐτολογίαν, cum de repente superueniens Richardus Brandisbæus, vir (sit quis alius) syncerissimi pectoris, & p̄clarę eruditionis, & qui fiducia familiaritatis, quiduis apud me & audet, & potest, excussis Miscellaneis, quęrit, nūquid plura ex tam diuite penu Horatii in meos vsus vellem? meq; respondente nihil, mihi amplius a memoria suggeri, ꝙ vulgus lateat, & in protritis nolle hærere. Ibi ille explicato Horatio, incidit in Satyram decimam primi libri, vnde iam aliquid mutuatus eram. Quid, inquit, hos versus, vel ex commentariis, qui exstant, vel a plebeis ingeniis intelligi putas?

Et ser-

Et sermone opus est modo tristi, sæpe iocoso,
Defendente vicem modo rhetoris atq; poetæ,
Interdum urbani parcentis viribus, atque
Extenuantis consulto.

Ac rursus: *At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis*
Miscuit, o pueri studiorum.

Rursus: *Quid vetat & nosmet Lucilli scripta legentes*
Quærere, num illius? num rerum dura negaret
Versiculos natura magis factos, & euntes
Mollius.

Quid, inquam, mi Brandisbæe, vis me integros commentarios describere? ego in Horatianis non tanquam colonus domiciliũ habeo, sed topiarii in morem inter progrediendum, hinc inde florem vellico. Tum ille. Si me audis, & istos nodos quoq; explicabis, præsertim cũ quædã ex eodẽ loco attrectaueris: alioqui videberis ea, quæ taces, vel nescisse vel inuidisse. Inuidiam, inquam, vt omnibus modis deprecor, ita insciti am facile agnouerim. Cæterum vt tuo animo satisfaciã, age tentemus, si quid adferri possimus, quod studiosis sit vel vtilitati, vel voluptati. Sæpius iaciendo aliquando Venerem iaciemus. Ego puto Horatium in his versibus:

Et sermone opus est modo tristi, sæpe iocoso,
Defendente vicem modo rhetoris atq; poetæ.

non loqui de officiis cuiuslibet poetæ, sed Satyrici duntaxat, qui nunc salibus, nunc seueritate, multiplices formas orationis edit, & nunc frontem in rugas contrahit, nunc in iocos relaxat. Qualis autem in hoc genere fuerit Lucillius, magis possumus credere, quam certo cognoscere, nihil enim integrum illius supereſt. De Horatio, Persio, Iuuenale, id affirmare licet (quamquã omnes nũc salibus ludunt, nunc morsibus sæuiunt, nunc iocis lasciuiunt) Horatium tamen ad reliquorum comparationẽ iocosiorem, Persium tristiorem, Iuuenalem petulantiorem esse. Vt primum, festiuũ derisorẽ. Secundum, supercilioſum censorem. Tertium, procacem luparcum recte dixeris. Verum ea omnia ex indole satyrica, quã - uis enim Latina satyra plurimum discesserit a Græca forma, in nõ paucis tamen eius naturam retinuit. Dicaces enim ambæ, falsæ ambæ, proteruæ ambæ. Id autem ita se habere, ex Horatio non obscure deprehendas, vbi inquit:

Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudauit, & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit, eo quod
Illecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator. Et mox:
Verum ita risores, ita commendare dicaces
Conueniat Satyros, ita vertere seria ludo. Rursus:
Interfuerit Satyris paulum pudibunda proteruis.

Quantum igitur ad iocos, sales, morsus, nihil in vtroque genere differentiæ reperias. Qualitas carminis discrimen facit, deinde personæ. Tertio, quod Satyra Græca dramatici generis est, Latina mixti, & ex magna parte exegematici. Nostri isti μιθοῦ πποι siue ἐμποιοπλόκοι, quos Rhetores appellamus, aliquid simile habent in tristi argumento. Interserunt enim dialogismos affectuum sub specie personarum, qui multis ridiculis & facetiis fessum auditorem recreant. Mimi quoque venustate salium, & mordacitate insignes fuerunt, nisi quod fere totum argumentum allegoriis adumbrabant, vt exempli caussa Laberium proferamus. Is finxit, patrem familias aliquos ex familia verberare. Vnde nata est occasio, vt vnus exclamaret: *Pol ciues libertatem perdidimus*, figurato morsu Iulium Cæsarem oppressorem Reipub. notans. Idemque cum vellet sub iisdem ambagibus offendere, non minus timendum Cæsari, quam timeretur, induxit familiam ad iram heri omnibus interminantis, ita respondere: *Necesse est, vt timeat multos, quem multi timent.* Sic alter quidam mimus sub persona Paridis, & Oenonæ mutuo inter se dissidentium, Domitiani diuortium cum vxore insinuauit. Simile ferme esset, si quis Cæsaris & Francorum regis indoles, & mores sub titulis aquilæ & galli exhiberet. In Mimis hoc vitium a Cicerone est annotatum in oratione pro M. Cluentio, quod cum clausulam Poeta expedire non potest: *Fugit aliquis e manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.* Sed longius digredior a proposito. Hunc versiculum:

Defendente vicem modo Rhetoris, atq; Poetæ,

Epexegesin & interpretamentum arbitor superioris, vbi dicit:

Et sermone opus est, modo tristi, sæpe iocoso.

Nam Satyrici nunc criminose, & accusatorio spiritu aliquem incessunt, quod proprie Oratorum est, & ab Horatio tristem sermonem appellari existimo, nunc ridiculis ludunt Comicorum more, & sales aspergunt, vt id euidentius appareat. Exempla proferantur, sed cuiusque generis non nisi vnum. Quæ autem narratio potest acerbior esse ad exaggerandum crimen, quam illa de Canidiæ veneficiis? Satyra octaua:

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, passoque capillo.
Cum Sagana maiore vlulantem, pallor vtrasq;
Fecerat horrendas aspectu, scalpere terram
Vnguibus, & pullum discerpere mordicus agnam.
Cæperunt, cruor in fossam confusus, vt inde
Manes elicerent animas responsa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea, maior
Lanea quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea simpliciter stabat seruilibus vtq;

Iam

Iam peritura modis, Hecaten vocat altera ſauam,
Altera Triſiphonem. Serpentes, atq; videres
Infernas errare canes, Lunamq; rubentem.

Dira (me hercle) facinoris deſcriptio, & quæ Medeæ officinam tranſcendat. Quid rurſus lepidius Satyra nona? Satis eſt indicaſſe locum. Quid magis cenſorium decima? Quid æque ridiculum ac ſeptima? Quid diſſimulationis naſi, quam quarta.

Quid ſtomachi apertioris, quam quæ proxime inſequitur? Ceterum vt Satyra Latina multum in numeris euatiauit, & ab Iambis ad Hexametrum defecit, ipſoſque pedes, quantum licet in proſam fregit, vt plane oratio ſoluta videatur, ac proinde non poemata appellarunt, ſed ſermones: ita Lucianus inter Græcos Satyram (exſtinctis omnibus poeticis numeris, ad ſolutam orationem traduxit, & dialogis ſuis implicuit. Idem apud nos fecit Eraſmus in Colloquiis. Eſt adhuc aliud genus Satyræ, a Petronio Arbitro frequentatum, quod partim carmine, partim ſoluta oratione conſtat.

Illud autem, *oſeri ſtudiorum*, ita interpretandum exiſtimo. Notati ſcilicet hoc verbo, quos Græci ὀψιμαθεῖς vocant, qui iam prouecti ætate ſerius ad literas adhibentur, & ob id raro ad verum iudicium ſenſumque diſciplinarum perueniunt. De quibus ita Aulus Gell. libro decimoquinto, capite trigeſimo: *Qui ab alio vitagenere detritiam & retorridi, ad literarum diſciplinas ſerius adeunt, ſi forte iidem garruli natura, & ſubargutuli ſunt, oppido quam ſiunt in literarum oſtentatione inepti, & frmoli.* Eos Horatius hic deridet, quod miſcellam linguæ Latinæ & Græcæ in ſatyris confuſæ pro magno habent.

Laboraſſe autem Lucillium hac Cacozelia Græcolatinitatis, paucis verſiculis planum faciemus. Verſus autem eos inuenies apud Aul. Gellium lib. 18. cap. 8.

Quo me habeam pacto, tametſi non quaris, docebo.
Quando in eo numero manſi, quo in maxima non eſt
Pars hominum, vt periſſe velis quem nolueris, cum
Debueris, hoc nolueris, & debueris, te
Sin minus delectat, quod ἄπαξ λεγόμενον Iſocratium † eſt
ὀχληρώδης q. ſimul, totum καὶ οὐ μειρακιώδης.

Ego hos verſus ita legendos exiſtimo:

Quo me habeam pacto, tametſi non quaris, docebo.
Quando in eo numero manſti, quo maxima non eſt
Pars hominum, vt periſſe velis quem nolueris, cum
Debueris, hoc nolueris & debueris te
Sin minus delectat, quod ἅπαξ λεγόμενον Iſocratium
Οχληρώδης q. ſimul totum & μειρακιώδης.

Vt prima ſyllaba in ὀχληρώδης ad verſum ſuperiorem pertineat, & *manſti* pro *manſiſti*. Nam vt vulgo hic locus habetur,

nullam legitimam sententiam conficit. Cur autem durior sit in versu Lucillius, materia ne argumenti asperioris, an contumacia difficiliotis ingenii, an vtroque in isto pauculis versibus facile deprehendas, non minus esse in ingenio culpæ, quam in materia. Sententiam autem Lucilliani carminis hanc esse arbitror. Quo me pacto habeam, tametsi non quæris, docebo, quoniam in eo numero hominum non es, in quo plerique, vt eum quem debent adiuuare, cum nolunt, periisse cupiant, vt morte interueniente ipsi a pudore desituti amici liberentur.

LIBER QVINTVS

Ex Tito Liuio historico.

CAPVT I.

NEmo omnium, quos vidi, diligentius versatus est in Liuio, quam Guido Morillonus, nec maiori fide & fruge commentarios in hunc auctorem conscripsit, saepeq. ob id illi auctor fui, vt sua in lucem ederet, magno enim id emolumento studiosis omnibus & sibi gloriæ futurum. Ceterum nondum persuadere potui, gloria enim nihil capitur, longa iam ætate omnium fere rerum satur, præterquam studii de omnibus bene merendi, vt qui inter ceteros, Erasmi fortunas illas primas & sustentauit & auxit, impetrata ei a Carolo Imperatore Senatoria dignitate. Nunquam autem existimat ille, satis sua elaborata esse, homo minime phlautus, videturque mihi ex præcepto Horatii non nonum annũ, sed posthumum (vt sic dicam) exspectare. Nec dubito, si ipse in vita sua non euulgarit, quin filii eius iuuenes doctissimi, sint euulgaturi. Is ad eas lucubrationes, non suo solum ingenio, sed omnium etiam amicorum vti solet, saltem in pauculis rebus, idque nõ sine nomenclatura. Candidissimus enim est, & plagii summus detestator. Vidi aliquando rescripta Budæi super quibusdam locis, in quibus meum quoque iudicium consuluerat. Nonnulla igitur, quæ tum cum illo meditatus sum, & quæ posterius deprehendi, studiosorum oculis libenter offeram, vnde spero nonnihil lucis in rebus obscurioribus nasciturum.

Gerundia in dus pro Participiis præsentis temporis, passiua significationis capi.

CAPVT II.

QVæ ante conditam condendamue vrbem poeticis magis decora fabulis, quam incorrupta rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare, nec refellere in animo est. Magnorum virorum aliquando super hoc loco contentiones audiui, neq;

diui, neq; id sine causſa, nam cum duo tempora Liuius significet, in vnam tamen vicē ambo coincidere videntur. Siue enim dicas, *ante conditam*, siue *ante condendam*, vtroq; modo tempus, quod natalem vrbis anteceſſit, innuitur, Quamobrem alii, vt discrimen inueniret, *conditam* faciunt præſentis temporis paſſiui generis, quod apud Poetas frequentibus exemplis probari poteſt. Vergilius

Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Achilles.

Cicero de lege Agraria contra Rullum. *Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, & ab inuitis expreſſa proponitur non dubitandi fidei conſilium, non laboranti certum ſubſidium nobilitatis oſtenditur, proficiſcenti, recte facienti.* Atque ex eadem origine profluxiſſe, quod participia illa quæ nominaſcunt, præſentis temporis ſignificationem retinere videntur. Cautus enim eſſe dicitur, non qui cauit, ſed qui cauet, circumſpectus, qui non circumſpexit, ſed circumſpicit. Iuriſconſultus, qui non conſuluit, ſed qui conſulitur. Diſcretus qui non diſcreuit, ſed qui diſcernit. Et quod habitum ſignificent, vi præſentis temporis fieri. Sic amans pro amatore, præſens enim tempus aſſiduitatem facultatemque denotare ſolet. Erit ergo hic ſenſus. Dum conditur, dumque nondum condita eſſet. Sed hæc videmus inamœnam illam figuram, & in hiſtorico vix tolerabilem hyſteroproteron. Alii, vt hoc malum cauerent, conditam voluerunt eſſe præteriti temporis, condendam vero, paulo poſt futurū, quod Græcis μετ' ὀλίγον μέλλον dicitur, putantes ſe hoc modo, intercapedinem iuſtam in temporibus conſtituere, vt intelligeremus tempora quæ diu ante initia vrbis, & quæ ſub ipſum natalem fuere. Mihi periculoſius id videtur, quia exemplo caret, nec vllius auctoritate comprobatur. Ego autem ſic cenſeo, & vſque dum meliora docear, in ea opinione futurus, nimirum, *conditam* eſſe præteriti temporis, *condendam*, præſentis, vt primum interuallum temporis ea habeat, quæ antequam vrbs exſiſteret ſecundum quę in ipſa cūſtituenda vrbe dum conditur, obtigerunt, atque ita in vicibus nulla erit perturbatio, nec exiguo fine diſtinctæ erunt. Participia autē in dus, eſſe præſentis temporis ac paſſiuæ in dolis, operoſe docetur a Thoma Linacro, vnde vnum pro multis exēplum mutuabimur. Vergil.

Turne quod optanti Diuum promittere nemo
Auderet, volanda dies en attulit vltro.

Non diem quæ volatur, & adhuc in futurū imminet, ſed præſentem diem, quæ iam volueretur indicauit.

Quid Sius, & quæ religio in vulgandis nominibus Deorum.

CAPVT III.

Sius eſt, quemcunque eum dicere fas eſt, ſuper Numicum flumen, ſiue (vt alii codices habent) *Numicium flumen, Iouem indigetem appellant.*

Non temere est illa ἀλλάβια T. Liuii, exhorrentis nomen Æneæ in diuos recepti, euulgare. Sed mox de ea re. Summa autem proprietate de sepulto situm esse dixit. Hinc enim siticines dicti, quod apud sitos, hoc est, sepultos canere solebant, idque ex auctoritate Capitonis Attæi, vt in Noctibus Atticis ab A. Gellio memoratum inuenias. Ceterum vt ad religionem Liuianam reuertamur. Nefas olim fuit, indigitati & inter diuos recepti nomen edere, quod illis a consecratione nouum solet indi, neque fas erat mortali, diuinis nominibus vti, quod Iudæi seruant in suo Tetragrammate, quod ab ipsis ἀνεκφώνητον dictum. Id enim in mysteriis latere debet. Quamobrem olim taciti heroa hoc templa heroum præterire solent, iram offensi herois metuentes, nisi id facerent. Sunt tamen alia consecratis nomina, quæ citra piaculum effari licet. Quale est, dum Romulum Quiritium, Melicertam Portúnum. Inonem Leucotheam, Io Isidem appellamus.

Potitii Pinariique vnde dicti. Paulo post, vbi de Herculis ara tractat.

CAPVT IV.

Forte ita euenit, vt potitii ad tempus præsto essent, iisque exta apponerentur. Pinarii (extis adesis) ad ceteram venirent dapem, inde institutum mansit, donec pinarium genus fuit, ne extis solemnibus potirentur. Longe elegantior lectio est in duobus scriptis codicibus, quorum alter a Buslidio relictus, qui primus in orbe Christiano Collegium trilingue instituit. Alter est Atrebatensis collegii, quorum testimoniis subinde vtemur: ac proinde ab cōpendium, alterum Buslidianum, alterum Atrebatēsem ppertuo appellabimus, in quibus ita scriptum inuenias. *Forte ita euenit, vt Potitii ad tempus præsto essent, iisque exta potirentur, Pinarii ad ceteram dapem venirent.* Quod omnino castigatius arbitror. Per τέρμα enim ἐτυμολογικὴν originationes eorum vocabulorum docet Nimirum, quod alteri a Potiēdo Potitii sunt dicti, alteri ἀπὸ τῆς πείνης. Nec remorari nos debet, quod alterum sit Græcum, alterum Latinum: verisimile enim est, aduenas & sua, & indigenarum lingua locutos esse, vt fere semper fieri solet.

Quid Tarpeia, & quibus verbis petierit. Rursus, vbi de Tarpeia agit.

CAPVT V.

Sunt qui eam ex pacto tradendi, quod in sinistris manibus esset, decreto arma petisse dicant, & fraude vsam agere, sua ipsam mercede peremtam. Liber Buslidianus ad istum modum legit. Sunt *qui eam ex pacto tradendi, quod in sinistris manibus esset, directo arma petisse dicant, & fraude vsam agere &c.* Quam lectionem veram arbitror. Opponitur enim ambagiosæ illi petitioni, qua vel arma, vel armillas poscere videbatur, dum pacisceretur, vt id sibi trade-

traderent, quod in sinistris manibus haberent. Nunc autem plane explicitis verbis arma petiit, quamobrem non auara, sed insidiosa est habita, tanquam quæ illos nudos hosti obiicere vellet. Rursus. De diminutiuis propriorum nominum. *Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusaque ad veterem portam palatii. Romulus & ipse turba fugientium.* Libri quos supra allegaui, sic habent. *Vt Hostilius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusaque ad veterem portam Palatii. At Romulus & ipse turba fugientium actus.* Videat diligens lector, num idem sit nomen Hostius & Hostilius, & aliquo modo κατ' ὀκνοφωνίαν deductū. Vt Quintilius a Quintio, Sextilius a Sexto. Petilius a Pero, Manlius siue Manilius a Manio. Lucilius a Lucio, ea forma, qua Græci dicunt βραχύλλιον, εἰδύλλιον, μειρακύλλιον. Nam tametsi lambda in his dictionibus non geminetur, non mirum quum veteres ἐπάλληλον earundem consonantium valde exhorruerint.

Rursus.

Legendum Equis ierant, pro Equites erant.

CAPVT VI.

Ita multiplici terrore perculsi Fidenates, prius pene, quam Romulus, quique cum eo equites erant. Vetusti libri, *Quique cum eo equis ierant*, Quod mihi non paulo venustius videtur.

Rursus.

Ibi viribus nulla parte adiutis, tantum veterani roboris exercitus rex Romanus vicit. Quanquam nullum suffragium corrogare possim ex vetustis codicibus, ausim tamen deierare, ad hunc modum legendum esse. *Ibi viribus nulla arte adiutis, tantum veterani roboris exercitus Rex Romanus vicit.* Vt intelligas, Romulum aperta vi, sine vllo stratagemate hostem viciſſe. In tam affinibus vocibus parte & arte facilis lapsus fuit.

Rursus de Numa. De varietate Mensium & Annorum.

CAPVT VII.

Atque omnium primum ad cursum Lunæ in duodecim menses describit annum, quem (quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno; qui solstitiali circumagitur orbe,) intercalares menses interponendo ita dispensauit, vt vigesimo quarto quoque anno ad metam eandem solis, vnde orsi essent, pleno annorum omnium spatiis dies congruerent. Buslidianus codex hunc ad modum habet.

Atque omnium primum ad cursus Lunæ in 12. menses describit annum, quem (quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido, qui solstitiali circumagitur orbe) intercalares mẽsibus interponendos, ita dispensauit, vt vigesimo quoq; anno ad metam eandem solis, vnde orsi essent, plenis annorũ omniũ spatiis dies cõgruerent. Nõ assentior quisquis inter lectionẽ, nisi inter Macrob. (qui hũc locum quasi ex professo interpretatur) & M. Ciceronem in quarta

Vertinarum actionum ingens esset discordia, videturque scripti codicis Buslidiani lectio, Ciceronis caussam, vulgata Macrobii sustinere. Ait enim Macrobius, libro Saturnalium primo. Capitibus 12. & 13. *Romulum annum instituisse decem mensium, trecentorum & quatuor dierum. Numam his adiecisse dies quinquaginta, quibus duodecim Lunæ cursus confici credidit, postea adhuc vnum diem adiecit Ianuario, in honorem imparis numeri, ita vt trecenti quinquaginta quinque dies in anno computarentur. Quum ergo Romani, ex hac distributione Pompilii ad Lunæ cursum, sicut Græci annum proprium computarent, necessario & intercalarem mensem instituerunt more Græcorum. Nam & Græci quum animaduerterent temere se trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinasse, quoniam appareret de Solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante zodiacum conficit, deesse anno suo 11. dies, & quadrantem, intercalares statuta ratione commenti sunt. Ita octauo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile, omnibus annis 11. dies & quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies (qui nascuntur, si quadrans cum diebus vndecim octies componatur) inserere, in tres menses vt diximus, distribuendo. Hos dies ὑπερβαίνοντας, menses vero ἐμβολισμοὺς appellabant,*

Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit, sed frustra, quippe fugit eos, quod vnum diem (sicut supra admonuimus) addiderant ad Græcum numerum in honorem imparis numeri. Ea re per octennium conuenire numerus atque ordo non poterat. Sed nondum hoc errore comperto, per octo annos nonaginta quasi superfundendos Græcorum exemplo computabant dies, alternisque annis binos & vicenos, alternis ternos vicenosque intercalares expensabant in intercalationibus quatuor. Sed octauo quoque anno intercalatores octo affluebant dies ex singulis, quibus vertentis anni numerum apud Romanos super Græcum abundasse iam diximus. Hoc quoque errore cognito, hæc species emendationis inducta est. Tertio quoque octennio, ita intercalandos dispensabant dies, vt non nonaginta, sed sexaginta sex intercalarent, compensatis quatuor viginti diebus, pro illis, qui per totidem annos Græcorum numerum creuerant. Hactenus Macrobius. Vbi vides, singulis octenniis apud Græcos ternos menses intercalari. Contra apud Ciceronem non menses intercalantur, sed mensibus dies aliquot per intercalationem inseruntur. Verba eius asscribam quo res fiat manifestior.

Est consuetudo Siculorum, ceterorumque Græcorum quod suos dies mensesque congruere volunt, cum Solis Lunæque rationibus, vt nonnunquam si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut saltem biduum ex mense. Quos illi ἐξαφρεσίμους dies nominant. Item nonnunquam vno die longiorem mensem faciunt, aut biduo. Hic aperte intueri

intueri licet, non ex superfluis diebus menses constitui, sed mensibus ordinariis, vt quicquid redundat aut deficit, vel detrahi vel addi. Ego controuersiam tantorum virorum satis habeo indicare, nam litem meam, vel iudicium facere, plane exhorreo. Iudicent peritiores, & qui antiquitatis magis consulti sunt. Ceterum, quo res instructior sit, adiiciam ex Libanii argumento contra Androcionem, eius in intercalando rationem. Attici mēses suos calculabantur, non secundum solarem cursum vt nos, sed secundum Lunarem. Nam secundum Solis periodum habet annus trecentos 65 dies, vnde euenit in mensem computari 30. dies & diei trientem, & duodecimam. Decies enim 30. trecentos, bis 30. 60. conficiunt. In residuo sunt 5. dies, quorum quatuor ex duodecim trientibus resultant, superest vna, verum illam reperiet in duodecimis vnius diei, quum duodecim menses singuli in se singulas habent. Secundum autem Lunarem cursum annus habet trecentos, quinquaginta quatuor dies, mensis vero viginti nouem & semissem. Dies enim viginti sunt ducēti, bis viginti quadraginta, bis nouem octodecim. Porro duodecim illi semisses, sex dies absoluunt. In vniuersum igitur trecenti quinquaginta quatuor dies sunt, destituiturque vndecim diebus, quibus annus ille solaris abundat. Illos autem Athenienses tertio quoque anno contrahentes, mensem intercalarem efficiebant, dies triginta tres in sese complectentem.

Græca sic habent.

Ιστέον ὅτι οὐκ ἐψήφιζον οἱ Αθηναῖοι τοὺς μῆνας κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον ὡς ὑμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν σεληνιακὸν. κατὰ γὰρ τὸν ἡλιακὸν ἔχει ὁ ἐνιαυτὸς ἡμέρας τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε. ὥστε συμβαίνει ἔχειν τὸν μῆνα ἡμέρας τριάκοντα, καὶ τρίτον καὶ δωδέκατον τῶν δώδεκα. Δεκάκις γὰρ τριάκοντα, τριακόσια. δὶς τριάκοντα ἑξήκοντα. λοιπὰ πέντε. τὸ τρίτον τῶν δώδεκα τέσσαρα. λοιπὴ μία. τὸ δὲ δωδέκατον τῶν δώδεκα ἡ μία ἐστὶ κατὰ δὲ τὸν σεληνιακὸν δρόμον ὁ ἐνιαυτὸς ἔχει τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας. ὥστε συμβαίνει τὸν μῆνα ἔχειν ἡμέρας εἰκοσιέννεα καὶ ἥμισυ τῶν δώδεκα. Δεκάκις γὰρ εἴκοσι διακόσια. δὶς εἴκοσι τεσσαράκοντα. δεκάκις ἐννέα ἐννενήκοντα, δὶς ἐννέα δεκαοκτώ. καὶ τὸ ἥμισυ τῶν δώδεκα, ἕξ. ὥστε εἶναι ὁμοῦ ἡμέρας τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας. ὑπολείπεσθαι δὲ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον ἡμέρας ἕνδεκα. ἃς Αθηναῖοι κατὰ τριετείαν συνάγοντες, ἐποίουν τὸν ἐμβόλιμον μῆνα τριάκοντα τριῶν ἡμερῶν. ἔχει γοῦν ὁ ἐνιαυτὸς κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας, καὶ τὰς μὲν τέσσαρας ἡμέρας ἐκάλουν οἱ Αθηναῖοι ἀρχαιρεσίας, ἐν αἷς ἄναρχος ἡ Ἀττικὴ ἦν, ἐν ταύταις προεβάλλοντο τοὺς ἄρχοντας. ἦρχον οὖν οἱ πεντακόσιοι, τὰς τριακοσίας πεντήκοντα ἡμέρας. Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν καὶ δυσχερῶς ἤνυον τὰ πράγματα, δεῖλον ἑαυτοὺς εἰς δέκα μερίδας, κατὰ τὰς φυλὰς, ἀνὰ πεντήκοντα, τούτους γὰρ ἑκάστη φυλὴ προεβάλλετο, ὥστε συνέβαινε τοὺς πεντήκοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ἀνὰ

τελάκηντα πέντε ἡμέρας. ὡσπερ γὰρ αἱ τελακοντα πέντε ἡμέραι εἰσὶ τὸ δέκατον μέρος ἐνιαυτοῦ. δηλονότι γὰρ τελάκηντα τελακόσια, πεντάκις δέκα πεντήκοντα. Ἀλλ' ἐπειδὴ πεντε οἱ πεντήκοντα πολλοί εἰσιν εἰς τὸ ἔχειν ἅμα. οἱ δέκα καὶ κλῆρον μίαν ἡμέραν. τῶν ἑπτά. Ὁμοίως δὲ ἑκάστων τῶν ἄλλων ἀπὸ κλήρου ἦρχε τῶν ἑαυτοῦ ἡμέραν, ἄχρις οὗ τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ ἡμέραι, καὶ συμβαίνει τοῖς ἄρχουσιν τρεῖς μὴ ἄρχειν ἑκάστους ἢ ἄρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκαλεῖτο ἐπίσκοπος. Διὰ δὲ μίαν μείζω ἡμέραν ἦρχον, ἐπειδὴ αὐτοῖς τὰς κλεῖς τῆς ἀκροπόλεως ἐπίστευσε, καὶ πάντα τὰ χρήματα τῆς πόλεως, ἵνα σωφρονίζῃ τοὺς νεωτέρους, διὰ τοῦτο μίαν ἡμέραν ἐποίησαν αὐτὸν ἄρξαι. Ἰσέον δ' ὅτι αἱ μὲν πεντήκοντα, ἐκαλοῦντο πεντάπυλοι, οἱ δὲ δέκα πρόεδροι, ὁ δὲ εἷς ἐπίσκοπος. Quod autem cuario ab exemplaribus Demosthen. nimium in isto argumento corruptis, id debeo Ioanni Deonsio viro eruditissimo, & incomparabilis memoriæ, vt qui subinde integras orationes nunc Demosthenis, nunc Ciceronis ad verbum memoriter recitat. Is mihi suum Demosthenem ad censuram Budæi castigatum, hac in parte vtendum dedit. Est autem multiplex annus mundanus, cuius meminit Cicer. in somnio Scip. Complectitur is secundum Macrob. 1. millia solstitialium annorum. Secundum Seruium 12. millia & 544. annos. Solstitialis proprie Solis ambitus est per zodiacum. Ita quoque singulorum Planetarum suus annus est, Lunæ menstruus. Mercurii & Veneris eiusdem fere spatij, quo solaris Martis, huius temporis duplum habet Iupiter duodecuplum, Saturnus trigecuplum. Rursus potes ita nouam diuisionem inire, si alios annos naturales, alios ciuiles dixeris. Naturalis enim cursum solis, Ciuilis, ciuitatis aut gentium sequitur morem. Naturalis 365 dies, horas sex propemodum continet. Ciuilis, incerto dierum numero fluctuat, & ab auctore nomen sortitur, vt annus Romuli 304 habebat dies. Numæ 365 dies Arcadum tribus mensibus explicabatur. Acarnarum sex. Est rursus annus vtilis, qui liber est ab omnibus diebus nefastis, & tantummodo consummatur in diebus, qui iuris actionem habent. Sed & addi solet: Si reus præstat sui conueniendi facultatem, & & iudicis copia fiat.

Aliquanto post.

Pontificem deinde Numa Martium Marci filium ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta, exsignataque attribuit. Non integrum videtur *Marci filium, Martium*, non *Marcum* appellari, quum nomina patrum in filiis iterari, gentilitii iuris sit. Auget suspicionem, quod mira isthic est in scriptis libris discrepantia. Alii habet *Marcum Flauium*, alii *M. Fuluium*, nonnulli *M. Furium*. Quid melius sit, in medio disceptandum relinquimus.

Rursus. Legendum pro ipso, non, propulso.

CAPVT VIII.

Ea pietate omnium pectora imbuerat, vt fides ac iusiurandum proximo legum ac penarum metu, ciuitatem regerent. Alia exempl.

tmpl. habent, *vt fides ac iusiurandum propulso legũ &c.* Quod tametsi inquinatius videtur, affinius tamen veritati, quam illud superius. Omnino mihi persuadeo legendum esse, *vt fides ac iusiurandum pro ipso legum & pœnarum metu, &c.* Vt pro *ipso* corruptum sit in *propulso*. Nimirum religionem successisse in vicem metus legũ, ac pœnarum Sed vt mihi hoc persuadeo, ita aliis necessitatem credendi adferre non velim. Sequor enim meam diuinationem, non testimonia codicum. Habet autem Fabius Pictor similem sententiam, lib. primo, *Nullo tunc vindice aut metu, sed sua sponte retinebant fidem & rectum.*

Sequitur deinde paucis verbis interiectis.

CAPVT IX.

Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quo quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum dea inferebat, Camœnis eum lucum sacrauit, quod earum sibi concilium cum coniuge, vel quod Dearum sibi consilia cum coniuge sua Ægeria esset. Scripti codices per omnia cum vulgatis consentiunt, nisi quod pro *medium, medius* legant, mihi illud, *Sibi*, non arridet, arbitrorque mutandum in *ibi*, & ob id lucum illum Musis esse dicatum, quod ibi colloquia vxori eius cum Deabus essent. Sub nomine autem *Dearum* Musas intelligit, quas Theocritus perpetuo Nymphas appellat. Habet id quoque magnificentiam, cum genus pro specie subiicitur.

Qui sint Argei.

CAPVT X.

Annectamus de proximo, quod mire implicitum est, *Multa alia sacrificia, locaque sacris faciendis, quæ Argeos pontifices vocant, dedicauit.* Ridicula est eorum interpretatio, qui putant, argeos scyrpeos hic esse homines, qui cum facibus de ponte deiiciebantur, ex instituto Herculis. Nam ipsa sacra & loca, vbi sacris operam dabant, a Pontificibus Argei dicebantur. Sacra ob antiquitatem cum suis ritibus iam pridem abolita sunt. Loca multa Romæ Argeorum nomen retinent, vt videre est, apud Varronem libro quarto de lingua Latina, vbi nunc quintum, nunc sextum Argeorum sacrarium citatur, monteſq; certis finibus distinguuntur, ex Argeorum libris ritualibus. Fabius pictor vniuersum campum septem collibus subsidens, vsque ad Tyberim duplici nomine Lybissum & Argeum vocat.

Ex vita Tulli Hostilii. De Ceremoniis Patrii Patrati.

CAPVT XI.

Rex facis ne me tu regium nuntium, populiq; Romani Quiritium, vasa comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea,

populique Romani Quiritium fiat, facio. Fœciolis erat M. Valerius in patrē patratū Sp. Fusiū fecit, verbena caput capillosque tangens, habet Buslid codex non *tangens*, sed *tegens*. In sacris enim caput operiri & tegi solet, & apud Plutarchum in vita Numæ, *Numa capite velato sedet, cum de eo in regem creando auguria captantur*, quid tamen rectius non ausim definire. Id ad vilitatem rudiorum adiiciendum, Fraudem hic appellari malitiosam fœderis interpretationem, quum sententia violata, verbis satisfacimus, vt ille, qui cum certos dies induciis asscripserat, noctu hostilia fecit, quasi de nocti. bus nihil omnino cautum esset. Pulcre admodum hæc distinguit Paulus Iureconsultus ff. de legibus & Senatusconsultis. *Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet, in fraudem vero legis, qui salvis verbis legis, sententiam eius circumuenit.*

De Tarquinio Prisco. Quid sit Sentire.

CAPVT XII.

Lvcumoni contra omnium heredi bonorum, quum diuitiis iam animos fecerent, auxit ductia in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, & quæ haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora sineret.

Integrum hoc prima specie videtur, & approbatur omnium codicum consensu, mihi tamen isthic hulcus subesse persuadeo. Credo enim, illud *sineret* in *sentiret* mutandum, vt idem sit cum φρονεῖν, nimirum. Eam pares animos suis natalibus & opibus habere. Sino tamen, vt suum *sineret* retineant, qui alterius opinionis sunt. Ceterum id pro auctario adiiciendum, Lucumones dici solitos reges Hetruscorum, qui duodecim erant, secundum duodecim populos, qui autem istis omnibus imperitabat Lartem appellabant, vnde adhuc Angli satrapas suos Lordas vocant.

Alterum tantum quid significet.

CAPVT XIII.

Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutauit, numero tantum alterum adiecit. Atrebatensis codex habet *Numero tantum alteram adiecit*. Buslidianus. *Numerum tamen alterum adiecit*. Sed vulgata lectio probatior est, indicat enim numerum in centuriis equitum duplicatum esse. Hac forma loquendi Cic. de oratore perfecto vsus est. *Pes qui adhibetur ad numerum partitur in tria, vt necesse sit partē pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altera tanto, aut sesquialteram esse, vt sit æqualis Dactylus, duplex Iambus, sesquipæon.* Alterum tantum dicimus, quum tantundem adhuc semel est, quantum antea in numero aut magnitudine fuit. Sumta autem est ea forma loquendi a Demosthene contra Midiam, vbi inquit. ὑμεῖς δὲ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τριήρων ἐδεῖτε πολλαπλασίων ἢ νῦν, καὶ ἱππέων τοσούτων ἐτέρων.

Legendum

Legendum Dono pro dolo.

CAPVT XIV.

IBi Tarquinius maledicta ab stirpe vltima orsus, seruum serua natum, post mortem indignam parentis sui, non interregno (vt antea) initio, non comitiis habitis, non per suffragium populi, non auctoribus patribus, muliebri dolo occupasse regnum. Buslidianus codex pro *dolo dono* habet, vt id regnum, quod a Senatu & populo dari solet, mulier sui doni fecerit, quod ego genuinum omnino arbitror. Sermo enim ex contentione ἀντιθέσεως actior est, & de Tullia æmula Tanaquilis paulo ante hæc verba fecit. *Nec conquiescere ipsa potest, si quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuisset animo, vt duo continua regna viro ac deinceps genero dedisset: ipsa regio semine orta, nullum momentum in dando, adimendoque regno facerit.*

Quid sit vulgo dici.

CAPVT XV.

TVrnus Herdonius ab Aricia, ferociter in absentem Tarquinium inuectus, haud mirum esse superbo inditum Romæ cognomen. Iam enim ita clam quidam mussitantes, vulgo tamen eum appellabant.

Mihi is locus perpetuo suspectus fuit, neque sine caussa, pugnāt enim inter se, quosdam *clam mussitantes*, & vulgo *eum appellasse Superbum*, vulgo enim dicitur, quod a nemine non iactatur, a quibusdam dicitur, quod a paucis. Recte igitur ad istum modum liber Buslid. *Iam enim pridem clam ita mussitantes, vulgo tamen eum appellabant*, dictione, *quidam* mutato in *quidem*, vt intelligeremus clam quidem ita eum vocitari, sed tamen passim.

Ex libro secundo. Legi Vulscos, pro Volscos.

CAPVT XVI.

MVlta igitur blandimenta plebi per id tempus a Senatu data, nanona inprimis habita cura, & ad frumentum comparandum. missi alii in Volscos, alii Cumas, salis quoque arbitrium vēdendi, quia immenso pretio venibat in publicum omni sumtu ademtum priuatis, portoriis quoque & tributo plebe liberata.

Buslidianus sic:

Et ad frumentum comparandum missi alii in Vulscos (idque perpetuo) alii Cumas, aliis quoque arbitrarium, quia impenso pretio venibat. In ceteris consensus fuit. Mihi hic locus mutilus videtur. dispiciendum igitur num ad istum modum legi oporteat. *Et ad frumentum comparandum missi alii in Volscos, alii Cumas. Salis quoque arbitrium vendendi, quia impenso pretio venibat in publicum, sine omni sumtu ademtum priuatis.* Vt hic sit sensus. Arbitrium salis vendendi ademtum priuatis, quia impenso pretio, hoc est, permagno veni-

bat. Venditum autem fuisse publice sine omni sumtu, detractis oneribus itinerum & vectigalium, vt præter pretium salis nihil sit solutum.

Mox ibidem de Coelite. Legendum Transitui, non Transitum.

CAPVT XVII.

Deum & hominum fidem testabatur, nequicquam deserto præsidio eos fugere, si transitum pontem a tergo reliquissent. Nisi interpreteris *trarsitum* pro *transibilem*, vt inuictum pro inuincibilem, infractum qui frangi non potest, non video qui sensus emergere possit. Buslidianus codex, pro *transitum, pontem* legit, *transitum potem*, quod possibilem interpretari liceat. Iuxta illud Catul. li. *Hoc facies non pote sine pote.* Sed nescio quo pacto mihi ista affectatio non arridet, & propemodum mihi persuadeo legendum esse. *Si transitu pontem a tergo reliquissent, Transitui*, hoc est, *ad trāsitum*, putoque librarios *i* tertium eius ex *vi*, pro *m* aspexisse, veluti scriptum fuisset transitm, & *u* ex ingenio addidisse, quasi id necessario requireretur.

De Mutio. Crassari olim dictum pro grassari.

CAPVT XVIII.

Tvnc Mutius quasi remunerans meritum. Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos, vt beneficio tuleris a me quod minus nequisti, CCC, coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via grassaremur, mea prima sors fuit. Ceteri, vt unque ceciderit, primi quoad te opportunum Fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt. Buslidianus. *Vt in te hac via crassaremur, idque sæpius in* eadem voce, vt antiqui Caium, pro Gaium, Cneum pro Gneũ dixere. Quanta autem affinitas sit in his literis, ipsa forma docet C, G, quum nihil differant, nisi quod inferius cornu in G nonnihil sursum versus repandum est, quare non immerito inter ἐναντία referri possunt. Addit deinde. *Mea prima sors fuit, ceteri, cuiq; ceciderit.* Vnde ego hanc germanam lectionem censeo. *Ceteri vt cuiq; ceciderit, primi quoad. &c.*

Iniquum Tributum, quod supra censum, & quod ante tempus exigitur.

CAPVT XIX.

Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non modo fructu caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, ab alienum fecisse. Buslid. *Tributum iniquo non suo tempore imperatum.* Adiutus istius lib. scriptura, legendum puto, *Tributum iniquum, ac non suo tempore imperatum.* Vt duplex sit conquestio super hoc tributo, & quod magnitud. ne iniquum fuerit, vltra censum iniuncto, onere, & quod non exspectato tempore, quo dandum erat, extortum sit.

Quid differant Confidere & Concredere.

CAPVT XX.

Et Consules magis non confidere, quã non credere suis militibus. Nihil hæc vitii, sed difficultatis plurimũ, q̃ in gratiam studiosorũ

tentabimus enodare. Credimus illis, quos soluendo putamus. Confidimus his, quorum beneuolentia nos securos facit. Consules igitur potius non confiduat suis militibus, quos alienos a se, auersosque existimabant, quam quod de viribus illorum desperarent. Sic animo confidimus & moribus, si inde officia exspectamus, credimus facultati, cum id eos præstare posse nobis persuademus, posse suos milites vincere credebant, velle eos vincere non confidebant.

Diuinatio, num legendum iratos inuocat Deos, An iuratus inuocat Deos.

CAPVT XXI.

Victor, inquit, *M. Fabi reuertar ex acie, si fallat. Iouem patrem, Gradiuumq; Martem, aliosque iuratus inuocat Deos.* Ita quoque sanum est, vel sanum videtur, vt nusquam vel vna verruca mali appareat. Sed est in Buslidiano codice saltem speciosior sententia. Sic enim legitur. *Aliosq; iratos inuocat Deos*, nimirum, si fallar quod præcesserit, exsecratione seipsum obligans, nisi victor e prælio regrediatur.

Sequitur continuo.

Inde deinceps omnis exercitus in se quisq; iurat. Buslid. *Item deinceps*, &c. Nescio quid melius, in æquilibrio mihi res pendere videtur. Nam inde *deinceps* non plane illepidum. significat enim postea per ordinem singulos in se diras concepisse, nisi victores redirent. Item *deinceps* exemplo alterius imitationem significat.

Actor legis, & auctor, quomodo differant.

CAPVT XXII.

Sed vt inuentor legis Volero, sic Lectorius collega eius, auctor tum recentior, tum acrior erat. Hæc sententia vere introrsum turpis, speciosa pelle decora est. Si Volero erat inuentor legis, cur Lectorius eiusdem auctor dicitur? cum auctor idem sit, quod inuentor, hoc est, qui aliquid primus & præcipuus instituit. Recte igitur Buslidianus codex pro *auctor, actor* habet, hoc est, exercitator, & exsecutor, vt Volero habeat laudem institutæ legis. Lectorius de opera ferendæ legis primas obtineat.

Quid iras incitet.

CAPVT XXIII.

Eadem in militia iuuitia Appii, quæ domi esse, eo libentior, quod sine Tribunitiis vinculis erat, odisse plebem pluſquam paterno odio, quod se victum videbat ab ea, se vnico consule obiecto aduersus tribunitiam potestatem, perlatam legem esse, quam minore conatu nequaquam tanta patrum spe, prieres impedierant. Nihil hæc est, nisi αἰτιολογία indignationis Appii, quæ frigidor est, & dilutior in istis verbis. Si enim ipse vnicus consul obiectus sit contra tribunitiam potestatem, quid miri, si victa sit

vnius auctoritas destituta a socio atque collega altero consule, ac proinde minor causa iracundi, cum nihil subitum & inexspectatum eius animum percellat. Sed rursus, qui potuerunt patres habere tantum spei in impedienda lege, si vnum tantummodo consulem pro se habebant. Tot difficultates sanantur vnica dictione, quam habet codex Buslidianus, vbi pro *obiecto*, scriptum est, *electo*. Vt sit sensus. Ideo se tanta odia in plebem concepisse, quod vnice ad id electus consul, cum summa spe patrum, vt ipsius viribus & constantia resisteretur legi, non tamen potuerit sustinere violentiam plebis. Non memor est sui Liuius, supra enim ita dixit. *Patres ad vltimum dimicationis ratirem venturam: Appium Claudium Appii filium, iam inde a paternis certaminibus inimicum infestumq; plebi, Consulem faciunt.*

LIBER SEXTVS
EX BOYCOLICIS VERGILIANIS.

Mystica vrbium nomina.

CAPVT I.

Postquam nos Amaryllis habet, Galathea reliquit.

Seruius hunc locum ita exponit. ἀλληγορικῶς, inquit, *hoc dicit, postquam relicta Mantua, Romam me contuli. Nam Galatheam Mantuam vult esse, Romam Amaryllida*, nec plura addit. Eandem allegoriam tanquam festiuam continuo repetiuit Verg.

Nam q. (fatebor enim) dum me Galathea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Seruius hic nihil dicit, quasi superiori expositione per omnia satisfeciſſet. Debet autem allegoria ita esse αἰνιγματώδης, vt tamen aliqua vestigia indagandi arcani de se præbeat. Nec dubito, quin plurima olim signa nota fuere, quæ ad verum intellectum deducere poterant, quæ antiquitatis obliteratione a nobis nequaquam deprehendi possunt. Cur enim non tam bene Galatheam Romam, quam Mantuam intelligas, si temere a puellarum nominibus vrbes significare liceat? Tentandum ergo, si quid inuenire possimus, quod huic mysterio lucem adferat. Politianus auctor & elegans & curiosus, dicit, Romanam vrbem triplici olim nomine insignitam fuisse. Appellari enim vulgato nomine Romam, arcano Amaryllida, sacro & rituali Florentiam, seu quod idem est, Anthæsam. Venustissime igitur cum puellæ vrbique idem nomen sit, sub vocabulo Virginis Romam indicauit. Vtinam simile quid in Galathea haberemus, vbi nihil ambigo, quin sit eadem allusio. Fortasse ideo Mantuam Galatheam dixit, quod ibi Galatæ, hoc est, Galli Togati suas sedes habuerunt, vel quod Mantuani originem traxerunt a Venetis, quos Strabo quoque dicit e Venetis Gallis Oceani accolis oriundos esse. Certe Seruius super eo versu,

Qui

Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomen,

Venetos & Tuscos conditores Mantuanæ ciuitatis facit, ac Venetiam alio nomine Cisalpinam Galliam dici. Hoc non admodum in Politiano probo, quod Amaryllida ab amore deductum putet, quasi Latinum sit nomen. Ego (quia & apud Theocritum puella eius nominis reperitur, & quia personæ bucolicæ fere omnes Græcæ) Græcam originationem potius requirendam arbitror, & in eius etymologia latere aliquid, quod cum rebus rusticis sit cognatū, quale est in Galathea, Phyllide, quarum altera a lacte, altera a frondibus nomē ducit, ἀμαρύς certe incile significat, per q̄ aqua ad irrigationem vel horti, vel alterius generis agri deriuatur. Id si admittas, forma diminutiua inde Amaryllis declinata videtur. Fabius Pictor tradit, Argeum campum, qui septem montibus includitur in speciem arcus vsque ad Tyberim, quæ instar cordæ eum præcingit, inundationibus fluuii inhabitabilem fuisse. Sed Vertumno sacris factis aquas in alueum reuertisse, arbitrorque ab incilibus, quibus palus siccata est, Romam Amaryllida esse dictam.

Aliud. Antrum esse domicilium pastorum.

CAPVT II.

NOn ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa de rupe procul pendere videbo.

Pastor ille non ita in antro cubat, tanquam in temporario diuerticulo, sed velut in legitimo domicilio. Nam veteres in speluncis omnia sua constituebant, quod ex Polyphemi moribus patet. Nec suffragium leue est a Græca lingua, qua μαάδρα nunc pro stabulo, nunc pro antro vsurpatur. Atque inde est, quod D. Basilius in oratione de natali Domini, Mandran appellat stabulum, in quo Christus natus est. Quamobrem summi Pastores Archimandritæ etiamnum a Græcis appellantur. Fuisse autem hanc speluncam Tityro pro domo, vel illud argumento est, quod ibi suum penum habuerit, cum ita subiungit.

Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi, sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.

Eandem sententiam in Cyclope Theocriti inuenias.

ἄδιον αὖ τ' ὤντρῳ παρ' ἐμὶν τεὸν ὕπνον ἀγρεῖς.
αὖλι ἐὰφνεὰ πῖνες. αὖλι ῥαδιναὶ κυπάρισσοι.

Vter Poeta huic præstantior censendus est, non nostri est iudicii, nisi quod hoc aperte licuerit dicere, quæ apud Theocritum parata sunt deliciis, ea a Vergilio consolationi adhiberi. Nescio quam opportune, cum alienæ felicitatis ostentatio magis dolorem in calamitosis exacerbet, quam mitiget.

Ex Alexide. Quid sibi velit vox Incondita.

CAPVT III.

Vbi hæc incondita solus.
Montibus & syluis studio iactabat inani.

Incondita (inquit Seruius) *hoc est incompositæ subito dictæ, agrestia, vel insanæ mentis dicta verba, vel incondita, id est, inconstricta.* Recte Seruius. Obseruaui tamen, incondita ea sæpe dici, quæ natura, non arte fiunt. Sic Donatus solas interiectiones voces incondítas appellat, quod natura eas gignat, ac proinde apud omnes homines esse eadem, reliquas vero orationis partes artificiales, & hominum ingeniis variari. Hinc quoque est, quod milites in triumpho Cæsaris apud Suetonium incondita carmina cecinisse describantur.

Ibidem. Iolas vnde dictus.

CAPVT IV.

Nec si muneribus certes, concedet Iolas.

Inter reliquas opiniones refert Seruius, Alexim fuisse puerum Augusti Cæsaris, atque ab eo in deliciis habitum. Id si verum est, valde eleganter Vergilius Iolam sibi riualem fecit. Ego enim per *Iolam Iulum* intelligo, nimirum Augustum Cæsarem, qui ab *Iulo* originem suæ gentis trahit, ac proinde cum eo ambitu munerum certari non posse. Nec admirationi esse debet, si Poeta in personis suis nomen nonnihil a vero declinet, vt Bucolicam conditionem accipiant. Quid enim Iulus faceret in re pastoritia, aut Alexander? hoc enim est verum nomen Alexidis. Heroica sunt ista vocabula, nihil apta pastoritiis casis. Est alioqui familiare Poetis (vt habet Apuleius in sua Apologia) amicorum amicarumque nomina nonnihil inflectere, seruato fere numero syllabarum. Sic *Clodia* a Catullo *Lesbia* dicta est. Sic a *Tinda* fœmina quidem, sed (vt auctor Eustatius) poetria insigni, ea quæ Metella erat, *Perilla* est nominata. Sic *Hostia*, a Propertio *Cinthia*. Sic *Plania*, a Tibullo *Delia*. Sic *Gratidia*, ab Horatio *Canidia* appellatur.

Ex tertia Eclega. Malo petere, quo sensu dictum.

CAPVT V.

Malo me Galathea petit lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

Quid sit malis petere, tacitum prætermisit Seruius, credo quod eam rem suo tempore omnibus notam videret. Verum quia nostro seculo eius dicti festiuitas non ab omnibus sentitur, curiosius ipsum locum tractemus. Tota ista Eclega ἐξ ὑποθέσεως, hoc est, de se loquentes, suaque iactantes pastores habet, vt & Theocritus Idyllio quinto. *Primum se laudant, quod cari sint numinibus, deinde quod pulcri.* Gloriatur igitur his verbis, se vltro a Galathea ad amoris commercia affectari & ambiri, id enim est Græcis μιλᾶσθαι, vt auctor est interpres Theocriti, Idyllio sexto. Vnde quoque

quoque μηλοβληθῆναι ab Aristophane dictum est, pro amore percelli. Sic enim inquit.

μὴ δ' εἰς ὀρχιστρίδος εἰσιέναι ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς
μηλοβληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῆς. Id est.

Neq; in ædes saltatricis introire, ne ad ista inhians,
Malo percussus a meretricula, gloria defringaris.

Pastor igitur aduersarius, vt paria vel maiora adferat, vt lex est Amoibæi carminis.

At mihi sese offert (inquit) vltro meus ignis Amyntas,
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.

Hoc autem diuersi est apud Theocritum, quod ibi pastores suos amores efferunt, alienos vituperant, hoc posterius Vergilius omisit. Sunt autem isti versus Theocriti, quos Vergilius omnino adæquauit, vt in Noctibus Atticis tradit Aul. Gell. dum quædam reponit vt imitator, quædam vt æmulator immutat, paria substituens, non eadem.

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἴπολον ἀκλεαρίστα
τὰς αἶγας παρελόντα, καὶ ἀδύτι ποππιλιάσδει.

Hoc est.

In me mala iacit Clearista filia, capras
Dum præterduco, & dulci poppismate laudat.

Vnde metaphora sit accepta, docet Erasmus in Chiliad. Mirum autem est, quam hoc vocabulum μῆλον, vnde nostrum malum deductum est, πολύσημον sit apud Græcos. Nam & certum genus pomi, & pecus, & mamillam significat.

Ex Sileno, Rerum affinium historias confundi.

CAPVT VI.

QVid loquar aut Scyllam Nisi? quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Alciatus vir admirandæ eruditionis, ac paris facundiæ, in libello suo quem παρέργων inscripsit, existimat Vergilium naturam famæ sequutum, quæ plerumque mendax est, falso historiam de Scylla tradidisse, atque ideo quæ Scyllæ Phorci filiæ congruebant, Scyllæ Nisi attribuisse. Bonus (mehercle) istius loci tuendi color. Nec semel inueniuntur istiusmodi personarum confusiones. Apud Aristophanem in Auibus, Progne, non in hirundinem, sed in lusciniam transformatur. Idemque in Ranis, quod mirabilius est ἀηδόνιον, non lusciniæ, sed hirundinis cantum appellat, cum tamen omnes Græci ἀήδονα pro luscinia agnoscant, nec Latini olim aliter sensere, vt ex illo Calphurnii versiculo facilime comprobatur.

Astyle credibile est, si vincat Acanthida cornix,
Vocalem superet si turpis Aedona bubo.

Iam cum fabula ex etymo Philomenæ (quæ alias Philomela dicitur, a studio canendi) sit orta: mirum est, Aristophanem in di-

uersam partem ita præcipitem abiisse. Sed, vt dixi, in rebus affinibus confundunt historias, nec Vergilius longe discessit ab illa miscella, quippe qui statim subiungat.

Quæsiit Philomela dapes, quæ dona parauit.

Certum enim est, Prognem suum filium Itym patri epulandum apposuisse. Quod si istos colores non recipimus, præsto est & aliud effugium, si antiquorum voluminum fidem sequi non recusemus, quorum aliqua sic habent. *Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est,* Alii rursus. *Quid loquar an Scyllam Nisi, an quam fama secuta est?* Rursus alii. *Quid loquar vt Scyllam Nisi, aut quam,* &c. Quæ lectio mihi præ ceteris arridet, vt subiungatur per Zeugma ab inferiore, narrauerit, hoc pacto. *Quid loquar,* vt narrauerit Silenus, qui cum Deus sit, errare non potest in cognitione historiarum. Si quis tamen rerum gestarum confusiones malit, habet etiam exemplum apud Ouidium in Heroinis. *Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.* Cum non ab Hectore, sed a Memnone trucidatus sit.

In Pharmaceutria. Quis sit improbus.

CAPVT VII.

Sæuus Amor docuit, natorum sanguine matrem
Commaculare manus, crudelis tu quoq; mater.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

Seruius, vt epanalepsin verborum læpius redeuntium excusaret, arbitratur hic syllogismum esse plenum, in quo necessariũ est, vt iidem termini læpe recurrant. Ceterum id mihi nullo pacto verum apparet. Non enim hic vlla ratiocinatio per necessaria aut probabilia decurrit, aut alterum ex altero ad complexionem faciendam elicitur, sed multiplex Damonis affectus repræsentatur, qui cum quæuis opprobria in Cupidinem conijciat, atque adeo illum magistrum fuisse Medeæ ad parricidium affirmet, tandem veluti dubius subsistens, ac propemodum conuitium recantans, quasi non totum illud scelus sit Cupidinis, non enim nisi immani naturæ talia persuaderi posse culpam, inter vtrumque diuidit, ac ipsam quoque matrem crudelem pronuntiat. Deinde quasi libripens pondus vtriusque culpæ examinat, seque ipse per Epicrisim interrogat. *Crudelis mater magis, an puer improbus ille?* ac tandem sententiam absoluit, & vtrumque condemnat. Verum pares ne, an impares vtrobique sint culpæ, in incerto reliquit. *Improbus,* inquit, *ille puer, crudelis tu quoq; mater.*

Ne quis autem nimis dilutis verbis iudicium peractum existimet, quod in tanto scelere vtrumque *improbum* appellat, non immanem, aut dirum, aut tetrum, sciat, apud veteres omne genus scelerum hoc modo condemnari solere. Improbe factum videri.

Ibi-

Ibidem. *Quæ Emphasi dictum, Orpheus in silua.*

CAPVT VIII.

CErtent & cygnea vlula, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.

Inter ἀδύνατα, quæ nunc tandem posse fieri arbitratur, hoc quod absurdissimum erat, cum magna emphasi explicuit. *Sit Tityrus Orpheus.* Nec contentus tali paradoxo, resumit cum ingenti additamento, Sit *Orpheus* non quiuis, sed ille qui cantu suo arbores ad se allicit. Nec hoc quidem acquieuit illius animus, sed vltra progressus est. Sit *Arion* non quiuis, sed ille Arion, qui ita belluas marinas demulcebat, vt eorum dorso pro vectabulo vteretur.

Ibidem. *Morituros rerum posterarum curam abiicere. Et de modis verborum.*

CAPVT IX.

OMnia vel medium fiant mare, viuite syluæ.

Non dira vota concipit, vt omnia velit inundationibus perire, sed vt moriturus nihil ad se pertinere indicat, quicquid postfata sua sit euenturum. In verbo enim *fiet*, etiam concedendi affectus est, qui inter alios modos verborum solet adnumerari. Diligentiores enim Grammatici has Δεξιώσεις verborum enumerant. Indicatiuum, promissiuum, imperatiuum, optatiuũ, permissiuum, potentialem, subiunctiuum, infinitiuum. Tale vere & illud adagiale est, *Me mortuo terra ardeat*, latetq; in istis verbis cõsilium necis conscisccndæ, cum curam rerum supernarum a se reiiciat. Vnde statim subiungit *Præceps aerii specula de montis in vndas Deferar.* Et satis atrociter duo instrumenta necis copulauit, & præcipitium, & vndas. Nisi forte allusum sit ad Leucadem petram, vnde se amantes in mare Ambracium abiicere solent, atque eo pacto remedium infelicis amoris expiscari. Meminit eius Ouidius in Epistola Sapphus. Eadem forma loquutus est Horatius libro carminum tertio, Ode. 23. *Ille potens sui, lætusque degit, cui licet in diem dixisse, vixi, cras vel atra nube polum pater occupato, vel sole puro.*

Ex Meliboeo. Poetas sub nominibus aliarum personarum, de suis carminibus censere.

CAPVT X.

HÆc memini, & victum frustra contendere Thyrsim.

Sæpius mecum cogitaui quidnam illud esset, cur Virgilius Corydoni potius, quam Thyrsi canendi palmam adiudicarit? Non enim temerario iudicio id ab eo factum mihi persuadeo. Obseruauit Virgilium sub alieni iudicis persona, incorruptissime de suis carminibus censuram facere, atque ideo cum maximi faceret octaua Eclogam, suum id iudicium tacitum non habuit.

Pastorum, inquit, *Musam Damonis & Alphesibœi,*
Immemor herbarum, quas est mirata iuuenca,
Certantes quorum stupefacta carmine lynces,
Et mirata suos requierunt flumina cursus,
Damonis Musam dicemus & Alphesibœi.

Vbi tacite eas vires sibi in carmine asscribit, quas Orpheus habuit, neque id immerito. Nihil enim venustius aut eloquentius hac Ecloga in toto opere Bucolico. Nec imitatitiis rebus, sed suis inuentis minor est Theocrito. Sed vt tibi iustus est arbiter pastor, ita huic quoque eum vsum esse accuratissimo iudicio non dubitandum. Vigilantissimus enim Poeta, vt euentis canendi nomen quoque personæ congrueret, elaborauit, alterum *Thyrsim* a Bacchica hasta, alterum ab aue vocalissima alias alauda dicta, & post luscinam in canendo primæ dignationis, *Corydonem* appellauit, Quo nomine & in Alexide seipsum dignatus est, per ambages indicans, quicunque secum Bucolico carmine decertaret, quantumcunque Bacchi numine afflatus sit, nullam spem victoriæ habere posse. Principio fere illos æquales dotibus exhibuit, memor, quod statim in fronte Idylli dixerat.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.

Ceterum in fine tantum est discriminis, quantum inter lances Iouis, quibus Hectoris & Achillis fata expenduntur. Scribam igitur Corydonis carmina:

Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho.
Formosa Veneri myrtus, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos, illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi

Primum, se Corydonem sub nomine Coryli adamari a puella, sed obscure significat. Deinde quanta maiestas, & quasi numen sit in sua puella, clare expressit. Enumerat enim quatuor deos, quibus pulcerrimę arbores dedicatæ sunt, quæ tamen non minus numinum gratia, quā suis dotibus in pretio habentur, populū myrtum, vitem, laurum, hisq; omnibus corylum parē facit, neque id aliunde, quam ex gratia puellæ, quæ hanc in deliciis habet. Sic igitur vnica puella quatuor numinibus respondet, vnica item arbor, cum quatuor arboribus paria facit, tantum esse philtrum in sua Phyllide. Non potuit Vergil. in anacephalęosi omnes arbores intra vnum versum includere, quamobrem contentus duabus, reliquas subintelligi voluit, *Nec myrtus*, inquit, *vincet corylos, nec laurea Phœbi.* Theocritus in Eunica, cum multos docuisset deos & deas, qui pastores amarent, ex omnibus non nisi tres reposuit.

Εὐνίκα ἢ μύνα τᾶ ὤκηλον ἐκ ἐφίλασεν,
Ακυόϊλος κρίωσιν, καὶ κύπελλ' Ὦ, ἁ ἢ σιλάνις.

Hoc est:

Pasto-

Pastorem Eunice sola haud dignatur amore,
Vt Cybele melior, Dyctinna, & Cypride diuis.

Nunc videamus, quid Thyrsis ad ista respondeat:

Fraxinus in syluis, pulcerrima pinus in hortis,
Populus in fluuiis, abies in montibus altis
Sæpius at si me Lycida formose reuisas,
Fraxinus in syluis, cedet tibi pinus in hortis.

Cum in carmine Amoibæo is qui respondet, aut paria aut maiora adferre debeat, quippe qui alioqui vincere nequeat, cũ laus inuentionis sit apud primum cantorem, & ὁ ἐπάδων imitator videatur, inspiciendum, quid iam a Thyrside sit præstitum. Adfert & ille quidem quatuor arbores, verum populos, quæ quarta est, iam a Corydone præoccupata fuit, quod est signum ingenii in aliqua partis deficientis. Nonnihil quidem assurgit acumine varietatis, quod singulis arboribus natales sedes attribuit, docetque quibus in locis pulcerrimæ nascantur, atque illis ita felicissime natis, ac proinde formosissimis, suum Lycidam anteposuit. Verum, vt sint pulcerrimæ, præter suam naturam non habent aliunde commendationem: atqui in enumeratione Corydonis, singulis arboribus sua numina associantur, vt & sua natura gratæ, & deorum religione venerabiles sint. ἀπόδοσις quoque comparationis apud Corydonem longe dexterior, vbi puella (quam quasi Nympham esse vult) cum numinibus committitur, arbor deinde corylus cum arboribus re congenere in comparationem mittitur. Contra apud Thyrsim adolescens arboribus anteponitur, cum quibus nihil simile in natura habet, nisi fortasse proceritatem. Frigidum, me hercle, & dilutum encomium. Porro, vt cetera omittamus, quis hoc ferat, quod vt Corylo ex gratia puellæ adnascitur dignitas, adeo vt in æquilibrio hęreat cum dotibus 4. pulcerrimarum arborum: ita Lycidas non de se aliis rebus addit venustatem, sed recipit, idque non sua natura, sed aliena vi, nimirum si Thyrsim subinde frequentet. Non ergo Lycidas ex se formosus, sed certa conditione formosus esse potest, si amatorem suum sæpicule inuisat. Philtrum igitur non in Lycida, sed in Thyrside, at Phyllidis formositas non de conditione pendet, sed sua natura fixa, & ita venustatum copia redundans, vt in Corylum exuberet. Hoc vere amatorium, illud alterum φίλαυτον καὶ περιαυτόλογον, alienam pulcritudinem sibi imputare & expensum ferre.

Ex Æneide Vergiliana. De consiliis Tuccæ & Vari, cur mutilata loca non impleuerint.

CAPVT XI.

NActus eram scriptum codicem Æneidos Vergilianæ, quem cũ intentiore cura reuoluerẽ, superuenit meis studiis homo meo animo carissimus, tum ob elegantiam ingenii & mirificã do-

ctrinam, tum ob morum, & præcipue fidei syncritatem, Richardus Brandisbæus, primoq; ingressu quæsiuit, num oportune mihi (inquam) oportune, studiis importune. Scis enim, interrupto ardore commentandi, quam ægre ad incepta redire soleam, nostique tuam de me sententiam. Nannium nec facile ad studia assilire, nec resilire. Sed tamen, vt dixi, oportunissimus. Tum ille, Nec ita me temere iniecissem, nisi recens venissem a D. Nicolao Wottono, principis nostri olim apud Cæsarem, nunc apud regē Galliarum Oratore, viro & eloquente inprimis, & petquam erudito, prudentiaq; ea prædito, quam in paucis reperias. Is multa & amicissima de te mentione habita, plurimam tibi salutem renuntiari iubet. Sed quid nunc Vergilio manū admoliris? & simul cū dicto codicē arripit, miraturq; hemistichia nōnulla, quæ Tuccę & Varii censura detruncata erant, integro corpore ibi, & sarta tecta apparere, quorum hīc nonnulla in medium adducemus:

Huc cursus fuit, huc ventis cita classis abibat.
Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant
Dardaniae, nutuq; eadem vultuq; professi.
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pingues centum cum matribus agnos
Munera, lætitiamq; Dei liquidissima vina.
Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes, vultumq; & verba vt fixerit idem.
Infelix, qui non sponsa præcepta furentis
Audierat, sed cum damnatum fata trahebant.
Prima tenet, sociumq; furens a nauibus agmen
Ferro accincta vocat, pradaq; ostentat ab alto,
Vos agitate fugam, mihi viuere non datur vltra,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero, tum te confestim onere ipse leuabo.
Congeritur, pueri & postibi longo ordine matres
Stant circum, gemitu & lacrymis terra ipsa madefecit.
Quid puer Ascanius, superatne & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia peperit fumante Creusa. Alias:
Quem tibi iam Troia obsessa, eſt enixa Creusa.

Tum sic Brandisbæus. Ista supplementa an aliquis ex ingenio finxerit, an ex fide reposuerit, alias disputandum. Id velim in præsentia doceas, cur istos versus, qui sine controuersia Vergilii sunt, ipse auctor operi suo prætexere, Tucca autē rescindere voluerit.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena.
Carmen, & egressus syluis vicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis
Arma virumq; cano.

Quin tu, inquam, tibi alteram partem istius quæstionis desu-

me, al-

ſume, alteram mihi relinque. Nam etiamſi ad dimidium operæ partiarius ſim, ſatis laborabo. Diuinare enim cauſſas, quas Vergilius, quas Tucca ſequutus ſit, nõ opis eſt noſtræ, ac ꝓpemodum ſupra humanas vires. Altiſſimæ enim rationes vtriq; ſuum iudicium attulere. Dic igitur, cur Vergilius hos verſus quaſi anteambulones præmiſerit, nos cur reiecti ſint addiuinabimus. Tum ille, non poſſum defugere, quin quod ipſe intriuerim, ipſe quoque aliqua ex parte deglutiam: audi igitur, quid mihi vt veriſimile perſuaſerim, non quod pro vero haberi velim.

Paſſus erat aliquando plagiarium in ſuis carminibus Vergilius, idem furtum ne denuo pateretur, quaſi per catalogum recenſuit, quicquid a ſe vnquam conditum eſſet, & Bucolica Georgicaque ἀνακεφαλαιώσει operi Æneidos, quaſi conferruminauit, fecitque id more Orphei, qui in Argonauticõn principio omnia ſua poemata breui enumeratione complexus eſt. Apud veteres enim duplex formido fuit, ne ſcripta vel a fure occuparentur, vel ſubdititiis verſibus adulterarentur. Atque hinc eſt, quod Theognis ſingulis ſuis carminibus ſigillum apprimi deſiderat, ne nothorũ ſubreptionibus ingenua familia poematis coinquinaretur.

Κύρε σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω,
Τοῖς δ' ἔπεσι, λήσει δ' οὔποτε κλεπτομένη.

Hoc eſt:

Cyrne diſertanti mihi fida ſigilla parabis,
Quæ clam de verſu tollere nemo queat.

Sed tamen ne ſic quidem falſarios euitauit: multa enim illegitima eius operi aſperſa ſunt, inter quæ nonnulla Soloni attribuuntur, vt interim taceam de inferioris notæ ſcriptoribus. Non igitur vano metu ſollicitus Vergilius, hanc cautionẽ contra plagiarios & falſarios adhibuit. Quod Homero ſummiſq; viris acciderat, de eo ſecurus eſſe non potuit. In ipſa autem anacephalęoſi, antequam ad propoſitionem veniat, humili phraſi vtitur, & adhuc Bucolica, vtpote de Bucolicis, mentionem faciens, ac nonnihil, ſed molliter aſſurgit, vbi de re Georgica loquitur. Poſtmodum ad ipſum operis ingreſſum pertingens, quaſi relicta fiſtula, lituum inflare videtur.

At nunc horrentia Martis Arma, virumq; cano.

Sed Tucca cum ſuis hanc inæqualitatem verſuum non ferens, præſertim in ipſo veſtibulo, vbi omnia ſunt conſpectiora, iſta carmina, quaſi ſuperflua reddit. Id quoq; eum incitauit, vt ꝓpoſitionem Homericam in primo verſu æmularetur μῦνιν ἀείδε θεά.

Cui magna ſimilitudine reſpondet, *Arma virumq; cano.* Poſtremo, vt prima auis ad augurium obſeruatur, ita primum verbum in poemate pro omine haberi ſolet, vt dum audis in prima voce *arma*, non niſi bella exſpectanda putes. His cauſſis (vt arbitror) inuitatus Tucca, Vergilii indicem de ſuis operibus Æneidi præfixũ,

vt inutilem amputauit. Vtpote qui Vergilii carmina videbat ipsius morte quasi consecrata, & Augusti cura defensa, nullum defraudatorem, aut adulterum passura Ita ardore loquendi prouectus noster Brandisbæus non sensit se partes, quas mihi delegarat, absoluisse. Laudaui igitur, vt par est, tam pulcram ratiocinationem, simulq; ei gratias egi, quod me hoc onere liberasset.

Ibidem. Cur Vergilius abstinuerit a monomachiis Deorum.

CAPVT XII.

MVsa mihi caussas memora, quo numine læso,
Quidue dolens regina Deum, tot voluere casus,
Insignem pietate virum tot adire labores
Impulerit, tantæ ne animis cœlestibus iræ?

Apud Homerum præcipua numina factionibus dissident, altera pars Troianos fouet, altera oppugnat, odii tamen & amoris caussæ non exponuntur, quæ a Vergilio omissæ non sunt, sed eas per συναθρισμὸν in vnum collegit. Omnino enim Vergilius (vt carmini maiestas accresceret) numinum studia humanis rebus interesse voluit. Homerus, quia in ea re immodestior est, dum deorum pugnas, vulnera, & monomachias describit, furere ab hominibus sui temporis dictus est. Vergilius eam calumniam reueritus, potius studia affectusque numinum, quam pugnas descripsit: præter enim Iuturnam & Opim, nulli omnino dii operam vllam σωματικὴν in bello gerendo, vel aduersus Deos, vel aduersus homines edunt. Iunonem autem iratam Troianis, vt apud Homerum inuenerat, reseruauit. Neptunum publice quidem hostem Troianorum, priuatim vero Æneæ fauentem, ex hoste Troianis amicum refinxit: in huius locum successit Æolus, ambo tamen numina a bello abstinent, in tempestatibus suas vires exerunt. Mars apud Homerum ἀλλοπρόσαλλος, sed frequentior tamen in partibus Troianorum, apud Vergilium nusquam apparet. Vulcanus in Homeri poemate Græcis addictus est, in Vergilii Troianis, credo q̃ tum Zelotypiam deposuerat. Homericus Iupiter, & Vergilianus plane idem, in neutram partem propensus. Palladem Vergilius nusquam nec iratam, nec amicam adhibuit, in caussa est, quod eã infensam Troianis describere noluit, fauentem non potuerit, ne nimium ab Homerico archetypo dissentiret.

Apollinis & Dianæ exigua mentio, atq; ita vt priuatis videantur fauere. Publice in hanc vel illam gentem affectus nõ habeant. Xanthus topicus Deus, qui sedes habet in Phrygia, reb. Italicis adesse nõ potuit. Huius vicem implet Tyberinus, sed ab armis feriatur, idq; necessario: non enim debebat aduenis Troianis contra Italos indigenas studere, nec rursus sustinere partes Italorum, ne ex diametro cum persona Xanthi dissideret, Troianis addictissimi.

Nunc

Nunc autem dicam latentem rationem, cur Homerus Neptunum, Palladem, Iunonem, Vulcanum, Græcorum partes tueri dicat. Rursus a Troianis Apollo, Diana, Venus, Mars, Xanthus consistere videantur.

Græci semper rebus maritimis excelluerunt, atq; ex eo studio ipsi Neptunum videntur habere propitium. Pallas lanificium armorumq; peritiam tenet, his quoque doribus Græci eximii fuerunt, Iuno pronuba est, & matrimonii sanctitatem inuiolatam cupit. Atque ideo Græcos amat vt coniugii sanctiores cultores. Troiani contra (vt barbari) impetu potius quam arte in bella vadunt, ergo in eorum factione Mars annumeratur. Idem libidinosi & matrimonii violatores, habent igitur tutelarem deam Venerem. Arte quoque sagittarum præstabiles sunt, adduntur igitur iis dii iaculatores Apollo & Diana. Et Apollo qui in monomachiis nunc Æneam, nunc Hectorem a periculo eximit, inducta nube nihil aliud denotat, quam nube sagittarum victores hostes deterritos esse, ne in victos vlterius grassarentur. Non potuit igitur Vergilius Palladem assignare Italis, quia illi respectu Troianorum barbari erant, nec eandem assignare Troianis, ne Homericæ œconomiæ repugnaret, nec rursus retinere Martem Troianis, quia ille potius per ea tempora moribus Italorum, quam Troianorum congruebat, si vtramq; gentem de humanitate in comparationem mitteres. Ita factum est, vt Vergilius, vel consilio, vel necessitate abstinuerit a monomachiis deorum.

LIBER SEPTIMVS.

Ibidem. De duplici genere ventorum.

CAPVT I.

Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris
Æoliam venit. Hic vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatesq; sonoras
Imperio premit, &c.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,

Æolias insulas alii nouem, alii septem tradunt, quarum hæc sunt nomina, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphusa, Phœnicusa, & Euonymos. Eadem a Plinio in 3. libr. Vulcaniæ & Ephestiades dicuntur. Alii inter istas septem Prochytam adnumerant. Interpres Hesiodi duplices Æolias facit, alteras circa Mytilenem, alteras circa Rhegium. Homerus non nisi vnam Æoliam agnoscere videtur, quem Vergil. secutus est. Stephanus quoq; non nisi vnam Æoliam ponit. Ventorum autem origo secundum Hesiodi Theogoniam duplex est, alia cœlestis, alia terrestris. Cœlesti prosapia sunt Boreas, Notus, Zephyrus, & Subsolanus, parentes illis Aurora & Astreus. Reliqui terrestris seminis, & ex Typhone oriundi. Causa figmenti est, quod quidam venti ictu

syderum fiant, & sub diluculum magis increbrescant, alii ex euaporationibus paludum, & spiraculis antrorum in sublime erumpentium ortum trahant. Carmen autem Hesiodi sic habet:

Ἐκ δὲ τυφώεος ἔασ' αἰήμων μὲν ὀχῆας ἀέντων
Νόσφι νότου ἔρεμπε καὶ ἀργέστεω Ζεφύροιο. Hoc est:
Nymbosis ventis patrem esse Typhoea dicas,
Exceptis Borea, & Zephyris, Euroq; Notoq;.

Typhoeus autem singitur a Ioue fulminitus subinsulis, quæ ignem edunt, iacere, & quoties anhelitum reddit, toties nunc vētos, nunc fumum, nunc ignē exspirare. Certe venti præsertim noxii, & qui mare perturbant, ex cauernosis locis & speluncis erumpunt. Sed videtur Hesiodus sentire, etiam inferne sub alueo maris exire huiusmodi ventos, atque inibi euanescere, quos propterea μαψυάρας appellat, nisi hoc epitheton ad omnes ventos terrenæ originis referre placeat

Οἵ ῥ' ἂν ἀνθρώποισι γένηϊ θνητοῖς μέγ' ὄνειαρ.
Αἱ δ' ἄλλας μαψυάρας ὑπεπνείουσι θύελλας
Αἵ δή τε πίπτουσιν ἐς ἠερόεντα πόντον
Πῆμα μέγα θνητοῖσι, κακὴν ὑφορῶσαι ἀέλλην
Ἄλλοτε δ' ἄλλας ἄησι, διασκιδνᾶσί τε νῆας,
Ναύτας τε φθείρουσι, κακὸν δ' ἀνέρεσι παρέχουσι
Ἀνδράσιν, οἱ κείνοισι συναντόωσι κατ' αἶσαν. Hoc est:
Hi quibus est generis Deus auctor, ad omnia prosunt,
Vanivali, quorum hic flatus subit æquoris undas,
Hic ruit ex alto præceps in cærula ponti.
Pestis magna virum, dum currunt turbine vasto,
Atq; alias alii spirant, spargunt q; carinas,
Et nautas perimunt, huius fuga nulla periculi,
Si quis in aduersos istos occurrat in alto.

Annotandum, quod quatuor ventos cardinales, quibus diuina natalia asscribit, in genere masculino vsurpet, reliquos in genere fœminino. Atque hinc factum puto, quod Harpyis (per quas Homerus tempestates intelligit) sexus muliebris sit attributus. Recte igitur hos ventos in antris, vbi eorum naturalis origo est, cohibet Æolus, iidemque in vsum & operam naufragii sciti ssime a Iunone postulantur.

Valerius Flaccus primo Argonauticōn, probe hunc locum imitatus est:

Continuo Æoliam, Tyrrhenaq; littora tendit,
Stat rupes horrenda fretis, quot in æthera surgit
Molibus, infernas totidem demissa sub undas
Has nymbi ventiq; domos, & naufraga seruat
Tempestas.

Hoc discriminis est inter Vergilium & Homerum, quod Homerus aulam Æoli vt regiam, Vergilius vt carcerem describit. Por-

bit. Porro ad hanc ignobilitatem generis terrestrium ventorum, postea allusum est a Neptuno, cum dicat.

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?

Nec minus attigit vilitatem patriæ. *Illa se iactet in aula Æoli, & clauso ventorum carcere regnet.*

Ibidem. *Heroes mortem in aquis præcipue exhorrere.*

CAPVT II.

EXemplo Æneæ soluuntur frigore membra,
Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas,
Talia voce refert, O terq; quaterq; beati
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Pulcre reddita est causla a Seruio, *fortissimum Heroa non mortem timere, sed mortis genus. Graue enim est secundum Homerum petire naufragio, quia anima ignea est, & exstingui videtur,* nec plura adduntur a Seruio. Synesius autem in 3. epistola de tempestate dicit, Homerū mortē in aquis, interitū animę existimauisse, ac proinde illū duntaxat de Aiace submersō ad istum modum scripsisse:

Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν ἐπεὶ πλέον ἆλμυρὸν ὕδωρ.
Aiax interiit, postquam imbibit aquorum undas.

Nullum enim alium dixit interisse, sed vt quisq; a corpore seiungitur ἀϊδόσδε βέβηκεν Quod Vergilius etiam animorū immortalitatem persuasus, ad hunc morem æmulatus est.

Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

Totus autem locus sumtus est ex Iliados lib. 21. vbi Achilles talem mortem λυγρότατον appellat, hoc est, indignā, & pernicioſam. Adeoq; ea res vulgo credita fuit, vt milites apud Synesium, ne naufragio perirent, statuerint sibi necem sua manu conscisceré, vt heroicam, & animæ nequaquam exitialem. Sunt autem heroes apud Homerum φιλοδάκρυοι. Non ergo mirum, si Vergilius suo Æneæ gemitum attribuerit.

Ibidem. *Quid sit Nauem in puppim feriri.*

CAPVT III.

VNam quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit, excutitur, pronusq; magister
Voluitur in caput.

Hunc locum mihi videtur Seruius non intellexisse, nec interpretes alii, quos mihi saltē videre contigit. Id vt liqueat, addemus Seruii verba: *A vertice aut a puppi, qua vertex nauis est, aut ab Aquilone, qui sit a mundi vertice, hoc est, septētrione, vt ipse alibi, Hic vertex nobis semper sublimis.* Hactenus ille. Qui quæso pontus in puppim ferit, si a puppi (quā ipse verticē interpretatur) feriat? planeid absonum & cū natura pugnans. Iā si secundo verticem Aquilonē exponit, non tam ridiculu, nequaq; tamen verum est. Mirorq;

seruium illum accusatiuum, vnam, in constructione verborum non respexisse. Pontum scilicet vnam nauem a vertice in puppim ferire. Describit autem Vergilius mirabilem subuersionē nauis, & quę vix vnquam nisi in sęuissimis tempestatibus contingere solet, vndas scilicet sublata in altum prora nauem in puppim statuisse, adeo vt gubernator cū pedes illi in altū tollerentur, pronus in caput necessario excideret. Nec abludit ab ista imagine equus Mezentii. *Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras*
Verberat, effusumq; equitem super ipse secutus
Implicat, et ecclo; incumbit cernuus armo.

T. Liuius libro quarto, de secundo bello Punico. *Ferrea manus firmæ catenæ illigata, cum iniecta prora esset, graui libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora nauem in puppim statuebat.* *Ibidem.* *Cur Vergilius Emblemata Enniani carminis amauerit.*

CAPVT IV.

AC veluti magno in populo, cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat,
Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem,
Conspexere, silent.

Versus isti mihi nescio quid Ennianum, aut Lucillianum sapere videntur, præsertim illud carmen:

Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem, & numero & sono inconditum est, Monosyllaba enim dictione siue vlla legitima causla hexametrum Heroicum claudere, idque per Anastrophen, omnino intolerabile videtur. Deinde in ὁμοιοπτωτοις illis, grauem, & virum quem, inamæna παρηχησις est, nec concinnior quam illa Ouidiana.

Quot cœlum stellas, tot habet tua Roma puellas.

Ennianos autem versus suo operi interspersisse etiam Macrobius auctor est, qui multa eius generis collegit. Et Seneca, qui id Vergilium ait tribuisse auribus sui seculi, quo Ennius erat apud plerosque in miris delicijs, ac proinde Vergilium non suo iudicio, sed alienis emblematis horridiore & incomtiore videri. Cuiuscūq; autem iste versus est, Græcorum phrasim imitatus est, illi enim πῶς cum non interrogatiuū, sed infinitum est, appellatiuis subiiciunt.

Obiter id quoq; annotemus, in primo versu parenthesin esse, idq; in verbo (*sæpe*) ita enim sententia est ordinanda: *Ac veluti magno in populo cum coorta est seditio (sæpe)* nimirum vt sæpe fit, quod clarius pateret, si versum ad istum modum legas.

Ac veluti magno in populo cum (vt sæpe) coorta est seditio.

Ibidem. *De Etymo Carthaginis.*

CAPVT. V.

DEuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem.
Mercatiq; solum facti de nomine Byrsam
Taurino quantum possent circundare tergo.

Con-

Coniunxit Vergilius hæc duo nomina Carthaginem & Byrsam vt res vicinas. Βύρσα enim Græce, corium. Carthago a Cartha deduci videtur, vtrobique vocabulo ex Taurino tergore deriuato, postea tamen diuersa significata accepere. Byrsa enim, teste Strabone, Carthaginis arx est, vt Athenis Acropolis. Thebis Cadmeia. Carthago autem vniuersa vrbs est, quæ a Stephano & καινὴ πόλις & Cadmea & Oenussa dicitur. Condita autem est, vt Appianus tradit quingentos annos ante Ilii captiuitatem.

Ibidem. Quid sit inter principes versari.

CAPVT VI.

SE quoq; principibus permixtum agnouit Achiuis.

Seruius hæc duplicem adfert interpretationem. *Aut* (inquit) *latenter proditionem tangit, aut virtutem eius vult ostendere. Nimia enim fortitudinis est, inter hostium tela versari.* Atqui Vergilius Homerum secutus Iliados quinto, qui eandem rē de Diomede narrat & pro summa laude asscribit.

τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη.
ἢ μετὰ τρώεσσι ὁμιλεῖοι ἢ μετ' ἀχαιοῖς.
Tytidem haud noris, quorum nam in partibus esset,
An socius Græcis, an miles in agmine Troum.

Indicat autem, Æneam non post principia vt miles ille Thraso, sed in media acie inter vtriusque exercitus principes versatum fuisse, vel potius, se altius in hostium cuneos immersisse longe summorum a suis. Locus autem qui medius est inter vtramque aciem, Græci μεταίχμιον vocant.

Ibidem. De mutatione Vergilii ex Aristotele.

CAPVT VII.

EST locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebæ
Oenotrii coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.

Hæc Vergilius interpretem egit Aristotelis, quod vt manifestum fiat, ipsius verba libro 7. Politicorum asscribam. φασὶ γὰρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων ἰταλὸν τινα γενέσθαι Βασιλέα τῆς οἰνωτρίας, ἀφ' οὗ τότε ὄνομα μεταβάλλοντας ἰταλοὺς αὐτ' οἰνωτρῶν κληθῆναι, ἃ τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς Εὐρώπης ἰταλίαν τοὔνομα λαβεῖν ὅση ἐντὸς οὖσα τοῦ κόλπου τοῦ σκυλλητικοῦ καὶ λαμητικοῦ. Non interpretabor, cum Vergilius eius verba summa fide retulerit. Quidam autem libri, quos castigatiores puto, non *Oenotrii coluere viri*, sed *Oenotri*, trisyllabicῶs legunt, vt ω in dictione Græca incolumis maneat. Oenotria autem dicta fuit, ab Oenotro Lycaonis filio, qui ex Arcadia huc cōmigrauit, eumque quintum numerant ab Ægeo & Phoroneo qui primi in Peloponneso regnum obtinuerunt. Nonnulli hunc eundem & Noe & Ianum fuisse existimant, idque ex linguarum etymologiis deducunt.

Bitias cur bibax inducitur.

CAPVT VIII.

Dixit, & in mensa laticum libauit honorem,
Primaq; libato summo tenus attigit ore,
Tum Bitia dedit increpitans, ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

Non temere Vergilius nomen Bitiæ induxit, nam id non fictitiũ, sed de historiis mutuatum. Bitias enim Cypri sacerdos, ad quẽ cum veniſſet Dido, ipse se et coniunxit cum magna manu puellarum. Fuit autem & alter Bitias magister equitum, quo tempore Carthago capta est ab Africano minore. Merito igitur Regina vel sacerdoti, vel magistro equitum, vt primæ inter suos dignitatis viro, primum propinauit. Est tamen iucunda allusio, quasi non Bitias, sed Bibias dictus sit, & propterea illi auiditas meri attribuitur, qui quum reginam tenuiter degustasse vidisset, ipse totum poculum ingurgitauit. Olim autem si diis superis libarent, poculo supino id faciebant, si diis inferis, prono & inuerso. Magnæ autem id poculum æstimationis habebatur, quo libatio peragi solebat. Atque ideo Amphitryoni apud Plautum talis Phiala pro ingenti præmio donata fuit. Ægyptii eo poculo augurari consueuere. Genes. 44. *Quare reddidisti malum pro bono? scyphus quem furati estis, ipse est, e quo bibit dominus, & in quo augurari solet.*

Ex secundo libro. De religione Thensarum.

CAPVT IX.

Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis
Accingunt omnes operi, pedibusq; rotarum
Subiiciunt lapsus, & stupea vincula collo
Intendunt, scandit fatalis machina muros
Fœta armis, pueri circum, innuptæque puellæ
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

Cur tanta religione equum durateum in vrbem induxerint, latens quædam & obscura causa est, vt multa sunt in Vergilio, quæ vulgo minus aduertuntur. Quæ enim σύλλαβα est in thensis, eandem Vergilius in hoc equo constituit. Sunt autem thensæ Deorum vehicula, de quibus videamus quid Asconius dicat in tertium Verrinarum. *Thensa* (inquit) *sacra vehicula, pompa ordinum & hostiarum. Thensas alii a diuinitate dici putant, alii quod ante ipsas lora tenduntur, qua gaudent manu tenere, & tangere qui eas deducunt.* Vides ipsa verba quæ Asconius habet, Vergilium suis carminibus implicuisse. Ceterum apud Ciceronem pro Cn. Plancio, quo significatu thensæ capiantur, nondum mihi patet: verba eius hæc sunt. *Sed hoc nescio quomodo frequenter in me congessisti, saneque in eo creber fuisti, te circo in locos caussam conicere voluisse, ne ego consuetudine mea aliquid de thensis misericordia caussa dicerem*

diterem: ac paulo post. *Deridebor si mentionem thensarum fecero, cum id prædixeris sine thensis autem quid potero dicere.*

Alibi.

Omnes personas vel ex historiis mutuatas esse, vel etymo suis fatu consentire.

CAPVT X.

IAm proximus ardet
Vcalegon. Sigea igni freta lata reluctent.

Vix vllum apud Vergilium proprium nomen, quin illud, vel ex historia sumtum, vel euentibus suæ personæ, cuius appellatio est, accommodatum videas. Id vt verum appareat, pauca exempla subiiciemus.

Sinon nomen accepit ἀπὸ τοῦ σίνους, quod noxam significat. Inde σίνη βλαπτικὴ καὶ κακοῦργος: huius dolo Troia capta est. Ac proinde Vergilius de eo. *Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno Disce omnes.* Fuit autem ille patruelis Vlyssis, nec dispar indoli suorum: nam hoc quoque obseruant Poetæ, ne personæ degenerent a suorum ingeniis. Calchas (vt auctor est Eustathius) ἀπὸ τῆς χάλχης, id est, ferrugine siue purpura, nimirum ὁ πορφύρων ὁ ἐπὶ τὰ βάθη βυσσοδομῶν μαντικῶ. Genus huic a Melampode, facile intervates primario, periit dolore, victus a Mopso diuinandi peritia, patria illi Bæotia fuit. Machaon quasi Machiaon, ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι τοὺς μαχομένους ἢ τοὺς μαχητάς. Palamedes, ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὰ μήδεα, hoc est, ab excutiendis inueniendisque consiliis. Fuit enim omnium heroum sagacissimus, ac secundum Plinium libro septimo capite 56. ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, & vigilias inuenit. Alethes ἀπὸ τῆς ἀληθείας a fide & veritate, quę præcipua est in senibus, vnde eum Vergilius grandæuum appellauit. Et qua vectus Abas & qua grandæuus Alethes. Nam secundum Homerum Iliados tertio, in iuuenibus fides fluctuat, in senibus firmioribus radicibus nititur:

αἰεὶ δ' ὀπλοτέρων αὐδὴν φρένες ἠερέθονται.
Mens etenim iuuenum sine pondere fluctuat vsq;

Helene autem etymon habere videtur, quod nauibus capta, & a Paride auecta sit in Phrygiã. ἑλένη, quasi ἑλενὴ ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὴν νῆ. Itaquoq; Vcalegon ex nõ curando factus est οὐκ ἀλέγων, & quia res incuri hominis & negligentis proximæ sunt periculo, festiuiter a Vergilio dictum est:

Iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus, iam proximus ardet
Vcalegon.

Triton nomen a fluctu, qui Græce τρίτων dicitur. Crimothoe a cursu vndarum, hæc duo numina naues vado impactas a syrtibus liberant, & in altum deducunt, quod Vergilius his verbis innuit.

Cymothoe simul & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo.

Nam vbi maior vis aquarum hęrentibus in sicco nauibus superuenit, facile ex eo vado explicari solent. Ceres vnde appellationem habeat, ex ablatiuo melius agnoscas Cerere. Cũ enim veteres notũ sit C pro G vsurpasse, fac ex Cerere Gerere, & vim numinis intelliges. Illa enim messem quam terra gerit, procurat, vt Proserpina eius filia sementem, dicta nimirum a proserpendo, quod in germinatione proprium est. Iopas vero ab emittenda voce ἐτυμολογίζεται, ac propterea a Vergilio citharœdus fingitur, vt Calliope a pulcritudine vocis.

Cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit qua maximus Atlas.

Qui ideo crinitus est, vt auricomum Apollinem imitetur. Et syderum cursus enarrat, & eorum deliquia, vt Orphei se æmulum præstet, cuius studium fuit, mundi origines & causas rerum describere. Ita quoque,

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos, cum Apollinis nomine Hyperione conueniens, a mundi lustratione vocabulo sumto.

Aliud. Quid sit ψευδόθυρον.

CAPVT XI.

LImen erat, cœcaq; fores, & peruius vsus
Tectorum inter se Priami, postesq; relicti.

A tergo Magna arte describit, quod Latini quidem, sed Græco vocabulo ψευδόθυρον appellant. Cicero in quarto Verrinarum. *Ea pecunia quemadmodum ad istum per pseudothyrum reuertantur, tabulis vobis & testibus planum faciam.* Est autem pseudothyron siue, quod rectius puto, pseudothyrion, latens ianua, & quæ a prætereuntibus non animaduertitur, per hanc obsessa regia, verisimile est Æneam intrare potuisse.

Ex tertio Æneidos, De amicitia Romanorum cum Molossis. Et Poetas res iam actas tanquam futuras describere, quo diuinationi sit locus, & de votis conditorum.

CAPVT XII.

COgnatasque vrbes olim populosque propinquos
Epiro Hesperia, quibus idem Dardanus auctor,
Atq; iidem casus, vnam faciemus vtramq;
Troiam animis, maneat nostros ea cura nepotes.

Conditorum vota in vtramque partem rata esse solent. Dido. 4. Æneidos.

Nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios, ferroq; sequare colonos,
Nunc, olim, quocunq; dabunt se in tempore vires,

Littora

Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis, pugnent ipsiq; nepotes.

Vides acerrima bella terra marique optasse Didonem, & consequuta esse, nec inimicitias positas esse, nisi alterius gentis internecione? Poetæ igitur, quia tantum numen est in votis conditorum, quicquid alicui genti vel bello vel pace obuenit, id in imp̄cationibus complecti solent. Sic tria illa punica bella cum ipso Hannibale inter deuotiones Didonis comprehenduntur. Ceterum quęnam fuerit ista tanta amicitia, inter Molossos & Romanos, ad quā haud dubie Vergilius allusit, nemo omnium interpretum mentione dignatus est, cum œconomia Poetæ, & virtus illius ingenii hinc potissimum innotescere posset. Dionysius Halicarnassæus ista libro 1. scribit. *Ex Ambracia Anchises cum nauibus terram legēs Buthrotum portum Epiri deuehitur. Æneas & florentissimi quiq; ætate ex toto exercitu, iter bidui emensi, Dodonam perueniunt, oraculum numinis cōsulturi, ibiq; Helenum cum Troianis reperiunt: acceptis autem responsis de condenda vrbe donariisq; Troicis, ac inter alios duobus craterib. æreis numini consecratis, quorum nonnulli etiamnum supersunt, titulis admodum vetustis consecratores suos præ se ferentibus, ad classem redeunt quatridui ad summum itinere cōfecto, ex Buthroto vero secūdum littus vecti, vsq; ad portum tum quidem Anchisen nomine nunc propemodum obsoleto, ac ibidem Veneris templo excitato Ioniū transmittunt, ducibus illis istius nauigationis, qui vltro se comites huic profectioni addiderant, allectis quoq; illis, qui cum Patrone Thurio aduenerant. Horum pleriq;, cum exercitus saluus in Italiam traiecisset, ad suos redierunt. Patron autem persuasus ab Ænea, vt socius esse vellet istius nouæ coloniæ, vna cum quibusdam amicis in castris mansit, quos tamen nonnulli aiunt in Aluntio Siciliæ sedes cœpisse. Recordatione istius beneficii, Acarnanibus Romani Leucadem & Anactorium, ademta Corinthiis progressu temporis largiti sunt: concessum quoque vt Oeniades recuperarēt, & in insula Echinadum communia vectigalia cum Ætolis haberent.*

Alibi. Agamenides verum nomen, non Achemenides.

CAPVT XIII.

SVm patria ex Ithaca, comes ineflicis Vlyssis,
Nomine Achemenides.

Omnia exemplaria, tam scripta, quam impressa, in nomine *Achemenides* consentiunt. Ego tamen ausim quemuis quouis pignore prouocare, olim scriptū fuisse *Agamemnides*, vel *Agamenides*. Cum nesciam nullum proprium nomen temere vel a Verg. vel Homero vsurpari, coactus sum req rere etymon in *Achemenides*, quod nullū apparuit. Iam cum Poetæ ipsi subinde latenter indicant, & multa allusione celebrant caussas ἐτύμων, putaui & hæic quoque Vergiliū tale aliquid fecisse, idque consistere in his versibus.

Hæic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socii vasto Cyclopis in antro

Deseruere. Persuadeo enim mihi, hunc Agamemnidem dictum, quod nimium diu manserit in spelunca Polyphemi, dum socii abeunt. Atque eadem ratione Parmenonem esse vocatum, quod assidue permanserit apud fores Thaidis, vnde scomma Gnathonis. *Etiam tu heic stas Parmeno? Ehe? num nam heic relictus es custos? ne quis forte internuntius clam ad eam cursitet.* Ita quoque Agamemnon, quod tam diu in bello Troiano hęserit, nomen sortitus est, interprete ipso Platone in Cratylo. Ex eodem fonte profluxerunt μενεπτόλεμος καὶ μενεχάρμης, quod in bello & pugna assidui essent.

In Tonitru & Fulmine esse auguria nuptiarum. Ex quarto lib. Æneidos.

CAPVT XIV.

PRima & tellus & pronuba Iuno
Dant signum, fulsere ignes, & conscius æther
Connubii, summoq; vlularunt vertice Nymphæ.

Signum autē pro indicio & nota, aut vt Græci pro ostento posuit. Sic Lucæ primo: *Erunt signa in Sole & Luna.* Heic autem per signum illud quod terra edit, intelligimus terræmotum, vt per Iunonis signum terrestre tonitru, χθονίας id βροντὰς appellant. *Auditum* (inquit Trebellius Pollio) *tonitruum terra mugiente, non Ioue tonante, quo motu multæ fabricæ sunt deuoratæ, multi terrore mortui.* Iunonem capi pro terra, vel vnicus Vergilii versus arguerit.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Ætherem heic pro aere, *Iunonem* pro terra posuit, astipulante etiam Seruio. Ceterum in terrestri tonitru, vt in cœlesti fulmine esse auspicium nuptiarum, nondum apud certos auctores deprehendere potui. Quod autem est in hominibus nutus, id in Ioue & Iunone est tonitru. Vnde est illud

Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.

In fulmine autem omen esse nuptiarum multis testimoniis probari potest. Claudianus lib. 2. de raptu Proserpinæ.

Ni Iuppiter æthere summo
Pacificas rubri torsisset luminis alas,
Confessus generum nymbis Hymenæum hiulcis
Intonat, & testes firmant connubia flammæ.

Heic autem & Iupiter & Iuno non approbant nuptias, sed eas contractas esse & celebrari, suis ostentis demonstrant. Id quoque ad ritus nuptiales pertinet, *Summoque vlularunt vertice Nymphæ.* Moris enim fuit, vt puellæ ante thalamos, vbi noui nupti inerant, vesperi vsque ad mediam noctem concinerent, quæ carmina κοιμητικὰ, hoc est, somni conciliatoria vocabantur. Fiebat autem id, ne quid foris audiretur quod intus fieret. Rursus alia ab iisdem canebantur carmina matutina, quæ διεγερτικὰ, hoc est, excita-

excitatoria nuncupantur. Huius generis egregium exemplum habes apud Theocritum, in Idyllio cui nomen, Helenes Epithalamiũ. Nymphæ, siue illę Oreades sunt, siue Naiades, siue Napeæ hoc genus officii impleuerunt. Ceterum, vt supra se ἀδιακρίτως tenuit in ostentis nuptialibus, quæ nec approbationem nec improbationem clare præ se ferebant, ita hæc quoque dubium verbum elegit, *vlulare*. Est enim & luctus & lætitiæ, id vocabulum capax. Vnde Lucanus. *Et lætis vlulare triumphis.* Quamobrem Vergilius in incerto reliquit, lugubriter an festiuiter concinuerint, naturam prodigiorum sequens, in vtramque partem dubia significatione replicatilem. Operosior hæc fui, quia Seruiana mihi non satis enucleata videntur. Ille enim omne fulmen ait aduersari nuptiis, cum Claudiani carmina longe aliud doceant.

Ibidem. Quænam sit illa auis, quam Græci Larum vocant.

CAPVT XV.

Hæc primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit, hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos humilis volat æquora iuxta.

ἦθος auium Mercurio, quia alatus est, attribuit. aues enim vbi volando fatigatæ sunt, in summis montibus interquiescunt. Macrobius in recensendis carminibus, quæ Vergilius ex Homero transcripsit, nihil istius loci meminit, cum inter synepias ista carmina vel primo loco adferri debuerint. Id vt clarum fiat, versus Homericos adferemus.

Πιερίην δ' ἐπιβὰς ἐξ ἄνθερος ἔμπεσε πόντῳ
Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς
ὅστε κατὰ δεινὸς κόλπους ἅλος ἀτρυγέτοιο
ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ δεύεται ἅλμη.
Pieria inscensa, se misit ab æthere in vndas,
Deinde Laro similis volitat iuxta æquora summa,
Qui maris indomiti sinuosa ad littora sæpe
Captando pisces aspergine tingitur vndæ.

Valde admiror, cur Vergilius nomen auis omiserit, & in genere versari potius, quam in specie maluerit. Cum non sine caussa Homerus Larum ex omnibus piscatricibus auibus exemerit, cui Mercurium in volando assimilem vellet. Vt enim Aquila Ioui, Pauo Iunoni, Gallus gallinaceus Marti: ita Larus Mercurio dedicatus est, qui a loquacitate nomen inuenit. λάρος enim quasi λάλος dictus, ac propterea in tutelam eius Dei asscribitur, qui loquendi artifex perhibetur. Omnia mihi versanti nihil verisimilius videtur, quam etiam tum in controuersia fuisse, quo nomine hæc auis a Latinis appellari debeat. Sunt enim qui in-

terpretantur Fulicam, vt beatus Augustinus, sunt qui Gaueam, inter quos est Theodorus Gaza. Alii Herodion, alii Ciconiam, alii Ibidem, quæ & ipsa auis sacra est Mercurio. Vergilium igitur, ne litem suam faceret, nullum nomen Latinum huic aui imposuisse existimo.

Ibidem. Quid Stemma sit.

CAPVT XVI.

Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.

Priuatim cuique licebat, quem vellet ex suis consecrare, & illi familiare templum erigere, quod hîc a Didone factum est, eoque alludit ab Ouidio in Epistola Briseidos ad Achillem

Parq; trium fortes animas (mea numina) fratrum
Qui bene pro patria, cum patriaq; iacent.

Seruius autem illud, *velleribus niueis*, longe aliter intelligit, quam ego intelligendum puto. Sic enim ait, *Exhibendo ea quæ circa vitas fieri solebant. Moris enim fuerat, vt nubentes puellæ simulacra dissent ad limen mariti, postes ornarent laneis vittis, vnde ait, Velleribus niueis.* Hactenus Seruius. Atqui hoc faciebat noua nupta, non coniunx, aliquandiu matrimonio inueterata, nec nisi semel fiebat. Iam Dido maritum non sponsum colebat. Ceterum omnes dii stemmatis solebant coli, *Est* autem *stemma*, teste Sophoclis interprete, in Oedipode tyranno, *lana ramo circumuoluta*, quam rem Vergilius periphrastic῀ς extulit, & Ouidius eandem periphrasin retinuit.

Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus,
Appositæ frondes, vellera & alba tegunt.

Deorum autem simulacra huiusmodi stemmatis integi solere, apud Iulium Obsequentem inuenias, vbi inter prodigia refertur, ea ab statuis decidisse. *In lectisternio*, inquit, *Iouis, terra motu deorum capita se conuerterunt, lana cum integumentis quæ Iouis erat appositæ, decidit.* Quinimo supplices alicui numini, lana & virgultis se coronare solebant. Sophocles in Dramate supra allegato.

ὦ τέκνα νεᾶς μὲν Κάδμου νέα τροφὴ
Τίνας πόθ' ἕδρας πάσδε μοι θοάζετε
ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι.
Noua soboles Cadmi veteris, filii
Cur sedibus fulcitis istis corpora
Frontes reuincti vellere & ramusculis?

Hæc sunt interpretis verba, ἐξεστεμμένοι, ἀντὶ τοῦ κεκοσμημένοι, ἱκετικῶς δὲ τὸ στέφανον χρῆναι αὐτοὺς κοσμεῖν. στέμμα δέ ἐστι τὸ ἀπὸ ἐρίων πεπλεγμένον ἔριον καὶ ἄνθη. Antiquissimæ certe coronæ olim lanceæ fuerunt, vt in suo

suo lexico docet Sextus Pompeius. Plinius autem lib. 35. cap. 11. de stemmatis hanc traditionem facit. *Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas*

Ibidem. *Quid sit Fatum, & Mors merita.*

CAPVT XVII.

NAm quia nec fato, merita nec morte peribat.

In rebus humanis, aut fatum, aut natura, aut casus, Sed de his Seruius. Ceterum supra fatum aliquid contingere, testis Homerus est.

σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Stultitiis praeter fatum patiuntur acerba.

Ita hîc quoque præter fatum Dido exstinguitur, id est, ante diem fatalem, idque nullo suo scelere, quod indicatum est his verbis, *Merita nec morte peribat*, quippe quæ nullam culpam admiserat, cur mori deberet. Seruius tamen meritam mortem pro naturali exponit, quod mihi non per omnia arridet. Quæ enim a Vergilio adduntur, nostræ interpretationi fidem astruunt, dum dicit per epexegesin. *Sed misera ante diem*, nimirum præter fatum, *subitoq; accensa furore*, quæ verba eius rei interpretationem habent, *merita nec morte peribat*. quippe quam nullum peccatum, sed furor e vita sustulerit. Memor est enim Vergilius quod supra dixit.

Ergo vbi concepit furias euicta dolore
Decreuitq; mori.

LIBER OCTAVVS

QVIS SIT CHORAGVS, QVIS Demagogus.

In Apophthegmata Plutarchi.

CAPVT I.

INhærentem me libris die admodum luculento & amœno, quidam ex amicis ambulatum extraxerunt, nescio quod μέγα χρῆμα nouorum libellorum pollicitantes. Erant autem isti Laurentius Dacholius, & Ioannes Berzosa, ambo Græce & Latine ad miraculũ vsq; periti. Ibi cum in itinere essemus, occurrit Guilielmus Pictauia, fortuna, genere, & virtutibus illustris, & qui ex professionibus trium linguarum non ignobilem sibi famam Louanii comparauerat. Huic a latere adhærebat Gysbertus Cœlius, quem nobis Italia doctissimum medicum remisit, ii me in equis amantissime salutant, & quantum licet, amplectuntur. Postquam discessum est a carissimis capitibus, exigo ab illis meis pollicitatoribus nouos illos libellos. Quid multa? depromuntur e sinu. Video illic multa in variis auctoribus pulcerrime castigata, & non pauca in Erasmo reprehensa, iure quidem aliquando, sed tamen nimia acerbitate, & piis animis prorsus intoleranda.

Auctor istius operis Franciscus Robertellius, iuuenis (eam enim in eo ætatem esse audio, quod cum ipsius laude dictum velim) multiiugæ eruditionis & generosæ indolis, sed tamen in Batauos homines ferocioris animi, & importunioris maledicentiæ, quam decet. Id eius verba, quæ iam hæc subiicio, planum facient.

Erasmus, inquit, *vir doctissimus, si illius opera legas, ita alicubi videtur dormitasse, vt mireris. In Apophthegmatis, quæ ex Diogene Laertio vertit in Latinum, legendis, deprehendi hunc errorem, qui vt pateat apertius, subscribam primum Laertii Græca verba, Deinde Erasmi conuersionem & interpretationem, Postremo rationes, cur putem illum lapsum esse. Laertius in vita Diogenis Cynici.* τοὺς δὲ διονυσιακοὺς ἀγῶνας μεγάλα θαύματα μωροῖς ἔλεγε, καὶ τοὺς δημαγωγοὺς ὄχλου διακόνους *Erasmus.* Dionysiaca certamina, quæ Athenis in honorem Bacchi magnis impendiis, pompaque celebrabantur, appellabat magna stultorum miracula. *Labitur Erasmus, primum, quod ex vno duo facit* ἀποφθέγματα, *subdit enim separatim. Oratores, qui summo in pretio habebantur Athenis, dicebat turbæ ministros, quod ad gratiam loqui cogerentur. Rursus labitur in vertenda dictione* δημαγωγοὺς, *quam cum non satis intelligeret, in priorem incidit errorem diuidendi Apophthegmatis in duas partes.* δημαγωγοὶ *appellantur a Græcis, qui populo præsunt. Hesychius ait,* δημαγωγεῖν, *idem esse quod* στρατηγεῖν, *vnde* δημαγωγὸς ὁ ἄρχων ἐκ τοῦ τὸν δῆμον ἄγειν, καὶ διοικεῖν. *Iulius Pollux libr. octauo nominat* δημάρχους, *qui sunt* κατὰ δῆμον ἄρχοντες, *olim dicti* ναύκληροι, *eodem libro nominat* ἀθλοθέτας, *qui decem erant.* εἷς κατὰ φυλὴν ἐπὶ τῷ διαθῆναι τὰ παναθήναια τόν τε μουσικὸν, καὶ γυμνικὸν καὶ τὴν ἱπποδρομίαν. *Demosthenes in oratione contra Midiam hos vocat* χορηγοὺς, *eius orationis argumentum facile potest locum hunc declarare Laertii, nam cum esset* χορηγὸς πανδιόνιδος, *tribus suæ, & ludos Bacchanales, de quibus nunc meminit Laertius, populo exhiberet, pulsatus fuit a Midia insolentissimo homine, in medio theatri. Libanius rhetor doctissimus in argumento eius orationis explicando de Dionysiacis sic ait.*

ἑορτὴν ἦγον οἱ Ἀθηναῖοι τῷ διονυσίῳ, ἣν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ θεοῦ διονύσια ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ καὶ αὐλικοὶ, καὶ κωμικοὶ χοροὶ διηγωνίζοντο. καθίστασαν δὲ χοροὺς αἱ φυλαὶ δέκα τυγχάνουσαι, χορηγὸς δὲ ἑκάστης φυλῆς ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν. *Hoc est.* Festa celebrabant Athenienses in honorem Bacchi, quæ vocabant ab ipsius Dei nomine Bacchanalia. In his autem & Comici & Tragici, etiam Aulœdi inter se de præstantia, & summa artis laude, certabant. Choros constituebant singulæ tribus quæ decem erant, Choragus autem singularum tribuum sumtus in ea re faciebat. *Verum de his satis, quiuis enim intelligere potest, quam præter Laertii sensum & dictionis significationem* δημαγωγοὺς *Erasmus vertebat,*

orato-

oratores. *Sensus igitur Laertij est huiusmodi. Dionysiaca certamina stolidis magna esse miracula, atque* choragos, *seu praefectos horum ludorum, turba esse ministros. Etiamsi fuerit satius interpretari ὄχλου pro tumultu & perturbatione.* Hactenus Robertellus. Duo obiicit Erasmo, & quod ex vno simpliciq; Apophthegmate duplex fecerit, & quod ὁ δημαγωγὸς vocabulum non bene intellexerit. Ceterum nisi doceat δημαγωγοὺς eosdem esse quos χορηγούς, ab vtraque culpa liberatur Erasmus. Videndum igitur primum, quibus probationibus vtatur in asserēda istiusmodi significatione. Hesychius (inquit) δημαγωγεῖν idem esse ait, quod στρατηγεῖν, vnde δημαγωγὸς ὁ ἐχων, καὶ ἡγούμενον ἄρχειν καὶ διοικεῖν. Si eo sensu hoc dictum esse ab Hesychio intelligimus, iam ratiocinatione ista confectum est, hostes magistratus eosdē esse. ἄρχοντας, στρατηγὸν, καὶ δημαγωγὸν. limitib. quibus sōgissime distant, in vnum confusis. *Archontes*. n. Libanius in Androtionem magistratus porrecta manu creatos: *Choragos* suffragiis electos dicit. Sed nondum probatum est δημαγωγὸν & χορηγὸν eiusdem esse functionis. Addit deinde δημάρχους eosdem esse, qui στρατηγοὶ & ἄρχοντες. & δημαγωγοί. Ne nunc quidem vllum documentum dedit δημαγωγοὺς & χορηγοὺς eiusdem significati esse participes, quod solummodo in quęstione est. Tandem aggregat huic cumulo ἀθλοθέτας, qui decem erant, vt singulæ tribus vnum istiusmodi haberent ad Panathenæa procuranda. Hoc aliquid affine videtur poni cum choragis, qui & ipsi decem erant. Iam si docuisset, ἀθλοθέτας eosdem esse qui δημαγωγοὶ, esset quiddam quod illius ratio videretur effeciisse. Ceterum quid id contra Erasmum, si secundum tuam ὑπόθεσιν, ἀθλοθέται καὶ χορηγοὶ sint iidem? quod tamen nequaquam tibi concedimus, vt suo loco planum faciemus. Porro, quæ adfert ex Libanio, nihil demonstrant, nisi decem Choragos fuisse, nihil id quoque ad controuersiam pertinet. Euincendum est enim δημαγωγοὺς esse χορηγούς, cuius rei nullum omnino indicium ex auctoribus dedit. Sed redeamus ad Hesychii verba, δημαγωγεῖν idem esse quod στρατηγεῖν. Nihil aliud Hesychius attulit, quam etymologiam vocabuli, vt dicas *Prætor*, quasi *praeitor*, quod præeat, nullo indicato vel officio, vel functione istiusmodi personæ. Quod si quis cū alicubi legat, dux qui præit in itinere, & quem alii sequuntur, statim inferat, dux & prætor idem sunt, nonne pulcre ratiocinatus fuerit? aut *Nicolaus* & *Nicodemus* iidem sunt, quia etymon nominis idem est, quam scite scilicet ille personas distinxerit, & ἄρχων & δημάρχων & στρατηγὸς & δημαγωγὸς populum gubernant, non tamen iidem magistratus. Longus enim distant quam Nili fontes a suis ostiis. ἄρχοντες enim sunt, qui Remp. administrant, & a quorum nominibus Fasti notantur, vt Romæ a Consulibus. Nec mirum, cum teste Velleio Patereulo depulsis a Republ. regibus, *Archontes* illis successerint, primum perpetui, deinde in denos annos creati, postremo in singulos. Δημάρχους non

immerito *Tribunos* appelles. Hi enim singularum tribuum præfecti erant, hi tabulas conficiebant prædiorum cuiusque tribus, eorũq; nomina recipiebãt, qui suæ tutelæ iam facti essent, populumque (vbi opus erat) conuocabant, & a debitoribus pignora capiebant. στρατηγὸν vero ducem belli ex multis historiis intelligas. In Euangelio etiam earum excubiarum præfecti sunt, qui templum seruant & apud Aristotelem Politicorũ septimo, *Polemarchi* & *Strategi*, pro eodem genere magistratuum ponuntur. Apud Aristophanem in Vespis *Polemarchi* idem officium habent, quod Romæ *prætores peregrini*, vt qui de caussis peregrinorum cognoscant. Ἀθλοθέται vero eatenus Romanis Ædilibus similes, quod spectaculis præsident, cum *Choragis* nihil commune habent, qui suo sumtu spectacula instruunt, iudicandi munus aut Corollarii dandi nequaquam ius habent. Δημαγωγὸς vero is est, qui populares auras captat, siue is sit Orator quod plerunq; fit, ac proinde non raro pro oratore ponitur, siue alterius generis homo, certe ea de caussa ab Aristotele appellantur publici adulatores. Sic enim ait Politicorum, lib. 4.

καὶ ὁ δημαγωγὸς καὶ ὁ κόλαξ οἱ αὐτοὶ, καὶ ἀνάλογον, καὶ μάλιστα δ' ἑκάτεροι ἰσχύουσιν οἱ μὲν κόλακες παρὰ τυράννοις, οἱ δὲ τοῖς δήμοις τοιούτοις. Hoc est: *Et demagogus & assentator ijdem sunt certa quadam similitudine & proportione, & ambo præpotentes sunt. Assentatores quidem apud tyrannos, demagogi vero apud istiusmodi populos.* Rursus libro quinto: Ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχαίων, ὅτε γένοιτο ὁ αὐτὸς δημαγωγὸς καὶ στρατηγὸς εἰς τυραννίδα μετέβαλλον. σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀρχαίων τυράννων, ἐκ δημαγωγῶν γεγόνασιν. αἴτιον δὲ τοῦ τότε μὲν γίγνεσθαι, νῦν δὲ μὴ, ὅτι τότε μὲν οἱ δημαγωγοὶ ἦσαν ἐκ τῶν στρατηγούντων, οὐ γὰρ πωδεινοὶ ἦσαν λέγειν, νῦν δὲ τῆς ῥητορικῆς ηὐξημένης, οἱ δυνάμενοι λέγειν δημαγωγοῦσι μὲν, διὰ ἀπειρίαν δὲ τῶν πολεμικῶν οὐκ ἐπιτίθενται. Hoc est: *Cum cum idem esset & demagogus, & belli dux, in tyrannum euadebat. Plerique enim veterum tyrannorum ex demagogis facti sunt. Caussa cur id tum contigerit, ac iam non fiat, quod tum demagogos se præstabant, qui rebus bellicis præfuissent, nondum enim per id tempus eloquentes erant. Nunc autem arte dicendi amplificata, qui eloquentes sunt, demagogos sese exhibent. Verum quia belli peritiam non habent, abstinent se ab occupanda tyrannide.* Fac mihi quæso in istis locis ex *Demagogo Choragum* si audes. Non errauit igitur Erasmus, qui *oratorem* id verterit. Certe Iulius Pollux *Demagogum* & *Rhetorem* vno titulo complexus est, libri quarti capite quarto: περὶ ἐπαίνου ῥήτορος καὶ δημαγωγοῦ, neque toto capite in tot elogiis vllum inter eos discrimen facit. Rursus capite quinto eiusdem libri, περὶ ψέγου τούτου inquit, numero singulari vtens, tanquam res eadem sit, vocabula autem duo. multaque ibi conuitia sunt, quæ ad nullum nisi ad *Oratorem* referri possunt, quale est, συκοφάντης, δικογράφος,

δι-

διαβάλλων, λέγων ἐπὶ χρήμασι, πρὸς ἀργύριον λέγων, μηδὲν ῥῆμα συμπείθων. μισθοῦ φιλοχρήματος, πρὸς χάριν λέγων, πρὸς ἡδονὴν δημαγωγῶν, παρὰ τὴν κοινὴν δίκην. *Calumniator litium conceptor, controuersiarum consutor, propecunialoquutuleius, ob nummos dicens, nullum verbum gratis proferens, pro mercede vocem edens, ad gratiam loquens, ad voluptatem conciones fingens, aput tribunalia semper vtens.* Postremo Libanius in argumento contra Androtionem cum magistratus diuidat Athenienses, alios facit sortitu obuentitios, quos ille appellat κληρωτούς, quales sunt iudices, alios χειροτονητούς, porrecta scilicet manu creatos, in quorum classe στρατηγοὺς collocat, alios αἱρετοὺς suffragiis electos, in quorum numero *choragos* constituit, ex quibus vel cæco apparet, quam omnino nihil istæ functiones conueniant. Ego tamen, vt dicam quod sentio, mihi istud κακοζηλία corruptum videtur, τοὺς δὲ διαπαντὸς ἀγῶνας μεγάλα ἡμῶν μισθοῦ λέγοντας. Sallum id & acerbum, & probe ex indole Diogenis. Id autem q sequitur, ignauum & vapidum, καὶ τοὺς δημαγωγοὺς ὄχλου ἀλητούς, & *demagogos esse vulgi ministros*. quid acrimoniæ habet istud dicterium? credo igitur vocem ἀλητούς esse corruptam, & olim fuisse scriptum ἀλάστορας & ex gemina quod Græce γ, Latinum e repræsentat, in eam literam, cui forma affinis est, commutatum esse, rursus ex γ, quod multum accedit ad ν, præsertim in literis exolescentibus ὑ psilon esse factum, atque ita pro ἀλάστορας ἀλητούς nobis emersisse, vt hic sit sensus, *demagogos* publica inter se diuidere, ac prædas habere. atq; ita adesset nobis venustas παρηχήσεως, quæ frequens est in dictis Diogenis. nobis illam vtcunque imitari licuerit, si dicamus *Publicolas* esse *Publinoras*. Sed heic, etsi malo iure Erasmum carpat, maledictus non fuit. Nunc pergamus ad secundam in Erasmum annotationem.

Annotaui, inquit *superius Erasmi Roterodami erratum quoddam in vertendo e Laertio Diogenis Cynici apophthegmatis, sed cum & ea paulo post omnia terruerissem, & cum Græco contulissem, multa plura perperam versa deprehendi. Lubuit igitur sigillatim heic adscribere, vt viderint eruditi, quantopere a vero Laertij sensu aberrarint. Si, cum hæc scriberem, plus otij fuissem nactus, adnotassem & in aliorum apophthegmata vertendo Erasmi errata, sed hæc alio complecterer libello. interim satis erit, studiosos literarum monere, ne magnopere eam apophthegmatum ament translationem. Nam etsi multa recte conuersa sunt, multo tamen plura perperam expressa visuntur, atque hæc facile cognitu erit ijs, qui Græca legerint.*

Quod si Μιλησίους πολιτεύειν
CAPVT II.

IN decimo octauo Apophthegmate ita scriptum est: ἐπῄνουν τοὺς μὴ βουλομένους πολιτεύεσθαι, καὶ μὴ πολιτευομένους καὶ τοὺς πολιτευομένους, μὴ ποιεῖν. *Erasmus sic vertit.* Laudabat eos, qui ad Reipublicæ illud

non accederent, qui pueros alituri, non alerent. Παιδοτροφεῖν *heic significat* seruos nutrire, *etsi* pueri serui *dicuntur, tamen dilucidior sensus esset, si dixisset*, qui seruos alturi, nō alerent. *Nam iuxta illud:*

σώματα πολλὰ τρέφειν
ἀτραπὸς εἰς πενίτην ἐστὶν ἐπιμοτάτη.

Hactenus ille. Quis quæso hic error? Nam ipse fateris *pueros seruos* dici. Iam si id verum est, vt est longe verissimum, id reddidit quod tu vis Sed inquis, dilucidior esset sensus, si *seruos alere* vertisset. Ego tibi nequaquam id concedo, putoque potius de liberis alendis dictum esse a Diogene, quum olim illos occidere liceret, atque adeo seruus apud Terentium dementiam appellet, quod herus, quicquid Glycerium peperisset, statuerat educare, ac proinde magnis priuilegiis ad educationem prolis inuitabantur. Verum donemus tibi, tuum sensum esse illum vnicum, ad quem respexerit Diogenes, quid quæso peccati, vocem πολύσημον æque πολυσήμῳ interpretari. Cum inde in nullam partem absurda sententia enascatur, & in ipso ambiguo tota vis gratiæ & leporis sæpius sit constituta. Olim in ecclesia legebatur: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam, vt destruas inimicum & defensorem*, vt narrat Sulpitius in vita D. Martini, nunc legimus, *vt destruas inimicum & vltorem*, Græce est ἐκδικήτης, quod vtramque significationem in se retinet. Iam si quis reddat, *vt destruas inimicum & vindicem*, & fide translationis seruata, iudicium lectori integrum relinquat, rectius ne tibi facere videtur, quam ille, qui litem suam facit, & alteram partem præoccupat, cum res in æquilibrio pendet? Ceterum quia hoc apophthegma nulla ratione ita trāsfundi in linguam Lat. nam potest, quin perdat natiuam suam & perquam lepidam argutiem, paucis indicabo, ad quæ allusum sit a Diogene. μέλλοντας πολιτεύεσθαι, & ij dicuntur, qui aliquando Rempublic. sunt administraturi, quales sunt magistratus designati, & qui procrastinatores sunt in Republ. suscipienda. Deinde valde mecum ambigo, num etiam in hac voce μέλλοντας allusum sit ad hanc dictionem μέλοντας, hoc est, *meditantes*, quanquam & ipsum verbum μέλλω studeo significat. Nā Hesychius, inquit, μελλόντων μελετώντων, quamobrem prope adducor, vt credam sic esse vertendum. Laudabat eos qui studerent Reipubl. gubernandæ, non gubernarent. & pueris alendis, ac non alerent, vt intelligas, eum istarum rerum meditationem probasse, vsum, functionemque vituperasse.

Quid sit Manum porrigere complicatis digitis.

CAPVT III.

RVrsus idem Robertellius carpit Eras. in decimonono Apoph. sic enim inquit. *Erasmus ait: Illi tribuitur & hoc ænigma*, Manus non esse porrigendas amicis complicatis digitis. *Innuens non satis esse, si comes nos præbeamus amicis, sed comitati adiungendam benignitatem. Apud Laertium sic exprimitur hoc ænigma*, ἔλεγε δὲ καὶ

δεῖν τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, μὴ συγκεκραμένους τοὺς δακτύλους. *Addit ex se Erasmus* amicis, *quod si addatur, tollitur ænigmatis ambiguitas tota & venustas. In Græco ita legitur,* Aiebat manus oportere extendere (non confusos digitos, *vel dicebat* manus esse extendendas, non confusis digitis. *Et sane hoc melius. Sensus esse poterit, omnia esse aperto animo & simplici facienda, non autem fucato & simulato, vel non oportere esse rapacem. Nam qui aliquid in vola abdunt, manum non extendunt. Vel si referas ad orationem, sicut olim Zeno aiebat, orationem oportere esse planam & apertam, non concisam, confusam, aut obscuram.* Hactenus Robert. Qui cum promiserat, se errorem allegare, nihil quod vel affine errori esset, allegare potuit. An propterea male audiet Eras. q̃ de suo addidit, *amicis.* In hoc opere Eras. nunc anxium interpretem, nunc liberum paraphrastem, nunc sedulum commentatorem agit. Iam quod tu ais, ea additione omnem ambiguitatem tolli & venustatem, vehementer admiror, qui ipse adhuc incerta interpretatione fluctuare videris, & de sententia vna in aliam desilis, si nihil est obscuri, quid ita subinde eius Apophthegmatis significationem refingis? quod proprie est hominum, qui sibi ipsi dum alia atque alia [illegible]ntant, non satisfaciunt, nec venustas ex ænigmate tollitur, si aliquantulum lucis affundas. Optima enim sunt illa ænigmata, quæ ita se abdunt, vt tamen latentem viam ad sua mysteria subindicent. Ceterum vbi tu legis συγκεκραμένους, Erasmus videtur legisse συγκεκαμμένους, hoc est, *contractos*, & id rectius videtur. Valde enim improba est metaphora digitos confundi, nec scio, an vsquam alibi eam locutionem reperire liceat. Quod autem Erasmus benignitatem comitati adiungendam esse, ex hoc ænigmate intellexerit, non leui neque futili ratione nisus est. Primum quia dextra fidei, amicitiæ, & comitati consecrata sit, vnde illud Vergilii. *Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.* Inde Græci verbum δεξιοῦσθαι finxerunt, hoc est, *dextra complecti.* Digitos autem contractos significare tenacitatem, vel vnus Martialis arguerit:

Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat,
Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Rursus idem, de Demagogo.

CAPVT IIII.

IN trigesimo quarto rursus Erasmus vertit δημαγωγὸν *oratorem, quod non probo. Laertius.* οὗτος ὑμῖν ἔφη ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός. *Erasmus,* Hic est, inquit, ille Demosthenes Atheniensium orator. *Sed sic melius,* En vobis o hospites, Atheniensium ducem ac principem, *vel,* En qui Atheniensium aures captat ac demulcet. *Nam probrum in se habet hæc demõstratio per* μέσον δάκτυλον. Hactenus Robertellius. Nihil heic peccasse Erasmum, superius demonstratum est quamobrem non est consilium ea repetere.

Rursus idem. Quid παρὰ *significet.*

CAPVT V.

IN trigesimoseptimo. Laertius: τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ δάκτυλον μαίνεσθαι, ἐὰν οὖν τις τὸν μέσον προτείνας πορεύηται δόξῃ μαίνεσθαι, ἐὰν δὲ τὸν λιχανὸν, οὐκέτι. Erasmus. *Dicebat plurimos insanire præter digitum. Nam si quis assidue medium digitum intendat vice indicis, vulgo insanus habetur, si quis indicem, sanus videtur. At plurimi sunt homines, qui grauius insaniunt rebus serijs, quam si digitum pro digito porrigant, & tamen vulgo hi non habentur sani.* Hactenus Erasmus. Nunc audite quid Robertellius dicat: *Quoniam παρὰ cum accusatiuo iunctum, sæpe accipitur pro* apud, *vel* prope, *lepidior sensus mihi videtur, si dicas:* Multos aiebat insanire prope digitum medium, *quod eo magis probo, quia sequitur* ἐὰν δὲ τὸν λιχανὸν οὐκέτι, *id est,* si quis indicem non amplius. *Ecce vicinitatem insaniæ, sicuti digitorum. Multorum insania est occulta, sed fortasse nō minor quam ea, quæ aperta esse solet. Vnum me torquet in hoc dicto Diogenis, quod video consuetudinem fuisse apud veteres, vt medio digito commonstrarentur insani & infames. Neque satis memini, me legere apud vllum, eos habitos insanos, qui alterum commonstrarent digito, vel qui medium exstantem, a ceteris conclusis gestarent, hoc videndum. Nā quin ita, vt exposui sit accipiendum dictum Diogenis, non est dubitandum.* Hactenus Robertellius. Qui cum omni ratione conatus sit emendare Erasmum, nihilo meliora in medium attulit, nec argutiem istius dicti percepit. Est enim sensus, *plerosque vno digito ab insania distare.* Nam si impudico digito commonstrationes facerent, vt faciunt indice, insani haberentur. Id quia non faciunt, spatium discrimenque vnius digiti interest, quo minus sint vecordes. Præter enim absurdum gestum ostendendi nihil requiritur, quin sint pro insanis habendi. Formulas istius locutionis vbi *παρὰ interuallum* significat, abunde apud Budæum reperies.

Rursus ibidem. Quid sit Κράνειον.

CAPVT VI.

IN quadragesimo sexto, Laertius, ἐν τῷ κρανείῳ ἡλιουμένῳ αὐτῷ Ἀλέξανδρος ἐπιστὰς φησὶν αἴτησόν με, ὃ θέλεις. Erasm. *Cum Alexander Magnus inuiseret Diogenem, reperit eum in cranio sedentem pro dolio,* Hactenus Erasmus. Robertell. Cranium *per i in penultima* caluariā *significat, cranium mortuorum.* κράνειον *vero per ei diphtongum in penultima, significat* Craneum, *qui erat locus gymnasii e regione Corinthi. Hoc patet ex alio loco Laertij, vbi ait:* διάγων ἐν τῷ κρανείῳ τῷ πρὸς τῆς κορίνθου γυμνασίου. *Erasmus deceptus est vocis similitudine, nam vertit in* cranio, *id est, in* caluaria, *neque est quod quis illum excuset, posse etiam intelligi de gymnasio, sic scriptam illam dictionem Latine, vt i proferatur longum. Nam cur addidit* pro dolio, *quod non est in contextu Græco? ex quo satis patet, Eras. deceptum esse.* Imo nihil minus patet, cum enim inquiat Erasmus, eum sedentem in cranio pro dolio, satis indicat se diuersum putare cranium

nium & dolium. Nam si idem existimasset, nullo modo pronuntiasset, eundem & in dolio sedere, & ante dolium. Et quod tu dicis, vertit *in crano*, id est, *in dolio*, illam epexegesin de tuo addidisti, nec ea in verbis Erasini reperitur. Pergit deinde Robertellius. *Laertius dicit* ἀλιμβῶν, *vertit Erasmus*, Lacera schedas glutino cõmitten, tem. *Dij boni, quales somnium? Quis dicat, in schedis glutinandis fuisse occupatum Diogenem? Labitur igitur & hic Erasmus, dum suo ingenio nimium indulget in vertendo, & addendo multa, quæ in Græco contextu non leguntur.* Cur errat Robertelli? an quia plura addit, quam tum Laertius habet, quando vnq; Erasmus, in verba Laertii, iurauit? Quicquid vbiq; inuenit, quod ad præsens apophthegma spectat, vel in Græcis, vel in Latinis auctoribus, id vnum congerit, ideneerror, rem ampliore & institutiorem facere? non est professus, se verborum Laertii interpretem, vt illi religio sit, quicquam vel detrahere vel addere.

Rursus idem. Diuersa transferri ex discordia exemplarium.

CAPVT VII.

IN sexagesimooctauo, *Laertius*, μαχεῖπνος διατριβοντος. καὶ εἶδε τὴν πόλιν ἔρημον βιβλίων ἅπαξαπαντων. πυρὸ εἰζωνῆς ζητοῦντα ἴφη ὦ ἄνδρες γλίχομαι. Erasmus. *Quidam tempore, cum diutissime legeret sedulo eo venisset, vt videret cartam vacuam, bono inquit animo estote viri, terram video. Labitur Erasmus, quod aut ipsum Diogenem legentem ea dixisse, γλίχομαι, cum alius hoc dixerit.* Quid si aliud exemplar Græcum secutus sit, ac ita inuenerit μαχεῖπνα, ac nõ μαχεῖπνον, nonne vnica aut altera litera aliter inuenta ab omni errore Erasm. vindicauerit? Eadem certe gratia apophthegmatis, siue Diogenes legerit & dixerit, *terram video*, siue alius quisp̃ legerit, subiciente Diogene *terram video.*

Rursus idem.

CAPVT VIII.

IN 56. Erasmus. *Cum primum cœpisset philosophari, cum in dolio solus rancido vescens pane, audiret totam vrbem lætitia perstrepentem, erat enim dies festus, sensit animo nonnihil tadij, diuque secum deliberauit relinquendo vitæ instituto cogitauit. Sed cum tandem mures videret adrepentes, micas panis edere, quid displices, inquit, tibi o Diogenes, sat magnificus es, ecce etiam parasitos alis.* Audi nunc Robertelli quiritationem. *Ego profecto nescio, vnde hic paraphrastes egregius tam multa præter rem in medium attulerit. Nam in Græco ita legitur, breuissime & politissime.* ἀφεὶς τοὺς ἰσχνοὺς ἐπὶ τράπεζαν μῦς, ἰδὼν φησὶ, καὶ διογένης παρασίτους τρέφει, id est, *ad mures perrepentes in mensam. Euasit, & Diogenes parasitos alit.* Robertellius præter copiam, nihil heic arrodere potest. Mirum autem vnde Diogeni mensa, qui nihil supellectilis habuit, præter peram. Certe priori loco (nam bis hoc apophthegma habet) mensam omisit.

Rursus idem. Quam facile librarij peccent.

CAPVT IX.

In septuagesimo secundo. Erasmus ait: *Huc veni inspectaturus insaniam meam, qui non contentus regno.* In Græco scribitur κατάσκοπος τῆς σῆς ἀνοησίας, id est, *explorator tuæ cupiditatis, quæ est mea plebilla.* Hic nescio cur ἀνοησίαν verterit Erasmus *insaniam*, in quo vocabulo tota culpa. Videtur Erasmus fiducia memoriæ libros aliquando non consuluisse, ac propterea aliquando non eadem, sed cognata vertere. Ceterum tam aperta res imperitiæ adscribi non potest. Postremo valde mecum addubito, num principio scriptum sit *insatiem* pro *insatiebilitatem*, quod scriba non intelligens, verterit *insaniam*.

Rursus ibidem. De licentia in deducendis etymis.

CAPVT X.

In 73. *cum dicit Erasmus ἄθλιος Græce*, miserum *sonat, multisque afflictum laboribus, unde & Athletis nomen decipitur. Nam* Athleta *non dicitur παρὰ τὸ ἄθλιος, id est*, a misero, *sed a verbo ἆθλος, quod est* luctor, certo, *vel παρὰ τὸ ἄθλος, id est*, a certamine. *Est quidem apud Græcos verbum, ἀθλοῦσθαι, id est*, infelicem esse & aduersa confligitari, *sed non* Athletæ *ab hoc dicti sunt, imo e diuerso ἀθλιώτατοι παρὰ τῶν ἀθλητῶν, propter labores eorum immensos* Hactenus Robertellius, qui præter originationem nihil carpit. Atqui in etymologijs mire ludunt auctores, id si non patitur, auferat a iureconsultis, *testamentum* a *testatione mentis* esse dictum, a Cicerone *fidem* inde appellatum, quod *fiat id quod dictum est.*

Rursus idem. Errores magnorum virorum esse emendandos, non conuitijs exagitandos.

CAPVT XI.

In 74. *Erasmus.* Inuitatus, vt ad Alexandrum veniret, recusauit, at Perdiccæ præfecto minitanti necem ni veniret. *In Græco nulla fit de Alexandro mentio, sed tantum de Perdicca, ἀξιδικῶ ἀπόπτυστος. Errat turpissime in reddendo Latine responso Perdiccæ, ait enim* ne debuit vicissim minitari Perdiccæ, se feliciter victurum. Si sine illo viueret, indicans esse infelices, qui cum Perdicca viuerent. est in Græco ἐκεῖνο δὲ μέγιστον ἀπολεῖν ἔξεστι, ὡς εἰ καὶ χωρὶς ἐμοῦ ζῶντα δύναιμι εὐδαιμονεῖν. *Sensus est, Cum mortem minitatus esset Perdiccas Diogeni, inquit Diogenes, nil magnum: nam & phalangium hoc efficere posse putabat magis Perdicca dignū, si sic minitaretur.* Vt libet o Diogenes, vel veneris vel non veneris ad me, dabo tamen operam vt etiam sine te recte viuam. Recte tu quidem Robertelli, ac nunc primum legitimam habes causam reprehendendi, quæ antea vel iniusta fuit, vel nulla, vel frivola. Sed cur quæso tot auctarum huic Apophthegmati adnicere placuit, cum tu eam legem verterdi toties, tam odiose, in Erasmo prædamnaris? Nam hæc omnia (*vt libet o Diogenes, vel veneris, vel non veneris, dabo tamē operam*

in Græco

in Græco nusquam deprehendas. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀπειλεῖν ἠξίου, ὡς εἰ καὶ χωρὶς ἐμοῦ ζῆσαι εὐδαιμόνως. *Id autem eum minari dignum censebat, si diceret, etiamsi sine te vixero, beate vixero.* Libertatem tuam in transferendo non culpo, sed ad legem quam in alios condis te reuoco. Errauit Erasmus? certe tam fœde suggillandus non erat, post tot lucubrationes marcidus vigiliis alicubi cum bono Homero dormitat. Tu non contentus priori suggillatione, hanc coronidem in fine tuæ annotationis adiungis. *Iam patet, opinor, turpissimus Erasmi error.*

Rursus idem Quæ significata habeat Vita.

CAPVT XII.

IN 75. *Alter hic grauis apparet Erasmi lapsus, nam sic vertit.* Aiebat faciles esse Deos ad donandam hominibus vitam, ceterum hanc ignorari ab his, qui quęrunt dulciaria, vnguenta, aliasque id genus delicias. *Cum apud Laertium legatur,* ἐβόα πολλάκις λέγων τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτὸν ζητούντων μελίπηκτα, καὶ μύρα, καὶ παραπλήσια. *Quorum verborum hic est sensus.* Vociferabatur sæpe affirmans facilem & parabilem admodum Deos hominibus dedisse victum, sed latere eos, dum intenti sunt mellitis placentis, vnguentis, & aliis id genus quærendis. *Vides quantum intersit inter hunc & illum sensum? Sed multo magis animaduertes, si leges, quæ in sua commentatione super hoc dicto addit Erasmus.* Hactenus Robertellius. Si Erasmus *vitam* pro *victu* posuit, nihil errauit. In eo enim significatu inuenitur apud Donatum in Phormione; cuius hæc sunt verba: *Vita autem & mores significat, & animam, & alimentum, & spatium viuendi.* Recte igitur Erasmus vocabulum πολύσημον πολυσήμῳ extulit, vt διχόνοια eadem esset. Est autem allusum ad hos versus Hesiodi in libro operum & dierum, vbi sic ait:

Κρήψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι,
ῥηϊδίως γὰρ κεν καὶ ἤματι ἐργασάϊο
ὥστε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα.

Hoc est:

Occultant superi victum mortalibus ægris,
Nam facile obtineas tantum sub luce diurna,
Suppetat vt penus (quamuis otieris) in annum.

Quod si in commentatione euagatur, nihil possum dicere, nisi liberrimum eius ingenium liberis aliquando habenis currere. Ceterum rursus ex te quæro, quæ tua quoque licentia, cũ Græca verba habeant, *victum latere* & in occulto haberi, tu ad personas trãstuleris, tanquam illos *victus latrat*, ἐβόα enim inquit, πολλάκις λέγων τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτόν. *Clamabat subinde dicens, victum facilem a diis donatum esse, sed eum in occulto haberi, dum homines requirunt placentas ex melle, & vnguenta, aliaq; consimilia.*

Rursus idem. Metaphoras sæpe improbiores videri, non esse.

CAPVT XIII.

IN 88 *Delirat Erasmus, nam sic vertit*: Præterieus prodigi cuiusdam ædes, inscriptionem habentes, *Venales*, facile, *inquit*, diuinabā fore, vt præimmodica crapula domum euomeres. Iam enim domum absumserat, antequā venalem proscriberet, vomitus erat illi verius, quā venditio. Hactenus ille. *In Græce scribitur*: Ἐπεὶ δὲ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐκτὸς ἐπιδημήσας ἐπανῆλθεν, πρόσωπον ἐφ' οἰκίᾳ τινὶ ἔφη ὄν ἀπὸ κεφαλαίου πράσεως ἐξεμέσεως ἐπιγεγραμμένον. *Sensus est.* Conspicatus Diogenes in prodigi cuiusdā domo inscriptum, *Venalia*. Sciebam, *inquit*, fore aliquando, vt tantum crapulans, o domus, eras euomitura tuum herum. *Quid hoc sensu leporius? At cuius non offenduntur aures, cum Erasmus ait*, virum euomere ædes? *Aptior quippe est locus*, domum euomere herum. Recte tu quidem, sed non puto te aliud cogitare, quam hunc lapsum esse potius incuria & inaduertentia (vt mihi hoc vocabulum vsurpem) quam insertiæ aut delirii. Quod autem eam metaphoram de domino euomente ædes, tanquam absurdissimam exagitat, scias ei non dissimilem in dictis Catonis Censorii inueniri, sic enim ait: *Quendam qui agros mari vicinos ob luxū vendere coactus est, aiebat se mirari, quasi plus posset, quā ipsum mare, quod enim illud vix paulatim alluebat, ille facile deuorarat.* Eiusdem immunitatis est, *deuorare agros, & euomere ædes.*

Rursus idem. Erasmum ingenuis, sed tamen latenter sua emendare.

CAPVT XIIII.

IN 162. *Erasmus.* Cuidām per conuitium dicenti, Sinopenses te exilio damnarunt, at ego, inquit, illos mansione, significans se, quod solū vertere cogeretur, nihilo infeliciorem esse iis, qui in patria manerēt, nec exilium æquo animo pati possent. Tam enim miserum est, manere coactum, quam exsulare coactum. *Quis nō videt, vt miser Erasmus in sua commentatione fallitur. Nam cum dixit Diogenes*, ἐγὼ δὲ ἐκείνους τῷ μονῇ, *significare voluit, Sinopenses habitare ignobile & asperam regionem, & ideo feliciorem multo esse se qui exsulabat, profecturum in loca amœna & vrbes præclaras Græciæ. Hunc sensum spreuit opinor Erasmus, quod ingeniosus sibi videbatur, cum excogitabat aliquid absurdum. Ideo vero hoc dixi, quia paulo post ait ex Plutarcho afferri eum sensum, quem ego expositum sibi videbatur Plutarcho ingeniosior, neque illius interpretatione contentus.* Hactenus Robertellius. Qui fatetur, Erasmum & bonam & malam commentationem super apophthegmate feciſſe, verum illum non in intelligēdo, sed in deligēdo aberrare Erasmus homo multi pudoris, & eximiæ ingenuitatis, ficubi in primis ēditionibus lapsus esset, plerumq; in secundis editionib. id addebat, quod rectius erat, noua illa interpretatione tacite damnans quod antea scriptū fuisset, vt & pudori suo consuleret, & lector nō falleretur, cui ex duob.

scripti

scripti generibus facile licebat meliora eligere, aut alio in opere, quod alibi infelicius exierat, retractabat. Rem ita se habere comperiet, quisquis editiones Adagiorum inter se committat. Quod si quis statim hominem esse nihil existimet, qui, vbi errarit, resipiscat, quid existimandum de illis, qui errores suos nunquam agnoscunt? In tanta πολυγραφίᾳ somnum obrepere, quid mirum est? Si in viam non redisset, erat cur ei te ducem præstares: cum vero suo Marte ad rectum iter reuertatur, quid opus est illa acerbitate verborum.

Rursus id. m. Quid sit χείρων.

CAPVT XV.

IN 110. Erasmus. Conspiciens duos centauros pugnantes, in tabula pessime pictos, vter horum, inquit, deterior est, notans pictoris imperitiam, quasi dubitaret, vter esset deterius pictus. *Vsus est autem voce ambigua. nam χείρων & peior dicitur, & in pugna inferior.* Hæc ille. *Laertius sic, ἰδὼν ποτε δύο κενταύρους πεπλεγμένους ἔφη, ἴφη. πότερος & τύπων χείρων ἐστί*, id est, Conspicatus aliquando duos centauros male pictos, ait, Vter horum est deterior? *In Graco sicuti patet, non est illa dictio*, pugnantes, *quam addit, quia aliter non intelligebat locum. Sed reuera Diogenes alluserat ad nomen proprium* Chironis. *Sic πότερος & χείρων, nam poterat accipi dictum ambigue*, vter est deterior, *id est*, deterius pictus? *& sic*, vter est Chiron. *Quid ad hæc o bone Erasme?* Heic ego te laudo Robertelli. Nam & bene castigas, & præter rem niam non immaniter insultas.

Rursus ibidem. Quatenus indulgendum venustis agnominationibus.

CAPVT XVI.

IN 125. ἐρωτηθείς ποτε ποῖῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν, ἔφη. τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβύτερους μηδεπώποτε. Erasmus vertit. Interrogatus, quando iuuenis ducenda vxor? Iuueni, inquit, nondum, seni nunquam. *Sed non recte. Nam μηδέποτε & μηδεπώποτε idem significat apud Græcos, id est*, nunquam, *nam sentiebat neque iuueni, neque seni vnquam esse ducendam.* Ego puto, Erasmum iustissima de caussa a vulgatis libris recessisse. Quid enim gratiæ habet de diuertissimis ætatibus ἓν λόγῳ responsum? ducendam nunquam esse vxorem nec iuuene nec seni, ac proinde Erasmum ita legisse: τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβύτερους μηδεπώποτε, vt indicet, iuuenes nondum maturos esse ad nuptias, senes iam desiisse esse maturos. & in iuuenili ætate esse exspectandum ante quam ducas, vbi exspectaueris, superuenturu senectutis frustra sis ducturus, vel certe importune. Ego, si Erasmus heic errat, talem errorem lubens amo & amplector, qui in exiguo de tota sententiæ tantum gratiæ & varietatis vni dicto, tanta parsimonia verborum addere potuit. Nam inter cetera seruata est illa dulcissima παρήχησις, μηδέποτε & μηδεπώποτε in his verbis, *nondum. & nunquam.*

Rursus ibidem Cynicorum dicteria acria esse.

CAPVT XVII.

IN 127 *Eras.* Cum videret adulescentem quempiam sese ornantem, si ad viros, *inquit* frustra, si ad fœminas, iniuste. *Festiuius apud Græcos propter vocum affinitatem* ἀτυχεῖς, ἀδικεῖς. *Nam frustra se parat mas masculo, inter quos non potest esse coniugium.* Hæc ille. Ατυχεῖν *apud Græcos præterquam quod significat* voti esse impotem, *significat etiam* infelicem esse. *Erit igitur lepidior sensus.* Si te ornas masculo, miserrimus es: si mulieri, inique facies. An lepidior sit (mehercle) ignoro, mihi certe non videtur. Est enim illa magis satyrica & Cynica, ista tua ignauior & dilutior. Vt vt est, pro errore, etiamsi iniquissimus sis, imputari non potest, cũ verba etiam hunc sensum capiant.

Rursus idem. Studium carpendi dissimulat se videre remedia offensarum.

CAPVT XVIII.

IN 129. *Eras.* Canis Diogenes est dictus, & hoc vitæ genus a multis laudabatur, nemo tamen imitabatur. Itaque dicebat, se canem esse laudantium, sed laudatorum neminem cum laudato cane venatũ ire. *Sensum dicti optime explicat Erasmus, sed verba pessime, atque ita obscure, vt non intelligantur. Faciat periculum per se vnusquisque legens, decipitur in vna dictione* ἐπαινουμένων, *quam vertit* laudantium, *cum sit passiue accipiendum, hoc sensu, se canem esse vnum ex iis, qui laudantur, decipitur rursus in dictione* ἐπαινούντων, *id est,* laudantium, *quam passiue videtur reddidisse,* laudatorum, *nisi modo accipias positum tanquam nomen verbale, verba Græca sunt hæc:* ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι κύνα τῶν ἐπαινουμένων, ἀλλὰ μηδένα τολμᾷν τῶν ἐπαινούντων ξυνεξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν. *Sensus est,* dicebat se canem esse ex laudatissimis vnum, sed neminem eorum qui laudabant se, secum ad venationem velle prodire. Quid si Robertelli idem loquatur Erasmus quod tu, atque adeo vt tu, num quid caussæ est, cur ferula verberetur, tanquam qui peccet in vltimas minutias Grammaticæ artis? Reddantur verba Erasmi suis locis, vnde imperitia librarii ea detorsit, videbis illum pulcre ad tuum sensum loqui. Faciam igitur quod tu noluisti: nam te animaduertisse facile ex sagacitate tui ingenii diiudico. *Itaque dicebat, se canem esse laudatorum, sed laudantium neminem cum laudato cane venatum ire.* Iam ne sentis, quam iniquus sis præ studio carpendi? Iam quod tu dicis sensum dicti optime esse explicatum ab Erasmo, falsum est. Si enim verba (vt nũc leguntur) eluxata suis sedibus maneant, quis quæso in his verbis intellectus? *Sed laudatorum neminem cum laudato cane venatum ire.*

Rursus idem. Quid sit ἐνουρεῖν.

CAPVT XIX.

In

IN 141. *fœdissime labitur Erasmus.* Nam, *inquit*, cuidam opprobranti hoc ipsum, obtentu iuuentutis, crimen defendit, dicens: Tunc celerius reddebam lotium, nunc non item. Cynica circuitione notauit iuuenilem ætatem, quæ facilius reddit humorem vesicæ, cum senibus molesta sit dysuria. Hactenus Erasmus. *Audi nunc Robertelli eulogia. Tum optime tuus ille carnifex calculus torquebat te o Erasme, cum hæc scripsisti de dysuria Diogenis, O lepidum caput, verba Græca sic ese habent: πρὸς ἄλλον ἐπὶ τῷ ἀκράτορι εἰπόντα, ὄφελε, φησὶ, νεώτερον γενέσθαι, ἀλλὰ νεώτερος οὔ. Putauit Erasmus ἐφεῖσθαι τῷ ἐφεῖν, id est*, immingere, *sed cur non animaduerterit compositionem vetti? an frustra componitur? Οὐρεῖν significat præter immingere, & secunda vtor nauigatione & vento, item ἐφίεσθαι. Est igitur dictio composita ἀπὸ τῷ ἐφεῖν, id est*, secundo vtor vento, *& νέος, id est*, iuuenis. *Nisi igitur apposite dixit in iuuentute Diogenes, id est*, se vsum esse tu- secundo iuuentutis afflatu in viuendo. *Transuersi enim aguntur homines in vitia, tum a nimia felicitate, tum a iuuentute, qua turbationum est plena. Sensus igitur erit lepidissimus.* Ego tunc ob iuuentutis secundum afflatum celerius naugabam, sed nunc non: *deferbuerant enim cupiditates, a quibus antea impellebamur hoc & illuc. Quo igitur spectat illa dysuria Erasm.?* O imporentem debacchationem in re lubrica, vbi si titubat Erasm. nec tu certe firmo vestigio consistis. Ego si tuum verbum retinere vellem, non tam laciniosam adderem interpretationem, scilicet *se esse vsum tum secundo iuuentutis afflatu, transuersi enim aguntur homines in vitia*, &c. ac tandem post longam verborum ambagem non nisi ratiocinatione eo peruenire, quo cursum intenderas, sed simpliciter, *tum facile & temere velificabar, iam non item*, vt præceps audacia iuuentutis, caussam culpæ dedisse videantur. Sed tu qui dicis Erasmum non animaduertisse, vide ne ipse heic minus oculatus videare. Primum asseueras σύνεγγυς non componi nisi ex νέος, id est, *iuuenis*, & ἐγγύς. In tam insolenti compositione cur nullum exemplum adducis, vt nobis faceres necessitatem credendi? Quid si potius componatur ἀπὸ γνώς, hoc est, *a naue*, & ἐγγύς? sic enim componitur πολιτεία, & πολιτία. quid si a præpositione ἐν & ἐγγύς constituatur, quod omnino verum puto, vt significet *immingere*, quo vitio tenera pueritia subinde laborat, vt stratis suis & cunabulis immingat, eoque id dictum sit a Diogene, quod puer olim parum continens fuerit, ac proinde culpam eam non tam suam, quam ætatis fuisse. Ceterum iam se ætate emendatiorem factum esse.

Rursus idem. Quid Venter significet.

CAPVT XX.

IN 145. Anaximenes Rhetor obeso erat corpore. Hunc adiens Diogenes ita locutus est, Impartire nobis tenuibus ventrem: nam & ipse ieuaberis onere, & nobis commodabis. *In Græco sic scripsit* μεταδὸς ἡμῖν πτωχοῖς, *id est*, nobis mendicis, tenuibus. *Vertit Erasmus.*

Melius est, vt dicas, mendicis: *nam si mendici magno essent ventre, non cogerentur toties esurire semel expleti.* Et id scilicet dignum erat annotatione, si in genere *tenuibus* vertit pro *mendicis*. Neque heic *tenues* referuntur ad habitum corporis, sed fortunæ, ne heic *exsiles* & *castigato ventre* intelligas. *Venter* autem heic præter notam significationem etiam *alimentum* significat. Nam ex ambiguo lusit Diogenes, inde γαστρίσαι *saturare*, & γαστρίζεσθαι *rapidius deglutire*.

Rursus ibidem. Erasmum aliquando alienis oculis contentum esse.

CAPVT XXI.

IN 152. & 154. Apophthegmate haud dubie errauit Erasmus, & recte sentit Robertellius, laudemque acuminis non exiguam meretur, nisi illam corrumperet nimia debacchandi petulantia. Hoc enim Epiphonema in fine suæ castigationis accidit. *Verum, quid non fœdas tuo contactu o nequissime Erasme? Ego puto Erasmum ideo non animaduertisse, allusum esse ad propria nomina centaurorum* Εὐρυτίων καὶ Χείρων, *quod alieno ingenio fretus parum Græca verba inspexerit. Nam per omnia sequitur fratris Ambrosii translationem, cuius ista sunt verba:* Formoso adulescenti ad conuiuium eunti, deterior, *inquit*, remeabis, illo redeunte & postridie dicente, & abii, & deterior effectus non sum Deterior inquit, nam prorsus mihi persuadeo, Erasmum aliquoties Græcum Laertium non consuluisse, & aliena fide contentum fuisse. Quale est & illud, quod superius a nobis excusatum est *Alteri sibi idem exprobrãti, atqui, inquit, emingebam tum celerius, modo non ita.* Nec mirum, magis studuit colligere apophthegmata quam interpretari.

Rursus idem. Mordacia dicta conuenire Cynico.

CAPVT XXII.

IN 153. *Iam consequitur dictum, quod non recte distinxerat a priore Erasmus Sic autem exorditur in Græco* ἤτει τὸν δύσκολον, *in quo video Erasmum vertisse*, vt te suspenderes, *cum in Græco legatur* ἀπαλλάξασθαι, *nisi forte habebat scriptum in suo* ἀπάγξασθαι *si legis* ἀπαλλάξασθαι, *mollior est sensus*, tibi suasissem, vt hinc discederes, procul a nobis, cum improbus sis. Recte diuinas Robertelli, nam ita quoque transtulit Ambrosius. Sed quid erroris, vel adeo offensæ? nam quod tu mauis, minime Cynicam mordacitatem refert.

Rursus idem.

CAPVT XXIII.

IN 154. *Erasmus.* Inuiserat Lacedæmonem, inde Athenas reuertentem percunctabatur (vt sit) quo iret, & vnde veniret? a viris, inquit, ad fœminas *Sic Erasmus vertit, & addit*, notans Atheniensium deliciis effœminatos mores, cum Lacedæmone dure instituentur. *Græce sic legitur:* πρὸς τὸν πυθόμενον, ποῖ καὶ πόθεν; ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, ἔφη, εἰς τὴν γυναικωνίτιν. Ἀνδρωνῖτις *a Græcis dicitur* locus, vbi soli versantur viri, γυναικωνῖτις, vbi solæ mulieres inhabitarent.

rent. *sic notans mollitiem Atheniensiũ, & laudans robur & optimam disciplinã Lacedæmoniorum* Quid ego audio? etiam heic peccauit Erasmus, quod per metonymiam extulit, quod propriis vocabulis non potuit? an venustiorem putas illam longissimo syrmate ambagiosam circumlocutionem, quam quæ in rotunditate & verborum compendio consistit?

Rursus idem. Anxietatem vertendi gratiam sententiæ corrumpere.

CAPVT XXIIII.

IN 177. *Erasmus*, Si Philosophum simulo, inquit, hoc ipsum est philosophari. *In Græco est*, εἰ καὶ σοφὸς ποιοῦμαι σοφίαν, καὶ τοῦτο ἐστὶ φιλοσοφεῖν, *id est*, Si sapientiã simulo, hoc ipsum est philosophari. ὦ τῆς μικρηλογίας? inclinationem τῶν συζύγων non tulit. *Philosophum, Philosophiam* nam σοφίαν capi pro *philosophia*, ne ipse quidem negare potest. Iam dulcem illam inflexionem, quã Græci παρηγμένον dicunt, & quam Erasmus affectauit in his verbis, *Philosophum, philosophari*, si hunc vertendi scrupulosum & nimis anxium auctorem sequi volumus, omnino exstinguemus.

Rursus idem. Quid sit libertas.

CAPVT XXV.

IN 202. *Eras.* Quid esset in vita optimum interrogatus, ait, libertas. At vere liber nõ est, qui seruit vitiis, nec liber esse potest, qui multis eget. plurimis aut eget auarus, ambitiosus, ac deliciis deditus. *In sanis o Erasme in istis tuis cõmentatiunculis, Græce scribitur* παῤῥησία, *id est* libertas in loquendo. *Hãc dicebat optimã Diogenes.* παῤῥησιάζειν *est* libere loqui, *sed hoc non fit nisi a liberis hominibus, in libera ciuitate, ij igitur, qui hac potiuntur* παῤῥησίᾳ, *vere beati sunt.* Postquam tibi collubitum est commentationes Erasmi cõmentatiunculas appellare, age videamus quid heic tu cõmenteris. *Libere loqui, non fit*, inquis, *nisi a liberis hominibus in libera ciuitate*, ergo Diogenes, qui in castris Philippi pro exploratore captus regi obiecit inexplebilẽ auiditatẽ παῤῥησιαστὴς nõ erat, vtpote nõ in libera ciuitate, sed sub Regno & in Tyranni castris. Non (me hercle) tibi hoc pro crimine obiicio, sed quæ calumniæ ex morositate interpretandi nasci possunt, ostendo. Eras. *libertatẽ loquendi* non mereri existimauit tãtum elogium, vt in vita optimũ sit habendũ, quamobrem a speciali libertate, quæ in dicendo est, ad generalem deflexit. Libere enim agere multis modis præponderat, cum Thersites, qui videtur habere verba quam minime obnoxia, factorum libertate careat, eoq; magis ad hanc interpretationẽ inuitabatur, quod sciret παῤῥησίαν, καὶ ἐξουσίαν, καὶ ἄδειαν significare, teste Hesychio, simile quiddam videas in ἰσηγορίᾳ, qua nõ parem solũmodo libertatem dicendi, sed etiam agendi significamus.

Rursus idem. Verecundia Erasmi in transferendis obscænis.

CAPVT XXVI.

IN 205. *Erasmus.* Cum in foro in conspectu omnium fuisset operatus, vtinam quoque liceat, *inquit*, sic perfricto ventre a fame esse quietum, sentiens agitatione corporis acui stomachi orexim, a qua necessitate cupiebat esse liber. Itidem studiosi grauiter ferunt, a literis naturæ necessitatibus auocari. *Iam vero hac commentatione nihil indoctius, aut magis præter rem excogitari potest, in Græco est χειρεργεῖν, verbum obscenum.* quo facto, *inquit*, vtinam & sic per ventris attrectationem fames pelli posset, sicuti coeundi libido. Desine delirare miser Erasme. Ad istum modum Robertellius suas censuras desinit, ac tali epiphonemate claudit, Ego puto Erasmum optime intellexisse fœdam rem, sed dissimulasse, nelector ex ipsius verbis id discere, quod antea ignorabat. Deinde secutus est Ambrosium veterem interpretem, qui eodem modo hoc dictum expressit. Postremo χειρεργεῖν non est proprie flagitiosum, sed honestum vocabulum, quod longius translatum, verecunde & obscure rem turpem significat, quale est quod Aristophanes in Vespis γλωττοποιεῖν dicit. Est enim χειρεργεῖν proprie *manibus operari*, vnde *chirurgi* quoque *medici vulnerum hulcerumq;* appellati sunt. Hesychius χειρεργεῖ, id est, χεῖρον ἐργάζεται. Verecundiam ergo, quę in Græco est, Erasmus retinuit. Hic quædam omisimus ex Robertellianis, ob nimium apertam in re fœda descriptionem. Ceterum quia & Robertellius minatur censuras in omnia Apophthegmata Erasmi, & quidam in Flandria idem meditantur, statui nonnulla, quæ in hoc libro obnoxia calumniis videri possint, annotare, & si qui ibi sunt lapsus, cum summa modestia indicare, vt ea loca præripiam hominibus nimium dentatis & calumniosis. Doleo (mehercle) vicem hominis optime de literis humanioribus meriti, qui in Venere pingenda, vbi propemodum humanum ingenium transgreditur, laudatores non habet, vbi negligentior est in fibula vel ligula, aut cincinnis capitis exprimendis, nō emendatur, quod tolerabile erat, sed conspuitur, cum neminem vnquam ille scriptorem in literis humanioribus suggillauerit, & suggillandi velin solis Apophthegmatis mille oportunitates occurrerent. Quis enim nō videt, quoties Philelphus, quoties Ambrosius, Diogenis Laertii interpres impingat? Magno igitur honore digni sunt & Petrus Victorius, & Andreas Alciatus, qui cū iure ab Erasmo dissentiuut, ciuiliter id faciunt docendi ratione non hostili petulantia, quorum mores hęic imitabor, quo obtrectandi materiam aliis vel tollam, vel mitigem.

De Agesilao. Paruis copiis in arcto contra magnas pugnandum.

CAPVT. XXVII.

CVm hostes Agesilai exercitum fossa cingerent, *id quod facile poterant ob multitudinem, ac Nectabius, cui suppetias ferebat, cen-*

serat

seret erumpendum, & cum hoste conserendas manus, ne quod instituerat, perficeret: ille negabat impediendos hostes, qui pares hostibus esse studerent non superiores, siquidem fossæ vetusq; dirimebat confligendi copiam. Græce habetur. οὐκ ἐᾶν ἀμυναλίσαν τὰς πολεμίους ἴσους αὐτοῖς ἑαυτοὺς βιαζομένους. *Hoc est, non se, inquit, prohibiturum hostes, qui pares ipsis esse vellent.* Non hoc corrigo Erasmum, sed explano, malignior interpres possit colligere ex verbis Erasmi, quasi approbasset Agesilaus circumuallationem, cum eius mens sit, ob paucitatem suorum, in angustiis pugnare, qua parte fossæ nondum coierant. In tam arctis locis non poterant hostes erumpenti Agesilao suam multitudinem, qua abundabant, obicere, sed inter pares numero prælium erat conserendum, qua ex re sibi victoriam (quia præstantiorem habebat militem) spondebat, quod & euenit. Hanc historiam inuenies apud Gemistum Plethonem.

Aliud. Pacem ab Imperatoribus peti, a Senatu dari.

CAPVT XXVIII.

IDem cum in Lydia Tisaphernem vertisset in fugam, ac quam plurimis interemtis tam in agros regios fecisset incursionem, Rex Persarum per Legatos quorum præceptus Tithraustes ingentem vim pecuniarum vitro ad illum misit, petens vt a bello desisteret. Agesilaus respondit, pacis quidem tempore Reipubl. vigere auctoritatem. Sic Erasmus, Græce est, τὰς μὲν εἰρήνης ἔφη τὴν πόλιν εἶναι κυρίαν. Hoc est, *Ciuitatem ius auctoritatemque habere pacis dandæ.* Quibus verbis legatos a se Lacedæmonem reiecit, idque more Romano. Imperatores enim hostes de pace solicitantes ad Senatum relegare solent.

Aliud. Incusandos auctores malorum, non eos qui culpa vacant.

CAPVT XXIX.

Διώξοντος δέ τινα δίκην αὐτῷ, καὶ συνηγόρου δεομένου, ἔφη δεῖν ὁ λόγος καμμίαν φυλακὴν, λέγοντος δὲ πρὸς ἐκεῖνον, Ἀγησίλαε δεῖ τὸν βασιλέα τοῖς νόμοις βοηθεῖν. καὶ τὸν οἰκίαν (ἔφη) εἴ τις σοι διορύξας, καὶ τὸ ἱμάτιον εἰ ἀφῄρεῖτο, ὥστε δέχεσθαι τὸν εἰσηγούμενον, ἢ τὸν τὸ ἱμάτιον ὑφανοῦντα ἐπικρῆναι σοι. Erasmus. *Idem cum in quadam causa sederet iudex, & is qui accusabat recte dixisset, patronus contra male subindè tamen repeteret inter dicendum: Agesilae, decet regem opitulari legibus, perinde quasi bonam haberet causam, & ab ipso starent legi, hominis improbitatem interpellans Agesilaus, Si quis, inquit, domum tibi perfoderit, aut vestem auferet, num exspectaturus esses, vt architectus, aut qui vestem contexuit, tibi sit auxilio futurus?* Subindicat, regem esse veluti legum architectum, nec conuenire vt is opituletur iis, qui contra leges aliquid admisissent. Ita visum est Erasmo. Mihi videtur ad istum modum etiam transf-

ferri posse. *Iudicante illo litem quandam, & ab accusatore probe perorata caussa, cum alter male responderet, & ad singula verba subiiceret, oportet Agesilae regem legibus praesidio esse. Si quis, inquit, tibi domum suffodisset, & vestem tuam suffuratus esset, an tibi faciendum exspectaris, vt vel faber, vel textor tibi succurreret?* In translatione nihil mihi est controuersum cum Erasmo, istam tamen aptiorem eorum verborum sententiam puto, suffossa domo abeffractore ac suppilata veste, fur conueniendus est de damno faciendo praestando ue, non faber aut textor. Indicans per hoc, cum debere agere cum suo accusatore, qui vi dicēdi ipsius caussam subverteret, non cum rege, qui ex allegatis iudicaturus esset.

Aliud de Agide primo. Duas esse Lacedaemone regias familias.

CAPVT XXX.

Πρὸς τὸς φάσκοντας ὑπ' ἀλλοτρίοις εἶναι τοὺς ἐν τῇ ἑτέρᾳ οἰκίᾳ ὄντας ἔφη τοὺς ἰδίους οὐ τοὺς κεκτημένους ἀλλὰ τοὺς πατρικοὺς τῶν ἐμῶν φίλων ἀγαθούς. Erasmus. *Cum quidam apud illos diceret, esse nonnullos alienae familiae, qui ipsi inuiderent, &c.* Ego malim, *alterius familiae*, non *alienae*. Certam enim gentem significat. Nam duae erant apud Lacedaemonios regiae familiae, earum altera ipsi infesta esse renuntiabatur. Puto Amanuensem pro sua libidine vocem mutasse, quod non infrequenter factum videas in optimis quibusque auctoribus.

Ex Anaxandrida. Qui se curant, non agros, agris & mancipiis locupletari.

CAPVT XXXI.

Percontanti cuidam, *cur Lacedaemonii Helotis (sic apud illos dicebantur, quorum conditio media erat inter seruos & ingenuos) committerent colendos agros? quoniam*, inquit, *non ipsorum caussa, sed nostra Helotas nostros comparauimus. Videlicet stultitiam illorum taxans, qui mancipia ad ostentationem aluntotiosa, & seruos otiosos, ac ministros voluptatum habere malunt, quam frugiferis operis occupatos.* Haec Erasmus. In Graecis longe alia & argutior sententia.

Πωσταιρόμου δὲ λιμῷ ἀλλοτρίοις εἰλωσι τὰς ἀρούρας ἐγχειρίζοντος, πῶς οὐκ αὐτοὶ ἐπιμελοῦνται, οὐ (ἔφη) δ' ἐκείνων ἐπιμελούμεθα ἀλλ' ἑαυτῶν, ὥστε ἐκτησάμεθα. Fieri potest, vt hallucinet, dicam tamen, quod mihi videatur. *Percontante vero quodam, cur seruis agros concrederent, ac non ipsi potius eorum curam gererent? quoniam*, inquit, *non illorum curam gerendo, sed nostram ipsorum hos comparauimus.* Indicans si agros curassent, ac non seipsos, non futurum fuisse, vt eos possiderent.

Aliud. Cur Spartani pericula in bello contemnant.

CAPVT XXXII.

Ἄλλο

Ἄλλη δὲ ἐρωτῶντος Ἀλφὴν ἐν τοῖς πολίμοις ἀπαρχὰς τῷ Ἐνυαλίῳ κινδυνεύσῃ, ὅτι ἵνα θεῖος ἐλεύθερον μιλιτοῦμεν, ἐκ ἀπειροι ἄλλου φόβου. Erasmus. *Alii cuiptam percontanti, quamobrem Spartani semet impauide obiicerent periculis, quoniam,* inquit, *pro vita timere consueuimus, non aliorum more expauescere.* Arbitror in Græcis vitium esse, & pro θεῖος legendum δειλοῖς, vt sit mens Apophthegmatis, Ideo Spartanos in bello pericula audacter subire, *quod exercitati sint, pro vita pugnare, non timere.* Nam *timere pro vita* nullum vitæ subsidium adfert, *acriter pugnare* periculum propulsat. Non dissimile illud Salustii verbum, *Semper in prælio is maximum est periculum, qui maxime timet. Audacia pro muro habetur.*

Aliud Antalcidæ. Erasmum alibi hoc ipsum habere rectius, quod alibi infelicius exut.

CAPVT XXXIII.

Ἀνταλκίδας ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυούμενος, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἱερέως εἰ δεινότερόν τι δεδρακὼς ἐν τῷ βίῳ, εἰ μὲν μικρὰ πέπραχται πιθανὸν, εἰ δὲ μεγάλα ἀνοσίοις εἶναι. Erasmus. *Antalcidas cum in Samothracia initiaretur, rogatus quid egregium patrasset in vita. Si quid,* inquit, *tale mihi peractum est, scient ipsi dii.* Existimans ineptum, commemoratione suorum gestorum se dijs commendare, quia siue prædicaret, siue sileret, nihilo minus nouerant. Nam apud sacerdotem poterat etiam falsa narrare. Sit hoc modestiæ exemplum, ac de Deo præclare sentientis. Vox δεινότερον multæ & variæ significationis est, sed puto tamen hoc potius *graue*, quam *egregium* interpretari licere. Hunc enim intellectum istius dicti mihi persuadeo. Sacerdotem interrogasse ex Antalcida, quid nam in vita grauissimum peccasset, vt post confessionem habitam lustratione expiaretur, quo sacris Samothraciis purus & integer initiari possit. Post exaratam istam annotationem incidi in linguam Erasmi, vbi per omnia mecum consentit, vt cuiuis potius rei, quam imperitiæ sit imputandum, si quid hic a Græcis dissentit.

Aliud Archidami Agesilai. In prælio non locus certus, sed occasio victoriæ quærenda est.

CAPVT XXXIV.

Ἐν δὲ τῷ πρὸς φίλιππον πολέμῳ συμβουλευόντων τινῶν ὅπη πόρρω τῆς οἰκίας τῷ μάχῃ σωφρονεῖν δεῖ, ἀλλ' ὁμαχεμβροι, χρείσσονες τῶν πελαμίων ἐσόμεθα. Erasmus. *In bello quod gerebatur cum Philippo, quibusdam suadentibus, vt procul a patria pugnaretur. Haud istud spectandum est,* inquit, *sed bene pugnantes hostibus erimus superiores. Significans non perinde referre, vbi confligas cum hoste, vt quam strennue se gerat dux aut miles in bello.* Recte Erasmus secundum Græca verba, sed existimo legendum pro ὁμαχεμβροι, ἐμαχεμβροι, hoc est, ὅπου, nimirum hoc sensu. Non curandum, num procul a domo, sed vt ibi prælium conferetur,

vbi vincerent, victoriæ opportunum locum, non longe dissitum a patria respectandum.

Aliud. Mortem pœnam esse minime sumtuosam.

CAPVT XXXV.

Θεκτάμενης καθ' ὑπόντιναὐτὸ θαυμάσαντῶν ἐφόρων, ἅπασι μειδιῶν, καὶ τὸν τῶν παρόντων ἐρωτήσαντος εἰ καὶ καταφρονεῖ τῶν τῆς σπάρτης νομίμων, ἔχειπεν, ἀλλὰ χάρημι ὅτι δεῖ μὴ τοῦ ζημίαν ἁλίσκεσθαι τοιαύτην παρ' ἑτέρου, ἐξ ὅτου διαρτήσομαι μηδὲ ἅτε δανεισάμενον. Hæc sic vertit Erasmus. *Thectamenes postea quam Ephori capitis sententiam in ipsum pronunciassent, abiit ridens, Regentibus qui aderant, an etiam contemneret leges Spartanorum? Nequaquam*, inquit, *quin gaudeo potius, quod hæc mihi mulcta soluenda est, cum eam nec indixerim cuiquam, nec a quoquam mutuo acceperim.* Hactenus Erasmus. Sed ego arbitror hunc sensum esse, Thectamenem respondere, non ideo se ridere, quod sibi leges Spartanæ pro ludibrio essent, sed quod talis ipsi mulcta soluenda esset, quam de suo posset dependere, a nemine ad eam rem vel mutua vel fœnebri pecunia accepta. Contemnens & irridens mortem quasi minime sumtuosam. Obiter, cum hæc scripsi, incidi in antiquissimum volumen Tusculanarum quæstionum, vbi istius Apophthegmatis Cicero mentionem facit. *Sed quid ego Socratem aut Theramenem vires virtutis & sapientiæ gloria insignes commemoro, cum Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum, mortem tantopere contemserit, vt cum ad eam duceretur damnatus ab Ephoris, & erat vultu hilariori, latoque, dixisset ei quidam inimicus, Contemnisne leges Lycurgi? respondit. Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit, quam sine mutuatione & sine versura possem dissoluere.*

Ex Apophthegmatis Socratis. Initium magnitudine paruum, efficacia maximum esse.

CAPVT XXXVI.

Dicebat *bene incipere non esse pusillum, sed inexta pusillum.* Græca sic habent. οὐ μέγα μικρὸν μὴ εἶναι, πᾶσα μικρὸν δέ. *Quod Laertii interpres ita reddidit*, Bene incipere paruum non esse, sed maximum. *Quanquam aliud exprimunt verba Socratis, sed sentit (ni fallor) bene incipere non esse quidem paruum, sed paruifieri.* Hactenus Erasmus. Quod si post tantos viros aliquid addiuinare liceret, libens dixerim, bene incipere non esse paruum, sed in re parua confici, vt hic sit intellectus: Bene incipere, esse rem arduam, licet in re parua versetur. Primordia enim respectu reliquæ vniuersitatis valde quidem minuta, sed tamen difficilima confectu, cum tota ratio sequentium inde suam originem trahat.

Aliud. *Diuinatio Socratis de sua morte.*

CAPVT XXXVII.

Cum

CVm in somnis ipsi quidam visus esset dicere:
ἅμα τι μὲν τρίτατῳ φθίνω ἐρίβωλον ἵκοιο
Ad Phthiam venies, simul ac lux tertia surget.

Æschini dixit, tertio die moriar, versum Homericum pro oraculo interpretans, idque euenit. Phthia *erat patria Achillis, & amici conati sunt persuadere Socrati, vt in Thessaliam fugeret, quod illic haberet bonos amicos.* Hactenus Erasmus, nec plura addit. Mihi autem operæ pretium videtur, si caussam dixero, cur inde mortis præsagium collegerit. φθία deduci videtur ἀπὸ τοῦ φθίνω, quod est *tabesio, & corrumpor. Phthiam* ergo pro *sepulcro* interpretatus est, vbi cadauera putrefiunt.

Aliud. *Diogenis Apophthegma. Quid sit excidere.*

CAPVT XXXVIII.

SEruum fugitiuum videns ad puteum sedentem, vide, *inquit*, adulescens ne excidas. *Ambiguo ludens verbo. Nam* excidit *qui in puteum cadit, & ἐκπίπτει, id est*, excidit, *qui de loco pellitur. Arbitror autem, puteos olim fuisse sacros, & ab his non fuisse fas quenquam vi detrahere, quemadmodum e templis aut statua principis.* Non dubito, quin Erasmus magnis rationibus nitatur. Mihi tamen hæc sententia non parum arridet, videlicet Diogenem sub specie admonendi, vt caueret adulescens, ne in puteum excideret, obscure illi obiecisse fugæ consilium. Nam ἐκπίπτειν etiam is dicitur *qui elabitur & effugit.*

Aliud eiusdem. *De symbolis & symbolorum præfecto.*

CAPVT XXXIX.

CVm aliquando stipem posceret, ita ἐρανάρχην, id est, *qui stipitibus erogandis erat præfectas, Homerico carmine compellauit.*

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ' ἀπὸ δ' ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

Despolia reliquos, teneas sed ab Hectore dextram.

Dicti festiuitas in hoc est, quod pro ἐρανίζε *dixit* ἐνάριζε, *quorum prius est*, da stipem, *alterum*, armis spolia, *se Hectoris nomine signans. Spoliat autem qui negat egenti, & solet hoc hominum genus esse furax.* Hactenus Erasmus. Inter genera conuiuiorum ἔρανον quoque est, vbi de symbolis comeditur. Is autem qui illis colligendis præest, ἐρανάρχης dicitur, qualis est Chærea in Eunucho Terentiana. Cum igitur *Symbolum* a Diogene peteret, Homerico versu repulsus fuit. Non enim hæc Diogenes petit *stipem*, sed ab ipso petitur.

Ex Ciceronis Apophthegmatis. Alia tempora aliam rationem bellandi quærere.

CAPVT XL.

POmpeio vitio dabat, quod ciuitate deserta Themistoclem potius, quam Periclem, fuisset imitatus, cum illis res nequaquam pares

essent. Themistocles enim fugit ad Persas, Pericles mansit Athenis. Mihi videtur & alia αἰπολογία adduci posse. Themistocles enim ciuibus in naues impositis, vrbem vacuam hosti reliquit, atque hac in parte Pompeius similis Themistoclis, quod deserta Roma transmarinas regiones petierat. Pericles contra vrbem summa vi tutatus sit, eo quod illam cum suis classibus incolumem, facile putabat agrum amissum recuperare posse, vt abunde docetur a Thucydide. Volebat autem Cicero, Pompeium potius institutis Periclis, quam Themistoclis vti in bello ciuili.

Aliud. Adrastum appellari, qui generos habet exsules.

CAPVT XLI.

M. *Aquilium duos habentem generos, sed ambos exsules, Adrastum appellauit*, quod solus locum tueretur, alludens ad Græcam nominis etymologiam. Nescio anne ista sit iustior caussa, ideo M. Aquilium appellari *Adrastum*, quod vt *Adrastus* duos habuit generos exsules Tydeum & Polynicem, ita quoque ipse duos generos relegatos haberet.

Ex Cyro. Quid sit ἀγρὸς.

CAPVT XLII.

HOrtabatur insuper, *vt viros ad se mitterent, pollicens se peditibus daturum equos, equitibus currus, agrum possidentibus se daturum vicos, vicos qui haberet se futurum vrbium dominos*. Recte Erasmus. Sed tamen ἀγρὸν, quod Erasmus *agrum* vertit, posset & non sine venustate *villa* dici, vt in hac Epiploce ex cognato genere multiplicatio insurgat, nimirum vt ris, qui haberent villas, vicos se daturum, qui vicos, vrbes. Ita Lucæ 14. ἀγρὸν ἠγόρασα, & ἔχω ἀναγκὴν ἐξελθεῖν, & ἰδεῖν αὐτόν.

Ex Themistocle. Optimus interpres alicubi infelicius vertit.

CAPVT XLIII.

ADimantus abhorrens a pugna nauali, ad Themistoclem, qui Græcos huc adhortaretur incitaretque, ita locutus est. *O Themistocles, qui in certaminibus ante alios prosiliunt, mos est flagris cædere. Cui Themistocles. Sic est Adimante, vt dicis, sed nec eos qui se subducunt, coronant*. Hactenus Erasmus. Quod in Apophthegmatis datur *Adimanto*, hoc in vita Themistoclis attribuitur *Eurybiadi*. Ceterum in hoc verbo, *subducentes*, non admodum feliciter tractata est translatio, in Græcis Apophtheg. sic habetur. τὰς δὲ λειποψύχους & στεφανοῦσιν, in vita Themistoclis. ἀλλ' οὐ τὰς λιποψύχους & στεφανοῦσιν. Est enim antithesis, inter moratoré, & ante alios e carceribus præsilientem flagellari scilicet, qui ante alios prosiliunt, ceterum nec illos tamen coronari, qui a tergo relinquuntur.

Ex Alcibiade. Erasmi librarios sæpe peccauisse.

CAPVT XLIV.

Imbu-

Mbutus Philosophiæ præceptis, voluptates atque artes indecoras aspernatus est, disciplinas liberales semper amplectebatur. Lyram hoc argumento reiiciebat, quod vocem hominis imitaretur. Ex quo colligere licet, olim lyra qui canebant, simul & voce cecinisse. *Plectrum, quod habitum, formamque liberalem immutaret in illiberalem.* Ingessit ille error in istis verbis obortus est (vt arbitror) amanuensis culpa, qui interlita verba Erasmi, & crebris superscriptionibus sinuosa, cum nec legeret nec intelligeret, pro lib. d ne animi sententiam effinxit, Verba Græca sic habent.

Επὶ ᾧ δὲ τὸ μανθάνειν ἦκε, τοῖς μὲν ἄλλοις ὑπήκουε διδασκάλοις, τὸν δ' αὐλὸν ἐφύγετο ὡς ἀγενὲς καὶ αὐλοδούλειον, πλῆκτρα μὲν & λύρας ἐχούσῃ, χεῖρι δ' ἁρμοττούσῃ τὸ μορφῆς ἐλευθερίου περιποιεῖν. Διαφθείρειν, αὐλοὺς δ' φασὶν τοὺς πάνυ τοὺς τότε, καὶ συνιόντας ἐν μέσῃ διηγεῖσθαι τὸ εὐφυὲς. ἐν δὲ τῷ μὲν λύρᾳ τὸ χρώμενον σωφρονίζεσθαι καὶ σωφρονεῖν, τὸν δ' αὐλὸν ἐπισπᾶσθαι. κ' ἀποφαίνειν ἐκεῖνα τῷ τε φωνὴν & τὸν λόγον ἀπομιμούμενον Hoc est: *Post quam se ad disciplinas contulit, alia quidem oblectabatur magistris, tibia autem canere refugiebat, vt ignobile & illiberale. Plectri enim & citharæ vsum, nihil neq; ex habitu, neq; ex forma ingenio digna deprauare. Contra vultum eius qui ore tibias inflat, vix etiam a familiaribus agnoscere: citharam præterea cũ citharædo colloqui, & concinere. Tibiam e diuerso os occludere, & vnusquisq; vocem & sermonem interseperе.*

Ex Aristide. Collegæ tamen si inter se offensos, in Reipub. foris administranda consentire debere.

CAPVT XLV.

Erat illi simul as cum Themistocle, huic cum delectus esset collega ad peragendam legationem. Vis, inquit, o Themistocles, vt in his montibus simultatem deponamus? nam si videbitur, reuersi illam resumemus. Nescio, an commodius verti potuerit non *his montibus*, sed *hoc finibus*, vt indicet, antequam exeant fines patrios, simultatẽ esse deponendam, quo liberi a mutuo odio, rectius peregre sine offensa aut occursatione Rempubl. administrent. Græce est: Βούλει (φησὶν) ὦ Θεμιστόκλεις ἐπὶ τοῖσδε τοῖς ὄχθοις διάλυσιν ποιῶμεν.

Hæc ideo a me occupata sunt candidissime lector, vt violentiori ingenio & effrenatioris maledicentiæ materiã subducerẽ, cũ multis spinis id agere compertũ habeã. Nec dubito, quin multos offensos iratosq; habiturus sim qui ægre ferunt vllũ genus patrocinii Erasmo ab aliquo accõmodari. Ego omnibus ingeniis mire faueo, atq; aliũ ab alio eruditionis copia puerti exopto, sed in victoria modestiã requiro. Aliud n. est ἐλέγχος, aliud est ὀδιῦ. Refutare, est meliora docere. Conuitiis debacchari, est maledicentiorem sese ostendere. Quotidie & accusatur & defenditur Cicero super hoc verbo, *Entelechia*. Nemo tutus est a morsibus, vbi malignioré habuerit interpretẽ. Quamobrẽ a lectore candidiori peteẽdum, vt vbi incogitantior, aut minus circunspectus fuit aliqs scriptor, potius

multas eius viri dotes, plurimaque in literis merita, quam vnam aut alteram offensam aut maculam in oculis habeat.

LIBER NONVS.

Ex Cicerone loci quidam obscuri explicati.

CAPVT I.

NIhil statueram amplius addere meis Miscellaneis, aut saltem si quid superfuisset, id reseruare in secundum volumen. Verum vbi mihi ex Italia superuenisset, cum literis Angeli Papii Romæ in capitolio Iurisprudentiam cum summa laude omniumque admiratione profitentis, carissimus omnium quotquot habui discipulos Henricus a Wesa, Episcopi Constantiensis e sorore nepos, qui partim sub Alciato, partim sub Socino lauream Iurisprudentiæ emeruit, inuenis prudentia & humanitate fere sine exemplo ꝓditus, rerum mearū vnicum ꝓsidium, & in quo solo omnem spem meam collocaui, quam alibi fallacem, hic firmā & certam esse scio, isq; me super quibusdam locis in Cicerone consuluisset, visum est illi, vt quod disputando inter nos conuenerat, pro auctario Miscellaneis istis adiicerem. Sunt autem illa huiusmodi.

Quid sit Sectio. Ex Ciceronis lib. 1. de Inuentione.

CAPVT II.

CIceronis de elidenda vi enumerationis hæc verba sunt: *Quoniam habes istum equum, aut emeris oportet, aut hereditate possideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus sit, aut, si horum nihil est, furripueris necesse est. Sed neq; emisti, neq; hereditate venit, neq; domi natus est, neq; donatus est. Necesse est ergo furripuerit. Hoc commode reprehenditur. si dici possit ex hostibus equum esse captum, cuius præda sectione venerit.* Hactenus Cic. Videtur mihi hic sectio longe alia significatione dicta esse, quam adhuc ab aliquo Grammatico sit annotatum. Referemus igitur Asconii sententiā, in quam vere omnes pedibus animisq; concedunt. *Sectores* (inquit) *sunt dicti, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionabantur, proq; his pecunias ponebant singulis, ac in posterū pro compendio singula quaq; pecunia venditurī.* Ego pro, semel auctionabantur, existimo intelligendum, simul auctionabantur, vt bona damnatorum intelligas, non singulatim per partes, sed in vniuersum simul emta fuisse. Verum secundum hunc significatum sectionis bona erat enumeratio, ac omnibus suis partibus instructa, cum sectio videatur esse species emtionis. Quid igitur omissum est in enumeratione vt tanquam imperfecta & aliquo membro deficiens a Cicerone reiceretur. Meam tamen ratiocinationem oppugnat Varro libro de re rustica secundo. *In emtionibus*, inquit, *dominum legitimum, sex fere res perficiunt, si hereditatem iustam adit, si, vt debuit, mancipio ab eo accepit, a quo iure emi potuit,*

potuit, aut si in iure cessit, cui potuit cedere, & id vbi oportuit, aut si vsucepit, aut si e præda sub corona emit, tum ve, cum in bonis sectione ve cuius publica venit. Vbi haud dubie emtionem rerum mancipi, emtionem hostilis prædæ, & sectionem, natura diuersas, & quasi non congeneres constituit. Ego (me hercle) vt nihil affirmo, ita quoq; videndum reor, num sectio id sit aliquando quod Græcis ἀνάδωσις, cum præda hostilis inter milites secatur, hoc est, diuiditur. Certe Sextus Pompeius lib. 17. vtramque etymologiam ponit. *Sectores*, inquit, *& qui secant dicuntur, & qui emta sua persequuntur.* Vt vt est, admirandum certe est, cur vterq; auctor, cum in transferendo dominio pretium interueniat, quod in sectione eam rem emtionem haberi noluerit, credoq; illos seruiisse formulis vetustis, quibus olim actiones concipiebantur. Id quoq, non omittendum, sectorē interdum etiam venditorem significare. Lucanus. *Sectorq; fauorit ipse sui populus.* Cum indicaret, plebem sua suffragia pretio candidatis addicere. Arbitrorque inde eam significationem increbuisse, quod sectores primum bona damnatorum simul emant, postea particulatim diuendant, vtiidem vices personasq; & emtorum & venditorum sustineant.

Ex Ciceronis Epistolis. Quid sint Lecythi.

CAPVT III.

LOnge alia significatio est ληκύθου apud Plinium & Ciceronem, quam ab interpretibus, qui Græca vocabula eorum verborum exposuerunt, tradita est. Sed operæ pretium est, vt primum vtriusque auctoris verba subiiciam. Cicero ad Atticum epistola nona, *Quid multa? totum hunc locum, quem in Aristocratia ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, solco pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους) valde grauiter pertexuit.* Hæc interpres ληκύθους inquit, *copiam dicendi vniformem, & fortasse alludit ad illud Aristophanis ληκύθιον ἀπόλεσεν.* Hactenus ille. Certum est, Aristophanem eo verbo Euripidi obiicere ὁμοιόπτωτα in suis prologis, quod eos semper eodem modo inciperet, iisdemq; commatis, & numeris temperaret. Ceterum nihil istud ad præsentem Ciceronis locum, cur ille enim sibi pro laude vsurparet quod alteri pro vitiis obiectum fuit? Addam nunc Pliniana verba, ea sunt in secunda epistola libri primi.

Nec materia ipsa huic (vereor ne improbe dicam) æmulationi repugnauit. Erat enim prope tota in contentione dicendi, quod me longa desidia indormientem excitauit, si modo is sum, qui excitari possum, non tamen omnino Marci nostri ληκύθους fugimus, quoties paulum itinere decedere non intempestiuis amœnitatibus admonebamur. Acres enim esse, non tristes volebamus. Hic enarrator dictionum Plinianarum ληκύθους lucubrationes interpretatur, quod multo minus, quam illud superius arridet. Opinorque Plinium

& item Ciceronem per ληκύθους locos communes intelligere, quibus orationem quasi picturatã reddis additis topographiis, ethologiis, Chreſterismis, aliisque figuris, quæ moratam & florentem efficiunt dictionem, & quasi colorem addunt rebus. Videtur enim Plinius contentioni dicendi hos lecythos opponere Est enim λήκυθος inter cetera significata, vas vnguentarium. Iam metaphoricῶς, vt corpora nitent & fragrant ex vnguento, ita squalor & triſtitia orationis huiuſmodi amœnitatibus locorum ſchematumque recreatur.

Quid ſit prævaricatio, quid prævaricator. Ex Partitionibus Ciceronis. De tractatu definitionis.

CAPVT IV.

NOn enim argumentando hoc genus tractatur, ſed tanquam explicando excutiendoq; verbo, Vt, ſi in reo pecunia abſoluto, rurſuſq; reuocato, prævaricationem accuſator eſſe definiat, omnem iudicii corruptelam ab reo, defenſor autem non omnẽ, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo. Sit ergo hæc contentio prima verborum, in qua etiamſi propius accedat ad conſuetudinẽ mentemq; ſermonis defenſoris definitio, tamen accuſatoris ſententia legis nititur. Negat enim probari oportere, eos qui leges ſcripſerunt, ratũ habere iudicium, ſi totum corruptũ ſit, ſi vnus accuſator corruptus ſit, reſcindere. Ita enim verba diſtinguenda ſunt, nam hoc ſenſus exigit, nec auctoritas exemplarium inter ſe prauè conſentientiũ, magni habenda eſt, nititur æquitate, vt illa quaſi ſcribenda lex ſic eſſet, quæque tamen complecterentur in iudiciis corruptis, ea vno verbo prævaricationis comprehendiſſe dicitur. Quorum verborum hic intellectus eſt, vt ſubueniamus rudiorum imperitiæ. Lex eſt iudicium in eum, qui per prævaricationem abſolutus eſt, iterum dabo: quidam reus iudices corrupit, non accuſatorem, reuocatur ad eandem cauſſam dicendam negat ſe repeti debere ex veteri crimine, id enim licere, vbi prævaricatio verſata eſſet, prævaricationem autem eſſe, cum accuſator corrumpitur, id autem ſe non feciſſe, qui iudices corruperit, non accuſatorem. Non igitur æquum eſſe, ſe iterum de eodem crimine reum fieri. Accuſator per argumentum a minori ad maius oſtendit, illum denuo poſſe accuſari. Si enim ob vnum accuſatorem corruptum renouatur actio, multo magis renouabitur, ſi omnes iudices corrupti fuerint. Sed hinc vtcunque eluctari licuit, quæ ſequuntur, miram habent obſcuritatem. Defenſor autem teſtatur conſuetudinem ſermonis, verbique vim ex contrario reperiet, quaſi ex vero accuſatore, cui contrarium eſt nomen prævaricationis, quorum verborum hæc eſt ſententia, Si vero accuſatori opponitur falſus accuſator, qui prævaricator dicitur (eſt enim is, qui ſe ſimulat accuſatorem, ſed ex fide crimen

men non instruit) non potest fieri, prævaricationis ibi hærere nomen, vbi accusator corruptus non est, ergo vbi iudices corrupti sunt, quia prævaricatio abest, hoc crimen locum non habere, ex contrariis argumento deducto. Contraria enim verus accusator & prævaricator. Subdit deinde ex consequentibus, quod ea litera de accusatore soleat dari iudici. Quid hic sit litera, duplici interpretatione exponit Strabæus, vir mulæ sedulitatis, & reconditæ eruditionis. *Natum est*, inquit, *tabellas, in quibus literas aut absolutionis, vt A, aut damnationis, vt C. aut ampliationis, vt N L. solitas dari, iudicibus, quarum missione in vrnam, sententia colligebantur. An non significat eiusmodi literam, sed eam, qua calumniatoribus affigebatur, illam dicit accusatoribus inimicam in oratione pro Sexto Roscio. Si ego hos bene noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis, vt etiam omnes oderitis, ita vehementer ad caput figent, vt postea neminem, nisi fortunas vestras accusare possitis. Hæc imprimebatur fronti, ignominiæ signum*, Hactenus Strabæus. Latomus & excellentis ingenii & eloquentiæ, priorem sententiam, quasi suo calculo approbat, posteriorem tetinquit, sine refutatione, sine suffragatione. Cuius hæc verba sunt: *Item ex consequentibus, quod in prævaricationis iudicio litera ad condemnandum, absoluendum, ampliandum reum dari soleat iudici, non de iudicio corrupto, sed de accusatore iudicando.* Hæc ille. Cum istiusmodi literæ de omni reo dari soleant, non solum in causa prævaricationis, frigidum est argumentum a consequentibus, quod omnibus actionibus est commune. Strabæi secunda sententia ab ipsis Ciceronis verbis oppugnari videtur. Sic enim inquit Cicero, quod ea litera de accusatore soleat dari iudici, quomodo ergo affigitur reo, qde accusatore iudici, datur? Quid me impulerit, vt a clarissimis viris dissentire planum feci, nunc quid mihi videatur declarabo. Ego per hanc literam nihil intelligo, nisi libellum accusatorium, hoc intellectu, quando prævaricationis crimen intenditur, libellus dari solet, non in iudices, sed in accusatorem, qui cum reo collusit, ergo quia in tali crimine rei fiunt simulati & supposititii accusatores, notũ est exeo, quod post tale crimen sequitur, nimirum datio libelli de accusatore corrupto causam prævaricationis nihil eum alligare, qui accusatorem non corrupit. γραφὴ certe vocant Attici nomen actionis de publico crimine, id, si etymologiam sequeris, literam interpretari licet. Est enim eiusdem originationis cum grammate & Grammatica, quam nonnulli literaturam vocant. Græcis certe γράφειν est accusare, præsertim in publicis iudiciis, etiam Latini verbum scribere ad eundem modum vsurpant Terentius: *Dicam tibi scribam grandem.* Et Martialis in præfatione libri primi: *Absit a iocorum nostrorum simplicitate malignus, nec epigrammata mea scribat.* Est igitur litera libellus

accusatorius, qui de corrupto accusatore iudici porrigitur. Ex cuius consuetudine prævaricationē interpretatur solum modo pertinere ad eum, qui accusatoris fidem nummis vitiauerit,

De memorabili controuersia Vlpiani, Pomponii & Seruii, in definiendis his seruitutibus, Itinere, Actu, Via.

CAPVT V.

MIre inter se collidunt in definiendis his seruitutibus, itinere, actu, & via, Vlpianus, Pomponius, & Seruius Honoratus. Vlpianus. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. *Iter*, inquit, *est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumenti agendi, vel vehiculi.* Ex quibus verbis existimares, illum itineri itionem, actui agendi iumenti potestatem, viæ vehiculi ducendi ius tanquam propria & peculiaria assignare, nisi sequentia reclamarent, vbi inquit. *Actus est ius agendi vel iumenti vel vehiculi.* Itaq; qui iter habet, actum non habet, qui actum habet, iter habet, eoque vti potest & sine iumento. Quæ definitio aut plenioris aut paris iuris est, cum illa ipsa, quæ statim ab eo additur viæ. *Via enim*, inquit, *est ius eundi, agendi & ambulandi*, nisi enim sub vocabulo *agendi* intelligas has voces, quæ in definitione actus præcesserunt, vel vehiculum vel iumentum, minus habet via, quam actus. Si subintelligas, paris ambæ sunt momenti. Nam ambulatio, quod est tertium membrum, sub itinere comprehenditur. Nihil differt ire & ambulare, nisi quatenus imus ob negotia persequenda. ambulamus ad voluptatem vel sanitatem, nec pergimus semper vlterius, sed incessum subinde reflectimus, sibiq; Vlpianus in ista definitione constat, titulo codē, l. Qui sella. Qui actū habet, & plaustrū ducere, & iumēta agere potest. Pomponius vero. ff. de seruitutibus. l. Si tā augusti loci, euidentibus limitib. hæc tria distinguit, *Si tam angusti* (inquit) *loci demonstratione facta, via concessa fuerit, vt neque vehiculum, neq; iumentum ea ire possit, iter magis quam via, aut actus acquisitus videtur. Sed si iumentum per eam duci poterit, non etiam vehiculum, actus videtur acquisitus.* Hactenus Pomponius. Vbi disertis verbis ducendi vehiculi ius actui derogat, & viæ vt proprium reseruat. Pro Pomponio est ipsa etymologia vocabuli Via enim vehia dicta est, quod ea vectari & commeare vehicula solent, vt actus ab agendis pecoribus nomen habere videtur. Ceterum spatia, quæ debeantur itineri, actui & viæ, apud eos descripta non sunt. Seruius autem Honoratus ita eos dimetitur. *Semita*, inquit, *est semis viæ. Via vero actus dimidius, qua potest ire vehiculum. Nam actus duo carpēta capit, propter euntium & venientium vehiculorum occursum.*

Quid sit iudicium recuperatorium. Quid in iure versari. Quid subscribere. Ex 2. lib Ciceronis, de inuentione.

CAPVT VII.

Locus

LOcus est apud Ciceronem libro secũdo de Inuentione, si quis vspiam, difficultate implicatissimus: *Exẽplum*, inquit, *translationis in caussa nobis positum sit huiusmodi, Quum ad vim faciendam quidam armati venissent, armatis contra praetore fuerunt, & cuidam equiti Romano quidam ex armatis resistenti gladio manum praecidit. Agit is cui manus praecisa est iniuriarum, postulat is, qui cum agitur a praetore exceptionem, extra quam in reum capitis praeiudicium fiat. Hoc is qui agit iudicium purum postulat, ille qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere. Quaeritur est, excipiendum sit, an non? Ratio. Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii, de quo inter sicarios quaeritur, praeiudicium fieri. Infirmatio rationis. Eiusmodi sunt iniuriae, vt de his indignum sit, non primo quoque tempore iudicari. Iudicatio, atrocitas iniuriarum satisne causse sit, quare dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, praeiudicetur.* Hactenus Cicero. Nunc tentanda omnia, vt aliquid de tam crassis opacisque tenebris detrahamus. Solent litigaturi prius seorsum, & vt sic dicam, in plano ipsum praetorem conuenire, quod est in ius ambulare, ibique petitor allegatis caussis certam formulam actionis petere, qua litem suam persequatur. Reus vero contraniti, ne talis actio illi concedatur, atque interim postulare, certam sibi exceptionem ad caussæ suæ defensionem, quæ concertatio in iure dicebatur fieri, non in iudicio. Assignata enim huic actione, illi exceptione, lis ad tribunalia, hoc est, ad iudicium deducebatur. Quod ex verbis superioribus Ciceronis patet, quibus translationem ait potissimum in iure versari, atque id ita se habere etiam ex Aulo Gellio colligas, libro septimo, capite primo. *Et quodam die* (inquit) *ius in castris sedens dicebat, atque ex eo loco id oppidum procul videbatur. Tum e militibus, qui in iure apud illum stabant, interrogauit quispiam ex more, in quem diem, locumque vadimonium promitti iuberet? Et Scipio manum ad ipsam oppidi, quod obsidebatur, arcem protendens, perendie* (inquit) *se sistant illo in loco, atque ita factum est, die tertio, in quem vadari iusserat, oppidum captum est, eodem die in arce eius oppidi ius dixit.* Ex his verbis liquet, non eodem in loco in iure versari, & iudicium dari solere, & dum in iure versantur, arma illos a Praetore accipere, quibus ad tribunalia ad victoriam caussæ decertent. Hoc quoque huc factum est, inter grassatores, alter enim actionem, alter exceptionem sibi dari postulat. Nunc reliqua verba expendamus. Vult læsus habere liberam actionem iniuriarum, vt & pœnam & damnum quo ordine velit, persequatur: reus contra eam limitatam esse cupit, vt prius ad damni recuperationem agat, omissa interim actione cædis: accusator vicissim iudicium purum sibi postulat, hoc est, actionem non inquinatam vlla exceptione. Adiungit reus rationem suis postulatis, non oportere in iudicio recuperatorio eius maleficii, de quo inter sicarios quæritur, præiu-

dicium fieri, id est, primo loco de cæde cognosci in recuperatorio iudicio. Iam nobis declarandum est, quid sit recuperatorium iudicium. Est autem illud, quo quid nobis debetur, persequimur, teste Theophilo qui in Institutionum, titulo. Quibus ex causis manumittere non licet. Hæc verba adfert. *Tempore conuentus* (inquit) *ad lites dirimendas, multos Romani constituebant iudices, qui res recuperatores dicebantur, quia per eos vnusquisque debitum recipiebat.* Hactenus ille. Recuperatorium autem iudicium maxime inductum est opera Ælii Galli, de quo edictum perpetuum ita loquitur. *Quanti ea res erit, tanæ pecuniæ recuperatorium iudicium dabo.* Adhibebantur ergo tres plerumque recuperatores a Prætore, hoc est, æstimatores damni illati, vt videre licet in Verrinis Ciceronis. Et quia hæc actio duo capita habet, alterum damni dati, alterum iniuriæ factæ. Primo loco vult actor, iudicium fieri de cæde, non de damno, vt quam primum ad caput rei perueniat, eiusque supplicio perfruatur. Opponit autem reus solemnia recuperatorii iudicii, non enim solere prius de iniuria, quam de damno inquiri. Pendente igitur iudicio damni, liber est a periculo capitis reus, & ex tempore & mora aliquam aufugiendi sperat, mutato, vt fieri solet, iudice, aut alia oborta causa, quæ accusationem eludere possit. Conflictatio igitur ista tota est de ordine capitum istius actionis. Iam quod sequitur, multum quoque obscuritatis habet, sed tamen non parum, superiorum rerum interpretatione elucidatum. Atrocitas iniuriarum satis ne causæ sit, quare dum de caude dicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit præiudicetur, id est, An atrocitas iniuriarum satis ne causæ sit, vt dum de iniuria agitur, de maiori scelere prius iudicium fiat, quod causam dedit, cur in ius iretur. Actionem autem iniuriarum etiam damni significationem habere, & non solum contumeliæ, testantur Instit. Imperatoriæ. *Generaliter*, inquit, *iniuria dicitur omne, quod non iure fit. Specialiter alias contumelia, qua a contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant, alias culpa, quam ἀδίκημα vocant.* Non est igitur mirum, duo esse membra istius actionis, & actorem velle agi prius de cæde, quam de damno, reum contra damni actionem prætire cupere, interim se, si nihil aliud, vel morarum temporis lucraturum. Hæc mea est diuinatio, quam libes depoluero, simulatque alii compertius aliquid in medium protulerint. Cœlius Calcagninus in secundo Quæritionum, hunc locum attigit, sed lucem tamen quam in Victorino desiderabat, tantis tenebris ipse non inuexit. Libet hic aliquando altius recurrere. Habet Cicero & alterum exemplum status translatiui, neque id admodum facile. *In quodam*, inquit, *iudicio, quum venefici cuiusdam nomen delatum esset, & quia parricidii causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum, quum in accusatione alia quædam crimina testibus & argumentis confirmarentur, parricidii autem mentio fere nullo modo*

modo facta esset. Defensor in hoc ipso multum oportet vt diu consistat, quum de nece patris nihil demonstratum sit, indignum facinus esse, ea pœna afficere eum, qua parricidæ afficiuntur. Id autem si damnaretur, fieri necesse esse, quoniam & ea caussa subscripta, & ea re nomen extra ordinem acceptum esset. Ea igitur pœna si afficit reum non oporteat, damnari quoque non oportere, quoniam ea pœna damnationem necessario consequatur. Hic defensor pœna commutatione ex translatitio genere inducendo, totam insumabit accusationem. Hactenus Cicero. Antequam aliquem reum facere posses, necesse erat eius nomen ad iudicem deferre, in cuius potestate erat, delatum vel inter reos constituere, vel accusatorem cum omni suo conatu reiicere. Adrianus Cardinalis ita censet, subscribere causæ, esse accusatorum, cum nomen suum in accusando profitetur, subscribere caussam esse iudicum, cum caussam adscribunt, curquis sit reus factus. Ita Cicero in bello Catilinario noluit Crassi nomen inter coniuratos referre. Atrocitas igitur parricidii fecit, vt & nomen delati inter reos acceptum sit, idque extra ordinem, hoc est, vt comperendinationes, aliaque solemnia iuris huiusmodi in eo accusando seruata non sint, sed vt quam primum de ea caussa cognosceretur. Iam in libello accusatorio titulus criminis adscribendus erat, quod hic subscribere dicitur, & secundum eum damnatio tanquam ad scopum dirigenda. Non enim alia pœna, quam quæ actionis erat, olim infligi poterat. Accusatus igitur parricidii, ab eo crimine purus, sed aliis obnoxius, quia in eo crimine reus non peragitur, quod aduersus ipsum institutum erat, pœna alterius criminis, de quo nulla subscriptio facta esset, plecti non debebat. Pro corollario id quoque adiiciemus. Extra ordinem apud Ciceronem pro A. Cluentio habito, ita capi, vt significet, supra ordinem, hoc est, supra ceteros sui ordinis. Loquitur enim de Staleno, qui plus nummorum ex sordibus, quam reliqui corrupti iudices acceperat, vtpote interpres & proxeneta eius corruptionis. Nam fuisse hunc hominum sermonem recordari potestis Cethegum, quod hominem odisset, & quod eius improbitatem versari in Repub. nollet, & quod videret eum, qui se ab reo pecuniam, cum iudex esset, etiam & extra ordinem accepisse confessus esset, saluum esse non posse, &c. Ita ff. mandati. L. 7. *Salarium procuratori constitutum, si extra ordinem præstiterit, considerandum erit, an laborem remunerare voluerit, atque ideo fidem habere placitis oporteat. An in euentum litium contra bonos mores procuratorem redemerit.* Nisi velis hic extra ordinem, hoc est, supra ordinatum accipere.

Quid sit Sortiri dicas, contra vulgatam opinionem. Ex Verrinis actionibus.

CAPVT VII.

NIsi recte intelligatur quid sit Sortiri dicas, nulla ratione euolues quæda loca in quarto Verrinarū. Budęus in suis græcolatinis

commentariis, *Dicas sortiri* idem esse vult, quod *causas sortiri*. Sic enim ait. *Sortes a iudicibus educebantur, & quæ prima dica ex urna exierat, prima agebatur.* Vnde illud Vergilianum.

Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.

Et illud Satyrici.

Improbæ quamuis Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam. Cic. in Verrem. *Deinde ceteras dicas omnes ille foro M. Postumius Quæstor sortitus est, hanc tu illo conuentu reperiere sortitus.* Alibi. *Aduenit dies, quo die ex instituto dicas sortiturum edixerat.* Hactenus Budæus, qui diligenter quidem hunc locum tractauit, sed tamen scopum mihi attingere non videtur, aut saltem non eam lucem addere, quæ tantis tenebris debebatur. Quid autem sit *Sortiri* iudicet, satis liquet ex Asconio Pæd. nimirum quando prætor non ex arbitrio iudices constituit, sed sorte ducit. Ego autem in ea opinione sum, *Sortiri dicas* hoc in loco, & *sortiri iudices* idem esse, nec vel pilo differre. Id vbi planum fecero, intelliget iuuentus me non sine causa a Budæo dissensisse, cuius auctoritatem, vt maximi facio, atque veneror, ob eruditionem (vt sic dicam) Heroicam plane, & indefatigabilem scrutandi solertiam: ita illam veritati non antepono. Ciceronis verba sunt in quarto Verrinarum: *Scribitur Heraclio dica, interea dies aduenit, quo se ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat, paratus ad hanc dicam sortiendam venerat, tum eum docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quod lex Rupilia vetaret diebus 30. sortiri dicam, quibus scripta esset, dies triginta nondum fuerant.* Subsistendum hic aliquantulum in expendendis verbis Ciceronis, vt sequentia rectius intelligamus. denuntiata fuit lis Heraclio, addita quoque dies, ad quam se iudicio sisteret, ac responderet. *Interea* (inquit Cicero) *dies aduenit, quo die se ex instituto & L. Rupilia dicas sortiturum edixerat.* Si dies agendæ causæ vila est Prætori aduenisse, cur quæso, sortem de causa suo ordine introducenda in vrnam coniiceret, quæ tum demum agi posset, quum vices temporum, & tenor seriei illum in iudicium venire paterentur? Atqui Verres hic statim ad iudices dandos paratus erat, non ad causam (pro interpretatione Budæi) sorriendam, properabat intra tempus prætoræ suæ hoc iudicium includere, quod vix possibile erat in tam breui spatio. nam iam ad finem decurrebat prætura, nisi in primis sors illius causæ exisset. Sed pergamus ad sequentia, vbi certiori fundamento nitemur. *Iste omnibus iudiciis diem distulit, vt hunc Heraclii dicam sortiri post dies triginta ex lege posset.* Hæc iam plane vides, ordinem admittendarum causarum in potestate Prætoris fuisse, nec de sorte pependisse, quum Prætor omnibus iudiciis diem distulerit, & vadimonia procrastinatus sit, vt nihil huic causæ Heraclii antecederet. Sed pergamus vlterius. *Postea quam ea dies venit, incipit iste simulare se velle sortiri, Heraclius cum*

cum aduocatis adit. Iam hinc quoq; apparet, Heraclium tanquam iam ad caussam dicendam patronos sibi circumposuisse, quod non opus esset, si de ordine caussæ sortiendum fuisset, sed ne hæc quoque pedem figamus. *Et postulat, vt sibi cum Palestritis, hoc est, populo Syracusano æquo iure disceptare liceat, Aduersarii postulant, vt in eam rem iudices dentur ex his ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent, electi qui Verri viderentur. Heraclius contra, vt iudices e lege Rupilia dentur, & cetera.* Vides inter partes concertari, non de ordine litis, quæ iam iudicanda erat, sed de iudicibus constituendis. Sed & vlterius promoueamus pedem, vt omnem dubitationem abscindamus. *Negauit se iudices e lege Rupilia sortiturum.* Quod toties dixit, *dicas sortiturum*, id nunc *iudices sortiturum* appellauit. Quod si sors fuisset de ordine caussarum, id reus qui mora elabi ex prætoris manibus cupiebat, omnibus modis postulasset, neque tantam iniuriam omissæ sortis tacitus pertulisset. Sed obsecro lector, intentos oculos habeas, nam quod nunc dicit, *Iudices sortiri*, statim *dicas sortiri* dicet, sic enim inquit. *Iste postero die mane, cum multo maturius, quam vnquam antea surrexisset, iudices citari iubet, iubetq; (id quod initio e lege Rupilia fieri oportuerat) citari Heraclium, & eos qui dicam scripserant, aitq; Iudices e L. Rupilia velle sortiri, quod ab eo pridie cum multis lacrymis eum oraret, atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuerit, id ei postera die venit in mentem, e lege Rupilia sortiri dicas oportere.* Plane iam conspicuum est, *dicas sortiri*, & *iudices sortiri* idem esse. Nam cum dixerat se prætor proximis verbis *dicas sortiri velle*, non caussas educit, sed iudices, ita enim subiungit Cicero: *Educit ex urna tres, iis vt Heraclium condemnent, imperat, itaque condemnant.* Illud pro auctario adiciemus Ciceronem sortiri iudicium, sortiri iudices, sortiri dicas pro eodem isthic posuisse. In sequentibus hæc verba addit: *profecto negare non potes, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse.* Vbi in antiquis codicibus non *iudicium*, sed *iudices* legis, vt sentias alterum alterius esse interpretamentum. Ceterum sortitu constitutis iudicibus inducebatur & alia sortitio, quæ seriem sententiarum dicendarum ostenderet, cuius enim nomen primum exisset, primum iudicabat. Cicero pro A. Cluentio Habito. *Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo & Staleno & Guttæ esset iudicandum.*

Aliud ex eodem, quid sis Duci.

CAPVT VIII.

EST in eadem oratione locus non minus confragosus, cuius verba subscribam.

Metellus simulac venit Syracusas, vtrumque rescindit, & de Epicrate, & de Heraclio, in vtriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi quod moueri loco non poterat. Fecerat hoc egregie primo aduentu Metellus, vt omnes istius iniurias, quas modo posset, rescinderet, & irritas faceret. Heraclium restitui iusserat non restituo.

batur, quisquis erat ductus Senator, duci iubebat, itaque permulti ducti. Epicrates quidem continuo restitutus est. Hactenus Cicero. Quid autem, *duci*, hoc loco sit, non temere apud quenquam inuenias; mihi certe omnia indaganti, nihil occurrit in vllis commentariis. Sunt qui putent hoc *ducere* esse, quod Græcis ἀπάγεσθαι, quod *ad supplicium rapi* Hesychius interpretatur, & Latinos id vsurpare haud difficulter probes. Sic enim Seneca in ludo de morte Claudii. *Ille autem febrim duci iubebat, illo gestu solutæ manus, & ad hoc vnum satis firmæ, quo decollare homines solebat, iusserat illi præcidi collum.* Ita quoque Suetonius in Caligula. *Stans tantummodo intra porticum mediam, a caluo ad caluum duci iubebat.* Sed hoc ante nos Erasmus animaduertit. Ceterum ista significatio huic loco vel non sufficit, vel non quadrat. Quæ enim sententia est, eum duci iubere ad supplicium, qui iam ductus est. Omnino igitur alius intellectus huic loco addendus, si vel tolerabilem atq; humanum sensum colligere velimus. Ego autem existimo, primo loco *duci* esse, *ad iudicium rapi*, vt non solum sit, nomen alicuius deferri, & inter reos accipi, sed ad ipsa tribunalia abduci. In eum certe sensum Demosthenes ἀπῆχθαι vsurpat, in epistola ad Heliodorum οὐδ' ὅπως χρὴ πιστεύειν οἷς ἀπήγγελέ μοι Μενεκράτης οὐδ' ὅπως ἀπιστεῖν ἔχω, ἔφη γὰρ Ἐπίτιμον ἐνδεδεῖχθαι μὲν καὶ ἀπῆχθαι ὑπὸ Ἀράτου. Quibus verbis indicat, Epitimum & delatum esse, & in ius raptum ab Arato, mihique persuadeo educere idem esse. Nam sic postea Cicero addit. *Ita illi non procrastinant, Stenium statim educunt*, vbi quidam scriptus codex habebat, *ducunt*. Secundo autem loco *duci* accipiendum pro *condemnari*. Superius certe M. Tullius ita locutus est, quum formulam Verrini edicti recitaret. *Si non accipit, quod te debere dicis, accuses si petitur, ducas.* Vbi Asconius hanc interpretationem adiungit. *Sensus* (inquit) *hic est. Si non acceperit creditor, quod se debere debitor dicit, accusetur, si petitur, condemnetur.* Constituo igitur hanc sententiam. Quisquis Senator erat ductus, hoc est, in iudicium adductus, eum duci iubebat, hoc est, abduci in custodiam Heraclii. Nam ad supplicium rapi, in caussa ciuili, & in Senatoris capite, perquam absurdum est. Testatius hoc ipsum faciunt verba Ciceronis pro L. Flacco: *Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicauerunt, cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est.* Plurima sunt in quarta & quinta Verrinarum actionum, quæ vulgo deprauatissima & mutila circumferuntur, sed quia edito libello, pleraque emendaui, non libuit plura attexere. Transibimus igitur ad Officia Cicer. vbi nonnulla huic cumulo annotationum adiiciemus, quo manifestum fiat, quam multis in locis fide lubrica sint impressa exemplaria.

Ex primo libro Officiorum loca non nulla emendata.

CAPVT IX.

Sunt

SVnt autem priuata nulla, sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, vt qui bello potiti sunt, aut lege, aut pactione, cõditione, sorte. In vetustis exemplaribus adiectum est inter reliquos modos, etiam cõsuetudo, sub qua puto comprehendi vsucapionem & præscriptionem. Sic enim habent. *Aut lege, aut consuetudine, aut pactione, conditione, & sorte.*

Aliud.

Quoniam autem viuitur non cum perfectis hominibus, pleneque sapientibus, sed in quibus non præclare agitur, sed sunt simulacra virtutis. In vetustis ad hunc modum. *Quoniam autem viuitur non solum cum perfectis, pleneq; sapientibus, sed cum his, cum quibus præclare agitur si sint simulacra virtutis.*

Aliud.

Homo qui erranti comiti viam monstrat. In vetustis. *Homo qui erranti comiter viam commonstrat.*

Mox deinde.

Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem.

In vetustis.

Non prohibere aqua profluente. Et id quoque rectius. Non enim agitur de aqua arcenda, sed de homine prohibendo, ne ex fluuio (sic enim vocant profluentem) vsum aquæ petat, nam a domesticis fontibus & riuis arcere licet.

Aliud.

O domus antiqua, quam dispari domino dominaris. Ita omnia exemplaria, sed Iacobus Latomus vir acri ingenio, & multiugæ eruditionis, existimat legendum integro dactylico metro. *O domus antiqua, quam dispari hero dominaris*, quod quia scitum est, & elegans, visum fuit annotare.

Ex secundo libro Officiorum.

CAPVT X.

NAm siue oblectatio quæritur animi, requiesque curarum, qua conferri cum eorum studiis potest, qui semper acquirunt aliquid, quod spectat & valeat ad bene beateq; viuendum.

In vetustis.

Qui semper aliquid inquirunt, quod spectat & valeat ad recte beateque viuendum.

Aliud.

Quorum error eripiendus est omnisque opinio ad eam speciem traducenda, vt honestius consilio, iustiusque factis non fraude & malitia se intelligant ea, qua velint, consequi posse. Pro, *speciem*, habent vetusti codices, *spem*, quod oppido arridet.

Aliud.

O miserum, qui fidelierem, & barbarum, & stygmaticum puta-

ret, quam coniugem. Alii pro *ſtygmaticum*, habēt *ſtygmatian*, priſcum haud dubie vocabulum, & Græcæ originis.

Aliud.

Nam Lucius quidem Craſſus, quum eſſet admodum adoleſcens, non aliunde mutatus eſt, ſed ſibi ipſi peperit maximam laudem. Legēdum haud dubie (quanquam reſtantibus omnibus exēplaribus) non *mutatus*, ſed *mutuatus* eſt.

Aliud.

Huic ergo a maioribus noſtris in tota dignitate principatus eſt datus.

In vetuſtis.

Huic quoque ergo a maioribus in toga dignitate principatus eſt datus. Arbitror autem legendum. *In toga*, (hoc eſt, in rebus pacatis) *dignitatis principatus eſt datus.*

Ex tertio Officiorum libro.

CAPVT XI.

Cum autem aliquid actum eſt, in quo media officia comparantur. In vetuſto codice, pro *comparantur*, inuenies *comparant*, quod maioris eſt ſyncerit atis.

Aliud.

Quo circa nec id quod vere honeſtum eſt, fas eſt, cum vtilis vt repugnantia comparari, nec quod communiter appellamus, honeſta. Plurimum inquinata eſt iſta lectio. Vetuſtus codex ita ſcriptum habet. *Quocirca nec id quod vere honeſtum eſt, fas eſt cum vtilitatis ratione comparari, nec id quidem quod communiter appellamus honeſtum.*

Aliud.

Hinc ab auguribus illud idem denuntiatum eſt, itaque Calphurnius non dermotus eſſet, & cetera. Sequitur deinde. *Arbitrum illum adegit, qui quicquid ſibi de ea re facere oporteret.* Vetuſtus codex. *Qui quicquid ſioi dare facere oporteret.*

Aliud.

Videsne igitur hoc prouerbio, aequa Gygi illi poſſe veniā dari, quem paulo ante fingebam digitorum percuſſione, omnium hereditates poſſe conuertere. Vetus codex, *conuerrere*, & rectius.

Aliud.

Fide ſacrata ius perpetuo falleret. Vetuſtus codex. *Sacratum.*

Aliud.

Eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa, quod autem affirmatur quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum. Sordidam iſtam locutionem in priſco codice non inuenies, habet enim ſic. *Eſt enim iuſiurādum affirmatio religioſa, quod autem affirmatur quaſi Deo teſte, &c.*

Aliud.

Magnus vir inprimis, & qui nuper indulgens in patrem. Vetus habet. *Et qui per indulgens in patrem.*

Aliud

Aliud.

A quo quum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret? Respondit, bene pascere. Quid secundum? Satis bene pascere. Quid tertium? Bene vestire. Quid quartum? Arare. Vetustus liber pro *vestire* habet *vitire*, quod rectius conuenit agricolationi. Sed de his satis, iam ad alia transeamus.

De Capitis diminutione.

CAPVT XII.

Capitis diminutio est prioris status (inquit Caius) *permutatio, vel vt in aliis commutatio.* Multi hanc definitionem vt malam & ambiguam oppugnarunt, dum docent: si aliquis ex honesto infamis fiat, vel cõtra ex plebeio patritius, ex priuato magistratus, statum haud dubie mutari, capitis tamẽ diminutionem nullam esse. Rursus si seruus liber fiat, ne tum quidẽ capite diminui. Postremo si filius morte suorum, in quorum potestate fuit, sui iuris efficiatur, quod eiusdem in multis naturæ est, cuius est emancipatio, ne hæc quidem esse in tanta permutatione status, capitis diminutionem. Sed nos suis ne viribus se defendere possit definitio, an iusto crimine inciderit, iurisperitis dispiciendum permittamus, ac solum id quod nostri fori est, in manus sumamus, nimirum vnde capitis diminutio dicta sit. *Tria sunt* (vt inquit Paulus Iureconsultus) *quæ habemus, libertatem, ciuitatem, & familiam. Igitur cum omnia hæc admittimus, hoc est, libertatem, ciuitatem, & familiam, maximam esse capitis diminutionem constat.* Hactenus Pau. Capite diminutus siue capite minor, ita enim Horatius in Odis loquitur, is est, qui caput non habet, quod peregrinus dicitur, vt qui caput non habet in Repub. caput non habet si in numero ciuium, quamobrem in classibus qui bonis carent, ciues tamen sunt, capite censentur. Nam solum ipsorum personæ in catalogum & æstimationem veniunt. Apud Dionysium tamen Halicarnasseum, aliquid discriminis inuenias inter capite censos, & proletarios. Qui inter liberos caput non habet, seruus est, & capite hac parte diminutus, ac propterea manumissio, capitis diminutio non est, quia ibi caput non perit, sed nouum caput constituitur. ita quoque qui familiam suam amisit, ac in gente suorum non amplius censetur, caput amisit, nec amplius inter agnotas connumeratur. Hinc fit, vt amissis parentibus, vbi quis eorum morte sui iuris effectus est, capite diminutus non dicitur, quia inter suos caput retinuit. Omnino enim caput diminuere, est caput perdere. Hinc est illa truculenta Chremetis apud Terentium in Eunucho comminatio, quum mortem denuntiaret. *Diminuam* (inquit) *ego tibi caput, nisi abis.* Atq; adeo emancipationem habitam esse, pro imaginaria morte, argumento est, quod olim minima capitis diminutione, vsusfructus extinguebatur, qui non nisi morte perimi solet.

LIBER DECIMVS.

Ex Pandectis. De in Ius vocando.

CAPVT I.

VErba Caii sunt *Plerique putauerunt, nullum de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuique refugium, atq; receptaculum sit, eumque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri.* Annexum deinde hoc Pauli dictum. *Satisque pœna subire, quum si non defendatur, latitet.* Glossa eum locum, cũ res ex peritia antiquitatis p̃deat, mirifice exponit. *Nemo* (inq) *debet vocari de domo sua in ius, id est, non debet extrahi inuitus, & duci ad ius.* Hactenus ille. Facile hinc attentus lector animaduerteret, vocare non simpliciter esse citare, & denuntiare, vt ad litem suscipiendam adsis, sed inuitum quoque rapi, nisi vltro in ius ambulet. Olim enim licitum fuit, actorem, eum quem reum facere vellet, vel inuitum in ius adducere, vt videre est apud Horatium Sermonum libro primo, Satyra nona.

Casu venit obuius illi
Aduersarius, & quo tu turpissime? magna
Exclamat voce, & licet attestari, ego vero
Oppono auriculam, rapit in ius clamor vtrinq;.

Eadem consuetudine visus videtur Euangelicus ille creditor & ingratus, qui conseruum statim ob leue debitum, in carcerem pertraxit. Neq; abludit ab isto more q̃ritatio illa in Curculione Plaut.

Proh Deum atq; hominum fidem,
Hoccine pacto indemnatum, atq; intestatum arripi?

Arbitror autem legendum esse, *inattestatum*, non *intestatum*, qui enim id faciebant testes conrogabant, se iuris caussa eos arripere, testium autem aures perueliebant, vt memores istarũ rerum essent. Arq; hinc quoq; est, quod ambo senes in Phormione, Phormionem per vim in ius arripere conantur.

De origine quorundam Germanicorum vocabulorum.

CAPVT II.

SÆpius mihi disputatio fuit, cum viris præclaris, cur in toto illo tractu Brabantiæ, quam ob planitiem Campaniam appellamus & in Hollandia, vbi palustria pascua, quibus a fœno (vt arbitror) fœni nomen, multo infra terram ingentes arbores reperiantur. Non defuere, qui eas ibi natas existimarent & radicum more, liberum aerem non requirere, quod prorsus ridiculum est, nullum enim germen in illis aut fruticatio appareret, deinde non vt nascentes plantæ, in rectum assurgunt, sed stratæ omnino iacent. Alii ex fama maiorum per manus tradita, opinati sunt, illic olim fuisse ingentes syluas, & vel vi ventorum, vel terræ motu concidisse, atq; adeo ipsam Hollandiam olim Holtlandiam esse dictam, atque ita in antiquissimis libris eam appellari, auctor est Martinus Dorpius, ac ma-

ac magnopere eos irridet, qui Hollandiam a cauitate terræ, quod admodum depresso sit situ, nominari existiment. Alii rursus a fœno eam Hoylandiam (quia tota regio pascuosa est) nuncupatam sibi persuadent. Ego eam rem quæ etymo nomen inuenerit, indiindicatam relinquo, verum a quibus ita dicta sit, libenter indicauero. Mea opinio est, Danos qui magnis exercitibus littoralem oram fere omnem occuparant, iniungendi nominis auctores fuisse, & amore veteris patriæ, Hollandiæ vocabulum in nouis suis Coloniis retinuisse. Est enim in mari Cymbrico, insula Ollandia, est Zielandia, est Zierickzee, est Scagen, ita vt non mala aut improba coniectura sit, iis auctoribus (quorum tum arma late dominabantur) patriam nostram, veterem Batauiæ appellationem amisisse, suscepto nouo Hollandiæ vocabulo. Sed vt redeamus ad arbores sepultas, quas plane inuectitias credo. Nam si hæ terræ tam auide has syluas genuere, cur hoc idem nostro tempore non fiat? natura quiddam æternum habet in suis dotibus, nec indolem suam vnquam mutat. Iam pleraque Hollandiæ loca arbores auersantur, neque vel insititicias ferunt. Non igitur credendum, eam vim naturæ ita prorsus extinctam, vt in contrarium abierit. Iustiorem autem causam mihi videor ex Plinio collegisse, libro decimo sexto, capite primo, vbi narrat, Romanos, dum circa Batauiam agerent, procul quasi ingentem hostium classem vidisse, cui dum occurrunt conflicturi, non in aciem hostilem, sed in arbores vna cum insulis natantes, incidisse, quæ ad proxima quæque littora rapiebantur. Sed præstat ipsius verba in medium afferre.

Haud procul supra dictis Cauchis circa duos præcipue lacus litora ipsa obtinent quercus, maxima auiditate nascendi, suffossæque fluctibus, aut propulsa flatibus, vastas complexur adicum insulas secum adferunt, atque ita librata stantes, nauigant ingentium ramorum armamentis, sæpe territis classibus nostris, cum velut de industria flatibus agerentur, & in prospectu stantes, inopesque remedii, prælium nauale aduersus arbores inirent. Hactenus Plinius. Sunt autem *Cauchi* vel Bremenses vel finitimæ Bremensibus. Mea igitur opinio est, eas insulas, cum suis arboribus aduectas fuisse in humilima Hollandiæ, ibique procubuisse. Idem euenisse arbitror in Brabantica Campinia, cum certum sit vsque ad Tungros olim Oceanum alluisse, atq; ita alluuione Rheni paulatim sepultas esse. Memoria teneo auum meum, qui vixit ad nonaginta annos & octo, narrare solitum, cum auulsa insula ex Dania se superfudisset iis stagnis, vbi nunc sunt Fœni siue Fenen, Danos repetitum venisse suas terras, ac litem super ea re institutam fuisse, iudicatumque, vt alienum solum vel liberarent peregrina insula, vel possessione cederent. Certe Cornelius Tacitus Batauiæ, vt syluosæ auusquam meminit, vt paludosæ perquam

sæpe. Quod si penitius liceat in origines inquirere, omnino mihi persuadeo Hollandiam munus Boreæ & Rheni esse, ac principio nihil præterquam altius quoddam æstuarium Oceani fuisse, ac paulatim aggestu arenæ, quam plurimam ibi Boreas excitat, primum in littus, postea in montes assurrexisse, quos ibi quotidie & nasci & perire videmus. Rheni vero vndas ad istud obstaculum, quasi ad aggerem retentas fuisse, ac magno cum limo quem secum trahit, circum has oras subsedisse, atque ita longa alluuione hæc pascua nata esse. Ceterum quia ingressus sum Hollandiam, etiam de Alcmaria, natali meo solo pauca libet attexere. De cuius nomine non minor ambiguitas. Aliis eam ab Halecum mari nominatam existimantibus, quod genus piscium Paul. Iouius vir doctissi. Menades appellat. Aliis quasi Alcmariam, hoc est omnino mariam, eo quod ingentibus vndecunque lacubus instar marium cingatur. Certe nostri stagna latiora, vernacula lingua, maria appellant, dialecto nonnihil immutato. Aliis contra dicta videtur, quasi Admaria, quod non procul sit ab Oceano, vt litera D. sit diuisa in C. & L. vnde constitui videtur, deinde in situ elementorum metathesin esse factam L. ante C. posito. Quicquid id sit, in medio relinquo. Id certe ausim affirmare, oppidum illud ex castris, cuius formam etiamnum retinet, natam esse, quippe cuius omnes plateæ per cardines & decumanos limites dirigantur. Nam aut ab oriente æquinoctiali in occasum æquinoctialem recto tramite descendunt, aut ab arpactio in meridiem nusquam vllo obliquamento aut ambage. Sæpe comites Hollandiæ hunc locum castris suis insederunt: deinde quia sola ea parte ex Frisia in Hollandiam eruptio patebat, tiinis arcibus eum aditum occupauerunt, quarum duæ mea ætate integræ superfuerunt, excisæ a Gelris duce Martino Roscio: tertiæ fundamenta conspicatus sum, cum vallo & fossa Alcmaria cingeretur. Distabant inuicem ad iactum teli, vt mutua ope sibi succurrerent. Nam Frisiam reliquam ab Hollandia, præterquam vbi Alcmariæ adhæret, aut æstuaria Oceani, aut Rhenus diuidebat, cuius etiamnum ibi alueus siccus videtur, non procul a pago, cui nomen Schorel, vetusque suum nomen obtinet. Ceterum facies loci nunc plurimum immutata stagnis quibusdam exsiccatis, montibusque arenosis in paludes ventorum deuolutis, ita vt nunc vitata Alcmaria copiæ hostium per litora Oceani circumire queant. Dulce est meo animo, in patriis locis commorari. Est ad proximum lapidem, in Occidentem versus, pagus, nomine Heiloo, vbi ratio eius loci multum degenerauit a vetustate. Hæc quondam laborauit ingenti siti cum suis comitibus D. Willibrodus, cum primum in Hollandiam peruenerat. Nihil enim ibi erat, nisi ingentes arenarum cumuli, fons nusquam, aut vlla spes aquæ. Ibi sanctus vir (cœlitus ostenso loco) puteum effodit, vberrima & limpidissima aqua stagnantem. Id

quo-

quoque monumentum nostris temporibus superest. Nunc autem ibi adeo non ariditas loci est, vt in proximo sit, atque adeo sub oculis stagnum, in longum ad duo millia passuum, in latum fere dimidio minorem. Limpidissimæ ibi vndæ & pisculentæ, insulæ crebræ, auium, pisciumque tanta multitudo, vt nusquam maior, fundus stagni durus, vtpote arenosus, nec altior quam ad viri vmbilicum, prorsus multa amœnitas, cymbis & pedibus omnia permeare licet. Pagum istum Apostolus ille (nam nostram gentem ad fidem Christianam conuertit) appellauit heiligeloof, nonnihil inflexo nomine alludens ad sanctam fidem, quæ nostrate lingua ita nuncupatur, verum tamen nomen est Heiloo, quam appellationem habuit ex Iouis Saluatoris sylua, id enim Heyloo vocitamus. Fuit autem huic diuo familiare, ita mutare nomina ad speciem Christianismi, pauculis literis immutatis, quod etiã in Hæcmunda factum est, qui & ipse pagus est litoralis, olim portu insignis, duplo longius Alcmaria distans. Ab angusto enim ostio Engmond etiamnum dicitur, credo quod stagna Rheni ibi suũ emissarium in Oceanum haberent. Certe intra secundum lapidem ad viculum nomine Crabbedam, visitur alueus Rheni, qui nomen suũ antiquum retinuit licet a Rheno destitutus. Suffragatur meæ opinioni, quod classes Danorum sæpius eo appulerint, quod sine ostio aut portu impossibile erat. Nunc certe cum portus periit: ne statio quidem nauibus esse potest. Sed Willibrodus solita sua festiuitate ex Engmonda fecit Hæcmunda, quod ibi primum homines mundæ religionis, hoc est, Christianæ inuenisset. Mihique omnino persuadeo, tum Anglicæ gentis linguam cum hac nostrate plane eandem fuisse, quod ex reliquiis idiomatum vtriusque gentis liquido apparet, cum in plerisque eadem vocabula retineant, ac proinde diuum Willibrodum in gentem ὁμόγλοττον promtius & facilius Christianam fidem seminare potuisse. Libet etiamnum aliquanto vlterius pergere: Sunt apud nos pagi, qui a fontibus siue baptisteriis Christianorum, nuncupationes suas habent: Haringkerspoil, Sybekerspoil, Bouekerspoil, Outkerspoil. Kers enim veteri lingua Christum, vnde & Kerstenen Christianos appellamus, poil vero paludem dicimus. Solent enim olim in paludibus, stagnis, riuis, fluminibus, aut fontibus baptizari. In Bouekerspol aliquid vetustate detritum est, dicẽdus est enim pagus ille Bouenkerspoil, quod ibi superior palus esset Christianorum. Kerck vero ex Græco originationem habet κυριακὸν, vnde Alemanus adhuc suum Kyrch vsurpat. Sic ex dominico factum est dom, vnde dominici templi sacerdotes Dom heeren appellantur. Leges autem vvetten dicimus, sed Germanico vocabulo ab albo prætoris, vnde legitimos testes vvittachtige tuigen appellamus. Deus quoque apud nos ex bonitate, sed Germanica originatione, Goid dicitur. Homo a potiore sui parte, nempe mente, mensch. Hyems

inde nomen habet, quod domina sit ventorum, vvinter, hoc est, vvintheer, Æstas quod solis domina, somer, hoc est, sonheer. Mensis appellationem Græcis debemus. Dorice enim μάν, nos manen dicimus. Deinde quia vsura menstrua erat, mensesque exacto debiti appellationes fiebant, inde quoque factum est, quod nos, Manen, pro appellare dicimus. Solis dies son dach, Lunæ maen dach, nam & Græcis μάνη Luna est. Martis dies dinxdach. Dingen, enim apud nos litigare est. Mercurii dies nobis a lucro dictus est, vvoenesdach siue vvonnesdach, quia hic Deus lucro præest, vt Mars litibus & bellis. Iouis dies, donderdach, hoc est, tonantis dies. Hinc quoque aizon herba, Latinis Iouis barba, nobis donderbaert, hoc est, tonantis barba dicitur. Diem veneris multi existimant a Dea libertatis nuncupatam esse. Ego magnopere addubito, num a voce Ἀφροδίτης, sit hoc ipsum corruptum. Verbum enim vrien apud nos sponsam siue Venerem ambire significat, quasi ex ἀφροδιτήζειν descenderit. Saturni certe dies mutilato vocabulo saturdach siue saterdach dicitur. Olim Gallis magna erant commercia Græca linguæ, non minus quam Latinæ, quod multis vestigiis deprehendas, nostramque linguam, ait Glareanus, vere Gallicam esse. Nam qua nunc vtuntur Franci, potius Latinum quam patrium idioma præ se ferre, quod certe ex non paucis vocibus apparet, citatis apud auctores, qualis est bulga een buil, nebba, rostrum, ganza, anser, quæ Plinius aliique maximi viri pro Gallicis vocabulis agnouerunt. Nos vt id appareat, pauca e multis degustabimus. Λαός Iuii, id est, populus, volgus volc. ὀλκὸς hulc, πυλότης een piloot, & a verbo ῥαίφω pluym graef, diegraef, quod harum rerum scripturis præerant. πῶλος, pullus equinus, een vool. Vnde Westualia quasi westpalia, quod equitatu abundaret, & tale insigne in suis vexillis olim circumferebant, vt non semel memini me audisse ex Conrado Goclenio westphalo. Libet hæc rursus aliquantulum exspatiari: Gelriis nomen dedit Gelduba, teste Carolo Bouillo. Leucos alii Louanienses, alii Leodienses existimant, ab albedine corporum videntur appellationem sortiti, si Græcam originationem velis admittere. Flandri, teste Sceppero, a Germanica dictione, Flandren, quod sagittam significat, nuncupationem suam traxerunt. Brabantinorum nomen vix vnde deducas, inuenias. Non absurdum videtur, si a Brenno illo vrbis Romæ expugnatore, & ortum & vocabulum duxisse affirmes, vt vetus appellatio fuerit, non Brabant, sed Brenbant. Certe in Gallica Brabantia multa loca insignia reperias istius Brenni vocabulo.

De characteribus planetarum & signorum Zodiacorum.

CAPVT III.

Non

NOn temere efficti sunt characteres planetarum, aut notæ signorum zodiacorum. Sol enim circulo suo ☉ orbem suum Latinis indicat. Græci vero circulo iubar addunt, sed sursum versus hoc modo ☌. Luna corniculata facie facile se prodit ☾ Mercurius ex suo caduceo agnoscitur ☿. Mars spiculo suo recto minacem se prebet ♂. Venus suis radiis quos inferne habet cõmonstrabilis est ♀. qui tanti sunt in illa, vt etiam vmbras faciat. Iupiter abacrostichio suo ♃ incipit. Ζεὺς enim Græce dicitur, cuius hæc figura est ♃, ita quoque κρόνος ♄, hoc est, Saturnus ♄, quam figuram arbitror κ & ς per abbreuiaturam in se concludere. Aries reflexis cornibus arietinis sese indicat ♈. Taurus taurinis ♉. Gemini cõplexum duorum describit ♊. Cancer ♋ duplici motu sursum deorsumque solis recursum denotat ad signa australia a borealibus. Leo corpus caudamque suam sinuat ♌. Virgo Græce νύμφη a primis literis incipit NY. Libra ♎, suam bilancem præ se fert. Scorpius suo aculeo terribilis est ♏. Sagittarius intentam sagittam habet ♐. De Capricorno non habeo quod statuam. Aquarius suas vndas crispat ♒. Pisces duobus piscibus a dorso se in ventrem curuantibus cognoscitur ♓.

De Notulis numerariis.

CAPVT IV.

INter notulas numerarias, quas vetustas habuit, hæc quoque in vsu fuit, ∞, quo chilias vna significabatur. Testes eius rei complures vetustissimi codices. Fuitq; aliquando in ea opinione, eam notulam ex ω deformatam esse. ω enim ex duobus. ο. μικρὸς coalescere videtur. Sed meæ opinioni obstabat, quod hæc litera apud Græcos nongentarii numeri est index. Postea incidi in vetustissimum Hegmondanæ bibliothecæ librum Martianum Capellam, cui iste titulus præfixus erat. *Felix Asper com consist. Rhetor. vrb. r̃ ex mendosissimis exemplaribus emendabam, contra legente Euterio Scholastico Discipulo Romæ ad portam Capenam cons. Paulini vr̃ iub die non. Martiarum, Christo adiuuante.* Formulas ipsas cum suis abbreuiationibus apposui, vt cuiusque diuinationem instruerem. Mihi autem is sensus videtur: *Felix Asper comes consistorii, Rhetor vrbis Romanæ, ex mendosissimis exemplaribus emendabam, contra legente Eleuterio.* Nam primæ literæ manifesto abrasæ erant. Quod autem hic Rhetor comes appelletur, ne cui id mirum videatur: Omnis præfectus honestior, temporibus Iustiniani comes dicebatur, ita & comes laborum, comes domorum, comes horreorum, comes stabuli, comes sacrarum largitionum, comes scholarum, appellationem suam sortius est. In hoc libro inueni millenariam hanc notam istiusmodi imagine depictam. ⊳◁, quam rectam & synceram arbitror: est

enim deformata ex X quæ prima litera est in Xiliade, vt m prima litera ex mille. Sæpe ἀκεφάλως pro integris nominibus vsurpantur vt. ϝ. pro ἔφυ, certe etiamnum Græci hoc modo χ^α vnum mille, χχβ duo millia, χχχϛ tria millia significant. Huius igitur dimidium est Δ quæ triangulari forma literam D repræsentat, omnino que puto sequentes annos in hac forma aliquid immutasse, ac cum olim pingeretur ▷, vt literam delta exhiberet, latere eius inuersa fuisse. Quod si cui magis arridet Alciati opinio, eam inueniet libro Parergon decimo cap. vlt.

De Emancipatione liberorum, & cur illic triplex venditio, & cur filius familias permittente patre testamentum non condat.

CAPVT V.

QVæstio est, eaque non absurda, recte ne fecerit Iustinianus quod solemnitatem trium venditionum, trium emtionum, totidemq; manumissionum ex emancipatione liberorum sustulerit: An veteres Iurisperiti peccauerint: qui tot ambages in re simplicis (vt videbatur) negotii induxerunt. Ad quod paucis respondendum: Neutros peccasse, cum id quod fecerint, legitima & rationabili causa fecerint. Magna fuit olim patria potestas in liberos, non solum in bona illorum, sed etiam in corpora. Editos partu statim abiicere vel occidere licebat. Id correxit aliquatenus Romulus, qui puerum minorem triennio vetuit necari, mimos permisit, & reliquos deinde cuiuscunque ætatis. Atque hinc factum est, quod parentes liberos triumphales e comitio detractos, populoque gratissimos (nemine se audente opponere) patrio iure domi interfecerint. Vendendi præterea eos, mira fuit licentia, non enim cœlibes tantum filios, sed & nuptiis (idque ipsorum iussu) copulatos, atque inde iam parentes vna cum nepotibus venum dare poterant. Numa hic eatenus obstitit, vt ex consensu parentum coniugatos emtori addicere prohiberet, ceteros omnes permitteret, idque non tantum semel sed tertio. Venditus enim a patre filius, si benignitate fortunæ libertatem recuperasset, iterum redigebatur sub patris potestatem. A quo denuo venditus, atque iterum sui iuris factus, quasi duabus venditionibus nihil actum esset, tertio subiiciebatur patris sui dominio, a quo tum quoque venalis habitus fuisset, & ab emtore tertio emeruisset libertatem: tum denique asserebatur a patris tyrannide Auctores istius rei Dionysius Hal carnassæus in I bris Antiquitatum Romanarum, Plutarchus Chæronæus in vita Numæ. Durauit ista immanitas distrahendi liberos vsque ad tempora Theodosii, qui primus istiusmodi venditiones irritas esse voluit, quod in codice Theodosiano clare deprehenditur. Ceterum in vltima venditione licebat patri stipulari a filio tertiam partem bonorum, quæ emancipatus acquisiturus esset. Atque illud tam sæuũ ius Iustinianus

nus mitigauit, non sustulit, permittens patri præcisi dimidiam partem ad vsum fructum, proprietatis iure extincto, *In institutione, Per quas personas nobis acquiritur.* Istæ igitur veræ ttes venditiones, tres manumissiones causam dedere, vt tres imaginariæ venditiones, & manumissiones in emancipandis liberis adhiberētur, ne simplici aut duplici manumissione pater nō satis repulsus, a domino veteri, suum ius in filio recuperare. Non enim æquum videbatur, plus posse imaginariam venditionem, quam veram. Ac proinde idem numerus totidemq; vices vendendi, emendi, manumittendi, sunt vtrobiq; obseruatæ. Et summo iure dicta emancipatio est, hoc est, actio, qua quis desineret patri suum esse mancipium. Nam vt intelligeret se in emancipando, quasi vere vendi, seruumq; fieri, verberabatur ab emtore, quam iniuriam Iustinianus in Codice suo *Rapismata* appellat. Certe filii familias apud Plinium iuniorem libro 8. epistola ad Ruffinū, mancipia appellantur. Plurimaq; illis communia cum seruis, peculium, revocatio in seruitutem, si ingrati sint, & patronorum successio, si intestati & sine libris decedant. Ac proinde non vno in loco pandectarum, eorū emancipatio manumissio dicitur. Non igitur ridicule fecerunt veteres illi IC. quod triplici solemnitate, tertio redeuntem patri iam potestatem extinxerint. Nec in illorum formulis tanta absurditas, quantam Marcus Cicero pro Murena videri voluit. Seruierunt suis temporibus & moribus sui seculi. Ceterum postquam immanitas illa occidendi filios, veteri iure esset prohibita, venditionemque Theodosius irritam fecerat, corpusque a patris sæuitie liberum factum esset: in bona tantum & acquisitiones filii, patres potestatem retinuissent, neque tamen eam illibatam, subductis omnibus aduentitiis bonis, peculiisque castrensibus, & quasi castrensibus: alienatio quoque a familia, (quam emancipatio induxerat) vires suas amisisset, cum & prætorillos pro cognatis agnosceret, Iustinianusq; eosdem cum suis heredibus coæquasset, re iam euanida & propemodum exhausta, & tantummodo vocabulo nitente: optime fecit optimus Imperator, quod rem sine vsu, noluerit tot ambagibus solemnitatum celebrari, sed vna manumissione emancipationē peragi. Quando autem in adoptionem quis dabatur, duæ tantummodo olim manumissiones adhibebantur, nec mirum, quia mutata patria potestate, sui iuris non efficiebantur. *Codice de adoptionibus. lege vltima.* Atque istam iuris patrii (vt sic dicam) fere indissolubilem tenacitatem nexus, causam dedisse arbitror, cur filius familias etiam ex consensu patentis testamenti factionem non habeat, ne faciendo testamento, emancipatus videatur, cum solummodo penes illos sit faciendi testamenti potestas, qui sui iuris sunt: eundem tamen causa mortis donare permissu patris, quod donationes, venditiones aliaq; huius modi, etiam seruis nedum filiis familias

ex consensu domiuorum indulgeri soleant, eo quod huiusmodi actus, nullum certum signum emancipationis ostendant, sed quasi procuratoriam administrationem præse ferant.

Quid inter se differant Tributa, Curiata, & Centuriata Comitia.

CAPVT VI.

SÆpius a me quæsitum est, neq; ego infrequentius ab aliis quæsiui, quidnam inter se differrēt, Tributa, Curiata & Centuriata Comitia? parum tamen vel meo, vel aliorum studio proficere potui. Quicquid tamen id sit, quod deprehenderim, in medium proponam, vt alii (quorum felicior industria) id augeant, quod in nobis curtum, vel non satis plenum apparebit. Præcipua difficultas ex eo nascitur, quod tribus & curiæ, nunc eadem res sit, nūc diuersa, ex quorum confusis limitibus, confundi videntur curiata & tributa comitia. Populum Romanum a Romulo diuisum in tres tribus, tribus in denas curias, notissimum est. Sed tamen magnitudo populi semper increscentis id effecit, vt quæ principio curiæ fuerint, postea pro tribubus sint habitæ. Vt enim classes in centurias, ita tribus in curias distinguebantur. Ea ratione, vt illinc numerus militum, isthinc ciuium iniri posset. Asconius in secundum Verrinarum: *Verum legitimos habent omnes tribus diuisores suos, Quos Plautus magistros curiarum vocat in Aulularia.* Rursus: *Tribus enim vrbana rusticaque omnes triginta quinque numerantur.* Vbi plane vides, omne discrimen inter curias & tribus sublatum esse, quam rem confirmatiorem facit in tertio Verrinarum, his verbis: Tribus principio tres fuerunt. Tatiensis vna a Tatio rege. Rhamnes altera a Romulo. Luceres tertia a Lucumone siue Lucretino, siue a Luco, quem asylum vocauerat Romulus. Post de nominibus Sabinarum plures factæ, quibus precatricibus, parentum bellum maritorumque finitum, ad postremum triginta quinq; factæ. Hactenus ille. Per transitum adiiciendum, xxx. illas curias non a nominibus raptarum Sabinarum, cum multo plures sint captæ, vt vult Liuius, sed a nominibus earū, quæ suo interuentu bellum inter parentes & maritos diremerunt appellatas esse, vt traditum est a Seruio. Ceterum omnino discrimen vetus seruandum est, si tributa & curiata & centuriata distinguere velimus. Quæ certe peculiari ratione & iure suo distincta fuere. Cum enim (inquit Aulus Gell. lib. 15. cap. 27.) ex generibus omnium suffragium ferantur, curiata comitia esse: cum & sensu & ætate, centuriata: cum ex regionibus & locis, tributa. Ex quibus verbis colligas, Curiata comitia & centuriata ex diametro pugnare. Curiata enim esse, vbi singuli ciues idem ius suffragii habent, plebeique patritiis, pauperes diuitibus, iuuenes senioribus adæquantur. Quæ non absurde δημοκρατικὰ appellari possunt. Nisi quod Cicero de lege Agraria contra Rullum, tributa potius popularia

pularia velit. Curiatis, inquit, ea comitiis, quæ vos non finitis (siue vt quidam scriptus codex habet) quæ vos non initis confirmauit tributa, quæ vestra erant sustulit. Ceterum cur tributa magis sint populatia, caussam inuenies apud Dionysiũ Halicarnassæũ lib. 9. Quod tributa sine auspiciis fiebant, neq; obnuntiato vitio impediebantur, deinde comperendinationem non recipiebãt. Necessum enim erat, vbi ea semel instituta fuissent, eodẽ die perfici, neq; requirebatur, vt de iis Senatusconsultũ fieret, antequã ad populum promulgari possent. Verba eius (si quis forte requirat) hæc sunt. Τις ὁ τούτων διαφορὸς τῶν ἀρχαιρεσιῶν, ἐγὼ σημανῶ. Τὰς μὲν φυλετικὰς ἐκ ψηφίσεως ἔδει καὶ βουλῆς καὶ δήμου τὸ ὅλης, καὶ ἔτι πλήθους καὶ φυλῆς ἑκάστης ψήφους ἐξενεγκαντος, καὶ μήτ' ἀμφέπειρα ἐῶντα τὰ πατρίκια σημεῖον τεκ, οἰωνῶν μηδὲν ἀναπλωθέντων, τότε κυρίας εἶναι, ἐκ δὲ φυλετικῆς μήτε καθόλου μιᾶς γενομένης, μήτε τῶν ἱερῶν ἢ οἰωνοσκόπων ἐπιθεσπισάντων, οὐ ἡμέρᾳ μιᾷ πλειόνεσσι ὑπὸ τῶν φυλετῶν τέλος ἔχειν. Hoc est: Quæ sit horum comitiorum differentia, ego indicabo. Curiata suffragia tum demũ rata habebantur, vbi & Senatusconsultum præcessisset, num ad populum id promulgari oporteret, suffragiis curiatim collectis, nulloq; vitio ex auguriis vel ostentis obnuntiato: Tributa vero suffragia sine senatus, c. vel sacerdotum vel augurum approbatu fiebant, oportebarq; ea intra vnum diem confici. Quam ob rem Cic. in oratione superius citata dicit centuriata, & tributa comitia in vsu manssisse, curiata propemodum in desuetudinem abiisse, nisi captandi augurii caussa. Ait enim: *Nunc quia prima illa comitia tenetis, centuriata & tributa, Curiata tantum auspiciorum caussa remanserunt.* A principio populus Romanus non vtebatur nisi centuriatis comitiis. Primum in caussa Martii Coriolani tributa comitia introducta sunt, vt videre licet apud eundem Dionysium libro Antiquitatum Romanarum septimo, cuius verba Græca libenter subiecissem, ni locus tam prolixus fuisset. Attamen Latina bona fide reddemus. Habẽt autem adhunc modum: *Postea quam Senatusconsultum impetrarũt, vt ad populi iudicium caussa referretur, progressi in forum, populum in concionem conuocarunt. Et cum multa laude Senatus decreta recitantes, diem prædicunt, in quam e iure res iudicium fieri oporteret. Postulantes vt omnes ciues præsto esse vellent, tanquam in certamine maximarum rerum. Id cum fama celebraretur, ingenti studio apparatuque & popularium, & patriciorum res agi cœpta est. Illorum quidem, vt vltione punirent ferocissimum istorum, ne in aduersariorum potestatem deueniret, tanquam si de optimatium statu certamen esset. Videbaturque virisque & vitæ & libertati periculum in ea caussa versari. Tertiis igitur nundinis vulgus rusticorum, quantum nunquam alias, in vrbem confluxit, maneque forum detinebat. Tribuni vero conuocabant multitudinem ad tributa Comitia, loca fori restibus circumuincientes, in quibus singula per*

se tribus consisterent. Ac tum primum concio virtim suffragium datura, hoc est, tributa comitia, habita fuit. Magno opere patritus aduersantibus, ne hoc fieret, postulantibusq; centuriata comitia ex more patrio. Retro enim temporibus, cum suffragium populus inturus esset de re quapiam ex Senatus permissu, consules ipsi cogebant centuriata comitia, sacris quibusdam adhibitis, vt lex dictat.

Quin nonnulla etiam ad hæc nostra vsq; tempora obseruantur. Coibat autem multitudo ad Martium, qui ante vrbem est, campum, ordinibus instructa sub centurionibus & signis, tanquam in expeditione. Neque omnes sumtis calculis suffragium ferebant, sed singulipur suas centurias, cum euocati a consulibus essent. Ceterum cum sint in vniuersum, centum & nonaginta tres centuriæ, eæque distinctæ in

1. Classis. *sex classes: Prima classis vocabatur, & calculum promebant, qui erant maximi census, & qui primum locum in acie obtinebant, in quibus erant equitum septemdecim centuriæ, peditum vero octogin-*

2. *ta. Secunda classis suffragium ferebat minoris patrimonii, & qui proximo ordine in acie consistebant, & quibus non eadem arma cum principibus, sed minora fuere, eius classis numerus in viginti centurias distinguebatur. Hu duæ tribus ex fabris lignariis, ferrariisque adiunctæ erant, aliisque qui bellica instrumenta conficiunt. Qui ve-*

3. *ro e tertia classe vocabantur, centurias explebant viginti, iisdemque & sensu & ordine infra secundanos subsidebant, nec eadem arma cum illis gestabant. Iam qui post istos accersebantur, minori censu æ-*

4. *stimati sunt, loculique illis & in bello tutior, & leuior armatura, diuisi erant & isti in viginti centurias, sed addebantur ipsis duæ centu-*

5. *ria succinatorum & tubicinum. Qui vero in quinta classe, tenui isti admodum pecunia censi, quibus arma erant pila & funda, hi in acie locum non habebant, sed nudi & expediti grauis armaturæ legionibus commilitio associabantur, ipsi quoque in triginta centurias*

6. *discriminati. Pauperrimi autem ciuium reliquis omnibus numero non inferiores, vltimæ vices suffragandi nanciscebantur. In vnam omnes centuriam coniecti. Isti erant & liberi a delectibus & a tributis immunes, atque ideo in ferendis suffragiis minima auctoritatis. Si igitur in primis centuriis equitum & peditum, quibus in acie primus locus attribuebatur, eiusdem sententia fuissent omnes illa septē & nonaginta centuria: finem suum habebat suffragatio neque deinceps reliquis sex & nonaginta centuriis calculi permittebantur. Sin minus, secunda classis duarum & viginti centuriarum vocabatur, ac tertia deinde. Idque ordine procedebat, donec idem decerneretur a septem & octoginta centuriis. Et pleraque controuersia primis calationibus decidebantur, vt extremorum operam non requirerent. Raro autem negotium ita anceps incidebat, vt ad infimorum suffragia procrederetur, & hoc erat quasi finis, cum effectis in duas partes pari numero, centum & nonaginta tribus centuriis, cum vltimum suffragium illis superduceret, ac in alteram partem ponderet numeri*

meri inclinaretur. Qui igitur partes tutabantur Martii, comitia ſiuſmodi pro cenſu habenda calari poſtulabant, perſuaſi, facile ex prima calatione a ſeptem & nonaginta centuriis hominem abſolutum iri: ſin minus, a ſecunda ſaltem vel tertia. Verum id ipſum ſuſpectantes Tribuni, tributa Comitia cogi malebant, & eorum iudicio hanc litem decerni, ne pauperes deteriori conditione, quam diuites eſſent, neue tribules quam milites peiori loco conſiderent, aut reiecti ad vltimam calationem, excluderentur plebs a pari iure ſuffragiorum, ſed aequales in ſuffragando, ſimiliſque inter ſe omnes & eiuſdem auctoritatis, vna calatione per tribus calculos ferrent. Viſique ſunt iuſtiora, quam alteri petere, cum pro vniuerſi populi, non pro paucorum ſententiis iudicium populi peragi oportere cenſerent, & in iniuriis publicis cognitionem ad omnes pertinere, conſiderent. Hactenus ille. In vnum igitur omnia contrahenti, iſta differentia conſtitui poſſe videtur, tributa & curiata comitia interdum loco congruere, cum ambo in foro habeantur, ambo viritim pro numero capitum, ſuffragia edant: ſed ea in re diſſidere, quod in curiatis, qui vnius curiæ ſint, ſimul vocentur, vt ſuam quiſque ſententiam declaret. In tributis, ſinguli, qui ſunt eiuſdem regionis. Fit enim, vt qui nomina profeſſi ſint in aliqua curia, domicilium mutent, & commigrent in alterius curiæ locum. Is ergo cum vicinis ſuis in comitia tributa accerſitur, non cum iis, inter quos nomen ſuum profeſſus eſt. Ita quoque Athenienſes, δήμους, nunc homines vocant contribules, nunc certos pagos & regiones, vbi ea gentes ſedem habent. In eaque quoque diſcrimen eſt, quod tributa comitia non opus habent nec ſacris, nec ominum auguriorumque obſeruationibus, nec Senatuſconſultis, quæ omnia neceſſaria ſunt in curiatis. Rurſus in eo conueniunt, quod popularia videantur, cum centuriata ἐλιγαρχικὰ appellentur in vitio, vel ἀριστοκρατικὰ in laude. Nonnunquam quoque militaria, nimirum vbi ſingulæ centuriæ ſingula ſuffragia conficiunt. In qua claſſe ergo plures centuriæ, plura ibi quoque ſuffragia reperiuntur. Ac proinde maior vis in prima claſſe, quæ ceteris claſſibus omnibus vna centuria antecellit, & prærogatiuam perpetuam habet, hoc eſt, eorum ſententiæ ante omnes alios interrogantur. Neque illud quoque futilis differentiæ eſt, quod centuriatis Comitiis poſtea ſolummodo cenſores, Curiatis ceteri, patritiique magiſtratus creati ſint. In ſumma, omnia in hanc ſimilitudinem conſentiunt, quod in declarandis magiſtratibus bina ſemper comitia fiunt, quorum prima prærogatiua, ſecunda iure vocata appellantur.

FINIS.

PETRI NANNII ALCMARIANI APOLOGIA SVPER ANNOTATIVNCVLIS IN THEOPHILVM, ADuersus quendam Iacobum Curtium.

ETsi cum meo vulnere Græcarum Theophili Institutionũ translatio prodiit, gaudeo tamen studiosorum nomine, eum librũ Latinũ esse factum. Multi nobis hanc spem dederunt, inter quos facile princeps eruditissimus ille Franciscus Craneueldius, Cæsareæ Maiestatis Consilarius, & vtriusq; Iuris Doctor, qui mihi ferme ante bienniũ, primũ ac secundũ huius Theophili librũ exhibuit, ea fide & castimonia verborum translatũ, vt nihil vnquã viderim, aut integrius, aut elegantius. Sed quia ille grauissimis & amplissimis negotiis implicitus, vel serius absoluit, vel cunctantius edit, quæ in manibus habet, gratis huic Curtio qualescunq; agendæ sunt, quod maturauit. Futurum est enim, vt interim eius versione vtantur studiosi, donec aliorũ lucubrationes publicentur. Nec enim puto incepta de manibus propterea deponent, quod iste præuertit. Nam si felix hac in re visus fuerit, ad æmulationẽ gloriæ accẽdi debent, qui illi nec ingenio, nec eruditione cedunt, sin autem infelix, ab ipsis corrigendũ est, quod apud hunc infelicius natũ est. Omnino enim curandũ est, ne quid studiosæ inuentuti desit, cũ quatum optime agitur, cũ multi eiusdẽ rei interpretes exstiterint. Alius enim alio significantius, fidelius, elegantius reddit, & cum omnes eodẽ ictus destinant, fieri non potest, quin saltem aliqui scopum attingant.

Video enim priscis temporibus priorem interpretationem posteriores semper elicuisse. Sic post Septuaginta interpretes, Aquila, Symmachus, Theodosion, Hieronymus, alii post alios Biblia transtulerũt. Nec retardauit Trapezuntius studium Gazæ, quo minus libros Aristotelis de animalibus denuo in linguam Latinam retexeret, nec Rodolphi Agricolæ prior in Isocratem translatio, Erasmum ab iisdem libris vertendis deterruit. Nunquam ita prior apicula florem delibauit, quin secunda suos succos inueniret. Hæc mihi eo dicta sunt, vt ad eos fructus adferendos, quos Curtius studiosis vel attulit, vel studuit adferre, etiam alios adhortarer. Quibus cum iam labor transferendi, aut in totum, aut magna ex parte exantlatus sit, non debent suppressis suis lucubrationibus sibi gloriam, iuuentuti magnam vtilitatem inuidere. Curtii gloriæ, si qua illa est, non inuideo, illud doleo, quod nobis suggillandis magnum gaudium attulerit osoribus linguarum, quibus nihil lætius, quam homines eiusdem linguæ studiosos inter sese conflictari. Ego igitur quo illis subtraham materiam gaudendi, nihil in Curtiũ dicam, nisi quod ratio defendendi mei exegerit, eo enim & meus animus inclinat, & amicorum adhortationes impellunt, inter quos præcipuus est D. Halomus Brugensis Canonicus, vir apprime & eruditus & humanus, Curtiique amantissimus, cui si parere volo, aut nihil, aut

bil, aut sine stomacho scribendum est, quod alterum magni animi alterum mansueti sit. Quare exemplum Curtii non imitabor, qui primos ingenii sui fœtus, alieno sanguine rubere voluit, ac clypeo magis quam telo vtar. Quod si denuo prouocer, alia mihi ratio pugnæ habenda fuerit. Vellem autem Curtium si omnino ledere statuerat, meam caussam a Rutgeri Rescii caussa secreuisset. In illo quidlibet licebat, in Rescium præceptorem nihil illi pietas concedebat. Sed duleis semper vndecunque gloria, voluit suo præceptore doctior videri, quo sibi etiam illud Adagii competeret, πολλοὶ μὲν θύρσοφόροι δὲ τε βάκχοι. Atqui licebat illi eodem tendere, & quidem longe ciuiliori modo, nimirum si sua sine conuitiis tradidisset. Contumelia verborum non eruditiorem aliquem, sed petulantiorem demonstrat, aut si stomachus bilem non continebat, potuisset aliunde resarcire, quod alibi laserat. Erant sane multa bene a Rescio annotata ac emendata, quæ licet sit secutus Curtius: non enim immemor Plinii sententia, minime agnoscit per quos profecerit. Hic si album calculum addidisset, & grauior iudex & syncerior in paucis illis, quæ nititur condemnare, apparuisset. Nunc arrosit pauculis, cum de aliis mentionem non faciat, videtur libidinem carpendi habuisse, laudandi voluntate caruisse. Id quantum candoris habeat, ipse sentit, præsertim cum se simulat alia nulla vidisse, nisi in qua obeliscum figit, eaque non e libris accepta, sed a fama adlata. Sic enim scribit: Nannius quidam, vt audio, sic legit. Et rursus alibi: Nannius quidam, vt fertur, &c. Atqui bonus vir, non solum mendacem, sed & simulatorem memorem esse oportet. Frustra simulas te non legisse, cum postea oblitus tui ἀνοσιώτατος Louanien sem editionem citas. Non me fallit, quo consilio pugnas, te nostra non legisse, ne scilicet vbi nostram castigationem sequeris, videare aliena opera adiutus, & quo fidem facias, quæ nihil mutuo geas alienis inuentis, pauculæ arrodas, non e libris, sed ex fama, vt tua simulatio habet, cognita. Credemus tibi, si credi vis tantum tibi inertiæ adesse, vt in re quam tractas, quamque vitiosam ipse fateris, non consulas, quid alii senserint. Forsitan dices, quid mihi vobiscum? Iurisperiti non estis: Tale enim quiddam audiuat tua ista præclara quiritatio. Vide quid agant, qui tam temere eius studii libris manus admouent, in quibus parum versati sunt. Atqui Iurisconsultissime Curti, sæpe etiam est holitor valde opportuna loquutus. Vis audire quid egimus? Plus minus septuaginta loca a nobis restituta sunt, hoc nostrum crimen, hoc scelus, hoc piaculum. Para fustuarium, vncos, Gemonias scalas. Habes reos sua crimina agnoscentes, peroraſti, parce clepsydris, sua ipsi confessione conuicti sunt. Nostra ista opera, quæ tibi tam audax & temeraria videntur, multis multorum & magnorum virorum epistolis collaudata est, non me Hercule Grammaticorum (ne id cauilleris) sed Iurisperitissimorum, nisi D. Cranenueldius, vt de aliis taceam, Iurisperitus non est.

Certe tu tam acer censor, non nisi septem loca, ex toto acervo attrectas, & ex illis ipsis septem, non nisi tria lacessere ausus es. non parsurus reliqui, si potuisses. Hic ego non parum vereor, ne lector me putet iracundum, vel otii abundantē, qui ob tria vellicata loca, Apologiam parē. Stygillat ille fateor, non nisi tria loca, infamia tamen in omnia spargitur. Scient enim homines leonem ex unguibus æstimare, & mercatores ex pauculis granis, specimen totius acervi exhibere. Quamquā quod ad me attinet, facile hanc indignitatem toleraverō. Reficiparte desererē, nec debeo, nec possum, quondam præceptoris mei, nunc amici syncerissimi, & mecū in eadem criminatione coniuncti, præsertim tum ab eo tam indigne tractetur, cui olim vigilias suas, & doctrinam, ut præceptorem decuit, sedulo impartitus est. Hactenus de Curtio, nunc de Curtii censura agamus.

APOLOGIA.

SCripseram in Titul. Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, parag. Præterea. ἐπιπραται αὐτὸν τῷ πατρὶ, legendum esse pro πατρὶ, ὁ πατὴρ, alioqui tres emancipationes, & tres manumissiones, quæ olim in soluenda patria potestate in vsu erant, suū numerum non habere. Deinde quomodo potest patri vendi, qui tacita ratione in patriam potestatem rediit, vt pleniùs postea docetur. Tit. de bonorum possessione, parag. Sunt. εἰ πωλεῖται μὲ τὸν ἰμὸν πατέρα ὑποκρινόμενον δῶνεί τι αὐτὸν εἰς ἀπελευθερίαν μοχλεύσειεν τῷ δὲ πρώτῳ τέκνῳ Si in emancipando filio eum tibi tradidero in primū, secundum, & tertium mancipium. Patrē autem filium ter solere vendere, satis apparet ex commentariis Caii. Titul. prioris libri sexto, vbi sic loquitur: Sed filius masculus, tribus emancipationibus de patria potestate exit, & sui iuris efficitur. Emancipatio autē, hoc est, manus traditio, quædā similitudo est venditionis, quia & in emancipationibus præter illum, hoc est, certū patrē, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo naturalis iste pater, filiū suum fiduciario patri mancipat, hoc est, manu tradit, a quo fiduciario patre, naturalis pater vnum aut duos numos, quasi in similitudinem pretii accipit, & iterum eum acceptis numis, fiduciario patri tradit. Hoc secundo & tertio fit, cū fiduciario patri mācipat ac tradit. Et sic de patris potestate exit. Hæc verba Caii videtur Theophilus suis Græcis institutionib⁹ attexuisse. Curtius ex πατρὶ τρίτῳ facit, p me si libet vel tritonē, vel triturā ex eadē voce resingat, ac ita loquitur. Nannius quidā (vt audio) p πατρὶ πατὴρ legit, ego vero lego, vt & verti, πατρὶ τρίτῳ. Hæ sunt illius rationes, quas adducit, credamus, αὐτὸς ἔφα. Ille autē ne cogeretur me seq, cū Græce haberetur ἐπιπραται, hoc est, vendebat, vertit vendebatur, ne opus esset persona venditoris, cū haud dubie ex contextu Græcorū verborum, & Caii narratione, patrem constet illum venditorem fuisse, quod mea annotatio vnica mutata litera planum faciebat

Titul.

Titul. de nuptiis, parag. Affinitatis, ita Curtius loquitur, Maiore prohibitione, Græce est, in editione Basiliensi κώλασιν, quod nihili verbum est, ideoq; κόλασιν legendum est, aut κώλησιν. Editio Louaniensis habet κόλασιν, ego malui κώλυσιν. Hactenus ille. Castigatio autem illa nostra in indicem annotatiuncularum relata nõ est, vt multa maluimus castigare quam annotare, vel quod minimi momenti putabamus, vel quod verebamur minutilis illis attexendis, in notam ostentationis incurrere Nolo hic tecum φιλονεικεῖν, probas enim & nostra, quamquam tua anteponas, facile ferimus suum cuique placere: Quod autem κόλασιν, hoc est pœnam, potius legendum sit, quam κώλυσιν, quod prohibitionem significat, indicat statim subsequentia verba, quibus interpretatur, quid per κόλασιν intellexit, dicens: λέγω δὲ τὴν κεφαλικὴν τιμωρίαν, hoc est teipso interprete, de capitali pœna loquor.

Titulo, de inutilibus stipulationibus, parag. Si scriptum. Hæc verba Curtius in margine adiecit, Hic in Græcis additum erat χωρὶς τοῦ ἢ διαζευτικοῦ, quod nihil ad præsentem literam facit, quapropter ego id in sequentem transtuli, quoniam ibi nonnihil de coniunctionibus agitur. Nãnius quidam legere fertur, χωρὶς τοῦ ἢ διαζητικοῦ, quod non intelligo, nisi dicere voluit διαζητητικοῦ, Recte coniicit, ita enim a me scriptum erat, sed errauit chalcographus, omittens ex media dictione duas literas, & certe facilis est lapsus in ἐπαλληλίᾳ duarum syllabarũ, ferme inter se similium, τη τι, quam iustissimã excusationẽ si mihi nõ permittit, quo tandẽ colore elabetur, vbi ipsius librarius sæpe ad eundẽ modũ peccat.

Titulo, de fideiussoribus, parag. In omnibus. Hic Curtius ita scribit. Hunc locũ aliqui inuertunt, eo (vt videtur) offensi, ꝙ dicat Theophilus ex solutione eius, quod iure ciuili debetur, repetitionem non dari: quo quid verius dici potest: quamuis id ciuilis cũ naturali obligatione commune habeat. Hactenus Curtius.

Nisi intelligas de obligatione ciuili & naturali simul, hoc est, quę mixti generis sit, falsissima adfers, quæ enim ciuilis tantummodo obligatio est, ea sola repetitionem admittit, cum naturalis idem non faciat. Quare eam particulã de non repetendo soluto, potius ad naturalem obligationem pertinere arbitratus sum. Certe si ἑκὼν legas pro ἄκων, vt ego existimaui legendum, non possunt ista verba nisi importune, ciuili debito attribui. Naturalis enim debitor, vt cogi non potest, ita si soluerit, repetere solutũ nequit. Nunc autem cur ἄκων in ἑκὼν mutandum censui, rationes addam. Primũ tamẽ ab æq̃ssimo lectore stipulabor, vt totũ locũ excutiat. Diuiserat Theophilus stipulationes in ciuiles & naturales. Et ciuiles eas esse dicit, vnde nascantur actiones, quæ obligatũ condemnari faciant, & quod inde solutũ est, repeti nõ posse. Plena, me hercle, definitio. Sed nunc audi quomodo naturales definiat, eas esse, q̃ nec actionẽ nec condemnationẽ pariant. An plena sit definitio, alii vi-

derint, certe ex hac definitione nullam efficaciam, aut vires huius obligationis reperias. Quod si hic tantummodo pro ἄκων ἑκὼν legas, vnica solũ litera mutata, addasq; ea verba, quæ mihi de suo loco translata videntur, nempe hæc, si tamẽ sponte quis soluerit, solutũ repetere nõ potest, nihil video ꝙ plenitudini definitionis deesse possit: contra si ἄκων retineas, eademq; verba definitioni ciuilis obligationis assuas, vide q̃ frigeat sermo Sed reddamus omnia eius loci verba, quo cuncta oculis euidentius pateant. Ait Theophilus, ciuiles obligationes esse, ex quibus nascantur actiones, quę institutæ contra obligatum, eum condemnari faciunt, & solutio inde facta, non admittit repetitionem Nam si inuitus, qui obligatus est conueniatur, vbi soluerit, repetere non potest. Obsecro cui rei seruit, hæc vox *inuitus*, siue enim volens, siue nolens soluerit, ęque solutum repetere non potest. In naturali autem obligatione, non nisi a volente solutionem impetres. Vnde ibi mentio volentis peropportuna fuisset. Deinde quorsum ille battologismus, vt quod statim dixerat, eisdem verbis repeteret, non aliter quam Mercurius ille apud Ouidium Et me mihi perfide prodis, Me mihi prodis ait. Age mi Curti, qui hunc locum vt sanum, integrumque transfers, ac tam ægre sustines, quicquam a nobis attrectari, dic mihi rogo per tuam istam incomparabilem Iurisprudentiam, cur, cum Theophilus exorsus, de bifida natura obligationum, statim non obligationem, sed stipulationem in duas species diuidat, aliam ciuilem, aliam naturalem asserens. Commonstra mihi si potes naturalem stipulationem, quæ ea natura contenta est, vt ciuilis non sit.

Ego si hunc locũ transtulissem pro ἐπερωτήσεων legissem ἐνοχῶν, aut si Gręcam vocem retinere voluissem, quo minor offensa esset, eam nomine pactionum exposuissem. Plures adhuc sunt scrupuli in eodem loco. Sed quid agas in tanta morositate hominum. Vtinam Curtius tam diligenter in reliqua vitia non emendata oculos intendisset, quam in alienos labores seueriter inquirit. Obiicit mihi, quod locum inuerto. Ne litera quidem a me mutatur, sed quid mihi videatur, in catalogo annotatiuncularum admoneo, liberum cuiq; suum sensum relinquens.

Mutatum est a chalcographis in Louaniensi exemplari κανὼν in κοινὸν, id quia recte mutatum dixi, ac eo elogio meam quodammodo litem feci, vna cum Rutgero Rescio vapulo.

Pie certe Curtius facit, ꝙ Rutgerum Rescium præceptorẽ suum ita propalam suggillat, vt eius verba mentẽ habere neget: Θρέψαι ἐλυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὡς τὸ φάγων τι. Sed dicit mihi Curtius. Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas, Recte. Sed vbi erat ista veritas in tot bonis Rescii castigationibus? Præclara veritas, quæ vbi se multa laudanda offerunt, tacet, linguam non habet, vbi chalcographi error carpendi occasionem dedit, plus ni-

plus nimio loquax est. Atqui dicet, suppresso nomine egi. Qui potuisti euidentius? qui bis me nominatim citas, citas etiam Louaniensem editionem. Adhuc scilicet latebimus, & ignorabitur in quos spicula cōtorqueas, quasi non æque indices, siue dicas Homerum, siue Troiani belli scriptorem. Plus certe aliquando lucis habent ἀντονομασίαι, quam propria nomina.

Sed audi lector, quomodo res acta sit. Cum annotationes Rutgeri Rescii meis adiectæ essent, ne aliena mihi cederent, singulas illius castigationes ipsius nomini asserui, subinde accinens hoc elogium, recte mutauit Rescius, securus nimirum de fide auctoris. Animaduerti enim eum multa religione libros tractare, quāobrem nihil ab eo temere mutatū credidi, nec iam credo, quicquid enim hic vitii est, chalcographorum culpa datum est. Tibi fortasse durior excusatio videtur (vt debet discipulus ἀκριβοδικαίως cum præceptore agere) mihi tamen verissima habetur, scimus enim omnes quantopere peccent chalcographi, præsertim in affinibus vocabulis, id si nescires, ex tuo isto libro addiscere poteras. Pag. enim 35. Titul. De capitis diminutione, Par. Cum autem, ita transfers. Quod si plures sint cognati, non ad omnes tutela pertinet. Nisi culpa in chalcographos reiecta, te eripias, vt illis attribuas pro hac voce *agnati* cognati posuisse, quomodo quęso elaberis? Atqui minor hic est similitudo vocum, quam in κοινὸν & κανὼν. Et rursus de legitima patro. tutel. ita tuus liber habet: Libertus & liberta tutor indigebant, pro tutore. Scimus tuam culpam non esse, non sumus tam iniqui, tantum cuperem te eadem erga nos æquitate vti. Me certe κανὼν legisse, vti tu vis, testes sunt D. Petrus Amicus. I. L. Doctor, literarumque humanarum & iuris peritissimus, D. Daniel secretarius Episcopi Brixinensis, nunc etiam laurea vtriusque iuris a D. Alciato condecoratus. Filii Buslidiani & illi nequaquam indocti. Sed afferam si vis testes etiam tibi domesticos, M. Iacobum Haloinum, M. Gerardum Bacchusium, canonicos Brugenses municipes tuos, viros & eruditione & humanitate ac fide insignes.

Titul. De actionibus, Parag. Tripli, vbi in nostram annotationem ita scribit. Sunt, inquit, qui hanc literam mutent, & quidem corruptus innumeris locus videtur, sed recte nec ne, an falso: item quomodo corrigendus sit, non possum dicere, quoniam constitutio Cæsaris, qua modū sportularum fecit, maiorum incuria in Codice non exstat, hactenus ille. Videtur Curtius intellexisse, quasi certam quantitatem sportulis præsinierim, qui si mea verba perpendisset, sentiret me potius existimasse, a Theophilo hanc summam pecuniariam sportulis assignatam, non quod religiose definiret, sed quod vel exemplum fingeret, vel secūdum leges posteriores eisdem nominibus pecuniarum diuersum pretium statueret, quod & ipse Iustinianus fecit Institu.

De libertorum succeſſ. Parag. Sed noſtra, vbi mille ſeſtertios pro vno aureo computat, cum centũ ſeſtertii tantũdem conficiant. Sũt autem hæc noſtra verba, hic numerus cum ſequenti numero non conuenit, vbi fingit ſex numos vltra æquum, ratione ſportularum eſſe petitos, mille enim numi pro ipſius hypotheſi non conficiunt, niſi quinque numos ſportularum nomine præſtandos. Quam procul autem abſim ab aſſeueratione, ipſa verba per ſe clamant. Non enim neſcii eramus, quam ſæpe in ſportulis variatum eſſet, quæ nunc decimas, nunc plus minus duodecimas eorum, quæ in lite petebantur, auferebant. Nihil autem in tota annotatione a me dictum eſt, niſi Theophilum ſibi non conſtare, atque huic malo vnica litera τ ſubueniri, quæ ſi adiecta ſit, Theophilum ſibi cõcordem fore.

Titul. De replicatione, Pagin. 444. verſu a fine 8. pro ἐγέγονεν Reſcius ſubſtituit γέγονεν. Nunc audiamus illius cenſuram. Græce eſt, inquit, ἐγέγονεν, quod nihili verbum eſt, ego vero lego οὐ γέγονεν, ſic enim ſcribit Iulius Paulus in lege, ſi vnus, de pactis. Pactus ne peteret, poſtea conuenit vt peteret, prius pactum per poſterius elidetur, non quidem ipſo iure, &c. Quare videant quid agant, qui tam temere eius ſtudii libris manus admouent, in quo non ſatis verſati ſunt. Quid ais Iuriſconſultorum alpha Curti? adeo ne male fecit Reſcius, quod ex ἐγέγονεν voce (vt ipſe ais) nihili germane Græcam fecit? teque in ea re approbatorem habet. Verum quia τὸ οὐ quod in omnibus exemplaribus deerat, nec a Viglio vigilantiſſimo & Iuriſconſultiſſimo homine emendatum erat, non adiecit, vt ἀναλφάβητος iuris, a te alpha Iuriſconſultorum, quaſi ferula conuerberabitur homo ad annos aliquot in ſtudio iuris non oſcitanter verſatus. Probe rependis τὰ διδάκτρα pius diſcipulus. Atqui quod iſte locus iam ſanatus eſt, in eo ille tecum partiarius eſt. Ille literam, quæ ſupererat reſecuit, tu duas literas quæ deerant adieciſti. Non audet tecum agere de communi diuidundo, quia tuum beneficium duas literas, ipſius tantummodo vnam habet, id tantum cupit ne vapulet. Libenter tibi etiam ſuam literam cedit, vt tres habeas ad vberiorem materiam exſultandi. Libere triumphes, modo ne ipſe triumphetur. Vide quantum habeat momenti vnica litera, quos animos, faſtus, inſultationes faciat.

Si tam male accipiendus eſt, qui ex duobus vitiis vnũ ſuſtulerit, alterum reliquerit, qua cruce dignus erit medicus, qui morbũ non tollit, ſed mutat, vt quotidie fit in ægrotationibus peracutis, magno cum bono ipſius ægroti, qui inſtantibus fatis eripitur. Age mi Curti, docebo te tuis exemplis, veniam nobis deberi, ſi non vbique εὐστοχοῦμεν, cum tu tantus Iuriſconſultus, vt videri vis, & tantæ Græcitatis, non ſemel in reddenda ſententia impingas, neque per totam tuam translationem decurram (id fortaſſe alias facte-

facturus, si denuo respondendum fuerit.) Sed mihi vt te tui commonefaciam, pauciſſima loca ſufficiunt, nec tibi illa obiicia, quod meliora non potueris, ſed quod meliora non feceris. Habes antidotum etiam ab aduerſario: cupio enim non te lędere, ſed me cum Rutgero Reſcio defendere.

Tit. Ex quibus cauſſ. manumit. non poſſ. §. Licet. οὐδεὶς γὰρ ἀ-ξίωσε τὴν ὑφορωμένων ἐπιπλέειν κληρονομίαν, ἐξ ἧς κέρδος μὲν οὐδὲν τῷ ἀδικουμένῳ, ὕβρεις δὲ μυρίαι, καὶ ζημίαι, καὶ οἱ ἐπὶ δικαστηρίων ἐλκυσμοί. Hæc Curtius ita vertit. Nemo enim, qui modo mentem aliquam habeat, hereditatem admittet, ex qua adiens nullum emolumentum ſperare poſſit, ſed quæ multorum arrogantiam, moleſtiaſque, damna & lites ſecum afferat. Quam iniqua lance pondera Græcorum verborum rependis. Vbi illic arrogãtia? vbi moleſtia? aut quid deniq; hic facit arrogantia? Quam ignaua & diluta ſunt iſta, lites ſcilicet præ Græcis illis, οἱ ἐπὶ δικαστηρίων ἑλκυσμοὶ Quanto ſimplicius & fortius Græca ſonant, quæ ad hunc modũ interpretari poſſis. Nullus enim prudens eam ſuſtinebit adire hereditatem, ex qua adeunti, lucri nihil, contumeliæ autem & damna & rapratione in iudiciis infinitæ. Ac ſtatim pro ἁπλίζως quod eſt euileſcere, tranſtulit lacerari ac minui, præpoſtera ὠξήσει. Sed habeat hoc impune, permitto enim vt verbis ludat, modo ſententiam non lędat. Poſt aliquot deinde verſus μέχρι γὰρ ἑνὸς τὴν οἰκείαν παραχαράττει νομοθεσίαν. Hæc Curtius ita reddit, nam vſque ad vnum lex conſtitutionem ſuam vitiat ac corrumpit. Cũ ſenſus ſit Legem Æliam ſententiam, vnum tantummodo ſuæ conſtitutioni aſſcribere.

Mox §. Eadem, ὁ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν ἑαυτῶν ἐλαττοῦσιν τὴν ὑπόστασιν. id eſt, hoc modo bona ſua diminuunt. Curtius tranſtulit. Et ita facultates leuiter diminuere. Leuiter ſi hic intelligas pro parũ, ſententia vitiatur. Sed puto Curtium per hanc vocem intelligere temere ſiue facile. Id admonendum viſum eſt, ne lector deciperetur ambiguitate vocis in illam quam in hanc ſignificationem pronioris.

Tit. De his qui ſui aut alieni iuris ſunt. Par. In poteſtate, ἢ χεῖρας ἐπιβαλὼν τούτῳ, ὁ δὲ προλαβὼν ξίφει τοῦτον ἀπέκτεινε. Curtius ſic. Aut cũ domino manus iniicere vellet, dominus eum ferro occupatum interemerit. Bona quidem ſententia, ſed non horum verborũ. Græcus enim intelligit dominum in feriendo priorem fuiſſe, & illius ictus anteuertiſſe.

Tit. eod. Par. Sed mater. ἀλλὰ συκοφαντῶν δικαστὴν ὁ λῃστὴν ἀκούσαντα μεταξὺ αὐτῶν. Curtius ad hunc modum. Sed iudicem cauſſam vtriuſque cognoſcere, & apud ſeſe ſtatuere τὸν συκοφαντεῖν δικαστήν, pro apud ſeſe ſtatuere vertit, cum ſit ſenſus, iudicem debere partes conuocare, atque ita de vtriuſque cauſſa cognoſcere. Tit. De nuptiis. Par. Affinitatis ἀρχὴ γάμου δὲ ἐστι οἰκειότης ἀποφαίνουσα. Curtius ſic. Eſt autem affinitas propria quædam perſonarum qualitas, cum ver-

tendum erat. Est autem affinitas personarum necessitudo, quod certum genus, & non tam vagum definitioni addit. Tit. De excusationibus tutorum vel curatorum. Par. Item tria. ἐπειδὴ εἰ πολλάκις ἐπιτρόπου ἢ κουράτορος ἐλαν ὑπεισελθεῖν οὐσαν οὐπολυτάτην, οὐκ ἀπὸ πληρώσει τὸν τῶν τριῶν ἀριθμόν. Curtius ita vertit. Quia si forte huius vel illius tutelam vel curationem affectauerim suscipere, cum opulenta esset, ea numerum trium tutelarum non explebit. Atqui Græcus non loquitur de opulentis tutelis affectatis, sed de non onerosis, nec scio cur quisquam ad defugienda onera tutelarum, opulentam tutelam affectare velit, nisi ad prædam inhiet. Titul. Quibus alienare licet vel non, εἰκότως οὖν τὸ μὴ τῆς ὑποθήκης λέγω τὸ οἰκείας ἠσφαλίσατο νομοθεσίας. Curtius sic. Non iniuria ergo sua rogatione hypothecarum cauſſam subuertit, cum Theophilus intelligat, id quod ad hypothecam attinet fundi dotalis, lege communitum esse.

Non deesset mihi occasio hic mi Curti reponendæ tuæ exclamationis, Vide quid agant, qui tam temere eius studii libris manus admouent, in quo non satis versati sunt. Possem singulas tuæ interpretationis offensas magno odio exagitare, sed nolui gratum facere osoribus linguarum, nolui te hac in parte imitari. Statutum mihi fuit λοιδορεῖν οὐκ ἀποκαταγορεῖν. Tu si scribere velis, fac id ciuiliter agas, ne ad secundum ictum, non de defensione solum, sed etiam de vltione mihi cogitandum sit. Ad quam si incubuero, vt nec cauſſa, ita fortasse nec industria, nec animi mihi defuturi sunt.

FRANCISCI ROBORTELLI Miscellanea.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE IVRISCONSULTO Lælio Taurello, Franciscus Robortellus S. D.

NOn dubito, quin, quãuis occupatissimus sis, libellũ hunc nostrum, quem proxime scripsi de ea facultate, & artificio, quod in scribendis historiis requiritur, libenter sis lecturus, id vero ego tũ spero humanitate tua freetus singulari, tum vt confidam, faciunt magna tua erga me beneuolentiæ signa, quæ mihi antehac perspexisse videor. Ardeo sane cupiditate incredibili aliquid scribendi, quo quantum tibi debeam apud homines testatum relinquam, sed nimirum ita nunc occupata sum opera, & impedito animo, vt nullum mihi vacuum relinquatur tempus. Leges igitur in præsentia libellum hunc meæ erga te præclaræ voluntatis, & obseruantiæ testem, quem, cũ multis ante propè subnegassem, nunc non tribuere non potui, cum iidem, tua tutela subiectus vt exirei, postularent. Eum vero ego ordinem in disputando seruaui, quem Aristoteles ipse in Rhetoricis tenuit scribendis, sic enim quam

quam planissime, & minime vulgari modo eam totam rem scribi posse existimaui. Omnia praterea, quæ a me in hoc genere scripta sunt, ita sum commentatus, vt neq; inania scrutari, neque omnia curiose consectari voluerim, sed prorsus ad artem, & μεθοδεν illam præclaram redigere totum hoc scribendi genus conatus fuerim, vt noua veluti quædam peculiari nomine a ceteris distincta exstaret facultas, siue ars historica num qui de eadem re aut tã accurate scripserit, aut eo ordine, quo nos, plane noui neminem. Quod si intellexero, te doctissimum virum a me prorsus non dissentire, aut, si rem minus aliquam probabis, gratam tamen hanc mea erga te obseruantiæ testificationem tibi fuisse, mirum in modum lætabor, sed omnino huic disputationi nostræ ex animo, sin minus, humanitatis caussis suffragere velim, vt una cũ plurimis & quã ornatissimis tuis de me iudicijs etiam hoc exstet, nihil enim mihi ad omnem laudem illustrius, aut ad comendationem maius, per quam Optimo ac Max. Duci Floren. COSMO. Med. indies gratior, acceptiorque sim (id enim in primis mihi optatissimum est) contingere posse puto, quam si me a te amari, & probari intellexerit: Is enim multum tibi tribuit, & tam amplis honoribus, atq; præmijs propter innumerabiles, & maximas virtutes tuas, ac singularem sapientiam, & doctrinam te decorauit, vt non olim apud Alexandrum Augustum Vipianus, aut alius quivis apud Maximos Reges, & Principes honoratior vnquam fuerit. Vale, Pisis. IV. Calen. April. M.D.XLVIII.

Disputatio de Historia facultate.

NVnc dicendum, qualis sit Historica facultas, sic enim in præsentia libet appellare, quem habeat sibi finem propositum, quam materiem subiectam. Ac de fine primum, nam cetera facilius cognoscentur. Proclus doctissimus Platonis interpres in suis quæstionibus Poeticis refellit nonnullos, qui Poetices finem esse statuebant, oblectationem: asserit q; finem ipsius esse, imitari, quod hac ratione satis probabili confirmat: *Omnis Poeta imitatur, ergo finis Poetices dicenda est ipsa imitatio.* Quasi normam quandam, ac viam nobis ostendat doctissimus vir eo loco ad inueniendũ cuiusuis artis & facultatis finẽ, ex eo, q̃ perspicitur quælibet ars agere. Alia est ratio inueniendi finis in qualibet arte, & facultate, q̃ mihi videtur Aristoteles secutus in Rhetoricis ad Theodecten, cum ait: *Finem rhetoricæ facultatis esse perspicere, quid in vnaquaq; re probabile sit.* idque exẽplis confirmat, tũ medicæ artis, tum geometriæ. Hæc vero posterior ratio indagandi finis ad id respicit, q̃ libet facultas, & ars docet, sed nos priorẽ sequentes, dicimus *Historicæ facultatis finẽ esse narrare, Historici q; ipsum narratorẽ quẽdã, & explanatorẽ.* Et quoniã narramus, & explanamus aut res, q̃ naturales sũt aut q̃ ex opificio aliquo prouenium, aut q̃ ab hominibus geruntur, non earũ quæ primo, & secundo loco a me dictæ fuerunt sed quas ipsi homines gerũt. Lucianus Samosatẽsis priorẽ rationẽ secutus in eo libello, q̃ inscribitur, πως δει ἱστορίαν συγγράφειν, finẽ histor. cõstituit,

vt iuuet τὸ χρήσιμον, quod Graci vocant, non τὸ πρεπὸν, nam illud ex veritate, qui vltimus eſt finis, proficiſcitur; Quod ſi per ſe ſubſequatur τὸ πρεπὸν nõ extrinſecus adductum, aut accerſitũ id quoq; magnopere ad hiſtoriam ſpectare. Hæc ita Lucianus expoſuit, belle quidem, & docte. Nos vero apte hæc cum ſuperioribus coniungi poſſe exiſtimamus; (*nam officium, & finis affinitatem inter ſe habent maximam*) vt dicamus hiſtoriæ finem eſſe, narrare res geſtas, vti geſtæ fuerint, iuuandi gratia. Quod ſi res ita ſeſe habet, patet hiſtoriæ finem eſſe *narrare res geſtas, vti geſtæ fuerint, iuuandi gratia*, ex quo etiam patet hiſtorici eſſe, narrare τὰ μεγίστα μόρια, nam non eſt effictor rerum, ſed explanator, atq;, vt verbis Luciani vtar οὐκ ἐστὶν αὐτῷ πραγμάτων ποιητὴς, ἀλλὰ μηνυτὴς. Hinc vero tam multa incommoda emanarunt: nam dum maxima hiſtoricorum pars ipſam narrationem prætermittens τὰ μεγίστων ἡρώων inſiſtit nunc huius, nunc illius viri laudibus, aut ſæpe etiam ſtudet hoſtes adducere in contẽtionem ſuorum magis, q̃ illorum ſtudioſus. Fœdiſſime corruptum fuit totũ hoc ſcribendi genus. Non minus igitur vere, q̃ polite fuit a Cic. dictum in Bruto; *hiſtoriam eſſe factam mendoſiorem laudationibus funebribus, & domeſticis aliquarum familiarum*, nam ita factũ eſt, vt falſi conſulatus, falſi triumphi recenſerentur. In vtroque peccat aliquando Liuius noſter, dum plus nimio Romanorũ laudi ſtudet, & hoſtium gloriam oppugnat. Quid enim opus fuerat quodamin loco de Gallis, quæ gens fortiſſima, & honoris appetẽtiſſima ſemp habita fuit, illud tam iniquo, & exulcerato animo ꝓferre, eos dulcedine vini allectos, primũ in Italiæ alpibus ſubiectam planitiem veniſſe, locaq; multa occupaſſe, ſed multi, qui Hiſtoriam ſcribunt, plane ignorant, qua in re hiſtorica facultas Poeticæ diſſimilis ſit, nam Poetice conſiderat tantũ τὸ δόξαν, & illud, ꝙ Ariſtoteles vocat εἰκὸς, id eſt, veriſimile, ſi igitur ſibi proponat virum aliquem laudãdum, poteſt pro ſuo iure illa proferre. Os Ioui, humeros Marti, pedes Mercurio ſimilẽ eſſe: ad hiſtoricam vero facultatem ſi hæc applicentur, cum ipſa habeat ſibi propoſitum τὸ ἀληθὲς, & τὸ μεγαλοπρεπὲς, nihil aliud omnino fuerit hiſtoria, *quam pedeſtris quædam Poetice*. Iam vero ſummatim vt dicam, hiſtoricorum mẽdacia aut cõfinguntur κατὰ τὸ εἰκὸς, nam ne veriſimile quidem recipit hiſtoria, vt ſiquis dicat *hoſtium quinquaginta millia cæſa, ex noſtris duos caſos, tres vulneratos*: Aut cum longiſſime diſcedunt a veriſimili, vt ſi quis aſſeratur *Imperatoris clamorem tantum fuiſſe, vt illius voce perculſi octo ſimul interierint*, neque aliunde, quam aut ex inſcitia indoctorum, aut ex adulatione improborum hominum proueniũt. Quorum vtrum turpius ſit, plane nondum cõſtitui, cum vtrunq; ſit turpiſſimum. Exemplum inſcitiæ hoc poterit eſſe: Si quis vrbem aliquam in littore poſitam, in monte dicat, hoc enim portento ſimile eſt, quaſi aliquis vrbes loco ſuo dimoueat, & veluti Hercules Atlantem montem humeris, ſic ille oppida alio tranſportet. Nõ ſine riſu

riſu nuperrime legi in cuiuſdam Germani Geographia Piſanæ vrbis, in qua nunc ſumus, mœnia mari ablui. Adulationem in hiſtoria Alexander Magnus vſque adeo deteſtatus eſt, vt Ariſtobuli libram in amnem proiecerit, idemque dixerit, *cupere ſe aliquando poſt mortem redire ad viuos, vt perſpiceret, an homines ſe poſtquam e vita ceſſiſſet tantopere laudarent.* Extimeſcebat quippe Rex ſapientiſſimus teterrimum hoc portentum, quod iamdudum appello *Adulationem.* Eſt enim doloſum, vafrum, ac veritati maxime infenſum, viuoſque vorat homines, coruis multo nocentius, qui cadauera tantum edunt. Quantoque quis potentior, & opulentior, tanto illi maius ab hoc portento imminet periculum. Vſque adeo autem cum adulatione eidem Alexandro colluctandum fuit, vt, niſi ſibi diligenter conſuluiſſet, Statuarius veluti quidam adulationis emiſſarius montem Atho, qui tanta eſt altitudine, vt eius vmbra pertingat Lemnon inſulam, in illius effigiem effinxiſſet. Præterquam quod ex inſcitia, & adulatione mendacia oriuntur: eſt & aliud quoddam in hiſtoria vitii genus, quod *Reticentia* appellatur: cui *(ſicuti teſtatur Cicero)* pœna eſt a Iuriſconſultis conſtituta. Eo apud nos vitio laborauit Saluſtius in coniuratione Catilinæ deſcribenda: nam quod Ciceroni actæ a ſenatu fuerint gratiæ, quod pater patriæ dictus, quod eius nomine ſupplicatio decreta, quod illi Capuæ a Decurionibus ſtatua inaurata fuerit erecta: hæc omnia, quæ veriſſima erant, & multum ad Ciceronis gloriam ſpectabant odio adductus reticuit. Retiecre fortaſſe nonnulla licet, quæ ſi proferantur, neque multum augeant hiſtoriæ dignitatem, & plurimum detrahant ornamenti aliorum laudibus. Ea igitur aptiſſime vſus eſt Thucydides libro octauo, vbi narrat quidem Antiphontem rhetorem, virum diſertum, ſoluendæ Athenienſium Democratiæ auctorem exſtitiſſe, ſubticuit tamen vltimo ſupplicio affectum fuiſſe, eiuſque cadauer, vt a fetis diſcerperetur, proiectum; voluit, ſcilicet, hoc condonare ſuæ erga præceptorem pietati, a quo fuerat in arte bene dicendi inſtitutus. Teſtatur Ælianus libro decimo ex Critiæ libro, Achilochum propria vitia, & probra patefeciſſe, quæ ſi ipſemet non protuliſſet, pauci admodum ſciſſent: nam ſe ex ſerua natum, inopia coactum ad Thaſios veniſſe, eoſdem paulo poſt omnes in ſe irritaſſe, eo fuiſſe ingenio, vt de amicis non ſecus, ac de inimicis obtrectaret, ſe demum, quod multo maius, & magis turpe eſt, in adulterio deprehenſum, & fugientem e prælio clypeum reliquiſſe. Poſſunt plane hæc aliquando, aut ego fallor, ſine reprehenſione fieri: ſed reticereca, quæ ad augendam viri alicuius gloriam ſpectant, in re aliqua bene, fortiterque geſta, hoc prorſus improbi, ac flagitioſi eſt hominis. Et quoniam mendacia, ac fabulas diximus ab hiſtorico in primis euitari debere, videndum, quid de Thucydide, & Herodoto ſcriptum reliquerit Marcellinus doctiſſimus rhetor. Sunt

autem ferme hæc. ὅπου γὰρ καὶ παρὰ ἡσιόδῳ καὶ ὁ δηλοῖ ἐστὶν ὁ φιλήρης καὶ νεῖκος καὶ κυδοιμὸς & μουσικὴ, καὶ ὅλως ἡ δι' ἐναντίων ἐφεξῆς τῷ ὑποθέσει ψόφου τις. ὁ δὲ θουκυδίδης αὖ αὐαμνησθῆ τινὸς ἔθνους, ἅμα μὲν τῷ αὐάγκῃ λέγει, δηλοῦται δὲ μόνον εἰς γνῶσιν τῶν ἀκουόντων. Idem Thucydides cautius viperino sanguine vitat veterum fabulas, quod vt facilius intelligatur, proferam ipsius verba, quæ sunt libr. sexto, vbi de Cyclopibus, & Læstrigonibus loquitur. παλαιότατοι μὲν λέγονται οἰκῆσαι τὴν μέσην πῃ τῆς χώρας κύκλωπες, καὶ λαιστρυγόνες οἵκησαν, ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν ἐσῆλθον, ἢ οἵτινες ἀπῆλθον, ἀρκείτω δὲ, ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται, καὶ ὡς ἕκαστοι πιστεύουσιν αὐτοὶ αὑτῶν. Itidem libro secundo vbi recenset Terei, & Prognes fabulam. Satis, opinor, hactenus declaratum a me fuit, historicum explanatorem quendam, & narratorem esse rerum, vti gestæ fuerunt, ideoque illi inprimis dandam operam, vt veritatem omnibus in narrationibus suis persequatur, & mendacia vitet, quæ vnde proueniant, & qualia sint aperte demonstraui. Quoniam vero historicæ facultatis finem quoque esse diximus, *vetustatis*, hoc ipsum, quale sit, breuiter explicandum. Atque hinc primum exordiar. Historia rerum memoriam conseruat, iuuat igitur, quis id non videt. Plato in Phrædro sub finem copiose declarat: multisque probat rationibus, quas ego, ne longior sim, prætermitto. Idem Plato in Timæo, vbi sermones refert Ægyptii sacerdotis habitos inter eum & Solonem, dum antiquitatem omnem persequitur, illum prorumpentem inducit in hæc verba, magna cum indignatione, *o Solon Solon, vos Greci semper pueri, iuuenesq; semper vobis est animus, in quo nulla imist vetustatis cognitio, nulla cana scientia.* Pueros ignaros historiæ appellat, nam sicuti pueri neque hominem ab homine (nam omnes patres vocant) neque rem a re diiudicant, sed sensu tantum mouentur, nihilque, quod procul sit, cogitatione complecti possunt: neque præterita respiciunt, neque futura præuident: Sic de eo existimandum omnino, qui historiam, & antiquitatem non nouit, longamque seriem annorum, & rerum gestarum non percepit animo: quid enim hic aut recensere poterit in consultatione maximarum rerum, aut quid habet in promtu, ex quo futuros perspiciat euentus? Plane rudis, plane hebes, plane puer, imo infans dicendus. Insita est animis hominum vis reminiscendi, ac præterita, & absentia recolligendi animo, quamuis longissime absint. Hanc qui non excolit, qui non exornat, qui non exercet, haud equidem scio, an homo dicendus sit, cum eam negligat partem, quæ in homine maxime excellit, neque brutis inest. Prudentes facit historia, iuuat igitur. An hoc eget probatione? dicam tamen, vt res tota facilius intelligatur. Omnes, qui in tractatione literarum versantur, & Philosophi, qui de moribus

tibus agunt, & Poetæ, & historici vnum hoc sibi videntur habere propositum, vt iuuent. Et iuuant meherele, sed diuersa ratione. Philosophus finem homini constituens felicitatem, qualisque sit exponens, docet, quo eam consequamur modo, ostendensque virtutem esse vitiorum vtrinque (vt Horatius ait) redactam, perturbationesque animi procul fugandas: qualeque sit vitæ genus eligendum, demonstrans, homines paulatim a vitiis ad virtutem reuocat, atque ita effingit, vt nihil laudandum putent, nisi sit cum virtute, & honestate coniunctum: Studet idipsum assequi etiam Poeta suis imitationibus tum Comicis, tum Tragicis, id autem qua fiat ratione, satis est a me in Poetice declaratum. Historicus quoque huic est vni rei intentus, exemplis hominibus satis proponens, ac suadens, quid sit honestum, quid vtile, quid turpe quid inutile, multo fortasse plenius, ac melius, quam Philosophi. Oratio autem cum duplex sit, qua aliquid persuademus, altera, quæ exemplis contexitur, altera quæ enthymematis conficitur, affert hæc quidem animis audientium maiorem fortasse vim, nam maiore cum impetu ruit, & est, vt ait Aristoteles in Rhetor. ἰσχυροτέρα. At quæ exemplis suadet multo lenior est, & apertior, fluitque quadam cum suauitate, ac in intimos animi recessus illabitur. Quærit in Problemat. Aristoteles, *Cur homines exemplis magis gaudeant, quam enthymematis*, affertque rationem, quæ illic facile legi, ac cognosci potest copiosius, nam ego breuitatis causa non profero. Quatenus autem ad Philosophos, & historicos pertinet, si quis ante vniuersalia a Philosophis perceperit, postea eadem singillatim recognoscat apud historicos in singularibus, hic quidē est primus discendi modus, si vero singularia primum ab historicis didicerit, eadem postea in vniuersalibus agnoscat Philosophorum præceptis, alter est & hic discendi modus. Vterque igitur, & Philosophus, & historicus optimus virtutis, ac prudentiæ magister est, qui enim animum habuerit imbutum optimis præceptionibus, qui multa legerit, multa audierit, is prudens sit, plane est necesse, non secus, ac qui multa fuerit expertus, tanquam alter Vlysses, nam & eo modo, sed illiterato (vt ita dicam) & indocto paratur prudentia. Iam vero si Poetarum tragicorum περιπέτειαι mouent, animosque inflectunt ad commiserationem, metum, religionem, mansuetudinem, & omnem denique virtutem incitant, quantam denique vim credendum est inesse historiæ, nam si περιπέτειαι, hoc habent ab historia, homines enim cognoscentes ea, quæ vera sunt, facilius credunt similia vero. Quanta demum ea censenda est vtilitas, quæ ex historia percipitur, in qua rerum humanarum vicissitudo, fortunæ inconstantia, regnorum euersiones, vrbium vastationes, hominum cædes, eorundem ambitio, libido, auaritia, liberalitas, fortitudo, ingenium,

prudentia, calliditas perspicitur. Adde, quod, qui historiam scribunt, si quando magna repente morborum vis aliqua eruperit, non quidem ægrotationes, quæ, cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, nascuntur, sed eos morbos, qui graues, ac mortiferi sunt, quorum contagione, cum late serpant, sæpe infici solet tota ciuitas, & regio aliqua, si quando eluuiones, incendia, motus terræ, ignium eruptiones, & aquarum, vrbium subuersiones, montium ruinæ, fluuiorum inundationes acciderint, & eluuionum, & incendiorum, & pestilentiæ euentum simul omnem, & caussas singillatim persequuntur, vt, quoniam certo temporum interuallo aliquando prope infinito, ex syderum consensu, vt nonnulli putarunt, rursus ingruunt, posteri discant saluti suæ diligentius, & cautius consulere: Id quod est prudentissime a Thucydide factum, nam in eo genere pestilentiæ recensendo, qua vniuersa Græcia vastata fuit, tam diligens est, vt non doctius, aut melius ab Hippocrate ipso recenseatur. Hæ sunt magnæ ac multæ vtilitates, quas affert historica facultas. Nunc quoniam hactenus de illius fine satis multa a me dicta sunt, reliquum est, vt breuiter consideremus, qualem habeat sibi materiem subiectam. Qualis historicæ facultati materies subiiciatur, ex qua opus suum conficit, facile intelligemus, si qualis ipsa sit, & quam sequatur, habuerimus ante perspectum. Subnectitur historica facultas Rhetoricæ: Estque vna eius pars, seu particula, quod antequam probem, nonnulla prius dicam, hactenus, vt opinor, inaudita, neque ab aliis, quod equidem sciam, prius dicta. Sex. Empiricus Græcus auctor, qui literis mandauit omnia Pyrrhoneorum dogmata, asserit, *historicæ facultatis nullam esse μέθοδον certam*, omniumque veterum de ea re conatur sententias refellere. Tauriscus Cratetis auditor, quemadmodum & alii Critici eam subnectit Criticæ, id est, ei facultati iudicandi, quam vocant γραμματικὴν. Criticæ autem partes esse tres. λογικὸν, τριβικὸν, ἱστορικὸν, λογικὸν στοέφεσθαι περὶ τὰς λέξεις, καὶ τρόπους γραμματικοὺς. τριβικὸν περὶ διαλέκτους, ἱστορικὸν περὶ προχειρότητα τῆς ἀμεθόδου ὕλης. Hæc ille, ex quibus satis intelligas, voluisse Tauriscum historiam subiungere Grammaticæ: Asclepiades quoque eandem est sententiam sequutus, & Dionysius Halicarnasseus. Ait enim ὑποτάσσεται τῷ ἱστορικῷ τῷ περὶ τὰς γλώττας, καὶ διὰ τοῦτο γραμματικῆς εἶναι μέρος. Sed vrget Sex. Empir. his rationibus, ait enim. *Grammatice est ars, & methodo continetur, sed historia est quiddam ἀμέθοδον, ideo non potest dici pars Grammaticæ. Subsequitur alia ratio, quæ est huiusmodi. Historica facultas, οὐ λέγει ἀπὸ καθολικῆς τινὸς μεθόδου, καὶ τεχνικῆς δυνάμεως, sicut medicus, qui non considerat, τὸ ἐπὶ μέρους ὑγιεινὸν, καὶ νοσερὸν, sicuti etiam musicus, qui non respicit ad τὸ ἐπὶ μέρους ἡρμοσμένον, καὶ ἀνάρμοστον. Sicut & ipse Grammaticus, qui potest, ἀπαγγέλλειν ἀπὸ*

τινος

πιὸς καθολικῆς μεθόδου, ἢ θεωρίας. *Sed quoniam historia παντων τῶν καθ' μέρ& πεπίτται οὐδεμιᾷ οὔτ' ἐν τυγχάνουσα τοῖς καθ' μέρ&, nulla continetur artificiosa methodo.* Probatur idem alia ratione magis firma in hunc ferme modum. Historia alia est τοπικὴ, alia χρονικὴ, alia περὶ τὰ πράγματα, alia περὶ τὰς πράξεις. Quod si narratio, & explicatio locorum, & temporum non est μεθοδικὴ, neque illa fuerit, quæ circa personas & actiones versatur; vt si quis narret Hymettum montem in Attica esse. Platonem natum Olympiade 92. Eundem Platonem fuisse philosophum, & ante vocatum Aristoclem. Cumque adhuc adulescens esset in perforata auricula gestasse τὸ ἐκθέτιον; vel si quis recenseat Pythiadem Aristotelis filiam tribus nupsisse viris, Nicanori primum Stagyritæ: deinde Procleo, qui ex Demarato Lacedæmoniorum rege fuit oriundus, qui ex ea liberos fuscepit duos, Procleum & Demaratum. qui philosophiæ operam dedit apud Theophrastum, tertio illam nupsisse Metrodoro medico Chrysippi Gnidii discipulo, Erasistrati explanatori, qui filium ex ea genuit Aristotelem. Talium quippe narratio, nullâ in se μεθόδου habet, neque πιχνικῶν (vt Sex. Emp. ait) ἐμφαίνει δύναμιν: Ex quo patet illud esse verissimum, *historiam nullo contineri artificio.* Est & alia ratio: Eorum, quæ infinita sunt, neque certo numero possunt colligi: Eorum quoque, quæ ἄλλο τι ἄλλως γίνονται, non est vlla certa methodus, ἐδὲ πιχνικὴ γνῶσις. Historiam vero patet esse eiusmodi: nam est ἄπειρ& καθ' πλήθος, & non sibi consentiens propter variam de eadem re multorum narrationem. Sed velit, nolit Sex Emp. cogitur fateri, hoc vnum in historica facultate μεθοδικὸν esse, & artificiosum, quomodo recte scribatur, nam hoc habet a rhetorice. Fatendum quidem est, si eo scribatur modo, quo a veteribus primum cœpit scribi historia, esse prorsus ἀμέθοδον, neque referri ad rhetoricem; Erat enim historia nihil aliud (vt ait Cicero, lib. 2. de Orat. *nisi annalium confectio; nam res singulorum annorum memoriæ publicæ retinendæ caussa, mandabat literis Pontifex Max. efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi; atque ij Annales maximi nominabantur*; sed si copiose, distincteque & ornate scribatur; si mores alicuius, & oratio effingantur (quod in concionibus fieri solet, & primum a Thucydide factum fuit, ex eo, quod verisimile est, & decens; vnde est a Luciano polite dictum, *facere historico in concionibus προσωπον*, id est, *Rhetorice more loqui.*) plane est affirmandum, ex rhetorice enasci historicam hanc facultatem. Rhetorice historicam parit; atque alit tanquam mater, Ea rursus rhetoricæ tanquam optimæ matri a quo fuit educata, parem gratiam refert, & vt Græci aiunt, ἀντιμαρτεῖ. nam suppeditat exempla, ex quibus suas argumentationes conficit rhetorice. Verum quoniam satis declaratu est, quale sit historica facultas, & qua ratione pars dici debeat rhetorices; Reuertor eo, vnde sum digressus, explicoq; quâ breuissime, qualem

habeat subiectam materiem. Subiiciuntur, tanquam materies, historicæ facultati ipsi homines, sed non quatenus mouentur, spirant, ratiocinantur: nam hæc ad philosophos spectant, sed quatenus agunt, & loquuntur de publicis negotiis: nam priuatas actiones non recipit historicus eas, inquã, quæ humiles fuerint, & quales in quotidiano conuictu agi inter homines solent. Quod si priuatas considerat, insigniores solum, & eas, quæ ad publicas pertinent. Neq; vnam tantum vnius hominis persequitur actionem, sed plures: versatur quidem historia circa vnum hominem, cuius fuerint plures actiones. Hinc in Probl rationem explicat Aristoteles; *Cur iucundius audimus, quæ ad vnum spectant, quam quæ ad plures, his verbis*; διὸ πῶς γνωρίμων ὄντων μᾶλλον περὶ ἑνὸς ἡδέως ἀκούομεν; γινομένων γὰρ δὲ ἐν τῷ ἀορίστου. τῷ μὲν γὰρ ἓν ὑπάρξαι ἁπλοῦν, τὰ δὲ πολλὰ τοῦ ἀπείρου μετέχει. Idem Aristoteles in lib Poet. ait: *Eposiam debere dissimilem esse ab historia, quia illa vnam tantum actionem: hæc non vnam tractat, sed plures.* Quod si actiones historia persequitur eius, a quo fuerint actæ, non eo quoque proferat necesse est. Ideo idem Aristoteles in eodem libello prudentissime scriptum reliquit, φιλοσοφώτερον quiddam esse poesin, quam historiam: *quia poesis vniuersalia sectatur; historia vero singularibus inhæret, quid Alcibiades dixerit, aut fecerit.* Atque ideo fortasse vera nomina retinet historia, quia res gestas persequitur, ab aliquo homine, vti gestæ fuerunt. Ideo scimus (nam docet Aristot.) in Poesi licere vnicuique nomina comminisci; quia non sectatur verum poesis, sed verisimile. In historiis igitur legendis multum diligentiæ adhibendum in nominibus hominum diiudicandis: nam sicuti nos aliquando in nostris explicationibus historiarum ostendemus, magnæ sæpe tenebræ offunduntur rebus ob nominis alicuius deprauationem. Quod si plures actiones historia persequitur, aut eas, quæ diuersæ quidem sunt, sed iisdem temporibus gestæ. Ideo autem diuersæ a me dicuntur: quia non spectant ad eundem exitum. Aut quæ diuersæ quidem non sunt, sed deinceps altera post alteram, gestæ, hæc quidem prius: illa autem posterius. Aristoteles in Poetice *diuinum* appellat Homerum, vel ob hoc vnum, quod in Iliade cum tractaturus esset bellum Troianum; in Odyssea narraturus Vlyssis labores, & varias iactationes, antequam Ithacam appelleret: non a primo rerum initio exorsus est, & ab eo paulatim progressus deinceps ad media, & extremas: sed vnam tantum partem, & eam quidem a medio arripuit, vnde exordiretur. Reliqua episodiis plurimis explicauit. Quasi innuat eo in loco Aristot. ordinem poeseos, multũ esse dissimilem ab ordine, quo historia in rebus vtitur explicandis: nam deinceps, vti gestæ fuerint, ab initio ad extrema paulatim, pgrediens historicus res persequitur omnes. Iam vero si in historia requiritur illud, sicut diximus, quod Græci ἐφεξῆς, vocant: patet, cum aliud prius, aliud posterius sit, subiici

historiæ longam annorum seriem, quia persequitur ea, quæ gesta fuerint ab hinc seculis pene innumerabilibus. Quod si mundus, vt multi ex Philosophis existimarunt, aliquando ortus est, facile est videre, vnde principium rerum narrādarum sumere oportet, nam vna cum rebus ipsis narratio ipsa progreditur: Sed si (vt alii existimarunt) ortum nunquam habuit, eiusque perpetuitas quædam est animo concipienda; admirabitur fortasse quispiam, & ambiget, vnde in historia sit exordiendum, Et cur, cum infinita semper fuerit hominum, rerumq; propagatio, tam paucorum, vix bis mille annorum memoria ad nos peruenerit; sed mirari desinet, si scierit in rebus humanis vicissitudinem esse quandam, & mutationē, sæpeque aut aquarum illuuione, aut incendio, aut bello, aut pestilentia homines exstinctos interisse, & eam ob vnā inprimis caussam oppida, & vrbes fuisse vastatas, mox instauratas crescente nouā hominū prole. Ante Ianum. Ante Aborigines quis credat Italiam celebrem non fuisse frequentia nobilissimorum populorum, & maximarum vrbium. Si igitur certo quodam siderum circuitu, mundi modo hanc, modo illam partem mutari, ac corrumpi verissimū est, necesse fuit, vt pereuntibus hominibus, memoria quoque rerum, & artes, ac scientiæ interirent, quæ subinde eædem rursus inuentæ, & post multum temporis auctæ fuerunt, quia res eandem naturam semper retinent, homines enim noui ab initio quidem rudem, & agrestem degunt vitam, qualis sæpe a Poetis describi solet, mox cœli faciem, & circumuolutionem siderum, ac solis, terræ vberratem, fructuum varietatem admirantes, caussas perquirere incipiunt, donec ad summum scientiarum peruenerint. Huc respiciens, in Poetice, Aristoteles ait, *Ante Homerum nullum quidem tale poema nos habere, sed plura exstitisse credere par esse.* Verum illinc redeo, vnde digressus fui. Si seriem hanc annorum quam longissime debet respicere historicus, patet totius antiquitatis, quæ ad mores, ad victum antiquorum, ad vrbium exædificationes, ad populorum commigrationes spectant, bene peritum esse debere. Thucydides nobis exemplo sit, qui libro sexto omnem antiquitatem vrbium, ac populorum totius Siciliæ diligentissime ac verissime explicat. Et quoniam ad hanc antiquitatem cognoscendā multum nos iuuant vetustorum ædificiorum reliquiæ, atq; aut marmoribus, aut auro, ære, & argento incisæ literæ, hæc quoq; tenea oportet. Idem Thucydides (*quid enim opus est ab huius tā præclari historici auctoritate discedere?*) ex inscriptione marmoris quā in arce fuerat positum, vt posteris esset monumentum probat, quod multi aliter recensebant. Hippiam Athenienſium fuisse tyrannū, & liberos quinque suscepisse. Et quoniam, vti dictum est, actiones publicas, & insignes hominum debet historicus persequi, videndum est, ne grauiora quæ sunt prætermittat, & leuioribus immoretur. Erit enim ridiculus, non secus, ac qui Iouis Olympii

templum, ac simulacrum, quale a Pausania in Eliacis describitur volens laudare, aut culmen templi, aut basin simulacri laudet, ac reliqua prætermittat. Præterea si historica facultas rhetoricæ pars est quædam (vt ante probatum fuit) consequitur necessario, vt præterquam quod ipsius imaginem refert; eorum quoque referat omnium naturam, ex quibus ipsa rhetorice conflatur. Conflari autem eam docuit copiose Aristoteles lib. 1. Rhetor. ad Theodecten; ex iis philosophiæ partibus, quæ de moribus, & ciuitatum administrandarum ratione pertractat, ideoque esse veluti quoddam germen, seu (vt ipsius vtar verbo) παραφυὲς τῆς διαλεκτικῆς, quanquam hæc parum ad historicam facultatem spectat, & ἠθικῆς, & πολιτικῆς. Has igitur quoque historica facultas refert, nam & in moribus hominum explicandis, & rerum publicarum forma; magistratuum sortitione; iudiciorum ratione describenda multum operæ ponit, quæ alioqui aut perperam describet, aut non satis vero, si quæ politice continentur, ignorauerit. Et quoniam ipsa quoque politice prægnans est, & multis fœtibus turgentem habet vterum; omnium horum particeps est historica facultas; Est politice (vt docet Aristoteles) Ars quædam, cui multæ subseruiunt, tanquam pedissequę, &, vt ipse vocat, κυριωτάτη, καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονική. ipsa inprimis militaris, quam Græci στρατηγικὴν appellant, & χωρογραφική. Has igitur dicimus omnino ad historicum pertinere, sæpe enim est necesse, vt castra, agminis instructi formam, cuneos peditum, alas equitum, phalangis, quadrati agminis rationem explicet; amnes, lacus, paludes, montem, planitiem, vrbis situ describat. Quis putasset tam multis rebus instructam esse oportere historicam facultatem, tantarumq; rerum, quæ per se singulæ sunt magnæ, materiam ipsi subiectam? Atqui res ita sese habet. Addo etiam, cum duplex, vt ante diximus, historicæ facultati materies subiecta sit. Rerum de qua hactenus locuti fuimus, & verborum; quantus denique hic labor est? Plane maximus, quo haud scio, an vllus maior, pure, polite, & emendate loquendi? Obscura fuerit historia, nisi clarissimis verborũ luminibus, & sententiarum fuerit illustrata. Cicero in eo libro, qui inscribitur Orator, postquam docuit, qualis oratorum, philosophorum, sophistarum oratio esse debeat; historicis quoque quale dicendi genus conueniat, exponit, his verbis: *Huic generi orationis, qua vtuntur sophistæ, historia finitima est, in qua & narratur ornate, & regio sæpe aliqua, aut pugna describitur; Interponuntur etiam conciones & hortationes; Sed in his tracta quædam, & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio.* Huiusmodi orationis genus, huiusmodi, inquam, requirit historia apertum, graue, politum, ornatum, splendidum. Narratur apud veteres Callimorphus Medicus, cum historiam scripsisset, in proœmio statim, dum vellet probare, medici quoque esse scribere historiam, his verbis vsus esse: ὁ ἀσκληπιὸς υἱὸς ἀπόλλανος ἐγένετο, ἀπόλλων δὲ μουσηγέτης,

της, καὶ πάσης παιδείας ἄρχων. Spectare igitur etiam ad medicum historiam scribere. Alius quoque dialecticus, vt refert Lucianus, historiam scribens, omnia contexebat syllogismis probans: Primum soli sapienti conuenire historiam scribere, solum dialecticum esse sapientem. Inde alius subsequebatur syllogismus, mox alius, & sic deinceps omnia sub syllogismorum formis proferebantur. Ridicule sane; nam hic gryphis, aut sorite, aut ceratinis argumentationibus opus est: Illis vtantur licet, vsque ad satietatem, cum inter suos loquuntur; Historia ornari vult, & expoliri, planamq;, & nitidam requirit orationem. Adnotanda ea, quæ Cicero lib. 2 de Orat. profert de Ephoro & Theopompo: *Postea vero quasi ex clarissima rhetoris officina duo præstantes ingenio Theopompus, & Ephorus ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt.* Ibidem paulo post de Xenophonte & Callisthene: *Denique a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille; post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri scripsit historiam, hic quidem rhetorico plane more; ille superior vehemens fortasse minus, sed aliquanto est, vt mihi quidem videtur, dulcior.* Auditu dignum quoque est, quod de Timæo profert: *Hic longe eruditissimus rerum copia, & sentētiarum varietate abundantissimus, & ipse compositione vorborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit.* Quid de Thucydide? De eo sane hæc profert, quæ multo diligentius consideranda: *Thucydides omnes dicendi artificio, mea sententia facile vincit, qui ita creber est rerum frequentia, vt verborum prope numerum sententiarum numero consequatur; ita porro verbis aptus & pressus, vt nescias, vtrum res oratione, an verba sententiis illustrentur.* Iam satis declaratum, opinor, est, quale dicendi genus historica requirat facultas; quod vt magis perspectum sit, profero Luciani dictum quoddam, quo omnis nostra cōtinetur disputatio. In eo qui scripturus est historiam duo insit oportet, Σύνεσις πολιτικὴ, & δύναμις ἑρμηνευτικὴ. Atque hactenus quidem a nobis dictum sit de *fine* & *materie* historicæ facultatis.

LACONICI, SEV SVDATIONIS, QVÆ ADHVC VISItur in ruina balnearum Pisanæ vrbis.

AD FRANCISCVM LOTINVM VOLAterranum, Francisci Robertelli Vtinensis Explicatio.

QVanti veterum Romanorum monumenta, si quæ adhuc nostra ætate alicubi exstant, sint facienda, tum propter admira-

bile artificium, quod in iis exstruendis perspicitur a summis architectis, & peritissimis fabris adhibitum, tum propter elegantiam ipsorum operum, & vetustatem, tute ipse scis Lotine præstantissime, aut nemo potius teipso melius scit: habuit enim olim quædã ætas sub optimis principibus & Impp. architectos, fabros, artificesque omnium rerũ peritissimos. Quædam rursus alia ætas, culpa plane, vt ego existimo, principum, qui ea negligebant, prorsus ineptos, ac rudes. Verissimum enim illud est: *Honore ali artes, iacereque ea, ac dedisci, prorsusque ignorari, quæ negliguntur.* Atque maioribus sane Illustriss. ac Maximi Ducis Florent. II. COSMI, quem honoris caussa nomino, vitis clariss. ipsi Optimo Duci COSMO tota non modo Hetruria, sed vniuersa etiam Italia, hac ætate, quicquid vbique venustatis est, ac nitoris in omni genere non solum scientiarum, & artium, quæ literis continentur, verum & harum, quæ aut pigmentis, aut ęre, aut marmore opera effingunt posteris spectanda, acceptum referre debet: multos enim magno sumtu alit architectos, ætarios fabros, marmorarios, pictores, qui antiquitatem illam non modo apte imitantur, sed etiam adæquant, & superant. Exstabunt igitur passim in illius vrbibus præclara monumenta, quę annis permaneant innumerabilibus: & testatum relinquant apud posteros, quam multæ eius generis artes, quæ fere exstinctæ videbantur, virtute illius rursus excitatæ, & singulari liberalitate sustentatæ, amplissimisque honoribus cohonestatæ viguerint. Verum hæc aut agam ego alias diligentius, aut alii, qui me doctiores sunt, de illo copiosius prædicabunt. Nunc te oro, & obsecro, mi Lotine, vt hæc mea, quæ ad te mitto, libenter legas, Illustrissimoq; Duci nostro, si videbitur, legenda tradas. Is enim quod a multis audiui, ita omnem totius antiquitatis rationem tenet, vt nihil sit aut ære, aut auro, aut argento, aut marmore effictum, aut literis vetustioribus consignatum, quod ille non exacte calleat, dignoscat, ac diiudicet. Verũ audi quæso, quid me impulerit ad scribendum: In Pisana hac ciuitate antiquissima: si qua in Hetruria est, monumentum exstat perantiquum ad portam Lucensem, ipso etiam aspectu sanctum prope, ac venerandum. Atque vtinam superioribus annis maior aliquanto eius habita fuisset ratio a publicis ædilibus, & curatoribus viarum: aut enim integrum esset, aut in eius ruina saltem appareret vestigium aliquod formæ illius ædificii, vt quicquid ab antiquis de eo genere, summo ingenio scriptũ fuit, facile perspici posset. Atque, vt propius rem ipsam attingam. Balneas exædificabant veteres, quibus tum propter curationem corporum, tum propter oblectationẽ etiam (*vt opinor*) plurimum vtebantur. Earum vero ædificandarum eadem vbique semper fuit ratio ab antiquis architectis, Romæ primum, mox in aliis vrbibus instituta: tanto quidem artificio excogitata, vt non difficile sit ad iudicandum, quantum ea ætas in omni genere artium excelluerit. Balnearum vero situs ac forma huiusmodi erat. Domicilia qua-

tuor construebantur, quorum nomina hæc erant, *Frigidarium, Tepidarium, Caldarium, Sudatio*, seu *Laconicum*, quæ inseruiebant viris & totidem rursus, quæ inseruiebant fœminis: ita inter se disposita, vt Tepidarium virile, coniunctum esset Tepidario muliebri, & reliqua eodem modo cohærerent. De his quatuor domiciliis, præter Vitruuium, libro quinto, meminit etiam Lucianus in Hippia. Eam descriptionē, qui cōferet cum hac, videbit belle conuenire. Necnon Galen. lib. 10 Methodi, declarat his verbis: εἰσελθόντες μὲν γὰρ ὁμιλοῦσιν ἀέρι θερμῷ, μικρὰ δὲ ὕδατα εἰς ὕδωρ εἰσπίπτει θερμόν, εἶτ' ἐξελθόντες εἰς ψυχρὸν εἶτ' ἀπαμάσσονται τὸν ἱδρῶτα. & quæ sequuntur. Paulo post idem lib. 11. ait: ὅτι μὲν δὴ πρώτας μίξεις τῶν λουτρῶν μιμοῦνται χρὴ, ζωῦθ' ὑπάρχοντα ὕδατα ὅταν οὕτω λούονται, & quæ sequuntur. Intelligit Caldarium, μετὰ μὲν δὴ τὴν ἀπὸ τοῦ δευτέρου ὠτῶν μίξιν ὅπερ ἐν αὐτῷ τῷ κυκλοτερεῖ προσαγορεύομεν λουτρόν. Intelligit Tepidarium, μετὰ δὲ τοῦτο μὲν ἐν οἷς ἐστὶ τὸ τρίτον ὑγρὸν ἐν ᾧ ψυχρὰ μὲν ἀλύπως τὰ τῆς θερμασίας. Intelligit Frigidarium, πάντα δὲ εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχεται συμμετρίαν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ τελευτῶν λουτρὸν μίξις, ἐφ' οὗ δὴ ἐπάχθη καλῶς πάντα, τὰ μὲν τῶν ψυχροῦ ἱδρῶτα ἐπ. Intelligit Sudationem, seu Laconicum, de quo nos in præsentia loquimur. Idem Galenus non multo post inquit: εἰ μὲν οὖν αὐτάρκως εἶη θερμὸς ὁ πρῶτος οἶκος ἐν αὐτῷ γυμνωθεὶς ἐκφύναι εἰς τὸν δεύτερον εἰσιόντα. In his verbis Caldarium innuit, & Tepidarium sicuti prius, & ordinem ipsorum demonstrat: ἔστω δὲ ὁ μετὰ τοῦτον οἶκος ὁ μόνον τῇ θύρᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ὑστέρου τὰ αὐτὰ τοῦ πρώτου θερμὸς, ὅσῳ δὲ τρίτου ψυχρότερος. ἔστω δὲ οὗτος ὁ οἶκος μήτε θερμὸς ἄκρως μήτε ψυχρὸς ἀλλ' εὐκράτως ἐκφαίνων καὶ μετρίως ὑγρός. ἔστω δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τοιούτου ὕδατος εὐκράτως διαυλικῶς ἐκ τῆς ἑξαμβυῆς ὡς ἂν μὴ ῥέοντα μὴ πώεων τῶν οἴκων. Hęc verba diligēter adnotanda, quia omnia ex iis facile intelligi possunt, quæ ad balnearum antiquitatem spectant. Paulo post, ἐκκομισθεὶς δ' ἐντεῦθεν εἰς ὕδωρ ψυχρὸν ἄχρις βαπτίσῃ καὶ δ' ἐπὶ βραχὺ χρονίζων ἐν αὐτῷ. In prioribus verbis de tepidario, & caldario locutus est, in his postremis de frigidario. Erant igitur *vt redeam ad rem*) balnearum simul ædificata domicilio octo, sicuti etiam nunc Pisis ex amplitudine loci, vbi parietinæ sunt, & rudera, cognosci potest. Exstat vero hoc tempore ibidem inter parietinas integrum ferme *Laconicum*, seu *Sudatio* a veteribus dicta, de qua præter Vitruuium, libro quinto, meminit etiam Corn. Celsus, libro secundo, capite decimosexto, his verbis: *Sudor etiam duobus modis elicitur, aut sicco calore, aut balneo. Siccus calor est, & harena calida, & laconici, & clibani, & quarundā naturaliū sudationis, vbi e terra profusus calidus vapor adificio includitur, sicut super Baias in myrtetis habemus.* In Laconico hoc Pisano, quoniam ante congesta terra, & ruderibus erat oppletum, præter hemisphærium superius, nulla pars conspiciebatur: nunc vero postquam ædificium opera effodi locus cœpit, omnes ipsius partes visuntur. & pauim en-

tum etiam ipſum; & pilæ, quæ pauimentum ſuſtinent, & teſtudines, quæ ſub pauimento ſunt, & aluei quidam, qui inter parietem ſunt, & pluteum, & concameratæ quædam ſtructuræ, quorum omnium ſingillatim explicare rationem conabor, ita, vt ſi cum antiquorum deſcriptione, ac Vitruuii præſertim, etſi breuiter de ea re ſcripſit, voluerit aliquis conferre, plane videat omnia belle conuenire. Ac primum eorum explodenda ſententia, qui quod nunc ſub pauimento in teſtudinibus aqua viſitur, aquæ ductum fuiſſe putant, per quem ex balneis calidis, quæ ad tertium lapidem ab vrbe Piſana abſunt, ſub Iuliani montis radicibus poſitæ, aquæ in balneas vrbanas influerent; nam ſatis conſtat, cum eſſet ſudatio, non opus fuiſſe aqua; deinde quis credat ſub teſtudines pauimenti aquas defluxiſſe; cui enim vſui fuiſſent? aut quis veterum de tali ductu, & fluxa aquarum eſt locutus? Ea igitur aqua pluuia eſt, ibi ſtagnans, quod eminentior propter ruinas erat ille locus factus; ſicuti nunc ſatis patet intuentibus pauimentum. Verum de hac re ſatis; Nunc reliqua perſequor. *Laconici* vſus hic erat, vt homines in loco eo vaporibus flammæ a teſtudinibus concameratis per alueolos egredientibus excalfacto deſudarent, & mox aut in *tepidario*, aut in *frigidario*, aut in *caldario* lauarentur. Eius vero ædificandi ratio hæc fuit, vt rotundum eſſet, ſeu potius octogonum: id vero neceſſe erat, cum hemiſphærium eſſet ſuperſtruendum; altitudo tanta parietum vſque ad hemiſphærii inclinationem, quanta latitudo erat in inferioribus pauimenti partibus; id quod aperte viſitur in hoc Piſano Laconico. Hemiſphærium in medio lumen ad circinum factum habebat, ad quod vapores, qui aſcenderant per alueolos, communi concurſu ferrentur, & exirent. Obſtruebatur vero lumen illud in hemiſphærio magno quodam æreo inſtrumento, quod clypeum vocabant? erat enim clypei militaris inſtar, rotundum; nam eiuſmodi fuiſſe clypeum ſatis declarat Polybius in lib. de caſtrametatione Romanorum. & ſi Laſcares parum apte vertit, neque quale eſſet ſcutum, qualis Clypeus apud Romanos, ſciſſe videtur; Clypeum igitur catena ferrea, aut reducebant, aut demittebāt, vt pro hominū arbitrio, qui lauabātur caloris tēperatur afieret; Verba Vitruuii hæc ſunt: *Medium{que} lumen in hemiſphærio relinquatur, ex eo{que} clypeum æneum catenis pendeat, per cuius reductiones, & demiſſiones perficietur ſudationis tēperatura.* Viſuntur vero Piſis in Laconico etiam minora quædam, & crebra lumina circa hemiſphærii lumen medium rotundum; de quibus etſi Vitruuius nullam facit mentionem, facile tamen credi poteſt, ea facta, vt facilius exirent vapores e *Sudatione*; Atque ſane id poſtulabat magnitudo caloris, cum præſertim hemiſphærium clypeo erat obſtructum; Ea vero lumina crebra, cum ſeſquipedalia fere ſint, contecta crediderim operculo æreo, ita tamē, vt ab vna parte, quæ ad hemiſphærii ſummitatē vergit, exitus pateret vaporibus. Hemiſphærii

ſphęrii curuatura ima innititur firmo parieti, vbi altitudo *Sudationis* tanta eſt, quanta latitudo; Concamerationum ſolum ſeſquipedalibus ſternebatur tegulis, quæ in Piſana hac ſudatione non obſcure cernuntur. Erant ſuper eo ſolo exſtructæ pilæ laterculis beſſalibus, aut aliquanto etiam minoribus; diſpoſitæ æqualibus interſe interuallis, adeo latis, vt ſupra binas pilas collocarentur ſingulæ tegulæ bipedales; Pilas vero vocamus *fulcra* quædam, ſeu *columnas* paruas, quæ eo, quo diximus, modo collocatæ, & exſtructæ pauimentum ſuſtinebant; Altitudo earum pilarum erat duorum pedum, nam teſtudinum concamerationem ampliorem eſſe non oportebat; vt facilius excalfieri poſſet *Sudatio*. De his pilis intellexit Statius, cum ait:

Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata crepantes
Auditura pilas; vbi languidus ignis inerrat;
Æ ditus & tenuem voluunt hypocauſta vaporem;

dicant alii quicquid velint; nam etiam Rhodiginus lib. 16. cap. 47. locum hunc aliter interpretatur; meam vero ſententiam veriſſimam eſſe demonſtrabunt multo magis ea, quæ poſtea a me dicentur; Pauimentum ſupra teſtudinem ſuperſtruebatur innixum pilis, & tegulis bipedalibus. Atque eius conficiendi ratio hæc erat. Trulliſſabatur teſta calci miſta; ſicuti & hac noſtra ætate fit in ædium pauimentis, Eam vero compactam eſſe oportebat ita, vt in tantam craſſitiem excreſceret pauimentum, quanta eſſet opus; tectorio, ſeu albario opere, ex marmore ita exciſo, vt eius altitudo tenuis eſſet vnius ferme digiti, quales laminæ plumbeæ, aut ferreæ viſuntur; ſi enim maior tectorii illius operis altitudo fuiſſet, peruadere ad ſummum vis caloris non potuiſſet; Iam vero, cum tanta eſſet pauimenti altitudo, & tectorii operis, mira quadam proportione tantus conficiebat calor, vt ſuperſtantium pedes oblectaret, & cum eſſet marmore ad vnguem exciſo politum, facile ſtrates etiam, ac iacentes homines recipiebat Hæc omnia apertiſſime viſuntur, & conueniunt cum antiquorum deſcriptionibus. Pauimentum inclinatum eſſe oportet ad hypocauſin mediam; ſicuti etiam in Sudatione Piſana nunc licet videre; *Hypocauſin* voco locum, vbi ſubter teſtudines pauimenti ignis ſubiiciebatur, a quo digrediens flamma ſeſe per totam ſuſpenſionem ſurſum eleuati pauimenti diffundebat, & euagabatur; donec ad alueolos peruenirent. Alueoli inter parietem Sudationis, & Pluteum collocabantur ex teſta facti; *Pluteum* voco alterum veluti quendam parietem e regione alterius ædificarum, non admodum latum, ſed ſimplici tantum tiaſſuerſarum tegularum poſitione exſtructum; Crebri autem erant alueoli, vt a multis partibus vapor ſe poſſet tollere; Longitudo alueolorum adæquabat altitudinẽ pauimenti; neque enim pertingebant ſolum teſtudinis nam recipere nõ potuiſſent vapores. Alueolos hos, *tubulos* vocat Proculus Titulo de Seruit. Vrb. prædi. vbi

ait, *Quidã liberius nomine, qui habebat post horreum meum Insulam, balneariam fecit secundum parietem communem: nõ licet autem tubulos habere admotos ad parietem communem, sicuti neque parietem quoque suum super parietem communem: de tubulis eo amplius hoc iuris est, quia per eos flamma torretur paries.* Huius loci me monuit Ioannes Ronchegallus Iurisconsultus clarissimus, dixitque, cum ante difficilis haberetur, mire illustrari posse inspectione eorum alueolorum, qui in Laconico Pisano sunt, atque ideo inserendum putaui. Vnum me angit, quod video scriptum apud Vitruuium inter parietem, & pluteum esse latitudinem sex pedum, cum exigua latitudo cernatur, ne vnius quidem pedis. Crediderim igitur, aut Vitruuium respexisse ad multo maiores *Sudationes*, quales Romæ erant propter hominum frequentiam, aut dictionem eo in loco esse corruptam: diligentius igitur res tota considerãda. Super alueolorum situ paries sudationis cauatus, concameratusque fiebat, eo ferme modo, quo solet fieri, cum simulacrum aliquod marmoreum, aut ligneum alicubi statuendum est. Suprema autem superficies eius concamerationis sursum versus vergebat ad hemisphærium, atque id sane optima ratione videtur factum: nam vapor sese attollens in eam cameratam superficiem illidebatur, & repercussus ab ea ad medium hemisphærii prouoluebatur: patet spectantibus res tota, nam adhuc fumosa fuligine cameræ illæ nigræ visuntur. Præfurnii cuiusdam os satis amplum cernitur in Sudatione hac Pisana, quod omnino sub pauimento erat, atque per illud a balneatoribus (*opinor*) ignis subiiciebatur, cumque *caldarium*, aut *tepidarium* esset coniunctum sudationi, ab altera quoque parte vsum caldario, aut tepidario præbebat. de quibus, quoniam nullum ipsorum exstat vestigium, non ausim quippiam pro certo affirmare. Hæc ego diligenter in Sudatione Pisana intuitus sum, quamuis a Vitruuio omnia non exprimantur. Vir enim ille, quod suæ ætatis hominibus nota esse putabat, multa prætermisit, neque posteritatem respexit, dum ea scriberet, argutius enim & subtilius fuissent singula describenda. Te autem oratum velim, mi LOTINE, vt pro tua auctoritate, qua maxima es ob incredibilem virtutem tuam & sapientiam apud Illustrissimum Florentinum Ducem, ei suadeas, vt ædilibus Pisanæ vrbis mandet, curent loca ea omnia quamprimum effodienda, & expurganda. Sic enim, si ad pauimentum (quod erit facile factu) deuentum fuerit, omnia fortasse perspici poterunt, & cum antiquorum descriptione conferri. Non contemnenda hęc est antiquitas monumẽti huius, in hac præsertim vetustissima & nobilissima vrbe, in qua Optimus Dux omnium liberalium artium studia, pro sua singulari clementia, & liberalitate constituit, sedemque esse voluit Musarum, hoc est, vt ego interpretor, omnium earum disciplinarum, quæ literis continentur,

tur. Spectabunt studiosi antiquitatis, qui plurimi sunt, Sudationem hanc, seu Laconicum Pisanum, magna cum animi voluptate & miris modis ad totum hoc studiorum genus excitabuntur. Efficies igitur, vt Optimus Dux, velit, iubeatque *Laconicum* hoc, vti integrum nunc est, diligenter asseruari, & occludi, ne in illud passim ab omnibus eatur, rursusque superstrui tectorium, quod nuper inde ablatum fuit, & si libuerit etiam, clypeum ad medium lumen apponi, & omnia, quæ videbuntur diruta, resarciri. Hoc si ab Opt. Duce (vti plane confido) impetraris, non solum me, sed etiam omnes antiquitatis studiosos in perpetuum beneficio tuo tibi deuinxeris. Confido autem, quoniam iamdiu perspexi, nihil maiore studio illum curare, quam eorum commoda, & voluptatem, qui se se literis totos dediderunt. Vale. In Pisana Academia. Idibus Ianuarii, M. D. XLVIII.

NOBILISSIMO OPTIMOQVE adolescenti Floriano And. Fil. Antonio Vtinensi, Francisc. Robertellus S. D.

Gaudeo mirum in modum te ita libenter Pisis, vbi iam triennium bonis artibus operam nauasti, commorari, vt nusquam libentius sis: tum quia meo hortatu hue primum veneristi, tum quia tantum vtilitatis tibi attulit commoratio ista, quantum & ipse speraste, nec ego vnquam dubitaui: nam quod, mea causa, ais crebro peramanter tu quidem vt soles, loqueris, neque ego aliter dicti accipio, te enim mei studiosissimum semper cognoui. Tantum igitur tibi debeo pro tam sincero tuo in me animo, quantum plane me a te amari confido. Confido autem plurimum, nec minus sane, quam semper optaui, ac polliceor daturum me operam, vt intelligas, me in te amando a nemine vinci, quamuis doleam, non dari mihi occasionem aliquam mea erga te beneuolentia tibi declarandæ: nam leue signum esse iudico, quod tu maximum putas, vt tibi petenti descriptam mittam eam disputationem, quam domi inchoatam habebam, de nominibus veterum Romanorum: res enim perpusilla est, & vix te digna, etsi tam multa in eo genere mihi collegisse videor, vt, cum nihil, quod a ceteris dictum sit prætermiserim, multa etiam addiderim, quæ ab ipsis fuerant prætermissa. Alia, qua iamdiu tibi destinauisse te illis delectari intellexero, propediem mittam, nondum enim propter summas occupationes, quibus distineor, publice legendi absoluere potui: nam quicquid mihi superfuit temporis ab hinc vno mense, fuit mihi magna ex parte necessario luctui eâdum ob mortem optimi patris, qui etsi (vt scis) per honorifice inter nostros ciues longam ætatem vixit, incommode tamen absenti mihi accidit illius e vita discessus: verum de hac re satis. Tu vale, & me, vt facis, ama. Pisis IIII ante Calendas Aprilis, M. D. XLVIII.

Quæstio an Rhetores recte dicant a nominibus propriis duci argumentationes.

Hermogenes in libro περὶ στάσεων sic ait: τῶν δ' αὖ ἐξεταζομένων ἰσχυροτάτην ἔχει δύναμιν τὰ ὡρισμένα καὶ κύρια, οἷον Περικλῆς ὁ Δημοσθένης, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Latini a nominibus aut pronominibus nunquam, a cognominibus quandoque, vt a Verre,

Neque tamen argumentatio est sed potius delusio quædam. Itidem apud Ciceronem lib. 2. de Orat. *Quid fers Cinciole.* ibi est delusio in ipso nomine, sicuti patet.

De Nominibus Romanorum.

Primum obseruo, Romanos vno nomine vsos fuisse, vt *Romulus.* *Remus.*

Postea, vbi in vrbem migrarunt Sabini; duplicari cœpisse nomina, quod fortasse factum ex commigratione illa, & cōiunctione duorum poplorum,

Numa Pompilius

vt *Seruius Tullius*

Lartes Porsenna. quamuis hoc nōmen Hetruscum fuerit.

In quo prænomine; *LARTES*, sciendum eo veluti prænomine vsos veteres. Seruius interpres Vergilianus ab *oppido* dictum putat, itidem Plut. *in Publicola* existimat, qui tamen Λαέρτης scribit; sed male: nec mirum tamen, quia homo Græcus, multis in locis perperam profert nomina Romana, quod est aliquando etiam a Dionysio Halicarnasseo factum. Idem Plutarchus in Ciceronis vita. κουαδραντίαν vocat Clodiam, quam Latini sæpe vocant *QVADRANTARIAM*, vt Quintilianus lib. 6. cap. 8. *Dionysius in hoc nomine A VERGINII, qui COELIMONTANVS esta Latinis vocatus, scripsit MONTANVS.*

Obseruo etiam apud auctores Latinos & Græcos, duo nomina tantum proferri consueuisse aliquando, etiam tum, cum Romani tribus aut quatuor vtebantur. Plutarchus *in vita MARII* ait; *se non reperire in veterū monumentis tertium nomen; quamuis nonnulli appellarint NEPOS*, quod non probatur satis. Videretur enim prodigus vocatus. Sic enim Cicero *lib. 6. Epist. ad Att. Epist. 2* his verbis: *Sumtu iam nepos euadit Scaptius.* Liuius sæpe duo tantum profert nomina, neque caret reprehensione, quia Historici est omnia explicare, & debet sane scriptor posteritatis habere rationem magis, quam suorum temporum.

Romani postea tribus vti cœperunt nominibus. Sed de iis antequam aliquid dicamus; volo, vt veterum & recētiorum aliquot sententias, de hac re diiudicemus.

Video nonnullos ita sensisse.

PRÆNOMEN.	*P.*
COGNOMEN.	*CORN.*
NOMEN.	*SCIP.*
AGMOMEN.	*AFRICANVS.*

Hanc

Hanc diuisionem ita distinctam secutus est Victorinus interpres Rhet. & alii, quos sileo breuitatis caussa; Cognomē hi videntur statuere in familia, vt sit: *TVLLIVS, CORNELIVS, IVLIVS.* Sed in tali re duo illorum apparent errores; qui grauissimi sunt. Primum enim consequeretur nomen esse postpositum cognomini, quod est valde absurdum. Deinde falsissimum est, quod illi asserere videntur, *AGNOMEN* extrinsecus dici, aut ex animo, aut ex corpore, aut ex fortuna, vt *SVPERBVS, PIVS, CRASSVS, PVLCER, SILO*, quod a *Sileno* ductum est, qui superciliis pingebatur hirsutis.

Alii sic distinguunt.

prænomen,	*P.*	*M.*	*M.*
Nomen,	*CORN.*	*TVI.*	*POR.*
Agnomen.	*SCIP.*	*CIC.*	*CATO,*
Cognomen,	*AFRIC.*		

Sed & hi turpiter errant, nam *agnomen* familiæ est appellatio, & gentis, vnde *agnati*, & *gentiles* dicebantur, qui ex eadem erant familia, vt Cicer. in Top. ait; & idem in Bruto SER. Tullium regem gentilem suum ea de caussa nominat. Itidem errant; quia quod cognomen est, vt *SCIPIO*, ipsi vocant agnomen. Sed prætermissis aliorum erroribus, conemur nos aliquid, quod rectum sit, statuere in hac nominum ratione. Ac sane antequam aliquid statuamus, primum videndum, an hę appellationes sint vsitatę apud Latinos. *Prænomen*, dici solitum, probamus duorum testimonio grauissimorum auctorum; Horatii ac Cic. Horatius enim in Satyr. lib. 2. ait:

Gaudent prænomine molles Auricula,

Cicero in Epist. ad Volumnium: *Quod sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitaui, numa Volumnio senatore esset, quo cum mihi magnus est vsus.* De nomine non est magnopere necesse, vt vllam afferamus probationem; satis enim notum est. Horat. lib. 1. Epist.

Mercemur seruum, qui dicat nomina.

Cic lib. de Inuen secundo: *Nomen cum dicimus, sæpe etiam cognomen intelligimus. Agnomen.* multi asseruerunt non esse dictionem Latinam, etsi semel tantum eam protulit Cicero in Rhet. lib. 2. *Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet.* Probus quoq; probatissimus auctor hanc appellationem non reiicit, sed agnoscit. Iurisconsulti vero prorsus recipiunt. Verba enim sunt in Institutionibus Iustiniani hæc: tit. de leg. lib. 2. *Si quis in nomine, cognomine, prænomine, agnomineve legatarii testator erranerit*, quæ res impulit omnes vere Iurisconsultos antiquos, & recentiores, vt de hac re, quę nobis proposita est, differerent, a quibus quoniam alicubi dissentio, vestrum erit iudicare, quam recte dissentiam. Recipimus igitur istam appellationem, vel propter Iurisconsultos ipsos. *Cognomen* sæpe a veteribus prolatum, & *cogno-*

mentum. Cic. in somn. Scip. *Eritq; cognomē tibi id per te partum, quod habes ex nobis adhuc hereditarium.* Idem in oratione pro Milone, *C. Cassinius cognomento Schola.* Horatius:

Pingui cognomen Tardo damus.

Plutarchus τρίτον ὄνομα vocat in Coriolano. Dionysius Haliçarn. ἐπώνυμον, vbi de C. Mutio loquitur: ὦ ἦν ἐπώνυμον κόρδος. His ita declaratis. Duobus modis sententiam meam in hac disputatione constituo. Primum, secundum iurisconsultos, qui in hanc seriem recipiunt *AGNOMEN.* Sic *Prænomen* & *Nomē* simul, nam idem est *AGNOMEN.*

Cognomen, quod aliquando simplex, aliquando duplex. Quod *Prænomen* & *Nomen* idem esse dixi, ne quis putet nouum esse: legat Plutarch. in Coriolano, vbi ait: *Et sic tertium nomen est adeptus, cum illi ante tantum esset proprium nomen, CAIVS, & alterum familiæ, aut commune generis. MARTIVS. Verba Græca sunt hæc:* ἐκ τούτου τρίτον ἔσχεν ὄνομα ᾧ κοριολάνον, ᾧ καὶ μάλιστα δῆλον ἐστὶ τῶν ὀνομάτων, ἴδιον ἦν ὁ γένος, τὸ δὲ δεύτερον οἰκίας ἢ γένους καινὸν ὑμάρκιος. Secundus modus a me statuitur secundum vereres, qui purius locuti sunt, & præter miserūt Agnomen, sic, *Prænomen, Nomen, Cognomen.* Tribus nominibus senatores fuisse appellatos olim obseruaui: Equites autem, & plebeios, maiori ex parte duobus. Liuius vbi de tribunis militarib. loquitur, hos plebeios nominat, sic, *C. Sextilius, M. Albinus, P. Titinius, L. Antistius.*

Senatores autē ita vocabantur, *C. Ælius Pætus, M. Licinius Crassus, M. Portius Cato.*

Dicamus igitur primum de *Prænomine*, quod propriam appellationem personæ significabat: Erat *Prænomen* signatum, Aut vna litera tantum, vt *M. P. Q. L. C. D.* id est, *Decimus*, non *Decius*, vt multi inepte proferunt. T. id est, *Titus*, vt T. Ampius, quamuis in Sempronio Graccho *Tiberium* significet, in quo multi errant.

SP. de quo satis multa Plutarch. in Problem. rerum Rom.

Aut duabus literis, vt *AP.* vnde emendatus ille locus in Episto famil. lib. 1. *Tito Ampio*, non *Appio*, quia *Ap.* semper Prænomen, vt patet.

CN.

SER. Reperio aliquando prænomina ex integris dictionibus, vt *Agrippa Menenius Lanatus. Licinius Menenius Lanatus.*

Aut tribus, vt *SEX.*

Agnomen (si sequaris Iurisc.) aut *nomen* (si ceteros Latinos) illud est, quo significatur *GENS*, seu *FAMILIA*, vt *Portius, Iulius, Cæcilius, Sempronius, Cornelius.*

Has familias esse satis constat, & testatur Dionysius Halicarnasseus, vbi de Bruto loquitur, *Ex familia Iunia, quæ a socio Æneæ deducta*

ducta erat. Idem, vbi de familiis Albanorum Romam transmigrantibus loquitur, ait: *Migrarunt hæ, Iulia, Seruilia, Gegania, Quintilia, Clœlia.*

Sciendum vero, omnia nomina, quibus familiæ significantur, proferri in IVS, *vt Portius, Cæcilius, Iulius, Tullius.*

Reliquum est, vt dicamus tertio loco de Cognominibus.

Adnotat Plutarchus in Coriolano apud Romanos nomina ponī cōsueuisse, a rebus gestis, σωτῆρα, καλλίνικον, a forma φύσκωνα, a virtute itidem apud Græcos, vt εὐεργέτην, φιλάδελφον, a fortuna εὐδαίμονα, de qua re Plinius, libro decimooctauo, capite tertio, & Macr. libro primo, capite sexto. Mordacitas etiam quandoque & maledicentia imponebat cognomina vt etiā apud Græcos, Antigonus δώσων, apud Latinos. Metellus vittatus, seu diadematus, quia frontem obligatam gerebat propter vlcus, Plut. in Coriol.

Ego vero in cognominibus statuo duas Classes. Primum in iis, quæ ducuntur a laude animi, a vitio corporis, a consuetudine seu studio, a forma corporis, vt Cato, Pætus, Cincinnatus, Longus, Aruina, Bubulcus, Pictor, Verrucosus.

Secundam classem in iis pono, quę ducuntur ab euentu, seu fortuna, vt Macedonicus, Dalmaticus, Creticus, Africanus, Isauricus, a prouinciis, ab vrbe.

Ideo conqueritur Cicero, libro Epistol. ad Attic. quinto, cum esset in Cilicia Procos. & expugnasset oppidum Pindenissum, non esse aptum ad cognomen parandum. *Qui (malum) Pindenisse:* nam Seruilius ante ab Isauro vrbe præclara fuerat appellatus. Quandoque tamen etiam ab euentu primum cognomen cernere est, vt Cneius Pompeius Magnus. Et quærat aliquis fortasse. Pompeiusne ante haberet duo tantum nomina antequam Magnus fuisset a P. Sylla appellatus. Sciendum igitur patrem ipsius Strabonem vocatum a vitio corporis, quod cognomen reiectum postea opinor a Pompeio, sicuti etiam de Qu. Fabio Maximo legimus, qui Verrucosi nomen omisit, & si retinebant aliquando. Non me latet hoc loco plura potuisse a me dici, de ijs cognominibus, quæ a leguminibus sunt deducta. Item a forma, & vitio corporis, vt Vopiscus, Pansa. sed hæc satis nota sunt, & de iis Quint. libro secundo, & Macrob. libro tertio. Dionysius Halicarnasseus, vbi de Tarquinio rege loquitur ait: Διὰ ταῦτα ἐπωνυμίαν τίθενται αὐτῷ ῥωμαῖοι τοῦ Σουπέρβου. τοῦτο δὲ δηλοῦν βούλεται κατὰ τὴν ἡμετέραν γλῶτταν τὸν ὑπερήφανον; τὸν δὲ πάππον αὐτοῦ περίσκουμ ἐκάλουν, ὡς δὲ ἡμᾶς εἴποιμεν προγενέστερον, ὁμώνυμος γὰρ ἦν τῷ νεωτέρῳ κατ' ἄμφω τὰ ὀνόματα. Quod pertinet ad superiora intelligenda. Glareanus ibi hæsitabat propter verba interpretis, quæ sunt: *Erat enim vtroque nomine cognominis iunior seniori.* Illud non prætermittam. CÆSAREM non ab vtero cæso dictum, quod multis video placere, sed, quod ait Seruius, &

Spartianus, *ab Elephanto primum caso*; nam lingua punica CÆSAR elephas dicebatur; Quare, in quibusdam argenteis numismatis apud me videre est, ab altera parte Elephantem cum hac inscriptione CÆSAR: ab altera autem instrumenta, quibus elephantos Romani perimebant. Obseruaui quandoque cognomen Græcum fuisse apud Romanos, vt Sex. Furius Philus, Q. Minutius Thermus, M. Boebius Pamphilus. In quo Cognomine tamen sciendum, legendum esse TAMPILVS. Huius veræ lectionis vestigium adnotauit Glareanus TAMPHILVS. Ego vero in numismate argenteo, quod est apud me, video scriptum TAMPILVS, & aliis multis ostendi. Atque hæc de cognominibus dicta hactenus sint: Dicendū modo de nominib. Mulierum, nominibus legum, nominibus Libertorū, nominibus Adoptiuis *Mulieres* a nomine gentis vocabantur, & vno tamen nomine, vt Portia, Cornelia, Iulia, Tullia, Clodia, Seruilia, Cæcilia, Terentia. In Epistolis tamen Cælii ad Cicer. Epist. 8 legere est *Paulam Valeriam*; & alibi eandem a Cicerone *Polam* vocatam. Sicuti Tertullam a Plutarcho, quod diligenter considerandum. Plutarchus in Problem. vbi quærit, *Cur maribus nono, fœminis octauo die nomina imponerentur*, ait: *Mulieres vno, aut duobus appellabantur nominibus*. Ego duobus appellari nunquam obseruaui ni fortasse prænomen illud significare voluit Plutarchus, quod est omnibus mulieribus commune, vt dicerentur *Caia*, quod ab vxore Tarquinii, quæ Tanaquil vocabatur, deductum est. Hinc Cicero vsurpat in orat. pro Muræna verba illa auspicata in nuptiis: *VBI TV CAIVS, EGO CAIA*. Est apud me inscriptio antiquissima, quam multis ostendi, in qua tale prænomen signari videtur tali nota Ↄ. Ↄ. TIBVLLA, & quæ sequūtur. Hanc tamen inscriptionem animaduerti postea legi in impressis libris, scioque addubitare an vetusta sit, vel potius ab aliquo ficta, probat tamen quod volumus, in nominibus mulierum Romanarum sæpe per iocum inuersio fiebat quædam, atque mutatio in nomina Græcarum mulierum, ob morum similitudinem; Hinc apud Quintilianum lib. 8. a Cæcilio oratore legimus Clodiam vocatam *quadrātariam Clytemnestram*, & in Triclinio *Coam*, in cubiculo *Nolam*, qui locus hunc, opinor, sensum habet, vt in conuiuiis vocaretur *Coa*, quasi Venus altera, quæ Coa olim dicta etiam in lusu talorum, in cubiculo *Nola* quia noller, & reluctaretur amatoribus, nam etiam Catullus: *Multinol. est mulier* dixit.

Non dissimulationes, nomina *legum* a suis auctoribus ducebantur sumta appellatione ab agnomine, seu nomine gentis, sicuti etiam in mulierum appellationibus est factum. Lex Iulia, Cornelia, Pompeia, Sempronia, Oppia, Cincia. Apud Ciceronem pro Archia mentio fit de lege Papia, quā illam vult, multi asserunt fuisse Q. Æmylium Papum. Hoc igitur si verum est, obseruationi nostræ videtur

videtur aduersari. Factum autem est, (vt ego opinor) vt dignosci posset a familia Æmyliorum, qui Pauli cognomen habebant. Scribit Asc. in Orat. pro Mil. fuisse Milonem ante ex familia Papia, mox Annium dictum ab auo materno, a quo fuerat adoptatus. Nomina *libertorum* semper ab agnomine patronorum, a quibus fuerant in libertatem asserti, ducebantur, vt lib. Epistol. famil. Epistol. 15. Item in Epistol. ad Attic. vbi sæpe Tullium *libertum suum* nominat. Idem factum obseruo in nominibus quibusdam barbarorum, qui similitudinem nominum a Romanis iam victoribus & obtinentibus prouincias aucupabantur. Eiusmodi multa apud Cæsarem in Comment. de bello Gall. obseruari possunt.

Nomina *Adoptatorum filiorum*, talem habere videntur rationem, vt agnomen quidem accipiant eius a quo adoptantur, suum vero agnomen muteat in aliam quandam terminationem in *Anus* de qua re Dion lib. hist.

Cicero lib. primo Epistol. ad Attic. Cæcilium Pomponianum vocat Atticum, nuper adoptatum a Cæcilio auunculo, qui Atticus postea filiam suam vocauit Cæciliam, de qua Cicero libro sexto Epistol. ad Attic. Epistol. 2. cum tamen soror ipsius *Pomponia* vocaretur ex priore agnatione. Idipsum factum est in nomine *Æmyliani*. Idem Cicero libr. Epistol. sexto ad Attic. *Scipio hic Metellus, proauum suum nescit censorem fuisse*. Significat enim Scipionem, Asiatici illius filium, qui adoptatus fuit a Quinto Metello Pio, & dictus Quintus Metellus Scipio. In qua adoptione plane diuersam rationem cernere est ab ea, quam adnotauit Dion.

Nomina quoque *gentilia* seu *agnomina* mutationem quandam recipiebant, cum professionem significaturi ita loquebantur, vt Cicero libro secundo Epist ad Attic. *in Annia na Milonis domo*, nisi forte id factum, quia Milo ab Annio auo materno in suam familiam ascitus fuerat. Obseruant quoque in nominibus Romanorum, ea quæ olim prænomina essent facta, vt *Menenius*, *Licinius* de quibus ante diximus, nam postea ita dictum est in eo nomine. *M Licinius, Crassus*, cum enim *Licinius* ante prænomen. Sic etiam in *Agrippa*. Illud vero sciendum, cum tot nomina Romani haberent, vt a nobis dictum fuit, Ciceronem, & alios in suis libris, sæpe vnum, aut alterum proferre reliquis omissis, vnde sæpe oritur ambiguitas, de quo sit intelligendum, vt in nomine *Lucullus* an de *L.* an de *M.* qui fratres erant, qualis locus est in oratione pro Archia Poeta. Sed hæc facile diiudicantur ab historiæ peritis, qualis etiam ambiguitas erat in nomine *Curionis* lib. 2 Epist fam. in qua re multi decepti sunt, non distinguentes patrem Curionem, a filio, nam illę Epistol. *Nondum erat auditum*. Et *Sera gratulatio*, scribuntur ad patrem. Hoc exemplum apposui, vt cognoscatis, quam sit in his

rebus sæpe difficile versari. Sæpe etiam affinitate & similitudine nominum decipimur, vt in illo loco, qui est in somnio Scipionis. *Manilio Cos.* non *Manlio*, itidem in hoc agnomine *Tullo*, & *Tullio*, itidem in agnomine *Æmylio*, nam & de *Lepidis*, & de *Paulis* dicitur. Sæpe etiam decipi possumus in cognominibus, vt cum *Lentulum Scipionem Pisonem* scribi videmus, nam de multis intelligi potest idem, quod tamen diiudicatur ex historia. Aliquando tamen non sunt ambigua vt in eo loco: *Marcellinum tibi stratum esse scio*: nam *Cn. Lentulum Marcellinum* intelligit, cum scribat ad *P. Corn. Lentulum*, in quibus quoque appellationibus videre est *Lentulum* modo *agnomen*, modo *cognomen*. Itidem in Epistolis ad Attic. vbi *Acidinos* nominat, scire enim omnes appellationes necesse est, alioqui res fuerit obscura. Eodem modo sese habet in Tusc. prima cum *Calatinos* nominat. In lib. quoque de Amicitia, vbi ait. *Videmus Papum Æmylium C. Luscinio familiarem fuisse, quaret aliquis, quis fuerit Luscinius & ignorabit, nisi scierit illud fuisse C. Fabritii cognomen.* In Epist. quoque ad Sulpitium, vbi ait, *noster Gallus, quaret quispiam quis fuerit Gallus, frustra, nisi scierit hunc esse C. Sulpitium Gallum.* Item lib. prime Epist. fam. prima, vbi ait, *Philippus, nam hic vocatur L. Martius Philippus.* Ibidem cum ait *Libonis*, hic enim appellabatur *L. Scribonius Libo*, quod etiam antiqua ostendunt numismata explicantia illud Puteal, de quo apud Horatium fit mentio. Sæpe etiam Cicero agnomen solum ponit, vt *Sulpitius, Servilius, Rutilius, Afranius*, sæpe cognomen tantum modo, vt *Lucullus, Crassus, Balbus*, sæpe prænomen tantum, vt Publium, cum Clodiũ significat, & Q. de fratre loquens, & Cn. de Pompeio, quod tamen familiariter inter familiares videri potest factum. Sæpe prænomen videas coniunctum cognomini proferri, vt *M. Crassius, M. Cato, L. Lucullus.* Raro prænomen cum agnomine. *Sic M. Portius, Q. Tullius* aliquando tamen, *vt P. Clodius, C. Antonius.* Nec puto vilius rei, nisi consuetudinis cuiusdam habitam fuisse rationem, & soni, qui suauior accideret auribus. Rarissime vero agnomen cum cognomine, sic, *Portius Cato, Iul. Cas. Corn. Scipio, Claud. Marcellus.* Nunquam vero præposteto ordine, sic, *Crassus Marc. Lucullus.* Neque sic, vt præcedat cognomen, subsequatur agnomen, *vt Cicero Tullius.* Vnde non satis placet opinio eorum, qui locum illum in lib. de Amic. ita emendant, *Videmus Papum Æmylium, nam appellationes habent Q. Æmylius Papus, vt ipsi etiam affirmant, res igitur diligentius considerandas.* Atq; hæc a nobis hactenus dicta sint, de omni ratione nominum Romanorum, ita tamen, vt monitos vos velim, me in hac explicatione mea non transgredi *Augusti* tempora, satis enim patet, post ciuilia bella, cum vniuersa fere nobilitas fuisset exuncta, in vrbem Rom. ascitos vndiq; barbaros, & alienigenas, qui militarant sub Augusto, atq; ita magna ex parte corruptam fuisse antiquam illam consuetudinem, quę magna cum religione etiam in nominibus seruabatur.

Illud

Illud quoq; nolim lateat legentes explicationem hanc meam, potuisse me pro meo iure, si voluissem sequi eorum sentētiam, qui agnomen prorsus tollunt, nec enim vsitatum vnquam reperias dictionem hanc apud veteres, & quamuis in Institutionib. Iurisc. semel legatur, credi tamen potest, additum a nōnullis per inscitiam, quod facile monstratur ex Theophilo Græco interprete, qui de Agnomine ne verbū quidem protulit, & vetustioribus libris, in quibus ea vox non est scripta. Ego tamen, vt sequerer vulgatam rationem ab omnib. acceptam, & retinerem *Agnominis* appellationem, commode omnia, vti mihi videor, interpretatus sum, etsi aliter sentire video doctissimos viros multos, qui de hac re scripsere.

FRANCISCVS ROBORTELLVS VTINENSIS PHILIPPO MELIORIO, PATRITIO FLORENTINO, ACAdemiæq; Pisanæ Curatori optimo S. D.

NOlim putes, mi Philippe, disputationem hanc, quæ est a me hoc anno habita in Academia Pisana, de ea facultate, siue arte, quæ præceptiones tradit artificiose, & ornate dicendi, ad te misisse, quod putarim posse me ea ratione apud homines testatum satis relinquere, quantum tibi pro tua singulari in me humanitate, ac multis officiis debeam, aut vllam tuorum erga me meritorum gratiam tibi voluerim referre. Nam & hæc tot, tantaque sunt, vt eorum magnitudinem, nisi memoria recolendo, gratiq; animi significationem dando, assequi non possim. Et illud maiore quodam nixu mihi faciendum est, vt perpetuum aliquod, & stabile exstet aliquando meæ erga te obseruantiæ, ac pietatis monumentum, quod me omnino facturum pro viribus non solum spero, sed etiam tibi polliceor, ac spondeo. Verum cum libros Ciceronis Rhetoricos, quos vulgus de Inuētione inscriptos putat, quod μεθοδικῶς, & perpetua oratione descripti sunt, ita explanandos mihi proposuissem hoc anno, vt quicquid in aliis libris a Cic. ab Hermogone, reliquisq; Rhetoribus Græcis, & Aristotele ipso de hac tam præclara facultate scriptum relictū fuit, ad id, quod mihi declarandū esset, ex Ciceronis præscripto propositum, referrem, conatus sum efficere dicendo, vt qui in luce fori versari cum dignitate statuissent, hanc sibi necessario ediscendam putarent, neq; tam id probabilibus rationibus, & ornata laudatione aliqua ipsius artis, quam explicatione earum rerum, ex quibus ars constat, quasque efficere studet, ac potest. Sed cum nostræ fuerint duorum dierum scholæ, alteram tantum ad te in præsentia mitto, vt aliquid ex ea degustes. Opto autem hæc tibi viro diserto, sapienti, ac plane ad dicendum, & agendum a natura facto probari, cum enim nullus sit, qui tibi eloquentiæ laudem non libenter tribuat, propterque incredibilem tuam virtutem, ac sapientiam Maximus atque Opt. Florent. Dux Cosmus curationem tibi

Academia huius demandarit, multum me tu vnus incitare poteris ad ea de hac arte literis mandanda, quæ adhuc animo comprehensa tantum, & cogitatione, ac rudia, inceptaq; habeo, Vale. Pisis IV. Cal. Maii. M. D. XLVIII.

FRANCISCVS ROBORTELLVS VTINENSIS, IN ACADEMIA PISANA PRIDIE CAL. NOVEMB. M.D. XLVII. in libros Ciceronis Rhetoricos, qui de Inuentione inscribuntur, ita præfatus est.

SI qui sunt inter tot, qui hic adsunt adolescentes, qui aut iuris ciuilis scientiam sectantur, aut Philosophiæ operam nauant eo consilio, & ratione adducti, vt, postquam se in iis tantum assecutos viderint, quantum aut ad res intelligendas & scribendas in otio, aut agendas in negotio, & ad gloriam sibi parandam inter homines satis sit, in foro, & præclarissimorum virorum luce, cum laude versari omnino statuerint: eos oratos velim, vt quæ hodie de Rhetorica facultate breuiter dicturus sum, attente audiant, spero enim me dicendo effecturum, vt non modo intelligant sibi facultatis huius, siue artis cognitionem esse necessariam, sed etiam desperent se sine has quicquam, quod aut ad laudem insigne, & illustre, aut ad æternitatem nominis, & perpetuitatem firmum ac stabile sit futurum, efficere posse. Si qui itidem adsunt eloquentiæ contemtores, nitidæque orationis, & artificiosæ derisores, cum & ipsi temere de omni re, confuse, sordideque loquantur, *(inualuit enim vsus, si diis placet, & iam inueterauit opinio inter nostrates homines, quod sine magna indignatione proferre non possum, vt aut tacendo, aut barbare, impureq; loquendo, doctiores se habitum iri existiment.)* si qui, inquam, adsunt tam tetra morbi huius peste corrupti, ii quoque velim se mihi attentos hodie præbeant: nam eos omnino ad sanitatem redigam, &, nisi fallor, protinus eloquentiæ studiosos, ac (vt Cicero ait scribens ad Atticum) φιλολόγους reddam: non quidem quod mihi in animo sit, eloquentiæ aut Rhetorices laudes proferre, nam, vt Plautus in Penulo ait. *Probam mercem facile emtorem reperit*, sed dum explico qualis sit Rhetorica, quantasque habeat vires, confido, nisi quis plane ferreo, ac plumbeo est ingenio, omnes facile perspecturos, quantum posthac sibi in hac perdiscenda sit elaborandum. Aristoteles πολιτικὴν vocat μάλιστα ἀρχιτεκτονικὴν, quod ipsi multæ artes, & facultates inseruiunt, oputque suum, quo vtatur, tradunt, non secus ac frenarius equorum domitori, ac lignarius ædificatori. Inter ceteras πολιτικὴ subseruit etiam Rhetorica facultas, & est ipsius, vt Græci vocant, ὑπουργὸς seu ὑπηρέτης. Cum enim politice sæpe necesse habeat leges suadere, in concione de maximis rebus loqui, præmia

mia viris fortibus constituere, pœnam improbis irrogare, nihil plane horum sine Rhetorices adiumento conficere potest, ideo Cicero in Rhetoricis suis, hanc politicæ tanquam partem attribuit, his verbis: *Ciuilis quædam vatio est, quæ multis, ac magnis rebus constat, eius quædam magna, & ampla pars est artificiosa eloquētia.* Quintilianus quoque idem asserit ex hoc Ciceronis loco: *Rhetoricen quidam eandem ciuilitatem esse iudicauerunt, Cicero ciuilis scientiæ partem vocat, Ciuilis autem scientia idem quod sapientia.* Videtur in postremis verbis sentire Quintilianus, Rhetoricen esse partem sapientiæ, sed hoc quale sit vix intelligo, mihi certe verba Ciceronis non videtur intellexisse, nam Cicero περὶ πολιτικῆς loquebatur. Aristoteles quoque in libello de Poetica ait. ὡσπερ ἐπὶ τῶν λόγων τῆς πολιτικῆς, καὶ ῥητορικῆς ἦργον ἦσιν, οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐπίσιν λέγουσιν, οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς. Ex quibus satis patet, Rhetoricen politicæ subseruire. Et ideo Aristoteles in Rhetor. ad Theod. eam vocat παρεφυὴς τῆς πολιτικῆς. Sed an pars politicæ sit Rhetorice, an potius instrumentum, alius erit quærendi locus. Cum igitur Rhetorice subseruiat politicæ, plane hoc ipsum efficere debet, vt sermonem doceat, qua ratione aliquis conscribere possit πολιτικῶν. Hoc in suis Rhetoricis libr. animaduertens Hermogenes ait. ὁ πολιτικὸς πάντως λόγος καὶ κυλούμενος γίνεται ἀφὸ πασῶν τῶν εἰρημένων ἰδεῶν οὐ μὴν ἁπλῶς γε χρησίμων ὡς ἀκόλουθος, & quæ sequuntur. Plane enim politice languet, ac muta est sine Rhetorice. Alexander Aphrod. libro primo Topicorum hoc videns, ait. *Rhetoricen, & Dialecticen non habere sibi vnum subiectum genus, sicuti cetera artes, & scientiæ, sed versari circa κοινά, nam dialectici munus est disserere circὶ ἰατρικῶν, μυσικῶν, φυσικῶν, γεωμετρικῶν, neq; vero principia sumere ἰατρικῆ, nam hoc est ἰατροῦ, neq; γεωμετρικῆ, nam hoc est γεωμέτρου, sed probabilia sequi. Sic etiam Rhetoricen, etsi non de omnibus rebus adeo generatim sicuti dialectico loquitur, non habere tamen propriam vllam subiectam materiem.* Ideo Aristoteles in Rhetor. ait, eas esse περὶ ἑκάστου ἀφορμὰς πιθανοῦ. Nam de musicis, de astrologicis, & geometricis rebus loquitur. Aratum Poetam testatum reliquit Cicero libro primo de Orat. de astris scripsisse ex alterius præscripto, cum ipse esset eius scientiæ ignarus. In primis autem de politicis verba facit, in quibus potissimum versatur. Atque hæc fuit ratio, quæ Ciceronem adhuc adolescentem impulit, vt insectaretur Hermagoram doctissimū Rhetorem, vbi de quæstione infinita agit, de qua re cōmodius suo loco dicemus. Nam ipse Cicero postea aliter & sensit, & scripsit. Hermogenes vero doctissime idem sentiens, quod Alexand. Aphrod. rem totam hanc diiudicat, his verbis in libro de Ideis. Cap. περὶ σπουδῆς, περὶ γοῦν ὁ λόγος περὶ σπουδὰς, πῶπτε δὲ εἰ μὴ ὅτως ἐξεπαίζοι τις καὶ ἐφ' ἁπάσας, σπουδὴν μόνον, ἐ μὴν ἡ πολιτικὴ δυνατὸν ποιεῖν λόγον, εἰ δὲ πῆς καὶ ἐκφρασιν μόνον λέγοι ἀν τὶ, ἀλλὰ μὴ ἀ πᾶς ζητῶν καὶ ἀ

χίνητον πολιτικὸν ὁμοῦ, καὶ σεμνὸν ποιῆσαι τὸν λόγον. Sicuti Aristides orator agens de decem ducibus humanis hyemem describit. Idem Alexander Aphrod. in Topicis paulo post, vbi interpretatur Aristotelis verba hæc, περὶ πάντος τοιούτου πράγματος. *Hoc* inquit, *Rhetoricen diuidit a dialectice. nam Rhetorice non disputat περὶ παντὸς.* Dicat igitur aliquis, aduersari sibi Alexandrum, & Aristotelem, nam Aristoteles, vt superius est dictum, ait περὶ ἑνὸς πράγματος ἀφωρισμένου. Crediderim ego rem ita esse intelligendam, vt Rhetorice quidem loquatur de omnibus rebus, sed eas disputationes applicet ad quæstionem finitam forensem, & politicam, vt ea de causa non videatur (sicuti dialectice) loqui de omnibus rebus, nam dialectice non applicat. Et ideo Rhetorice locos sibi communes desumit ex quæstione generali, nam (vt inquit Cicero in eo libro, qui inscribitur Orator) *latius est disserere de genere, quam de partibus.* Patet iam, opinor, quomodo Rhetorice subseruiat politicæ, dum sermonem conficit πολιτικὸν, quo in concione, & foro vtitur. Nunc igitur videndum qualis debeat esse sermo hic πολιτικὸς, quem profitetur Rhetorice facultas se conficere posse. Eum esse oportet.

1. Prolixum, seu, vt Græci vocant, διεξοδικὸν. 2. Moratum. 3. Ornatum, seu vt Græci appellant ἐγκεκοσμημένον. 4. Probabilem. 5. Artificiosum, seu Callidum. 6. Vehementem, & παθητικὸν. Ac de his quidem singillatim dicendum, eo ordine, quo proposuimus Sermonis duplex est genus. Alterum interlocutione, & dialogismo interpellatum, alterum vero διεξοδικὸν, vel vt Cicero vocat, perpetuum, atque per hoc sermonis genus Rhetorice differt a dialectice, nam hæc sermonem suum conficit ἐν ἐρωτήσει, καὶ ἀποκρίσει, vt ait Alexander libro primo Topic. *Magnum quippe est, & valde difficile διεξοδικῷ vti sermone*, &, sicuti vere ait Cicero. *Vnum ceteris omnibus tacentibus, & audientibus loqui:* subeunt enim ii, qui loquuntur in concione, tacita hominum iudicia, & dum diuersorum hominum vultus intuentur, quos, sibi aut iratos existimant, aut parum amicos, expallescunt, hæsitant, & in medio sermone concidunt. Est quidem sermo διεξοδικὸς etiam, quo vtuntur Demonstratores, dum docent, ac tradunt alicuius rei scientiam, sed differt ab eo, quo vtuntur Oratores. Nam ille ἐκ τῶν ἀναγκαίων ducitur, & ἐκ τῶν ἀποδείξεων δεικνύει, sicuti docet Aristoteles in libris de Demonstratione, hic vero ἐκ τῶν ἐνδόξων, καὶ πιθανῶν, καὶ αὐτοσχεδίων, Ideo Aristoteles in Rhetor. libr. primo vbi de auditore apud quem verba facit Orator, loquitur, significans illum esse imbecilliorem aliquanto, nec procul prospicere, ait, καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἀκροατὴς, οἱ δ' ἰδιῶται τῶν πολλῶν σπουδῆς ἐδὲ λογίζεσθαι πόρρω δύνανται. Alia est etiam differentia inter sermonem ἀποδεικτικὸν διεξοδικὸν, & ῥητορικὸν διεξοδικὸν, nam ille arctior est, & salebrosior, hic amplior, magisque fluens. Secundum, quod

quod requiritur in sermone politico, vt sit *Moratus*. Atque hoc sane commune habet Rhetorice cum Poetice, nam etiam hæc moratam conficit orationem.

Ideo Horatius de fabula Poetica loquens ait:

Morataque recte.

Valdius oblectat populū. De qua re multo plura Arist. in libro de Poet. Non autem omnis oratio Morata. Nam ea, qua vtuntur Mathematici, quatenus de triangulo aut circulo loquuntur, expers morum est. Dialectici quoq; quatenus de syllogismis, & omni suo artificio loquuntur, moratam non conficiunt orationem, de qua re copiose Arist. lib 3 Rhetor. Mores sunt, iuxta quos πρέποντας, καὶ ἀποφαινομένους τὰς λόγους, inquit Halic. ἔθος δ' ὑπάρχει μάλιστα πραγμάτων προαιρετικῶν τοιοῦτον, ᾧ ἐστὶ δῆλον ὅ τι λόγος ἐστί. Exemplo nobis sit Homerus, volens enim describere improbi hominis mores, eos effingit in Paride. Hinc noster, ille:

Quid Paris vt solus regnet, vxorata, beatus
Cogi posse negat.

Periuri mores. & irreligiosi in Pantharo effinguntur ab eodem Homero. Et sane præclare Plato ob hoc ipsum de Poetica inquit: τοὺς τῶν πολλῶν ἐργαστηριώτας ἐπιτηδεύματα ποιοῦσι. Nam institutio hominum fit ex quotidiana consuetudine, in qua diuersi hominum mores perspiciuntur, & (vt Halicarnassæus ait) ποιοῦσιν ἕξεις τὰς ἠθικάς. Ideo sapienter Horatius:

Troiam belli scriptorem maxime Lolli
Dum tu declamas Romæ, Prænestæ relegi,
Quicquid sit pulcrum, quid turpe, quid vtile, quid non,
Plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.
Stultorum regum, &c.

Quicquid delirat reges plectūtur Achiui. Idipsum etiã, sed diuersa ratione efficit historia: vnde prudenter a Thucydide dictum fuit ἱστορία φιλοσοφία ἐστὶν ἐκ παραδείγματων. Mores vero exprimũtur ab oratoribus: κατὰ ἔθνη, γένη, ἡλικίας, αἱρέσεις, τύχας, ἐπιτηδεύσεις. Vultis summatim vt dicam? Oratori duplex est propositus labor: Alter quidem in agendo de re, de qua susceptum est negotium. Alter vero in effingenda oratione morata. Multo sane antiquior, magisq; præcipuus, qui in moribus exprimendis versatur, nam res per se syluã infinitam habet, q̃ oratori suppeditat. Aliter quippe loquitur Barbarus, ac Romanus, aut Græcus: nã Barbarorũ mores inculti sunt, & agrestes: sicuti Plato in Timæo Ægyptium hominẽ loquentẽ facit: ὦ Σόλων Σόλων Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστέ, μάντιν δὲ οὐδὲν ἔστι χεῖρον πολίτην. Sic etiam Herodotus barbarum Candaulem loquentem facit ὦ πέπον τυγχάνεις ἀνθρώποισι πιστὰ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν. Quæ verba, vna cum superioribus a Dionysio Halicarn. diligenter considerantur. Quis enim non videt, quam horridum hoc sit sermonis genus. *Aures hominibus certiores, ac fideliores*

sunt oculis, nam cum sensus ipsos nominare debuisset, non ad eos quidem, sed tanquam homo rudis ad partes corporis respexit, in quibus sensus insunt (αἰσθητήρια Græci vocant) hoc vero plane barbaricum est, & rude. Quid dicam de eo, qui vinum insaniæ potionem, hoc est μανίας πόμα vocabat. Atque sane huiusmodi sunt barbarorum mores in loquendo effingendi. Athenienses vero (inquit Dionysius) τοροὶ, λάλοι, σοφοὶ: Iones ἀτροὶ, ἀνειμένοι. Vnde noster ille in Odis.

Motus doceri gaudet Ionicos.

Bœotii εὐήθεις Vnde noster ille. *Bœotum crasso iurares aere natum.* Thessali. διπλῶσαι ποικίλοι. Nam Plato in Timæo recte ait: κατὰ τοὺς οὐρανοῦ τόπους κρᾶσιν ἠθῶν γενέσθαι. Hinc Cicero in libro de Fato ait: *Athenis tenue cœlum, ex quo etiam acutiores putantur Attici, crassum Thebis, itaque pingues Thebani, & valentes.* Nationes igitur sæpe reprehenduntur ex moribus, quos Græci vocant ἐπὶ πολαζόντας, nam optima ratione hæc connectuntur simul. Vt primum ex aere, & loco in singulis hominibus, hoc scilic. & illo, mores effingantur. Deinde ex iis in vnum collectis vniuersa natio talis, vel talis fiat, voceturque. Commiscentur interdum ab oratoribus ea, quæ ad mores spectant, vt Atheniensis, senex, pater, pictor, comparatum vero est natura, vt vnusquisq; ex arte sua, quam exercet, loquatur, hinc milites videas a rebus militaribus, medicos ab arte medendi, Musicos a Musice, agricolas a cultura agrorum ducere loquendi formulas. Quale illud apud Platonem adnotauit Dionysius Halicarnassæus, vbi Demodocus Rusticanus homo ita loquitur: ἐμοὶ μὲν ὦ σώκρατες τούτου τοῦ ἐμοῦ παιδὸς φυτείαν, id est, *huius mei filii plantationem*, cum debuisset dicere παιδοποιίαν. Nonnulli oratores sermones faciunt suos (inquit Halicarnassæus ἠθῶν ἀμοίρους: putantes, eos de re ipsa proposita, & quæstione tantum debere loqui: mores igitur prætermittunt tanquam rem minime necessariam, ac (vt Græci aiunt) ἐν παρέργῳ. Alii moratam quidem faciunt orationem, sed mores apte parum miscent: nam si simplicibus fuerit opus moribus, tum multiplici vtuntur morum mistione: Si autem fuerint duplices, aut multiplices adhibendi, non vident sibi in eorum mistione esse elaborandum, quare nil mirum, si oratio ipsorum parum vehemens est, aut splendida: nā oportet rebus mores immiscere, non secus, ac corpori anima immista est, & implicita. Sed declarandū, quomodo oratio morata efficienda, & qualis mistio optima. Id vero omniū optime docuit Dionysius Halicarnassæus in suis Rhetoricis hac similitudine. *Sicuti*, inquit, *in anima rationem imperare, ac dominari oportet, iram vero, cupiditatem, & reliquas affectiones parere rationi. Quod si aliquando iræ, dolori, cupiditatiue indulgemus, id parce faciendū est, & temperate. Sic etiam in oratione exstare oportet, præter ceteros, vnū aliquod morū genus, cui reliqui subseruiant,*

exempli

exempli caussa: sit graue, ac seuerum, subsequi vero vrbanitatem, mollitudinem, iracundiam, inuidentiam, ita tamen, vt apte misceãtur, & ex et primario genere dependere videantur. Nam summatim (vt dicam) debet orator vbiq; seruare τὸ ἦθος μεγαλοπρεπὲς. Hoc vero primum docuit Plato, qua ratione esset faciendum, nam sophistarum, mulierum, adolescentum, seruorum, ingenuorumque hominum, & grauissimorum ciuium mores commiscuit. Demosthenes igitur, qui (sicuti testatur etiam Plutarchus) Platonis auditor fuit, vbique in suis orationibus iudicialibus mores seruat τοῦ μεγαλοπρεποῦς. In deliberatiuis autem, vbi de maximis rebus consultatio fit, personam sustinet πολιτικοῦ, eiusmodique mores substernens: adulatoris, assentatorisque mores, conciliandorum auditorum gratia, sæpe commiscet, Moratam vero orationem alia quadam, subtili certe & ingeniose ratione excogitata docuit Hermogenes in libro περὶ ἰδεῶν, quas illic varias nominat. σαφήνειαν, μέγεθος, κάλλος, & reliquas. Πολιτικὸς λόγος, inquit ille, fit ex mistione ἰδεῶν, non quidem omnium (sunt enim fere omnes numero xx.) sed earum, quibus fuerit opus. Atque plane is est optimus orator, qui has inter se optime miscet. Quod si quis quærat, quæ sit omnium optima in oratione mistio. Respondeo primum ex ipso Hermogene, & profero altiore voce, vt vnusquisq; facilius intelligat, τοῦτο δὲ αὐτοτρέφει ἄριστος τῶν πολιτικῶν λόγος ὁ δημοσθενικὸς, ὅ τε αὖ δημοσθενικὸς λόγος τῶν πολιτικῶν ἄριστος. Hinc illa Ciceronis acclamatio tam præclara: *Demosthenem imitemur*, Dii boni, quid aliud agimus. In sermone igitur oratorio, & politico alia debent ex Ideis desumta (vt inquit Hermogenes) πλεονάζειν, alia parce inseri, alia prorsus abesse, alia vero mediocriter inesse. Ex caussa. Σαφήνεια, id est, *perspicuitas* (sic enim vocat Quintilianus) plurima debet vbique esse, itidem ἀλήθεια. Nam illa facit vt intelligantur omnia, hæc grauitatem & dicentibus, & rebus, quę dicuntur, affert: τραχύτης, seu μέγεθος inesse quidem debent: sed parce, nam parum grandem, & nulla ex parte fere asperum esse decet sermonem oratoris: λαμπρότης, καὶ σεμνότης, aliquanto parcius, nam splendor præmeditationis affert suspicionem. Grauitas vero prorsus contraria est personæ, quam sustinet orator, oportet enim in caussis agendis apud iudices, quorum summa est potestas, supplicem esse. κάλλος autem in sermone politico debet quidem inesse, sed minimũ apparens: oratio enim, vbi aliquid probandũ est subtiliter, aut refellendũ, exilis sæpe fit, & tenuis, tunc igitur intermiscendum κάλλος, nam αἱ ἐπιμέλειαι τῆς λέξεως ταῖς πυκνότησι, τῶν ἰδεῶν ἐπιτήδειοι, vt idẽ, inquit Hermogenes, quia illa pulcritudine inspersa mitigatur τὸ αὐστηρὸν τῶν λογισμῶν, καὶ ζητημάτων. Præterea excitantur audientiũ animi, & leuantur, ac recreantur: Essent enim alioqui defatigati crebritate ratiocinationum, & subtilium nimis sententiarum. Verum hæc de morata oratione, & moribus,

& eorũ mistione, hactenus a nobis dicta sint, alias fortasse copiosius res tota declarabitur, appositis ex Cicerone exemplis. Propositum est ex facultate Rhetorica, oratori cõficere etiam orationem ornatam, seu figuratã. Græci ἐσχηματισμένον λόγον vocant. De hac igitur dicamus, nam ista postulat ordo. Ornatus in oratione, sicuti declarant Rhetores Græci, tribus modis ponitur, aut κατὰ γνώμην, aut κατὰ σχῆμα, aut κατὰ ἀπαγγελίαν. Aristides Rhetor in libro περὶ λόγου πολιτικοῦ, de singulis in hunc fere modum ait: γνώμην λέγω τὸν νοῦν, καὶ τὰ ἐπινοήματα, ἐν οἷς εὑρίσκεται τὰ πράγματα: quæ verba diligenter consideranda non tantum propter id, quod volumus confirmare, sed etiam quia apta sunt ad totam eam quæstionem diiudicandam: quæ est inter recentiores agitata: An Rhetorica, sicuti, & Dialectice, verba tantum, aut res etiã sibi proponat considerandas, de quibus agat: Ἀπαγγελία est ipsa dictio, per ipsam enim enũtiantur τὰ ἐπινοήματα σχῆμα δὲ est sermonis quidã τύπος, sub quo prolatę res orationi modo grauitatem, modo leuitatẽ, modo vim, modo lenitudinem afferunt, efficiuntq; vt diuersas sumat formas. De hac in præsentia mihi est dicendũ: nam de reliquis generibus alias dicemus. Dictus est autem a Græcis λόγος ἐσχηματισμένος, vel a saltantibus hominibus, qui diuersos induunt personarum habitus, quos Græci σχήματα vocant, vel a limo, seu testa, ex qua simulacrum aliquod effingitur, aut hominis, aut alterius animantis. Alexander Rhetor Græcus in libro περὶ σχημάτων ait, in sermone ἐσχηματισμένῳ nihil aliud esse, quam μετάπλασιν τινὰ τοῦ διανοήματος, quæ transformat sermonem hominum, & in aliam quandã vertit figurã vtilitatis gratia. Argumentatione igitur huiusmodi illi vtebantur: *Omnis hominũ sermo, ex animi affectu proficiscitur*: cum autem variis affectibus animus permoueatur, variũ quoq; inde sermonem exsistere necesse est, ex quo patet sermonem potius naturalẽ esse, quã artificio vllo & ornatu ἐσχηματισμένον. Nã si quis vere dolet, ita loquitur, vt dolet. Si quis vere irascitur, pro illa affectione animi sermonẽ effingit: quid igitur erat, q; Rhetores confingerent vllũ genus sermonis ἐσχηματισμένον, aut quo spectant tã multę illorum p̃ceptiones. Sed refelluntur ii duabus rationibus. Sic. Si non esset animorum notio, alia quidẽ naturalis, alia vero ἐσχηματισμένη nihil differrent a vulgaribus hominibus, & indoctis, docti Rhetores, & Oratores; neq; ipsi inter se rursus essent diuersi: aut alius alio magis excelleret. Sed patet & oratores multum esse dissimiles ceterorũ in dicendo, & ex oratoribus aliũ alio esse præstantiorẽ, si quis aptius, & melius in oratione ornatũ adhibeat, ex quo satis patet, dari quendã sermonem ἐσχηματισμένον dictum. Altera ratio est Quamuis omnis sermo propriam quandam formam habeat, quã ab ipsa natura accipit, oratorum tamẽ sermo politicus, non ex natura ipsa desumitur, sed ex naturalis sermonis similitudine quadã, & imitatione conficitur. Ideo Aristoteles in principio

Rhetor.

Rhetor ad Theod. ait. πανταχοῦ μίγνυσι τοὺς ἐξιστάζειν, καὶ λόγον ὑπέχειν. Et quæ sequuntur. Et hoc ipsum esse τέχνης. Exemplū vero eius, quod diximus esse huiusmodi. Est quidā sermo naturalis. *Ambigo, ire ne debeā, vel non ire.* Est & alius κατὰ μίμησιν illius naturalis. *Eamne non eam nonne ibo, etiam si me roget.* Hic est ἐχηματισμένος. Sic sæpe etiā oratores non dubitantes, simulant se dubitare, & dubitantes in sermone imitantur. Dicendum igitur, quamuis omnis sermo suam quandam peculiarem habeat naturam, tamen aliū quendam ex similitudine, & imitatione illius confici, qui maiorem habet vim. Multum enim in omni re potest imitatio, tum ad mouendum, tum ad delectandum, sicuti in libro de Poet. copiose declarat Aristoteles. Magnam vero, ac multiplicem affert vtilitatem sermo ornatus, seu ἐχηματισμένος, de quo locuti fuimus. Attente audite quæso, primum quidem multum valet ad augendas res, vt si quis huiusmodi vtatur Ironia, qualis vsus est Demosth. οὐ γὰρ σμικρὸς ἀνὴρ, ὃς Δίφιλον τὸν ἄλλως. Quali vsus est Cicero pro Milone. *Tolerabilia fuerunt illa. P. Clodi mortem scilicet aquo animo ferre nemo potest. luget senatus, mœret equestris ordo, tota ciuitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniæ, agri denique si tam beneficum, tam salutarē, tam mansuetum ciuem desiderant.* Deinde, facit vt mores dicentis laudatiores videantur, quæ res multum conciliat animos audientium. Quale illud est apud Æschinem. ἆρα μοι δοκῶ πως συγχώμην εἰ κινδυνεύω οὐ τὸν αὐθαδέστατον, καὶ μὴ καθαρὸν τὸ σῶμα, μηδ' ὀφθαλμὼ φανλῶ ἀφίναι. In quibus verbis satis patet, quādo sit oratoris pudor in rebus obscœnis proferendis. Talis locus est etiam sæpe apud Ciceronē in oratione in Pisonē, in secunda in M. Antoniū, & reliquos improbos, in quos inuehitur. Tertia vtilitas est, ꝙ orator sermone vtens ornato, & ἐχηματισμένῳ, rem minime videtur cum p̄meditatione p̄ferre, sed fortuito, & e re nata loqui. Debet enim in primis orator p̄meditationis suspicionē vitare. nā dolo aliquo tū se suspicatur circumuentū iti auditor, siue iudex, cū p̄meditatū fuisse diu videt oratorē ea, quæ loquitur. Id vero aptissime facit Demosthenes, cum ait: τυπτόμενός με παρῆλθεν εἰπεῖν. Et Cicero in Verr. *Et quod pene præterii, Capella quadam.* & quę sequuntur. Quarta vtilitas est, quod sermo ornatus, & ἐχηματισμένος orationi affert varietatem, quā Græci ποικιλίαν vocant. In primis enim hæc oratori quęrenda in omnib. causis, quæ ad iudicia pertinent. Exempla peti possunt ex Demosthene & Cicerone, vbi de statu ciuitatis loquuntur, vterque enim cū id sæpenumero faciant, variā etiā in ea re adhibent rationē: Sic igitur omnis tollitur satietas; vnde auctor scholiorum in librum περὶ σχημάτων ait, μονόσχημον, καὶ ἀποσκορῆ λόγον. τὸ γὰρ ἀεὶ ὁμοίως ἔχον ἐμποιεῖ κόρον, καὶ χρῆμα καθίστησιν ἡδὺ ἀνθρώποις ἡ μεταβολή, ὁ δὴ κορος ἀηδίαν.

Quinta vtilitas est ꝙ sermonē τὰ σχήματα efficiunt πιθανώτερον,

quæ summa virtus est in oratore. Qua vero id ratione fiat, apertum erit superiora attente considerantibus. Atq. hæc hactenus a me dicta sint de sermone ornato, qui a Græcis vocatur, ἐσχηματισμένος. Nunc de probabili dicamus. Probabilem oportet esse sermonem politicum, quo vtitur orator, vt facilius persuadeat auditoribus: probabilem dixi, non quod verum quidem esse non deceat, nam magis decet, ac debet orator si potest, libentius ex vero ducere argumentationem, quam verisimili, aut probabili. Ideo Aristoteles libro ἀναλυτικῶν προτέρων, sub finem, vbi de enthymemate loquitur, ait, ἐνθύμημα οὖν ἐστὶ συλλογισμὸς ἀτελὴς ἐξ εἰκότων, ἢ καὶ σημείων: itidem in Rhetoricis ad Theodect. libro primo, nam paulo ante definierat vtrunque, sic: εἰκὸς ἐστὶ πρότασις ἔνδοξος. σημεῖον δὲ βούλεται εἶναι πρότασις ἀποδεικτικὴ, ἢ ἀναγκαία. Sed probabilem saltem esse oportet orationem oratorum: nam falsam non decet: est enim impudentis hominis falsæ loqui. Differt quidem probabile a vero (vt inquit Alexander in Top.) non τῷ εἶναι ψευδὲς, nam sunt quædam probabilia vera ἐκ κοινῆς ἐπικρίσεως eorũ, qui audiunt. Rectissime igitur idem Alexander ibidem asserit, probabilia esse neque vera, neq; falsa: Dialecticus quoque, & Pirasticus argumentantur ex probabilibus, sed probabilia Dialecticus non solum sumit ea, quæ plurimi iam probarunt, sed etiã, quę pauci, & sapientiores. Pirasticus vero eadem, sed postquã extorserit aduersario, arripit. Rhetor vulgaria sequitur, ꝓbabilia fere plurima, quia in foro, & concione apud populum versatur: Ideo Cicero libro de Orat. primo ait: *Orator non vult ita sapiens inter stultos videri, vt aut illum ineptum putent, aut se rideri: Sunt igitur probabilia ea, quæ sunt similia veritati: Vnde Plato in Parmenide, inquit: fac te exerceas, dum iuuenis es, in ea quæ a multis vocatur ἀδολεσχία.* Alioqui σὲ διαφεύξεται ἡ ἀλήθεια. Quasi innuat ibi doctus Plato, veritatem facilius cognosci ab eo, qui consueuerit diiudicare τὰ πιθανὰ, q̃ ꝓxime accedunt ad ipsam veritatẽ, Is igitur optimus fuerit orator, q ꝓbabiliter de omni re proposita poterit disputare in vtranq; partẽ: & quantũ in ipso fuerit, nihil ꝑtermittet, ꝑsuadendi caussa. Non semper quidẽ persuadet orator: atq; id multis de caussis accidere solet, sed satis sit; si nihil ab eo fuerit prętermissum ex iis, q̃ credat esse apta ad ꝑsuadendum. Debet omnis Dialecticus, qui artis suę bene peritus sit, aduersariũ, cũ quo disputat, deducere εἰς ἀντίφασιν, at nõ semꝑ id assequitur quis id nescit? Medicus quoq; sanare, neq, tamẽ id semꝑ efficit: satis igitur fuerit, si acõmodate vterq; omnia faciat, vt id assequãtur: Cõnumeratur Rhetorice inter eas artes, q̃ a Græcis vocantur στοχαστικὰ (vt docte in Top. asserit Alexan. Aphrod.) qualis medicina quoq; est, & κυβερνητικὴ, & ideo egent hę solertia, ingenio, & prudentia, ἐν στοχαστικαῖς τέχναις (inquit idem) nõ est positus finis in ipsa artifice, sicuti patet, In aliis vero, quæ ποιητικαὶ vocantur, finis est in ipso opifice, sicuti

patet

patet in rexente, & ædificante. Cum igitur rhetorice huiusmodi sit, elaborandum est oratori, vt probabiliter de omni re loquatur. Id cum effecerit: plane munus suum confecerit, neque fuerit iure reprehendendus, etsi non persuasisse videbitur. Nunc postquam de probabili sermone politico, quo vtuntur oratores, dictum est, duo adhuc supersunt ex iis, quæ a me proposita fuerunt, vt de sermone Artificioso, & Callido, mox de vehementi, quem Græci παθητικὸν vocant loquamur, sed quoniam hæc tam breui spatio copiose (vti æquum est) explicari nō possunt, satius fuerit in proximum diem, totam hanc disputationem nostram reiicere.

FRANCISCVS ROBORTELLVS VTInensis Antonio Philippi. F. Meliorio S. D.

Mirifice delectatus sum tum tuo illo vetere erga me amore recognoscendo, tum incredibili studio, quo te flagrare video, bonarum artium, totiusq; antiquitatis pernoscēdæ. Nam quod Horatium totum iam diligenter perlegeris, est mihi vehementer gratum, spero enim te ex doctissimi Poetæ lectione multo locupletiorem factū, nec sane etiam iniucundum fuit intelligere magno tibi explicationes illas nostras, quas ab hinc duobus ferme annis vna cum Benedicto Piscilla Lucensi iuuene ingenioso, & docto, ac Floriano Antonino Vtinensi ciue meo nobilissimo, atq; optimo, Pisis confeceram, & superiore æstate Florentiæ vna cum Ioanne Maria Castelnitreo auxeram, quem ob singularem doctrinam, summam virtutem, atq; admirabile ingenium tanti facio, quanti omnes sciunt, & tu ipse in primis facile intelligere potuisti. Ac sane facit tua ista tam ingenua professio, vt tanto magis doleam, quod mihi in mentem venit, nuper quosdam, qui collationes easdem locorum (me concedente) ex meis transcripserunt, non modo mihi parem gratiam retulisse (retulissent autem, si grati tantummodo erga me fuissent) sed etiam eam, quantulacunq; mihi pro meis laboribus debebatur, laudē totam sibi vindicasse. Verum vberius hæc inter nos coram. Nunc mitto ad te explicationes meas, quas petis in Catulli Epithalamium, quæ cupio tibi alicui sint vsui ad tam præclarum Poetam intelligendum. In eiusdem quoq; Comam Berenices, Atyn, Pelei, & Thetidis alterum Epithalamium, aliaque omnia Epigrammata, eius generis explicationes mittam ad te, cum voles, multa enim iam mihi collegisse videor, quæ ad hunc Poetam illustrandum pertinent: Sed in tanta antiquorum exemplarium inopia, vix sperare audeo, me locis aliquot corruptis medelam posse afferre. Efficiam tamen profecto aliquid, atq; (nisi fallor) aliquanto plus, quam ceteri, qui illum hactenus interpretati sunt. Tu ita hunc legas velim, vt attēte inspicias omnem verborum venustatem, & sententiarum pōdera diligenter perpendas, habeasq; semper in animo, Catullum non temere a veteribus fuisse doctum appellatum. Sed quid plura? noui enim ego ingenium tuum, noui indolem præclarā, pergo igitur, vt cœpisti, & tantum in omni studiorum genere statue tibi esse elabo-

randum, quantum nobilitas tua, & exspectatio, quam de te apud omnes concitasti, postulat. Si te propediem (vti spero) hic habebimus, non diffido me tibi tum in Poetis intelligendis, tum grauioribus etiam aliis rebus percipiendis, alicui tibi adiumento fore. Vale. Pisis. IV. Calendas Maii. M. D. XLVIII.

FRANCISCI ROBERTELLI VTINENsis explicationes in Catulli Epithalamium.

CArmen hoc inscribitur *Epithalamium*, sic etiam Theocritus Idyllio 17. Helenæ *Epithalamium*, Stesichorum imitatus vocauit, vt interpres ait, his verbis, καὶ ἐν αὐτῷ τίνα εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ελένης ἐπιθαλαμίου. Idem testatur *Epithalamiorum* duplex fuisse genus. Alia, quæ canuntur vespere aduentante, & vocantur κατακοιμητικὰ, ἅτινα ἕως μέσης νυκτὸς ᾄδουσι. Alia, quæ vocantur matutina, quoniam mane canebantur, τινὰ δὲ (inquit interpres) ὀρθριὰ, ἃ καὶ προσαγορεύεται διεγερτικὰ. Epithalamium a virginibus concinebatur. Verba sunt hæc, quibus id declarat idem interpres Theocriti. τὸν δὲ ἐπιθαλάμιον ᾄδουσιν αἱ παρθένοι πρὸ τοῦ θαλάμου, Caussam quoque explicat, cur concinerentur. ἵνα τῆς παρθένου βιαζομένης ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἡ φωνὴ μὴ ἐξακούηται, λανθάνῃ δὲ κρυπτομένη διὰ τῆς τῶν παρθένων φωνῆς. Hymenæum vero canendi in nuptiis antiquissima fuit consuetudo. Athenæus lib primo scribit hymenæum ab Aristoxeno cantatum, cuius tale exordium. Γάμε θεῶν λαμπρότατε. Dionysius Halicar. quoque de hac consuetudine multa scribit, vbi artificium tradit, quo in oratione nuptiali sit vtendum. Iulius Pollux αὐλητικῆς seu κιθαριστικῆς dicit poeseos proprium fuisse Hymenæum canere, de qua re nos copiosius loquimur, in nostris explicationibus in librum Aristotelis de Poet. Hymenæus a Græcis, Thalassius a Romanis. Plutar. in Problem. rerum Rom. & Liuius libro primo ab Vrbe condita.

Hymen o Hymenee) sic etiam Theocritus ὑμὰν ὦ ὑμέναιε. & Plautus in Cass. Io hymen, o hymenæe.

Suaue olentis amaraci) Coronabatur enim amaraco hymenęus, Amaracum ponit Verg. lib. 1. Æn. in luco Veneris, cum ait.

Idalia lucos, vbi mollis amaracus illum
Floribus, & dulce aspirans complectitur vmbra.

Suaue olentis) vt graueolentis Auerni, & Suaue rubens Hyacinthus a Vergilio dicitur.

Flammeum) a Flaminibus dictum, eo enim tegmine vtebantur capitis, colore autem erat luteo, quem colorem adamarunt in nuptiis. Plin. lib. 21. *Lutei video colorem antiquissimum in nuptialibus flammeis fœminis concessum.* Flaminibus non concedebatur diuortium, ideo Flammeo vsi sunt veteres in nuptiis, vt bene ominatum, ac firmum esset coniugium, mortua vxore, sacerdotio se abdicabant Flamines, de qua re copiose Plutarch. in Problem. Rom. Diuortium

uortium non sine graui aliqua caussa olim fiebat, ideo sponsio in nuptiis fiebat, siquis sine caussa vxorem dimisisset, de qua Plutarchus in vita Catonis. Leges tulit de connubiis Romulus has, vt vxor omnium, quæ mariti essent, fieret consors. Ne connubium vnquam dissolui posset, de qua re Plutarchus in vita Rom. & Dionysius Halicarnasseus libro secundo copiose: nam diuortium primus introduxit Sp. Carbilius, vt ait A. Gellius libro quarto, cap. tertio Legem etiam tulit Romulus de Confarreatione, de qua nonnulla Boetius in Topicis, vbi de matre familias loquitur, nam farre vtebantur in sacris veteres, hinc Horatius lib. 3. Od. ait.

Farre pio, & saliente mica.

Molam salsam significans. Legem etiam tulit, vt morienti marito sine liberis vxor esset heres, sicut patri filia. Quod si prolem habuisset, vt æqualem haberet partem cum filiis. Adulterio aut ebrietate delinquetem vxorem sanxit capite puniendam iudicante marito vna cum agnatis ipsius vxoris. De his copiose scribit Dionys. Halicarnasseus.

Luteum) Vergilius luteam caltham vocat in Buc. cum ait.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Luteo quoque socco vtebantur sponsæ, vt asserit Seneca in Hippolyto, his verbis.

Crura distincto religauit auro,
Luteo plantas cohibente socco.

Variis vero coloribus vtebantur mulieres pro temporum ratione, sicuti etiam albis in luctu, de qua re Plutarchus in Probl. Rom. *Flammeo velabant capita*, mos autem velandi capita fuit mulieribus in sacris Saturni, & Honoris. Plutar. in Probl. Rom.

Pellit humum pedibus) id est, salta, sic etiam Horatius libro tertio Odarum Ode 18.

Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

Spineam quate tadam) de spina arbore Plin. lib. 21. cap. 19. Quinque tædis vtebantur olim in nuptiis in honorē quinq; deorum Iouis adulti. Iunonis adultæ. Veneris. Suadelæ. Lucinæ. de qua re Plu. in Probl. Rom.

Idalium) Vergilius lib. primo Æneid.

Idalia lucos, vbi mollis amaracus.

Nam cum amaracus sit Veneris, ideo coronam exhibet Hymenæo, qui cognationem quandam habet cum Venere.

Ad phrygium iudicem) Lucianus in iudicio dearum, & Suidas in dictione Paris.

Bona alite nubet) de auguriis nuptialibus Valer. Max. Vergilius quoque libro quarto Æn. cum ait.

Primisque iugarat Ominibus.

Alite) Augurio. Horat. in Epod. Ode 10.

Mala ſoluta nauis exit alite.

Et libro tertio Od. ode tertia.

Troia renaſcens alite lugubri.

Myrtus Aſia) alii legunt Hagia, alii Agria. Ego nihil decerno, & ſi ſequor Aſia, vt ſit ſimile. ἀσίῳ σὺν λειμῶνι.

Hamadryades) quas etiam Melias Græci vocant, de quibus diximus in Callimachi ſcholiis.

Nutriunt in humore) alii legunt honore, alii odore, alii humore, ſublata præpoſitione. *In.* Ego ita cenſeo legendum, & ſi non magnopere affirmo.

Ludicrum ſibi roſcida

Nutriunt in humorem.) Vt appellet humum *roſcidam*, ſicut Vergilius. Lunam roſcidam, mala, & mella roſcida.

Dominam.) Non. Marcellus. Vide quoque Plutar. in Probl. Rom. vbi antiqua verba explicat. *Vbi tu Caius, ego Caia* |De quibus Cicero in orat. pro Muræna. Alludit enim Catullus ad coemtionem, de qua ſuperius, nam materfamilias domina erat.

Vt tenax hedera.) Vergilius Hederas ſequaces dixit. Horat. in Epod. ode 15.

Arctius atq; hedera procera aſtringitur ilex

Lentis adharens brachiis.

Huc ſpectant tres illi Gallieni Imperatoris Auguſti verſus, quos prætermitto, quia ſatis noti ſunt. *Agite in modum.*) Horatius libro quarto, Ode ſexta.

Lesbium ſeruate pedem, meique

Pollicis ictum. Paulo poſt.

Docilis modorum

Vatis Horati.

Idem libro tertio, Ode vndecima ait.

Dic modos Lyde, quibus obſtinatas

Applicet aures.

Quem colãt homines magis) propter vtilitatem, quam ab eo percipiunt, ſicuti etiam de Pluto dixit Ariſtophanes.

Virgines zonula ſoluunt) ſic etiam in ſecundo epigrammate ait. Quod Zonam ſoluit diu ligatam, de qua re plura diximus in ſcholiis noſtris in Callimachi hymnos.

Tu fero Iuueni) alii legunt. Tu feri in. alii, tu fero.

Matris agremio) idem Catullus paulo poſt ait.

Quinatam poſſis complexu auellere matris,

Complexu matris retinentem auellere natam,

Et iuuenem ardenti caſtam donare puellam.

Nil poteſt ſine te Venus) Venus ſæpe iuncta cum aliis diis colebatur non ſine aliqua cauſſa, vt Venus & Cupido. Venus & Gratiæ. Venus ac Ceres, & Bacchus ex illo Terentii dicto. Sine Cerere & Baccho, friget Venus. Sic etiam in eodem templo colebantur Virtus &

tus & Honos. *Parens stirpe vincier*) alii legunt *dicier*, alii *nitier*, nam spurii, qui non nascuntur ex legitimo coniugio, sequuntur matrem. Seruius in eo versu Verg. lib. 4. Æneid.

Si Paruulus aula.

Non queat dare Præsides.) Plutar. in Problem. Rom. ait *patrem patratum fieri non potuisse, nisi patrem haberet viuentem, & liberos.* Sic igitur respexit Catullus ad sobolis fœcunditatem, cui etiam legibus proposita olim fuerint præmia. Hinc ius trium liberorum, quod tam enixe petit a Traiano August. Plinius Suetonio suo familiari, quale hoc sit video adhuc quæri a doctis. Plutarch. in libro περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας, ait, πρῶτον οὐκ ἀναμένει νόμους ἀγάμου, καὶ ὀψιγάμου, καθάπερ οἱ λυκούργου πολῖται καὶ Σόλωνος, οὐδὲ ἀτιμίας ἀτέκνων δέδοικεν οὐδὲ τιμὰς διώκει τρίπαιδας, ὡς ῥωμαίων πολλοὶ γαμοῦσι, καὶ γεννῶσιν, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλὰ ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται. sed quale hoc fuerit ius non explicat. Diogenes Laertius quoque in Socrate narrat, lege cautum ab Atheniensibus de fœcũditate sobolis φασὶ γὰρ βουληθέντας ἀθηναίους διὰ τὸ λειπανδρεῖν συναυξῆσαι τὸ πλῆθος, ψηφίσασθαι γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας, ὅθεν τοῦτο ποιῆσαι καὶ σωκράτην.

Faces quatiunt comas.) Comas in facibus dixit, & igne, ac fortasse veteres ex tali similitudine crinitas quoque vocarunt stellas, quos Græci κομήτας, quia capillati semper apparent.

Ingenuus pudor.) in pueris, ac puellis pudor commendatur, est enim certissimum signum futuræ virtutis, in senioribus & viris iam prouectioris ætatis damnatur, rationem explicat Aristoteles in libris de Moribus.

Non tibi

Herculeia periculum est) ita omnes fere legunt, & interpretantur locum hunc corruptum. Ego puto legendum, ex vetustis libris lectionis huius vestigium secutus, *Arunculeia*, quod appellarit Catullus Iuliam sponsam *Arunculeiam* ab *Arunca* oppido vetustissimo, quod ædificatum in Latio fuit ab Ausone rege, a quo Ausonia Italia dicta fuit. Innuit igitur hinc maiores illius profectos, vt nobilitatem, & antiquitatem generis laudet, sicuti & paulo post, cum ait:

Tam vetus sine liberis Nomen esse.

Hoc genere laudationis vtitur Hor. quoque cum de Mœcenate loquitur libro Od. 3. ode 29.

Tyrrhena regum progenies

Et eodem libro Ode 17. ad Lamiam, cum ait.

Æli vetusto nobilis a Lamo
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne factos,
Auctore ab illo ducis originem

Qui Formiarum mœnia dicitur.
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lyrim
Late tyrannus.

Stare flos) Comparat virginem cum flore, & paulò post in hexametro nuptiali ait:

Vt flos in septis. Et quæ sequuntur.

Ideo vero *stare* dixit, vt non *languentem*, sed *viuidum* florem significaret.

Vitis implicat arbores) paulo post etiam in hexametro nuptiali eadem vsus est similitudine, seu collatione Hinc Horatius in Epodis. Ode secunda.

Aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos.

Et Verg. lib. 1 Georg. *Vlmisq; maritat. O cubile quot omine candido pede lacteo*) Locus hic corruptissimus est, quem facilius aliquis interpretari coniectura possit aliqua, quam emendare.

Fescenina locutio) Fesceninos innuit versus, quales testatur Macrobius aliquando animi relaxandi gratia scripsisse Augustum. De iis meminit Liuius lib. 7. Glyconiisque similes fuisse recenset Plinius lib. 15 cap. 22. *Fesceninorum nuptialium nuces comites.*

Da nuces pueris) Sex. Pompeius scribit *nuces spargi* consueuisse intrante sponsa in domum sponsi. Seruius in Bucol. Vergilii versum exponens, ait fieri consueuisse, quod significaret se omnia puerilia relinquere, nam eo respicit etiam dictum satis omnibus notũ Persii. Horatius quoque in Satyris ait, vbi patrem alloquentem facit filium:

Te talos, Aule, nucesque
Ferre sinu vidi, nam nucibus, & talis ludebant pueri, talos Græci vocant ἀστραγάλους. Ludentes talis facit Apollonius tãquam pueros libro tertio Aagonaut.

ἀμφ' ἀστραγάλοισι δὲ τώγε
χρυσείοις, ἅτε κοῦροι ὁμηθέες ἐψιόωντο.

Ludebatur paruo, talis, olim, ipsis. Patet ex eodem loco Apollonii, cum ait:

δοιὼ δ' ἔχεν ἄλλον ἔθ' αὔτως
ἄλλῳ ἐπιπροιεὶς, κεχόλωτο δὲ καγχαλόωντος. Lucianus quoque in Saturn. ἀλλ' οὐ περὶ ταλάντων, καὶ μυριάδων, ἀλλὰ περὶ καρύων, ὡς μὴ ἀνιᾶσθαι τὸν ἡττηθέντα καὶ μὴ δακρύειν. Ecce, vt nuces nominat. Talis fiebat ludus a veteribus vocatus μαντεία, quo respexit apud Aristoph. in Pluto cum ait ille, anum illudens, πόσους ἔχεις γομφίους. In eodẽ Pluto seruũ ita facit loquentẽ Poeta. στατῆρσιν ἀρτιάζομεν. Lucianus quoq; in Saturn. legẽ hanc refert, in qua *nuces* nominat, πολυτρῶ κάρυα, καὶ πεσσοὶ ἔστωσαν. Sed tesseras antiqui κύβους nominabant. Aristophanes conquerentem facit Plutũ, quod esset exposi-

tus

ταῖς πύξοις καὶ κύβοις. Tesserarũ formam innuit Athenæus lib. 3 ex Eubulo. ὅτι κύβοι εἰσὶν οὐχὲς ἀεὶ μετὼν χειρίζεται, ἀλλὰ τετράγωνοι ἄρτοι ἡδυσμένοι σώφρων, τυρῶν, καὶ ἐλαίῳ. hinc enim elici potest quadratas fuisse. πεττοὶ quoq; dicti, & sic vocat Homerus, vbi ludentes facit procos, his verbis. ὣς δὲ μνηστῆρες θοῶν ἐτέρποντο πεττοῖσι. Hinc Athenæus lib. 7. ex Antiphane in Cyclope refert. καὶ μὴν ὁ Εὐπαῖος πᾶς κατ' οἶκους μάττει, πέτ ει, τίλλει, κόπτει, δύει, χαίρει, παίζει, πηδᾷ, πίνει, σκιρτᾷ, κεντεῖ, ὀπτᾷ. Ab appellatione τῶν κύβων exititit adagium, quod refert idem Athenæus lib. 13. ex Menandro in Auletride. γεγαμηκὰ γὰρ οὐ τὸς, ἀφ' οὗ τε παρῆκα σοι μὴ γαμεῖν, αὐτὸ ἐρίφθη γὰρ ὁ κύβος. Plutarchus quoque in libro περὶ ἐνθουσιασμοῦ ait, κυβεία γὰρ ὁ πολίτης τὸν βίον ἀπέκλινεν, οὗ φησὶ βαλεῖν δεῖ τὰ ἀσφορα, ἢ βαλόντα χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι, quæ verba diligenter sunt expendenda, quia exprimunt ludendi rationem omnem quæ non diuersa est ab ea, qua vtimur adhuc nostra ætate. Nec dissimile illud est, quod scribit Lucianus in Saturn. vbi Deum cum Sacerdote loquentem facit his verbis οὐ μικρὸν δεῖ, εἰ ἅπ τοῖς ἄλλοις ἐς τὴν μυελὸν κυλιομένοις τοῦ κύβου σοι τὴν ἐξάδα ἀεὶ φαίνεσθαι. Lusores tesserarij insignes nominat Athenæus lib. 1 Diodorum Megalopolitem, Leontem, Mytilenæum, & alt. καὶ τὴν τοῦ ἡσσονος καὶ τὴν πεῖσόπλων. Libro Epigrammatum primo narratur quoddam ludi genus inuentum a Zenone Aug. sed adeo obscurum, vt a nemine, quod sciam adhuc, intelligatur. Hæc ego, digrediens a nucibus, referre volui de talis, & tesseris, quia videbam ab aliis prætermissa, qui de ludorum generibus scripserunt: nam & Leonicus, & Calcagninus viri doctissimi multa scripserunt: hæc mea si illorum narrationibus addita fuissent, non putaui ingrata fore studiosis antiquitatis.

Satis diu lusisti) Horatius quoq; Epistola vltima lib. 2 ait.

Lusisti satis, edisti satis, atq; bibisti.

Cinnarius) Horat. lib. 1 Sat. 2.

Custodes, lectica, cinisones, parasiti.

Et Cicero in Bruto translate ait. *Cæsar ineptis facit gratum, qui volunt illam calamistris inurere.* Idem in oratione pro Sestio. *calamistratam vocat comam*, & rursus in oratione pro M. Cælio, *aliquis ex barbatis illa barba illaborrida, quam in statuis antiquis videmus. Vnguentato glabris*) Apuleius amorem vocat glabellum.

Hæc tibi cœlibi) alii legunt, *quæ licet.* Si *cœlibem* legas, opponitur alteri dictionum, *Marito.* Budæus in suis Comment. Græcis Cœlibem putat a Græcis vocari ἡβιον. & probat ex Plutarc. quod nobis valde placet. *Cauene neges*) Plut. in lib. quẽ inscribit, γαμικὰ παραγγέλματα, ait Solonẽ iussisse, vt sponsa priusquã coiret cum sponso, malũ cotoneũ comederet, significans placidã eam esse oportere, & suauẽ in loquendo. Idem Plut. in eod. lib. ait. Sponsas olim in Bœotia asparagine coronari solitas: eũ enim asparago inter spinas oriatur, & ipsa mollis sit, significabat spõsam non difficilẽ, sed facilẽ, nõ

immitem sed mitem esse debere: quod ibidem doctus vir monet esse omnino faciendum, ex similitudine ducta a speculo. Sicuti vnusquisque illic videre potest.

Cana anilitas) Sic senectutem significauit, in qua *cani* nascuntur, & apte addidit *anilitatem*, nam aliquando iuuentus cana est, vt Pindarus ait in Olymp.

πολλάκι καὶ ἐν νέοις
φύονται πολιοί.

Limen) Sponsa ingrediens mariti domum, non attingebat limen, huius rei caussam explicat Plutar. in Probl. Rom. & Seruius libro secundo Æneidos Vergilianæ.

Tyrio in thoro) Verg. in Georg.

Sarrano dormiat ostro.
Illi non minus ac tibi
Pectore vritur intimo.
Flamma

Si sic legas hos versus, multo magis probarim.

Illi non minus, ac tibi
Pectus vritur intimum
Flamma.

Penita.) ego legendum puto *penite* pro *penitus*, more antiquorum.

Brachiolum teres) Horatius libro primo, Ode 13.

Ceruicem roseam, cerea Telephi
Laudas brachia Idem alibi.

Teretis pueri longam renodantis comam

Prætextate) Macr. libro primo Satur. A. Gell libro primo, cap. 23. Plutarchus sæpe prætextam περιπόρφυρον vocat exprimens qualis sit, mox adolescentibus dabatur toga pura solemni quodam ritu. Cic, lib. 6 Epist. ad Att.

Vos vnis senibus
Cognitæ bene fœminæ
Collocate puellulam

Pronubæ matronæ erant, quę vnum tantum habuissent maritum, (vt sex. Pompeius scribit) hæ sponsam in lecto sponsi collocabant.

Alba Parthenice) Plinius lib. 25. cap. 5.

Luteumue Papauer. Subrufum intelligit, nam eius tria sunt genera.

Bona Venus) Vergil. Bonam appellauit Iunonem, libro primo Æneidos.

Adsit lætitiæ Bacchus dator & bona Iuno.

Quod cupis capis) Paronomasia lepida.

Bonum non abscondis amorem) nam amor malus, & impurus occultari solet, vnde Venus Cytherea a Græcis dicta παρὰ τὸ κεύθειν τοὺς ἔρωτας. Plutarchus in lib. γαμικῶν παραγγελμάτων ait Catonem quendam

quendam e senatu mouisse, cum esset censor, quod vxorem, spectantibus filiis esset deosculatus. Idem Plutar. narrat eodem loco, Reges Persarum, cum ebrietati, & lusibus operam darent, amota coniuge, id facere consueuisse cum ancillis & meretricibus.

Armarita tuum celites) id est *celes*, quasi innuat, non cõuenire mulieribus aperte profiteri, atque ostentare amorem, sicuti viris, sed pudentes esse, & verecundas.

Nihilo minus pulcra es) alii legũt *pulcer es*, alii *pulcra res* Ego puto legendũ *pulcra eris*, vt sit sensus coniunctus cũ superiorib. Decet mulierem occultare amorem, & nihilo minus erit pulcra, ac si patefaceret, multæ enim mulieres dum suos amores iactant, putant se pulcriores habitum iri, & Veneri gratum facturas. Plutar. ἐν γαμικοῖς παραγγέλμασι recẽset Lacænam interrogatam, num adhuc accessisset ad virum, respondisse, non se ad virum, sed virum ad se accessisse.

Pulueris Erythræi) puluerem pro *arena* posuit, sic etiam in alio dixit epigrammate, vti satis omnes sciunt, cum ait.

Quam magnus numerus Libyssæ arenæ
Tam vetus sine liberis

Nomen esse) innuit legitimum coniugium, in quo liberi sequũtur patrem, & ideo addidit, indidem semper ingenerari.

Torquatus paruulus) sic etiam Vergilius lib. 4. Æn.

Paruulus aula luderet Æneas.

Dulce rideat) Horatius lib. 1. Ode 22.

Dulce ridentem Lalagen amabo
Dulce loquentem.

Rideat ad patrẽ) Verg. in Bucol. sic vero exprimitur mira φιλοστοργία

Micante labello) alii legunt *Hiante*, suo similis patri. Verg. quoq;.

Qui te tantum ore referret. Idem.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Similis) August. Cæsar hospitem Romæ cum vidisset sibi similem, interrogauit, an illius mater vnquam Romæ fuisset. Respondit hospes matrem suam nunquam, patrem vero sæpe Romæ fuisse Sic lepide retorsit dictum.

Pudicitiam matris) nam matris effigiem referens, illius cõmendabat pudicitiam.

Telemacho Penelopeo) qui laudatissimus fuit propter matris Penelopes pudicitiam.

Claudite hostia) sub finem Epithalamii hoc fieri solebat discedentibus virginibus.

Valentem exercete iuuentam) Dum iuuenes estis florenti ætate, date operam liberis, & in coniugio exercete iuuentam. Translate. Horat. Epist. Ode 2.

Rura paterna bobus
Exercet suis.

FRANCISCVS ROBORTEL. Ius Arnoldo Arlenio suo S. P.

ODen, quam Grace me cum Musis oblectans scripsi, ad te mitto, vt legas, quidque de ea sentias libere, vt soles, & familiariter ad me scribas velim. Vides me Pindaricos non expalluisse haustus, me miserum, quid dices? vel potius quid alii? Audacem appellabunt. Quid tum? ipsi viderint. Ego hac iocans scripsi, nec magnopere laboro, quid maleuoli loquantur. Tu videbis etiam, atque etiam hanc βιοχρησμῳδίαν appellari, Calliopenque ipsam non me de meipso loqui, qua olim etiam versus Ciceroni de illius consulatu dictauit tam praclaros. Vale, meque, vt facis, ama. Pisis. Calendis Iunijs M. D. XLVIII.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS Βιοχρησμῳδία.

Στροφὴ α κώλων ιζ.

Ἐγειρον κραδίης νῦν ἐμῆς
ὦ θεὰ βίαν, ἣν τὸ
πρὶν μοι ἔδωκας, ὁπ πό-
τε μ' εἰδυῖ' ἀπὸ μητρὸς πίθου
ὄντα πρὸς καλοῖς ἔτι
Δώμασιν πατρὸς, πεῖ
φοιβος ἦλθε μουσέων
ὠμέσῳ ἄδων χορῷ,
ἐδίξα ἱερὸς μόνον ἐς φῶς,
ὀδυώκε τε τῆς πεκύ-
σης κατέχει, ἰλαὴς παρ-
οῦσά τ' ἐμοὶ, κἠμὲ μὲν ἐ-
φίλεο τέσον ἦθος
τῆρφ', τὸν δ' ἐμὸν σοῦ ἔ-
λιχας ἠνύμμου ὁμοῦ,
ἔκαμπτές τε μέλεα σφηνέας.
μὸν, κἠμὲ ἐζ' ἔδως ἐπαύτυμον.)
ἀντιστρ. κώ. ιζ.
ὅσον μή ποτε τὶς θεὸς
ἄφθιτος φθίτον ἀνδρα.
οὐδὲ θέτις τὸν ἐὸν
ἀχιλῆα, τὸν συμμιγεῖσ' ὀδ-
υῆ ἔπεκτε πηλέος.
οὐδὲ τὸν μεγάθυμον
ἥρω ἰὸν αἰσονες.
μήτε κλόον ἄθλω-

νιν ἡ θεὸς κυθέρεια, μήτε λάτμιον παρ' κα-
δδόνζα μακρὸν ὕπνον ἡ Σελλωαίη μίσγῃ
Δρόμον δ' ὀνειν κατέχασσι νυκτὶ, ὁππόταν
θεοὶ πάντες ἀνὶ θαλάμοις πύκα ἐρωῆ ὑψηλοῖο τοῖς
ποιηέσσι λέφγεται, καὶ βροτοί
ἐπικωμ.

Χαμαιγενέες ὅλιον τὸν
νύκτα γλυκεῖ ὕπνῳ
ἠδόμενοι ἐμείο
ἀείκοντα φέρεσθε τῶν κόλπων
μητρὸς ἐοῖσης βαθὺ
αὔτρον ἐς κοῖλον, ἦχι
ὑψὸν ἔσκιεν ὄρος πε-
λασκεπὲς μάλιστα θαμε-
νοισι, ἔρρόεν ἐρ-
ρίεν μάλ' ἔνυδρον, ὀλίζη
τε πυλυς δίχως κατ' ἄγ-
χος πολύσκιον ἐξαίσσει,
ἠνεμόεντ', ὀπάζει,
ζέφυρος δὲ λιγὺ
ἄκρα εἴαρος κινεῖ
ἐν ὥρῃ φύλλα χλοιὰ πτέων,
δόμος νυμφέων κοίλων τε χαλέπτων
πατρὸς παρ δίος ἐστὶν ἕτερος,
ερο.κώ.ιζ.

Νέμει πάντα θεοῖς, ἐ βροτοῖς
κληρόω κοινὰ, καὶ τὸ
ὄλβια ἔβίᾳ ἀ-
γαθὰ, μὲ ἀπάλὸν δέμας φαιδρύ-
νασι λείκνᾳ σὺν χρησί-
ῳ ὁμοίμισας, ἔτερ-
φές τε κυβίῳ μιλίσ-
σης παυακρίδος. ἀ-
γὸ ἐστὶν ὄνα πίνειν βροτὸν τῶν
θεῶν, μηδὲ τραγεῖν
Νέκταρ ὂν φόνᾳ ἄτειρον,
ἀμβροσίῳ μήτ' αἰό-
νιον, ἀπὰρ ὅταν ἵ-
δες μὲ μειλίχοις ἔπισ-
σι παίζοντα τότε κεθσέει-
πες. ὦ παῖ φίλ' ὦ πέπον καλὰ μὰ' αὖ-

ξάνθ, οὐ τυχὸν τε χρῶ βίῳ.
ωτηρ. κώ. ιζ.
ἄκκασον πρὸ ἐμεῦ, τί σοι
σὺν ἔπεσι μαθεῖν πάρ
ἐστὶν ὧς μοῦνος, ὑδὲ
σκοπιόντ' ἄστρα, μήτε τὰς εἰσα-
νὰς, ἄκκασον ὦ φίλε
πᾶ, ὦ δηλί@ εἶπιν,
ἀφίεμεν πάλαι τε μαί-
τόμεθα μοι δὸ δα-
φοίνικος ὑλης ἐλαλυθώς, σὺ
ἔχων χαρπὸν οὐξύλου
τὸν λύριν, λαγεῖα θ', ἥτοι
τῶν γε βεβρώθων ἄλγε-
α βαρύτατα, μιλε-
δόνας, ἀδὲ κ' νόσους
ἀπεκίσσας κἀλαλύοι.
θαλάσσης τε τρηχίας κύμαθ' ἥνυε
ἐφορμῶντα μελαίνας ἀπερη-
ἐπω. κώ. ιζ.
τύει ἐ χαλεπὰς τύχας
ἀνδροκτόνους τ' ἐλιδας
ἀκλύε), μάχας τε
τοιούτων τοι κρεόων τοιαῦτ' εἶπεν.
ὦ θηὴ ἐπειδὴ αὖ ὁ-
ρῶ σε φρενοπλῆγας
ἐν θυμῷ κατίχε σὸν
πῶμ' ἰὲ ὑπὸ κἀλὰ τε-
τυί, σοι φρόνεμμι,
ἃ σὺ φρεσὶν αὐακυ-
κλῶ. παιδὸς μ' εἰσὶν ἡῆς
πωλοι ὀμεῖοι ἀπὸ ρ
πατρ@ ἀγαθοῖο,
σύστοιχοι τε, κ' ὅλως
ἀμωμήτοιο χθονὸς ὁρμ@
κύρ@ γ' ἔτ@ ἐστὶ) πολὺ μᾶλλ' ἔ
ἀρείων χθιζὸς ἦ, κἠχ ὁμως
τροφ. κώ. ιζ.
πακῶν λοιδορίας, ὀνεί-
δη τε φθόνον αὐέ-
ρων ἀφοβούξε) χρυ-
σοφαὴς ὃ' ὥστε ὁ, τὸν ὁ φθείρε-
σιν νέφη σκότον ὀτοφι.
ἐγὼ δὲ πίρ@ εἰσὶ-
γγυος, ἡλί@, ἐ ἔ-

τοι

τως τοσσ̃τ' ἔσπε-
την σὺν νίῳ τὸ φῶς κηλῶν ἠ-
ῴων κ' ἀρετῶν χάρις.
σπορφορσυνίης τε, καὶ θι-
κυουσυνης, ὥστε φο-
βερώτατ@ μὲν ἔσπ-
την κακοῖς, κηλῶν τε κήτ-
μος ἀνδρῶν, μεγάλ' πλιτυς
ἀνάψει κλέος, σὺ δὲ χαῖρε θεά, καὶ
φέρε μοχθον ἕκαστε ῷ τεῖφειν,
αὐτ. κω. ιζ.
πάρ αὐτ̃ε δ' ἔχασπε τεε-
πίπρίων χαρας ἔσπε-
αν πολυ, ἡ τὸν ιωί,
ἐπισημ@πέρμ δι' ἄδενι@
τάτ' αἰνίσῃς, ὅτε
ἠοῖαν, κηλὸν ἤξε-
την ἐς αὖτ@ ἄκρον ἀκ-
μῆς, τόσσονδ' ὁ χέρων
κηλοῖς ἔχαιρ' σὺν ὕρεσιν τρίφων φιλ-
λύρας παῖς, μήτε πλίνς
ἠδὺν, ὃν πᾶς οἱ τέκεν θέ-
τις ροδέη, μήτε πο-
λύμηδον σὺν ἀλίνε-
ον δ' ἄρμ@ εἵνεκα
χρυσείκ: φθονερὸν ἀπὰρ ἄ-
σβ' ἁλοῦσ' ἐὼν κηλὸς μῶμον, Σὺ δὲ μεῖ-
μετρηχυς ἠὸς. ἦ γα, νωὶ τὸν ἄ-
ἐπω. κω. ιζ.
λυμπον, ὡς ἐμὸν ἔσι
σν πολὺ μεῖζον ὤπις
κρατ@ αὐτενάχων πικρῶς φαίης.
ἐσι πᾶς μέσῃ, ποτὲ
καὶ συ εἶδες, ὅταν πᾶς
αὐτὰ κλθομεν τὸ δῶ.
καὶ πυρὶ μὲν@ ἀρ-
νείων γε θυσίαις ἐγὼ, κ̃
ἐμοὶ, ὡς φιλῶ ἴσως
ὁμμ' ἐστιν, αἴ μοι αἰὲν
ἐπόρμαι κηλῶς τ' ὀπα
σομαι@ λιπ' ἁλυκε-
ρὸν χέουσ', ὀχέον-
την, αἰεὶ ποδ' ἐστ' ἀπίλοῖ-
σι, τῇ δ' ἀεὶ πέρπ' μεθ' ἁ φρένας, λαμ-
πᾶς αὔηρ. ἐπισημ@ ἡμερῶν.

στροφ. κώ. ιζ.

ὅν πῶς κόσμον αὖ οἱ θεοὶ
ἠδὲ καὶ μέροπες κα-
λοῦσιν ἰταλῶν πολ-
λυτρόφῳ κυδιανέρᾳ γαίᾳ
οὗτος ὀρθὸν ἐς καλὰ
οὗτος ἀτραπὸν ἐς τὰ
πράγμαθ' οὗτος ὄλβον οἱ
δείξεται μακάρων
βίον, ὁδόντε, τὴν πάλαι ἔ-
τριβον, πρὸς τὸ οὐρανοῦ
ὕψος ἀναβαίνετε ἄκρον:
κόσμε φίλ', ὃς δόξαν λάχες,
μέγατε κλέος ἀπ' ἐ-
μοῦ, τὸν ἐνδέχου, καὶ ἐν
ἁπάσῃ τίθεσο κραδίῃ.
ἐγὼ σοὶ πολὺ αἰὲν κλέος ὀπάσ-
σομαι, πουλὴν ἐνιδιδοὺς ὄλβον.

αὐτιστρ. κώ. ιζ.

ὅταν τοὺς γε πόνους ἔτλη,
μεγάλους, πολύολβον
ἐς βίον ἵξεται, αἰ-
ὲν ἔχων χάριτας ἐσελθούσας
ὃν δόμον δὲ, πιερί-
δας καὶ ἐμὲ τοῖα
μοι τότ' εἶπες, ὦ θεὰ
παρ' ἀπόλλωνος, ὅς
τάτε ὄντα, καὶ τὰ πάλαι ἐόν-
τα, καὶ τὰ πῶς ἔσσεται
οἶδεν, αὐτὰρ ὦ θέαινα
εὐτυχέως μοι, ἅ τό-
τ' ἔλεγες, ἐπιτέλε-
σον, δίδου τε μοι φίλοις ἔμ-
μεναι φίλον ἀγαθὸν, πι-
στὸν, ἐχθροῖς πᾶσι πῶς φοβερὸν αἰ-
ὲν, ἠδ' ἀθάνατον μετὰ θεοῖς.

Sequuntur

EXPLANATIONES IN PRIMVM ÆNEIDOS, VERGILII librum.

COLLECTÆ A IOAN. BAPTISTA BVSDRAgo Lucensi, ex doctissimis interpretationibus Francisci Robertelli Vtinensis præceptoris sui.

IOAN-

IOANNES BAPTISTA BVSDRAGVS FRANCISCO CINAMO BERNARdini filio S. D.

CVm superioribus diebus, mi Franciſce, inter nos (vti ſcis) incidiſſet ſermo de literarum ſtudiis: multum, ſæpeque percunctatus es, Ecquid ageret noſter Robertellus, quoſque e Græcis, & Latinis auctoribus publice interpretaretur. Cumq; audiſſes a me rem totam ordine expoſitam: mirari mihi videbare, eum ab equis ad aſinos, vt aiunt, deſcendiſſe. Ab hinc enim duos, treſue annos conſueuerat ille in maximis rebus declarandis verſari, eaque aggredi potiſſimum, quæ in ſe multum eruditionis habere viderentur. Nam & tres præclaros illos de Oratore libros, & Quintiliani duos, quibus potiſſimum de Arte oratoria quæſtiones continentur, Ciceronis præterea Tuſculanas quæſtiones, Officiorum libros, Epiſtolas ad Atticum, & Horatii Epiſtolas magna ex parte interpretatus eſt ita, vt cum ii, qui in his expurgandis, & interpretandis verſati ſunt, magnam nobis attulerint vtilitatem, non minorem tamen fructum ex illius interpretatione perciperemus: nam & multa addebat noua, & illorum ſcripta diiudicabat ingenioſe, docteque loquendi formulas ſub quadam, veluti regula, ac compendio tradebat. Vera hæc ſunt, mi Cinamo: ſed ſcis eorum ſemper habendam eſſe rationem, qui audiunt. Poſtea enim quam tu, Nicolaus Balbanus, Ioannes Baptiſta Santuccius, Vincentius Bucellius, Libertas Morconus, Martinus Nobilis, Ioſephus Bernardinus, alique quam plurimi diſceſſere, fuerunt illi, velut optimo parenti, tenuiore cibo imbecilliora aliorum ingenia educanda. Quale autem fuerit conſilium meum iſthæc edendi, velim ſcias, ea me in primis ratione adductum, vt hoc anno, quo propter acerbiſſimam matris meæ mortem, & longam ægritudinem meam, qua profectioni meæ cunctatio allata fuit, me non penitus operam luſiſſe oſtenderem, tibique rem gratam facerem. Iam diu enim facile perſpexi, quantum hoc literarum genere delecteris, a quo ſi te maiora, magiſque neceſſaria negotia non auocaſſent: vnus tu profecto exſtitiſſes, qui, cum iam nihil eſſet abſtruſum in Latinis & Græcis literis, quod non haberes cognitum, & dicendo, & ſcribendo, multarumque rerum cognitione omnes tuos æquales ſuperaſſes. Neque vero ob hoc de tua laude quidquam detractum opinor: ita enim animo retines iſtam, quam ex literis capiebas delectationem, ac voluptatem, vt cum tibi per occupationes licet, te ſtatim ad intermiſſa ſtudia conferas. Verum vt ad rem redeam, non deerunt fortaſſe, qui mirentur Robertellum adeo lenia conſectari, vt ea, quæ a ſexcentis declarata fuerunt antehac viris, ſua conetur interpretatione illuſtriora reddere, aut rideant tam inanem fuiſſe ab eo in Vergilio declarãdo ſuſceptum laborem. Sed velim hi ſciant, non eo fuiſſe illum animo, vt hæc edere vellet: neque enim ille conſcripſit, ſed ego excerpſi ex illius publicis interpreta-

tationibus: in quibus cum viderem & multa esse, quæ aut melius, aut dilucidius declarata essent, quam cæteris, & quam plurima adnotata, quæ fuerant ab aliis prætermissa, admiratus hominis doctrinam singularem, & industriam, non committendum putavi, ut eam negligentia quadam omissam viderer. Etsi enim audiens magnam capiebam voluptatem, & utilitatem: semper tamen existimavi, firmius hærere animo, quæ literis mandantur, diuturniorem que, ac maiorem fructum afferre, & delectationem. Est, ut scis, Robertelli ingenium quorundam nostra, aut etiam maiorum nostrorum ætatis interpretum, summus derisor, veterumq; amator. Nec sane temere: in illorum enim scriptis, præterquam quod multa perperam exponunt, neque auctorum sensa explicant, adeo confuse, ac inepte omnia posita animadvertas, ut nescias, utrum magis displiceat, literarum insciitia, an stoliditas. Eorum igitur ne nominat quidem ullum unquam, nedum velit illorum innixi auctoritate. Veteres, & Servium in primis multum amat, laudat q; sæpe interpretandi illius rationem, quæ quam similima est Græcorum, qui nihil sine summo ingenio, & artificio unquam egerunt, aut dixerunt. Huius ita q; opinionem, si cubi elegantius, & acutius illi visus est dixisse, apponit: reprehendit nonnunquam: sed non illum (etsi nomen illius præfert) at eos, qui suas glossulas illis improbe imprinxerunt. Macrobii, Aulii Gellii, Prisciani, Diomedis, Nonii Marcelli, si cubi illi locum aliquem Vergilii citarunt declarandi gratia, auctoritatem semper affert in medium. Donati illius, qui Terentii comœdias est interpretatus, doctissime & politissime, semper promit explicationis in versus Vergilii, quos protulit, ut Terentiana confirmaret magis, ac corroboraret. Priscianum, inquies, quid erat, quod tanti faceret, ac Diomedem? Ecquid, mi Francisce, non suus & huic tribuendus honos? nonne & hirem iuvarunt literariam? De cæteris non loquor Latinis, quia Grammatici non sunt, aut aliorum interpretes, sicut ii, quos paulo ante nominavi. Nam & Ciceronis, & Quintiliani, & Ovidii, & Catulli, & aliorum auctoritate ita apte ac breviter suis locis utitur ad res comprobandas, ut nihil aptius excogitari possit. E Græcorum vero libris tam multa recitat, ut nihil apud Latinos egregium esse videas, quod non inde acceperint: planeq; verissimum esse existimo, quod ille sæpe affirmat, ne dignum esse quidem, qui legatur, Vergilium, si Græcorum imitationem, ac vestigia non præ se ferat: atq; hanc in primis captatam esse gloriam ab eo, dum scriberet poema hoc quia, Latine tantum sciant, non posse frui suavitate illa, qua Vergilio inest. Nam perdiscunt illi quidem dictiones Latinas, earumq; proprietates, locutiones, & formulas atq; præterea. Si quis enim ad cognitionem etiam pertinere putat historias fabulosas Poetarum, magnopere errat. Suida igitur, Etymol. Strabonis, Apollonii, aliusq; interpretis, Sophoclis, Plutarchi, Lycophronis interpretis, Callimachi, Athenæi, Pausaniæ, Aristotelis, & aliorum etiam adducit auctoritates: nam Homerum fuisse arcanorum erat forme nominare, e quo maxima

pars

pars desumta fuit. At Macrobius, inquies, Homeri loca demonstrauit pauca tamen, hic multo plura. Macrobii tamen illa non omisi vnquam, & illi suus tributus vbiq; est honos. In colligendis vero, & scribendis e Græcorum libris locis, quæ subinde proferebat, cum ego non satis me ad id aptum esse viderem, vsus sum opera quorundam meorum condiscipulorum. Vnum erat, quod me mirum in modum angebat, quod verebar ne alii etiam pari studio aliquid in hac re obseruassent, eddidissentque. Id autem me facile latere poterat: scis enim quanta Lutetiæ sit nouorum librorum penuria, quod huc non conuehantur, quia venales paucis exponũtur. Leges igitur hæc potius, tanquam a meipso collecta, & scripta, quam a Robertello dicta. Si quid erraui fuerit, id totum meum puta, neque enim hæc scholiorum infantia poetæ laudibus debet quicquam detrahere. Vale.

SCHOLIA ET EXPLANATIONES IN P. VERGILII ÆNEIDOS LIbrum primum.

OMnes fere προλεγόμενα quædam (sic enim Græci appellant) antequam antiquorum libros interpretandos aggrediantur, exquirunt: sed nos (cum hæc omnibus sint perspecta, quod ab aliis quæsita ac declarata fuerunt) sequemur Plutarchi sententiam, ait enim ille, cum se accingit ad Homerici poematis perscrutationem, ἀφετέον ἑαυτὸς πολυπραγμονεῖν. De Vergilii autem Æneide, idem dicam, quod Plutarchus de vtroque Homeri poemate (vno enim duo complexus est hic noster) Διὸ τὴν μὲν ἰλιάδος αὐθρίαν σώζουσι, διὸ τὴν ὀδυσσείας ψυχῆς ἠθοποιΐαν, εἰδὲ μὴ μόνον ἀριστοι, ἀλλὰ καὶ ἡδιστοι ψυχῆς ἐν τοῖς ποιήσεσι παιδίοις, λύπας τε, καὶ χαρᾶς, καὶ φόβους, καὶ ἐπιθυμίας. ἀ χρὴ αἰ παῖδα τὸν ποιητὴν, παρ' ὃν μιμεῖσθαι ἀ μόνον τὰ χρηστὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ φαῦλα, ἐν οἷς δὲ τὰ τῶν παιδίδων ποιήσεις ἀ γίνεται, ὧν ἀκόσμητα ἐστιν εἰ χρεῖα τὰ θέλπτα.

Arma virumque cano.) Martianus de Grammatice, item Macrobius lib. 5. Item Pontanus in actio. Quintil. lib. 9.

Virum.) αὐτονομασία.

Troia qui primus ab oris.) Primus, id est, princeps. Fulgentius. Item Macrobius lib. 5. Saturnal. cap. 2.

Italiam.) Pro ad Italiam. Quintil. lib. 1. Item Priscianus libro 1. de Constructione.

Lauinaque.) παλήψις, Aulus Gellius libro 9. capit. 16. Item Diomedes.

Venit.) pro, venerat. Prisc. lib. 4.

Lauinaq;.) Hic male Seruius.

Visuperum.) Prisc. lib. 7 de Partibus.

Multum ille & terris.) Quintil lib. 9. πολυσημότατον.

Multum.) pro multe Prician. lib. 1 de construct alibi Verg. *Nec longum latabere.* Et illud. *Æternumq; sedebit.*

Multum ille.) ἔκθλιψις, id est colliso difficilis ex concursu vocalium. Diomedes Pontanus in Actio, Donatus in Eunuchum, Homerus libro 4. ὀδυσ.

ἢ γὰρ πολλὰ παθὼν, καὶ πολλ' ἐπαληθεὶς
ἠγαγόμην ἐνηυσὶ Item lib. 1.
πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα.

Memorem Iunonis ob iram.) Donatus in And. Item hoc in eius adnotationibus.

Tot adire labores.) Pontan. in Actio.

Multa quoq; & bello.) Prisc. lib. 16. de partibus. Item lib. 2. de construct. Item Pontanus in Act.

Saeua.) Nonius Marcellus. Vel: *Saeua*, id est, *magna*, vt alibi,

Iunonis magna primum prece numen adora.

Τὴν μεγάλην. Alibi:

Adsit lætitiæ Bacchus dator & bona Iuno.

Τὴν χρηστὴν. Alibi:

Deamq; potentem τὴν δυνατὴν nominat.

Dum conderet vrbem) Priscianus de construct.

Genus vnde Latinum.) Priscian. lib. 15. de partibus.

Genus vnde Latinum,

Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.) Seruius notat Vergilium præclare iungere hæc: vt & in 5. cum ait:

Prisco docuit celebrare Latinos,
Albani docuere suos, nunc maxima porro
Accepit Roma. Et in sexto:
Moverat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum: nunc maxima rerum
Roma colit.

Altæ.) Ille retulit ad tecta, cum ait, quod si quis altitudinem tectorum addat, dignam profecto existimabit, Fateaturq; nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuisse ei comparari. Sed hæc copiosius apud Aristidem in Encomio Romæ.

Musa mihi caussas memora.) Priscianus libro 8. Apollonius, μοῦσαι δ' ὑποφήτορες εἶεν ἀοιδῆς.

Musa.) Inuocatio. Hoc facit Homerus in primo statim versu:

ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα. Hesiodus:
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.

Apollonius:

Ἀρχόμενος σέο φοῖβε παλαιγενέων κλέα φωτῶν. In Schol. ἔθος γὰρ ἦν ἀπὸ θεῶν προοιμιάζεσθαι.

Nouem musæ, quibus hac ratione imposita nomina: *Clio* dicta ob gloriam: *Euterpe*, propter voluptatem, quæ ex literis percipitur, & varia rerum cognitione. *Thalia*, quod doctorum virorum gloria virescat: *Melpomene*, a suauitate poetarum, qua omnes delectantur. *Therpsichore*, ob delectationem, quæ & literis capitur:

Erato,

Erato, quod docti homines a cunctis amentur: *Polymnia*, quia ab omnibus laudantur: *Vrania*, quod cœlo donat: *Calliope*, ob suauitatem sermonis.

Tot voluere casus.) Priscianus lib. 2 de Constructione.

Insignem pietate virum tot adire labores
Impulerit, tantæne animis cœlestibus iræ?) Homerus:

Ἐπεὶ κῆς ἀχαιῶν
Τόσσ' ἰμάγησι ὅσσον ὀδυσσεὺς
Θεῶν δ' ἰκὼ δείσαντι μιῶν.
Λαῖος ἐ διὸς υἱὸς δ' ἐασιλῆι χολωθεὶς
Νῶσιν αὐὰ φρατὶ ὥρσε κακὴν.

Dum conderet vrbem. Id est, dummodo: Diomedes.

Vrbs antiqua.) Priscianus primo de constructione. ἐπεξήγησις, quia subintelligitur, quam. item Pontanus in Actio.

Tyberinaq; longe Hostia.) Plinius, vbi Tyberina hostia, & Roma rerum domina.

Diues opum,) Seruius, cum genitiuo, more antiquo: vt alias, *Diues equum, pictai vestis, & auri.* Item Nonius Marcellus in capite de numeris & casibus.

Quam Iuno fertur terris magis.) Priscianus libro primo de constructione, & 2.

Posthabita coluisse Samo.) Donat. in Andr. *Samos insula iuxta Varronem prius Parthenias dicta, vbi Iuno Ioui nupsit: ibi erat simulacrum nubentis Iunonis, sacraque anniuersaria ritu nuptiarum fiebant.* Lactantius: *Samos, dicta propter altitudinem, ex ea enim apparet Ida.*

Progeniem sed enim,) Priscian. lib. 16. de partibus.

Hoc regnum Dea.) Priscian. lib 1. de constructione

Hic illius arma.) Priscian. lib. 2 de constructione. Item libro 8. Item Diomedes.

Arma. Hic currus.) ἅρμα, id est, *currus* fuit in dictionibus Vergil. & Græcis & Latinis.

Studiisq; asperrima belli.) Seruius, *studiis*, inquit, *non studiose quia ter rebellauit.* Inepte sane: nam studia ponunt Latini pro cupiditate & exercitatione, atq; animi propensione, vt paulo post: *Studia in contraria vulgus scinditur*, &c.

Prima quod ad Troiam.) Priscian. lib. 14 de partibus.

Samo.) In Samo, Iuno: in Papho, & Gnido, Venus: in Delo, Apollo colebantur.

Pro caru gesserat Argis.) Prisc. lib. 2 de construct.

Id metuens.) Nam Iuno audere non poterat, aut Carthaginem defendere, vbi arma eius, & currus fuit, aut Romanis nocere, quia progeniem Troiano a sanguine duci audierat, Tyrias olim, quæ verteret arces. Lactantius libro 2.

Manet alta mente repostum.) Nonius Marcel. in verbo *manere*, item in verbo *ponere*.

Repostum.) Elegans est Seruii super hoc verbo annotatio, ait enim: *Cum omnes sermones, aut integri sint, aut habeant* πάθος *hi qui habent* πάθος, *ita, vt lecti sint, debent reponi, vt facit Maro: Repostus. Porgite. Horatius, Quando repostum cæcubum,* &c.

Ganymedes.) οἱ νεχροοῦσι τῷ διὶ γανυμήδης, ἐ ἥβη, quam Iuuentatem Latini vocant. Ex Suida: Tros misit filium ἐπάγειν θυσίαν τῷ διὶ. *putans Tantalus esse exploratorem, comprehendi iussit. Ibi moratus aliquot dies, repentino occubuit morbo, sepelitur a Tantalo. Remittuntur nuntii ad Troem de morte Ganymedis.* οἱ δὲ ποιηταὶ ἁρπαγῆναι τὸν γανυμήδη ὑπὸ τοῦ διὸς ἔγραψαν, τὸ ὀξὺ τοῦ θανάτου μυθολογήσαντες. Idem de Paride: *Parion, nomen agri a Paride dictum: eo missus est a patre, vbi omnem didicit sapientiam: edidit autem* ἐνκώμιον ἀφροδίτης λέγων μείζονα εἶναι τῆς ἀθηνᾶς, καὶ ἥρας. τὴν γὰρ ἀφροδίτην, *dixit esse* ἐπιθυμίαν ἐξ ἧς τίκτεται πάντα τὰ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις. Hinc φέρεται μῦθος ὅτι πάρις ἔκρινε μεταξὺ παλλάδος, ἥρας καὶ ἀφροδίτης, *& dedit* μῆλον, τουτέστι τὴν νίκην *Veneri* εἶπε δὲ ὕμνον ἐς αὐτὴν..

His accensa super.) Priscianus lib. 14. de præpositione *super.* Ita & Horatius: *Mitte ciuiles super vrbe curas.* ὑπὲρ πόλεως. Græcismus est obuius passim.

Achilli.) Propter ὁμοιοτέλευτον. Prisc lib. de constructione.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.) Quintilian. libro 8. Epiphonema rei narratæ vel probatæ. Sic illud: *Sed & maiora rerum ducentibus fatis.* Et illud: *Semper magno constitit aduersari Diis.* Et illud: *Sed debebatur* (vt opinor) *fatis tantæ origo vrbis.* Item Pontanus in Actio.

Maria omnia circum.) Priscianus lib. 14. de Partibus.

Vix e conspectu Siculæ.) Macrob. lib. 5. Non omnibus obseruatũ, quod cum primo promisisset se producturum Æneam de litoribus Troiæ, vbi ad ianuam narrandi venit, Æneæ classem non de Troia, sed de Sicilia producit, a medio incipit, & ad initium est reuersus. Pontanus in Actio politissime obseruat locum hunc. Notat etiam hunc versum Priscianus lib. 9. de Partibus.

Læti.) Non veloces, vt Seruius, sed ad excitandam iracundiam Iunoni ex obiecto. vt alias, *tum Æneam Siculo prospexit ab vsque Pachinno.*

Spumas salis ære ruebant.) Nonius, in verbo *Ruere.* Ære ruebant, id est, rostris, quæ fiebant ex ære. Victorinus, Plinius. Vergilius alibi. *Ærea puppis.*

Cum Iuno æternum seruat sub pectore vulnus.) Seruius, de præterito, dolorem, de præsenti, metum: de vtroque vulnus.

Hæc secum.) Priscianus in primo de constructione, ἔκλειψις est. Item Pontanus in Actio. Item Donatus in Terent. *Mecum*, intra me. Vergilius: *Hæc secum.* Citat enim locum hunc.

Vna cum gente tot annos.) Priscian. lib. 2. de construct.

Mene incepto desistere victam.) Macrobius libro 4. Opus est, vt oratio

oratio pathetica, aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigatur. Principium abruptum, vt Vergilius: *Mene incepto,* &c.

Nec posse Italia Teuc.) Prisc. lib 2. de construct.

Quippe vetor.) Pontanus in Actio.

Pallas ne.) πύθος ab exemplo.

Vnius ob noxam.) Quintilian. lib. 1. Item Macrobius lib. 4. cap. 5. Item Pontanus in Actio.

Aiacis Oilei.) Duo fuerunt Aiaces furiosi, alter amore, alter ira. Plutarchus in vita Sertorii: ἐπεὶ δ' ἀγαπῶντες ἕνιοι τὰ θαυμαστὰ συνάγειν ἰσοτέλειαν καὶ ἀνθ' ἧς καθ' τύχην γεγονότων, ὅσα λογισμὸν καὶ αἰτίαν ἔχοντα φαίνεται : τὰ μὲν συρκὸς, ἣ δ' ἀγκαίδος. ἐμάτερος ὑπὸ συὸς ἀπώλετο. δυοῖν δ' ἀκτιεῦσιν, ὁ μὲν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, οὐ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀνῃρέθη. δυοῖν δ' σκιπιώσιν, ὑφ' ἑνὸς μὲν ἐνικήθησαν μαχόμενοι, θάτερον. ὑφ' οὗ δ' ὕστερον ἀρδην ἀνῃρέθησαν. ἑκὼν δ' τε ἴλιον ὑφ' ἡρακλέους ἁλῶναι λαομέδοντος ἔπαθεν, καὶ ὑπὸ ἀγαμέμνονος, ἁλῶναι δ' ὁ κρὶν πεσὼν γρόνος ἔπαυε, λέγειν δ' ὑπὸ χαλδικῶν τὰς πύλας ἔπαθε λύκος ἐμπεσὼν, ἀνακλίνων τειχῶν ἰλιέων ἃ δυνηθέντων, ὀνοῖς δ' ὁμοιώμενον τοῖς δυσκινήτοις φυσὶ πόλεων, καὶ σμύρνης ἡ ποιητὴν ὁμηρον. οὐ γὰρ ἡλίσκεσθαι λέγουσιν, οὐ δ' ἀπόγειον. Φέρε δὲ τοῦτο πρόσθωμεν αὐτοῖς, ὃν καὶ τραπεζῶν οἱ πελεμικώτατοι, καὶ πλεῖστα δόλῳ κατεργασάμενοι μὴ δεινοῖς, ἑτερόφθαλμοι γεγόνασι φίλιπποι. αὐτήγοι, αὐγίεες, καὶ ἀεὶ ὁ θεὸς τὸ συμβεβηκὸς στρατηγοῖς. Hæc Plutarchus. Αἰάντεος γέλως, prouerbium apud veteres.

Tu mihi quodcunq;.) Donatus in Phormion. Item Priscianus lib. 1. de constructione.

Cauum conuersa cuspide montem) Ex Homeri 4. ἰδυσ.

Ὣς εἰπὼν σώιαγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον
Χερσὶ τελαμῶνα ἑλών, &c.
Σὺν δ' ἄρ' Εὖρός τε, Ζέφυρός τε δύσις τε
Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Notauit hunc locum Macrobius lib. 5. Quintil. lib. 8. ait: Amplificatio ducitur ex insequentibus. Idem præstant antecedentia: cum Æolum rogatus a Iunone, impulit in cauum, apparet enim quanta sit futura tempestas.

Diuum pater atque hominum rex.) Homerus.

Tyrrhenum nauigat.) Quintilianus lib. 9. τυρσηνὸς filius Ἄτυος, a quo Tyrrheni.

Submersas obrue puppes.) Notat hunc locum Diomedes sic: Furens Iuno, & irata, quod potissimum graue putabat optauit. Deinde quod grauius, vt: *Incute vim ventis.* Et: *Dissice corpora ponto.* Donatus in hæc Terentii verba: *Saltem aliquot dies profer, vt profugiam aliquo, ne videam sic:* Primo, quæ maiora sunt petit: postremo, quæ ex his videntur minima, & hoc arte, vt Vergilius: *Incute vim ventis submersasq; obrue puppes.* Et ad postremum: *Aut age diuersas, & dissice corpora ponto.*

Penates.) Macrob. Qui veritatem inquisierunt esse dictos putarunt, per quos penitus spiramus, per quos vitam habemus, per quos rationem animi possidemus.

Corpore nympha.) Nympha Iunoni attribuunt, quod dea aeris creditur: aer autem fœcundus, ac vitalis. Vitalitatem autem commode declararunt veteres per nymphas. Critici reprehendunt Vergilium, quod duas vxores Æolo tribuat, sed inepte.

Qua forma.) Forma in fœminis grata Hinc Iuuenalis.

Formam optat pueris, modico, maiore puellis
Murmure, vbi Veneris fanum videt anxia mater.

Quippe vetor fatis.) Hic Seruius male. Nam locus est intelligendus per Ironiam.

Ipse Iouis rapidis iactans e nubibus ignes.) Seruius de hac re abunde & docte.

Aiacis Oilei.)

Καστανόδρην ἤχμιεν διλίος ἰφθεμος υἱὸς
Θυμῷ τ' ἠδὲ νόοιο βελημνίνος. &c.
Η δ' αὐτοντε χόλον, καὶ πήμα φέρουσα
Ε' μβαλε νηὶ κραιῶνον. Quint. Calaber.

Disiecitq; rates.) Quint Calab.

Illum exspirantem.) Prisc. lib. 1. de part. orat.

Et soror & coniux.) Macrob. in primo commen. libri de Somnio Scipionis ait: *Iupiter mundi est anima.* Hinc illud: *Ab Ioue principium.* Hinc Iuno, & soror eius, & coniux vocatur. Est autem Iuno aer: & dicitur soror, quia iisdem seminibus, quibus cœlum, aer est procreatus: Coniux, quia aer est subiectus cœlo. Seruius etiam de hac re differit.

Et quisquam numen Iun.) Et quandoque ponitur interrogatiue, vt: *Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?* Quandoq; cũ indignatione, vt: *Et quisquã numen Iunonis adoret.* Quint. li 9. notat.

Adoret.) Ab ador fortasse: vnde & *glor·a Adorea.*

Praterea aut supplex aris.) Pontanus in Actio.

Loca fata.) Pontanus in Actio.

Ni faciat, maria ac terras cœl. prof.) Pont. in Actio.

Talia flammato secum Dea corde vol.) Donat. in Eunuch. *Secum*, id est, *intra se.* Pontan.

Nymberum in patriam loca fata furentibus austr.

Æoliam venit. Prisc. lib. 1. de constructione.

Homerus.

ἐκεῖθ' αἰολίην ἀνέμων ὀπὶ λαθρηγὸν ἄϊντων αἴ τρα πόλει.

Æoliam venit.) Pont. in Actio. Steph. αἰολία νῆσος αἰόλου.

Item Homerus:

αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἱκώμεθα.
αἴολος Ἱππότου, καὶ ποικίλος. Suidas.

Strongyle vna ex Vulcaneis insulis, Æoli domus: ex eius fumo cogno-

cognoscunt incolæ triduo ante, qui sit ventus flaturus, quo factum, vt Æolus rex ventorum sit dictus.

Imperio premit.) Nonius Marcellus.

Incute vim ventis.) Donatus in Andriam.

Speluncis abdidit atris.) Diomedes metalepsin esse ait.

Circum claustra.) Pont. in Actio.

Verrantq; per auras.) Non. Marc. in verbo, *Verrere.*

Celsa sedet Æolus.) Seruius Sedet, non otiatur, nam apud antiquos id significat, sed curat. Sedere est ignauæ cessationis, vt: *Sedeant, spectentq; Latini* Itidem Pontanus.

Homer. ὐ τῶν ἀδυσ.

Κεῖνον γὰρ πάμπαν ἀνέρων ποίησε κρηγύων
Ἢ μᾶλλον ῥέζοντα, ὅτῳ ὀρινόωσι ὀνῆται.

Vna Eurusq; Notusq; ruunt.) Priscian. lib. 1. de construct.

Et premere & laxas.) Nonius Marcellus in verbo *Premere.*

Æolen amq; tibi Diuum.) Priscian. lib. 16.

Gens inimica mihi.) Pont. in Actio.

Et tollere vento.) Nonius Marcellus in verbo *Tollere.* Itidem Pont. in Actio.

Tu mihi quodcunq; hoc regni.) Prisc. lib. 1. de construct.

Cauum conuersa cuspide.) Pont. in Act. Item Quint. lib. 8.

Impulit in latus. Priscian. lib. 14 de partibus orationis.

Quadrata torta ruunt.) Pont. in Actio. Item Priscian. libr. 15. de Partibus.

In puppim ferit.) Donatus in secunda editione.

Eripiunt subito nubes cœlumq; diemq;,
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.

Homerus sic:

ξυὼ ὃ νεφέεσι κρύψε
γαῖαν ὁμοῦ, ἐκ πόντον, ὀρώρει δ' ἀστερόεσσα νύξ.
καὶ τότ' ὀδυσσῆος λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

Duo posteriora carmina, sic expressit Vergilius:

Ex templo Æneæ soluuntur frigore membra,
Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas,
Talia vocerefert, o terq; quaterq; beati, &c.

Apud Homerum sic:

ὥμοι ἐγὼ δειλός.
τέλε μάκαρες θεοὶ, ἐκ πεδάκις, εἰ τότ' ὄλοντο
κρείσσονι σὺν μύρῃ χάδον ἀτρεϊδῃσι φέροντες
ὡς δὴ ἐμοὶ ὄφελον θανέειν, καὶ πότμον ἐπασσεῖν

Contigit oppetere.) Pont. in Act. locum hunc notat.

O terque quaterque beati. Macrob libro 1. in Somnium Scip. Item lib. 4 cap. 6.

Clamorque virum.) ἐκ δ' ἴαχε φήγινος ἄξων.

Stridorq; rudentum.) Rudentes ea de cauſſa ſapientiſſimi dici volunt funes nauium, quod funes, cum vento verberantur, rudere exiſtimentur, atque hunc ſonum funium proprium, non aſinorum putant. Nonius Marcellus.

Ouidius:

Quippe ſonant clamore viri ſtridore rudentes,
Inſequitur clamorq; virum ſtridorq; rudentum.) Pont. in Actio. & Priſcian. lib. 7. de partibus. Naufragio perire, malum Homerus putat. lib. 5. ὀδυσ.

Τῶν' ἴλαχεν κρείων, ὃς μοῦ κλέος ἦγον ἀχαιοὶ,
Νῦν ἦ μὲ λοξάλιος θυμὸν ἐμὸν ἀπὸ πάντα φίλων ἐλάσειε.

Item copioſius libro vltimo illic: ἦτοι ἐνὶ πόντῳ φάγον ἰχθύες. &c.

Praruptus aquæ mons.) Pont. in Actio.

Animam hanc effundere dextra.) Terentius: *Hanc ego vitam.* Donatus: *Hanc.* quaſi dicat. quæ nos perturbat. Vergilius: *Tuaque animam hanc effundere dextra.*

Sæuus vbi Æacidæ) Pont. in Actio. & Priſcian. lib. 15. de partibus.

Sarpedon) Homerus:

Καῖον μὲ λύκιοι σαρπηδόνα τὸν ποτε μήτηρ
Ἐς τροίην πέμψεν μάλα περμήκεα διὸς οὖνεκ'
Δυεὶ δὲ παῖ πρόκλοιο μνεῖα κόμας πισύνω.

Item:

Τρωσὶ δ' ἠγεμόνευε μέγας κορυθαίολος ἕκτωρ.
Σαρπηδὼν δ' ἦρχεν λυκίων, ἠγλαΐης ἀμύμων.

Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarp. vbi tot Simoëntis.)

Ἔνθα μοι αἶσα κέκυται ἀρήϊος ἔνθα δ' ἀκωκὴ
Ἔνθα ἦ πατρόκλῳ θοφίν μήσωρ ἀπέλαυτος.
Ἀντίλοχος.

Talia iactanti.) ὡς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλασεν μέγα κῦμα. & quæ ſequuntur.

Pronuſque magiſter voluitur in caput.) πλῆξε κυβερνήτεω κεφαλήν.

Micat ignibus æther.) Nonius Marcellus in dictione Micare.

Saxa vocant Itali.) Quintilians lib. 8 & Diomedes. Synchyſis eſt, vel Hyperbaton obſcurum.

Magno miſceri murmure pontum.) Vt murmur maris exprimant Græci, illud appellant μυκητὸν, ἀχάϊνον, πελύφλοισβον. Taurumq; ideo Neptuno ſacrificabant, vt maris truculentiam ſignificarent. Pont. in Actio locum hunc notat.

Dorſum immane mari.) Nonius Marcell. in cap. de impropriis

Grauiter commotus.)

οὐδ' ἐχύσατο κηρύδι μᾶλλον
Κινήσας ἦ κορυθαίολος ἕκτωρ μυρίον ὄμβρον.

Accipiunt inimicum imbrem, rimiſque fatiſcunt.) Priſcian. libro 8. de Partibus.

Placi-

Placidum caput extulit vnda.) Prisc. lib. 2. de constructione.

Tenuit fiducia.) Donatus super his verbis Terentii. O ingentem confidentiam.

Iam cœlum terramque) Donatus super verbis Terentii, *O cœlum, o terra.*

Quos ego.) Donatus in Eunuch. *Nō potest complere orationē, qui & secum loquitur, & dolore vexatur.* Et Macrob. lib. 4. cap. 6. *Nam amat Apostrophen in nimia indignatio.* Quintil. lib. 9.

Meo sine numine,) Priscian. lib. 4. de partibus.

Maturate fugam.) Vide Aul. Gellium, Macrob. Beroald Franc. Floridum. Nam omnes hi locum hunc declararunt. Item Nonius Marcell. in dictione Maturum.

Non illi imperium pelagi.) Homerus.

-Τελχτὲ ἦ πάντῳ ἐὸν δόσεσθαι
Ἦ τι ἐγὼν ἕλαχον πολίην ἄλα ναιέμεν αὐτὴ
Παλλαδίων. οὐδὲ ἦ ἕλαχεν ζόφον ἠερόεντα
Ζεύς θ' ἕλαχ' ἑρκυνὸν οὐρὸν, &c.

Illa si iacket in aula.) Donatus in Eunuch. ait, dici pronomina cum maximo pondere.

Aula) Αὐλὴ ὁ εὐρύχωρος τόπος, καὶ ὑπαίθριος, παρὰ τὸ ἄω, τὸ πνέω. Adagium est apud Græcos, εἰπεῖς τὰ τελευταῖα ἐπὶ τῆ αὐλῆς. Sed hoc præter rem.

Sic ait, & dicto citius,) ὡς εἶπε ἔπος ὣς ἔρεξεν aiunt Græci. Pont. in Actio. Item Priscian. lib. 10. de partibus orationis.

Chymothoen.) Suidas, κυμοθόη ἡ κυμοδόκη ὀνόματα θεῶν θαλίων. Notat hunc versum Prisc. lib. 1 de Constructi.

Triton.) Τρίτων υἱὸς ποσειδῶνος καὶ ἀμφιτρίτης, τὰ μὲν ἄνω μέχρι τῆς ὀμφαλῆς ἄνθρωπος τὰ δὲ ἐξ ὀμφαλῆς μέχρις ἰχθύος δελφὶς, καὶ οἱον εἰπεῖν ἰχθυοκένταυρος. Hæc ex Lycoph. interprete. τρίτων etiam Nilus dictus. Etiam palus, vnde *Pallas Tritonia.*

Tridenti) Tricuspide telo

Contendunt petere.) Notat hunc versum Nonius Marcell. in dictione *contendere.* Ait enim: *Contendere aliquando est festinare*, vt Vergilius:

Quæ maxima littora cursu
Contendunt petere, &c.
Ac veluti magno in populo, cum sæpe coorta est
Seditio, &c.) Similitudo tres habet partes: imaginem, quam Græci vocant εἰκόνα. Collationem, quam dicunt παραβολήν. Exemplū, quod παράδειγμα nominatur. Imago est, quæ in rebus diuersis similitudinē ostendit, vt Vergil. *Os humerosq; Deo similis.* Collatio est, quæ res diuersas ex simili comparatione iungit, vt: *Ac veluti in magno populo cum sæpe coorta est.* Hæc Victorinus in librum primum Cicer. de Inuent. Quintilianus etiam hos versus ita notat lib. 12. *Orator vir bonus, dicendi peritus, vt Cato dixit, an*

non talem finxisse videtur Vergilius, quem in seditione vulgi, iam faces iaculantis, moderatorem dedit animi?

Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant?

Habemus igitur ante omnia virum bonum: postea, dicendi peritum: sic, ille regit dictis animos, & pectora mulcet. Cicero pro Plancio: *Nostrum autem est, qui in hac tempestate populi iactamur & fluctibus, ferre modice populi voluntates.* Et paulo post: *Campus atque illa vnda comitiorum, vt mare profundum & immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu, vt ad alios accedant, ab aliis recedant.* In his verbis Ciceronis est similitudo ducta a mari ad populum, in his Vergilii est similitudo a populo ad mare, & ventos.

Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit.) Homerus:

φόρκηνος δέ τις ἐστὶ λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
ἐν δήμῳ ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
ἀκταὶ ἀπόρρωγες λιμένος ποτὶ πεπτηυῖαι
αἵτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα
ἔκτοθεν, ἔνδοσθεν, ἢ ἀνεῦ δεσμοῖο μένουσι
νῆες εὔσελμοι ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται,

Apollonius in Argonaut. lib. 4.

κείνη μὲν πόντοιο διήλυσις, ἔνθα μάλιστα
βένθος ἀκίνητον μελανεῖ, ἑκάτερθε δὲ λευκαὶ
ῥηγμῖνες φρίσσουσι διαυγέες. ἡ δὲ μεσηγὺ
ῥηγμίνων στεινὴ τελέθει ὁδὸς ἐκτὸς ἐλάσσαι
αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη

Vltimum hunc versum apte expressit Vergilius, cum ait:

Tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.

Lucan lib. 2. Pharsal.

Nec tamen hoc arctis immissum faucibus æquor
Portus erat, si non violentos insula Cauros,
Exciperet saxis, lassasq; refunderet vndas.
Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto
Opposuit natura mari, flatusq; remouit,
Vt tremulo starent contentæ fune carinæ.

Geminiq; minantur in cœlum scopuli.) Quint. lib. 8. Virtus ex diuerso par augendi, atq: minuendi, fit pluribus modis. Aut enim plus facto dicimus, vt: *Geminiq; minantur, in cœlum scopuli.*

Vnco non alligat anchora morsu.) Et illic: *Tum dente tenaci Anchora fundabat naues*: pari vsus est locutione.

Horrenti.) Hortor ad odium, metum, & honorem. Lucanus: *Arboribus suus horror inest.*

Syluis scena.) Seruius ait, *olim ex frondibus fieri solita vmbracula in scenis.*

Nym-

Nympharum domus.) Homerus

αὐτὰρ ὑπὲρ ἅπαντα νέρτερος ἐδὲς
ἱερὸν νυμφάων, αἳ ναιάδες κεκλέονται.

Intus aqua dulces.) Non. Marc. in cap. de improp.

Vinoque sedilia saxo.) Non sedilia, sed crateras, ait Homerus:

ἔν δὲ κρατῆρες κεῖνται ἀμφίφορῆες ἅπασι.

Egressi optata potiuntur Troes arena.) Notauit hunc locum Donatus super his verbis Hecyræ, *O fortunate, nescis quid mali præterierit, qui nunquam es egressus mare.* Donatus, *Qui iam nauigauit egressus dicitur:* vt Vergilius, *Egressi optata potiuntur Troes arena.* Notat hunc versum etiam Prisc. lib. 2. de Const.

Scintillam excudit.) Prisc. lib. 10. de partib.

Scintillam.) Græce σπινθῆρα. Alibi in Georg. proprietatem seruans huius dictionis ait:

Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.

Raputq; in fomite flam.) Solœcismus decimi modi.

Achates.) Allusio ad lapidem: erat eius generis in annulo Pyrrhi, de quo Plin.

Tum Cererem corruptam vndis.) Quintil. libr. 8. vbi de Metonymia.

Et torrere parant flammis ac fr. fa.) Histerologia: quam Seruius confutat.

Torrere.) Plin. lib. 18. ca. 11. *Ossa bilibres ex aqua & hordeo, feruenti foco, vel fictili patina torrentur cinere, & cæruone, donec rubeant.* Panis, vt ab eodem declaratur, alius vocatus ab obsoniis, vt *Ostrearius* alius a delitiis, vt *Artolaganus*: a festinatione, vt *Spensicius*: a modo coquendi, *Furnaceus*: *Artoptitius* idem, ac *Clibanicius*: tostus panis lautioribus: item *Parthicus*, & *Aquaticus*. Pistores Romam venere ab vrbe cond. an. DLXXX. Hinc quæstio apud eruditos super dictione *Artoptam*, in Plauti Aulularia.

Æneas scop. conse.) Seruius hic notat τὸ πρέπον in persona Æneæ, vt etiam alibi: *Ac pius Æneas arces, quibus altus Apollo præsidet*, sed interest etiam sepulturæ, officii gratia: *Nec non Æneas opera intentus talia primus Hortatur paq; ac er.* Homerus:

ἔρχη δὲ σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἰοῦσα
ἔνθα μοὶ ὄπ᾽ ἔοων. οὐτ᾽ αὐδρῶν φαίνετο ἔργα

Celsis in puppibus.) Notat Diomedes.

Celsis in puppibus arma Cayci.) Id est, insignia. Græci vocant τὸ παράσημον τῆς νεὼς. Erant autem vt plurimum animantium formæ: vnde naues dicebantur κῆτοι, πέρδικες: Centaurus, Pistris apud Vergilium alibi. Omnia autem quæ ad hanc antiquitatem pertinent, copiose adnotauit eruditissimus vir Laz. Bayfius in lib. de re nauali, ibi igitur legat, qui volet.

Treu littore cerui.) Locus ex Homero:

ὥρσεν νύμφα κέρα διὸς αἰγιόχοιο

αἶγας ὀρισπούσας, ἵνα δ' εἰπνήσειαν ἑῷ τρυ
αὐτίκα κομπύλα τόξα, καὶ αἰγανέας δολιχαύλους
εἰλόμενοι σκηνῶν. Ἀμφὶ δὲ τρίχα κομήσαντες
βάλλομεν· αἶψα δ' ἑῶκει θεὸς μυρεικία θῆρας.
νῆες μὲν μοι ἕπονθ' ἁπάσαι· δυώδεκα, τῇς δὲ ἑκάστῃ
ἐννέα λάγχανον αἶγες, ἐμοὶ δὲ δέκ' ἔξελον οἴῳ.

Idem alibi.

καὶ τότε τίς μιν ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Πολυφοίτης·
ὦ πόποι ἦ μάλα θαῦμα ἰδὲ κλέος ἐστὶν ἀκοῦσαι·
ὡς ἄρα μοι ὑπέρβιον ἔλαφον μέγαν εἰς ὁδὸν αὐτὴν
ἧκε.

Prospicit errantes.) Simile est illud Horatianum. *Aut valle reducta Mugentium prospectat errantes greges.*

Fides quæ tela gerebat Achates.) Apollonius:

σὺν δὲ κῦλις ἑταῖρος ἕπεν ὁ πάντα
πρῳθήσης, ἰῶν τε φορεύς, φύλακός τε βιοῖο.

Cornibus arboreis.) ἐλάφειον Græci vocant, τὸ δ' ἐλάφειον κέρας, κεραφόρον a Græcis cerui vocantur, quod etiam ἐπὶ τοῖς θηλείαις, dixit Callimachus.

Ductoresque ipsos.) Pontanus in Actio.

Cyclopea saxa (Hesiodus in Theog.

κυκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον οὕνεκ' ἄρ' ὄφιν
κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἐν οὐτέι μιν τύπτω.

Alibi Vergilius.

Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei, & Phœbea lampadis instar.

Ante malorum.) Quintilianus lib. 8. Prisc. lib. 2. de Cõstruct.

O socii.) Homerus.

τλῆτε φίλοι, κ' ἄλλου τινὸς εὖ ἐπίστεται βαλίσθαι

Idem alibi.

ὦ φίλοι οὐ γάρπω κακῶν ἀδαήμονες ἐσμὲν
οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπειτα κακὸν ἢ ὅτε κύκλωψ. & quæ sequuntur. Hæc etiam si scio ab aliis fuisse animaduersa, & adnotata, appono tamen ne prætermisisse per imprudentiam videar. Multi enim secus ac oportet sæpe rem interpretari solent. Macrobius lib. 5. cap. 11. locum hunc Vergilii comparat cum Homerico, aitque, Æneam non tantum sui exemplo, sicuti Vlysses, sed etiam spe futuræ felicitatis animasse suos.

O passi graviora, dabit.) Priscianus lib. 9. de partibus.

Mœstumque timorem Mittite.) Nonius Marcel. in dictione *Mittere.*

Durate, & vosmet rebus seruate.) Sueton. in Caio: *Sicut erant, loricatos monuit, ut discumberent, illo notissimo versu Vergilii, ut durarent, & se cunctis seruarent rebus.* Donatus in Adelph. *Durare verbum, perferendis malis conuenit.* Notat hoc verbum etiam Prisc. lib. 8. de partibus. Sic loquitur apud Horatium Teucer:

Quo

Quo nos cunque feret melior fortuna parente,
Ibimus o socii, comitesque.
Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro
O fortes, peioraque passi.
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas,
Cras ingens iterabimus æquor.

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.] Diomedes hic notat Synchysin.

Homerus:

ἤμιθα δαινύμθροι κρέατ' ἔασιτε, καὶ μέθυ ἡδὺ,
οὐ γὰρ πω νῆων ἐξέφθιτο οἶνος ἐϋθρὸς
ἀλλ' ἔτι τὸν, πολλῶν γὰρ ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἔκαστος
ἡφύσατμθν.

Forsan & hæc olim meminisse iuuabit,] Priscianus lib. 15. de partibus.

Scyllæam rabiem.] Ex interprete Lycophron. Σκύλλα ἐν τυρρηνικῷ πελάγει θηρίον ἐμυθεύετο εἶναι μέχρι ὀμφαλοῦ γυναικὸς χῆτος ἔχον, ἐκατέρωθεν κυνῶν κεφαλὰς τὸ δ' ἄλλο σῶμα ὀφιώδες, τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει. ἔδει τὸ ῥήγιον τῆς σικελίας ἐπὶ ἀκρωτήριον ἐξέχον εἰς θάλασσαν, οὗ κάτωθεν πέτραι πυκναὶ, καὶ μεγάλαι ἐχουσαι κοίλους τόπους, καὶ σπήλαια, ἐν οἷς κατοικοῦσιν θηρία θαλάσσης. De ea Homerus:

ἔνδοθ' ἔνι σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα.
Tergora deripiunt coxis, & viscera nudant.]
Pars in frustra secant, veruque trementia figunt.]

Notat hunc versum Priscianus libro primo, de Constructione:

Homerus:

αὖ ἕρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν.
μίσυλλόν τ' ὦμα τ' ἄμφω, καὶ ὠμοφαγίησιν ἔπειραν.
κρῖα δ' ἐπ' ἀμφὶ ἔσχιζον.

Vellit renouant vires.] Lucretius.

Fractum capitur cibus, vt suffulciat artus

Et vires reparet. Hinc Homerus ait: ἄλφι δὲ μυελὸν ἀνδρῶν. Et alibi. ὀγδμήκοντα δὲ μυελὸν.

Veteris Bacchi.] Horatius: *Est qui nec veteris pocula Massici.* Plin. *Falernum, nec nimia nouitate, nec nimia vetustate optimum est, & corpori salubre.* Sapientes putat ille Plautinus, qui vetere vtuntur vino.

Æhena.] Ad lauandum scenam veteres non elixabant, quod cœptum est fieri postea. Ouidius:

Aut ita semineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim subiecto torruit igni.

Pinguisque farina.] ὄρφνη Græci vocant Homerus.

αὐτὰρ ὁ ἔδωκε δὲ οἱ μδροσίαν ὄρφνην.

Mensæque remotæ.] per mensas intelligit ὀπίσω τὰ πέμματα, vel simpliciter dictum.

Postquam exempta fames epulis, mensaq; remota.) Homerus:

αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἑντο

Idem.

αὐτὰρ ἐπὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἑντο

Extrema pati. Hom. τέλος ἔμμεναι.

Fata Lyci.) Prisc. lib. 12. de Partibus.

Acrũ Oronti.) Prisc. lib. 6.

Fortemque Gyam.) γύα Græci appellant pedes, ac manus, vel membra, quibus incessus fit: in his enim potissimum consistit robur. Huc ego crediderim allusisse Vergilium, cum ait, *Fortemque Gyam*: quasi inde deducatur nomen.

Longo sermone.) Nam, vt inquit Prætextatus apud Macrob. solet cibus, cũ sumitur, tacitos efficere homines: potus, loquaces. Hinc in curiosa illa etymologia Græcorum Bacchũ didicimus dici πονὰ τοῦ βάζω, ἔκ τοῦ, πολυεσταμένος τε, μεθύοντες γὰρ πολλοὶ φωὴν χρῶνται.

Et tam finis erat.) Seruius ait, sciendum Vergilium non semper occasum, vel ortum diei, sed relinquere intelligendum: est autem Poetica παράλειψις, non omnia exprimere, vnde Horat.

Nec verbum verbo curabit reddere fidus
Interpres. Quem locũ ideo adscripsi, quia alium habet sensum: sed de eo nos alibi. Vergilius in tota hac narratione imitatur modum Homeri, cum Minerua alloquitur Iouem lib. 1. ὀδυσ.

Cum Iuppiter æthere summo despicit.) Iuxta illud:

ἔχει γὰρ ἐκόδιον ὄμμα.

Mare velivolum.) Macrob. lib. 6. cap. 5. *Velivola maria.* Liuius Andronicus, *Naues velivolas* dixit. Ennius, *Rapit ex alto velivolas naues.* Hinc alibi Verg. persistens in translatione ait:

Velorum pandimus alas. Et alibi.
Cornua velatarum obuertimus antennarum.

Vnde adagium illud. *Opus est volare sine linteo.* Lucretius lepido epitheto nauigerum dixit mare.

Et Libyæ defixit lumina ter.) Seruius hic ait, seruatam a Poeta si-

Spemq; metumq; inter dubii.) Donatus in Terent. *Duo carnifices futurarum rerum sunt Spes & Metus: Dolor enim & Gaudium præsentium sunt.*

Et alto prospiciens.) Prisc. lib. 2. de Construct.

Terramq; tacentes.) Terram inertem dixit Horatius libro 3. Odarum.

Voluentibus annis) Homerus.

ἀλλ' ὅτε δὴ ἔτος ἦλθε περιτροπέων ἐνιαυτὸς

Alibi Vergilius:

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

Idem alibi.

Interea magnum sol circumvolvitur annum.

Tristi ior

Triſtior & lacrymis.) Priſc. libr. 3. de Partibus orat. idem libr. 1. de Conſtruct.

Lacryma oculos ſuffuſa nitentes.) Quaſi contrarium ſit ei, quod dicunt Græci φιλομειδὴς ἀφροδίτη: præterque morem fleat Venus: nam & Horatius eam ridentem facit. Hom. δεδακρυῖα τὸν δὲ μειδήσασα. Idem alibi ἔστι δ' ἄμφω σφῶιν δακρυόφιν πιμπλάμενο. Paulo poſt. δεδακρυῖα δὲ παρειὰ. Alibi Verg. de Eurialo adoleſcente loquens, pulcerrimo epitheto vſus eſt, cum ait, *Lacrymæque decoræ.* Macrob. lib. 4. cap. 1. notat hunc verſum.

O qui res hominumque deumque.) Vt ille:

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Horatius.

Nec fulminantis magna Iouis manus. Alibi:

Scimus ut impias
Titanas immanemque turbam
Fulmine ſuſtulerit caduco.
Qui terram inertem, qui mare temperat,
Ventoſum, & vrbes, regnaque triſtia,
Diuoſque, mortaleſque turmas,
Imperio regit vnus æquo.

Fulmine terres.) Elegans eſt Seruii obſeruatio, aliud eſſe *fulmen terrificum*, aliud *puniendi gratia*, aliud *præſagum.* Terrificum, cum ait alibi: *Fulminis afflauit ventis.* Puniendi gratia, cum ait: *Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras*, Præſagum: *De cœlo tactus memini prædicere quercus.* Macrobius libro 6. cap. 2. ait locum hunc Vergilii ſumtum a Næuio. Non diſſimili oratione vtitur apud Homerum Minerua pro Vlyſſe:

ὦ πόπε μοι τέρας κρυερὸν ὕπατε κρειόντων
ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' ὀδυσῆι δαίφρονι δαίεται ἦτορ
δυσμόρῳ· ὃς δὴ ἔγωγε φίλον δόμο πάμπαν ἀπείρει.
πῆ νῦ οἱ τόσσον ἔδυσαο.

Hinc eſt λόγ. & οἰκτρός, vel δεινωσις. Cicero de Inuentione. *Conqueſtio, eſt oratio captans auditoris miſericordiam: id autem locis cõmunibus efficere oportebit.*

Nota tibi, & noſtro doluiſti ſæpe dolore.) Priſcianus lib. 2. de Conſtruct.

Inte.) Quaſi dicat, qui es ἀβλαβὴς. Hic multos reperias locos conqueſtionis, ſumtos ab arte. Diomedes.

Prodimur, atq; Italæ.) Nonius Marcell. in dictione Prodere.

Antenor.) Victorinus notat hunc locum, cum ait. *Exemplum eſt, quo rem aliquam alicuius hominis, aut negotii, auctoritate, vel caſu hortamur, aut dehortamur. Hortamur autem ſic.*

Antenor potuit mediis elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, &c. Macrob. ſic: *Pathos ab exemplo, quaſi dicat. Si regnat proditor, cur puſs eiicitur?* De Antenore eſt legere

apud Homerum, Horatium, Liuium Seruius Liuii testimonio, probat illum fuisse proditorem, simul & Æneam. Item illo versu Verg.

Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis. Itē Horatium excusare, cum ait.

Ardentem sine fraude Troiam) Sed alio modo hæc interpretanda esse ostenderem, si aut illa Seruii existimarem, aut per se satis esse nota non viderem. Donatus in secunda editione ait esse παράδειγμα hortantis.

Illyricos penetrare sinus.] ἰλληρικοὺς κόλπους. Illyria vt Steph. ait ἀπὸ ἰλληρίου τοῦ κάθμου παιδός.

Liburnorum.] λιβουρνοὶ ἔθνος προσεχὸς τῷ ἐν δοτέρῳ μέρει τοῦ ἀδριακοῦ κόλπου, ἀπὸ τινὸς λιβουρνοῦ λιβουρνικὰ σκάφη, καὶ λιβουρνικὴ μάσλη γένος ἐσθῆτος.

Liburnæ naues.] de quibus Fl. Veget. lib. 4. cap. 33.

Ille vrbem Pataui.] Prisc. lib. 7. de partib. Idem lib. 12.

Fontem Timaui.] Seruius hic notat circumlocutionem, quam amant Poetæ. vt *Aram Bruthoti, Vrbem Pataui*, sic, *Fontem Timaui.*

Vnde per ora nouem.] Strabo sic de Timauo: *Subit terras, deinde stadiis circiter CXXX. plurimis ostiis in mare erumpit.* Hoc est falsum, nisi de ortu e radicibus montium intelligatur, nam multiplex est, & confluit in vnum, sudo cœlo vna & altera exsiccatur scaturigo. Hinc nouem Vergilius, septem Martialis. Plinius ait, *Contra Timauum amnem insula parua est in mari, cum fontibus calidis, qui pariter cum maris æstu crescunt minuuntur que.* Vulgo nunc *Balnea Montis Falconis* ex vicinitate loci dicūtur. Sed nunc, vbi erat insula, factum est continens alluuionibus aquarum. Quod ait Strabo ex Polybio, habere vnum *fontem salsum*, quem *Matris fontem* inquit vocari ab indigenis, reliquos dulces, falsum est, nam in eruptione tantum salsus est fluuius, sicuti ceteri. Plinius posuit iuxta agrum istrorum, & alibi appellat Aquileiēsem, & Vergilius alias Iapidium, quia ab altera ripa protēditur Iapidia. Hinc error patet illorum, qui affirmant Timauum esse, quam nunc vulgo vocāt Brentam: nam Medoacus hic est. Martialis Euganeum dixit Timauum, id est, Venetum. Hæc ex cōmentariis Feroiuliensium rerum, a Ioanne Candido Vtinensi ciue meo conscriptis excerpta. Ea loca etsi ego olim spectaui admodum puer, quoniam tamen nō eo erat iudicio ac doctrina ea ætas, vt satis res agnoscere posset, nihil magnopere adnotaui, post multos autem annos, ex quo tempore discessi, illic nunquam sum reuersus. Libuit igitur pauca ex Candido sumere. Ille enim hoc, sicuti cetera, quæ ad regionis situm, & antiquitatem pertinēt, copiose est persecutus: nam in rerum gestarum narratione, præsertim recentium, existimatur vulgo gratiæ, & amicitiæ plurima concessisse.

Cœli arcem.) Macrob. lib. 4. cap. 6. Locus insignis ad mouendum pathos.

Prodimur

Prodimur.) Donatus in Hecyram.

Certe hinc Romanos.) Prisc. libr. 8. de partibus. Item. 1. de Construct.

Infandum.) Pædianus pro Interiectione positum dixit: vt alibi *Miserum.* Item Priscianus lib. 15. idem affirmat. Sic positum est apud Cicer. *Malum:* item apud Plautum sæpe.

Pollicitus.) Prisc. lib. 2. de Construct.

Hic pietatis bonos.) Donatus in Hecyra. Priscian. lib. 1. de Construct.

Subridens.) Subridentem Dianæ Iouem inducit Callimachus sic:

ὡς ἡ παῖς εἰποῦσα γενειάδος ἤθελε πατρὸς
ἅψασθαι, πατὴρ δ' ἐπένευσε γελάσσας.

Alto a sanguine Teucri Proderet.) Id est, propagaret. Notat Diomedes.

Sator.) Cicero de Natura deorum mundo hoc epitheton assignat, sic: *Omnium rerum sator, ac seminator mundus est.* Alibi, *Tuq; cœlestum sator.*

Oscula.) Donatus in Eunuch. super his verbis, *Meum suauium: Tria sunt,* inquit, *osculandi genera, Oscula officiorum: Basia, pudicorum affectuum: Suauia, libidinum.* Hæc ille. Exemplis vero confirmari possunt his. Cicer. ad Atticum: *Atq; vtinam ad complexum meæ Tulliæ, & osculum Atticæ venire possem.* In Somnio Scipionis: *Ille me amplexus & osculatus flere prohibebat.* In oratione pro Muræna: *Scientiam iuris tanquam filiolam osculari.* Basia, & Basiationes vsurpat aliter Catullus, quam Donatus adnotarit, nisi modo & illius Basiationes atque amores pudicos intelligere velis: sicuti multi stolidi hac etiam ætate summa contentione, quasi illud magnum sit, de Petrarchæ amoribus affirmant. Verum ad rem. Catul.

Quæris, quot mihi basiationes
Tuæ Lesbia sint satis. Alibi:
Basia multa basiarem. Alibi:
Da mihi basia mille. Homerus:
κῦσε δέ μιν κεφαλὴν, καὶ ἄμφω φάεα καλὰ:

Suauium. Catullus:

Iucundum os oculosq; suauiabor.

Parce metu.) Prisc. lib. 1. de partibus.

Cytherea.) Suidas, κυθέρεια οὐχ ὅτι προσεκύρησε κυθήρου, ὡς φησὶν ἡσίοδος, ἀλλ' ἐν αὐτῇ κευθόμενον ἔχουσα τὸν ἔρωτα ὃν πᾶσιν ἐφίησι. Etymol. παρὰ τὸ κεύθειν τὸν ἔρωτα, ἤγουν κρύπτειν αἰσχραὶ μίξιν. Hinc Tibul. lib. 1. *Celari vult sua furta Venus.*

Olli.) Donatus in Andria: *Ellum, & Ollum veteres dicebant, pro Illum.* Albi in Adelph. *Ellum.* Donatus: *Vel pronomen est, vel aduerbium demonstrantis. Illum, Ellum, & Ollum veteres dicebant.*

Sublimemq; feres.) Terent. in Andr. *Sublimem intro rape.* Donatus: *Sublimem, vt est, in sublime, per alium.* Cicer. *Aer extenuatus in sublime fertur. Sublime, pro aduerbio in Tusc. Sublime ne an humi putrescant Græci vno verbo* ὑψυλοφορεῖν.

Quando hæc te cura remordet) ἐπέγναμψεν δὲ φίλον κῆρ. Notat. Prisc. etiam libr. 15. de part. Terent. *Quod illum mordeat*, quo vtitur Cicero lib. 1. Epistolarum familiarium. De Lauinio & Alba plura non dicam, quia satis per se nota sunt, quæ dici possunt.

Fatorum arcana.) Non Marcel. in dictione Arcanum.

Triginta mag. vol. mens. orb.) Similis est huic versiculus Homeri:

ἡμῖν δ' ἔννατος ἐστὶ περιστροπέων ἐνιαυτὸς.

Macrob. *Phœnices annum significantes draconem fingebant in orbem redactum, caudamq; ore tenentem. Arcades annum 3. mensibus. Acarnanes 6. mensibus. Græci reliqui CCCLIV. diebus. Solis annus est, quem peragit, ab vno sino, ad idem rediens, vnde Annus vertens vocatur, & habetur magnus, cum Lunæ annus breuis putetur.*

Bellum ingens.) Victus Latinus Lauiniam despondet Æneæ, nec multo post Turno inferente bellum Latinus occubuit Ænea regnante. Dionys. *Cumque Æneas regnasset tres annos post obitum Latini, quarto & ipse anno occubuit. Latini ei templum construxere inscriptione tali, Patris Diui Terrestris, qui fluuii Numici vndas gubernat.*

Rutulis hyberna subactis.) Nonius Marcel. in dictione *Subigere.*

Regina sac.) Ilia Numitoris filia. Horatius

Et inuisum nepotem,
Troica quem peperit sacerdos,
Marti redonabo.

Liuius & Dionys. plura.

Marte grauis.) Alii Martis, alii Veneris, alii Neptuni dicti sunt filii. Caussa patet ex Gellio.

Lupæ vulno.) Nota morem tegendi se pellibus: vnde λεοντὴ Herculis, caprina Iouis Liu. *Pudenda pellibus cincti Lupercalia agebant.* Romulus a Lupa: Cyrus a cane: Iupiter a capra fuerunt nutriti. Lupus in tutela Martis: vnde alibi Martialis a Vergilio appellatus. *Lupos visos in Capitolio ferunt a canibus fugatos, ob id prodigium ferunt lustratum Capitolium.* Liuius.

Prolem.) Quintil. lib. 8. cap. 3. de ornatu: *Ærumnas quid opus est? tanquam parum sit, si dicatur labor: Horridum reor, tolerabile aurumo. Tragicum prolem dicendo vniuersam eius prosapiam, insulsum, quid multa? totus prope mutatus est sermo.*

Mecumq; fouebit.) Prisc. lib. 1. de Construct.

Gentemq; togatam.) Quint. libr. 11. ait *Togam fuisse vsq; ad tales longam*: quod considerandum diligentius.

Suppu-

Supputatio autem annorum hæc est ex historiis. Putatur expugnata Troia viginti dies post solstitium æstiuum: tertio anno post illii expugnationem Æneas appulit in Italiam: quarto anno occubuit Latinus, & regnum Æneæ relictum, qui eo suscepto, imperauit tres annos: septimo anno ad Numicium videri desiit. Ascanius, qui mortuo patre regnum suscepit regnauit annos 38. post conditum Lauinium. Inter conditam Albam longam ab Ascanio, & Romam a Romulo intercessere anni quadringenti. Alba deinde diruta fuit sub Tullo Hostilio, 3. Romano rege, annis 87. post vrbem cond.

Lustrū.) Varro de *Lustro* libr. 5. de lingua Latina. Item Liuius lib. 1. *Non idem plane Lustrum ac Olympias, quæ annorum tantum quatuor fuit.* Sed hoc iam satis notum inter eruditos. De Phthia & Mycene vide Steph. in lib. de Vrbibus.

Nascetur pulcra.) Victorinus: *In distorta membra virtus cadere non potest.* vnde Verg. & ceteri, Pulcros fortes vocat. Sueton. de Augusti. *Forma eximia, & per omnes gradus venustissima, vultu tranquillo, oculis claris, & nitidis.* Florus de Pseudophilippo: *Regiam formam, & regium nomen animo regio impleuit.*

Hunc tu olim cœlo) Nonius Marcel. in dictione Olim.

Imperium Oceano, famam qui term. astr.) Accia mater Augusti dicebat, se eum concepisse ex Apolline mistam serpenti: somniasseque, viscera sua in cœlum tolli, & per omnem terram extendi. In dictionibus versus est redditio.

A Iulo.) Gloriabatur hoc nomine C. Iulius Cæsar plurimum.

Vocabitur vetis.) In Georg.

Et votis iam nunc assuesce vocari, Horat.

Maturos tibi præsentes largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Cana fides.) Horatius: *Et albo*
Rara fides colitur panno velata.

Quod non videtur intellexisse Seruius. Sueton. in Aug. *Fidei solemne instituit, & ad id sacrum Flamines bigis vehi, manuq; constricta ad digitos rem diuinam facere soliti.*

Cana fides.) Cic. lib. Offic. 3. Præclare Ennius: *O Fides alma, apta pinnis, & Iusiurandum, Iouis. Qui igitur Iusiurandum violat, u fidem violat, quam in Capitolio vicinam Iouis Opt. Max. (vt in Catonis est oratione) maiores nostri esse voluerunt.*

Vesta.) Legem de pudicitia tulit, & sumtuariam.

Remo cum fratre Quirinus.) Puto concordiam significari.

Claudentur belli porta.) Ex historia sumtum. Vide Liuium lib. 1. Huc alluſit Horatius:

Et vacuum duellis
Ianum Quirini clausit & ordinem
Rectum, & vaganti frena licentiæ

Iniecit: amouitq; culpas:
Et veteres renouauit artes:
Per quas Latinum nomen, & Itala
Creuere vires.

Furor impius.) Macrob. *Illud nimium pathetice, Furor impius intus: non aliter fremunt & reluctantur sani affectus, bellorum, in hoc templo conclusi, ac venti ab Aeolo, qui indignantes magno cum murmure montis circum claustra fremunt.*

Saua sedens super arma.) Imago, seu ὑποτύπωσις. Pontanus in Actio, notat in dictionibus his Alliterationem.

Mars gemitum.) Homerus ὀδυσσ. α.

ἐρμείω ἔκητι Διΐφρονι δηϊοέντε
ἀνδρώπων ἐρεθισι χόλον ἠδὲ μόθοιο.

Idem in hym.

ἑρμῆν ὑμνεῖν μέσσα δόλῳ τε μηδέα θ' ὑφὴν,
κυδιάνειρ' ἀρετάων ἐξαίσιον, ὃν τέκε μαῖα
νύμφη δολοπλόκαμος, ἐν Μαίης σὺν φιλότητι μιγεῖσα
Hospitio Teucr.)
ζεύς σ' ἐπὶ μείονι ἵκετο δώματι ξείνωντε.
ξεινίου ὃς ξείνοισιν ἅμ' ἀθανάτοισιν ὁπηδεῖ Item,
ὡς γὰρ Διὸς εἰσὶν ἅπαντες,
ξεῖνός τε πτωχός τε.

Est Iupiter appellatus ξένιος, Mercurius alata talaria fert, quod respondet epitheto Homeri, cum ait, ἐπὶ πτερόεντα.

Fati nescia.) Scilicet Troianorum. De Didone exstat lepidissimum Epigramma Græcum, item alterum Ausonii, quæ omitto breuitatis causa.

Noua Carthag.) Steph. καρχηδὼν καινὴ πόλις ἀπὸ καρχηδόνος φοίνικος ἐκαλεῖτο δὲ καὶ νεαρὰ πόλις.

Remigio alarum) In 4. Georg. conuersa est vsus tranlatione, cum ait:

Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. Seruius hanc translationem vocat reciprocam.

Volente Deo.) Simile illud,

ταῦτα θεῶν σὺν νεύμασι κεῖται.

Mentemq; benignam.) Vnde Benignitas, & Benigne facere Catullus:

Omnia sunt ingrata, nihil feciſſe benigne,
Immo etiam tædet, tædet, obeſtq; magis.

Sed de hoc in adnotation. Robertelli

At pius Æneas.) Prisc. lib. 2. de Constructi.

Per noctem.) Hinc sæpe videas Sophoclem & alios Poetas appellare σώφρονα, ὃ ἄλλο, ἢ ἄλλῳ τὸ σώφρονεῖν σὺν αὐτῇ. Versus est Epicharmi,

εἰπὲ

εἴ τι λιγτεῖς σοφὸν, τῆς νυκτὸς εὐθημερίον.

Homerus:

ἐχρὴ παννύχιον εὕδειν ἕκαστον ἀνδρα,

Lux alma.) ἱερὸν ἦμαρ, inquit Homerus, vt lib. 10. Iliados.

ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ.

Exire loco sag.) Non. Marcell. in dictione Oræ Imitatio loci Homerici:

δὴ τότ' ἐγὼν ἐθέλουσ πεδέειν πίνυτα ἰόντως
οἰπνες αἰόλες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σίτον ἔδοντες
τίς γῆ, τίς δῆμος, πίνες ἀνέρες ἐγγεγάασι.

Idem alibi:

ἄμμι ἐγὼ τέων εἰμὶ πόθεν γαῖαν ἰκάνω
ἢὲ φιλόξεινοι καὶ σφέτεροι νόοι ἐμμενέουσι.

Notat hos versus Vergilii Prisc. lib. 2. de Construct.

Sub rupe cauata.) Ammonius: εὐτρον δ' αὐτροφυὲς κοίλωμα, σπήλαιον δὲ χειροποίητον.

Vno comitatus Achate.) Prisc. lib. 6. de Part.

Crispans hostilia.) Homerus:

κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.

Hinc Gradiuum dixere, ἀπὸ τοῦ κραδάειν, id est, *a vibratione.*

Bina manu.) Pont. in Actio. Homerus, σὺν δυσὶ μὲν ὀδοὺσι.

αὐτὰρ ἐγὼ κατὰ δοῦρε κλυτὰ τόξα, καὶ ἀμφὶ δ' ὤμοισι
μακρὴ σὺν χερσὶν ἐλάων.

Cui mater media sese tulit.) Homerus Vlyssi sæpius Mineruam occurrentem inducit: sic Vergilius Æneæ Venerem. Homerus 13.

ἀλλ' ὅτε δὴ ἀρ' ἔμελλε
γουνοῦμαι τε θεὰν πόλιν δύσεσθαι ἐρυσθὶ.
ἔνθα οἱ αὐτεβόλησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
παρθενικῇ εἰκυῖα νεηνίῃ καλὰ πιν ἐχούσῃ.

Item.

Σχεδίην δὲ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη
δίπτυχον ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων δύσεραέα λώπιν.

Nuda genu.) Prisc. lib. 1. de Partib. Idem lib. 2. de Construct.

Tulit obuia syluas.) Nonius Marcellus in dictione *Tollere.*

O quam te memorem virgo, namque haud tibi vultus Mortalis.) Homerus:

γουνοῦμαι σε θεὰ, θεὸς ἤτοι ἢ βροτός ἐσσι
εἰ μὲν τις θεὸς ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν
ὡς τί μιδὶ σε ἐγώγε δίῃ κούρῃ μεγαλοιο
εἶδος τε μέγεθός τε, φυήν τ' ἀγκιστα ἐίσκω.

Locum hunc quia annotauit Macr. lib. 5. cetera prætermittam: petet enim illinc, qui volet cognoscere.

Maculosa tegmine Lyncis.) Nonius Marc. in dictione Maculosum.

Et vacet annales.) Prisc. lib 2. de Construct.

Erramus vento.) Pont. in Actio.

O Dea, si prima repetens.) Prisc. lib. 1. de Constr.

Spumantis apri.) Id est, irati. Horatius:

Dentem fulmineum exserit

Haud talibi vultus mortalis.) Homer.

ἐκ δ' ἄπο πικρὸν βροτῶν ὀφθαλμοῖσιν
ἔστ' οὐδ' οὔπω γιγνώσκω σεῦς μ' ἔχει εἰσορόωντα,

In Phœbi soror.) Prisc. lib. 16. de Partibus.

Haud equidem tales me dignor honore.) Homer.

ἔπος τοι θεὸς εἰμὶ τί μ' ἐΐσκετε πότνιε ἴσους;

Ditissimus agri.) Prisc. lib. 1. de Constr.

Multa malus.) Expressit dictionem Græcam πανοῦργος. Diomedes notat.

Scelere ante alios immanior.) Prisc. lib. 1. de Constr.

Vana spe lusit.) Ludificatus est, lib. 6.

Inhumati.) Nota morem veterum, Aut tu mihi terram inice. Humatus, humo tectus: Sepultus, quoquo modo: Plinius.

Crudelis aras.) A facto. Alias:

Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum.

In somnis imago.) χρηματισμός.

Auxiliamque vias.) ἔφοδον.

O dura crudele tyranni.) Iuxta illud Aristotelis in Rhetor. εἰδὼς φιλεῖ, ἐν φοβεῖται.

Metus acer.) Cicer. Opinio impendentis mali.

Auri.) Quas appetebat.

Nova Carthaginis.) καινὴ πόλις

Quove teneatis iter.)

καί μοι πῶς' ἀγορεύσον ἐπὶ νόμον ἔφρ' εὖ εἰδῶ
πῆ πρῶτον εἰς ἀστῶν. πόθι δὴ πόλις ἠδὲ θέμιστες.

Homerus libro κ. ν. ξ. Quintus Calaber:

εἰπὲ δ' ὁπποθέν ἐσι, καὶ εἴπηις.

Sed vos qui tandem.) Notat hunc locum Quint. lib. 9. cap. 2. *Simplex est sic rogare. Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris? Figuratum autem quoties non sciscit audi gratia, sed instandi assumitur: ut, Quid enim tum ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladium gerebat?*

Forte sua Libycis.) Prisc. lib. 5. de partib.

Ni frustra augurium vani docuere parentes.) Non Marc. in dictione *Vanus*.

Aspice bina senos lætantes agmine cygnos.) Prisc. lib. 2. de Constr. Homerus:

τηλεμάχ' ἦ τοι μὲν θεὸς ἤλυθεν οὐρανόθεν κὴν
κὴν καὶ ἀπὸ κῶν καὶ ἔχης ἀγχίλος, ὧν δὲ πόδεσσι.
πῆλε πέλειαν ἔχων. &c.
αὐτάρ γε τὸν τὸν μυθήσομαι. & quæ sequuntur.

Callimachus

-ὀδὲ κύκνος ὧν ἐρέτης ἠλόν ἀείδει.

κύκνειον dicitur τὸ τοῦ κύκνου μέλος. κύκνος ὄρνεον φιλῳδὸν, Suid.

Ætheria quos lapsa plaga.) Nonius Marc. in dictione *Plaga.*

Puppesq; tuæ pubesq; tuorum.) Quintil. lib. 9. Item Donatus in secunda editione.

Ambrosiæque comæ diu. vert. odo. Spir.) Homerus: κόμας ἀμβροσίας appellat: quod fortasse est dictum præter rem, lib. 1. Iliados.

Dextra iungere dextram.) δεξιοῦσθαι.

Et multo nebulæ.) Homerus ἐν τῷ ν.

-περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν
παλλὰς ἀθηναίη κούρη θεός, ὄφρα μιν αὐτὸν
ἄγνωστον τεύξειεν. Alibi:
-καὶ τότ' ὀδυσσεὺς
ὤρτο πόλιν δ' ἴμεν ἀμφὶ δ' ἀθήνη.

Macrob. etiã locum hunc adnotauit, ideo prętermitto reliqua.

Molirive moram.) Nonius Marcel. *Moliri est facere: vt, Vergil. Molirive moram.*

Hic portus alij effodiunt.) Cotones sunt portus arte fabricati. Fest. Pompeius.

Fundamenta locant alij.) Pontanus in Actio.

Sanctumq; senatum.) Augustus instituit, vt illi Deo sacrificaretur, in cuius templo haberetur senatus. Sueton. Dictionem Senatus notat Macrob. lib. 3. cap. 3.

Miratur molem)

θαύμαζεν δ' ὀδυσσεὺς λιμένας, καὶ νῆας ἐΐσας
αὐτὰρ θ' ἡρώων ἀγορὰς καὶ τείχεα μακρὰ
ὑψηλὰ σκολόπεσσιν ἀρηρότα. θαῦμα ἰδέσθαι.

Mapalia.) Ædificia Numidarum agrestium oblonga, quasi carinæ nauium, Mapalia vocant. Sallustius.

Et vera incessu patuit dea;) Pontanus in Act.

Ipsa Paphum sublimis abit) Homerus:

ἡ δ' ἄρα κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς ἀφροδίτη
ἐς πάφον, ἔνθα τε οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις.
ἔνθα τέ μιν χάριτες λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ
ἀμβρότῳ, οἷα θεοὺς ἐπενάνοθεν αἰὲν ἐόντας.

Aut onera accipiunt.) Lib. 3. Georg. Notat hunc locum Diomedes, aitque esse παραβολὴν per factum.

Qualis apes.) Homerus:

ἠΰτ' ἔθνεα εἰσὶ μελισσάων ἀδινάων,
πέτρης ἐκ γλαφυρῆς. Et quæ sequuntur.

Feruet opus.) Prisc. lib. 9. de Part.

Ignauum fucos pecus.) Prisc. lib. 6. de Partib.

Apollonius lib. 1.

ὡς δ' ὅτε λείρια καλὰ περιβρομέουσι μελίσσαι,
πέτρης ἐκχύμεναι συμβληΐδες ἀμφὶ δὲ λειμὼν
ἐρσήεις γάνυται, ταί δὲ γλυκὺν ἄλλοτε τ' ἄλλον

καρπὸν ἀμείρουσιν πεδήμεναι. ὡς ἄρα.

Molitiq; arcem.) Non. Marc. in verbo, *Moliri.*

Infert se sepium nebula.) Homerus ὀδυσ. η.

Ἔνθ' ὅγε Φαίηκας κλυτοπώλους ἀνὰ ἄστεα πάσας
ἐρχόμενος κῆρ ἶσα θεῷ· σφέας γὰρ ἔπειτα
εἶσιν ἐυπλοκάμου Ναυσικλείης ἀντιθέοιο
θητεύσειν καὶ πύκα φίλα φρονέειν· ἐνὶ θυμῷ,
αὐτὰρ ὁ βῆ Ἀθήνας δῶμα πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.
πυκνὴν ἀΐρ' ἔχων, ἣν οἱ θεὸς γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Miratur portas strepitumq; & strata viarum.) Non. Marc. in verbo, *Strata.*

Lucus in urbe fuit) Pont. in Actio.

Caput acris equi.) Iustinus lib. 18. quiddam simile narrat, de capite bubulo. Item Pont. in Act.

Artificumq; manus) Plane voluit significare Vergilius antiquitatem picturæ, quod etiam Plinius demonstrat, lib. 36. Notat hunc versum Prisc. lib. 7. de Partib. Item lib 2. de Construct.

Sunt hic etiam sua præmia laudi.

Sunt lacrymæ rerum & mentem mortalia tangunt.) Suspicabatur quippe Æneas antea, quod apud Homerum est libro η.

μηδὲ τιν' ἀθρήσειαν ἀνερχόμενον μετ' ἰρῆας.
ἦ γὰρ ξείνους οἱ δὲ καὶ ἀθρήσας ἀνίχνευεν
ἀλλ' ἀγαπαζόμενοι φιλέεσκ' ὃς κ' ἄλλοθεν ἔλθοι.

Hæc fingerent Graij, premeres Troiana iuuentus.) Nonius Marcel. in verbo, *Premere.*

Troilus.) τρῶϊλον θηΐτην. Quintus Calab.

ἀλλ' ὅτε δὴ εἰς πόλεμον φθισεμβροτον ἔβλετο χαλκῷ μοῖρα.
ἥρως Δηϊφοβιδης πολυχαλκος ἀρηος.

Infelix puer.) Notat Donatus in secunda editi.

Comæ trahuntur.) Nonius Marc. in verbo, *Trahere.*

Rhesus) Homerus:

σὺν δὲ σφιν ῥῆσος βασιλεὺς πυῒς ἠϊθεῳ
ἕζετ' ἐπὶ κλισμοῦ· ἵππους ἰδον, ἠδὲ μεγίστους.
λευκοὺς πρηΐστους θ' ἅμα πάντ' ἀίμασιν ὁμοίους.
ῥῆσος μὲν ῥαθάμιγγας ἐκώκυον & quæ sequuntur.

Pabula gustassent Troia.) Macr. lib. 1. cap. 3. Item Quint. Calab.

Et virga pulsu inscribitur hasta.) Inscribitur, id est, *fodatur*, Seruius, Plautus: *Corpus tuũ virgis inscribã.* Adde illud Catulli:

Ne laneum latusculum, manusq; mollicellas,
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.

Notat hunc versum Diomedes.

Crinibus Iliades passis.) Nonius Marc. in dictione *Passum.*

Peplumq; ferebant.) πέπλος γυναικεῖον ἱμάτιον καὶ ποικίλον, ἢ ἐσθὴς πολυτελὴς ὤν: Suidas.

Peplum etiam dono, cuius mirabile textum

Nulli

Nulla manus sterilis, nec dissociata marito
Versarat, calathis casta velamina diua
Haud spernenda ferunt. Statius.

Ter circum Iliacos.) Macrob. lib. 4. cap. 3.

Tendentemque manus Priamum.) Homerus in fine 10 Iliados:

χερσὶν ἀγχοῦ θ' ἑλόντε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας
δεινὰ καὶ δροφόνας, οἵ οἱ πολίας κλόνον ἅμα. Item:
φέρω ἀπειρεσίας δῶρα.

Et sæuum ambobus Achillem.) Prisc. lib. 2. de Construct.

Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis. Homer. lib. 1. Iliad. de Diomede:

τυδεΐδῃ δ' ἐπὶ θοῦρον ἐνὶ φρεσὶ θῆκε μένος καὶ θάρσος.

Medijs in millibus.) Diomedes.

Media in millibus ardet.) Homerus simile quiddam expressit in eo versu:

ὣς δ' ἐπὶ οἱ τότε δῆμος ὀρώρεε θ' ὡρμήθησαν.

Eoasque actus.) Suidas, μίμνων ἐκ τοῦ ἀναστρατοῦσας ἠγεῖτο μὴ αἰδόμενον, ἐκ ἦν δὲ αἰσθόμενος, ἀλλ' ὑπὸ σθένεος ἔπαρξιν. καὶ τὸν χάσμα πολεμεῖ ἐκεῖνος ἐξανηλωκέναι ἔχων.

Item Quint. Calab.

μίμνων ὁμοφρονέοντα θ' ἅμα στίχας ἀσπιδιώτας
λαῶν, οἱ ναίουσι μελαμβόλου αἰθιοπῆος.

Amazonidum.) Iustinus de his & earu regno. Nomina quædam talia commemorat Quint. Calab.

ἐνθ' ἄρα ἦν κλονίη, πολεμοῦσαι δηϊόωντε,
δύω ὀρτε, καὶ αὐτὰρ ὄρη, καὶ ἄλσεα βρίμησαν.

Qualis in Eurotæ ripis.) ex Homero: sed vide Macrob. & Aulum Gellium lib. 8. Notat Diomedes, aitq; esse προσῳδολογίαν per habitum. Nos alios versus iungemus ex Apoll. qui lib. 1. comparat Iasonem cum Apolline incedentem, videlicet:

οἷος δ' ἐν νηῷ ἑκάεργος ἔστιν ἀπόλλων
δῆλον ἀνὰ χρατέειν, ἢ κλάρου ἢ ὅγε πυθὼ
ἠλυκὴν οὐρεῖαν ἐπὶ ξανθοῖο ῥοῆσιν,
τοῖος ἀνὰ πληθὺν δήμου κίεν.

Quod facit Vergilius locum hũc imitatus, lib. 4. Æneid. *Qualis vbi hybernam Lyciam.*

Tum foribus diua med. test. temp.) Non. Marc. in dictione Testudo.

Postquam introgressi, & coram data.) Prisc. 14. de Partibus.

Troes te miseri.) Pont. in Actio.

O regina, Nouam. Prisc. lib 15. de Partibus.

Est locus, Hesperiam.) Macr. ait Ennii esse, lib. 6. Pont. etiam in Actio. hunc locum adnotauit.

In vada caca tulit.) iux. illud, *Illiditq; vadis.*

Procacibus austris.) Non. Marc. in cap. de Impropriis. Item Donatus in Hecyram.

Asperate Deos memores fandi, atque nefandi.] Homerus:

ζεὺς σφιν πασιν ἐπιτιμήτωρ ὃς καὶ ἄλλους
ἀνθρώπους ἐφορᾷ, καὶ τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ. Idem alibi:

ἐμὶν χεῖλεα ἴσα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν
ἀλλὰ δίκλω πάσι καὶ αἰσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.

Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.)

Quintil. Calab. κραταιφρων καὶ αἰνείακο. Item, χρεσὺ τέν καὶ αἰνείαν. Item αἰνείας ἐρίθυμος.

Quem si fata virum seruant, si vescitur aura] Θωλογία, *Diomed.* *Simile est illud Homeri:*

ἤτοι ἔτι ζώουσι τύγ' ἀχαιοὶ ἠιλίοιο
ἠ ἤδη τεθνᾶσι καὶ ἐν ἀίδαο δόμοισιν
ἠ σφ' ἤδη πέδυνε. Idem alibi:
εἰ που ἔτι ζώει, καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο.

Nec te certasse priorem.] Donatus in Phorm.

Dum breuiter Dido.) ἀ μόθιον γὰρ ἡ σιωπὴ καὶ γυναιξὶ, μὴ μόνον παρ' Ἕλλησι ὡς φησὶ σοφοκλῆς: Lycoph. interpres.

γύναι γυναιξὶν ἡ σιγὴ κόσμον φέρει: Sophocles.

Soluite corde metum.] Nonius Marc. in verbo, *Soluere.*

Non obtusa adeo gestamus.] Donat. in Eunuch.

Vultis & his mecum pariter considere regnis.] *Homerus:*

οἶκον δὲ ἐμὸν, καὶ κτῆσιν δοίην.

Item Donatus in Phorm.

Certos dimittã.] Cic. *Quoties mihi potestas erit certorũ hominum.*

Vrbem, quã statuo.] Nonius Marc. in cap. de numeris & casibus. Item Prisc. lib. 1. de Constructione.

Subducite naues.] Donatus in Eunuch.

Atque vtinam.] Prisc. lib. 8. de Partib. Item lib. 15.

Scindit se nubes.] Homerus:

καὶ τότε δὴ ἀὐτοῖο πέλιτ χύτο θέσπελος αὐή.

Os humero sq. Deo simile.) Non. Marc. in dictione Ora. Homer.

ἐῴκει κ' ἐκ κεφαλῆς χέων πολὺ καὶ θ' ἀθήνη, &c.

Quale manus addunt ebori.) Homerus & γ. Macrob. lib. 5.

Argentum, Pariusue lapis. (Prisc. lib 2. de Construct.

Latos oculis afflarat honores.) Donatus in Eunucho. Suetonius Trãquil. *Oculos habuit claros & nitidos, quibus etiam volebat existimari inesse quiddam diuini vigoris.*

Coram, quem quaritis.) Prisc. lib. 4. de Partib.

Troius Æneas adsum.) Prisc. in 1. de Construct.

Dij tibi si quà pios.) Homerus:

θεοὶ δὲ τοι ἄλλα δοῖεν, Idem alibi:
ζώοις θ' οἷον ἐγὼ, καὶ ἀνάλκιδα θυμὸν ἔχοις.
ἦ μάλις' ἐθέλεις, ὄφρα με σαόφρονα τὸν περ ἐόντα
σοὶ δὲ θεοὶ δοῖεν, ὅσσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς. Item:

Atque

Atque equidem Tenc.) Prisc. lib. 16. de Partib.

Ilioneæ petit dextra.) Prisc. lib 12. de Partib.

Omnium regenos.) Pontanus in Actio.

Genuere parentes.) Macrob. lib. 4.

Petit dextra.) Simile illud.

- Σεῦας μ' ἔχει εἰσορόωντα.

Obstupuit primo aspectu.) Prisc. lib. 1. de Construct.

Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ.) ἀμφοτέρων αἰπήιστον ἴθ' ὑψόσε πίλνται, δύνει δ' ὅπου κυθέρειαν ἐν ἀγκοίνῃσι δαμάσσει.

Alma Venus.) Sic & Lucretius.

Simoentis.) Σιμόεις καὶ στρυμών, ὀπόεις καὶ ὀπυίω.

Diuum templis indixit honorem.] Feriæ imperatiuæ sunt, quas Coss. & prætores pro arbitrio potestatis indicunt. Macrob.

Socijs ad littora mittit Viginti tauros.) Homerus κ.

- ἔνθ' ἐν νηὶ θοῇ βεῶσις τε πόσις τε
μησὶ μὲν βεώμης, μετὰ δὲ τρίχα μῆνα λιμώ.

Parant conuiuia.)

σῖτον δ' αἰόλιν πέρι πυρὶ θῆκε φέρεσθαι
εἴδατα πολλ' ἐπιθεῖσα.

Neque enim patrius.] Donatus in secunda edit.

Aurea composuit sponda.) Prisc. lib. 2. de Construct.

Munera lætitiamq; dij.) Aulus Gellius lib. 9. cap. 14.

Ingens argentū.) *Vasa coquinaria ex argento fieri quæstus est Caluus orator: nostraque ætate soleas ex argento sumētis indus viuimus.* Plin.

Alligatum dictis affatur Amorem.) Diomedes notat, vbi de epithetis loquitur.

Nate patris summi.) Diomedes, item Donatus in 2. editione.

Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisque morantur.) Priscian. lib. 2. de Construct.

Calataque.] Non. Marcel. in verbo, *calare*,

Calataque in auro Fortis facta pater.) Antiquitas poculorum significatur. Charon Lampsacenus apud Athenæum ait, *apud Lacedæmonios ostendi poculum, quod Iupiter in Amphitryonem versus dedit Alcmena.*

Ad te confugio.] Prisc. lib. 14. de Partib.

Paret Amor dictis.) Non. Marcel in verbo, *parere.*

Quocirca capere ante dolis.) Prisc. lib. 14. de Partib.

Super alta Cythera.) Stephan. κύθηρα νῆσος πολυάνθρωπος ἔχουσα πόλιν κύπρου, παρὰ τὸ ἰδεῖν ἥλιον. Vide Stephan.

Vrit atrox Iuno.) Prisc. lib. 14. de Partibus.

Regales inter mensas.) Athenæus: θεὸν ἔλεγεν εἶναι δεῖν ἐπὶ τῆς τραπέζης ὃς ἡδονὰς παρέχοιτο, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φρονεῖν.

Vnde etiam illud, εἶναι σινὰ χάλα τῆς ἀφροδίτης.

Falle dolo.) Prisc. lib. 2. de Construct.

Noctem vnam.) Ibidem.

Et forum gremio.) Pont. in Actio.

Nequa fere dolos.) Prisc. lib. 15. de Partib.

Placidam per membra quietem irrigat.) In porticu Sicyonia, vt Pausanias ait: κεῖται ἄγαλμα ἀνείρυσι, καθ' ὕπνον καταπιμπλάντος λίονα.

Iamq; ibat dicto parens.) Diomedes notat.

Cererem q; canistris expediunt.) Homerus:

ζῖτον δὲ δμῳαὶ πυρὸν ἐν κανέοισιν.

Dant famuli manibus lymphas.)

χέρνιβα δ' ἀμφίπολοι θεράπνας ἐπίχεον φέρουσαι.

Discumbitur.)

οἱ μὲν ἔπειτ' ἔξεινο κατὰ κλισμούς. Item:

ἕζετο δ' ἐν κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν.

Cum dabit amplexus.) Diomedes notat.

Laquearibus aureis.) Plinius lib. 33. *Laquearia, quæ nunc in priuatis domibus auro teguntur, post Carthaginem euersam primo inaurata sunt.*

Adsit lætitiæ Bacchus dator.) Prisc. lib. 9. de Partib.

Bona Iuno.) Macrobius.

Summo ore.) χείλεσι θ' ἅπτου.

Crinitus Iopas.) Quintilianus lib. 1.

Impleuit q; mero pateram.) Homerus ἐν γ' ὀδυσ.

ᾧ δ' ὁ γερὼν κρητῆρα χρυσόμιτρος, πολλὰ δ' ἀγάσσῃ.

δόχθ' ἅπαντας ἀνὼγε κρητὴρ οἶνος ἀγαυός.

Tum facta silentia.) οἱδὲ σιωπῇ εἵατ' ἀκηδέοντες.

Iupiter hesperi.) De hoc superius. Homerus ἐν τῷ ξ.

ἴσω μὲν Ζεὺς πατρὶ θεῶν, ξεινήτε τραπέζα.

Longumque bibebat amorem.) Longum, sæuum, perniciosum. Nonius Marc. vt Vergil. Longumque bibebat amorem.

Multa super Priamo.) Prisc. lib. 14. de Partib. Idem lib. 1. de Constr. Item Donatus Grammat. in editione secunda.

Multa super Priamo rogitans.) Alias lib. 10.

Multa super Lauso rogitat.

FINIS.

INDEX ACCVRATVS SCRIPTORVM LOCORVMQVE, QVI TOTO ISTO volumine, aut emendantur aut illustrantur.

A.

ACHillis *commentaria Arataa*. Polit. Misc. cap. 1.

Acron. ad od. 2 lib. 1. Hor. *Omnes mauultis albæ & nigræ Palladu esse dicuntur, &c.* Nann. Misc. 3. cap 3. Idem emendatus suppletusque ordine a Nannio Miscell lib 3. cap. 4 5. & aliquot præterea sequentibus. Repreh. in Horat. *virgine tacita*: item Virg. *tacita silentia Lunæ*. Polit. Misc. cap. 100.

Paul. Ægineta 3. Periodeut. de *laborantibus bile atra*. Polit. Misc. cap. 50.

Ælian. Var. hist. lib. 2. cap. 2. de *Magabyzo frequentante officinam Apellis*. Polit. Misc. cap. 48. Idem Var. lib. 3. cap. 42. de *Prætidum nominibus*. Polit. Misc. cap. 50. lib. 12. cap. 18. Var. Hist. *de Phaone*. Egnat. Racem cap. 1. Var. lib. 14. cap. 47. de *Helena Zeuxis, quam nemo gratis spectabat*. Polit. Misc cap 74. lib. 3 cap 3. Animal. *de corneibus, earumq; concordia*. Polit. Misc. cap. 67. lib. 12. cap. 10. Animal. de *Muribus*. Polit. Misc. cap. 96. lib. 15 cap. 29. Animal. de *Geranaregina Æthiopum*. Parrh. Ep. 40.

Æschylus in Agamemn. de *Thespia urbe Teuthrantis*. Polit. Misc. cap. 29.

Alciatus taxatus in voce *Area*, de verb. signif Florid. Subc. 1. cap. 9. Item in *Litore*. Florid. Subc. 1. cap. 10.

Alexander ab Alex. notatus in *Reperire & Inuenire*. Flor. Subc. 1. cap 7 Item in voce *Deprecor* Sabin Subc. 1. cap. 8. item in *Pulsare ac verberare*. Flor. Subc. 1. cap 8.

Ambros. lib. 5. Hexam. *Anses non erubescunt teuerendi senis membra portare*. Pius annot. post. cap. 69. lib. 6 Hexaem. *Nouit pia auis annuntiare veris initium*. Pius Annot post. cap. 69. lib. 6. Hexaem. *delectet in freno maxillas tuas camo, constringi*. Pius Annot. post. cap. 67. lib. de ieiun. *Maior vis vini quam veneni*. Polit. Misc. cap. 61. lib. 3. de ieiunio, de *Psalterio*. Polit. Misc. cap. 14.

D. Ambros. *antrum dictum ab obscuritate, quasi atrum*. Flau. Con. cap. 94.

Ammian. Marcell. *virile ac muliebre sicut sine ætatis vllo discrimine trucidabant*. Parrhas. ep. 43.

Antiphanes *de Cottabi lusu*. Parrh. ep. 36.

Aphthonii Progymnasm. de *Rosa, tincta cruore Veneris*. Polit. Misc. cap. 11.

Apollodor. lib. Biblioth. de *Prati filiabus*. Polit. Misc. cap. 50.

Appollonius lib. 1. Argonaut. *de tellure Oaxide*. Polit. Misc. cap. 37.

Appian. lib. 2. ciuil. de *nomine vrbis Epidamni ac, Dyrrachii*, Pius Ann. post. c. 137.

Appian. lib. 2. ciuil. de *Africani iuba, fontes veneno inficientib.* Beroald. Annot. c. 42.

Appian. in Libyc. de *Hannibale puteis mergente senatum Aceranorum*, Beroald. Annot. cap 10.

Appian. in Syriac. *de statuis Lysimachi cernigeri*. Polit. Misc. cap 79.

Apul. lib. 1. met. *modo si papyrum Ægyptiam argutia, &c.* Pius Annot. post. cap. 40.

Apuleius lib. 1. metamorph. de *sermone Milesio*. Polit. Misc cap. 16. Idem, *Non quidem curiosum, sed qui velim*. Beroal. Annot. cap. 51. lib. 1. *Ego dani, vesperna, &c.* Pius Annot post cap. 40. lib 1. met *saccariam faciens merebam*. Beroald. Annot. cap. 76. Apul. 1. met. de *Hecale anu*. Polit. Misc. cap. 24 & Beroal. Annot. cap. 72. Lib. 2. *conspicor medio foro procerū quendam senem: insidebat lapidem*. Pius Annot. prior. cap 10. lib. 2. met. *certe perspicaciorem ipso Lynceo*. Scoppa coll. libr. 2. cap. 13. lib. 2. *vel mustelluatis piplatis laceratus*. Pius Annot. prior. cap. 8. lib. 2. *Misérere per adepta Coptitica, &c.* Pius Annot. prior. cap 9. lib. 2. met. *Solis & iustitia testatus oculum*. Pius Annot. pr. cap 7. lib. 3. met. *totam adium lanienam cruenter exercuit*. Beroal. Annot. cap. 73. lib. 3. met. *nocturnas aues prehensas foribus videmus affigi*. Pius Annot. post. cap. 33. lib. 3.

met. *Nec larem requiro, nec domuitionem paro*, Parrh. epist. 37. Item, libr. 4. met. *Quem vulgus indoctum rosas laureas appellat*, Pius Anno pr. c 5. Item, lib. 4 met. *Et sonus tibia Zygia, mutatur in querulum Lydii modum*, Pius Annot. post. cap. 188. Item, libr. 4. *Innovato hilaro & prospero Euentu*. Pius Annot. prior. c. 6. Item, lib. 5. met. *Prius centies moriar*. Plau. Con. cap. 61. Item, libr. 6. met. *Conueniat retro ad metas Martias Mercurium*, Beroald. Annot. c. 49. Item, lib. 7. met. *auro monetali zonis referto*. Beroald. Annot. cap. 15. Item, lib 8. *Terrebit decidenti farcina funiculos et porrigas*, ita emendat, cum fuisset, *fusticulos*. Pius Annot. post. cap. 40. Item, lib. 8. metam. de *Sacerdotibus Deæ Syriæ*, Beroal. Annot. cap. 25. Item, lib. 8. met. *Cappadocum me nuntiat*, Beroald. Annot. cap. 17. Pius Anno. post cap. 39. Item, lib. 8. met. *Rebar me tum meruisse causfariam missionem*. Pius Annot. prior. c. 4. Item, lib 9. *At dominus meus Latinæ linguæ ignarus*, Flor. Sub. 2. cap 1. Item, lib. 10. *Prænobilis illa potio, quam sacram doctiores nominant*, Pius Annot. post. cap. 40. Item, lib. 10. *Ex more perpetuo in vinam æream deberent conjecti calculi, &c.* Pius Annot post c. 91. Item, lib. 11. *Cista secretorum capax penitus celas operta magnificæ religionis*, Pius Annot. pr. cap 9. Item, lib. 11. met. *Dextra sistrum gestabat læua cymbium*, Pius Annot. post c. 40. Item, lib. 11. *De literis Ægyptiorum ignorabilibus*, Beroald. Annot. c 37. Item, lib. 11 met. *In collegium me pascophorum, &c.* Pius Annot. post c. 96. Apul. lib 1. Flor. *vel lapu unguine delibutus*, Pius annot. prior. cap. 10. Item, lib. 1. Florid. *Si furtepeus timuerit*, Beroal. Annot. cap. 74. Item, lib. 2. Flor. *Ampulla olearia*. Beroald. Annot. c. 46. Item, lib. 3. Flor. *Plenius gratius canaeiusq; libro mandabo*, Pius Annot. prior. c. 4. Item, lib. 4. Flor. *De contentione Protagoræ atq; Euathli*, Pius Annot. post. cap. 73. Item, de Socr. *Et Balthei polimiam inspicemus*, Pius Annot. post. c 194. Item, de Socrate: *Nec audet aliquid pronuntiare vel Hector vel Lampo, &c.* Pius Ann. post. c. 193. Item, de Deo Socr. *nec Anticlia, nec Arcisius &c.* Parrh. epist. 39. Item, Apol. 1. *& Luna noctium conscia*, Pius Annot. post c. 198. Item in Apolo. 1. *Viscum ex Arabica fungibus*. Pius Annot. post. c. 104. Item, Apolog. 1. *Antipathes illud quæritur, trochilis ungues, tenia radiculi, herbæ furculi, aureæ cinges, trichiæ, cordia &c.* Pius annot. post. c. 197. Item, Apol. 1. *Intecto vestro sine noxa periculo excutiet*, Pius Annot. post. cap 199. Item, Apol. *Nec Ulysses scrobem, nec Delus solitem, &c.* Beroald. Annot. c. 25. Item, Apolog. 1. *Potest cancer ad Vicera, Alga ad Querceti*, Beroal. Annot. c 76. Item, Apol. 1. *Promus librorum*, Beroal. Annot. c. 19. Item, Apol. 1. *Recutem dantes, vt sciant me eorum non pigere*, Pius annot. post. c. 199. Item, Apolog 1. *Feminæ nullo pacto reperiri, &c.* Pius Annot. post cap 198. Item, Apol. 1. de *cratera Helenæ*, Beroald Annot. cap. 75. Item, Apol. 1. *Albus an ater esses ignorari*, Beroald. annot. cap. 38. Item, Apol. lib. 1. *Negant vidisse vnum saltem in somnibus eius aut lapidem vnctum*; Pius Ann. prior. ca. 10. Item, Apolog. 2. *Quemnam non formosa pupilla*, emend. *pupula*, Pius annot. post. cap. 197. Item, Apol. 2 *Ego ille sim Charondas vel Demogorgon, vel Hermetes, vel Iohannes, &c.* Pius Annot. post. cap. 195. Parrh. epist 11. Item, 2. Apol. *Quis Eurybatus aut Thrynondas, &c.* Pius annot. post. ca. 196. Item, 2. Apol. *Quæ Palamedes, quæ Sisyphus*, Parrh. epist. 11. Item, Apol. 2. *O subtilitas digna rubore*, Beroal. annot. app. cap. 10. Item, Apol. 2. *Tanta formido ferri est, sine eludine salus*, Pius Annot. post. c. 197. Item, Apol. 1. *Imacei prorsus & buccones repertantur*, Pius Annot. post. cap. 67.

Arbiter: *Iunonem meam iratam habeam*, Polit. Misc. c 89. Item, *Vix nauta Tertullus sufficiet, &c.* Pius annot. post. c. 47. Item, de *Cucuma*, Polit. Misc. c. 30. Item *Testis silvester audax*. Pius anno. post. c. 4.

Archiæ Epigr. Græcum de *quatuor Græca certaminibus, eorumq; præmiis*. Pius Annot. prior. cap. 11.

Argyropylus reprehensus circa vocem *Evdelechiæ*. Polit. Misc. c. 1.

Aristid. Orat. pro Pericle, vsus versu Empolidis de *Pertho sedente in labiis*. Polit. Misc. cap. 91.

Aristophan. Pluto πολλοὶ πολ' ἤσαν ἀλλοι μιλήσιοι. Polit Misc. c. 88. Item in Ra-

in Ranis: ἀηδόνιον pro cauta hirundinis. Nann Misc.6.cap.6. Item, in Ranis: *In vasa fictilis per hyemem exponuntur.* Nann. Misc.1.c.2. Item, in σφῆκες, *puppyssate ad fulgetrat* Polit Misc.c.32.

Aristotel. 2. Animal. de *Carbatinis camelorum*, Polit Misc.cap 2. Item, lib.7. Animal. de *superfetatione fœminarum*, Pius annot.prior.cap.3. Item lib.5. Ethic. de *permutatione Glauci ac Diomedis*, Beroald. *Annot.cap.42.* Item, 1.Moral. Eud. de *Smyndiride.* Polit. Misc.cap.15. Item lib.1.Polit. ὄλος ac βάναυσος, *vt differant*, Pius annot.post.c 26. Item lib.1.Polit. legendum ὁμοσύνους, item ὁμοκαπνους. Pius Annot.post.cap.135. Item, lib.4. Polit. *dimidium pius tete*, Beroal.Annot.app.cap 3. Item, 4 Polit. *Et demagogus & assentator idem sunt, &c.* Nann.Misc.8.cap.1. Item 5.Polit. *Olim cum idem esset & demagogus & belli dux, in tyrannidem euadebat*, Nann. Misc.8.cap.1. Item, lib. OEconom. *crebro haurire nihil aliud est, quam quod dici solet terebratum vas.* Pius Annot.post.cap.140. Item, in OEcon. *De oculo domini equum pinguefaciente*, Pius Annot.post.cap.30. Item, Problema de *Melancholicis* aliter versum quam Gaza verterat. Polit. Misc. cap.90. Item, in Problem. *Trandendum large, canandum parce*, Beroald. in Seru. paragraph.24.

Leon. Aretin. reprehenslibr.6. Ethic. in *Relle ait Agathon, hoc solo Deum priuari, &c.* Pius Annot post.cap.132. Item, in versione Aristotel. 7. Ethic. *vel Carcini in Alope Cercyon.* Parth. Epist.12. Item, lib.7.Ethic.in: *ceu Theodecti Philoctetes a serpente percussus, vel caneri cauda Percion.* Pius Annot.post. cap.133. Item, ad Aristot.lib.1.Politic. *in Homospyn aut, Homocapnu*, item in *Homogalactis*, Pius annot.post.ca.135. Item in versione Aristot.lib.3. Politic. *Talis primatus est apud Epidamnon & apud Opuntia, &c.* Pius annot.post cap 137.

Artemidor.lib.1. Somn. de *tribus viribus ferri.* Polit. Misc. cap 31.

Athenæus libr.9 Dipnosoph. de *Gerana Æthiopum*, Parth.ep.40.

Ascon.lib 1 Diuin. *Latina fabula perpaucos retro agebantur personæ, vt Atellanæ, togatæ, &c.* Pius annot. post.ca.71. Item, in lib Diuin. *& per assaro vocem ore prolatam*, Pius annot.post.c.71. Item in Diuin.lib. 1. *Quod leuiter a Cicerone dictū & neoterice.* Pius annot.post.c 70. Item in Milonē: *tura fasces ex lecto Libitina atrates attulit.* Nann.Misc.4.c.21. Item, Orat.contra Pisonem: *Minimeq, in Sicilia cum equitatu transferat ad nos*, legend. *Mutinaque.* Beroald.annot ca.77. Item, Orat.pro Scauro: *Capistro sub roga cinctus*, legend. *campestre*, Beroal.annot.c 77. Item, Orat. Togæ candidæ: *Quod Veritas non habuerat, dedit gladiatores*, legend. *Quod varietas*, Beroal.annot.cap.77. item, 2. Verr. *Legitimos habent omnes tribus diuisores*, Nann.Misc.10.c.6. Item, 3.Verr.de *manubiis.* Nann.Misc.3. c 3. Itē, 3.Verr. *Thensus alia a diuinitate, &c.* Nann. Misc. 7.c 9. Item, de *Ludis plebeiis*, Beroal. annot.c.8.Vitell ca.22. Item, de *nouis ampliationis*, Beroald annot.c 51. Item, de *Præbibis* Beroal.annot cap 96. Item, de *sacrificio Solitaurilium*, Beroald. annot.c 30. Item, de *Scortis, numorum receptaculis.* Polit.Misc.c.62. Item *Sectores sunt dicti qui spem lucri secuti, &c.* Nann. Misc.9.c.2. Item, emendat in *Septasia*, pro quo erat *Setapsia*, Beroal. annot ca. 77. Item, *Tela ex vetere more in atrio texebantur*, Flau.Con.c.14. Item, de *signo Victoriæ, flectentibus se ad Rostra ad dextram*, Flau Con.cap 38.

D.August.lib 4 de ciu. Dei: de *Dea Strenua*, Beroal annot.c.49. Item, lib.5. de ciu. Dei: *propter diuersum Horoscopum. & ob hoc diuersos esse cardines* Pius anno.post.c.66. Itē.lib.5. de ciu. Dei: *Tanta natura vis est, vt cum conceperit fœmina, deinde alterū concipere omnino non possit.* Pius annot.pr.c 3. Item, lib. 7. de ciu. Dei: *De licentia turpitudinis in Libert sacris, &c.* Pius anno. post. ca.146. Item, lib.10. de ciuit. Dei: *Nomē Heroum a Iunone dicitur tractū.* Beroal. in Seru.parag.7. Itē, lib.11. de ciu. Dei: *De septenarii numeri perfectione, &c.* Flor. Sub. 2.c.10 Item, lib.11. de ciu. Dei. *Numerus quippe sextarius primo cōpletur, &c.* Florid. Sub.2 c.10. Itē, lib 15. de ciuit *Neq, vllo modo audiendi, qui aliter annos illis temporibus cōputatos, &c.* Flor. Sub. 2. c.2. Item, lib 19. de Ciuit. *Simulacrum quod digito labiis impresso, &c.* Polit. Misc. cap. 83.

D. Aug. lib. 21. de ciu. Dei: *carbones eos sustinere solent qui limites figunt ad conuincendũ litigatorem.* Pius Annot. prior. cap. 10.

Auien. *Hinc & Damascus nobili natus Syre.* Parrh. 842. f. De *imagine Occasionis.* Polit. Misc. cap. 49 Epig. *Punio sic Persas vaniloques Nemesis.* Pius Annot. post. cap. 70. Epig. *vt pœniteat sic Metanæa vocor.* Flau. Con. cap. 34. Scirpus in Eunum, continens verbum λείχει. Polit. Misc. c. 40.

Auson. *medicum quod Iapyga dicunt.* Parrh. epist. 43. Epigr. *Cum dabit vxori moliter tuus.* Beroal. Annot. cap 97 Pius Anno. post. cap. 64. Item Epig. *molitur per vtrãque cauernam.* Beroald. Annot cap. 97. Pius Annot. post, cap. 64. Item Epigr. *Lambere, non molere.* Beroal. Annot. ca. 97. Pius Annot. post. cap. 64. Item, Epigr. *subulo, pulipremo.* Pius Annot. post. cap. 205. Item, Epigr. *Dum cyston cœstamq; putas, &c.* Beroal. Annot. cap. 97. Item, Epigr. *Canis regalat Laidos nocturnem, Myron.* Pius Annot. post. cap 43. Item, Cæl. *Impiger egelido mouet arma feuerus ab Istro.* Pius Annot. post. ca. 192. Item, in Gripho tern. *Iuniadæ patri inferias, &c.* Parrh. epist. 43. Item, de *trinis Tarentini ludi trinoctiis.* Polit. Misc. cap. 58. & Beroald. Annot. cap. 23. Item in Griph. *Ter clara infantis Eos Signa canit ferus deprensa Marte satelles.* Parrh. epist. 43. Item in Gripho. *Tris primas Thracum pugnas tribus ordine fellis, &c.* Parrh. ep. 43. Item in Gripho. *Socus muliebre.* Parrh. ep. 43. Item, Monosyll *Libyæ ferale malum Sepe.* Beroald. Ann. cap. 100. Item, Monos. *Imperium, litem, Venerem, cur vna notet Res.* Pius Annot. post. cap 35. Item Monos. *Tergora dic clypeis accomoda quæ faciat. glus.* Parrh. epist 43. Item in Monos. *Ibicus vt periit vindex fuit altiuolans grus.* Parrh. epist. 43. Item Monos. de *Vade* & *Trade* Beroal. Annot. cap. 96. Item Monosyl. *Nec Genius domuum Larunda progenitus Lar.* Parrh ep. 43. Item in Monos. *vnde Rudinus ait diuum domus altisonum cœl.* Parrh. 853. f. Item Monosyl. *quod astrutt endo suam do.* Pius Annot. post. cap. 43. Item Monos. *quid significet Tau.* Pius Annot. post. cap. 43. Item in Monos. *homo Cres.* Beroald. Annot. cap 39. Item, *Nec Thymelei sequimur.* Beroald. Annot. cap. 89. Item, de *Melonis alba pagina, Ouidijs nodis, Cadmi nigellis filiabus, notisq; sepia.* Polit. Misc. cap. 39. item Beroald. Annot. cap. 98. Item, *Scis me id nomen muriæ quod in vsu vulgi est, nec solere &c.* Vitell. cap. 10. Itẽ, *Grato schola nomine dicta est, &c.* Parrh. ad Cicer. mil. 831. pr. Item, *Promusq; quam condus magis.* Beroal. Annot. c. 19. Item, *Cui subiungabo de molarum ambagibus, &c.* Polit. Misc. cap. 64. Item, Epist. ad Symmach. *velut Gallus Euclionis.* Beroal. Annot. cap. 99. Item, Epist ad Theon. *inter choreas Deoida raptam sustulit.* Parrh. 862. pr. Item in epist. *mutuum muli scabant.* Beroald Annot app. cap. 2. Item, epist. *Vna fuit tantum quæ respondere Laconica litera.* Egnat. Racem. cap. 3. Item, epist. *Petasoque alitis Arcados vectus volo.* Pius Annot. post ca. 201. Item, *Nec Dodonæi cessit tinnitus ahenei.* Pius Anno. post. cap. 154. Item, *vel cisso tri iugi.* Beroald. Anno. c. 64. Item, ep. *Aere Sepiasia decipiare caue.* Beroal. Annot. cap. 77. Item in Panegyr. *Passus non septa, non campum.* Beroald. in Seru. par. 38. Item, *aliquaties correctius.* Scoppa Coll. 1. cap. 13.

B

IOdocus Badius Ascensius vituperatur. Florid. Subc. 2. cap. 22.

Baptista Mantuanus deridetur. Florid. Sub. 3. cap. 6.

Basil. Magn. *Poeta inquit, optimum illum esse qui per seipsum quæ agenda sunt conspicaretur.* Pius Annot. post. cap. 22.

Philippi Beroaldi vituperatio. Florid. Sub. 2 cap 9.

Beroaldus taxatus in Virg. *Truditur e sicco radix oleagina ligno.* Flor. Subc. 2. cap. 16. Item, reprehensus in *Sophoclea cothurna.* Flor. Sab. Subc. 2. cap. 13. Item, notatus in *his quæ Solem bis frigore sensit.* Florid. Subcis. 2. cap. 14. Item, reprehensus in *tristiuque Senectus.* Florid. Sub. 2. cap. 12. Item, reprehẽs. in *Maturate fugam.* Florid Sub. 2. cap 10.

Boetius lib. 3. Geometr. *Semper signum in omnibus terminis positum est, aut aliquos cineres aut carbones, &c.* Pius Annot. prior. cap. 10. Item, lib. 3. Geom. *Agrorum termini sunt finales cumulæ & porcæ, &c.* sic emendat: loco, *cunabulæ vel nouercæ.* Pius Annot. prior. cap. 10. Item in Topica Cic.

Cic. *Tribus mediis vxor habebatur; vsu. ferre, coemtione*, Pius Annot. post. cap. 3. Itē, *Phlegmaticus Venereo accessu mensurnus permolliri deberet*, emend. *permolere*, Pius Annot. post. cap 64.

Budæo prælatus Politianus. Florid. Subc. 2. cap. 7.

Budæus notatus in *Sortiri dicas*, Nann. Misc. 9. cap 7. Item notatus in *admittere* equum. Flor. Subc. 2. cap 8.

C.

Aul. CÆcinna ad Ciceronem *Hæc si non cogitat, omnibus in rebus felix est, &c.* Nann. Misc. 3. cap. 23.

Cæsar. lib. 2. belli Gall. *Sectionem eius oppidi vniuersam Cæsar vendidit*, Beroal. Anno. cap. 85. Item lib. 6. Gall. bell. *concilium in Lutetiam Parisiorum trāsfert*, Parrh. epist. 10. Item lib. 6. belli Gall. de *Druydibus Gallorum*, Pius Annot. post. 2. 62. Item lib 7 Gall. *Actamet si humeris dexteris exserti animaduertebantur, quod insigne pacis esse consueuerat*, Parrh. ep 57. Item, lib 3. Ciuil. *In castris Pompeij videre licuit trichillas stratas*, emendat. *thericlea strata*. Beroal Annot app. cap. vlt.

Callimachi fragmentum de *Berenices coma*, Polit. Misc. cap 68. Item, poema, *Hecale* Polit. Misc. cap. 24. Item, Hymno Apollinis, ad *Hecalem suam alludit*, Polit. Misc. cap. 24. Item, Hymno Apollin. de *Ara ex cornibus Cynthiadum caprearū*, Polit. Misc cap. 52 Item in Delo: *famuli nō silentij lebetes*, Pius Annot. post. cap. 53. Item, versus de *lauacro Palladu*, Polit. Misc. cap 80.

Callistrati ecphrasis *simulacri Occasionis*, Polit. Misc. cap 49.

Calpurn Bucol. *Vocalem superet si turpior ædona bubo*, Flau. Con. cap 90. Itē, Eclog. *metas imitata cupressus*, Pius Annot post. cap. 168. 1. Item, *Dicam in silua tudex audisse Thalea*, Pius Annot. post cap 39. Item, *Vidimus & tauros quib. deformis ca pulus thorue eminet*, Pius Anno post. cap. 39. Item, *Et non sine cornibus apros*, Pius Annot. post. cap. 39. Item, *Hic mitem lepores, &c.* Pius Anno post cap 39. Item, *Manticoram siluis, &c.* Pius Annot. post. cap. 39.

Calui poetæ versus de *Pompeio caput scalpente vno digito*, Pol Misc. cap. 7.

Iul. Capitolin. in vita Anton. Pii: *incendium* CCCXL. insulas absumsit. Beroal. Annot. c. 55. Item, in Vero, de *Prasina & Venetaq; factione*, Beroal. Annot. cap. 92. Item, in Pertinace: *Tenulaq;, lacernas & chirodotas, &c.* Pius Annot. post ca. 58. Item, *de decem Camelopardalis*, Beroald. Annot. cap. 14.

Capitol. in Gordian. *Opera Gordiani Romæ nulla erāt, præter quædam Nymphea & balneas*, Pius Annot. post. cap. 126.

Cato lib. de re rust. *Frons occipitio prior est*, Pius Annot. post cap 30. Item, *Inter orbem & miliarium, &c.* Beroal. Annot. cap. 102. Item, de re rust. de *luna sitiente*, Polit. Misc. cap. 100. Item, de re rust. *Cultro facito struem & fertum vti adsiet*, Pius Annot. post. c. 147. Item, de re rust. de *Martu solitauribus*, Beroal. Ann. c. 30.

Catulli quamplurima loca aut explicata, aut emendata. Sabell. Annot.

Catulli *Passer* allegoricus. Pol. Misc. cap. 6.

Catull. Epigr. *Quod zonam soluit diu ligatā*, Scoppa Coll. 1. c. 10. Item, Epig. *Nec vlla vota literalib. Diis*, Flor. Sub. 1. c. 10. Itē. ep. 10. *Meus sodalis Cinna est Catus*, Bero. Annot. cap. 38. Item, Epig. *Cassio veniam obuius Leoni*, Parrh ep. 12. Item, Epigr. *Quæ nec pernumerare curiosi possint, nec mala fascinare lingua*, Pius Annot post. c. 25. Item, Epigr. *Conturbabimus illa ne scianter, Aut ne quis malus inuidere possit*, Pius Annot. post. cap. 25. Item Epig. *Non curiosi si fingar ille Cretum*, Pius Annot. post. cap. 6. Item, Epigr. 42. *rogare qualis sit imaginosum*, Beroal. Annot. 38. Item, *Experrecta securi*, Polit. Misc. cap. 73. Item Epig. de *consonantibus cum aspiratione*. Polit. Misc. cap 19. Item Epigr. de *Harpocrate*, Polit. Misc cap. 83. Epigr. 94 in Cæsarem: *albus an ater homo*, Beroal. Annot cap 38.

Catullo affertæ, *Crepidæ carbatinæ*, Polit. Misc. cap 2.

Catull Epigr. *Valle sub alarum trux habitare caper*, Beroal. Annot cap. 13.

Catull. Eleg. *Idem me ille Conon, &c.* Beroal. in Sera paragrap 43. Item, *Vt Chalibon omne genus pereat*, Polit. Misc. cap. 68

Catull. *Oarion* retinendum, non *Aorion*, Polit. Misc. cap. 69.

Catull. Epithalam. *Quam mater prope Deli-*

am depesuit Oliuam, Parrh. 869. f. Item, Epithal. *A capite ad calcem illustratur a Robertello*, pag 1422. & seqq.
Cornelii Celsi laus. Florid. Sub. 1. cap. 4. f.
Celsus, de *quartana febri, eam neminem iugulare, &c.* Flau Con. cap. 17.
Corn. Celsi lib. 2. c. 16 *Succus calor est & arena calida & Laconici.* Robert. de Lacon. Item, lib. 3. *Alii vel amamum vel sycamynum lacrimam frontis inducunt*, Pius anno. post. c. 101. Item, lib 5. *Vbi vero phalangium nocuit.* Beroal. in Plin. lib. 10. Item, de *Ichthyocolla.* Beroal. in Plin. lib. 7.
Censorin. de *Anno Iuliano*, Beroal. annot. cap. 9.
Clem. Alexandrinus in Stromat. de *Itane Samnite*, Parrh. epist. 60.
Cleomedes lib. 2. circularis inspectionis, de *Profiuuia*, Polit. Misc. cap. 30.
Claudian. lib. 1. de raptu. *Nereea Neptunū complectitur Amphitrite.* Flau. Con. ca. 7. Item, 2. de raptu: *Hunc Helicon genuit*, Flau. Con. c. 5. Itē, lib. 2. de raptu: *de rosa signata cruore Dee Veneris.* Polit. Misc. cap. 11. Item, 2. de raptu: *Confessus genetrum nimbis, Hymenæum, &c.* Nann. Misc. 7. c. 14. Item, lib. 2. de raptu: *Qua fontes Erasine tui*, Scoppa. lib. 1. Coll. c. 3. Itē, l. 3. de raptu: *Si tu salua Ceres*, Flau. Con. cap. 7. Item, in Ruff. *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.* Pius annot. post. ca. 23. Parrh. 895. fol. Item, aliquoties emendat. Paneg. 1. in Stilicone. Scoppa Coll. ca. 4. lib. 1. Item lib. 1. in Stilic. *Hesperidum Triton, & Gir distillimus annis.* Scoppa Coll. 1. c. 4. Item, Paneg. *Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.* Parrhas. 875. pr. Item, *Semine Cappadoum sacris præsepibus edunt*, Pius annot. post. c. 40. Item, *Flammea sollicitum præmulatura pudorem*, Pius annot. post. cap. 80. Claud. Epigr. de Nilo: *domitorq; ferarum Cyreus*, Scoppa lib. 2. Coll. c. 6. Idem *per Maroen Biemyasq; feros.* Scoppa. ibid.
Columella lib. 1. Agric. de *Lacensis*, Polit. Misc. c. 38. Item, lib. 1. *Summum regis rumoribus augurator*, Beroal. annot. cap. 17. Item, lib. 1. *Quocunq; domini oculi accessere, in ea parte, &c.* Pius annot. post. c. 30. Itē lib 2. *Melica semel seritur decem annis omnibus.* Pius annot. post. c. 32. Item, lib. 2. *Alii hac eade aqua vel amurca insulsa* Pius annot. post. c. 33. Item, lib. 4. *De vberta te vinearum Cretanarum* Beroa. in Plin. lib. 14. Item, lib. 3. *Genus est animalis, volucra appellatur*, Pius annot. post. ca. 34. Item, lib. 4. *Torui aris vel de lapide noxium posse comparari putant.* Pius annot. pr. c. 10. Item, lib. 5. *Vngues annentros resecato*, Pius Annot. post. c. 90. Item, lib. 10. c. 3. bis substituendum *Enhamers* nomē, pro *Homeri*, Polit. Misc. c. 35. Item, lib. 10. *Succus unguenta mata similis*, Beroal. annot. c. 36. Item, lib. 11. *Locum in quo medicam proximo vere, &c.* Flor. Sub. ca. 19. Item, lib. 12. de *cruce & campis.* Beroald. annot. c. 101. Itē, *Dissorte corpore campo.* Beroal. in Plin. lib. 28. Item, *Nocturnas cruces, volucres suspendit*, Pius annot. post. c. 33. Item, *Mercibus vt vernis dives Portumnus abundet*, emend. *dives Vertumnus*, Pius annot. post. c. 33. Item, *dum Bacchi Naxius ardor celeretur, &c.* Pius annot. post. cap. 157. f. Item. *Nec Polycletea vel Phragmonis, aut Agelada Arte laboretur*, Pius annot. post. c. 157. f. Item. *Et siculæ Thæbus Dira Nepe, &c.* Pius annot. post. c. 158. Itē, *Nunc caput Arcadiæ nudum cute fertur asella*, Scoppa, Coll. 1. c. 27. Item, *Atq; vbi iam tuto necdum confisus Olympo, sed trepidus profugit Chelas, &c.* Pius annot. post. c. 158. Item, *Tu penitus matris eradere viscera matris, &c.* Pius annot. post. c. 159. Item, *Inimba iam teneræ frondens lactucula*, Pius annot. post. cap. 160. Item. *Et Peluſiaci prorit et pecula zythi*, Pius annot. post. c. 161. Itē, *Deceptura quadam fronti data signa sucorum*, Pius annot. post. c. 162. Item, *Nec graun hausturi sollentibus ilia vellat* Flau Con. c. 92. Item, *Max vbi nubigenæ Tmaxis nec portior Helles*, Pius annot. post. c. 163. Item. *Fruiginasq; rigat prædes*, Pius annot. post. c. 164. Itē, *Et lacrimas imitata tuas (ignarea virgo.* Pius annot. post. c. 164. Item *Surgit glomerata corymbo Myrtuolo, &c.* Pius annot. post. 168. 1. Item, *Hippica ionatur cynara, &c.* Pius annot. post. cap. 168. 1. Item. *Et malachæ prono sequitur qua vertice Selem*, Pius annot. post. cap. 168. 2. Item, *Quamua oculis inimica coramble*, Pius annot. post. cap. 166. & Parrhas. epist. 13. Item, *Nunc similis calatho sinistra que manubius horret*, Pius annot. post. cap.

cap.168.1. Item, *Nascuntur volucres serpit q; eruca per hortos.* Pius Annot. post. cap.170. Item, *Azyma comprimite & gratibus densate cylindris.* Pius Annot. post. cap.169. Item, *Tum modo dependent vicini, modo more cylindri.* Pius Annot. post. cap.172. Item, *Lubrica iam lapathus, iam thamni sponte virescunt,* Pius annot. post. cap.171. Item, *At qui sub trichila manantem repit ad undam.* Pius Annot. post. ca. 173. Item, *Congylis illustri mittit quem Nursia campo, quaque Amiterninis desertur bubilis aruis,* Pius Annot. post. c.174.

Corn. Nep. in Attici vita: *Elegans, non magnificus,* Pius annot. post. c. 8.

Curt. lib. 3. *Bactra deinde & Battana, &c.* emend. *& Ecbatana,* Pius annot. post. ca. 130. Item, lib. 7. *Iam Ebatana peruenerat caput Medie,* legend. *Ecbatana,* Pius Annot. post. cap. 130. Item, lib. 8. *Incolæ Petram Aornum nomine appellant,* Beroald. Annot. cap. 96. Item, lib. 9 *remisit Alexander arma, moribundo similis,* Beroald. in Seru. paragr. 26. Item, lib. 9. *Virtutem vestram rerum quas gesturus sum vadem prædamque habeo.* Beroald. Annot. cap. 96.

D. Cyprian. lib. 2. Ep. *Capsaces non minuetur,* Beroal. Annot. c. 46. Item, libro de orig Idolor. de *Iouis antro & sepulcro in Creta,* Polit Misc. cap. 35.

in Ciceronis Epistolis familiaribus multa præpostere posita a Bibliopolis, in ordinem restituta, Polit. Misc. c. 25.

Cicer. lib. 1. Fam. Ep. 1. *Senatus religionis calumniam.* Scoppa Coll. 1. c. 11. Item, Famil. lib 1. Epist. ad Lentulum: *Ne tibi ego idem reponam cum veneris,* Parth. Ep. 23. Item, lib. 1 Fam. Epist. *Tanquam Vlysses cognosces tuorũ neminem.* Flau. Con. c. 42. Item, lib. Epist ad Lentulũ: *Nam neq; de monumentis meis ab iis adiutus es, &c.* Flau. Con. ca. 78. Item, lib. Fam. Ep. ad Lentulum, *qui splendorem & speciem huius vitæ intuentur.* Nann. Misc. 4. c. 19. Item, lib. 2. Fam. Epist 11. *Sed tamen sedulo sit, & inprimis a Patisca,* Cruc. c. 10. Item, lib 2. Ep. Fam. 15. *Is qui erat competitor tuus & idẽ meus, assensus est ei qui ornauit res nostras diuinis laudibus* Cruc. c. 19. Item, 2. Fam. Ep 15 *De Ocella parũ ad me scripseras.* Cruc. c. 19. Itẽ, Fam. lib. 6. Ep. ad Torquat. *In qua plura & ornatiora parietes ipsi loqui posse videntur,* Parth. Ep. 23. Item, lib. 6. Fam. Ep. 8. *Cum ad 11. Kal. intercalares priores venissem,* Virell. c. 28. Item, lib. 7. Fam. Ep. *Quomodo placebit tibi Iouem lapidem iurare.* Cruc. cap. 10. Item, lib 7. Fam. Epist. 18. *Nam quod in palmpsesto, &c.* Cruc. cap. 10. Item, lib. 8. Epist. Fam. *Veternus ciuitatis,* Beroal. Annot. c. 60. Item lib 10. Fam. Epist ad Plancum: *Sed Vlyssem appellauit πολύτροπον.* Flau. Con. cap. 43 Item, Ep. ad Trebat. *Philetherorum te præbuisti,* Polit. Misc. ca. 87. Item lib Fam. Epist. *Fundamenta credas Cesenæ: alteri Cossutianarum tabernarum,* Flau. Con. c. 54. Itẽ, Epist. ad Trebat. *de terræ filio.* Polit. Misc. cap. 18. Item, lib. Epist. Fam. *Sera sapiũt.* Beroal. Annot. app. c 5. Item, Epist ad Tyron. de *Tanico,* Polit. Misc. c. 28. Itẽ, lib. Epist. ad Volumnium: *Quod sine prænomine familiariter, vt debebas ad me epistolam misisti.* Robert. de Nomin. Item, lib. vlt. Fam. Ep. *Demetrius iste nunc plane Bilienus est,* Flau. Con. cap. 26. Item, Epist. ad Brutum, de *Sciamachia,* Polit. Misc. cap. 24. Item, lib. Epist. ad Q. Fratrem: *Eius opera repente a Græcostasi.* Beroal. in Plin. lib 33. Item, lib. ad Q. Fratrem: *Quod cum ad templũ monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent:* Flau. Con. cap. 78. Item, Epist. ad Brutum, de *Organo,* Polit. Misc. c. 34. Item, 1. lib ad Attic. de *terræ filio,* Polit. Misc. cap. 18. Item. lib. 2 ad Att. Ep *Dicere fortasse dignitatis ἄλις tanquam ἡρῳὸς salutis,* Pius annot. post. cap. 7. Item, 4. ad Attic. *Nouo nomine erit Cæcilius, &c.* Polit. Misc. c. 31. Item, 4. ad Att. *Ovirum, o ciuem Metumium,* Polit Misc. c. 85. Item, 4. ad Att. *Huic ioculari disputationi senem illum interesse nolui.* Parth. Ep 59. Item, lib. 5. ad Att. de *Tanicis,* Polit. Misc c. 28. Item, 6. ad Att. ep. 2 *Sumtu iam nepos exedit Scaptius,* Rob. lib. de nomin. Itẽ, l. 6. ad Att. *nosti illas lecythus,* Beroal. annot. c. 46. Itẽ, lib. 7. ad Att. Ep. *Nec enim cõsuitores Φαυλοκρόνους ei audent.* Parrhas. ad Cic. Mil. 832. m. Itẽ, ad Att. lib. 11. *Quo animo sit in me Arabarches.* Parth. Epist. 23. Item, lib. Epist. ad Attic. *Habes Scytalem Laconicam.* Bero. anno. c. 62.

Cicer. Epist. ad Attic. *Dii auerruncent*, Beroald. in Seru. parag. 60. Item, de *Myrothecio Isocratis*, Beroald. Annot. cap. 46. Item epist. ad Atti. ἐπὶ τῇ φάκῃ μύρον. Beroald. annot. append cap. 13. Item, lib. ad Attic ep. 9. *Nosti illas* ληκύθους. Nann. Misc. 9 cap. 3. Item, lib. epist. ad Att. *Candidati apud Catonem sestertia quingena depoſuerunt*, Pius annot. post. cap 3. Item, lib epist. ad Attic. *Callipedes assiduo cursu cubitum nullum præcesserit*, Calder. Obseru. lib 3. cap. 2. Item, lib. Ep. ad Attic. *Omnes Corycæi subauscultare videntur*, Beroal. Annot. cap 59. Item. lib. Epist. ad Att *Ea visum iri ficta esse*; emendat loco, *ea visu mirifica esse*, Calder. lib. 3. Obseru. c. 2. Item, *Sinamus coracem pultum suum excludere*, Pius Annot. post. c. 73. Item, lib penult. ad Attic. de *cerula miniata*, Pol. Misc. cap. 53. Item, lib. vlt. ad Attic. *Cerulas minutulas extimescebam*, Polit. Misc. cap. 53.

Cicer. pro Aruſp. reſpõſ. ter tentatus, Sabell. Obseru. Item. pro Aruſp. reſponſ. *sure manceps iure nexi*, Beroald. Annot. cap. 91. Item in Augur. reſponſ. *Illi cũ Iudos facerent, ſerues de cauea exire iubebãt*, Vitell. cap. 22. Item, de Aruſp. reſponſ. de *Megalesibus*, Beroald. Annot. cap 8.

Cicer. pro Balbo aliquot locis tentatus, Sabell. Obseru. Item, pro Cæcina: *Iudicio centumuirali hanc sententiam defendit*, Vitell. ca. 21. Item pro Cæcina: *Prætor is qui iudicia dat nunquam petitori præstituit, qua actione illum uti velit, &c.* Vitel. cap. 21. Item in Catil. *Quid quod ab aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt.* Vitell. cap. 23. Item, pro Cinna. *Cum ampliandi potestas esset*, Beroal. Annot. ca. 51. Cicer pro Cluent. *Tum C. Iunium qui ille quæstionis præsuerat intectum esse meminit.* Vitell. cap 21. Item. pro Cluent. *Stalenum ipse ad subsellia adduxit.* Vitel cap 23. Item, pro Cluentio *quod C. verres prætor vrbanus subsortitionem eius in eo codice non haberet*, Vitell. cap. 21. Item pro Cluent. *Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo & Gutta esset iudicandum*, Nann. Misc. 9. cap 7 Item pro Cluent. *Vno iudicio multa est ab eo petita, &c.* Vitell. cap 21. Cic. pro Cornelio: *Passus est a populari conflictu subsellia Senatoria separari*, Vitel. c. 23. Cicer. pro Flacco. *Iu locabitis principes eius ordine quinquagena*, Vitell. cap. 21. Item, pro Flacco. *Vna sedent, ex accusatorum subsellijs surgunt, &c.* Vitell. cap. 23.

Cic. pro A. Licinio: *cum res agatur apud Prætorem pop. Rom. & apud iudices, &c.* Vitell. cap. 21.

Cicero pro leg. Manilia ter quater tentatus. Sabell. Obseru. Item, pro leg. Manil. *vsq; ad Hispaniam legatos electaniu misit*, Scoppa. Coll. 1. cap. 7.

Cicero pro Milone pluries tentatus. Sabell. Obseru. Item, pro Milone a capite ad calcem aut emendatur aut explicatur a Parthasio, pag. 827. & seqq.

Cicero pro Murena aliquoties correctus de cõiectura. Sabell. Obseru. Item, pro Murena: *Odit pop. Rom. priuatam luxuriam; publicam magnificentiam diligit*, Pius Annot. post. cap. 8. Item, pro Murena: *Ibi ego te ex ture manus cõsertum voco*, Flor. Sub. 2 cap. 1.

Cicero Philipp. 1. *Quid de ea lege qua promulgata est, de tertia decuria iudicum, &c.* Vitell. cap. 21. Item, 2. Philipp. *Quod cũ socio tãquam Sisaponem tenebat.* Flau. Con. cap. 20. Item, 2. Philipp. *cum Gallicis & lacerna cucurristi.* Flau. Con. cap. 20. Itẽ, 2. Philip. *inde Cisio ad vrbem aduectus*, Beroal. Annot. cap. 64. Item, Orat. 1. Philipp. de *verbo Græco, quo in sedandis discordijs vsa Athenæ*, Beroald. Annot. cap. 61. Item, Philipp. 6. de *lano medio*, Scoppa. Coll. cap. 2. Item, Philipp. *Qui ad illud scelus sectionis audaret accedere.* Beroal. Annot. cap. 85

Cicero in Pisonem: *Prætereq; duos de lapide emtos*, Pius Annot. prior. cap. 10. Item, in Pisonem: *Sex Cladiatores iudex iussit facere, & prætextatum voluptatis causa passus est*, Vitell. c. 22.

Cicer. pro Plancio: *quo diuisore corrupta sit*, Beroal. Annot. cap. 91. Item, pro Plancio bis ter tentatus. Sabel. Obseru. Itẽ, pro Plancio: *Ne ego aliquid de theatri misericordia causa dicerem.* Nann. Misc. 7. cap. 9.

Cicer. pro Roscio: *te Fanni a tuis subsellijs testem sisti iubebo*, Vitell. cap. 23. Item, pro Roscio Amerino bis ter tentatus. Sabell. Obseru. Item, pro Roscio Amer. *minorem annis sexaginta e ponte deiecerit.*

Beroald. Annot. cap. 6. Item, pro Roscio Amer. LV. *millia passuum visus pervolauit*, Beroal. Annot. cap. 64. Item, pro Roscio Amer. *Eosdem fere fecisse fuisse honorum & colorum*, Beroal. Annot. c. 85. Item, pro Roscio Amer. *Neq; accusatore muto, neq; teste quisquam vititur, eo quod accusatoris subsellio surgit*, Vitel. cap. 23. Itē, pro Roscio Amer. *Literam illam, cui vos vsq; eo inimici estis, vt etiam calumniis oderitis, ita vehementer ad caput affigent*, Vitel. cap. 23. Item, pro Amerino. *hæc conficta a Poetis, vt effictos nostros mores in alienis personis*, Scoppa Coll. 1. cap. 25. Item, contra Rull. *Curiata tantum auspiciorum caussa remanserunt*, Nann. Misc. 10. c. 6. Item, pro Sextio ter quater sollicitatus. Sabell. Obseru. Item, pro Sextio: *per tribunum aliquem & sexcentas operas*, Beroal. Annot. c. 91. Item, pro P. Sulla bis sollicitatus. Sabell. Obseru. Item in Vatin. *De quibus duos prætextatos sedentes vides, te Ædilitiam prætextam in toga, &c.* Vitel. cap. 22. Cice. 3. in Verr. *Si lex ampliandi faciat potestatem*, Beroald. Annot. cap. 51. Item, lib. 3. in Verr. *Digitum tollit Iunius patruus*, Calder. Obseru. l. 3. c. 3. Item, 4. Verr. *Dicas fortunarum Syracusis ipse edixerat*, Nann. Misc. 9. cap. 7. Item, 6. Verr. *Habe Canephoras*, Beroal. Annot. cap. 63. Item, in Verr. *Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcerrime factum Victoriæ*, Parth. epist. 57. Item, in Verrem. *Circum pedes homines formosos & literatos esse dicebat*, Calder. Obseru. lib. 3. cap. 1. Pius Annot. pr. cap. 1. Item, lib. 1. Diuinat. *de talorum quatuor iactu*, Beroald. Annot. cap. 27. Item, lib. de Diuin. *Altis auibus dextra, aliis leua datū est, &c.* Beroald. in Seru. parag. 46. Item, lib. 2. de Diuinat. *Optimum auspicium, si sinistrū*, Beroal. in Seru. paragr. 20. Item, lib 2. Diuin. *Error memoriæ, tribuentis Agamemnoni verba Vlyssis*, Polit. cap. 53. Misc. Item, lib. 2. Diuin. de *Ato loquente*. Beroald. Annot. cap. 27. Item, 2. Diuinat. *quidam in porticu Catuleas clamitabat*, Beroal. Annot. cap. 69. Item, 1. Finium: de *Ennii Medea*, Polit. Misc. c. 27. Item, lib. 2. de Finib. *accipensere cum decumano*, Beroal. Annot. app. cap. 5. Item, lib. 2. de Finib. *Tanquam de nartheeio promant.*

Beroal. Annot. app. cap. 6. Itē, de Leg. de *sacris nocturnis*, Polit. Misc. c. 10. Item, lib. 1. de nat. Deor. de *M. Octauio deferente sitellam*, Beroald. Annot. cap. 53. Itē, lib. 2. de Natur. Deor. *Penus est omne quo vescuntur homines*, Beroal. in Seru. parag. 16. Item, lib. 1. Offic. *Contra officium est, maius damnum anteponi minori*, Scoppa Coll. 1. cap. 8. Item, lib. 1. Offi. *Nisi iniuria lacessitus*, Scoppa Coll. 1. ca. 9. Item, lib. 1. Offic. *Thermopylis Leuclrus. Hinc sunt Cocles, hinc Decii, &c.* Parrh. ep. 17. Item, lib. 1. Offic. in *Strato*, emendatus. Sabell. Obseru. Item, 1. Offic. *Aut lege, aut consuetudine, &c.* Nann. Misc. 9. c. 9. Item, 1. Offic. *Cum perfectis pleneq; sapientibus sed cum his, cum quibus præclare agitur, si sint simulacra virt.* Nann. ibid. Item, 1. Offic. *Erranti comiter viam commonstrat*, Nann. Misc. 9. cap. 9. Item, 1. Offic. *Prohibere aqua profluente, &c.* Nann. ibid. Item, 1. Offic. *O domus antiqua, &c.* Nann. ibid. Item, lib. 2. Offic. *Orestis nuper prandia in semitis decuma nomine*, Beroald. Annot. app. cap. 11. Item. 2. Offic. *Viris ad medium Ianum sedentibus*, Nann. Misc. 4. cap. 13. Item, 2. Offic. *Qui semper aliquid inquirunt*, Nann. Misc. 9. cap. 10. Item, 2. Offic. *Omnisq; opinio ad eam sem traducenda*, Nann. ibid. Item. 2. Offi. *& barbarū & stigmatian.* Nann. ibid. Item, 2. Offic. *L. Crassus non aliunde mutuatus est, &c.* Nann. Misc. 9. cap. 10. Item, 2. Offic. *A maiorib. in toga dignitatis principatus.* Nann. Misc. 9. cap. 10. Item, lib. 3. Offic. *In quo media officia compareant*, Nann. Misc. 9. cap. 11. Item, 3. Offic. *Fas est cum vtilitatis ratione comparari*, Nann. Misc. 9. cap. 11. Item 3. Off. *Qui quicquid sibi dare facere oporteret*, Nann. ibid. 3. Offic. *Omnium hereditates posse conuerrere*, Nann. ibid. Item, 3. Offic. *Fide sacratum tu perperam falleret*, Nann. ibid. 3. Offic. *Quod autem affirmate quasi, &c.* Nann. ibid. 3. Offic. *Et quit per indulgem in patrem*, Nann. ibid. 3. Offic. *Quid tertium? bene vtire.* Nann. ibid. Item, 3 Offic. de C. Mario. *Omnibus vicis statua facta sunt ad eum thiu & corei*, Parrh. ep. 57. Itē, lib. 2. Acad. quæst. *Eadem illa ars quasi Penelopes telam texuit, &c.* Scoppa Coll. 1. cap. 32. Item, lib. de Senect. de *sodalitatibus constitutis, Magna*

matris Ideæ sacris, Beroald. annot. cap. 8. Item, de Senect. de *Suada Medulla*, Polit. Misc. cap. 91. Item, Somn. Scipion. *Eritque cognomen tibi id per te partum, &c.* Robort. de Nomin. Item, 1. Tusc. *reliquum sic eiecit vt id resonaret, &c.* Parrh. epist. 36. Item, lib. Tusc. *Ergo hoc potuit Samnis spurcus homo, &c.* Cruc. cap. 18. Item, lib. 5. Tusc. de *Italicis bis in die fatuis*, Beroal. in Seru. paragr. 24. Item, in Bruto: *Historia ficta mendosior laudationibus funebribus, &c.* Robort. de hist. facult. Item, in Bruto, de *Suada*, Polit. Misc. cap. 91. Item, lib. de claris Oratoribus. *Cæsar sanos quidem homines a scribendo deterruit*, Flor. Subc. 1. c. 2. Item, de opt. gen. Orat. *Æschines tanquam Æsernines, non (vt ait Lucilius) spurcus homo, &c.* Parrh. cp 60. Item, de Oratore: *Quasi per transennã adspeximus*, Beroal annot. cap. 93. Item, lib. 1. de Orat. *Similis calceos Sicyonios attulisse*, Beroal. annot. append. cap. 18. Item, lib. de Oratore: *In versu vulgus si est peccatum, videt*, Flor. Sub. 2. cap. 1. Item, lib 2. de Orat. *Erat historia annalium confectio &c* Beroald. in Seru. paragr. 12. Item, lib 2. de Oratore: *Ne in ratis quidem & casis solum tibi paternum*, Beroal. annot. c. 62. Item, lib. 2. de Orat. *Agas asellum*, Parrhas. epist. 50. Item. lib. 2 de Orat. *Quid Decius, nuculam an confixum vu faceret?* Parrh. epist. 50. Item, 3. de Oratore: *Cuius in labris Leporem habitasse dixerunt*, Polit. Misc. cap. 91. Item, lib 3. de Orat. *Magis laudari vnguẽtum quod terram quam crocum, &c* Beroald. Annot. c 62. Item, lib. 3 de Oratore: *Samnis in laudo ac rudibus cuiusis satis aspet*, Parrh. ep. 60. Item, 3 de Oratore: *Aut consuetudo sermonis quotidiani ac domestici*, Flor. Sub. 2. c 1. Item, 3 de Orator. *Cum audio sectum meam Latam, Planium mihi aut Naium videor audire*, Flor. 2. lib. Subc. c. 1. Item, 2 de Iuuent: *Illeque cũ agitur exceptionẽ aut addi oportere.* Nann. Misc. 9. c. 6. Item, 1. de Iuuent. *Ex hostibus equum emtum cuius præda sectione venierit*, Nann. Misc. 9 c. 2. Itẽ, lib 1. Rhetoric. *Ille nihilominus cistellam detulit.* Beroal. annot. ca. 53. Item, lib 1. Rhet. *Sed assumta cutraria re comprobatur.* Cruc. c. 11. Item, lib 1. Rhetor. *Portes disturbat*, Beroald. annot. cap. 6. Item, lib. 1. Rhet. *Actium postam compellauit in scena.* Cruc. cap 11. Item, lib. 2. ad Heren. *Semel tentatus*, Sabell. Obseru. Item, lib. 2. Rhet. ad Heren. de *Emmy Medea*, versa ex Græco Euripidis. Polit. Misc. c. 27. Item, 2. Rhet. de *Fortuna saxeo globo instãte*, Cruc. cap. 11. Item, 2. Rhetor. *Nemen eum dicimus, sæpe etiam cognomẽ intelligimus*, Robort de Nomin. Item, lib. 3. ad Heren. de *Testibus aristini*. Polit. Misc. cap. 62. Itẽ 3. Rhet. *Rem vbi pagunt, oratione pangunt*, Cruc. c 11. Item 3. Rhetor. *Per exercitus, classes, arma, tormenta, euocationes hominum, &c.* Cruc. cap. 11. Item, lib. 4. ad Heren. bis tentatus. Sabell. Obseru. Item, lib. 4. Rhetor. *In palæstrã quasi ad ardentes accipit celeriorem esse in cursu*, Beroal. annot. app. c. 18. Item, 4. Rhetor. *Per consequentiam significatio fit*, Scoppa Coll. 1. c. 19. Item, lib. Partit. *Quod est litera de accusatore solet dari iudici*, Nann. Misc. 9. cap. 4.

D.

Didymus Grammat. de *necessitate Dimodea*, Pius annot. post. c. 1.

Diodor. libr. 1. *A pascophoris præcones soli, &c* Pius annot. post. c. 96. Item, lib 5. de *decimis Herculi oblatis*, Beroal. annot. c. 11. Item. lib. de *Nysa quæ numen dedit Dionysio*, Beroal. in Seru. parag. 37.

Diomed. Grammatic. de *Xerxe, cuius aduentu nemo ex de iuuentute est quæ solitus erat chorus virginum Diana Caryatis hymnum canere*, Parrh. ep. 55.

Dio. Cass. libr. 30. de *Augurio salutis*, Polit. Misc. cap. 13.

Dion Cassius lib. 37. de *Nominib. dierum, cur Planetis assignata*, Polit. Misc. c. 8. Item, lib. 37. *Inuentum fuit Ægyptiorum septenario numero dies includere, eorumque singulis singulis syderibus assignare*, Parrh. epist. 63. Itẽ, lib. 43. de *Camelopardali*, Polit Misc. cap. 3 Item, libr. 47. de *cursu equorum ipsis Cerialibus*, Polit. Misc. cap. 85. Item, lib. 47. *De pileo & pugnaculis duobus in numismate Bruti*, Polit. Misc. ca. 70. Item, lib. 53. de *Pyriaterio* Agrippæ. Polit. Misc. cap. 38.

Dionysii interpres, Priscianus Polit. Misc. cap. 9.

Dionys. Halic. lib. 1. Antiq. de *venditione liberorum*, Nann. Misc 10. c. 5. Item, Halic. libr. 9. de *Comitiis tributis popularibus*, Nann. Misc. 10. c. 6. Item Halic. de *Luco Iouis Indigetis*. Sabell. Annot. in Plin. lib. 3. cap. 5. Item, Halic. lib. 1. de *Argaeis*. Beroal. annot. cap 65. Item, Halic. lib. 1. & 2. de *Canephoris*, Beroal. annot. cap. 63. Item, Halic. lib. 2. de *Ductibus Curiarum factis sacrificulis*, Beroal. annot. c. 51. Item, Halic lib. 14. de *Amphyctionico cōcilio*, Beroal. annot. cap. 67. Item, Halicarn lib. de Interpret. de *Choliambo*, Polit. Misc. cap. 64.

Dioscorides de Prœti filiabus furentibus, Polit. Misc. cap. 50.

Doleti arrogantia deridetur, Florid. Sub. 1. cap. 2.

Domitius Cald. reprehēs. in *asse Mineruali* Iuuenalis. Polit. Misc. c. 21. Itē, in *Echo Græcula* Martialis, Polit. Misc. cap. 22. Item reprehensus in explicat. Sat. 5. Iuuenal. *tanquam habeas tria nomina*, Polit. Misc. cap. 31. Item, repreh. in *cambre repetita* Iuuenalis, Polit. Misc. cap. 33. Itē, reprehēs. in *Pytismate* Iuuenalis. Polit. Misc c. 38. Item, repreh. circa Martialis *aram frequentem cornibus*, Polit. Misc. ca. 52. Item, repreh. in *gemino cornu* Martial. Pol. Misc. cap. 56. Item, repreh. in Ouid. Ibide: *in equo est elisus guttur acerno*. Polit. Misc. c. 75. Domitius quater taxatus in explicatione aliquot locorū Ouidii in Ibin. Abstem. Annot. cap. 1. 2. &c. Item, notatus in *Broteo*, Parrh. epist. 9. Item, notatus in *Conditore historiæ non profecturæ*, Parrh. epist. 9. Item, notatus in Ibide Ovid. *Aut vt Acarnides, &c.* Parrh. ep. 46. Item notatus in Martial. 6. ep. 38. *Iulia tecta*, Parrh. ep. 57. Item, notatus in *Iulia templa Statii*, 1. Silu. 1 Flau. Con. c 63.

Donat. in Grammat. *Audio Secutorem Retiarium occidisse*, Pius annot. post. c. 88.

Doxopater de *Crocodilite*, Polit. Misc. c. 55.

E.

Sextus EMpyricus lib. 4. Pyrrh. de nominibus filiarum Præti, Polit. Misc. cap. 50. Idem de Euhemero, Polit. cap. 35. Ephorus, de Cimmeriis in Italia iuxta lacum Auernum. Beroal. ann. cap. 84.

Erasmus aliquoties protectus contra virulentiam Doleti. Flor. Subc. 1. cap. 2. Item contra rabiem Robortelli. Nann. Misc 8. c. 1. & viginti seqq. Notatus in *Laterem lauare*. Nann. Misc. 2. c. 16.

Eumen. Paneg. de *ara Misericordia Atheniensium*, Pius annot. post. c. 47.

Etymologicum in Κοτταβίζειν. Parrhas. epist. 36.

Etymologicon in Ὀδύσσευς. Scoppa Col. 1. cap. 32.

Euseb. lib. 1. hist. Eccl. *Hoc in Archiuis publicis Edissenæ ciuitatis*, Pius annot. post. cap. 121. Item lib. 1. hist. Eccl. *Abagarus Vehama filius Toparcha, &c.* Pius anno. post, cap. 122. Eusebii interpres lib. 4. Hist. Eccles. *Misso curione ad populum, iubet voce maxima*, Beroal. annot. ca. 51. Item, lib. 5 de Euang. præp. de *Cleomede pugile*. Flau. Con. cap. 55. Item, eod lib. *Simile quid Locris accidisse fertur*, Flau. Con. c. 56. Ibidem, *Eutycalem*, mutandum in *Euthymum*, Flau. ibid.

Eustathii 2. Odyss. de *Philyra adhibita ad nauticos rudentes*, Polit. Misc cap. 72.

Eustath, Odyss 3. de *Sciamachia*. Polit. Misc. cap 34. Item, de *Thespio Teuthrantis filio*, Polit. Misc. cap. 29.

F.

FEstus in *Argaeis*, Beroald. annot. cap. 65. Item, in *Atrium proprie est genus, &c.* Flau. Con. cap. 14. Item, in *Buteo, Sanqualis, &c.* Pius annot. post. c. 16. Item, in *Canephora*, Pius annot. prior. c. 9. Itē, de *Cimmeriis*. Beroal. annot. c. 84. Item, de *Cispio monte*, Beroald. annot. cap. 55. Item, in *Clunaclum*, Pius annot. post. ca. 197. Item, in *Diminutus capite*. Pius annot. post. cap 44. Item, in *Doliola*, Pius annot. post. cap. 11. Item in *Fertum* Pius annot. post. cap. 147. Item, in *Hasta cælibari*. Beroald. annot. cap. 1. Item, in *Heluacea*. Scoppa Coll. 2 cap. 1. Item, de *Histrionum* deriuatione, Beroal. annot. cap. 89. Item *Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem*, Pius anno. prior. cap. 10. Item, in *Lautia* Beroal. annot. ca. 52. Item, in *Mamertini*, Pius annot. post. cap. 31. Item, *Manticularum vsu pauperibus in nummis recondendis*, Pius annot. post. cap. 111.

Festus de *Manio cõseratore luci Aricini Dianæ*, Beroal. Annot. cap. 45. Item in *Ordinarius homo*, Pius Annot. post. cap. 190. Item, in *Panora*, Beroal. in Seru. paragr. 16. Item, in *Præde*. Beroal. Anno. c. 96. Item, in *Quercero*, Beroald. Annot. cap. 76. Item, in *Scortei*, Polit. Misc. cap. 62. Item, in *Sectio*, Beroal. Annot. cap. 85. Itẽ, in *Sectores*, Nann. Misc. 9. c. 2. Item, *Sepulcra antiqua in puteorum morem excauabantur*, Scoppa Coll. 1. cap. 28. Item, in *Solitaurilia*, Beroald. Annot. cap. 50. Item, de *Spectione Augurũ*, Beroal. Annot. cap. 44. Item, in *Tibiæ dextræ ac sinistræ*, Nann. Misc. 1. cap. 6.

Firmic. lib. 2. *Mors illi per gonorrhœam infertur*. Pius Annot. post. cap. 123. Item, lib. 2. *Scio hoc in loco Mercurium Psephodectan sæpe fecisse*, Pius Annot. post. c. 91. Item, lib. 6. *Gonorrhoicas mortes efficiet*, Pius Annot. post. cap. 123.

Flor. lib. 4. cap. 6. bis emendatus, in voce *consalutant*. item, in, *non ingemiscat; cum*, Egnat. Racem cap. 4.

Frontin. lib. 2. *Metellus in Hispania aduersus Herculem*, legend. *Herculeium*. Pius Annot. post. cap. 76. Item, lib. 3. *Tanquam Cæsarianus tribuni cornicularius*, Pius Annot. post. cap. 77.

Fulgent. lib. 1. *Ornatus petax habendi insatiata*, Pius Annot. post. cap. 97. Item, lib. 1. de nominib. equorum Solis, *Erythræus, Æthon, Lampos, Philogeus*. Pius Annot. post. cap. 97. Item, lib. 1. *Omnis vita potentia petax in aspectum sui, &c.* Pius Annot. post. cap. 97. Item, lib. 2. *Sibi eentum equites primus omnium acquisiuit*, legend. *adsciuit*. Pius annot. post. ca. 97. Itẽ, lib. 3. Myth. de *Myrrhæ fabula*, Pius Anno. post. c. 165. Idẽ, de *Suggrundariis infantum*, Beroald. Annot. cap. 29.

G.

Theodoro Gadæo, *vnde cognomen*, Beroal. Annot. cap. 79.

Galen. lib. 2. ὑγιεινῶν, de *Sciamachiis*, Polit. Misc. cap. 34. Item, lib. 2. in enarrat. sentent. Hippocr. *Porrumq; mandens, nec non adhibens Zuthum, &c.* Pius Annot. post. cap. 161.

Gauradæ Græci versus, in quibus *recantat Echo*, Polit. Misc. cap. 22.

Theodori Gazæ laus. Parrh. ep. 60.

Teod. Gaza repreh. in Problemate Aristotel. de *Melancholicis*. Polit. Misc. c. 90. Item in *Iynge*. Pius Annot. post. cap. 2.

Gaza adiutus in versione librorum Aristot. de *Animalibus, interpretatione Tapezuntii*. Polit. Misc. cap. 90.

Gellius de errato Ciceronis, *ponentis Aiacem pro Hectore*, Polit. Misc. cap. 53. Idem reprehensus in illo Virg. *Munera lætitiamque Dei*. Parrh. ep. 33. Item, reprehens. ad illud Virg. 6. *Tua postuma proles, &c.* Parrh. 34. Item lib. 1. cap. 9. *Quadra atque verbo appelletur κατὰ σύστοιχον*. Flauius Con. cap. 81. Item, lib. 1. cap. 21. *Iouem lapideum paratus sum iurare*, Pius Anno. prior. cap. 10. Item, lib. 2. de *Aspiratione literæ h*. Polit. Misc. c. 19. Item, lib. 2. de *Ventis illustratus*, Flor. Subc. 2. c. 5. Item, lib. 2. *Nostri nam q. Galli ventum ex suaterra flantem, &c.* Flau. Con. cap. 15 Item, lib. 2. cap. 22. *Horatianus ille Atabulus*. Beroal. Annot. c. 54. Item, lib. 2. cap. 22. *Carmen molici Poetæ*, Beroald. Annot. cap. 58. Item, lib. 2. c. 23. *Diomedis arma & Glauci non dispari*, Beroal. Annot. cap. 48. Item, lib. 2. cap. 24. *Antiquorum mutuarent, &c.* Scoppa Coll. lib. 2. cap. 10. Item, 2. cap. 24. *Quicquid esset natum e terra, vite, arbore*, Scoppa ibid. Item, lib. 2. cap. 24. *Huius legis Lælius Poeta meminit, &c.* Scoppa ibidem. Item, lib. 2. *Illic ducam, vbi non despues*. Pius Annot. post. cap. 11. Item, lib. 3. *Vbi iste monebat esse, nisi eum nihil erat*, Flau. Con. c. 20. Item, lib. 4. c. 2. de *Myope quoq;, qui luscioso Latine dicitur, & ἀπὸ τοῦ μύειν, &c.* Beroald. Annot. c. 81. Item, lib. 5. de *Annalium atq; Historiæ differentia*, Beroald. in Seru. paragraph. 12. Item, lib. 5. *Auerruncus & Robigus*. Beroald. in Seru. parag. 80. Item, lib. 5. de *Veioue*. Beroal. ibidem. Item, lib. 6. c. 2. *Propter consequentia nodos*, Scoppa Coll. 1. c. 19. Item, lib. 6. ca. 16. de voce *Deprecor*, Flor. Subc. 1. cap. 5. Lib. 7. cap. 1. *In quem diem locumq; vadimonium promitti iuberet*. Nann. Misc. 9. cap. 6. Item, lib. 7. c. 17. *Plautus quoque quid esset Obnoxius nescivit?* Pius Annot. post. cap. 3. Item, lib. 7. *Cui cognomentum insano factum est, quoniam natura intractabilis,*

bilior. Pius Annot. post. cap. 113. Item, lib. 8. cap. 16. *Tria nomina Parcarum sunt, Nona, Decima, Morta*, Pius Annot. prio. cap. 3. Item, lib. 9. *Cum id ad Argæos*, Beroal. Annot. cap. 65. Item, lib. 10. de eis quæ terminantur in *Bundus*, Beroal. in Seru. paragr. 26. Item, lib. 10. ca. 11. de significatu verbi *Maturare*. Florid. Sub. 2. cap. 10. Item, lib. 11. cap. 2. *Cupidus, elegans, vitiosus, &c.* Pius Annot. post. c. 8. Item, lib. 12. cap. 6. *Ænigma de Termino*, Polit. Misc. cap. 36. Item, lib. 13. cap. 4. *A pictoribus Rhetoricisque antiquioribus*. Scoppa Coll. 2. cap. 10. Item, lib. 13. *Id commentos esse homines aruscatores, & cibū quæsumq; ex mēdaciis captantes*, Pius Annot. post. cap 59. Item, lib. 13. cap. 23. de *Manubiis*, Nann. Misc. 3. cap. 3. Item, lib. 14. cap. 1. *Disciplinam Chaldæorum, tantæ venustatis non esse*, Nann. Misc. lib. 1. cap. 7. Item, lib. 14. de *anno sexagesimo tertio climaterico*, Beroal. Annot. cap. 47. Item, lib. 14. ἐπὶ τῇ φάκῃ μύγον. Beroal. Annot. append. cap. 13. Item, lib. 15. cap. 1. *Montem Casium cōspicimus*, emendat *Cisium*, Beroal. Annot. c. 55. Item, lib. 15. de *diffissionibus dierum*, Polit. Misc. cap. 41. Item, lib. 15. cap. 17. *Cum ex generib. omnium suffragium ferātur, curiata comitia, &c.* Nann. Misc. 10. cap. 6. Item, lib. 15. c. 30. *Ad literarum disciplinas serius adeunt, &c.* Nann. Misc. 4. cap. 25. Item, lib. 16. c. 17. de *Atio Deo*, Beroal. Annot. c. 57. Item, lib. 16. Noct. cap. 18. *Speculum nihil imaginat*. Beroal. Annot. cap. 38. Item, libr. 17. cap. 16. *Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis vitiitare*, Beroald. in Plin. lib. 25. Item, lib. 18. *Patrieij Megalesibus nutitare*, Beroal. Annot. cap. 8. Item, lib. 18. c. 8. *In eo numero mansi, quo in maxima non est pars hominum, &c.* Nann. Misc. 4. cap. 25. Item, lib. 19. *Audio prænomina Patriciorum, &c.* Flau. Con. cap. 37. Item, lib. 20. c. 1. *Cum febri rapida & quercera*, Beroal. Annot. cap. 76. Item, lib. 20. c. 8. de *Æluorum oculis*, Beroal. Annot. cap. 56. Item, lib. 20. c. 11. *nihil cum amaracino sui*, Beroald. Annot. append. cap. 14. Item de Varronis Satyra *Sciamachia*. Polit. Misc. cap. 34.

H.

Hegesipp. lib. 5. *Augustus nomen imperii est, quod augeat suos, non quod alienos opprimat*. Scoppa. Coll. 1. cap. 9.

Heliodori locus libr. 10. Æthiopic. de *Camelopardali*, Polit. Misc. cap. 3.

Hephestion, de *Metris*, Polit. Misc. cap. 44. Idem, de *Spondæo quintæ sedis, Choliambi*. Polit. Misc. cap. 64.

Heraclitus Scotinus Epist. ad Hermodorum, de *Ephesiorum moribus*, Polit. Misc. cap. 51.

Herodian. lib. 1. de raptu *Ganymedis*, Pius Annot. post. cap. 98. Item, lib. 1. *De libellis e Philyra*, Polit. Misc. cap. 72.

Herodot. lib. 3. de *Solis mensa in Æthiopia*. Beroal. Annot. cap. 82. Item, Euterpe de *carnibus anserinis quibus vescebātur Sacerdo. Ægypti*. Beroald. Annot. cap. 5. Item, in Tetpsic. *de literis Cadmi*. Polit. Misc. cap. 39. Item, in Thalia, *Electri in Eridano nascentis fabula*, Flor. Subc. 1. c. 16. Item, lib. 8. de *face quam Vulcano per vices ferre cursores persuerant*. Beroal. Annot. app. cap. 18. Item, in Vran. de *duobus Parnasi cacuminibus*, Beroal. in Seru. paragraph. 33.

Heron in Pneumaticis, de *Automato*. Polit. Misc. cap. 97.

Hesiod. in Theogon. de *Vulcano ex sola nato Iunone*. Polit. Misc. cap. 89. Item, de eo, *qui a se, aut monitu aliorum sapit*, Pius Annot. post. cap. 22. Item, Opera & Dies, *toto dimidium plus*, Beroal. Annot. app. cap. 3.

Hieron. Præfat. in Biblia: de *Tantali fonte potantem*, Beroal. append. Annot cap. 1. Item, in Prologo Galeato: *quod ex ipsa phrasi probari potest*. Beroal. Anno. c. 78. Item, super Genesim: *Hic Libyus victor, victis Libyn nomen dedit, & Libyes a se vocauit, qui antea, &c.* Scoppa Coll. 1. ca. 22. Item, in lib. 3. Reg. *Nec lacythus olei minuetur*, Beroald. Annot. cap. 46. Item, in Epist. ad Ephes. *De munere Minerualí*, Polit. Misc. cap. 21. Item, de *Sportulis Saturnalium*, ibidem. Item, ad Ephes. de *Diana multimammia*, Polit. Misc. ca. 51. Item, lib. de instit. Monachi: *Lactātius quasi quidam fluuius Elequentiæ, &c.* Sabin. Subc. 2. c. 4. Item, Epist. ad Dardanum, de *Psalterij forma*, Polit. Misc. cap. 14. Item, Epist. contra Diaconum Sabinian. *Sic subantem te & lasciuientem.*

Beroal.anno.c.83. *Item*, Epist. ad Donnionem: *vt dicta eius soleant Curionum esse dicteria*. Flau. Con. cap. 63. Ead. Epist. *Vnorotatus gladij vtrunque perculere*. Flau. Con. cap. 69. *Item* epist. ad Eustath. de *cap face*, pro *lecytho*, Beroal. annot. c. 46. *Item*, lib. contra Heluidium: *Album an ater fuit, nescio*. Beroal. annot. c. 80. Item, contra Ioh. Hierosolymitanum: *Cimmerijs, sicut aiunt, tenebris inuoluta*, Beroal. annot. c. 84. Item contra Iouinian. libro 1. *Hierophantea quoq; Athenienses vsq; hodie cicutæ sorbitione castrari*, Pius anno. post. c. 51. Item, contra Iouinian. *Chalcæus quoq; illa filia Cleonis*, &c. Flau. Con. cap. 25. *Item*, lib. 1. contra Iouin. *Si hic secularis videtur verbis nouis & elegantibus: sed nemo scit præter me vbi me premat*. Pius annot. post. c. 118. *Item*, contra Iouin. *ad iura Apicij & Taxamij*, &c. Flau. Con. cap 86. Item, contra Iouinian. de *Aristomeno virginum duodecim defensore*. Ab Item. cap. 5. Item, lib. 2. contra Iouinian. de *Attagene*, Beroald. annot. cap. 3. *Item*, lib. 2. contra Iouinian. *Epicurum nostrum subantem in hortulis suis*, Beroald. annot cap. 82 Item, lib. 2 in Iouinian. *Crassus populus origo geometra scribitur ad cholerā vsq; ructasse*, Pius annot. post. c. 54. *Item*, Epist. ad Paulinum: *vt Gymnosophistæ & sirmossimum Solis mensam videret in fabula*, Beroal. annot. c. 82. Item, in vita Pauli Eremitæ: *confricti hominem tepido mixtum*, &c. Flor. Sub. 2. c. 6. Item, in Ruffin. *Manum petentis, & pedem porrigit*, Pius annot. post. c. 55. Item, Epist. ad Salutium. de *Attagene Ionico*, Beroald. annot. cap. 3. *Item*, Epist. ad Tranquill. *Originem propter eruditionem legendum arbitror*, &c. Sabin. Subc. 2. cap. 4.

Homer. lib. 2. Iliad. de *Menelao vltro veniente ad dapem*, Polit Misc. cap. 97. *Item*, lib. 3. Iliad. *Tydidem haud norim quærūnam in partibus esset, An socius Græcis, an miles in agmine Troum*. Nann. Misc. 7. cap. 6. *Item*, Iliad 6. de *permutatione Glauci ac Diomedis*, Beroald. annot. cap. 48. Item 4 Odyss. de *Nepenthe*, Beroald. annot. cap. 75. Item, lib. 10. Odyss. de *Elpenore qui astragalon fregerat*, Beroald. annot. cap. 27.

Horat. 1. Od. 1. *vt trahe Cypria Myrtoum secet mare*, Parrh. 339. pr. *Item*, lib. 1. Od. 2. *Omne cum Proteus pecus egit altos visere montes*, Cruc. cap. 6. *Item*, lib. 1. Od. *Impiumque murus hostile*, Scoppa, Coll. 1. cap. 28. Item, lib 1. Od. *Vanus & campus & area*, &c. Flor. Sub. 1. cap. 9. Item, lib. Od. *Sive reges, sive inopes erimus alieni*, Beroal. Annot. c. 17. *Item*, 1. Od. 22. *Oscinem cornium prece suscitato Solis ortu*, Pius annot. post. cap. 50. *Item*, lib. 1. Od. 34. *Thracum ne careat pulcra dies nota*, Cruc. c. 6 Scoppa Coll. 2. cap. 12. *Item*, lib. Od. *Impellunt animæ lintea Thraciæ*, Flor. Sub. 2. cap. 5. *Item*, lib. 1. Od. *Nympharum phlyra coronæ*, Polit. Misc. cap. 72. & Beroald. annot cap. 4. *Item*, lib. Od. *Nunc Thressa Chloen regit*, Cruc. c. 6. *Item*, lib. Od. *Seu malis vetita legibus alcæ*, Pius annot. post. cap. 72. *Item*, lib. 2. Od. *quem Venus arbitrum dicet bibendi*, Beroald. annot. cap 27. *Item*, lib. 2. Od. *Motis ingeret pauimentum superbo*, Parrh. epist. 36. *Item*, libr. 2. Od. *Cum tacta virgine Tantalus*, Polit. Misc. cap. 102. *Item*, lib. 3. Od. 8. *Occidit regum Cotyson agnus*, Egnat. Racem. cap. 14. *Item*, libr. 3. Od. 23. *Crat vel atra nube polum pater occupato*, &c. Nann. Misc. 6. cap. 9. *Item*, libr. 3. Od. 27. *Te neq; lenius vetet ire pecus neque cornix*, Beroald. in Serm. paragr. 46 *Item*, Od. libr. *Quod auarus vt terra premam*, Parrh. epist. 4. *Item*, Epod. de *Attagene Ionico*, Beroal. anno. c. 3. item, Epod. *Iamque sol arando, tentat cubilia*, &c. Beroald. annot. cap. 83. item, Epod. *Habebat hircum malo*, Beroald. annot. cap. 3. item, Epod. de *Corytijs*, Polit. Misc. cap. 10. item Epod. *Ventis iturus non suis*, Porrhas. epist. 35. item, de *Iudis secularibus*, Polit. Misc. cap. 38. item, libr. 1. Sat. *Quid iuuat immensum te argenti pondus*, &c. Nann. Misc 3. cap 25. *Ibid. Siretium non panis venales inter onusto*, &c. Nann. libro cap. 26. item, lib. 1. Sat. *Aliquantum Comœdia prisca virorum*, Flor. Sub. 1. cap 13. item, lib. 1. Sat. 1. *Lucilius ausus Primus in hunc operis componere carmina rem*, Flor. Sub. 1. cap. 15. item, 1. Sat. 1. v. 100. *Fortissima Tyndaridarum*, Nann. cap. 27. v. 108. *Nemon vt auarus*, &c. Nann. cap. 28. item, 1. Sat. 2. vers. 14. *Quinas hic capiti mercedes exigit*. Nann. Misc

Misc. lib. 4. cap. 1 f. item, 1. Sat. 2. *Nomina sectatur modo*, Beroald. annot. cap. 31. item, 1. Sat. 2. vers. 31. *Malle virtute esto inquit sententia, &c.* Nann. Misc. 3. ca. 29. item, 1. Sat. 3. vers. 25. *Cum tua perudens mala*, Nann. Misc. 3. cap. 30. item, libr. Sat. *nimen venas Permolere uxoret*, Beroald annot. cap. 97. item, 1. Sat. 4. vers. 87. *Prator eum qui prabet aquam*, Nann. Misc. 4. cap. 2. item, 1. Sat. 5. vers. 97. *Gnatia Lymphis iratis exstructa*, Nann. Misc. 4. cap. 3. item, 1. Sat. 6. *Et totum demisit pectore clamum*, Bart. Auct. cap. 34. item, 1. Sat. 6. vers. 59. *Non ego circum me Saturniano vellari rura caballo, &c.* Nann. Misc. 4. cap. 4. item, 1. Sat. 6. v. 99. *Nunc mihi curte ire licet mulo*, Nann. Misc. 4. cap. 5. item, lib. 1. Sat. *oppedere Iudeis*, Beroald. Annot. cap. 18. item, 1. Sat. 7. *Et frugi quod sit satis, hoc est, vt vitale putem*, Nann. Misc. 4. cap. 10 item, lib. 1. Sat. *Velut si qui Isaonis sacra ferret*, Beroal. annot. cap. 63. item, 1. Sat. 9. *Rapitur in ius clamor utrinque*, Nann. Misc. 10. cap. 1. item, 1. Sat. 10. vers. 12. *Defendente vicem modis Rhetoris atque Poeta*, Nann. Misc. 4. cap. 26. item, 1. Sat. 10. vers. 21. *O feriis studiorum!* Nann. Misc. 4. cap. 25. item, 1. Sat. 10. vers. 34. *Insanius, ac si Magnas, &c.* Nann. Misc. 4. cap. 10. item, 1. Sat. 10. v. 43. *Facta canit pede ter percusso*, Nann. Misc. lib. 4. cap 6. vers. 45. *Virgilio annuerunt Capna de rure Camana.* Nann. ibidem. item, 1. Sat. 10. vers. 43. *Pede ter percusso*, Nann Misc. 4. cap. 24. vers. eodem, *forte epos*, Nann. ibidem. Item, 1. Sat. 10 vers. 53. *Nil commis tragicis mutat Lucilius Attii.* Nann. Misc. 4. cap. 23. item, 1. Sat. 10. *Canusini more bilinguis*, Parrhas. epist. 37. item, *Nominibus certis expendere nummos.* Beroald. Annot. cap. 31. item, *Lento Samnites ad Lumina prima duello*, Cruc. cap. 18. item, *Accedas opera agro nona Sabino*, Beroald. Annotat. cap. 91.

Horat. lib. 1 Sat. *Quos terret Atabulus*, Beroald. annot. cap. 54. item, Sat vlt. de *Digito indice*, Polit. Misc. cap. 62. Item, Vade, vale, caue ne titubes. Beroald. in Seru. 49.

Horat. 2. Sat. 1. vers. 60. *O puer vt sis vitalis metuo.* Nann. Misc. 4. cap. 9. Item, lib. 2. Sat. *Integrum perdunt lino vitiata saporem*, Beroald. in Plin. lib 19. item, libro Sat. *Accipensere mensa infamis*, Beroald. annot app. cap 5. item, lib. 2. Sat. *feru est pronus, &c.* Beroald. annot. cap. 19. item, libr. 2. Sat. 2. *Vnctam conuiuis prabebit aquam*, Nann. Misc. 4. cap. 2. item, 2 Sat. 2. vers. 114. *Metalo in agello*, Nann. Misc 4 cap. 7. item, lib 2. Sat. 2. *Gula digna rapacibus Harpyis*, Beroal. annot. cap. 19. item, 2. Sat. 2. vers. 281. *Libertinus erat qui circum compita, &c.* Nan. Misc. 4. cap. 11. item, 2. Sat. 6. vers. 4. *Vt propria hac mihi munera fuxis*, Nann. Misc 4. cap. 8. item, lib. 2. Sat. 3. vers. 18. *Res mea lautum ad medium fracta est*, Beroald. annot. cap. 20. Nann. Misc. 4. cap. 13. Scoppa 1. Coll. cap. 2. item, libr. 2. Sat. 3. vers. 117. *Vnde oblo ginta annos natus*, Beroald. annot. cap. 21. item, lib. 2. Sat. *Gaudent prænomine molles auricula*, Robort. de Nomin. item, 2. Sat. 7. vers. 62. *Mutat ve loco peccat ve superne*, Nan. Misc. 4. cap. 12. item, 2. Sat. 7. *Verturnus quotquot sunt natus iniquis*, Pius annot. post. cap. 33. item, 2. Sat. 8. *Vt Attica virgo cum sacris Cereris*, Pius annot. prior. cap. 9. item, 2. Sat. 8. *Naso suspendis adunco*, Calder. Observ. lib. 3. cap 7. item, libr. 2. Sat. *Mitteret in pyrgum talos*, Beroald. annot. cap. 22. item, lib. *Empedocles feruentem frigidus Ætnam insiluit*, Florid. Sub. 3. cap. 4.

Horat. lib. 1. Epist. 1. vers. 54. *Hac Ianus summus ab imo perdocet*, Nann. Misc. 4. cap. 13. Beroald. annotat. cap. 20. Scoppa 1. Coll. cap. 2.

Horat. 1. Epist. 1. vers. 62. *Tuorum Nania, quaregnum, &c.* Nann. Misc. 4. cap. 16.

Horat. 1. Epist. 2. vers. 11, *Paris, vt solus regnet viuatq; beatus, cogi posse negat.* Nann. Misc. 4. cap. 14.

Horat. lib. Epi. 2. *& Circes poculo nosti*, Scoppa Coll. 1. cap. 32.

Horat. 1. Epist. 2. vers. 35. *Si nolis sanus curres hydropicus*, Nann. Misc. 4. cap. 15. Item. 1. Epistol. 3. vers. 4. *An freta vicinas intercurrentia turres*, Nann. Misc. 4. cap. 17. Item, 1. Epist. 5. vers. 1. *Archaici comitis recumbere lecti*, Nann. Misc. 4. cap. 18. Item, libro 1. Epistol. *Laudare vtroque pollice*, Polit. Misc. cap. 42.

Item, *Dilue Helleboro crimen bilarq; meraco*, Pius Annot. post. cap. 87. Item, libr. *Iocularia ridens Percurram Paulum*, Parrh. ep. 59. Item, lib. 1. Epist. *Et cogat trans pondera dextram porrigere*, Flor. Sub. 1. cap. 11. Item, lib. Ep. *Sponsi Penelopes*, Scoppa Coll. 1. c. 32. Item, 1. Epist. 6. *Et quæ pars quadrat acernum*, Beroal. Anno. app. c. 9. Item, lib. 1. Epist. 6. v. 39. *Cappadocum rex*, Beroal. Annot. c 17. Item, lib. 1. Epist. 6. v. 59. *Si fortunatum species & gratia præstet*, Nann. Misc. 4. c. 19. Item, lib. 1. Epist. 6. v. 65. *Mimnermus uti censet*, Nann. Misc. 4. cap. 20. Item, 1. Ep. 6. de *Scandela*, Polit. Misc. cap. 91. Item, lib. 1. Epist. 7. v. 6. *Designatore decorat lictoribus aptis*, Beroald. Annot. cap. 16. & Nann. Misc. lib. 4. c. 21. Item. lib. Epist. *Vilia vendentes tunicate scruta popello*. Parrh. 871. fol. Polit. Misc. cap. 30. Item, 1. Epist. 10. v. 48. *Digna sequi potius quam ducere iussa*, Nann. Misc. 4. c. 22. Item, lib. 1. Epist. *Premunt olidæ connubia capræ* Beroal. annot. c. 13. Horat. *In neutram partem cultus miser*. Cruc. cap. 12. Item, libr. 1. Epist. *Tritis attollere curat Fraccho crure planum*. Beroal. Annot. cap. 12. Item, 1. Epist. 17. de *Chlamyde texta Mileti*, Polit. Misc. cap. 16. Item, 1. Epist. 18. *Pausiaca torpes insane tabella*, Beroald. in Plin. libr. 21. Item, 1. Ep. 19. v. 6. *Laudibus arguitur vini vinosus Homerus*, Nann. Misc. 4. cap. 25. Item, Epist. vlt. de *Festis quinquatribus*, Polit. Misc. c. 21. Item, lib. 2. Epist. *Clusius ratione ruentis acerui*. Beroal. Annot. app. c. 9. Item, lib. 2. Epist. 2. *qui zonam perdidit*, Beroal. Annot. c. 15. Item, lib. 2. Epist. *albus & ater*, Beroal. Anno. c. 38. Item, lib. 2. Epist. *Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ*. Florid. Subc. 2. c. 3. Horatii locus, de *Panthera confusa camelo*, Polit. Misc. c. 3. & Beroal. Annot. cap. 14. Item, in Arte. *Orpheus dictus ob hoc lenire tigres, &c.* Flor. Subc. 3. c. 7. Item, Arte Poet. *Cur acquirere pauca, si possum invidear*. Flau. Con. cap. 82. Item, Arte: *Leges incidere ligno* Scoppa Coll. 1. c. 14. Item, in Arte: *Moratæq; recte validius ebellat populum*, Robor. in lib. de Rhetor. Itē, lib. .. *Deriſor vero plus laudatore movetur*. Nann. Misc. 1. c. 8. Item, de arte: *Mox etiam agrestes Satyros nudauit, &c.* Flor. Subcis. 1. cap. 15. Item, *Ambiguam tollere nota Salomina futuram*, Cruc. cap. 4. Item, in arte: *Si sciat infernos cere mendaci verumq; beatus amicum*, Nann. Misc. 3. c. 23. Item, Arte: *Moratæque recte fabulæ*. Nann. Misc. 3. cap. 24. Item, arte Poet. *Nihil interfit Dauusne loquatur, an audax Tythias, &c.* Parrh. Ep. 4. & Cruc. cap. 6. Item, in arte: *Tyrtæusq; mares animos in Martia bella versibus exacuit*. Flor. Subc. 3. c. 10. Item, Arte. *Ignotum tragica genus inuenisse Camænæ dicitur Thespin*, Flor. Sub. 1. cap. 15. Item, Arte: *Nomen Iambeis senos redderet ictibus*, Nann. Misc. 4. cap. 24. Item, Arte Poet. *Quin elegos emiserit auctor Grammatici certant*. Cruc. c. 6. Flor. Sub. 1. c. 15. Item, arte: *Difficilis, querulus, &c.* Beroal. in Seru. paragr. 28.

Hyginus in Aquila, de *Meropis in aquilam versis, a quo dicti homines Meropes*, Flau. Con. c. 60. Item, in Arctophylace: *cum Iasione Electræ filio concubuisse*, Flau. Con. c. 11. Item, de *Canone Mathematico*, Beroald. in Seru. paragr. 43. Item, in Capricorno: *Dianam altero simulete*, Flau. Con. c. 72. Item, in Equi signo: *Euripides Euippen Chironis filiā dicit*, Parrh. Ep. 7. Item, de *Icari: vire vino pleno circa quem foda.. eius salirent*, Beroal. in Seru. paragrapho 55. Item, *Instituerūt currere lampadem iactantes*, Beroal. annot. app. c. 18. Item, in Leone: *Quo voto damnatum crimen in Veneris Arsinoes confinitis*, Flau. Con. cap. 71. Item, de *Pantecterore*, Polit. Misc. cap. 28.

I.

IVuen. Sat. 1. *Nunquamne reponam*, Scoppa Coll. 1. ca. 26 Parrh. Ep. 23. Item, Sat. 1. *Lucus Martis, & Aelii vicinum rupibus antrum*, Egnat. Racem. c. 6. Flau. Con. c. 29. & Parrh. Ep. 2. Item, Sat. 1. *Frontem platani conuulsaq; marmora clamant*. Parrhas. Ep. 23. Item, Sat. 1. *conuulsaq; marmora clamant, & assiduo ruptæ lectore columnæ*, Egnat. Racem. cap. 6. Item, Sat. 1. *assiduo ruptæ lectore columnæ*. Parrh. ep. 23. Item, Sat. 1. v. 26. *Cum pars Nasicæ plebi*. Flau. Con. c. 30. Item, 1. Sat. v. 106. *Crepitat Concordia nido*, Polit. Misc. cap. 67. Item, Sat. 1. v. 116. *Quæq; salutato crepuit Concordia nido*, Flau. Con. c. 53. Itē. Sat. 1. *Criminib. debent hortos*, Beroal. Ann. c. 30.

Item,

Item. Sat. 1. v. 157. *Et latum media sulcum deducat arena*, Flau. Con. cap. 48. Item, 1. Sat. v. 130. *Ægyptius atq; Arabarches*, Pius Annot. post. cap 93. & Flau. Con. cap. 49. *Item*, 2. Sat. v. 13. *Caduntur tumida medico ridente marisca*, Pius Annot. post. cap 101. Item, Sat 2. v. 47 *Illos defendit numerus iunctaq; umbone phalanges.* Parrh. epist. 20. Item. Sat. 2. *Coronata caput ostendebat aselli*, Scoppa Coll 1. co. 27. Item, 2. Sat. v. 57. *Horrida qualefacit residens in codice pelles*, Parrh. ep 22. Item, Sat. 2. *Supercilium obliqua producit acu.* Flau. Con. cap 66. *Item*, Sat 2 v. 97. de *Bapta & Cotytto*, Polit. Misc. c. 10. *Item*, 2. Sat. v. 98. *per Iunonem iurare*, Polit. Misc. ca. 89. & Parrh. ep. 23. *Item*, Sat, 2 fine: *Mittentur bracea, &c.* Beroal. anno. c. 33. Ité, Sat. 3. *Translatus ad Marsos, mensamque Sabellam.* Beroald. annot. c. 32. Item, Sat. *ad quam Gorgoni delapsa est penna caballi*, Parrh. ep. 24. Item, Sat. 3. *si rectum minxit amicus: si trullo inserta crepitum dedit aurea fundo*, Parrh. ep. 36. Item, Sat. 3. *Gymnasia transi. &c.* Parrh. ep. 24. Item, Sat. 3. *facinus maioris abolla*, Parrh. ep. 24. Item, Sat. 3. v. 296. *De Trosuchia*, Polit. Misc. cap. 30. Item, Sat. 3. *E me quoque ad Eluinam Cererem*, Scoppa coll. lib. 2. cap. 1. Item Sat. 4. *iam quartanam sperantibus aegris*, Flau. Con. cap. 17. Item, Sat. 4. *De fratercolo Gigantum*, Polit. Misc. cap. 18. Item, Sat. 5. *tanquam habeas tria nomina*, Polit. Misc. cap. 31. & Flau. Con. cap. 66. Item, Sat. 5. v. 23. *se frigida circumagunt pigri sarraco Bootæ*, Parrh. epist. 1. item, sat. 5. *vos anguillæ manet longa cognata celebra*, Flau. Con. cap. 18. item. sat. 5. *Et circumducto vehitur per rura phaselo*, Pius annot. prior. cap. 9. item, sat. 6. *Tot premit ordinibus, vt adhuc compagibus eltis Ædificat caput*, Parrh. ep. 57. pa. 2. item, sat. *antiquæ quæ proxima surgit ouili*, Beroal. in Seru. para. 38. item. sat. 6. *post hunc radentur tubera*, Calder. obser. lib. 3. cap. 6. item, sat. 6. *Thebeium in circo positum est & vinaggere fatum*, Parrh. ad Cic. Mil. 832. m. item, sat. 6. *& pinguia popeana spirat.* item, sat. 6. *totum Oenophorum filium, &c.* Parrh. epist. 26. item sat. 6. *Cum sit turpe magis nostris nescire Latine*, Flor. 2. lib. sub. cap. 1. item, *De pollice verso*, Polit. Misc. cap. 42. item, sat. 6. *consulit ante phalas Delphinorumque columnas*, Parrh. epist. 28 item, sat. 6. *Tandem aperit vultum & tectaria prima reponit*, Barr. Auct. cap. 73. item, sat. v. 241. *filiolam producere*, Parrh. epist. 27. item sat. 6. v. 259. *quarum delicias vel pannicula Bombycinus vrit*, Beroal. in Setu. gararag. 55. item, sat. 6. v. 295. *hinc fluxit ad Istros & Sybaris colles*, emend. *ad istos*, Polit. Misc. cap. 15. Parrh. ep. 28. item, sat. 6. v. 340. *cophino fœnoq; relicto Arcanam Iudæa, &c.* Parrh. ep. 18. item, sat. 6. v. 349. *rimabitur exta catelli*, Parrh. ep. 18. item, sat. 6. *nec historias sciat omnes*, Parrh. epist. 20. item, sat. 6. v. 550. *faciat quod deferat ipse*, Parrh. epist. 18. item, sat. 6. De Messalina: *Dormire virum cum senserat vxor, &c.* Flor. sub 3. c. 5. item, sat. 6. *Et nigrum flauo crinem abscondente galero*, Flau. Con. cap. 44. item, sat. 6. *Transcet supposito, & gaudia votaque sæpe ad Istrcos decepta lacus*, Parrh. epist. 28. item, sat. 6. *prægustat pocula pappas*, Parrh. epist. 28. item, sat. 6. *Sed clamat Partia fraci, &c.* Parrh. ep. 28 item, sat. 6. *facinus tamen ante peregi*, Parrh. epist. 28. item, sat. *De littore Cretæ Passiua, &c.* Beroal. in Setu. para. 54. item, sat. 7. *cumbra repetita magistro*, ita retinet contra *Crambe* Politiani, Scoppa. coll. lib. 2. cap. 2. item, sat. 7. *Cucuebat scribendi*, Polit. Misc. cap. 46. item, sat. 7. *cum fregit subsellia versa*, Parrh. ep. 23. item, sat. 7. *condita pyxide Lydæ*, Polit. Misc. cap. 46. item Beroal. annot. cap. 34. item, sat. 7. *solum Raffati pone lacertæ*, emendat: *tu si sapone*, Beroald. annot. cap. 31. item, sat. 7. v. 87. *intactam Paridi nisi vendat Agauen.* Parrh. ep. 4. item, sat. 7. v. 154. De *Crambe repetita*, Polit. Misc. cap. 43. item, sat. 7. v. 160. *nil fallit Arcadius iuuenis*, Scoppa coll. 1. cap. 27. item sat. 7. *& cum se verterit annus*, Vitell cap. 28 item, sat. 7. *dubium grandi cum codice nomen*, Beroald. annot. cap. 31. item, sat. *Zonam laua morsuque tenebit*, Beroald. annot. cap. 15. item, sat. 8. v. 32. De *Nano* quodam nomine *Atlante* insigni, Polit. Misc. cap. 23. item. sat. 8. *Non quæ ventosa conducta sub aere texit*, Flau. Con. cap. 13. item, sat. v. 139. *Syrophœnix vdus amomo*, Pius annot. post. cap. 93. item, sat. 8. *quid enim resinata iuuentus*,

Pius annot. prior. cap. 1. Item, Sat. 8. v. 212. de *Corybouis & simia parricidarum*, Polit. Misc. c. 20. Item, Sat. 8. *inscriptaque linteа vadit* Flau. Con. c 47. Item, Sat. *Trudebat sibi quisque Deus*, Beroald. in Seru paragraph. 24. Item, Sat. 9. *Fanum Isidis & Ganymedem Pacis, &c.* Flau. Con. cap. 74. Item, Sat. 9. ver. 101. *Occultumve teges vt cuncta Martis*, Beroald. annot. c. 35. Item, Sat. *atque ebore & lata testudine*, Beroald. annot. ca. 36. Item, Sat. 9. *vno digito scalpere caput*, Polit. Misc. cap. 7. Item, Sat. 10. *Famosos Equitum cum Dictatore magistros*, Cruc cap 5. Item, Sat. 10. ver. 194. *vbi pandit Tabracha saltus*, Beroald. in Plin. lib. 5. Item, Sat. 10. de *Mine na vno asse parta*, Polit. Miscell. ca. 21. Item, Sat. 11. ver. 30. *nec enim loricam posci Achillu Thersites*, Flau. Con. cap. 31. Item Sat. 11. *& magno cum pisciu posce Latine*, Florid. Subc. 2. cap. 1. Item, Sat. 11. *Dominatas, nostraque ex arbore mensas*, Beroald. annot. cap. 41. Item, Sat 11. *testudo Troiugenis fictura fulcrum*, Beroal. annot. cap. 36. Item, Sat. 11. ver. 122. *latos nisi sustinet orbes Grande ebur*. Beroald. annot. cap. 41. Item, Sat. 11. ver. 173. *qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem*, Polit. Miscell. cap. 38. Egnat. Racem. c. 17. Flau. Con. ca. 51. Item, Sat. 11 ver. 191. *Megalesiacæ spectaculâ mappæ*, Calder. obseruat. lib. 3. cap. 14. Item, Sat. 11. v. 192. *Prædo Cabadorum Prator*, Beroald annot. cap. 32. Pius annot poster. cap. 3 Item, Sat *aplebeis longe Megalesia*, Beroal. annot. cap. 8. Item, *tetrumque nouitius horret Porthmea*, Pius annot. post. cap 48. Item, Sat. 14. *parvo mouet arma fritillo*, Beroald. annot cap. 22. Item, Sat. 14. *In quantum sitis atque fames est*, Flau. Con. cap. 77. Item, Sat. 14. de *Cereris aulæa*, Polit. Miscell. ca. 85 Item, Sat. 14. f. *nec diuitiæ Narcissi*, Florid. Sub. 3. cap. 5. Item Sat. 15. ver. 5. *Dimidio magicæ resonant vbi Memnone chordæ*. Florid. Subc. 3. cap. 1. Item, Sat. 15. *infans minor igne rogi*, Beroal. Annot. cap. 29. Item, Sat. 15. *Terra malos homines nunc educat atque pusillos*, Scoppa. Coll. 2. cap. 8. Item, Sat. 15. *Nam genus hoc hominum iam deterescebat Homero*, Flor Subc. 2. c. 2.

Iosephus lib. 1. Iud. *Apud Ascalonam Nymphæa condidit & balneas*, Pius annot. post. cap. 26. Item, lib. 2. Iud. *taureis vinciebantur & vinculis*, Pius annot. post cap. 124. Item, lib. 2. Iud. *Saducæi Immortalem omnifariam negant*, Pius annot. post. cap. 125. Item, lib. 2. Iud. *Ignem archimo mulere, volentes omnia creditorum documenta disperdere*, Pius annot. post cap. 121. Itē, lib. 6. Iud. *Gonorrhœos item leprosos ciuitate arcebat*, Pius annot. post. c. 123.

Iub. obseq. *In Iectisternio Iouis, lana cum integumentis quæ Iouis erat apposita, decidit*, Nann. Misc. 7. c. 16.

Iunius Philargus de *lecto Iunonis Lucinæ in atrio*, Polit. Misc c. 89.

Iustin. lib. 3. de *Tyrtæo Lacedæmoniorum duce*, Flor Sub. 3. c. 10. Item, lib. 7. *Ereptæ gesta in cunis prolato, &c.* Pius anno. post. ca. 46. Item, li. 14. de *Deidamia Pyrrhi filia*, Parrh. epist. 48 Item lib. 15. de *Callisthene Philosopho*, Abstem. annot. cap. 2. Item, lib. 24. de *nece Deidamiæ Pyrrhi filiæ*, Parrh. ep. 48. Item, lib. 28. de *Laodamia Pyrrhi filia in Dianæ ædem*, Abstem. annot. ca. 3.

L.

Lactan. lib. 1. *Catamitum aut per legionem rapuit cuius insigne Aquila, &c.* Pius annot. post. c. 98. Item, 1. Instit. de *Homero*, Polit. c. 35. Item li. 2. Instit. diu. *in centum atque viginti annis metam collocauit &c.* Florid. Sub. 2. c. 4. Item, lib. 4. *Cimmeriis tenebris atriorem*, Beroald. annot. cap. 84. Item, lib. 5. cap. 3. *stultum est igitur id putare Apuleium noluisse, &c.* scribend. Apollonium, Pius annot. post. c. 99. Item, lib. 5. c. 3 *voluit ostendere Apollinem vel paria vel etiam, &c.* legend. *Apollonium*, Pius annot. post. c. 99. Idem, post. *peritior vtig. Apuleius, qui cum eum Domitianus*, emend. Apollonius. Ibidē. Item, lib. 7. c. 24. *Dies Sabbathi in lingua Hebræorum a numero nomen accepit*, Flor. Subc. 2 c 4. Item, Carm. de Phœnice: *Quam nec tuleæ voces, &c.* Flau. Con. cap. 89. Item, ibid. *quod suauis cantat auctor*, Flau. Con. cap. 90.

Diog. Laertii loca versionis Erasmianæ, pluscula in disquisitionem vocata a Robortello, Nann. Misc. 8. ca. 1. 2. & aliquot sequētibus. Item, li. 3. in Emped. *& Aidonius, & veneranda Nestis*, Pius annot.

not post. c. 92.
Libanii de *Rosa Veneris* lusus, Polit. Misc. cap. 11.
Liuius septies emendatus explicatusque li 1. Sabel annot. Item, lib. 1. *Qua ante conditam condendamue vrbem poeticis, &c.* Nann. Misc. 5. c. 2. Item, lib. 1. *Tiberinus celebre nomen flumini dedit*, Con. cap 96. Item, lib. 1. *Suus est, quemcumque eum dici ius fas est &c.* Nann. Misc. 5. cap. 3. Item, lib. 1. de *Ioue Indigete*, Sabell. annot. in Plin. lib. 3. c. 5. Item, lib. 1. *Tunarii ad ceteram dapem venirent*, Nann. Misc. 5 ca. 4. Item, lib. 1. *Lucerum nominis & originis caussa incerta est*, Scoppa Coll 1. cap. 18. Item, lib. 1. *Sunt qui eam directo arma petisse dicant*, Nann. Misc. 5 ca. 5. Item, 1. *vt Hostilius cecidit, &c.* Nann. Misc. 5. cap. 5. Item, lib. 1. *vt primo pugnatum sit ad Spei aquo Marte*, Cruc. cap. 14. Item, lib. 1. *prius pene quam Romulus quirg, cum eo equites erant*, Nann. Misc. 5. c. 6. mox: *Ibi viribus nulla arte adiutis, &c.* Nann. ibid. *Item.* li. 1. *intercalares mensibus interponendo, &c.* Nann. Misc. lib. 5. cap. 7. *Item*, lib. 1. *quo lingua commercio quenquam ad cupiditatem discendi excitasse Pythagoras*, Flor. Subc. 1. ca. 13. Item, lib. 1. *Pontificem deinde Numa Martium Marci filium, &c.* Nann. Misc. 5. ca. 7. *Item*, 1. *vt fides ac iusiurandū proximo legum, &c.* Nann. Misc. 5. cap. 8. mox: lucus erat quē mediū, &c. Nann. ibid. c. 9. *Item*, lib. 1. de *Argeis*, Beroal. annot. c. 63. Item, li. 1. *instrumentum disciplinæ tetricæ, ac tristi Sabinorum*, Flor. Subc. 2. ca. 12. *Item*, lib. 1. *Augur ad leuam eius capite velato sedem cepit*, Cruc. in Obid. li. 1. met. ver. 381. Item, 1. *quæ Argeos Pontifices vocant*, Nann. Misc. 5. c. 10. Item. li. 1. *vbi Dianium nuper fuit*, Cruc. c. 4. Itē, 1. *Quod sine fraude mea pop. q. Rom. Quiritium fiat*, Nann. Misc. 5. c. 11. Item, 1. *verbena caput capillosq; tegens*, Nann. Misc. 5. c. 11. Item, lib. 1. *Ad Murtia data fides*, Beroal. annot. cap 49. Item, lib. 1. *quæ haud facile in, in quibus nata erat, humiliora sineret*, Nann. Misc. 5. c. 11. Item, lib. 1. *numero tantum alterum adiecit*, Nann. Misc. 5. cap. 13. Item, lib. 1. *vt patres fierent auctores*. Parth. 836. m. Item. 1. *mutebri dolo occupasse regnum*, Nann. Misc. 5. cap. 14. Item, 1. *Iam enim ita clam quidem munitetes, vulgo tamen eum appellabant*, Nann. Misc. 5. c. 15. item li. 1. *censum maturauerat metu legis de incensis lata*, Cruc. c. 14. Item, li. 2. *sex septies emendatu illustratus*, Sabell. annot. item, lib. 2. *quia immerito pretio veniebat in publicum omni sumtu ademto priuatis*, Nann. Misc. 5. c. 16. item, li. 2. *si transitum pontem a tergo reliquissent*, Nann. Misc. 5. c. 17. Item, 2. *vt ars, vt cuiq; cecidit*, Nann. Misc. 5. c. 18. item. 2. *tributum iniquo suo tempore imperatum*. Nann. Misc. 5. c. 19. item 2. *& consules magis non considere quam non credere suis militibus*, Nann. Misc. 5. c. 20. Item 2 *Gradiuum, Martē alios, q, iuratus inuocat Deos*, Nann. Misc. c. 21. item, 2. *inuentor legis Volero, sic Lectorius actor tum, &c.* Nann. Misc. 5. c. 22. item, 2. *se vnico consule electo aduersus tribunitiam potestatem*. Nann. Misc. 5. c. 23. item, li. 4. *quater qui quies emaculatus de coniectura*, Sabel. obs. item, li. 4. *de potuma V. V. amphata*. Beroal annot. c. 31. item, li. 5. de *Aio Loculio*, Beroald. annot. c. 57. item, li. 7. *exercitus ex caussariis*, Polit. Misc. c. 92. Pius annot. post. c. 4. itē, li. 8. *Placuit ad auertruncandam Deum iram*, Beroal. Seru. parag. vltimo. Item, li. *Marti solitaurilibus piaculum fieri*, Beroal. annot. ca. 50. item, lib 4. *Tum Dictator, Matre virtute Seruili esto*, Nann. Misc. 5. c. 29. item, li. 10. *Prodigiorum auertruncatorum caussa*, Beroal. in Seru. parag. vltimo. item, li. 21. *septies correctus atq, illustratus*, Sabel. annot. item, li. 22. *sitella illata est*, Beroal. annot. c. 53. item, li. 2. *suspensa prora nauem in puppim flatueb.* Nann. Misc 7. ca. 3. item lib. 26. *Comitia magni Curionis*, Beroal. annot. c. 51. item, lib. 27. *Hic vbi ad portam est ventum, Latio omnes loquentes, excitant vigiles*. Flor. Sub. 2. c. 1. item, li. 27. *de auro vicesimario*, Beroal. annot. c. 90. item lib. 28. *Locus inde lautiag, legati præberi iussa*, Beroal. annot. c. 52. item, lib. 30. circa finem, *hostis ex Tarraconem*, ita emend. cum legeretur, *floteosi Tarracone*, Egnat. Racem. c. 4. item, li. 30 *Sed etiam quod triste censebant exspectabant*, Flor. Sub. 2. c. 12. item, li. 33. *Non erit melius, nisi de quo consultamus, vnde mississe*, Nann. Misc. 2. c. 8. item, li. 33 *sibi in monte Albano Latinus carne data*, Beroal. li. Pli li 3. item, li. *Marcello consul iii. eum*

cum tonuisset, vocati Angures, Beroal. annot.c.44.item,li. 37.De *Pyra Oetæ montis*,Beroal.anno.cap.71.item,38.*stuppam picemque & malleolos ferentes*, Parrh. ad Cic.Mil.32.pr.item, lib. 40. *permissum vt publice Latine loquerentur*, Flor. Subc. 2.cap.1.

Lamprid.in cōmodo:*Dalmaticatus in publicum processit*, Pius annot. post. cap. 58. item,in Commodo: *Habuit & hominem pene prominentem, vltra modum animalium, quem Onon appellabat*, Pius annot. posterior.cap.60.item, Elegab. *de piscibus coctis conditura Veneta*,Beroal.annot. cap.92 item, in Elegab *Fecit & in colle Quirinali enatulum, id est mulierum Senatum*, emend. *Senaculum*, Pius annot. post.ca.60 item,in Helagab *Pinxit se vt septasiarium*,Beroal.annot.cap.77.item, in Elagab. *qui ei bene vasatos perquirerent*,Pius annot poster. cap 60.

Christoph. Landini stultitia in scrutandis poetarū allegoriis, Flor.Sub.2. c.24.

Liuii poetæ Tragœdia, cuius extrema parte titulus erat:*Equus Troianus*,Beroald.annot.app.cap.4.

Longi Pœmenic.lib. 2. *de calceis carbatinis*, Polit.Misc.c.2.

Lucanus lib.1.Phars.ter quater tentatus, Sabell.obser.seu annot.poster.item,li. 1.*Hesperiam Calpe summoque impleuit Atlante*,Cruc.cap.4.item,lib. 1. *Aut hic errat ait nulla sine lege per æuū mundus*,Cruc. cap.4.item,lib.1.*vidimus & Martem Libyes*,Vitell.cap.4.item, lib. 1. *mensasque priores Aspernata fames*.Beroal. annot.c. 41. item, lib. 1. *ardenti seruitia bella sub Ætna*,Abstem.cap.11.item,lib.*lectorque fauoris ipse sui populus*.Beroal.annot. cap. 85.Nann.Misc.9 cap.2.item lib 2.quater sollicitatus, Sabell obseruat. item, lib,*de Bardis Gallorum Sacerdotibus*, Pius annot post.cap.62. item, lib. 2.*motura Dahas vt clade Getasque*,Cruc c. 4. item, lib.2.*& iunctis Isapis Isauro*, Abstem.cap. 10.item, lib. 2. *tenuem producit in æquora linguam*.Cruc.cap.4 item,lib.3. aliquoties,emendatus de coniectura, Sabell. obser.lib.3.*& elapsæ portitor Helles*, Cruc. c.4. item, lib. 3. *Pontus & Herculeis aufertur gloria metis*,Beroal.annot. cap.40. item,lib. *Persephonæ nostraq; Hecates pars vltima, per quam, &c.*Parrh.ep. 55. item, lib.3.*Hinc & Scythonia gentes, &c.* Cruc. c.4. lib.4.aliquoties tentatus, Sabell. obser. lib. 4.*fontibus immixto strauit per rura veneno*,Beroal.annot.c.42.item,li. 5.*nec motus nemorum, nec littoris tictus*, Beroal.in Seru.para.52. item, lib.5. *bis sollicitatus*,Sabell.obser. item,lib.*Tresque petunt, veram credi Salamina carinæ*,Beroal.annot.c.43.Cruc.c.4. item,5.Phars. *fluctus decimus*, Polit.Misc.c.86. item,li. 5.*Nec cœlo seruare licet, tonat augure surdo*, Beroal.annot.cap.54.item lib.5.Phars. *non cuncta carinæ Debebis*, Beroal. annot. 30. item lib.6.*bis tentatus*,Sabell.obser. item,lib.6.*vbi quondā Pentheus exul, &c.* Parrh.ep.32.item, lib. 6.*puppim retinens in mediis echenei aquis*,Pius annot. pr.c.1. item, lib. *cum fata Camillis te Cæsar, &c.* Cruc c.4.item correctus lib. 7. Sabell. annot. item,lib.7.*Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes quas aliæ clades*, Beroal. in Seru.parag.34. item,lib. *& lætis vlulare triumphis*,Nann.Misc.7.c.14. item, lib. 8. *pluries emend. de coniectura*,Sabell. obser. item, lib. *Bacchumque auertere Nysa*,Beroal.in Seru.parag.32. item,li. *Pictaque seruabant magicas animalia linguas*,Pius annot.prior.c.7. item,lib.9. *non semel de coniectura correctus*, Sabell. obser. item,lib.9.*tabificus saps*, Beroal. annot.cap.100. item, lib. *Eudoxi vincetur fastibus annus*, Beroal.in Seru. parag. 22.Vitell.c.28.item, lib. 9. *extremo mensas petiuimus orbe*, Beroal.annot.cap.41. item, lib. *cingere Pellao pressos diademate crines, &c.*Pius annot.post. c.106. item, lib.9.*Hunc genuit custos Nili, &c.* Pius annot.prior.c.9.item,lib.10.*correctus*, Sabell.annot.

Lucianus in Amorib. De *Aristide*, Polit. Misc.c.16. item,li.de Astrolog.De *Ægyptiis quare brutorum cultus mentibus eorum insederit*,Flor.Subcis.3.c.1. item,in tit.Charon.*de epulis mortuorum*,Pius annot.post.c.115. item, li. de Electro ait *neq; populos Eridano neque electrum videri*, Flor.Subc.1.c.16. item, lib.de inerud. multos libr. De *Sybaritidos auctore*, Polit.Misc.c.11. item in Pseudom. De *Oratoribus, quibus calcei carbatini*, Polit. Misc.c.2.item,lib.de Saltat: *Lacones vbi a Castore*

a Cæsare an Pollucе caryatizare didicerunt (genus & hoc saltationis in Lacenyæ (caryis) nihil non cum Musica faciunt, Parrh. ep. 55. item, in Sympos. Philosophorum *de ratiocinatione Curatine*, Polit. Misc. cap. 54. item, in Timone: *Ad Danaidum dolium aquam ferre videor*, Pius annot. post. cap. 140. item, in Vitarum vendit: de *Crocodilite*, Polit. Misc c. 55.

Lucill. lib. 3. *& scruta quidem vt vendat scrutarius laudat*, Flor. Sub. 1. c. 5. item, *at pensore cum decumano*, Beroal. annot. app. c. 5.

Lucret. lib. 1. *de Equo durante*, Polit. Misc. c. 5. item lib. 1. *Angusto freturapidum mare dum dividit vdas*, Scoppa Coll. 1. c. 32. item, li. 1. *tam portas propter alienа signa manus dextras ostendunt alienari*, Pius annot. post. c. 5. item, lib. 2. *quasi cursores vitai Lampada tradunt*, Beroal. annot. app. cap. 18. Pius annot. post. cap. 114. item, *& cum scena Croco Cilici perfusa recens est*, Flau. Con. c. 84. item, lib. *Scipiades belli fulmen*, Beroal. in Setu. parag. 32. item, lib. 4. *Hic vbi mixari nequeunt, in fistereque alu*, Pius annot. post. c. 128. item, lib. 4. *in pedibus Sicymia ridet*, Beroal. annot. app. c. 18. item, lib. 5. *ex vino Centauri non fit ego: Nulla fuit*, &c. Flor. Subc. 2. cap. 6. item, lib. 6. *Denique amaracinum fugiat sua*, Beroal. annot. app. c. 14. item, lib. 6. *Hic locus est Cumas apud, Etruscos per montes*, &c. Parrh. 834. nu.

M.

Macrobius vide post dictionem Martialis.

Mart. lib. 1. Spectac. Epig. 1. *Assiduus iacet nec Babylona labor*, Scoppa Coll. 1. c. 29. item, Spectacul. Epigr. 1. *Tristia molles honores*, Polit. Misc. cap. 51. item Spectacul. Epigr. 1. *Cornibus ara frequens*, Polit. Miscell. cap. 52. item, lib. de Spectacul. de *vrso graui cornu gemino*, Polit. Miscell. cap. 56.

Martial. Epig. lib. 1. præfat. *nec Epigrammata mea scribat*, Nann. Miscell. 9. cap. 4.

Martial. lib. 1. Epigram. præfat. *Lasciuam verborum licentiam*, &c. Florid. Subc. 1. cap. 6.

Martial. 1 Epig. 10. *Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est*, Parrh. 873. num.

Mart. 1. Ep. 13. *Canaque sulfureis Albula fumat aquis*, Parrh. epist. 51. item, 1. Epigr. 28. *μεσαῶρνημερα συμπότων*, Parrh. ca. 4. item, Epig. 35. *Rara Summæni fornicis rima patet*, Vitell. cap. 25. Item, lib. 1. Epigr. 62. *Censetur Aponi Lituio suo tellus*, Vitell. cap. 6. Item, 1. Epigr. 67. *quanti constat & tomus vilis*, Vitell. ca. 24. Item, lib. 1. Epigr. 80. *agas animam*, Parrh. epist. 50. Item, 1. Epigr. 99. *Sed nil patrono perrigit: hæc chiragra est*, Nann. Misc. 8. cap. 3. Item, lib. 1. Epigr. 105. de *magistro nigra bellua*, Polit. Miscell. cap. 23. Item, 1. Epigr. 113. *Cum te non nossem dominum regemque vocabam*, &c. Vitell. cap. 20. Item, Præfat. lib. 2. *Epigrammata Cur one non egent*, Beroald. annot. cap. 51. Item, 2. Epigr. 19. *Vides illum subsellia prima tenentem*, Vitell. cap. 23. Item, lib. 2. Epigram. 19. *Splenia tolle, leges*, Vitell. cap. 23. Item, lib. 2. Epigram 35. *In Rhio puto te Thoebe lauare pedes*, Calder. obseruat. lib. 3. cap. 4. Item, 2. Epigram. 39. *Coccina famosa Donas & ianthina mocha*, Bart. Auth. cap. 61. Item, lib. 2. Epigram. 40. *Cacuba saccentur*, Beroal. in Plin. lib. 19. Item, lib. 2. Epigram. 41. *Ride si sapio puella*, &c. Beroal. annot. cap. 24. Item, lib. 2. Epigram. 53. *Libertet Partho viuere rege potes*, Cruc. cap. 8. Item, lib. 2. Epigram. 86. *Mollem debilitate Galliambon*, Cruc. cap. 8. Item, 2. Epigram. 86. de *Echo Græcula*, Polit. Misc. c. 82. Item, 2. Epigram. 86. *Quid si per faciles vias petauri*, &c. Vitell. cap. 13.

Martial. 2. Epigram. 86. *Quid thorus a Nilo, quid Sidone tinctus olenti*, Vitell. cap. 14. Item, lib. 3. Epigram. 4 *Æmilia de regione viæ*, Pius annot. poster. cap. 27. Item, lib. 3. Epigram. 23. *Cur non mensa tibi ponitur a pedibus*, Calder. obseruat. lib. 3. cap. 1. Pius anno. prior. c. 1.

Martial. lib. 3. Epigram. 68. *Schemate nec dubio, sed aperte nominat illum*, &c. Pius Annot. post. cap. 146.

Martial. lib. 3. Epigram. 74. *Resina, Veneto nec resecare luto*, Pius Annotatio. prior. cap. 1.

Martial. lib. 3. Epigram. 82. *Retya fluxus ad pedum turbam*, Calder. obseruat. lib. 3. cap. 1.

Martial. 3. Epigram. 81. *Summœnianas caenet*

inter vxores, Vitell.ca.25. item, lib. 4. Epigram.1 *Romuleus sacra Terentus*. Sabel. annot.ad li.1.Silu.Statii & Polit.Misc. cap. 58. item,4. Epigram. 4. *Crudarum nebula quod Abularum*. Parth. epist. 51. Item 4.Epigram.19. *Ienem cursu vincere quaris Atam*. Cruc cap.16. item, lib.4. Epigram.43. *Iuro per Syrtes tumores*, Beroald.annot.cap.25 item,4.Epigram. 45. *qui prima nouo signat vestigia lustro Implerat innumeras Burrus Olympiadas*, Vitell. cap.28. item,4.Epigram.49. de *Patrocli amico Achillis*, Polit. Misc. cap.45. item, lib. 4. Epigram.55. *Hac tam rustica oualaquam Bitunios*, Cruc.cap.8. item,4. Epigram.79 *Parua fistula Cendyla sonabit*, Cruc.in Ouid.lib.1.met.v.711. item,li. 4.Epigra.90. *Pondero, pono, cano &c.* Flau. Con.cap.12. item,4 Epigram.91. *Nec summa potes in sceda teneri* , Vitell. cap.3. item 14.Epigram.195. *Tantum parua suo debet Verona Catullo, &c.* Florid Subc. 3. cap.9. item,lib.5.3. *Attonitus viso modo praside mundi*, Cruc.cap.5. item , lib.5. Epigram. 10. *Et laudant Catuli lulia templa senes*, Flau.Con. cap.62. Parth. epist. 57. Item,5.Epigr.17. *lato nisi Gellia clauo rubere*, Bart. Auct. cap.34. item,lib.5. Epigram. 17. *nupsisti Gellia cisifero* , Pius annot.prior.cap.9. item , lib. 5. Epigr. 57. *Famæ Rutilium suæ relinquas* , Egnat. Racem.cap.9. item 5.lib.63.Epigram. *digitum sustulit hospitibus*, Calder.obseru. lib.3. cap. 3. item , lib. 5. Epigram. 92. *Propter vicinum qui pretiosus erat*, Pius annot.poster.cap.30. item, lib. 6. Epigram. *Paula* *amat*, Vitell. cap.5. item , lib.6.Epigram.38. *centumque viri denumque corona Vulgus & infantis lulia tecta placent*, Parth. epist. 37. item,6.Epigram. 42. *Nec fontes Apponi rudis puellu non mollis Sinuessa, &c.* Vitell.cap.26. item,6.Epigram.42. de *vitu Laconum*, Polit.Miscell.38. item, li. 6. Epigram. 77. emendatus in *Atlantis simulo compare*, Polit.Miscell.cap.23.item, lib. 6. Epigram. 85. *Et resonet plancius in Æmylia*, Pius annot.post cap.27.item, lib.6.Epigram.93. *Tam male non olent ora Leonis*, Pius annot.post. cap. 15. item,li. 7. Epigram. 17. *fatui Poppysmata Cunni*, Flau. Con. cap.51. item,7. Epigram.27. *Nec Tarteſiacis Pallas tua Rufe trapetis*, Cruc.cap.17. item, lib. 7. Epigram.29. *Cretatam Prator cum vellet mittere mappam*, Calder.obseru.lib.3.cap.14. item, 7. Epigram. 67. *Hunc miratur adhuc centum grauis hasta virorum* , Vitell. cap.21. Item,lib.7. Epigram. *Nam cum me munerem* legendum, non, *vitam*, Polit. Misc. cap 96. Item,lib. 8 Epigram. 2. *Et lingua pariter locutus omni* , Cruc.cap.8. itē, 8.Epigram.6. *Hi duo longauo censentur Nestore fundi. Pollice de Tylio trita columba nitet*, Vitell.cap.6. item , 8. Epigram.15. *Et libant Latia tertia dona tribu* , Vitell. cap.17. item,8.Epigram.56. *Sint Mecænates, non deerunt Flacce Maroues*, Florid. Subc.2.cap.13. item,8.Epigram.56. *Tu licet & nostrum dixit Alexin amet* , Parth. epist.4. item,9.Epigram.12.de *Eurus, & Arat Ares Græcorum*, Polit. Miscell. cap.44. item,lib.9.Epigram. 28. *Purgentque scaua cana labra volsella* , Flau. Con.cap.67. item.lib.9. Epigram.60. *In septis vsuagatus*. Beroald.in Seru.paragraph.38. item,lib.9.cap.60. *testudinem Hexacionn* , Beroald. annot. cap.36. Item.9.Epigram.93. *Campus dines Apollo sic murinis*, Vitell.cap.25. item,lib.9.Epigram.96. *tam stupidus nec Glauce fuisti*, Beroald.annot.cap.48. item, 10. Epigram. 4. *legas Ætia Callimachi* , Parth. 873 m. item , 10.Epigram.21. *qua vix smeligat ipse Modestus*, Flau.Con.cap.19. item, 10. Epigram. 22. *Cur spleniato sæpe prodeam mento*, Vitell. cap. 23. item , 10. Epigram. 41. *Conflatura fuit Megalensis purpura centum Mullibus*, Vitell.cap.21. item.10.Epigram. 41. *Et populare sacrum bu millia dena tulisset*, Vitell.c.1. item.10. Epigram.630. de anu cuius *vita bu spectata Tarento*, Polit.Miscell.ca.58. & Beroald.annot.cap.23. item , lib.10.Epigram. 79. *eucumam fecit Otacilius*, Pius annot.post. cap. 61. Polit. Miscell.cap. 30. item , lib. 10. Epigram.90. *Barbam vellere mortuo leoni*, Pius annot.post.cap. 14. item,li.11.Epigr.7. *Donabo tibi passerē Catulli*, Politian. Misc.c.m. item Florli.1.Subc.cap.5. item,11.Epig.22. *Quam rota transmisso tottes impacta petauro* , Vitell.ca.13. item.11.li.23.Epig. *Inde tragos celeres, &c. pili*, Beroal.annot.c.13. item, li. 11.6.

11.c.32. *Hic Cellarius experitur artes*, Beroal. in Seru. parag. 16. item, 11. Epig. 44 *sed illas Oebalius flammas tulit abire puer*, Parr. 272. pr. item, 11. Epig. 46. *Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ*, Plau. Con. c. 47. itē, li. 11. Epig. 70. *Qualia Dulichio fata fuere cani*, Pius annot. post. ca. 13. item, li. 11. Epigr. 70. *Qui nec Erigones mallet canem*, Pius annot. post. c. 13. item, 11. Epig. 73. *Drauci nata sui vocat vepenem, &c.* Parrh. 272. m. item, lib. 12. Epigr. 42. *velarunt flammea vultus*, Pius annot. post. cap. 80. item, li. 12 Epig. 48. *Infelix damnata spongia virgæ*, Vitell. c. 9. item, 12. Epigr. 58. *Ancillarem tum te vocat vior*, Vitell. c. 8. item, li. 12. Epig. 61. *transmittere cucubasaxo*, Beroal. in Plin. li. 19. item, li. 12. Epigr. 75. *Pastas glande nates habet Secundus*, Beroal. ann. app. c. 17. itē, li. 12. Epigr. 89. *negligentem ad pedes vernam*, Pius annot. prior c. 1. item, li. 12. Epig. 97. de *libello Sybaritico*, Polit. Misc c. 15. item, 13. Epigra. 1. *Omnis in hoc gracili Xenorum turba libello*, Bart. Auct c 6. item, lib. 13. Epig. 20. *Nursinas poteris parcius esse pilas*, Pius annot. post. c. 174. item, li 13. Epig. 33. *Trebula nos genuit*. Beroal. in Seru. parag. 34. item, li. 13. Epig. 38. *De primo matre lacte colostra damus*, Beroald. in Seru. parag 42. item, 2 Epig. 41. *Telegnus puto dixerat poeta*, Parrh. epist. 4. item, lib. 13. Epig. 54. *Cerretana perna*, Beroald. annot. c 28. item in Plin. li. 14. item, li. 13. Epig. 56. *Te fortasse magis capiet de virgine porca*, Vitell. c. 1. item, li. 13. Epig. 56. *Me materna gravi de sue vulva capit*, Vitell. ca. 1. item, li. 13. Epig. 88. *Calbula decipitur calamis & retibus*, Pius anno. post. c. 29. item, li. 13. Epig. 91. *Ad Palatinas ascenderat*. Beroal annot. app. ca. 5. item, lib. 13. Epig. 106. *Gennis vindemia Cretæ*, Beroal. in Seru. parag. 54. item. lib. 13. Epig. 110. *Si foliatæ sitis*, Pius annot. post. cap. 183 item, 13 Epig. 120. *De Spoletinis, quæ sunt cariosa, &c* Abstem. cap. 7. item, lib 13. Epig. 124. *Cerretana nepos ponat*, Beroal. in Plin. lib 14. item, lib. 13. Epigr. 125. *Bacchofertilis Aulon*, Beroal. in Seru. parag. 23. item, 14. Epig. 1. *Sunt apinæ tricæ*, Sabell. annot. in Plin. lib. 3. c. 11. itē, lib. 14 Epig. 15. *Non sum talorum numero par tessera*, Beroal. annot. c. 27. item, 14. Epigr. 16. de *Turricula*, Beroal. annot. ca. 22. item, 14. Epig. 21. *armata graphiaria ferro*, Beroal. annot. ca. 16. item, lib. 14. Epig. 28. de *terta meta*, Beroal. annot ca. 36. item, lib. 14. Epigr. 68. *Clara Rhodos coptam quam tibi misit, edat*. Vitell. cap. 4. item, lib. 14. Epigram. 68 *Galbula decipitur calamis & retibus*, Vitel cap. 16. item, lib. 14. Epigr. 78 *Artis ebur mediæ Narthecia*, Beroal. annot. app. cap 6. item, lib. 14. Epig. 89. de *mensis Citreis silvæ Atlantiæ*, Beroal. annot cap 41. item, lib. 14. Epig. 103. *Tauperiore mero tingere Cinapotes*, Beroal. in Plin. lib. 19. item, li. 14. Epigra. 132. *totas cuperem misisse lacernas*, Calder. obser. li. 3. cap. 5. item, 14. Epig. 193. *Usus amaturem Nemesis lasciva Tibullum*, Parrh. ep. 4. Item, lib. 14. Epig. 217. *Dic quotus es, quanti cupias cænare, &c.* Beroal. annot. cap. 103.

Macrob. in Somn. Scipion. *Explebo numerū reddarq; tenebris*, Beroald. in Seru. parag. 28. item, lib. 1. in Somn. Scip. de *numero septenario* ad istud Virgilii *O terq; quaterque beati*, Beroal in Seru. parag. 5. item, li. 1. Saturn. de *simulacris hominum in fluvium demissis*, Beroal. annot. c. 65. item, 2. lib. Saturn. de *semibus deportatis*, Beroal. annot. ca. 6. item, lib. Sat. *Transitasse veteres & cœnitasse patentibus ianuis*, Beroald. in Seru. parag. 24. item, de *Orhona Dea* Sabell. annot. lib. 2. c. 7. in Plinium. item, li. 5. Saturn. *in quo de Deiotaro quodam poeta sic ait*, Plau. Con. ca. 85. item, li 6. Saturn. *Maturum est quod neq; citius, &c.* Beroald. in Seru. parag. 6. item, li. vlt. Saturn. de *Areopagitarum taciturnitate*, Beroal. anno. ca. 35. item, Saturn. de *cantu in ludo saltatorio*, Polit. Misc. ca. 14 item, li. vlt. Satur. de *Helenæ poculo*, Beroald. annot. c. 75.

Mamert. Paneg. in Iulian. *hilarem divitatem Cachinnantemq; facultatem*, Pius annot. post. c. 45.

Anton. Mancinelli vituperatio, Florid. Subc. 2 c. 20.

Manil. li. 1. *Quosia defertæ fulgent monumenta puellæ*, Pius Annot post. ca. 157. 2. item, li. 2. *Cardinibus qui per mundum sunt quatuor omnes*, Pius annot. post ca. 66.

Manilius lib. *Serpentem super ora cubantem Infelix nati, &c.* Pius annot poster. cap. 17.

Martian. Capella lib. 1. *Trinsonium fores a*

Lytumque referaret, gimnologesis, legend. *Cycnologii*, Pius Annot. poſter. cap. 128. Item, lib. 1. *Pubeda vix dum vel paterna contremens, &c.* emend. *Bupada*, Pius annot. poſt. cap. 129. Item, lib. 2. de *libris in Thilyræ Cortice ſubnotatis*, Polit. Miſc. cap. 72 & Beroald. annot cap 4. Item lib 4. *Terdita ne qua unquam cornua fronte ferant*, Polit. Miſcell. ca. 54. Item, l. b. 9. *Et medicos cantus melica grata iuli*, Scoppa Coll. 1 cap. 34. Item, de *deliciis Milesiis*, Polit. Miſcell. cap. 16. Item, *Avocante Lyde*, Polit. Miſc. ca. 46 Item, *Chrysippus proprium conſumat acervum*, Beroal. annot. app. c 9.

Martian. Capella: *Heroas ab Hera, qua terra, dictos*, Beroald. in Seru.

Martian. Capella: *Cognoſcentium quoq; perfregere ſubſellia*, Parrh. ep. 23.

Pompon. Mela in Creræ deſcript. *Tali ſtatione atque morte*, Parrh. epiſt. 15. Item, de *Menſa Solis in Æthiopia*, Beroal. annot. cap. 82.

Georgius Merula, *Maſtyx Calderini*, Polit. Miſc. c. 9. Item, integro libro reprehenſus a Vitellio defendente Calderinum, pag. 585. & ſequentibus.

Mimnermi ſententia, *viuere eſt, in amoribus ac locis agere*, Nann. Miſc. 4. c. 20.

Minutius Felix de *Cæli filio*, Polit. Miſc. c 18.

Modeſt. de Vocib. rei milit: *vexillationes vocantur a velo, quia velis, hoc eſt ſtammulis vtantur*, Pius annot. poſt. cap. 78.

Modeſt. de Vocib. rei milit: *quibus inſidentes cibanarii, &c* Pius annot. poſt c 81.

Iuliusu Modeſtus, Grammaticus celebertimus, Flau. Con. c. 19.

N.

NAzar. Paneg. in Conſtant. *Macedd regem ſuum in cunis ad aciem detulerunt*, Pius poſt. c. 46.

Nazar. Paneg. ad Conſtant *Operimente ferri equi atque hominis pariter obſepti, chibanarii in exercitu nomen eſt*, Pius annot. poſt. c. 81.

Niceres Choniates de *Tanicii phantaſmatis*, Polit Miſc. c 28.

Non. in *Aſſa*, Pius annot. poſt. c. 71. Item, in *Ciſium*, Beroald. annot. ca. 64. Item, reprehenſus in *Faſce iniuſto*, Pius annot. poſt. c 14.

Non. Marcell. *Flaccorum muuere quidam Samnis*, Parrh ep. 60.

Nonius in *Grallatores*, Pius annot. pr. ca. 1. Item, in *Myopes*, Beroald. annot. ca. 81. Item, in *Parochus*, Vitell. ca. 7. Item, in *Thalangas*, Beroald. in Seru. paragraph. 19. Item, in *Remulcare*, Flor. Sub 1. c. 3. Item, in *Tranſenna*, Beroal. annot. c 93.

Nonn. lib 5. Dionyſ. *de Actaone inuidente Tireſia*, Polit. Miſc. c. 80.

Nonnus lib. 10. Dionyſ. de *Tanois Flagellis*, Polit. Miſc. c 28.

Nonni Dionyſiac. lib. 40. de *inuenta Turpura*, Polit. Miſc. c. 12.

O.

OVid. 1 met. v 15. *Quæq; erat & tellus illic & pontus & aether, &c.* Cruc. annot. in Ouid. Item, 1 met. v. 29. *elementaque grandia traxit*, Cruc annot. in Ouid. Itē, 1. met. v. 56 *Et cum ſubmiſſis ſuciente ſigora ventis*, reponit *fulgura*, Cruc. anno. in Ouid. Item, 1. met. v. 91. *nec verba minantia fixo Aere ligabantur*, Cruc. in Ouid. Item, 1. met. v 121. *Tunc primum & denſi fruices & virga ſicca, &c.* Cruc. in Ouid. Item, 1. met. v. 307 *Quæſitiſq; diu terris volucris, &c.* Cruc. in Ouid. Item, 1. met. v. 381. *Diſcedite templo & velate caput cinctaſque reſoluite veſtes*, Cruc. in Ouid. Item, lib. 1. met. v. 452. *Primus amor Phœbi Daphne, &c.* Cruc. in Ouid. Item, 1. met. v. 580. *Eridanuſq; ſenex Ideſque Amphryſius & Æſar*, Cruc. in Ouid Item, 1. met. ver. 598. *Conſitæque arboribus Lyrcea reliquerat arua* Cruc. in Ouid. Item, 1. met. ver. 711. *Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit*, Cruc. in Ouid. Item, 1. met. ver. 719. *Saxeq; cruentum deiicit, & maculat, &c.* Cruc. in Ouid. Item, 1. met. ver. 778. *Æthiopaſque ſuos tranſit*, Cruc. in Ouid. Item, lib. 2. met. de Ocyrhoe: *Nomen quique monſtra dederunt*, Parrh. epiſt. 7. Item, lib. 2. met. *tu non inuenta reperta es*, Florid. Sub. 1. ca. 6. Item, 2. met. v. 627. *intuſta huſta peregit*, Cruc. in Ouid. Item, lib. 2. met. *Munichioſque volans agros, &c.* Scoppa. Coll. 1. c. 35. Pius annot. poſt. c. 74. Item, 2. met. v. 710. *gratamq; Minerua deſuetabat humum, cultuq; arbuſta Lycei*, Cruc. in Ouid. & Parrh. 161 pr. Item, li. 2. met. *in Palladis arces Pura coronatis pertabant ſacra caniſtris*, Pius annot. pr. c. 9.

Ouid. 2. met. v. 793. *summa papauera carpit*, Cruc. in Ouid. item, 3. met. v. 321. *Prima fide, vocuque data tentamina*, Cruc. in Ouid. item, 4. met. v. 45. *de te Babylonia narret Dercetis, &c.* Cruc. in Ouid. itē, 4. met. vers. 285. *Quare male fortibus vndis Salmacis enerues*, Cruc. in Ouid. item, lib. 4 metam. *Polypus hoſtem continet, ex omni dimiſſis parte flagellis*, Beroal. annot. append. cap. 15. item, 4. met. *Bis terque per auras More rotat fundæ*, Flor. Subc. 2. cap. 10. item, 4. met. vers. 277. *Daphnidis Idæi, &c.* Cruc. in Ouid. itē, lib. 4. met. *Et Crocon in paruos verſum eam Milice flores*, Beroal. in Plin. lib. 16. item, 4. met. vers. 391. *Tympana cum ſubito non apparentia rauci Obſtrepuere ſoni*, Cruc. in Ouid. item, 4. met. v. 757. *& tanti præmia facti Indotata rapit*, Cruc. in Ouid. itē, 5 met. v. 74. *Ecce Syenites Phorbas*. Cruc. in Ouid. item, 6. metam. *inter bis ſex Leucothoen famulas ad limina cernit*, Cruc. c 9. item, 6. met. *Illuc incumbens cum Talladis arbore palma*, Parrh. 869. f. item, lib. 6. *Mediog, e vulnere ſaxi exſiluiſſe fretum*, legendum; non, *ferum*. Egnat. Racem. cap. 8. item, lib. met. *Quippe pedum digitos in quantum eſt quæque ſecuta*, Flau. Con. c. 77. item, lib. 6. met. *hanc Iuno iuſſit certamine victã eſſe gruem*, Parrh. epiſt. 40. item, 6. met. *Quaq, pater Corytis parua tumulatus arena*, Parrh. 862. f. item, libr. 6. met. *Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis*, Vitell. c. 3. item, lib. met. 6. *varius Deoida paſtor eluſit*, Parrh. 861. m. item, lib. 6. met. *ſenſit Delphina Melantho*. Parrh. 841. f. item, 6. met. *Et te flaua comas frugũ mitiſſima mater ſenſit equum*, Parrh. 862. m. item, lib. 6. *Te quoq, mutatum Neptune iuuenco Virgine in Æolia poſuit*, Egnat. Racem. c. 11. Parrh. ep. 42. item lib. 6. met. *Fele ſoror Phœbi latuit*, Flau. Con. cap. 72. item, 6. met. v. 611. *Non eſt lacrimis hoc, inquit agendum. ſed ferro*. Cruc. in Ouid. item, libro 6. met. *Ibat ad antiquas Hecalis Perſeidis aras*, Parrh. epiſt. 55. item, lib. 7. metam. *Carmina Naiades non intellecta priorum ſoluunt ingenijs, &c.* Parrh. epiſt. 38. item lib. 7. met. *Te quoq, Amyclide poſuiſſet in æthere Phœbus*, Parrh. 841. m. itē, 7. met. vers. 384. *Eſſugit natorum vulnera Cunbo*, Parrh. 863. m. item, 7. met. vers. 610. *aut dantur in altos Indotata rogos*, Cruc. in Ouid. 4. met. v. 757. item, lib. 8. met. *Acteridog, pares, &c.* Parrh. ep. 41. item, libr. 8. metam. *Et miſſus ab Elide Phileus*, Parrh. epiſt. 41. item, 8. met. v. 755. *ferum Tropæus illa abſtinuit*, Parrh. 864. m. item, libr. 9. *Terq, quaterq, rotatum Mittit in Euboicas*, Flor. Sub. 2. ca. 10. item, lib. 9. metam. *Cares, & armiferos Leleges*, Beroal. in Seru. paragr. 36. item, metam. 9. *Quiq, premis vocem, &c.* Polit. Miſc. ca. 83. item, 10. met. *Primitias frugum dant ſpicea ſerta comarum*, Parrh. 865. m. item, lib. 10. *Feſta pia Cereris celebrabant annua*, Pius annot. prior. cap. 9. item, lib. 10. *Vos quoq, flexipedes hedera venitis*, Parrh. 867. m. item, 10. met. *Quam trita qui timidus medio portante catenas Colla canis vidit*, Parrh. 864. m. item, lib. 10. metam. *Acriſius illi, Iupiter huic*, Parrhaſ. epiſt. 39. item, 11. met. *Arcadia tamen eſt impenſior illi Cura ſua*, Parrh. 850. pr. item, lib. 11. metam. *Decime ruit impetus unda*, Polit. Miſc. cap. 86. item, 11. met. v. 474. *quæ pars admonet abſit*. Cruc. in Ouid. item, 11. met. *ſi ſit circumſpicit illic Qui modo viſus erat*, Cruc. in Ouid. item, lib. 12. met. *intonſum compellat Sminthea dictis*, Beroal. annot. app. c. 12. item, 12. met. *Annos vixi bis centum; nunc tertia ducitur ætas*, Flor. Sub. 2. c. 2. item, lib. 12. met. *Vidi ego Petreum conantem vellere terra Glandiferam quercum*, Parrh. epiſt. 4. item lib. *Tribus hæc excurrit in æquora lingua*, Cruc. ca. 4. item. lib. 14. met. *Mos fuit niueis atriſque lapillis, His damnare reos illis abſoluere*, Pius annot. poſt. cap. 91. item, 14. met. v. 90. *ſterilig, locatas colle Pithecuſas, &c.* Parrh. 866. m. item, lib. *Separat Aonios Actæa Phœbis ab arvis*, Pius ann. poſt. c. 156. itē, 14. met. v. 92. *fraudem & periuria quondã Cercopum exoſus, &c.* Parrh. 866. pr. item, 13. v. 479. *Tunc quoq, cura fuit partes velare pudendas*, Cruc. in Ouid. item, 14. met. v. 573. *cadit Ardea Turno ſoſpite dicta paſtori*, Cruc. in Ouid. item, vlt. met. *memoremq, time Rhamnuſida iram*, Pius annot. poſt. cap. 70. item, lib. ult. met. *& ſpiſſa littoris Ancon*. Egnat. Racem. cap. 18. item, lib. 15. met. *Pratidas altonitas, &c.* Beroal. annot. c. 70. & Polit Miſc. c. 51. item, 15. met. v. 620. *Cornuaq, atratis poſti-*

bus insculpunt. Cruc. in Ouid. item, 15. met. v. 704. *dextra prærupta (erauna parte Romechnum, legit.* Cruc. in Ouid. itē, lib. Amor. El. *(egis nos linea tunge.* Nann. Misc. 1. cap. 20. item, lib. Amor. *Te queq; promissam Xantho Pœnee (reusam, &c.* Parrhas. epist. 49. item, lib. Amor. *Cum raput vultus Xanthe Nerea tuos.* Parrh. Ep. 49. item, lib. 1 Amor. *Qui latus argueret, corneus arcus erat.* Florid. Sub. 3 c. 2. itē, lib. El. *Iantior indigne dura veligate catena.* Parrh. 867. fol. item, lib. 3. Amor. Eleg. *Inachus in media Bithynide pallidus isse dicitur.* emend. *Melia.* Parrh. Ep. 6. item, lib Eleg *Ecce coturnices inter sua prælia viuunt.* Flau. Con. c. 76. item, lib. de Arte: *Quis sciunt iustos ignis & vnda viros.* Cruc. c. 1. item, in Arte. *Tallidus in Lyncem, siluis errabat Orion;* Pallidus *in lenta Naide Daphnis erat.* Parrh. 854. f. item, Arte am. de *Naulijs.* Polit. Misc. cap. 14. item, lib. de Arte: *Offendat nares virgus pater, q; gregis.* Beroald. annotat. cap. 13. item, lib. Arte: *Contiguus poni Scipio magne tibi.* Parrh. 853. m. item, Arte: *Pœnas qua luce pependit Luisa maritali Gallica veste manus* Parrh 854 m. item, de rem. Am. *Quare nouem cur isse vias dicatur.* Parrhas. 856. f. item, lib. de remed. Am. *Et per quod noutes sapius isse iter.* Parrh. 856. m. item, de remed. *Cepit ab Idæa coniuge victa prior.* Parrh. 857. pr. item, lib. 1. remed. Amor. *Et modo Nilinciu carmina lusa modu.* Pius annot. post. cap 40. item, lib. 1. de Remed. *ex illa Zoile nomen habes.* Beroald. annot. cap. 11. item, 2. lib. Remed. *extremum seu trahit illa pedem,* Polit. Misc c. 64. item, *Et careant lotii oculos vizantibus agri.* Beroald. annotat. cap. 31. item. Epist. Deianir. de *Teuthrantia turba,* Polit. Misc. cap. 29. item, Epist. Hermion: *Vatia peregrinis Hippodamia rotu.* Flau Con. c. 4. item, Epist. Hypsiphyles: *Et quæ nescierim melius, male quæritur herbu.* Flau. Con. cap. 1. item, Epist. *Cassaque fallaci zona recincta manu.* Scoppa Coll. 1. c. 33. item, Epist Hyperm. *Quæ tibi caussa fugæ? quid lo freta longa pererrat.* Flau. Con. cap. 3. item, Epist. *Non venit ante suam nostra querela diem.* Vitell. c. 28. item, Epist. Didon. *Ingue loco regis scepiraq; sacra tene,* Flau. Con. cap. 2. item, Epist. Med. *At tibi Colchorum memini, &c.* Florid. Sub. 1. ca. 9. item, Epist. OEnon. *Defensa est humili cana pruina casa.* Parrh. 858 m item, Epist. OEnones: *Thesea, nisi nomine fallor, &c.* Parrh. ep. 29. item, Penelop. *Vix Triamus tanti totaq; Troia fuit.* Scoppa Coll. 1. cap. 32. item, Epist. Penelop. *Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.* Polit. Misc. cap. 76. Scoppa Coll. 1. c. 33. Parrh. Ep. 29. item, Epist. Sapph. *Nec me Pyrino subeunt Mitylenæ puellæ: Nec me Lesbiadum.* Egnat. Racem. cap. 2. Parrh. epist. 21. item, Fast. de *Mineruali disciplinarum.* Polit. Misc. c. 21. item, Fast. *Ne fallare cane, proximus ater erit.* Beroal. in Seru. parag. 49. item, Fast. *Qui Puteal Ianumq; timet celeresque Calendas.* Scoppa 1. Coll. cap. 2. & Nann. Misc. 4. c. 13. Beroal. annot. c. 20. item, lib. Fast. *Tantibus præcipitasse senes.* Beroald. annot. c. 6. item, lib. Fast. de *Deabus Talestinis.* Beroal. anno. c. 25. item, Fast. *Simulacra virorum scirpea, &c.* Beroald. annot. c. 65. item, lib. Fast. *Vescaq; parma vocant,* Beroal. in Seru. parag. 59. itē, lib. 1. Fast. *Tempora cum caussu Latium. &c.* Parrh. 874. m. item, lib. 1. Fast. *Cum tu sint Iani cur sias sacratus in vno?* Scoppa 1. Coll. c. 2. Nann. Misc. 4 c. 13. item, lib. 1. Fastor. *Semper agatne rogat, &c.* Polit. Misc. ca. 60. item, 1. Fast. de *capro vitem rodente.* Polit Misc. c. 26. item, lib. 1. Fast. *Det tecur in lances Inachi vacca,* legend. *Inache laute.* Beroal. annot. c 5. item, lib. 2. Fast. de *Curiene Maximo.* Beroald. annot. c. 51. item, 2 Fastor. *Comat virgineas hasta comas.* Beroal. annot. c. 1. item, lib. 2. Fast. *Et digitis tria thura tribus sub limine ponit.* Flor. Subc. 2 c. 10. item, lib. 3 Fast. *tempora quarta die,* legend. nō *quinta.* Beroal. annot. c. 9. item, 4. Fast. *Circus erit pompa celebur, &c.* Polit. Misc. c. 85. item, 4. Fast. *Sacratusque Mylam pascua lata bouum,* Flau. Con. c. 6. item, 4. Fast. *Pallade sit Tychio,* legend. non, *Titio.* item, 4. Fast. *vicibus fidis ineunt connubia.* Beroal. annot. cap. 8. item, 5. Fast. *Frigidus Argestes.* Beroal. annot. c. 2. item, 4. Fast. *Namque Leontines Amasinaque flumina cursu,* Scoppa Coll. lib. 1. cap. 3. item, 5. Fast. *Incinctus phitra capillos.* Polit. Misc. cap. 72. & Beroald. annot. cap 4. item, lib. 6.

lib. 6. Fast. *Cantabat mœstis tibia funeribus.* Pius annotat. post. cap 188. item, lib. 6. Fast. *Surgit humo iuuenis telis adstatus auitis.* Scoppa Coll. 1. cap. 12. item, 6 Fast. *Et populus Laurens Lanuuiumque meum.* Cruc. c. 16. item, 6. Fast. *Nec Latium norat quam prabet Ionia.* Beroal. annot. c. 3. item, 1. Trist. *fiuctus undecimo prior.* Polit. Misc. cap. 86. item, 2. Trist. de *Sybaritidos auctore.* Polit. Misc. cap. 15. item, 2. Tristium, de *Aristida Milesiacis.* Polit. Misc. cap. 16. item, 2. Trist. *Tantalides Pisæam Phrygijs vexit eburnus equis.* Parrh. 839. m. item, lib. Trist. *Nec graue magnanimi robur mirare Rutili.* Egnat. Racem. ca 9. item, 5. Trist. *Barbarus hic ego sum quia non intelligor vlli.* Florid. Subc. 2. cap. 1. item *Nec titulus minio notetur.* Pius annot. post. c. 105. item. 1. de Ponto: *Fructibus assiduis lassa senescit hyems.* Flor. Sub. 2. c. 14. item lib 1. de Ponto Eleg. *Sepe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem,* Florid. Sub 1. cap. 8. item, lib. 1. de Ponto: *Nec tantum Clario Lyde dilecta Poetæ.* Parrhas. 860. a. m. item lib. 2. de Ponto Eleg. *cui nobilitatis origo Nomen in Eumolpo peruenit vsque Coty.* Egnat. Racem. c. 14. item 2. de Ponto Eleg. *Sic pater in Pylus, Cumæos mater in annes viuant.* Flor. Sub 2. c. 2. item 3. de Ponto: *Tristia deformes pariunt absinthia campi.* Florid. Sub 2. cap. 12. item, in Ibin: *Aut vt Amyntiadem turpi dilectus amore.* Pius annot. post. cap. 12. item, in Ibin. *Liuida se scopulis vt virgo, &c.* Parrh epist. 47. item, in Ibin. *Dux Pœnus mersit putealib. vndis.* Beroal. annot c. 10 Abstem. c. 1. item, in Ibin. *vt ille non profectura conditor historia.* Abstem. annot cap 2. Parrh. epist. 9. item, in Ibin. *Filius vt Cereris frustra tibi semper ametur.* Parrh. 862. m. item, in Ibin. *Te nequicquam placidum spondentia Martis Sidera pressirunt.* Pius annot. post. cap 49. item, in Ibin. *vt illi vnum qui toto corpore vulnus habet.* emend. *cui* & *erat.* Parrh. Ep. 44. item, in Ibin *vt puer Arpagides referas, &c.* Abstem. c. 4. item, in Ibid. *Comicus vt liquidis perit in vndis.* Beroal annot. cap. 10. item, in Ibin. *Vique patrem Sameus, condat te Phœbus.* Parrhas. epist 45. item, in Ibin *Quam tua vel Pterela, vel tua Nisi fuit.* Parrh. 858. pr. item, in Ibin. *Natag, vt Æacidæ iaculis moriaris adacti.* Abstem. annot. c. 3. Parrh. ep. 48. item in Ibin. *Loquax in equo est elisus guttur Agenor.* Pius anno. post. c. 151. itē, in in Ibin. *Stig, Paphagæ causa leæna necis.* emend. *Phyllæa.* Parrh. epist. 8. item. Ibin. *Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.* Parrh. ep. 45. item, in Ibin. *Aut vt Acarnides insutus pelle iuuentæ.* Parrh. ep. 46.

P.

Latin. PAcat. Paneg. *Capita diminuta, & vitam ære taxatam.* Pius Annot. post cap. 44.

Pacuv. *Repandirostrum, incurvicorutcum pecus.* Pius annot. post. c. 18.

Palæphatus de *Scylla meretrice in mari mœstrum conuersa* Parrh. 838. pr.

Pallade versus, de *Grammarico gignente, masculum fœminam, neutrum.* Pius annot. pr cap. 3.

Pallad. οὐκ ἀλόγως ἐν δικτύοις δωματίν. emend. ξυστοῖς. Pius anno. post. c. 37. item, lib. 1. de re ruſtic. *Campas siculneo cinere persequuntur.* Beroal. annot. c. 101. item, libr 5. *Vas aneum militario simile.* Beroal annot. c. 102. item, *Raphanis sicut Brassicam constat esse vitibus inimicam.* Plau. Con. c. 97. item, libr. Agr. de formula *pasti conficiendi.* Beroal in Seru. paragr. 54. item, *Marrubij, multoq, sedi contingere succo.* Pius annot. post. c. 33. item, *Vt in sterilēres agat acta gradum.* Pius annot. post. c. 35. item, *Nec enim formator agricolæ debet artibus & eloquentia rhetores æmulari.* Flor. Sub. 2. ca. 1. item, lib. Agr. *Noctua pennis patentib. extensa suffigitur.* Pius annot. post. cap. 33.

Pausan. in Attic. de *Ptolomæo rage Ægypti; patrem ei non tam Lagum quam Philippum Amyntæ.* Pius annot. post. c. 106. itē, in Attic. *Visuntur saxa argentea, in quibus rei omnes accusatores q, consistunt.* Pius annot. post. c. 40. item in Att. *Nemesis sanè est, quæ supra ceteros Deos superbis inexorabilis est.* Pius anno. post. c. 70. item, in Atti. de *Promothei ara, a qua ad vrbē cum accessis sacib. currunt.* Pius annot. post. c. 114. itē, in Att. de *Ara Iouis ad Munichiū.* Pius annot. post. c. 74. item in Bœoticis de *taurō Æthiopicu, qui Rhinocerotes dicti.* Polit. Misc. c. 56. itē. lib. 1. Eliac. de signo Iouis Olympii. *elata altera manu.* Parrh. ep. 57.

Paulan. in Messen. de *aquis trans Anienem albis sulfureis, &c.* Parth. ep. 51. item, lib. 2. de signo Ioue. *cui tertius oculus in fronte media*, Scoppa Coll. lib. 2. c. 9. item, lib. de *Satyris, eorumq; in fœminas Libidine*, Pius annot post. cap. 275.

Persii *Præfat. Cantare credas Pegaseium melos*, Polit Miscel. 44. Scoppa Coll. 1. c. 34. Item, præfat. Sat 1. *Cornix poetas & poetridas picus*, Scoppa Coll. 1. c. 16. item, Sat. 1. v. 26. *Quid faciam? sed sum petulanti splene Cachinno*, Scoppa Coll. 2. c. 12. item, Sat. 1. v. 60. *Quanquam hæc rara auis est.* Scoppa Coll. 2. cap. 12. item, Sat. 1. v. 106. *Sed numeris decor est & iunctura addita crudo. Claudere sic didicit versum Berecynthius Attis.* Cruc. cap. 3. item, Sat. 1. ver. 109. *Costam longo subduximus Apennino.* Cruc. cap. 3. item, Sat. 2. v. 14. *Nerio iam tertia ducitur uxor*, Scoppa Coll. 2. c. 12. item, Sat. 3. *Insano multum laudanda magistro*, Pius Annot. post. c. 113. item, Sat. 4. *Patuceæ Baucis, cum bene discincto cantauerit ocyma verna.* Scoppa Coll. 2. c. 17. item, Sat. 6. *Præsto est mihi Mantua heres*, Beroald. annot cap. 45. item, Sat. 6. *Chrysippe tui finitor acerui*, Beroal. Annot. app. c. 9. item, Sat. 6. *Non in festuca lictor.* Polit, Misc. ca. 98. item, Sat. 6. *Verterit hunc dominus, &c.* Polit. Misc. c. 92. item, Sat. 6. *Exit Marcus Dama.* Polit. Misc. c. 31. item, *De auidine nodosa.* Polit. Misc. c. 39. item, Sat. *quisquam fixit oletum*, Scoppa Coll. 1. cap. 17. item, Sat. *cur me in decursu lampada poscis?* Pius annot. post. c. 114. item, Sat. *Aspice quam longa diuerberet aera sanna.* Pius annot. post. ca. 3. item. Sat. *De gente hircosa Centurionum.* Beroal. annot. cap. 13. item, Sat. *Anticyras melior sorbere meracas.* Pius annot. post. c. 27. item, *Cappadocas rigida pauisse cataphracta.* Beroald. Annot. cap. 17. item, Sat. *Esi nunc Brisæi quem venosus liber Acci.* Scoppa Coll. 1. c. 34. item, de *nigra Sepia.* Polit. Misc. cap. 39. & Beroal. annot. c. 98. item, de *Terræ progenie.* Polit. Misc. ca. 18. item, Sat. *Angusta collo non fallier urna.* Beroald. annot. cap. 22. item, Sat. *Cum bene discincto cantauerit ocyma verna.* Pius anno. post. c. 169. item Sat. *Cicer ingere largerixanti populo, nostra vt Floralia possint, &c.* Cruc. cap. 3. item, Sat. *Hem saperdam aduehe Ponto*, Parth. ep. 37. item, Sat. *in decurso lampada poscis.* Beroald. Annot. app. c. 18. item, Sat. *Hinc tuba candelæ, standemq; beatulus alto Impositus lecto.* Pius annot. post. cap. 188. Bapt. Pius carpitur ad Virg. *medica putres Accipiunt.* Flor. 2. Sub. c. 19.

Phalar. Epist. ad Polycletum : *missi pocula Thericleorum pœna decem*, Beroal Annot. app. cap. 21.

Philo Iudæus libr. de Mose, de *Sybaritica.* Polit. Misc. c. 5.

Philostr. lib de vita Apoll. de *fonte Tantali*, Beroald Annot. cap 1.

Plato in Cratylo, de *etymo Agamemnonis*, Nann. Misc. 7. cap. 13. Item, lib. 1. de Legib de *Tyrtæo* Florid. Sub 3 c. 10. Item, lib 3. de Legib. *dimidium plus toto* Beroal. Annot app. c. 3. Item, in Phœdone, de *Cycnis vicina morte canentibus.* Pius anno. post c. 128. Item, in protagora : *Deneteum agi putares si Eurybatum offenderes & Phrynondam, &c.* Pius Annot post. cap. 196. Item, lib. 1. de Rep. *Tutas me ades furere, vt Leonem tondere audeam.* Pius annot. post. c. 15. Item, lib. 6. de Rep. *Diomedza necessitate cogetur ea facere.* Pius annot. post. c. 1. item, in Symposio : de *Patrocli Achillis, ætate*, Polit. Misc. c. 45.

Plauti Amphitruo sæpe emēdata, aut verius commentarius eius. Pius Annot. post. cap. 201. Item, Amph. Prologo : *Alcmenam vxorem cepit vsurpatum.* Pius Annot. post. c. 3. Item, Amph. Prolog. *Conquisitores singuli in subsellia eant.* Pius Annot. post. c. 3. Item, Amphit. *Me a porta præmisit domum, vt hæc nuntiem vxori* Nann. Misc. 2 cap. 14. Item, Amphit. *Vulcanum conclusum in cornu gerit?* Parth. 876. pr. Item, Amphitr. *Aut fate facias mihi, atque adiuret insuper Nolle esse dictu, &c.* Nann. Misc. 2. c. 7. Item, Amph. *Tu certe laruatus es aut cerritus.* Abstem, ca. 3. item, Amphitr. *quin istanc tubes procerrita circumferri.* Amph. *quin facito est aque, emend. ferto.* Pius annot. post. cap. 147. Item, Afinaria sæpius emēdata, seu potius commentarius ad Afinariam : Pius Annot. post. cap 202. Item, Afinar. *Ad fustibinas & ferricrepidinas insulas.* Pius annot. post. c 11. Item, Asin. *Indicatum me vxor adduxit domum.* Pius Annot. post. ca. 202. Item, Asin. *Facio facetum me atq; magnifi-*

magnificum virum. Pius Annot. post. c. 8. Item, Asin. *Tecus & cornix est a lena.* Beroal. in Setu. paragr. 46. item, Asin. *Sed quid hoc quod pecus vlnum tundit?* Pius annot. prior. c. 5. item, Asin. *Cum illiciebas blande ad te benedice.* Florid. Subc. 1. cap. 8. item, Asin. *Auceps quando concinnat aream.* Florid Subc. 1. c. 9. item, Asin. *Demam de ordeo, tolutim in badizas.* Pius Annot. post. cap. 35. Item, Aululria sæpius emendata: vel potius commentarius in Aululariam Pius Annot. post. cap. 203. item, Aulul. *E fuo ingello fumus si qua exit,* Pius annot post. c. 15. item, Aululari. *de agro curione.* Beroal. annot. ca 51. Item, Bacchides sæpius emend. aut verius in Bacchides commentarius. Pius annot. post. c. 205. item, Bacchid. *Faxo tam ero Linus, & ego Hercules.* Pius annot. prior. cap. 8. Item, Bacchid. *Te fractam confessionem Soricina nania,* Parth. epist. 59. item, Bacchid. *Herculem fecit ex patre, decumam partem ei dedit.* Beroald. annot. app. c. 11. item, Bacchid *homines remulco sequi, &c.* Flor. Sub. 1. c. 3. item. Bacchid. *a transenna hic turdus lumbricum petit.* Beroal. annot. c 93 item, Bacchid. *in eo ipso adsten lapide, vbi præco prædicat.* Pius anno. prior. cap. 10. item, Bacchid. *Obsonate pellucibiliter.* Beroald. Annot. c. 103. item, Bacchid. *malec ssandus es.* Pius Annot. post. cap 148. 2. item, Captiui aliquoties emend. vel potius commentarius in Captiuos. Pius annot. post. ca. 204. item, Capteiu. *Scio absurde dictum hoc derisores dicere.* Nann. Misc. 1. c. 8 item, Capteiu. *Nunquam albis quadrigis, &c.* Pius annot. post. c. 3. item, Capteiu. *Iouem supremũ testem do Hegio.* Pius Annot. post. cap. 3. item, Capteiu. *inter sacrum sum & saxum.* Pius Annot. prior. cap. 10. item, Casina: de *Situla.* Beroald. Annot. ca. 53. item, Casin. *Retrouersim cedam, imitabor nepam.* Pius annot post cap. 158. item, Casin. *Imitabor nepam, recessim daboome ad parietem.* Pius annot. post. c. 13 item, Cistell. *Involutulum quæ in pampini folia intorta impliceſe.* Pius annot post. cap. 34. item, Curcul. *Tu petalon, &c.* Scoppa Coll. 2. cap 7. item, Curcul. *Vbi quid surripuere, sperte capitulo.* Pius annot. post. c. 71. itẽ, Curcul. *Satis est loris meubare.* Pius annotat. post. c. 10. item, Curcul. *robustos arcere vt pereatis.* Beroald. Annot. app. c. 10. item, Curc. *Hoccine pacto indemnatum atq; intestatũ abripi.* Nann. Misc 10. c. 1. item, Curcul. *Nec vlli homini nutet, nictet, annuat.* Pius annot. post. c 128. item, Epid. *Cumatile aut plumatile,* Pius annot. post. cap. 194. item, Epid. *Me aleatu dentibus deriderent filius,* Pius annotat. post. cap. 3. Item, Menæchmi aliquoties correctiꝰ siue potius commentarius in Menæchmos. Pius annot. post. c 205. item, Menæch. *Mihi pollinctor dixit qui eum pollinxerat.* Bart Auct. cap 5 item, Menæch. *Vel mane etiam mille passuum, commoratus cantharum. Placide pulta.* Pius anno. post. cap. 5. item, Menæchm. *Demirer vbi nũc ambulet Messenio.* Flor. Sub. 2. c. 1. Item, Merc. Act 2. Sc. 3 Nunquam ędepol me vincet: hic commodius polcit, pater. Nann Misc. 2. c. 2. item, Merc *Diua Astarte, &c.* Flor. Sub 2. c. 7. item, Milite: *Si vnum epityrum, &c.* Vitell cap. 2. item, Milit. *Lolio vilitare.* Pol. Misc. c. 66. Beroal. Annot. ca. 81. item, Milit. *Tu quidem cæcus non inscisos es.* Beroald. Annot. cap. 1. item, Milite. *ingenua, an festuca fuba.* Polit Misc. c 98. item, Milit. *Catsiam habeas ferrugineam.* Beroald. annot. cap. 92. item, Milite. *is color thalassicus est.* Beroal. Annot. cap 92 item, Mostell. *Subagito blandis & benedictis dictis,* Florid. Subc. 1. c. 8. item Most. *Videre coagmentata in scirtibus, &c.* Polit. Misc. c. 66. item, Persa: *Hodie in transenna doctis ducam dolis.* Beroal. Annot. cap. 93. item, Persa: *Vincere gradatorem gradu.* Beroald. annot. c 94. item, Pœnulo Prolog. *Nec hoc varientur virgis & foris domi.* Nann. Misc. 2 cap 9. item, Pœnulo: *Nec designater præterienscambulet.* Nann. Misc. 4. ca 21. item, Pœnulo. de *imperio historico.* Beroal. annot. cap. 89. item, Pœnulo: *Mea colostra, meus dulciculus caseus,* Beroald. in Setu. paragr. 42. item, Pœnulo: *Continuo is me extyncerastum fecerit.* Beroald. Annot. c. 95 item, Pœnulo: *Miseram esse prædicat buccam sibi.* Flor. Subc. 2. cap. 23. item, Pœn. *Manuleatam tunicã habere hominem addecet,* Pius annot. post. cap. 38. item, Pseudol. *Sum promus condus, & procurator pani.* Beroal. annot. c. 19.

item, Rud. *Ostreat, balanos captamus.* Pius annot. post. c. 3. item, Rud. *Bith excalfactus.* Pius annot. post. cap. 161. item, Rudent. *Virile secus nunquam vllum habui.* Parth. epist. 43. item, Rudent *Nolo murmur. Ilum fieri.* Pius annot. post. ca. 3. item, Rud. *in ætate hominum plurimæ fiunt transfemæ* Beroal. annot. c. 93. item, Stich *Sambucas adduxit secum, &c.* Pius Annot. post. c. 3. item, Stich. *Vno Gelasimo minus est quam dudum fuit.* Pius Annot. post cap. 3. item, Stich. *Terri plane non obnoxie.* Pius annot. post. ca 3. item, in Sticho: *Scin tu me esse imi subsellij virum.* Vitell. cap. 23. item, Trinum: *Deferere illum & deinuere in rebus aduersis pudet.* Florid. Subc. lib. 1. cap. 8. item, Trinum: *quod dedisti sportis? Ibidem vna trahebo.* Florid. Subc. 2. cap. 1. item, Trucul. *Nunc is est fundus nobis.* Nann. Misc. 1. ca. 15. item Trucul. *detraxi partem Herculaneam.* Beroal. annot. app. cap. 11. item, Truculent. *Corrumpor situ, ita miser, &c.* Pius annot. prior. c. 2. item, Fragm. de *Screptitiis, diabolaribus, scenicolis, ac miraculis.* Pius annot. post. c. 34. item, *Aliquid mali propter vicinum malum.* Pius annot. post. cap. 30.

Plin. Præfat. natur. histor. *Omnia opera tanquam nouissima inscripsere, &c.* Polit Misc. c. 47. item, Præfat. lib. Natural. *vt canearn Homeromastigas.* Beroal. annot. c. 11. item, locis pluribus restitutus explicatusq; lib. 2. ac nominatim cap. 1. 2. 3. 5. 8. 9. 10. 11. 15. 20. 23 35. 39. 48. 49. 50 56. 61. 69. 72. 73. 77. 87. 90. 106. 108. Sabell. Annot. item, lib. 2. triginta amplius locis sollicitatus Sabell. Obseru. seu Annot. post. item, lib. 2. *Ex semetipsis totidem Deos faciunt Genios.* Polit. Misc. c. 89. item, lib. 2. *Sol omnia intuens, omnia etiam exaudiens.* Pius annot. pr. c. 7. item, lib. 2. *Figuram vmbræ terræ simile metæ, ac turbini inuersæ.* Beroal. annot ca. 36. item, lib. 2. *In Æmylia via Fauentina lina, &c.* Pius annot. post. c 27. item, lib. 2. c. 66. *multo maxime,* legēd. non, *vulgo maxime.* Sabell. annot. item, lib. 2. c. 69. *deprehenderunt & dioptræ.* Beroal. annot. c 66. item, lib. 2. c. 95. *Sunt & in Nymphæo parua saltatores dictæ, &c.* Parth. 878. pr. Pius. emendatus exan inatusq; lib 3. cap. 1. 4. 5. 11. 24. Sabell. Annot. item, libr. 3. octo, decem locis sollicitatus Sabell. Obseruat. seu Annot. Secund. item lib. 3. c. 5. *Carnem in monte Albano soliti accipere.* Beroald. in Plin. item, libr. 3. de *terminis Latij antiqui,* Beroal. annot. in Seru. paragraph. item, ter quater correctus. lib 4. Sabell. Obseru. seu annot. tam priorib. quam posteriorib. item, lib. 4. cap. 23. *Nostri Tarteſſon appellant quam Pœni appellauerūt Gaditana.* Egnat. Racem. c 14. item, lib. 5. quinquies sexiesve tēptatus. Sabell. Obseru. item in Annot. item, lib. 5. cap. 3. *Opidum Tabracha ciuium Romanorum.* Beroal in Plin. item lib. 5. ca. 29. *ciue Cadmo, qui primus profanam orationem condere.* Piau. Con. cap. 100. item lib. 5. ca. 30. *Smintheum templum durat.* Beroal. anno, app. ca. 12. Item, lib. 6. emendatus cap. 1. 17. 18. 23. 25. 27. 28. 29. 30. Annot. item bis ter in Obseruat. item, libr. 6. *Seres lanitio siluarū nobiles, &c.* Beroal. in Seru. paragr. 55. Item, lib 7. cap. 11. 20. 23. 24. 26. 43. 44. 45. 60. Sabell. Annot. item, libr. 7. ter quater tentatus. Sabell Obseru. item, lib 7 c. 3. *Reperitur & in Perpoſſo quinos quater exta.* Scoppa Coll. 1. cap 32. item, lib 7. cap. 24. *Inuentæ illa Simonide melico.* emēd. loco, *medico.* Calder. Obseru. lib 3. c. 13. item, lib 7. *Cum Curio inter rostra & Argeorum thesin prospexisset.* Beroal annot. c. 51. item, lib. 7. *Corpore vescos esse sed eximijs viribus.* Beroal. in Seru. paragr. 59. item, lib 7. de *Thalangibus sustibus, &c.* Beroal. in Seru. paragr. 19. item, libr. 7. *Annum quidam Lunæ senio determinabant vt Ægyptij, &c.* Flor. Sub. 2. cap. 2. item, lib. 7. *Eiusdem familiæ Scipioni posti eum cognomen Salutimus dedit.* Pius annot. post. c. 183. item lib. 7. *Lege Scanfilt annorum occidna quam climacteras appellant.* Beroald. Annotat. cap 47. item, lib. 7. cap. 37. *Cui Amplyctiones Græciæ honorem habuere.* Beroald. annot. cap. 67. item, lib. 7. *Non cremari hominem priusquam genito dente.* Beroald. annot. cap. 29. item, lib 7. *Primus sic Cæsar, a cæso matris vtero dictus.* Beroald. in Seru. paragr. 9. item, l. 7. c. 41. *Lampsio vna in omni ævo refertur, quæ regis filia, regis vxor, regis mater fuit.* Scoppa Coll. 1. c. 24. item, lib. 7. c. 56. *Dædalus Ichthyocollā se-*

roal.in Pli. item, lib 7.c.56. *Prefam orationem condere Pherecydes Serius instituit.* Flu.Con.c.110. item, lib.7. *Claudius Cæsar scribit Hippocentaurum in Thessalia natũ.* Flor.Sub.2.c.6. itẽ, lib.7. *Sunt & Satyri subsolanis Indoũ montibus.* Flor.Sub 2 c.6. item,lib.7.vbi loquitur de Basalte:*quotidiano solis ortu cõtractum radiis crepare & decuni* Flor.Sub.3.c.1. item,lib.8.aliquoties sollicitatus. Sabell.Obs. item, lib. 8.c 1.7.17.36.44. Sabell.Annot. itẽ, lib. 8.c.2.de *Vru.* Beroal.in Seru.paragr 27. itẽ,lib. 8. c.12 *Nices nobilis pyctæ Byzantij genitr.* Flau.Con.c.9. item,lib 8.c 12 *ipse in asium degeneravit Æthiopẽ.* Flau. Con. c.9. itẽ, lib 8.c.17. *nunc Varias & Pardos appellant.* Beroal.anno.c.77. item,lib.8. de Echmo. *Hac cute expolitur vestes fiatu magnũ & tbi monopolium inuenit,&c.* Bart. Auct c.41. item,lib.8 de *bone Api.* Flor. Sub.3.c.1. itẽ,lib.8.c.42.de Bucephalo: *alios passim reycions* Flau. Con.ca.10. itẽ, lib.8.c. 42. *eodẽ peruenisse ab Veijs,&c.* Beroal.in Plin. item, lib. 8. c. 50. *quos Nycthalopas vocant.* Beroal.annot c.81. item, lib.8.c.35. *Magna propter venatum eum viuerru gratia est.* Beroal annot.c.68. itẽ, lib.9.c.17. *Piscium nobilissimus habitus acipenser.* Beroal.annot.app.c.5. item,lib. 9.de *testudinum putaminibus.* Beroal. annot.c.36. item,lib.9.c.18.25.Sabel.Annot. item,lib.9.c.38. *Me iuuene violacea pratexta vigebat,cuius libra denarij centum veniebat,&c.* Vitell.c.22. Item, lib.10.c. 3.6.23.64. Sabell Annot. item. 10. c.1. *Ita librata stantes nauigant remorum armamentis.* Nan. Misc.10.c.2 lib.10.c.7. *Sanqualem atq; immensũ augures Romani magna quæstioni habẽt.* Pius annot.post.c.16. item,lib.10.c.23. *Aquilone maxime volant ortygometra duce.* Pius annot.post.ca.54. item,lib.10.c.24. *Cacina Volaterranus, Equestris ordinis,&c.* Egnat. Racem.cap.9. item,lib.10. *Coturnicibus veneni semẽ gratissimus cibus.* Flau. Con.c.76. item, lib. 10.de *Attagene Ionico.* Beroal.annot.c.3. item,lib 10.*Terraones.* Polit. Misc.ca.57. item,lib.10. *Cornix ales inauspicata garrulitatis,&c.* Beroal.in Seru.parag.46. itẽ, lib.10. *Apodes alsis Cypselis appellantur.* Pius annot.post.c.108. item,lib.10. *Messalina elegit in certamen nobilissimã e prostitutis ancillam, eamq; die ac nocte superauit quinto ac vigesimo concubitu.* Flor.Sub 3.c.5. item, lib.10.de *Capra,quã contra Nilum muniunt hirundines* Beroal.ann.c.37. & Pius ann. pr.cap.9. item,lib.10.c.74. *Phalanges & Aranei.* emendat:*Phalagia & aranei* Beroal.in Plin. item,lib.11.c.24. *Maxime eam augente gratiam sumo.* Vitell.c 2. itẽ, lib.11.c.37. *Electrita vocatur illa hac Porcaria.* Vitell cap.1. item.lib.11.c.37. *Nouimores subdolæ irrisioni dicauere nasum.* Calder.Obseru.lib.3.c.7. item, lib.11.c.37. *Genas* XII. *tabulatum interdicto radi a fœminis vetantes.* Obseru. lib.3.c.7. itẽ,lib. 11.cap.*Lynx collum circumagit aduersum se.* Pius annot.post c.2. itẽ,lib.11.de *hortis pensilibus Semiramidis.* Pius annot. post. c.178. Item,lib.12. cap.24.29.37.43.45. 46.49. Sabell. Annot. item,libr.12.de *Amomi arbore.* Beroal.in Seru.parag.44 item,lib.12 *Iure luxuria eodem Numinum ora spectantes & mensarum pedes.* Beroal. annot.c.41. item,lib.12 *Cyperum in Italia appellatur ligustrum,* Beroald. in Seru. paragr.39. Item,lib.13.ca.4.44.Sabell. Annot. item,lib.13.c.11.*Mox & priuata linteis confici cepta aut ceru.* Vitell. cap.3. item, lib.13.cap.12. *Vnius fœdæ reuulsione plures infestante plagulas.* Vitell.c.3. Plin. ibid. *Indecoro visu pertranslucida, &c.* Vitell.ibid. item,lib.13.c.12. *Igitur & secũdo corio stamina facta sunt,e primo subtegmine.* Vitell.c.3. item,lib.13. *Vocemq; hominum quem priores contemplentur adimere.* Flau.Con.cap.83. item, lib.13. de *insania circa mensas citreas.* Beroal. annot.ca. 41. item, lib.13 *in totam arentes Thebaides* Beroal.annot.c.36. Item,lib.14.bis tentatus cap. 14. Sabell.Annot. item, lib.14.cap.16. Sabell.Annot. item,14. cap.5 *Cicuta homini venenum est;cicuta vinum.* Polit.Misc.c.61. item,lib.14.ca.6. *Ceterano inter Gallias consistit auctoritas.* emend.*Cerretano* Beroald.in Plin. item, libr. 14. *Vt plus capiamus, sarco fiangimus vires.* Beroald in Plin.lib 19. item, lib. 14. *Virgilius cerasi vlmum dicat.* Florid. Sub.1 cap.12. item, lib 14. *Tice acresina condire musta vulgare est.* Beroald. in Seru.paragr.51 item,lib.14 repositum *Ceretano* pro *Ceterano.* Beroald.Annotat. cap.28. item,lib.14.c.4. Annot.Sabell.

Plin. lib.15. c.19. *Quæ, omen fecere M. Crassi Cannæ.* Beroal annot.ca.69. item, lib. 15. c. 22. *Caryon a capitis grauedine propter odoris grauitatem conuenit dictum.* Pius annot.prior.c.1. item, lib.15. *Arafuit Roma Veneris Myrtea* Beroal. annot. c.49. item,lib.15. de *Thebaico.* Beroald.annot. c.36. item, libr.15. *Æque peregrinæ sunt Ziziphæ, &c.* Pius annot.post.c.37. item, lib.15 cap.vlt. *Traditus moveſi ramus, quos tenuerunt ferendi.* Pius annot. post. c.39. Item. lib.16.ter quater emend. Sabell. Obſeru. item,lib.16.ca.2.14.15.45. Sabell.annot. item,lib 16.c 10. *Hinc fraus Seplaſiæ.* Beroal.annot.ca.77. item,lib. 16.c.11. *Lignum cedri conciſum furnis vndique igni extra circũdato ſeruet.* Plau. Con. cap.74. item,lib.16.c.16. *Canna attigna radici congruit ad tibias ſimiliras, quæ ad cacumen aſſurgit ad dexteras.* Nanu. Miſc.1. cap 6. item,lib.16.cap.25 *De hedera quæ vocatur Smilax.* emend. *Milax.* Beroald. in Plin. item, libr.16. *Diem coitus Lunæ ab aliis ſilentiu Lunæ, &c.* Polit Miſc.cap. 100. item, lib 16.c... *Alii rhodadaphnen ſempiternum fronde roſæ ſimilitudine.* Pius Annot. prior.c.5. item,lib.16.de *Thibyra.* Polit.Miſc.c 72. Item,lib.17.ca.11. bis tentatus.Sabell.Obſeru. item,lib. 17.cap.4.5.22. 23 80 Sabell Annot. itẽ, lib.16. *Vaccinia Italiæ in aucupijs fata.* Beroal.in Seru.paragr.39. item,lib.17.c. 5.de *vnguentibus terram olentibus.* Beroal. annot.c 62. item,lib 17. *Æmiliæ viæ in ridicas Attiniarum, &c.* Pius annot.poſt. cap.27. item,lib.17.de *Simonide Melico.* Beroal.annot.c.58. item,lib.17 *Celebratur & Thericles nomine.* Beroal. annotat. app.c 21. Item, lib.18.bis ter tentatus. Sabell Obſeru. item, lib.18 *Silente Luna ſeri iubent.* Polit.Miſc cap.100 item, lib 18. *Dea quam nominare ſub tecto eſt religio.* Plau.Con.c.52. item,lib 18. de *medica herba* Flor. Sub.2.c.19. item,lib.18. *Frontem domini plus prodeſſe quam occipitium.* Pius Annot. poſt.c.30. item, lib. 18. *Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur voluiſſe.* Beroal.in Seru.parag.47. item, lib.18. *Iuſtum eſt eruodys reduci ſemodios, & pollinis ſextarios quinque* Pius annot.poſt. cap.85. Item. libr.19 ter aut amplius ſollicitatur. Sabell. Obſeru. item, lib. 19.cap.1.4.5.7.Sabell.annot. item,lib. 18. c. 3. *Seruius ouium boum, effigiem primus ea ſignauit* Beroal.in Plin. item, lib.19. cap.4. *In remedio Satyrica ſigna quangam hortos, &c* Pius Annot. prior c.2. item, lib 19.c.5. *Odium raphani cum vita maximum.* Plau.Con.cap.97. item, libr.19. cap.7. *Exprotrauere lapſana ſe vixiſſe.* emẽdat. *Lampſana.* Pius annot.poſt.cap.116. item, lib.19.c.8. *De radice chara.* emendat: *caro.* Pius annot.poſt.c.186. item, lib.18. *Eſi & aquarum ſignificare, &c.* Beroald.in Seru.paragr.52. item libr.19. *Inueterari vina facciſq; caſtrari,* Beroal.in Plin. item,libr.19. *Mirum eſſet non dicere cardui pecori veſci; non licet plebi.* Pius annot.poſt. c. 168 1. item,lib.19. *Libanotis odorem thuris, myrrha myrrhæ.* Pius annotat.poſt.c.165. Item.lib.20.cap.4.9.Sabell.Annot. item,lib.20.c.2. *Sinneſſane aquæ ſterilitatem fœminarum & virorum infamiam abolere proditur.* Vitell.cap.26. item, lib.20.de apio: *Nam id deſimilem epulis dicatum.* Pius annot. poſt.cap.25. item, libr.20. *De napo, cui nomen brotus.* Pius annot poſt.c.174. item,lib.21.c 8.emaculatus.Sabell.Obſeru. item libro 21 c 19.34.Sabell.Annot. item,lib. 21.c.2. *Ex trigento Tarſia pitforis.* Beroald. in Plin. item, libr. 21. *celerrime noſcitur ozymum.* Pius annot.poſt.c.169. item, lib.21.de *Lemniſcis.* Polit.Miſc.c 172.& Beroal.annot.c.4. item, lib.22.& lib. ſeqq.aliquoties ſollicitatus. Sabell.obſeru. item,lib.22.cap 17.25.Sabell.annot. item.lib 22 ca.22. de *Hecate Cebrachi.* Beroal.annot.c.72. item,lib.22 cap.vlt *Succus lupini Smigma ſunt.qui &c.* Beroal.annot.c.18. item,lib.23 de *Pytrocampa.* Beroal.annot.c.101. item lib 23. *Vtiliſſimum omnibus ſacco virilis ſtatu.* Beroal.in Plin.lib.19. item,lib.23. de *Taebaico.* Beroal.annot. c.36. Item, lib.24.c.10. *Milax quæq; qui & cicephora.* Beroald.in Plin. libr.16. item,lib.24. *Matronæ in Theſmopharijs Athenienſium, &c.* Pius annot.prior.c.9. item,lib.24. *Leguſtrum quæ in Oriente Cyparo.* Beroal. in Seru. paragr.39. item,libr.24. *parietaria & ireaſtica cum vita edita.* Plau.Con. cap.97. item,lib.24.de Nouell.10: *Nobil ad elidendum in paumentis ſonum ex vini* reli-

reliquisse Parth. ep 36. item, lib. 25. cap. 2. 7. 9. Sabell. Annot. item, lib. 25. ca. 2. de *Nepenthe*. Beroal. annot. c. 75. item, lib. 25. cap. 2. *Sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis*. Beroal. in Plin. itē, lib. 25. c. 5. *Optimum vno eius loco circa Pyram*. Beroald. annot. cap. 71. item, lib. 25. ca. 5. *Galli sagittas in venatu elleboro tinguunt*. Beroal. in Plin. item, lib. 25. cap. 5. *lacte earum sanasse Pratides furentes*. Beroald. annot. cap. 70. & Polit. Misc. cap. 50. item, lib. 25. ca. 10. *Satyrii radix Venerem, etiam si omnino manu tencatur, &c.* Pius annot. prior. cap. 2. item, lib. 25. *Cicuta tollit Venerem testibus circa pubertatem illita*. Pius annot. post. c. 51. item. lib. 25. *vetant dari caussariis vel latere vel faucibus*. Pius annot. prior. cap. 4. item, lib. 26 c. 8. de *rustica Hecale Callimachi*. Beroal. annot. c. 72. item, lib. 27. cap. 12. *Smigma mulieres faciunt ex hi*. Beroal. annotat. cap 88. item, lib 27. de *Atabulo vento Apuliæ*. Beroal. annot. ca. 54. item, lib. 28. cap. 1. 8. 9. 10. Sabell. Annot. item, lib. 28. cap. 11. *Sanguine hirci sanari luscosos, nyctalopes appellant*. Beroal. annotat. cap 88. item, lib 27. de *Atabulo vento Apuliæ*. Beroal. annot. ca. 54. item, lib. 28. cap. 12. *Catem erugari & candorem cutis odore lactis asinini*. Calder. Obseru. lib. 3 cap. 6. item, lib. 28. *Medatur Tityo campes venenis*. Beroal. in Plin. item, lib 28. *Fulgetras adorare poppysmis*. Polit. Misc. cap. 32. item, lib. 28. *Inguinibus alligantes nonenis septenisve nodis*. Flor. Sub. 2. cap. 10. item, lib. 28. *Ossa ex acetabulis parturiam prabent usum dentifricii*. Beroal. annot. app. cap. 15. item, libr. 28. *pollices premere*. Polit. Misc. cap. 42. item, lib. 28 cap 40. *Asinæ lac conferre aliquid & candori in mulierū cute*. Calder. Obseru. lib. 3. cap. 6. item, lib. 29. cap. 1. *Ictum fulmine Æsculapium, quoniam Tyndaridam renocasset ad vitam*. Scoppa Coll. 1. cap. 12. item, lib 29. c. 1. *Videbamus senes Consulares vsq; in ostentationem rigentes*. Beroal. annot. app. cap. 7. item, libr 29. *Aduersus omnia mala medicamenta pollet sanguis anatum Ponticarum*. Beroal. in Plin lib 25. item, lib. 29 *Superimponi oportet splenium e melle decoctum, &c.* item, lib. 30. c. 5. 10. Sabell. Annot. item, lib. 30. *Planc puto Latine vocari Galbulam*. Pius annot. post. c. 29. item, lib. 30. de *Tuptesie*. Beroal. annot. c. 101. itē, lib. 30. de *Cochleis laudatissimis*. Beroal. annot. c. 36. item, lib. 32. c. 7. *Ichthyocolla appellatur piscu, &c.* Beroald. in Plin. item, lib. 33. c. 1 & 3. Sabell. Annot. item, lib. 33. cap. 1. *Ædiculum aream fecit in Græcostasi*. Beroal. in Plin. item, lib. 33. c. 8. de *Boni euentus simulacro dextra pateram, sinistra spicam ac papauer tenente*. Nann. Misc. 4. c. 3. item, lib. 33. *Vitiam e vita posset in totum abdicari auri sacra fames, &c.* Pius annot. post ca. 152. item, lib. 33. *Multos post ea cognominis seruitute liberatos opulentiores, pariter q; tres Claudii principatu, Pallantem, Callistum & Narcissum*. Flor. Sub. 3. c. 5. item, lib. 33. de *permutatione Glauci ac Diomedis*. Beroal. anno c. 48. item, lib 33 de *Canephoris*. Pius annot. pr. ca 9. item, lib. 33. *Seruorum caussa Nomenclator adhibendus*. Beroal. annot. ca. 17. item, lib. 33. *Mareseres Luciferesve*; male pro, *Mareipores Luciporesve*. Beroal. annot. ca. 79. item, lib. 33. *Iudicii quoq; non nisi quinquaginta decuriæ fuere primo, &c.* Vitell. cap. 21. item, 33. de *minuario Sisaponensibus*. Beroal. annot. c. 31. item, lib. 33. de *Harporate in digitis portato*. Polit. Misc. cap. 83. item, libr. 34. cap. 4. 6. 8. Sabell. Annot. item, lib. 34. c. 5. de *Cephissodoro: fecit & concionantem manu sublata*. Parth. ep. 57. item, lib 34. *Polycleti pueri Astragalizontes*. Beroal. annot. cap. 27. item, lib. 34. *Dædalus & inter fictores laudatus, &c.* Pius annot. post cap. 137. 1. item, lib. 34. cap. 11. *credunt Septaptia, eaomnibus quidem fraudibus corrumpens*. Beroal. anno. cap. 77. item, lib. 35. c. 3 *Clipeum a cluendo, &c.* Parth. ep. 10. item, lib. 36. c. 5. de *Scopa duabus Chamaterū*. Beroal. anno. c. 63. item, libr. 35. cap. 9. Sabell. Annot. item, lib 35. c. 11. *Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas*. Nann. Misc. 7. c. 10. item, lib. 35. cap. 11. *Asprenati reo Cassius Severus accusator, &c.* Plan. Con. c 58. item, lib 35. de *Oeni asello spartum arrodente*. Polit. Misc. c 81. item, lib. 35. *cum pingeret poppysmonta, retinentem equum*. Pol. Misc c 32. item, lib. 35 de *Alexandro frequentante officinam Apellis*. Polit. Misc. ca. 48. item, lib. 35. c. 40. *Aegle, Pane, Calassus, & Onager*. emend. *Panacea. Iasō*. Flavius. Con. cap. 39. item, lib. 36 c. 16. Sabell. Annot. item, lib. 36. de *Tonte subli-*

Beroal.ann.c.65. ité, lib.36. *Praxite la Roma opera sunt, Thyades & Caryatides.* Pius anno. post c.19 ité lib.37. c.2. Sabel. ité, c.17 *Lac ymu electrum omnib. annis fundere eux Eritanum.* Fior. Sub. 1 ca. 16. ité, lib. vlt. de *fuccino nascente in insulis Septentrionalis Oceani.* Fior. Subc. 1. cap. 16. item lib vu Smiči ca beroal annot ca. 38. item, lib. *Terra cariosam caue ne plaustro, &c.* Beroal. in Seru. parag. 49. item, libr. *Cortum mane pr proxima sutrina examinauit.* Beroald. annot. cap 91. item, lib. 1. epist. 2. *Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adiecero.* Cruc. c 17. item, libr 1. epist. 2. *Mares nostri lecythus fugitiuus.* Beroal annot. c. 46. Nann. Misc. 9. cap. 3 item, lib. 1 epist. 3. *Crebris excursionibus uastari.* Cruc cap. 17 item, lib 1. epist. 4. *in Carsulano.* Cruc cap 17. item, libr 1. epist. 5. *Cui est cum Cicerone æmulatio, & qui non est contentus, &c.* Cruc. c. 17. item. lib. 1. epist. 8. *est enim paulo gloriosius & elatius* Cruc. cap. 17. item, lib. 1. ep. 15. *ultra Baticæ.* Cruc cap 17 item, libr. 2. epist. 17. *Transitu interiacente qui suspensus & subulatus conceptum vaporem, &c.* Cruc. cap. 17. item lib 2. epist. 20. *Habes climatericum tempus, sed euades.* Beroal. annot. cap. 46. item lib. epist. *Erant in proximo stylus & pugillares, &c.* Vitel. ca 3. item. libr. 3. epist 5 *Cibum interdiu leuem & facilem, veterum more sumebat.* Beroal. in seru. paragr. 24. item lib. 5. epist. 2. *Nec tam quidem solertiam Diomedis, in permutando munere.* Beroald. annot. cap. 48. ité, epist. *cautum Scæuolæ extorqueat.* Pol. Mis. c. 64. ité Paneg. *Nam simi durum atrocissima effigies tanto victimarum cruore coleretur* Parth. ep. 57 ité. lib. 9. ep. 6. *nunc faciunt panno pauperum amant. &c.* Beroal. annot. c 92. item, Paneg. de *vigesima.* Beroald. annotat. cap. 90 item. Paneg. in Traian. *vt facilius esset tratos quam propitios habere.* Pius annot. polt. c 45.

Plutarch. in Æm. l. *Nemo vestrum nouit vbi me premat nec calceus premat.* Pius annot. post. cap. 118. item Alex. *Obsonia prandii, cœnabula nocturna, cœnæ vero prandij parcitas.* Beroal. in Seru. paragraph. 24 item. Beroal. annot. de *Troiæ ornatu & claritate & causa.* Beroald annotat. cap. 92. item, in Artax. *Artaxaiax ita amabat, vt ne vitiligine quidem infectam fustidiret.* Pius annot. post. cap 120. item, in Artaxerxe: *Fuisse autem in annulo incisa Caryatidas.* Pius annot. post. cap. 119. item, in Coriolano: τῆς ἐτοιμότητος Robert de Nomin. item, Demetr. de *Sosigene cui aureæ CCC. in cingulo militari.* Beroal. annotat. cap. 15. item. Cratius de *Aristide Milesiacis.* Polit. Misc. c. 16. item, in Galba: de *largitionibus Neronis factis scenam palæstramque agitantibus.* Beroald. annot. cap. 89. item, in Lysandro, de *Scytale Laconica.* Beroald. annot. cap. 62. item, in Numa, de *distinctione liberorum.* Nan. Misc. 10. cap. 5. item, in Pericle: *Æginam velut Pyræi lippitudinem deletam censuit.* Beroal. annot. app. cap. 19. item, in Sylla de *Satyro.* Florid. Subc 2. cap. 6. item, in Sylla: *appellatæ se ἐπαφρόδιτον.* Nann. Misc 1. cap. 7. item, Theseus, de *ara in Delo.* Polit. Misc. ca. 52. item, Theseus, de *Hecale.* Polit. Misc cap. 24 & Beroal. annot. ca. 72. item, in Timol. *aut coronas sepulcris imponere vsurpatum est.* Pius annot. post. cap. 115. item de Adulat. de *Magabyzo frequentante officinam Apellis.* Polit. c. 48. item Apopht. Reg. ὁ Φίλιππος διδάσκων τὸς βασιλέας τὴν λιτότητα. Pius annot. post. c. 26. item, Apoph. in Scip Æmiliano, de *vasi gemmato & thericlea.* Beroald annotat. app. cap. 21. item, in Apopht. de *Gelone Carthaginensis cogente ne liberos Saturno immolarent.* Beroald. annot. append. cap 20. item, in Apopht. Pericl de *Æginaquasi Pyræi lippitudine.* Beroald. annotat. app. ca. 19. item, lib. de clar. mulier. de *Chimera & Bellerophonte historice.* item, lib. de Conuiu. seprem Sapient. de *Sybaritarum inuitatione.* Polit. Misc. cap. 15. item. libr. de Ei Delp. de *Nablo.* Polit. Misc. ca. 14. item, de Garrul. de *vino superante cicutam.* Polit. Misc. ca. 61. item, lib. de Isde: de *Harpocratu taciturnitate.* Polit Misc. c 83. item, de laude sui; *De choro Lacedæmoniorum tripartito, senum, puerorum iuuenum.* Polit. Misc. c. 88. item, de Numin. Vindicta: de *festuca inicta manumittendu.* Polit. Misc. ca. 98. item, in Probum. de *Argeo.* Beroal. annot. cap. 65. item, Probi. *de hasta calibari.* Beroald.

roald. annot. cap. 1. item, Problem. de *Lauris legatis præberi solitis.* Beroald. item, Problem. *Mulieres vno aut duobus appellabantur nominibus.* Robor. de Nomin. item, libr. Probl. *Cur Romani peregre redeuntes præmitterent qui nuntiarent aduentum.* Nann. Misc. 2. cap. 14. item, lib. 1. Sympos. de prouerbio, *Odi memorem comparem.* Parrh. ep. 14. item, 2. Sympos. de *Hieronico, & detectione muri.* Polit. Misc. cap. 99. item, lib. Sympos. de *Noblio.* Poli. Misc. c. 14. item, Vtrum prud. Animal. de *Ara ex cornibus Apollini sacra.* Polit. Misc. c. 52.

Polemon. lib 2. de *Exeeestide qui vicerat & Caryorum certamen in Lacedæmonia.* Parrh. epist. 55.

Polyæn. lib. Strat. *Apud Macedones ne puerpera quidem calida lauantur.* Parrh. ep 58. item, lib. 8. Stratag. de *Deidamia Pyrrhi filia.* Parrh. epist. 48.

Polyb. lib. 5. *Mallem cynadot sambucastę vexisse.* Pius annot. post. c 3.

Politian. notatus in *Amaryllidis* etymo. Nan. Misc. 6. c. 1. item, notatus in expl. 2. Æneid. *tacita per amica silentia Lunæ.* Parrh. ep. 1. item, notatus in *Passere Catulli.* Flor. Sub. 1. c. 5. item in *Onxe Virgiliano.* Flor. eod lib. c. 6. item, repreh. in versione Herodiani, in *imperio promercali.* Pius ann. post. c. 94. item, repreh. in versione Pausaniæ, *ὁδὸς ἀρχῶν.* Pius annot. post. c. 38.

Pollux lib 1. de *Lanarum Purpura.* Pol. c. Misc. 12. item, lib. 4. c. 4. *ὡς ἐπιπλοῦς ῥηχρὸς καὶ ὀκτάχορδος.* Nann. Misc. 8. c. 1. itē, lib. 11. *Subiectum scroto caulem taurum vocant.* Pius annot. post. cap. 84. item, in *Riscus.* Parrh. epist. 59.

Porphyrius, de *vento Atabulo.* Beroald. annot. cap. 54.

Portius Latro apud Senecam *de Pompeio, vno digito capui scalpente.* Pol. Misc. c. 7.

Priscian. de Aspiratione vocalium & consonantium. Polit. Misc. c. 19. item, lib. 1. *in tripode vetustissimo Apollinis, qua stant in Xeroleptho Byzantii.* Pius annot. post. c. 177. item, lib 6. de *Publipore & Marcipore.* Beroal. annot. c. 79.

Æmil. Probus in Aristide: *a Themistocle collabefactus testula.* Beroald. annot. c. 80. item, Maronis enarrator de *Pratidibus.* Polit. Misc. cap. 50.

Proclus libr. de Sacrificio: *Selinotropiam ad Lunam verti, &c.* Pius. ann. post. c. 168. 2.

Propert. lib. 1. Eleg. 1. *Cynthia prima suis miserum me cepit* Flor. Sub. 2. c. 22. itē, lib. 1. Eleg. 1. *Hylæi percussit vulnere rami.* Parrhas. ep. 4. itē, lib. 1. El. 11. *Et modo Thesproti mirantem, &c.* Parrh. ep. 3. item, lib. El. *Et Myos exiguum flexit acanthus iter.* Pius ann. post. c. 168. 1. itē, lib. 2. El. 1. *Dicite quo pariter carmē tenuastis in antro.* Florid. Sub. 1. c. 15. item, lib. 2. El. vlt. *Desine & Æschyleo cōponere verba cothurno* Flor. Sub. 2. c. 13. itē, lib. 2. El. *Si puer es alio trajice tela tua.* Pius ann. post. c. 150. itē lib. 2. Eleg. *Qua notat Argynni pœna natatis aquas.* Parrh. 868. m. item, lib 2. Eleg. *Hæc eadem docti confessa est pagina Calui.* Flor. Sub. 3 c. 9. itē, lib. 2. Eleg. *Nestoru est vsus post tria fata senis.* Flor. Sub. 2. cap. 2. itē, lib. 2. Eleg. *Dolia virgineu idem ille repleuerit vnus.* Pius annot at post. cap. 140. item, lib. 2. El. *Tu non Antimacho, non tutoribus Homeri.* Flau. Con. c. 98. item, lib. 2. Ele. *in assidua mutem tua nomina lingua, &c.* Pius annot post. ca. 25. item, lib. 2. Eleg. *Cū tam flectant Icarii sidera tarda boues.* Parrh. ep. 1. itē, lib. 2. Eleg. *Tibia funesta tristior illa tuba.* Pius ann. post. c. 18. item, lib. 2. Eleg. *Iactat Latinis mœnia lutorib.* Flau. Con. c. 13. itē, lib. 2. Eleg. vlt. *Tu canis vmbrosi subter pineta Galesi Thyrsin.* Parrh. ep. 4. item, lib. 3. El 1. *Nec Iouis Elei cœlum imitata domus.* Parrh. epist. 57. itē, lib. 3. Eleg. *Orpheu te tenuisse feras, &c.* Flor. Sub. 3 c. 7. item, lib. 3. Eleg. *Mania cum Graio Neptunia pressit iratro victor.* Scopp. Coll. 1. c. 28. item, lib. 3 Eleg *Patum Obrusinsano tero, quatero, mari.* Flor. Sub. 2. c. 10. item, lib. 3. Eleg. *Portabat alteus sanctos viros.* Beroal. in Seru. parag. 28. item, lib. 4. Eleg. *Tauerat hos Phœbi filia Lampetie.* Flau. Con. c. 6. item, lib. 4. Eleg. *Pœana Amphion rupe Aracynthe tua.* Scoppa Coll. 1 cap. 21. item, lib 4. Eleg. *Nescia nefariis accubuisse nouis.* emend. *Nescia se flammæ.* Pius annot. post. c. 25. item, libr. 4. Eleg. *Prima mihi vua ruat lientibus vua racemis.* Pius annot. post. cap. 33. item, libr. 4. *de Pallade a Tiresia vnspecta.* Polit. Misc. cap. 80.

Propert. lib. 4. *Funem qui torqueat Ocno.* Polit. Misc. c. 81. item, lib. 4. Eleg. *& a proauo ducta Conone domus.* Beroal. in Seru. paragr. 43. item, libr. 4. Eleg. *Ducebant macra Iulia sacra boues.* Flau. Con. cap. 62. item, libr. 4. Eleg. *Prima galeritus posuit prætoria Lygmon.* Pius annot. post. cap. 25. item, lib. 4. *Conflauit imaginis aurum, Ardente ex nostro, &c.* emendat *aurum Parthenia ex.* Pius annot. post. c. 25. item, 4. lib. Eleg. *Codicis immundi vincula sentit anus.* Parrh. epist. 22. item lib. 4. Eleg. *Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.* Parrhas. epist. 22.

Prudent. adu. Symmach. de *pollice conuerso.* Polit. Misc. cap. 42.

Q.

QVintil. lib. 1. *Studiorum initia a perfectissimo quoq; optime tractari, &c.* Flor. Sub. 1. c. 1. item, lib. 1. *Nondum prima verba exprimit iam coccum intelligit, iam conchilium poscit.* Scoppa Coll. lib. 2. c. 3. item, lib. 1. Instit. *A sermone Græco puerum incipere malo.* Flor. Sub. 1. c. 1. item, lib. 1. c. 5. *vt biclinium, aut contra, vt epitogium, & Anticato.* Calder. Obseru. lib. 3. ca. 11. item, lib. 1. c. 5. *& mappam Circo quoq; vsitatum nomen.* Calder. Obseru. lib. 3. c. 14. item, lib. 1. *Marcipotes Publipotesq;.* male, pro *Marcipores Publiporesq;.* Beroal. annot. ca. 79. item, lib. 1. Instit. de *Ceratinis.* Polit. Misc. c. 54. item, lib. 1. de *Crocodilite.* Pol. Misc. cap. 55. item, lib. 1. *Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem.* Flau. Con. cap. 45. Florid. Sub. 1. lib. 1. c. 2. item, Instit. lib. 1. de *Aspirationibus.* Polit. Misc. c. 19. itē, lib. 1. de *Mimographo Sophrone.* Cruc. ca. 15. item, instit. lib. 3. *Decem millibus denariorum didicisse artem quā edidisse Euathlus dicitur.* Pius annot. post. c. 73. item, lib. 3. *Cum in eam insulam secessisset, dicitur Titus Cæsar.* legend. *Tiberius Cæsar.* Beroal. annot. c. 79. item, lib. 1. *& partibus Centumuiralium, quæ in duas hastas diuisæ sunt, &c.* Vitell. cap. 21. item, lib. 8. ca. 3. *Tau Gallicum imminet, &c.* Pius annotat. post. cap. 43. item, lib. 8. *Patauinitatem Asinius in Liuio reprehendit.* Flau. Con. cap. 45. item, libr. 8. *Clodia vocata Quadrantaria, Clytemnestra, in triclinio Coa, &c.* Robort. de Nomin. item, notatus libro 8. quod opinaretur *Obsequii* vocabulo vsum primo Terentium, Parrhas. epist. 58. item, instit. de *habitu Pacificatoris.* Polit. Misc. c. 65. item, lib. 9. instit. de illo Virg. *qui non risere parentes.* Polit. Misc. cap. 89. item, libr. 10. institut. de *persuadendi Dea.* Polit. Misc. c. 91. item, libr. 10. instit. *Ad faciendam etiam apharesin.* legend. *etiam phrasin.* Beroald. annot. cap. 78. item, libr. 10. *Et Pollionis & Cassij reus Asprenas est.* Flau. Con. cap. 58. item, lib. 10. *impense petierit, vti subsellia in Basilicam transferrentur.* Vitell. ca. 23. itē, lib. 11. *vtrum Cæsar sit ater an albus.* Beroald. annot. cap. 38. item, lib. 12. *Naturalem eloquentiam, quæ cum liberis, seruis, coniugibus, amicisq;, &c.* Florid. Sub. 2. cap. 1. item, in Mil. Mariano *Nihil tale nouere Germani, &c.* Pius annot. post. cap. 12. item, lib. de claris orator: *Extemporalis audaciæ atque ipsius temeritatis vel præcipua iucunditas est.* Parrh. epist. 57.

R.

RObortell. respondetur ad aliquot Apophthegmata quæ vertit Erasmus. Nann. lib. 8. cap. 1. 2. & aliquot sequentibus.

S.

SAllust. in Catil. *Tamen in primis arduum videtur res gestas scribere.* Cruc. c. 12. item, in Catil. *Sicut effecta parentum multis tempestatibus haud, &c.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. *Satis loquentiæ, sapientiæ parum.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. *Libido stupri ganeæque, citerique cultus non incesserat minor.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. *nunquam Hispanos præterea tale facinus fecisse.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. *Quod factū primo populares coniurationis concusserat.* Nann. Misc. 2. cap. 15. item, in Catil. *ante quam sine fraude liceret ab armis discedere.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. in orat. Cæsaris: *ea populus lætari.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. *Næ ista vobis mansuetudo &c.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. *Nedum illi corruptis moribus victoriæ obtemperarent.* Cruc. cap. 12. item, in Catil. *Paulo diuersi alis alibi stantes, &c.* Cruc. cap. 12. item, Iugur. *Victi omnes in gentem nomenq; imperantium concessere.* Scoppa Coll. 1. cap. 22. item, Iugurth. *Prima Cyrene colonia Thereon.* Cruc. cap. 13.

item

item, in Iugurth. *quos accidam aut quos appellem?* Cruc.ca.12. item, Iugurth. *In quas Latine? nam apud Numantiam loqui didicerat.* Flor.app.Sub.2 c.1. item, Iug. *neq; parrandi belli cognouit.* Cruc. c.13. itē, Iugur. *Ego flumen Mulucha non egrediar.* Cruc.c 13. item, Iug. *Dum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur* Cruc. cap.13. item, Iug. *Comperior Bochū magis fide Punica.* Cruc c.13. item, Fragm. *aliquot adueſtis cicatricibus & eſſoſſo oculo; quo deho neſſamento corporis maxime lætabatur.* Parrhaſ.epiſt.56. item, *Tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum.* Beroal.annot. c.93.

Sammon. Serenus: de *Acipenſere.* Beroal. annot.cap.5.

Sedul. *Tragicoue boatu Ridiculoue Gete.* Parrhaſ.876.f.

Seneca 1. benef. *apud quem præcingantur & ſpiſſu aut phacaſio prodeant* Flau.Con cap. 41. item, lib 1. de benef. *ſordida libidinu & ancillariolum vocant.* Vitell. cap. 8. item, lib. 6. Benef. de *Deſignatoribus & Libitinariis.* Beroal.annot.c.16. item, li. 7. cap. 10. de benef. *Centeſimæ ſanguinolentæ.* Beroal.annot.ca 90. item, Epiſt. 24. *Exſilium Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter.* Egnat. Racem.c.9 item Epiſt. *ſtatim circumagitur.* Polit.Miſc ca. 98. item, Epiſt. *Hoc plerique ordinarius paribus & poſtulatitiis præferunt.* Pius annot. poſt.cap.190, item, Epiſt. *Adice obſonatores quibus domini palati notitia eſt.* Beroal, annot.c 103. item, Epiſt. *Cornua non perdidiſti.* Polit. Miſc.cap.54. item, Epiſt. de *Philoſophiæ parte parænetica.* Beroald. annot. app. cap.8. item Epiſt. *Non vis niſi Ceyx, aut Pryami, &c.* Beroal annot. cap.51. item, Epiſt. *Traſtigiatorum arctabula & calculi.* Beroal.annot app cap.15. item. Epiſt. 80. *Omnes maleſtos ad ſpheromachiam a vocauit.* Flau.Con.cap.40. Beroal.annot.app.c 8 item, Ep. *Quomodo pſythrolutram decet gauſapatus.* Beroald. annot.appen.cap.7. item, Epiſt. *Ille tantus Pſythrolutres qui &c.* Beroald.annot. app.cap.7. item, Epiſt. *Singuli Genium & Iunonem dederunt.* Polit. Miſc. cap. 89. item, Epiſtol. 109 *Si fas cadendo cœleſtia ſcandere &c.* Flauius Conect. cap. 46. item, lib.1. Nat.quæſt. cap. vlt. *De ſpecu lis curioſis.* Beroald.annotat. cap.38. item, libr. 3. Nat.quæſt. *Facundus hercle vir Cæcina.* Egnat. Racem cap.9. item, lib. 4. quæſt. natur. cap. 2. *Abaton Græci vocant, nec illum vlli niſi Antiſtites calcant.* Pius annot poſt. cap. 82. item, lib. 4. Quæſt. natur. *Atabulus Apuliam infeſtat* Beroal.annot. cap. 54. item, lib.1. de Clemen. *aratrum vetuſtu vrbibus inducere.* Scoppa Coll.1. cap.28. item. 2. de ira: *O formoſum ſpectaculum!* Beroald. annot. cap 10. item, de Tranqu. cap. 2. *Græci εὐθυμίαν vocant.* beroald annot.app.ca 8 item de Tranquil.cap. *Non vis niſi Conſul, aut Prytanis aut Ceryx, aut Suffes admoniſtrare Romo* Pius annot. poſt c.96. item in Apocol. *Laid repercuſſo frictillo.* Beroald.annot ca 23. item, lib 3. Contr. de voce *ſg n'* Polit. Miſc. cap 60. item, Contr. *Nomen tuum pependit in fronte* Fla 1. Coniect cap.47. item, Tragicus. *Agamemn. ſtactus hanc decimus tegit.* Polit. Miſc. cap. 89. Seneca in Hercule furente reſtitutus locus de *ſeru a Luna conceptu.* Polit. Miſc.c 17. item, Herc. Fur. *Sequitur ſuperbos vltor a tergo Deus*, emend. cum prius eſſet. *vltor.* Pius annot poſt.c.70. item, Herc. OEtheo: *Threſſa ſub Rhodopes iugu.* Cruc. cap 6. item, in Hippolit. *Et qua Thyaſis vallibus amnis, &c.* Scoppa Coll 1.c.35. item, in Hippol. *Lucaque boues.* Cruc. cap. 6. item, Hippol. *Latique fert cornibus vri.* Cruc.cap.6 item, Hippol *Talu erat cum placuit hoſti Theſeu.* Parrh. Epiſt.16 itē, in Hippol. *Fluctus refundens ore Thyleus rapax.* Cruc.cap.6 item, Medea v. *Ipſaque vocem perdidit Argo.* Parrhaſ.875. pr. item, in Octauia: *Quæ lacrimis noſtris queſtus reddet Aedon.* Cruc. cap.6.

Seru. taxatus in *Anſactis vallis, &c.* Florid. Subc.2.cap 18. item, reprehenditur in *Aubus oſcinibus, &c.* Pius annot. poſt. cap.50. item, reprehenſus in *Oaxe* Virgilii. Polit. Miſc.cap 37. item.repreh.in illo Virgilii Bucol *cui non riſere parentes, &c.* Polit. Miſc. cap.89.

Seruii interpretatio reiecta ſuper Virg. *tacita ſilentia Luna.* Polit. Miſc cap.22. Seruius defenſus in illo: *quod vltis victorum nomen accipiant.* Scoppa Coll. 1 cap 22 item, in 4. Æneid. *Apollinis Hyperborei oracula Lexia ſeruantur.* Pius annot

poſt cap. 49. item, de *Pratidibus*. Beroald. annot. cap. 70.

Seuerian. de *Lunæ & Solis creatione*. Polit. Miſc. cap. 94.

Sidon. libr. 1. Epiſt. *Treguen inter aceres minuentem*. Pius annot. poſt. ca. 20. item, Epiſt. *nunc quadam friuola, nunc ludo apta virgineo ſcruta donabat*. Parrhaſ. 871. m. itē, lib. 7. Epiſt. de *Scrutis donatis ludo virgineo*. Polit. Miſc. ca. 30. item, *Orcheſtram quatit alter Euripidu*. Pius annotat. poſt. cap. 28. item, *Iam ſimæ Iuuenalibus peracti*. Pius annot. poſt. cap. 21. item, *Chryſippi potuiſſet ex aceruo*. Beroald. annotat. app. cap. 9.

Silius lib. 1. *Sceptraq; ſundauit victor Lauinia Tenero*. Flau. Con. c 13. item, libr. 1. *Famuli turbato ad limina ſomno, &c.* Cruc. ca. 9. item, lib. 1. *Is fuit exſuperans æſtu ſed deuius aqui* Cruc. cap. 9. item, lib. 2. *Queis nobile nomen Conditus exceſſo ſacrauit colle Zacynthus*. Cruc. cap. 9. item, lib. 1. *Dubio veſtigia niſu Alternata trahens aduerſus ab aggere cedit*. Pius annot. poſt. cap. 192. item, lib. 1. *Intuſæq; tauro Paſiphaæ*. Flau. Con. cap. 64. item, lib. 1. *Phocan effundit vaſtos halliſſa molares*. Pius annotat. poſt. cap. 156. item, libr. 1. *Vos & Mamertem Siculi contra arma tyranni*. Pius ann. poſt. cap. 31. item, libr. 1. Pun. *Eualidam duris euellit ab oſtibus haſtam*. Pius annot. poſt. cap. 192. item, libr. 2. *Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix*. Cruc. c. 9. item, libr. 3 *Fœminea prohibent greſſus, ac limine curant Setigeros arcere ſues*. Cruc. c. 9 itē, lib. 4. *Poſcere cæde Deos veniam*. Beroald. ann. app. c 20. item, lib 7. Punic. *in antro Conditur abrupto Proteis*. Parrh. ep. 3. item, lib 8 *Oeni priſca domus paruiq; Bononia Rheni*. Cruc. c. 20. item, lib. *Sacrificâ lato veſtem diſtinguere clauo*. Bart. Auct. ca. 34. item, lib. 8. *Tullius aratas raptabat in agmina turmas Regia progenies, &c.* Scoppa Coll. 1. cap 5. item, lib. 8. *Qui Fiſcelle tuas arces*. Flau Con. ca. 65. item, lib. *queribunda ſenectus*. Beroal. in Seru. parag 28. item, lib. 14. Pun. *decimoq; volumine pontum expulit*. Polit. Miſc. c. 86.

Sipontinus aliquoties notatus. Parrh. ep. 37. item, ſub Brotei, & Fidentini præceptoris nomine millies taxatus a Domitio. Parrh. ep 37.

Solin. *Æthiopes & Atlantica gentes, Nigri flumine diuiduntur*. Scoppa Coll. 1. c. 4. itē, *Ictus ſepium putredo ſequitur*. Beroal. ann. c. 100. item, *Tritanum gladiatorem armatura Samnitem, &c.* Parrh. ep 60.

Fl. Soſipater: *Rex qui vocabat ad cœnam ſi ſibi ea rex exhibenda indiceretur, quam exhibere non poſſet, reſpondebat, iſto vitus hominis erit cœna*. Parrh. epiſt 59.

Spartian. in Adriano: *Fuit Demarchus in patria ſua, Athenis Archon*. Pius annotat. poſt. c. 57. itē, in Hadrian. *Venandi uſq; ad reprehenſionem ſtudioſus*. Parrh. ep. 60. item, in Hadr *eiuſdem Seruiani beneficium anteuenit*. Parrh. epiſt. 61. item, in Hadr. *in ſino quoq; Nicephori lauit*. Parrh. ep. 61. item, Hadr. *Fulmen decidens hoſtiam & victimarium affauit*. Parrh. ep. 61. item, in Adrian. *Iam hoc patri tuo negaui*. Pius annot poſt. c. 43. item, *Catacrianos libros obſcuriſſimos ſcripſit*. Parrh. epiſt. 61. item, in Hadr. *Omnes cauſſarios liberalitatibus ſublenauit*. Pius annot. prior. c. 4. item, Hadr. *Fuit & tam Tiberis inundatio, tius Latii multis ciuitatibus dedit. tributa, &c.* Parrh. ep. 61. itē, Hadr. *Iudices ſumtus coſtituit, & ad antiquum, &c.* Parrh. epiſt. 61. item. Hadr. *In morbum incidit letalem*. Parrh. ep. 61. item, Hadr. *decreto conſulatu, cum ſumtibus*. Parr. ep. 61. itē, in Ælio Vero: *vt ſatisfaceret voluptati & iurisiurando, &c.* Parrh. epiſt. 62. Ibid. *Hos verſus vita non capit veri*. Parrh. ep. 62. itē, ibid. *Verus ſine cum Marco, & cum eodem Marcus, aquale geſſit imperium*. Parrh. ep. 62. item, in Vero: de *Ceſare, vnde primus appellatus*. Beroal. in Seru. parag. 9. itē, in Peſcen. Nigro; *ne milites in Ianis nummos portarent*. Beroal. annot. c. 15.

Statius Papinius Præfat. lib. 1. Siluar. *quadam feſtinandi voluptate fluxerant*. Parrh. ep. 57. item. præf. lib. 1. Siluar. *Quid quod hæc ſerum erat continere*. Parrhaſ. epiſt. 57. item, Præf. lib. 1. Silu. *& tu fortaſſe pro collega mentieris*. Parrh. epiſt. 57. item, lib. 1. Silu. 1. v. 1. *Qua ſuper impoſito molet gemmata coloſſo*. leg. *ſuperi*: item, *geminata*. Flau. Con. cap 27. item, 1. Silu. v. 2. *Stat Latium complexa forum*. Parrh, epiſt. 57. item, 1. Siluar. verſ. 2. *Calone peractum fluxit opus, Siculis, &c.* Parrh. ep. 57. item, libr. 1. Silu. 1. v. 3. *Siculis an conformata ca-*

mœnis

minis Effigiam, non *effigies* legit Parrhaſ. epiſt. 57. item, libr. 1. Silu. verſ. 7. *Equus & attoniti vaſit domus ardua Daci* Cruc. cap. 5. item, Silu. 1. v. 16. *Ora mixta notis pacis bellig.* Polit. Miſc. cap. 65. Parrh. ep. 56. item, 1. Silu. 1. v. 18. *exhauſtis Martem non amplius armis.* Parrh epiſt 57. item, verſ. 19 *magnoq; ſuperbi pondere.* Parrh. ibid. itē, lib 1. Silu. Equus Dom. v. 20. *Hinc obuia limina pandit.* Parrh. epiſt. 57. item, v. 21. *ingenti propellit Strymona flatu.* Parrh. ibid. item, v. 28 *das Cattis Dacisq; fidem.* Parrh. ibid item, verſ. 29 *te ſigna ſerente & minor in leges iret gener & Cato caſtris.* Parrh. ep. 53. item, v. 30. *hinc Iulia templa tuetur.* Flau. Con. c. 63. Parrh. ep. 57. item, verſ. 32. *Terga pater, Mandæq; videt Concordia vultu.* Cruc. ca. 5. Parrh. ep. 52. item, ver 36. *antacta vigilat face Troſq; ſignu.* Cruc cap. 5. Parrh. ep. 57. item, verſ. 38. *Lauam Tritonia virgo non grauat.* Parrh. epiſt. 57. item, v. 38. *Dextra vetat pugnas.* Parrh. ep. 57. item, verſ. 40. *Ceu ſtimulis accidit equum.* Parrh. ibid. item, verſ. 53. *Æneæ capitui crinem tegit vngula Remi.* Parrh. ep. 57. item, verſ. 54. *Hunc & Adraſtæus extenuiſſet Arion.* Parrhaſ. ep. 54. item, verſ 69. *Famoſiq; lacus, nomen memorabile ſeruat.* Cruc. ca. 5. item, verſ 86. *Latia quis contra templa Dionis Cæſaris ſtat ſede ſori.* Cruc. ca. 5. Parrh. ep. 57. item, v. 90. *Vix lumine feſſo explores quam longus in hunc deſpectus abſit.* Parrh. ep. 57. item, v. 97 *Sub nocte ſilenti eam ſuperis terrenaq; placent.* Parrh. 247. Cruc c. 5. itē. verſ. 101. *Vtere perpetuum populi magniq; Senatus munere.* Parrh ep. 57. item, v. 102. *Optaſſetq; nouo ſimile te ponere templo Atticus Eleſcenior Iouis.* Parrh. ep 57. item, v. 105. *mittis Ora Tarā, non, Tonans.* Sabell Ann. contra Parrh ep. 57. item, v. 109. *tuoſq; Latus huic dono videas durare thura nepotes.* Parrh. ep 57. item, v. 242. *& inſigni geminat Concordia tecta.* Parrh. ep 57. paragr 2. itē, v. vlt. *Latus huic dono, &c.* Parrh ep. 57. Stat. 1. Silu. 2. Epith. Stellæ. v. 5. *Solemnem thalamis cœuntib. ignem, & de Pierio vocalē fontibus vndam.* Cruc. c. 5. item, v 21. *& olenti ſpargere nimbo.* emēd. thymbra. Flau. Con. c. 84. item, ... 7. *Ceſſent mendaces ob liqui carminis aſtus.* Parrh. ep 57. parapr. 2. item, v. 28 *Ille ſolutus amor.* Parrh. ep. 57. parag. 2. itē, v. 35. *amplexu iandem ſaltare petito coniugii.* Parrh. ep. 57. parag. 2. itē, v. 41. *Hanc propter tutum Triſan lege tremente currere, &c.* Parrh. ibid. item v. 45. *Te potius preſſa veheret Tritonia biga.* Parrh. ep. 57. par. 2. item. v. 76. *tota quondā ibi dulce, phareira.* Parrh. ep. 57 parag 2. ite v. 116. *mihi dulcis imago Proſilut.* Parr. ep. 57. parag. 2. itē, v. 17. *ceſſa procul aſpice ſiē honores, ſuggeſtuq; coma.* Parrh. ep. 57 par. 2. ite, v. 219. *quantumq; egomet Nereidas exto.* Parrh. ep. 57. parag. 2. item v 123. *ipſi eruaretu amores.* Parrh. ep 57 parag. 2. itē, v. 152. *Et concolor alto vena mari.* Cruc. c. 5. itē, v. 165. *vacuq; modeſtia lecto.* Parrh. ep. 57. parag 2. item. v 169. *fugientib. vtere donis.* Parrh. ep. 57. parag. 2 item, v. 179. *Cybeleia nouis Limina* Sabell. Anno. itē, v. 261. *multumq; pares bacchamur ad aras.* Parrh. ep 57 ite 1 Silu. 3. Tiburt. Mātii. v. 27. *Seſſi aces nunc ſama ſinus pelagusq; natatū tuētur & audaci flectos Delphinas ephœbo.* Cruc c. 5. itē, Pap. 1 Silu 3. v. 53. *(alcabā nec inopinus opes* Sabel. Ann. in Plin. l. 13. c. 4. item 1. Silu Tiburt. v 56. *ſuperantiq; nouis Aſarota figuris.* Cruc c 5. itē, lib. 1. Silu. Tib. Manlii. v. 64. *Albeiq; lacus altoq; &c.* Parrh. ep. 51. itē lib 1. Silu. Tib. Manlii. v. 66. *per obliquū penitus qua taberis annē Martia, & audaci tranſcurſu flumina plumbo.* Parrh ep. 51. itē, 1. Silu. 3. v. 70. *anteis Anionius ſonte relicto.* Cruc. c. 5. itē, lib. 1. Silu. Tiburt. Mālii. v. 79. *alias Tyrinthia ſortes.* Sabell. Anno. itē, lib. 1. Silu. 4. Soteria. de *Ara Tarēti.* Pol. Miſc. c. 38. & Bezoal. annot. c. 23. Sabel. Ann. itē 1 Silu. 5. v. 58. *Quid nunc ſtrata ſolo referā tabulata, crepantes Auditura Pilas.* Robert. lib. de Lacon. itē. 2. Sil 1. *viridesq; reſultat Taurubula.* Cruc. c. 5. itē, lib. 2. Silu. Fittac. v. 20. *lungēs ſternata vocabula Perdix.* Sabel. Annot. itē, 2. Silu. vlt. *Vnctis Batiacā proaccia trapetis.* Cruc. c. 17. itē, lib. 2. Silu. in Lucanū: *Barim Matua pronocare nos.* Flor. Sub. 2 c 20. itē lib. 1. Silu. Præf *hac cuſtē fideliter inhares quietē digniſſimē* Scop. a Col. 1. c 30. ead. Præfat. *quiē ſequi nō poſ. rarous.* Scopp. ibid. itē. 1. Silu. 1. v 64 *cūctis, Larē Pollnō hoſpes habebā.* Scop. Col. itē. 3. Silu. 5. v. 129. *viridesq; reſultat Taurubula.* Scop. Col 1. c. 30 itē. 3. Silu. 1. v 7. *Exiē tāq; colo: dura ſcio vincere mortē* ... ibid. item, lib. 3. Silu. 2. v. 30. *explores ruēs grauis are molarchus.* Plus ann. poſt. c. 18.

Statius lib 3. Sil. 2. Propempt. Celeris. ver. 110. *ripa Cecropio stagnata luto.* Beroal. annot cap. 37. & Pius annot. prior. cap. 9. Cruc. ca. 5. item, lib. 3. Silu. 2. v. 110. *cur inuida Memphis.* Beroald. annot cap. 37. item, lib 3. Silu 3. Lachrym. Etrusci: *metu surrexit in Arctos*, legend. non *arctus*, Sabel. Annot. item, lib. 3. Silu. 3. v 130. *Rumpentem, re.* a legend. videri non, *Rubentem*, Sabel. Annot. item, lib. 3. Silu. Coma Earini, vers 25. *mitis Deus incubat angue.* Sabel annot. item, 3. Silu. vltim. *Thelebonus, domos trepidus vbi dulcia nauis.* Scoppa Col. 1. c. 30. item, Papin. Præfat. Silu. lib. 4. *Spharomachias spectantes &c.* Beroald. annot. app. c. 8. item, lib 4. Silu. 8. v. 51. *Vota nam lapsi quassamus lampada myste.* Parrh. 847. m. item, 4. Silu. vlt. emend. *cereos elentes* pro eo quod erat, *arentes.* Beroal annot. cap. 36. item, libr. 4. Siluar. vlt. Saturn. *cæsis pileo sata de lacerna.* Calder. Obseru. libr. 3. cap. 5. item, lib. 4. Silu. vlt. *Cynipheus rigata campis.* Beroald. annot. cap. 36. item, lib. 4. Silu. vltim *domus cochlearum.* Beroal. annot. cap. 36. item, lib. 4. Silu. vlti. *Chartæ, Thebaicæ, Caricæ* Beroald. annot. c. 36. item, lib 4. Silu. vltim. *Turbine conditus ruenti Prunorum globus.* Beroald. annot. ca. 36. item, lib 5. Silu. 1. v. 60. *Casta Mycenæ connubia poluit auro.* Cruc. ca 5. item, 5. Silu. 3. v. 7. *Fugere meos Parnasia crines Vellera.* Parrh. 847. f. itē, 1. Theb. *mentitaq; manes Creta tuos.* Polit. Misc. ca. 35. item, 1. Theb. 499. *Haud passi socios defendere noctem Culminibus.* Parrh. 858. m. item, lib. 2. Theb. ad Palladē, *quæ te bijugo temone frementem Intemeratarū volucer, &c.* Parrh ep. 55. item, lib. 2. Theb. *qua te bijugo temone frementem intemeratarum, &c.* Parrh. 847. f. item, 2 Theb. *Arcados Euippi spolium cadit areus arbis.* Flau. Con. c 87. item, lib 2. Thebaid. *Inde per Arctturum mediaq; silentia Lunæ.* Parrhas. Ep. 1. item, 4. Theb. *Plaudentiq; habiles Caryæ resonare Dianæ.* Pius annot. post. c. 119. Parrh. ep. 55. itē 850. pr. item, lib. 4. Theb. *Siluas montano duplex Hylæus ab antro precipitat.* Parrh. ep. 4. item, lib. 4. Theb. *arte Lyrcæus & ingū Inachus.* Cruc. in Ouid. lib. 1. met. v. 598. itē, 4. Theb. *templiq; Alcæ nemorale Minervæ.* Parrh. 849. pr. item, 4. Theb. v. *Tu spare cætu Elysios Persæa pios.* Parrh. 848. f. item, lib. 4. Theb. v. 460. *minor ara profundo exigitur Cereri.* Parrh. ep. 55. item, lib. 4. Theb. v. 481. *Tu spare cultu Elysios Persæa pios.* Parrhas. ep. 55. itē, lib 4. Theb. v. 485. *Angue ter excusso & flagranti prætia taxo, &c.* Parrh. ep. 55. item, 4. Theb. *Idæa vitalibus amulus Aſan.* Cruc. in Ouid. 2. met. v. 406. Parrh. 849. f. item, 5. Theb. *vellīs trās alta Thoantia fraterna regnare Chio.* Parrhas. 850. f. item, libr. Theb. *cum signum luctus cornu graue mugit adunco Tibia* Pius annot. post. c. 188. item, lib. 8. Theb. v. 201. *Molossi quercus anhela Iouis.* Parrhas. 874. m. item, 10. Th. *Optataq; Pœan Templa Lycie dabit.* Parrh. 851. m. item, libr. Theb. *Stygiæq; fenestras Iunonis thalames &c.* Parrh ep. 55. item, lib. 11. Theb. *Vittata laurus & supplicis arbor olivæ.* Pius annot. post. c. 75. itē. lib. 12. Theb. *Hic vultu belli patriaq; fide fugati cōueniūt &c.* Pius. annot. post. c. 47. item, lib. 12. Theb. de *ara hospita.* Polit. Misc. c 24. item, lib. 12. Th. *Longa refugū mare frangeret vmbra.* Parrh. itē. lib. Theb. *rudes thyrsos hederæ vestitu Acharnæ.* Parrh. 851. f. item, lib *Tropellentēq; Lunam Cephisi glaciale caput.* Parrh. 868. m. item, Achill. *Patroclus Achilli par studiis æuiq; modis.* Polit. Misc. c. 45.

Strabo lib 1. *Si quis Eresionem obturget Atticam, pendentibus quagna versum omnis generis pomis, &c.* Pius annot. post. c. 75. item lib. 3. *Cervetanis tenent, a quibus multifariam perna condiuntur.* Beroald. in Plin. lib. 14. item, lib 5 *Eridanus nullibi terrarū exsistit.* Cruc. in Ouid. lib. 1. met. v. 580. itē, lib. 6. de *situ Epidamni.* Pius anno. post. c. 137. item, lib. 7. de *Bosphoro Cimmerio.* Beroal. anno. c. 84. item, li. 12. de *rubrica Sinopica*, Beroal. ann. c 86. item, lib. 13. *Gargarus in superioribus Ida partibus, &c.* Beroal. in Seru. parag. 50. item, lib. 14. de *Corycæ subauscultatoribus*, Beroal. annot c. 59. itē, lib. 15. de *Petra Aorni.* Beroal anno. c. 96. item, lib. 15. de *arbore lauro qua gustata animenta moriebantur fumantes in more morbi comittalis.* Pius annot. pr. c. 5. Item, lib. 17. *Hinc fuit Theodorus Orator, &c.* Beroal. ann. c. 79. item, lib. 17. de *strepitu quem mane edit statua Memnonis.* Florid. Sub. 3. ca. 1. item, de *Catyttis.* Polit. Misc. ca. 10.

Strabo lib. vltim. de *mensis Romanorum ex Mauritania petitis*, Beroal. annot. cap. 41. item, li. de *Myrmidonibus, & cur ferantur versi in formicas*, Cruc. cap. 21. Item, de *Sybaritis*, Nann. Misc. c. 15.

Suet. Cæs. ca. 4. *vt Apollonio Molonis operam daret*, Pius annot. prior. cap. 8.

Suet. Iul. ca. 10. *vbi pars apparatus exponeretur*, legit: *par.* Cruc. ca. 16. item, ca. 12. *sorte iudex in reum ductus*, Vitell. cap. 21. Item, cap. 16. *dimissis libellis obiectaque pretexta domum clam fugit*, Vitell. cap. 22. Item, ca. 18. *Sed cum edixisset tam Comitiis*, legit, *edictis*, Cruc. c. 16. item, ca. 20. *vt ad gemma sibi accideret*, Cruc. c. 16. item, ca. 20. *Obnuntiantem collegam armis fore expulit*, Beroald. annot. c. 44. item, c. 30. *remissionem petentes*, *tertia mercedum parte releuauit*, Nann. Misc. 4. c. 1. item, ca. 39. *sessum in quatuordecim scamna per Orchestram transiit*, Cruc. c. 16. item, c. 39. *sessum in quatuordecim e scena per Orchestram, &c.* Pius annot. post. ca. 179. item, c. 41. *Tribunos ærarios, quod erat iudicum genus tertium, sustulit*, Vitell. cap. 21. item, ca. 44. *data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum*, Cruc. in c. 16 item, ca. 50. *quem gemens Ægyptium appellare consuesset*, Pius annot. post. c. 180. item, ca. 52. *eadem naue thalamo, pene Æthiopia, &c.* Pius annot. post. c. 182. Item, c. 52. *immensa tribuit, vt Naso scripsit*, emēd. *& vasa scripsit*, Pius annot. post. cap. 181. Item, c. 53. *conditum oleum pro viridi appositum*, Pius annot. post. c. 183. item, cap. 56. fine: *ad Pompeium Macrum scripsit*, Pius annot. post. cap. 184. item, ca. 59. *sui ad approbrium vitæ Salutioni cognomen*, Pius annot. post. c. 184. item, cap. 63. *per angustias Hellesponti victor nauicula trauerset*, legit ex inf. vectoria nauic. Cruc. c. 16. item, c. 70. *vna voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, circumegit*, Pius annot. post. c. 187. item, c. 80. *e ponte deiceret*, Beroal. annot. ca. 6. item, ca. 84. *Deinde tibicines & scenici, &c.* Pius annot. post. c. 188.

Suet. Aug. cap. 2. *ei praetoum exprobrat restionem*, Pius annot. post. c. 189. Item, ca. 3. *inter diuisores, operasq; campestres*, Beroal. annot. cap. 91. item, c. 16. *atq; inter alios C. Sosium*, Cruc. c. 16.

Suet. Aug. cap. 29. *vt separatim in eo publica iudicia & sortiones iudicum fierent*, Vitell. c. 21. item, c. 31. *Salutis Augurium*, Polit. Misc. ca. 13. item, ca. 32. *Ad tres iudicum decurias quartam addixit, &c* Vitel. ca 21. Item, cap. 31. *marmoreo lare super pessit*, Scoppa. 1. Coll. ca. 2. item, ca. 43 *praterquam adulescentulum Lucium honeste natum, &c.* legit, *Lycium*, Cruc. c. 16. item, c. 44. *Primus subsellionum ordo vacaret Senatoribus*, Vitel. c. 23. item, 45. *Spectauit studiosissime pugiles & maxime Latinos, non legitimos atque ordinarios modo*. Pius annot. post. c. 190. item, cap. 45. *aut Xystici orum certationes, &c.* Beroal. annot. cap. 89. Pius annot. post. c. 191. item, ca. 47. *Vrbes Latinitate vel ciuitate donauit*, Vitel ca. 19. Item, 67. *Thallo a manu*, Calder. obseru. li. 3. c. 1. item cap. 71. *qui Venerem tecerat*, Beroald. annot. cap. 27. item, c. 72. *proxima vrbi loca Lanuuium, Tranestæ, &c.* Cruc. c. 16. item, c. 92. *sinister calceus pro dextro induceretur*, Sabel. annot. ad Plin. li. 2. c. 7. item, c. 99. *videretur Mimum vita commode transegisse*. Cruc. c. 16. item, c. 101. *legauit tribubus tricies quinquies sestertium*, Vitel. c. 17.

Suet. Tiberi. cap. 1. *Ata Claudio gentis principe*, Cruc. ca. 16. Item, cap. 38. *per iocum Callipedes diceretur*, Calder. in obseru. lib. 3. cap. 2. item, c. 42. *Sestio Gaulio libidinoso, &c.* Cruc. c. 16. item, c. 61. *In recognoscendis custodijs*, Beroal. in Seru. paragra. 29.

Suet. Calig. cap. 16. ad quatuor decurias ludicum, quintam addidit, Vitel. ca. 21. Item, cap. 18. *interiecta modo Africanarum venatione*, Beroald. annot. cap. 77. item, cap 22. *Tetraones*, Polit. Misc. c. 57. item, c. 26. *modo ad pedes stare succinctos Lineo*, Calder. obseru. lib. 3. cap. 1. item, ca. 26. *Custodiarum seriem recognoscens*, Beroal. in Seru. paragraph. 29. item, c. 37. *nummos e fastigio Basilica Iulia sparsit*, Parth. epist. 57. item, cap. 55. *Incitato equo, cuius caussa pridie circenses, &c.* Pius annot. poster. cap. 24.

Suet. Claud. cap. 11. *Omnium factorum dictorumque veniam & obliuionem in perpetuum sanxit*, Beroald. annot. cap. 6. item, cap. 21. *Troiæ lusum exhibuit & Africanas*, Beroal. annot. c. 77.

Suet. Claud. 21. de *Automatis*, Polit. Misc. cap. 97. item, cap. 21. *morituri te salutant. respondisset, Auete vos, &c.* Cru. cap. 16. item, c. 35. de *taneis graphiarii*, Beroal. annot c. 26.

Suet. Ner. cap. 11. *Iuuenalibus finem quoque*, Pius annot. post. cap. 21. item, cap. 20. *ante cantare destitit quam incoeptum absolueret nomen*, Calder. obseru. lib. 3. cap. 9. Item, cap. 22. *aliquo liberte mittente mappam*, Calder. obseru. lib. 3. cap. 14. Item, cap. 25. *mos Hieronticarum introire per partem muri Detectam*, Polit. Mis. cap. 90. Item, cap. 26. *a Laticlauio cuius vxorem attrectauerat*, Bart. Auct. cap. 34. item, cap. 26. *arrepto pileo vel galero popinas imbat.* Flau. Con. cap 44.

Sueton. Nerone cap. 45. emendatus, in *Aſcopera*, Polit. Mis. cap. 20. Item, cap. 48. *vt ad diuerticulum ventum eſt*, Nann. Mis. 1. c. 9.

Suet. Galba. cap. 15. *ſi quid ſi æmici aut Xyſtici*, legendum vult, non *aut hiſtrici*, Beroal. annot. c. 89.

Suet. Othon. cap 7. *π γὸ μὴ κῆ μακρὸς ἀνδρὸς.* Pius annot. post. cap. 24. item, cap. 12. *faciem pane madido linire conſuetus*, Calder. obſer. lib. 3. cap. 6. Item. cap. 12. *Galeri cuiuſ capitis propter raritatem capillorū adaptato*, Flau. Con. cap. 44.

Suet. Vitell. cap. 2. *ſectionibus & ſuturis compendium nactus*, Beroald. annot. cap 85. Item, cap. 16 *Zona ſe aureorum plena circumdedit* Beroal. annot. c. 15.

Suet. Veſpaſ. c. 1. *Publicum quadrageſimæ in Aſia egit*, Beroal. annot. c. 90. item, c. 1. *operarum manceps*, Beroal annot. c. 91.

Suet. Domit. cap. 2. *ſapetiam carpſit obliquis orationibus*, Parrh. ep 57. paragrap 2. Item, cap. 8 *ambitioſas centumuirorum ſententias reſcidit*, Vitel. cap. 21. item, c. 11. *Era calida inopinata, ſeuit a*, Pius anno. post. c. 45. Item cap. 13. *lanea arcuſq, &c.* Cru c. 16 & Nann. Mis. 4. ca. 13. Scoppa 1. Coll. c. 2. item, cap. 14. de Parodia *ſuper vite & capro* Polit. Mis. c. 26. item. ca 14. *ſolus pterasq, cuſtodias audiebat*, Beroal. in Seru. parag. 29. item, c. 14. *Epaphroditum a libello &c.* Cald. obſer. li. 3 c. 1. item. c. 17. *adorti Clodianus cornicularius, &c.* Pius annot. post. c. 77. item, c. 18. *Vſque adhuc certe animum probaſſe ac vultum*, Patr. ep. 56. item, cap. 23. *Scalas inferri elipenſq, & imagines coram detrahi*, Parrh. ep. 19.

Suet. de *ſenatus coitu*. Polit. Mis. ca. 72.

Suet. de claris Gram. *Orbil us corniculo meruit*, Pius annot. post. c. 77

Suidas in *βακκος*. Pius annot. poſt. cap. 26. item, in *Cottabo* Parrh ep 35.

Suidas de *Crambe*. Polit. Mis. c. 33 item, de *Coty Dea*, Polit. Mis. c. 10. item de *Hecale* Polit. Mis. cap 24.

Suidas in *Laſtaurosi pernoi*, Pius annot. poſt. c. 24.

Suidas, de *menſe Hyperbereteo*, Pius annot. poſt c. 65.

Suidas de *Mileſiacarum veretro e corio*, Polit. Mis. c. 16.

Suidas de *neceſſitate Diomedea*, Pius annot. poſt. c. 1.

Sudas in *Ortygocopus*, Pius annot. poſt. cap. 54. item, in *Thrynenda*, Pius annot. poſter. cap. 196. Item. in *Tigrum* Vitell. cap. 2. item, in *Tſalterio*, Polit. Miſcell. cap. 14.

Strabo lib 1. de *Rhio, in Achiuorum ſolo promontorio*, Cald. obſer. li. 3. c. 4.

Sudas, in *Sambuca*, Pius annot poſt cap 3. item, de *Sybaritu*, Polit. Mis. cap. 15. item, in *τυμβεῖς*, Pius annot. poſt. cap. 84. Item, in *Tyrtæus*, Florid. Sub. 3. cap. 10. Item, in *Xerolophos*, Pius annot poſt. cap. 177.

Sudas in *Xyſtus*, Pius annot. poſt. cap 191.

Sulpit. ad Cicer lib. 4. Epiſt. fam. *Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra vrbem vt darent impetrare nō potui, &c.* Scoppa Coll. 1. cap. 28.

Symmach. lib. Epiſt. *Mutuum ſcabere multis* Beroal. annot. app. c. 2.

Syneſ. Epiſt 3. *de mortuis in aqua*, Nann. Miſcell 7. cap. 2. Item, Epiſt. de *aditimo Corytus*. Polit. Miſcell cap. 10. item. de Prouident. de *tumultibus Panicis*, Polit. Mis. c. 28.

Syneſ. lib. de Somniis: *Vtrum huc tendant lynges*, Pius annot. poſt. c 2.

T.

TAcit. lib. *vbiq, haſta & ſector*, Beroal. annot. cap. 8. Item, li. 13. Annal. *Manet tamen abolitio quadrageſimæ quinquageſimæq*, Beroal. annot. c. 90. Item, lib. Ann. *vi ſeparatum tergū comicis, laniatu ca-*

gum interiret, Parrh. ep. 46. Item, lib. 15. Ann. *indictum Imperatori flammeum*, Pius annot. post. cap. 80. Item, 16. Annal. de *ludis Circensibus*, Polit. Miscell. cap. 85. Item, de German. *damnum spatio circumdant nulli cohærentibus ædificiis, more insularum*, Beroald. annot. cap. 55.

Tarræi Lucilii fabula *de Talo*, Pius annot. post. cap. 6.

Tarræus Lucilius Grammaticus, *de necessitate Diomedæa*, Pius annot. post. c. 1.

Terent. Adelph. Act. 2. Sc. 1. *purges hanc iniuriam nisi nolle factam esse*, Nann. Mis. 2. c. 7. Item, Act. 2. Sc. 1. *Ante ædes non fecisse erit metus hoc consutium*, Nann. Mis. 2. ca. 8. Item, Act 2. Sc. 1. *usque ad necem operire loris. SAN loris liberi* Nann. Mis. 2. cap. 9. item, Act. 2. Sc. 4. *Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam*, Nann. Misc. 2. cap. 10. item, *Obsonet, potet oret*, &c. Florid. Sub. 1. cap 5. Item, *Istoc vitius*, Parrh. ep. 59. item, Act. 5. Sc. 2. *Quid ais bone vir? hem, est frater domi*, &c. Nann. Mis. 2. cap. 11. Act. 5. Sc. 7. *Iube nunc tam dinumeret Babylo illi*, &c. Nann. Misc. 2. c. 12. item, *Tu inter eos restim ductans saltitabis*, Nann. Mis. 4. cap. 22. item. *fortunatus qui isto animo est*, Nann. Misc. 3. c. 23.

Terentii Andria, *Modo ferit Flaccus Claudii filius tibiis Paribus, dextris ac sinistris*, Nann. Mis. 1. cap. 6.

Terent. Andriæ Prologo, *populo vt placerent quas fecisset fabulas*, &c. Scoppa. lib. 2. Coll. ca. 7.

Terent. Andriæ Prologo. *Andriam & Terinthiã, qui vtramuis recte norit, ambas noluerit*, Scoppa Coll. 1. c. 25.

Terent. Andr. Sc. 1. *tunc vno ore omnes omnia bona dicere*, Scoppa Coll. 2. cap. 7. Nann. Mis. ca. 8.

Terent. Andr. Sc. 1. Act. 2. *vt animus in spe, & timore anteha attentus fuit*, Nan. Mis. 1. c. 9.

Terent. Andr. Sc. 2. *Bona verba quæso*, Nan. Mis. 1. c. 8.

Terent. Andr. Act. 1. Sc. 5. *Adeon hominem inuenustum*, &c. Nan. Mis. 1. c. 7.

Terent. Andr. act. 2. Sc. 3 *nec tu ea causa timueris hæc quæ facit*, Nann. Mis. 1. ca. 1. Ibidem: *inuenies inopem potius quam te corrumpi sinat*, Nan. Mis. li. 1. c. 1. item, act. 3. Sc. 2. *Eho, an tute hoc intelligis assimulari? Simo. Irrideor.* Nann. Mis. 1. c. 3. itẽ in And. Sc. *Ego Critonẽ video: eccere u est*, Nan. Mis. 2. cap. 21. item, de *Thaidis matre peregrina*, Polit. Misc. c 27. item, act. 3. Sc. 3 *Quid meritus? DAV. Crucem*, Nan. Mis. 2. cap. 22.

Terent. *Erubuit: Salua res est*, Polit. Miscell. ca. 101.

Terent. Andr. Act. 4. Sc. 1. *Tanta vecordia innata cuiquam vt siet*, Nann. Mis. 1. cap. 9. Item, act. 4 Sc. 5. *vidi Cantharam suffarcinatam*, Nann. Mis. 1. cap. 2. item, act 4. Sc. 5. *ego hunc in mediam viam prouoluam, teque ibidem peruoluam*, &c. Nan. Mis. 1. ca. 10. item, act. 5. Sc. 2. *Glycerium se scire esse ciuem Atticam*, Nann. Misc. 1. cap. 11. item, act. 5. Sc. 4. *At mihi vnus scrupulus adhuc restat*, Nann. Miscell. 1. cap. 16.

Terent. in Eunucho, *Egit L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Praenestinus, tibiis duabus dextris*, Nann. Mis. 1. cap. 6.

Teren. in Eunuchi Prologo: *Si quisquã est qui placere se studeat bonis, quã plurimis &c.* Scoppa. Coll. 1. cap. 25. item, *Colacem esse Nauii & Plauti*, &c. Nann. Mis. 1. cap. 13. Item, *Quæ bene vertendo*, &c. Nan. Mis. 1. cap. 4. item, Act. 1. Sc. 1. *sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas*, Nan. Mis. 1. cap. 15. item, *Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnato*, Scoppa Coll. 2. Coll. 6. item, act. 2. Sc. 1. *Munus nostrum ornato verbis quod potuis*, Nan. Mis. 1. c. 17. item, act. 2. Sc. 2. *ego neque ridiculus esse, neq; plagas pati possum*, Nan. Mis. 1. c. 14. item, act. 4. Sc. 2 *certe extrema linea amare, haud nihil est*, Nann. Mis. 1. cap. 20. item, act 4. Sc. 2. *vbi ad ipsum veni diuerticulum*, Nan. Mis. 1. c. 19. item, *Diminuam ego tibi caput nisi abis*, Nann. Mis. 9. cap. 12.

Teren. Heauton. *Acta est primum tibiis imparibus, deinde duabus dextris*, Nann. Mis. 1. cap. 6. item, Prologo: *Duplex quæ ex argumento facta est simplici*, Nan. Mis. 1. ca. 4. Ibid. *Repente ad studium hunc se applicasse musicum*, Nan. 1. c. 5.

Ter. Heaut. act. 2. Sc. 3. *portant quid rerum*, Nan. Mis. 1. c. 21.

Ter. Heaut. act. 2. Sc. 3. *Eho scelestę quo Bacchidem ducis? ST R. quo ego illam? ad nos scilicet*, Nan. Mis. 2. c 3.

Terent Heaut. Act. 3. Sc. 2. *Ne ego te magnifice tractare possum*, Nann Mis.2 ca.2. Item, Act 3. Sc. 2. *mille nummum poscit*, Nann. ibid. Item, Act.4 Sc.2. *triumpho, si licet me latere tecto abscedere*, Nann Mis. 2.cap.4. Item, Act.4. Sc.1. *Vah hariolare auenisse ex sententia*. Nann. Mis c.5. Item, Act.4. Sc. 8. *Scilicet daturum*, Nann. Mis. li.2.c.5. Item, Act.5. Sc.1. *Huc intro latus lectus*, Nann. Mis.2.c.6.

Terent. Hecyra. Prologo: *atque ab arte Musica*, Nann. Mis.1.c.5.

Terent. Hecyræ Prologo: *ob eam rem noluit referre, vt iterum posset vendere*, Nan. Mis. 2.c.13. Item, Act. 3. Sc. 1. *Abi Parmeno intro, ac me venisse nuntia*, Nann. Mis.2.c. 14. Item, Sc. vlt. *Quis me est fortunatior, venustatisq; adeo plenior*, Nann. Miscell.1, cap.7.

Terent. Phorm. Act.1. Sc.1. *Amicus summus meus & popularis Geta*, Nann. Mis.2. cap.15. Item, Act.1. Sc.5 *Laterem lauem*, Nan. Mis. 2. cap. 16. Item, Act.2. Sc.2. *Ecce te, quid si reddet*, Nann. Mis.2.cap.21. Item, CH. *st, quid has metuis fores?* Pius annot. post.c.4. Item, Act.3. Sc.2 *Metuo tenonem, ne quid sus sicat capiti*, Nann. Mis.2.c.20. Item Act.4. Sc.3. *Sexcentas potius scribito dicas*, Nan. Mis.2.c.18. item, Act.4. Sc. 4 *In neruum potius ibit*, Nann. Mis.2.c.19.

Terentianus Maurus de *Galliambo*, Cruc. ca.8. Item, *Sed Gracula quædam scholicæ nitela vocis*, Pius annot. poster. cap. 104. Item, *instar tituli fulgidula notabo milto*, Pius annot. post.c.105.

Tertull. Apologet: *Deus Christianorum Ononychites, &c.* Pius annot. post. cap. 108. Item, *de Cœli, item de Terræ situ*, Polit. Mis. cap. 18. Item, *quis illic sicarius, quis manticularius*, Pius annot. post. cap.110. Item, de *Saturnalitiis* Polit. Misc. cap.21. Item *tum sicarij, venarij, magi, &c.* emēd. *venerarij*, Pius annot. post.c. 110. Item, lib. de Corona, de *Lemniscis*, Polit. Mis. cap.72. Item, lib. 3. adu. Praxeam, de *Rhinocerote vnicorni*, Polit. Misc. cap.56. Item, lib. de *Resurrectione*, de *Patroni nomine seruo communicato in manumissione*, Polit. Miscell. ca.31.

Theocr. Idyll.5. *In me mala iacit Clearistæ filia*, Nan. Mis.6.c.5.

Theocriti Fistula de *Pano auxiliante Atheniensibus contra Persas*, Polit. Miscell. c.28.

Theognis: *mihi fida sigilla parabis, quæ clam de versu tollere nemo queat*, Nann. Miscell. 6.cap.11.

Theon Arati interpres, de *Panos concha turbinata*, Polit. Mis.c.28.

Theophrast. li.9. de *Pyra parte montis Oetæ, vbi optimus Hellebori prouentus*, Beroald. annot.c.71.

Thucyd. lib. de *Ioue Munichio*, Pius annot. post.c.74. Item lib. 1. de *situ Epidamni*, Pius annot. post.c.137.

Tibull.1. Eleg.1. *Iam modo non possum contentus viuere paruo*, Scoppa. Coll. 1. cap.31. vers. seq. *Nec semper longæ deditur esse viæ*, Scop. ibid. item, lib. 1. Eleg. 3. *Donai proles in caua Lethæas dolia portat aquas*, Pius annot. post.c.140. Item, lib.1. Eleg.3. *ensim immiti sæuus duxerat arte faber*, Parrh 868. prior. Item, lib. Eleg.4. *Ne fuge te tenera puerorum credere turba &c.* Pius annot. post. cap. 116. Item, lib. 1. Eleg. 6. *At mihi seruandam credas, non sæua recusa verbera, detracto non ego vincla pedum*, Parrh 876. f. Item, lib.1. Eleg. 7. *Et leuis occultis conscia cista sacris*, Pius annot. prior.c.9. Item, li.1. Eleg. 7. *Arida nec pluuio supplicat herba Ioui*, Pius annot. post. cap.117. Parrh. 867. m. Item, li.1. Eleg.8. *Nescius vltorem post caput esse Deum*, Pius annot. post. cap.70. Item, li.2. Eleg.3. *Delphica Pytho*, Parrh. 868. prior. Item, lib. 2. Eleg.4. *Annua constructo serta dabit tumulo*, Pius annot. post.cap.115. Item, lib.2. Eleg.7. *magnifice mihi magna locuto*, Pius annot. post. cap.8. Item, lib.3. Epig.3. *Audiat auersa non meus aure Deus*, Parrh. epist.35. Item, lib.3. Eleg. 3. *felicem terq; quaterque diem*, Beroal. in Seru. paragraph.1. Item, lib. 4. Ad Messalā, *Phœbo gratissima dona Cres tulit* Beroal. annot.c.39. Item, lib.4. ad Messal. *Testis Inalpinis & pauper natus in armis*, Parrh. 867. prior. Item, lib.4. *Cimmerion etiam obscuras accessit ad arces*, Beroal. annot. cap.84. Item, lib. 4. *Vixerat ille senex quamuis dum terna per orbem secula &c.* Flor. Sub.2.ca.2. Item, lib.4. *obscura cauis celebrabant orgia cistis*, Pius annot. prior.c.9.

Tibull.

Tibull. lib. 4. *pressumque quasillo Scortum*, Parrh. ep. 22.

Timon Phliasius de *Euhemero*, Polit. Mis. c. 35.

Trebell. Pollio *Galienus apud Athenas Archon erat*, Pius annot. post. ca. 17. Item, *Bardocuculum vnum, cucutia villosa duo*, Pius annot. post. c. 61.

Trebell. Pollio in Claudio: *Cumacum cupream vnam*, emend. *cucumam*, Pius annot. post. c. 61.

Tryphisiodorus de *Anticlo*, Polit. Miscell. cap. 75.

Max. Tyrius de *Milesiorum vestitu molliori*, Polit. Mis. cap. 16.

Max. Tyrius de *luxu Sybaritarum*, Polit. Mis. cap. 15.

V.

VAl. Flaccus octies, deciesve tentatus lib. 1. Argonaut. Sabell. obser. Item, li. 1. vers. 1. *Prima Deum magnis cauimus fretaperuia nautis*, Scoppa Coll. 1. cap. 15. Item, lib. 1. *Belius ingrato Seropen quod fuderit arcu*, Pius annot. post. c. 145. Item, lib. 1. pro *Te quater ardenti tergo*, emend. *ter quater*. Egnat. Racem. cap. 19. Item, *duodecies sollicitatus*, lib. 2. Argon. Sabell. obseru. item, 2. Argon. *decima tumor vnda*, Polit. Mis. cap. 86. item, lib. 2. *illius aras Vrbi super, celsique vident velamina templi*, Pius annot. post. cap. 146. item, *pluries tentatus*, lib. 3. Argon. Sabell. obseru. item, lib. 3. pro, *Inde per armatos, Minyis, &c.* emend. *Inde ter arm.* Egnat. Racem. cap. 19. item, 3. *fundo veluti cum Caeus ab imo Vincla Iouis &c.* Parrh. 852. m. Item, 3. Argon. *inque Dei latuit terrore Lycaei*, Polit. Mis. cap. 31. item, lib. 3. Argon. de *Panicis terroribus*, Polit. Mis. cap. 28. item lib. 3. *opima cadauera nostro Linquite ait ferro*, sic legit non *ferro*, Pius annot. post. ca. 147. item lib. 4. *quas Iris aquas, quas torqueat Ancon*. Egnat. Racem. c. 18. item, lib. 4. *leae manat iuba sordida luctu*, Pius annot. post. cap. 102. item li. 4. *lucis egentem insuper Harpyia Typhoides, ira Tonantis, &c.* Pius annot. post. cap. 148. item, lib. 5. Argon. *saepius tentatus*, Sabell. obseru. item, lib. 5. *Distulerant sed bella toros, tum Phrontis & Argus, &c.* Pius annot. post. cap. 149. item, *pluribus locis tentatus*, lib. 6. Argon. Sabell. obseru. Item, lib. 6. *ceu septus in arcto Dat catulos post terga Leo*, Pius annot. post. cap. 102. Item, *sapiculae diuinatione sollicitatus*, lib. 7. Argon. Sabell. obseru. item, lib. 8. Argon. *bis tentatus*, Sabell. obseru. item, li. *Fert grauis inuito victorum Nestora tergo*, Parrh. ep. 2.

Valerii Maximi duo loca emendata, lib. 1. Sabell. annot. Item li. 1. *Tuas aras tuaque sanctissima templa Diue Iulij veneratus*, Parrh. ep. 57. Item, lib. 1. c. 1. *Maiores statas solemnesque ceremonias &c.* Cru. cap. 15. Item, 1. cap. 1. *Victorias aureas quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur*, Parrh. ep. 57. item, lib. 1. cap. 1. *mortuus poenas rependit, quas viuus effugerat*, Cru. c. 15. item, 1. cap. 7. *cum in villa quadam campi Atinatis*, Flau Con. cap. 36. Item, lib. 1. cap. vlt. *Aristomenis cor pilis refertum inuenerunt*, Abstem. cap. 5. item, lib. 1. c. vlt. *quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam, &c.* legit, *in Paphlagonia*, Cru. cap. 15. item, *correctus*, lib. 2. Sabell. annot. Item, lib. 2. cap. 6. de *ara consecrata Diis Patri*, Beroal. annot. cap. 23. item, lib. 3. *in collegium poetarum venienti nunquam assurrexit*, Parrh. epist. 57. item, lib. 3. cap. 7. *Capax generosi spiritus dictum regis Cotyi*. Egnat. Racem. cap. 14. item, lib. 5. cap. 7. *Iacebat in lectulo moribundo similis*, Beroald. in Seru. cap. 26. item lib. 5. cap. 1. *Caput Pyrrhi texit caussa*, Beroal. annot. cap. 92. item, lib. 6. cap. 3. *de robore praecipitati sunt*, Beroal. annot. app. cap. 10. item, lib. 6. cap. 5. *Charondae Thurii praefractior & abscisior Iustitia*. Egnat. Racem. cap. 12. item, lib. 7. *Punicanos lectulos pellibus haedinis strauit*, Cru. c. 15. item, lib. 7. cap. 7. *testamentum naturalis patris quo praeteritus erat, apud centumuiros rescidit*, Vitell. c. 21. item, li. 7. c. 8. *Testamento is filium instituit heredem, quod Ti. Longus sanguine proximus, hasta iudicio subuertere frustra conatus est*, Vitel. c. 21. item, lib. 8. cap. 7. *sub capite Sophronis mimos habuisse fertur*. Cru. c. 15. Item, lib. 9. cap. 1. *cum Seplasia ei & Albana, caestra esse coeperunt*. Beroal. annot. c. 77.

Varro Atacinus de *tellure Oaxide*, Polit. Mis. c. 37.

Varronis Satyra nomine *Scyamachia*, Polit. Mis. c. 34.

Varronis liber titulo, *Mani*, Pol. Mis. ic 8. lib. de ling. Lat. de *Argeis*, Beroald. annot. c. 65. item, lib. 1. ling. Lat. de *mento Cisipio*, Beroald. annot. cap. 55. item. lib. 1. L. L. *hic paruitrudentum sibilus, hic incurnicerutetum pecus*, &c. Pius annot. post. cap. 18. Item, lib. de ling Lat. *Apud Terentium, scortatur, potat, olet vnguenta de meo*, Florid. Sub. 1. cap. 5. Item, de L. Lat. *& in gladiatoribus Samnites*, Parth. epist. 60. Item, de re ruſt. lib. 1. *Hoc ter nouies cantare iubet*, &c. Flor. Sub. 2. cap. 10. item, lib. 1. de re ruſt. *scribunt optus esse medita sesquimodium*, Pius anno post. c. 32. item, lib. 1. cap. 1. de re ruſt. *Lympham & Bonum Euentum*, Nann. Misc. 4. cap. 3. item, lib. 1. de re ruſt. *vt dextra tibia alia quam sinistra*, &c. Nann. Mis. 1. cap. 6. item, lib. 1. Ruſt. *Euhemeri libri*, Polit. Mis. ca. 35. item 2. de ruſt. *aut si e praeda sub corona emit, tum ve cum in bonu sectioneue cutuu publice venit*, Nann. Mis. 3. cap. 2. item, lib. 3. de re ruſt. *non cursu Lampada tibi trado*, Beroald. annot. app. cap. 18. item, 3. Rer. ruſt. de *Mineruali*, Polit. Mis. c. 21.

Vèget. lib. 4. de re milit. *Occid. cardinem tenet Zephyrus, &c.* Florid. Sub. 2. cap. 5. Item, lib. 4. *sortitus est Apartias, cui adhaeret Caciae*, Pius annot. post. c. 78. item, lib. 4. *nautae Veneta esse indnendos*, Beroal. annot. ca. 92.

Vibius Sequester, de *Lutetia Tarisiorum*, Parrh. ep. 10.

Vibius Sequester de *Oaxe*, Polit Miscell. cap. 37.

Virg. 1. Buc. *Ludere quae vellem calamo permisit agresti*, Scoppa Coll. 2. c. 7.

Virg. 1. Ecl. v. 31. *Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit*, Nann. Mis. 6. cap. 1. item, 1. Ecl. ver. 61. *viridi proiectus in antro*, Nann. Misc. 6 cap. 2. Item, Ecl. 1. *& tapidum Cretae ventemus Oaxem*, Florid. Sub. lib. 1. cap. 6. Item, 1. Ecl. *Ante sinistra cana monuesset, &c.* Beroald. in Seru. paragraph. 46. item, 1. Bucol. *vsque adeo turbamur agris*, Flau. Con. cap. 79. item, 2. Ecl. vers. 5. *vbi haec incondita solus, &c.* Nann. Misc. 6. cap. 3. Item, Buc. 2. *Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho*, Scoppa Coll. 1. cap. 21. Item, Buc 2. *Allia serpillumq. herbas contundit olentes*, Scoppa Coll. 1. cap. 20. Item, 2. Ecl. v. 57. *comedat Iolas*, Nann. Mis. 6. cap. 4. Item, Bucol. 3. *In medio duo signa, Conon*, Beroal. in Seru. paragraph. 43. Item, Ecl. 3. ver. 64. *Malo me Galatea petit*, Nann. Mis. 6. cap. 5. Item, in Bucol. 4. *tuus tam regnat Apollo*, Cruc. in Ouid. lib. 1. met. v. 452. Item, Eclog. 4. *Nec Deus hunc mensa, &c.* Pius annot. prior. cap 3. Item, 6. Eclo. v. 74. *Quid loquar aut Scyllam nisi quam fama secuta est, &c.* Cruc. c. 2. Nann. Mis. 6. ca. 6. Item, Ecl. 7. ver 69. *& victum frustra contendere Thyrsin*. Nann Mis 6. cap. 6. Item, Bucol. 7. *Tum canit Hesperidum miratam mala puellam*, Cruc. c. 5. Item, Bucol. 7. *Soli cantare periti Arcades*, Cruc. c. 2. Item, in Pharmaceut. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno*, Florid. Sub. 2. cap. 13. Item, Pharmaceutr. *Ternatibi haec primum triplici diuersa colore, &c.* Florid. Sub. 2. cap. 10. Item 8. Ecl. v. 50. *Improbus ille puer, &c.* Nann. Misc. 6 cap. 7. Item, 8. Ecl. v. 58. *Omnia vel medium fiat mare*, Nann. Misc. 6. cap. 9. ver. 59. *Traceps aerii speculae de montis in undas, &c.* Nann. Mis. 6. cap. 9. Item, Ecl. 8 *Transque caput iace, ne respexeris*, Polit. Mis. cap. 80. Item, 8. Ecl. v. 56. *Orpheus in silua, &c.* Nann. Misc. 6. c. 8. Item, Bucol. 8. *Sophocleo tua carmina digna cothurno*, Beroald. in Seru. paragraph. 43. Pius annot. post. cap. 28. item, Bucol. 8 *Nescio quid certe est, & hylax in limine latrat*, Nann Misc. 1. cap. 21. Item, Bucol. 8. *Lupi Marin videre priores* Flau. Con. cap. 85. Item, Bucol. 8. *hanc sine tempora circum Inter victrices hederam tibi serpere lauros* Beroal. in Seru. paragraph. 45. Florid. 2. c. 13. Item, Bucol. 9. *Quo humum florentibus herbis Spargeret*, Beroal. in Seru. paragraph. 46. Item, Eclog. 4. legendum, *qui non risere parenti, non, cui*, Polit Mis. c. 19. Item, Buc. 5. *Aut Alcenis habet laudes*, Pius annot. post. cap 17 Egnat Racem. cap. 19. Item, Ecl. 5. *Pollio & ipse facit noua carmina*, Flau. Con. cap. 95. Item, 1. Georg. *clarissima mundi lumina liber & alma Ceres*, Abstem. c. 3. Itē. 1. Georg. *Grandiaq effossu mirabitur ossa sepulcru*, Scoppa Coll. 2. c. 8. Item, Georg. 1. *Gnosiaq. ardentis decedat stella corona*. Pius annot. post. c. 178. Item, 1. Georg. *cui prima fauentem sa-*

& equum tellus. Parth. ep 35. Item, li 1. Georg. *Ipsa sua mirantur Gargara messes*, Beroal. in Seru. parag. 50. Item, li 1. Georg. *Cæcos vt Tmolus odores mittat*, Flau. Con. c. 84. Item, Georg. 1. *Et fratru radiis obnoxia surgere Luna*, Pius annot. poſt. c. 3. Item, Georg. li. 1. *resonantia longe Littora misceri*, Beroal. in Seru. para. 52. Item, li. 1. Georg. *ipse te quoq; Medica patres accipiunt fœci*, Pius annot. poſt. c. 32. Flor. Sub. 2 c. 19. Item, li. 1. Georg. *& amaru intiba fluvis*, Pius annot. poſt. c. 60. Item, Georg. 1. *Quæ hi ſolem, hi frigora ſenſit*, Beroal. in Seru. parag. 47 Flor Sub. 2. c. 14. Item Georg. 1. *ingrati ſſq; lupini*, Flor. Sub. 2 c 12. Item Georg. *aut arte moſſam pati vrbe reportet* Flor. Sub. 2. c. 15. Item, li. 2 Georg. *ipſa ingens arbor ſaciemq; ſimillima lauro*, Pius annot. prior. c. 5 Item, li. 2. Georg. *matura metuenda ſub ipſum vnis*, Pius annot. poſt. c. 17 Item, 2. Georg. *glandemq; ſues legere ſub vlmo*, Flor. Sub 2. c. 11. Item Georg. 2. *Valerag; vt ſolus de Theſſalis tentia Serri* Beroal in Seru. parag. 55. Item li. 2. Georg. *facundi nutribus ather Conugis in gremium lætæ deſcendit, &c.* Nan. Miſ. 7. c. 14. Item Georg. 2. *iunctas ſaliere per vites* Beroa. in Seru. parag. 55. Item, Georg. 2. *Tranditur ſicco radix oleagina igne* Beroal. in Seru. para. 53. Flor. 2. Sub. c. 16. Item Georg. 2. *cæcos vt Tmolus odores*, Beroald. in Seru parag 48. Georg. li. 3. *Ver vbi veris Zephyrus cũ læta vocantibus æſtas*, Flor. Sub 2. c. 5. Item 3. Georg. *Tum ver lenta ſequat maturis frugibus æſtas*, Flor. Sub. 2. c. 11. Item, Georg. li 3. *Mileſia magno vellera mutantur, &c.* Pius annot. poſt. cap. 52. Polit. Miſ. c. 16. Item, 3. Georg. *ſtudioq; atque immemor herbæ victor equus*, Ciu. c. 2. Item, li 3. Georg. *Dura tacet pernox inſtrato ſaxa Cubili*, Flor. Sub. 2. c. 19. Item, li. 3. Georg. *Iniuſto ſub fuſce vitam dare perſpit*, Pius annot. poſt. c. 14 Ciu. in Geor. 2. in. v. 627. iterumque in Virg 3. Georg. ite, li. 3. Georg *denſo diſtinctos pingues*, Pius annot. prior. ca. 9. Item 3. Georg. *Tergemne parens & Troæ Cynthius auctor*, Parth. 16. prior. Item, 4 Georg. *Et cuſtos furum atq; auium cum falce ſaligna, &c.* Flor. Sub. c. 6. Item, 4. Georg. *turpes paſcit ſub aggere Phocas*, Ciu. c. 2 Item, li. 4. Georg. *Sum niger humectat flauentia culta Galeſus*, Scoppa Col. c. 8. Item, li. 1. Æn. v. 1. *Laurus aq; venti Littora*, Flau Con. c. 13. Item, li. 1. Æn. *genus vnde Latinum*, Scoppa Coll. 1. c. 22. Item, 1. Æn. *ſpumæ ſalu are ruebãt*, Parth. 838. m. Item. 1. Æn. *Maturate fugam*, Beroal. in Seru. para. 6. Flor. 2. ſub. c. 10. Item. 1. Æn. *Æoliam venit* Ciu. c. 2. Item, 1. Æn. *Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?* Nan. Miſ. 7. c. 2. Itẽ, 1. Æn. *Connubio iungam ſtabili propriamq; dicabo*, Nan. Miſ 4. c. 8. Item. 1. Æn. *Teq; ſit i genetum Tethys emat omnibus vndis*. Scoppa Col. 1. c. 21. Item li. 1. Æn. *Ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem* Nan Miſ. li. 3. c. 3. Item, 1. Æn. *ingens a vertice pontus in puppim ferit*. Nan. Miſ. 7. c. 3. Item, 1. Æn. *O terq; quaterq; beati*, Beroald. in Seru. parag. 5. Nan. Miſ. 17. c. 2. Item li. 1. Æn. *Sequeq; principibus permixtum agnouit Achiuis* Flor. Sub. 3 c. 2 Nan Miſ. 7. c. 6. Item li 1. Æn. *Nec tam auerſus equos Tyria Solitunt ab vrbe*, Scoppa Col. 2. c. 9. Item li. 1. Æn. *Munera lætitiamq; Dei*. Parth. ep. 33. Item. 1. Æn. v. 742. *Tũ Bute dedit, tu rapta fatis impiger, &c.* Nan. Miſ. 7 c 8. Item. libr̃ Æneidos primũ ſcholiis explanat ordine totũ Robortellus pag. 1437. Item 2. Æn. *Nec mihẽ iam patriam antiquam ſpes vlla videndi*, Parth. 841. pr. Item, 2. Æn. *Stella facem ducens* Beroal in Seru. parag 20. Item, li. 2. Æn. *Sanguine placaſti ventos, & virgine cæſa*, Parth. 840. m. item li 2. Æn. *tacitæ per amica ſilentia Lunæ*, Parrh. ep. 1. Polit. Miſ. cap. item. 2 Æn *Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro*, Parth. epiſt. 35. item. 2. Æn. *Nunc quales Diomedis equi*, Parth 839. m. item. 2. Æn. ver. 239. *ſumenq; manuum ingere gaudent*, Nan. Miſ. 7. c. 9. item, 2. Æn. v. 453 *Limen erat cæcaq; fores* Nan. Miſ. 7. cap. 11. item, lib. 2. *hinc ſpargere voces in vulgum ambiguas*, Pius annot poſt. cap 89. item, Æn. 3. *de patera fuſa intes cornua vaccæ*. Poli. Miſ. c. 26. item 3. Æn. *auri ſacra fames*, Flau. Con c 35. item 3. Æn de Pyrrho: *Pectoraſq; obtruncat ad aras*, Parth. 841. med. item, li. 3. Æn. *Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat vndas*, Flor. Sub. 2. c 5. item, li 3. Æn. *ſtragis magnanimum generatæ equorum*, Pius annot. poſt. c. 40.

Virg lib. 3. Æn *Caulonisq; arces*, Beroald. in Seru. paragraph. 23. item 3. Æn. v. 164. *Hesperiam Graij cognomine dicunt, Terra antiqua, &c.* Nann. Mis. 7. cap. 7. item, 3. Æn. *Hesperium Siculo latus abscidit*, Flor. Sub 1. c. 17. *Item*, 3. Æn. v. 551. *Hinc finus Herculei si vera est fama, Tarenti*, Parrh. 842. m. *Item*, 3. Æn. ver. 502. *Populosque propinquos Epiro Hesperia, &c.* Nann. Mis. 7. cap 12. Item 3. Æn. ver. 614. *Nomine Achemenides*, Nann. Mis. 7. cap. 13. item, li. 4. Æn. *Dum trepidant alæ saltusque indagine cingunt*, Scoppa Coll. 3. cap. 22. *Item*. 4. Æn. ver. 167. *fulsere ignes & conscius æther*, Nann. Mis. 7. cap. 14. *Item*, 4. Æn. ver. 168. *summaque vlularunt vertice Nymphæ*, Nann. Mil. 7. cap. 14. *Item* 4. Æn. *Bacchatamq; iugis Naxon*, Parrh. 843. m. Item. 4. Æn. ver. 254. *aui similis quæ circum littora, circum Piscosos scopulos humilu volat aquora iuxta*, Nann. Mis. 7. c. 15. *Item*, 4. Æn. ver. 442. *Alpini Boreæ nunc hinc &c.* Parrh. 843. prior. Item. 4. Æn. *Terque quaterque manu pectus percussit*, Flor. Sub. 2. ca. 10. Item, 4. Æn. ver. 459. *miro quod honori colebat velleribus niueis & festa fronde reuinctum*, Nann. Mis. 7. cap. 16. Item, lib 4. *Vnum exuta pedem vinclo, in veste recincta*, Cru. in Ouid. li. 1. met ver. 381. *Item*, 4. Æn. ver. 510. *Tercentum tonat ore Deos*, Parrh. 843. f. Item, 4. Æn. ver. 696. *quia nec fato meritæ nec morte peribat*, Nann. Mis. 7. ca. 17. Item, lib. 5. *Centauro inuehitur magna*, Pius annot. prior cap. 9. Item, lib. 5. Æn. *Et me fœuus equis Oriens afflauit anhelis*, Parrh. 847. prior. Item lib. 6. Æn. *Titaniaque astra*, Beroal. in Seru. ca. 31. Item, 6. Æn. *fuaque arma viro, remumq; tubamq;*. Flor. Sub. 2. cap. 17. Item. lib. 6. *lucent genialibus thoris aurea fulcra*. Beroal. in Seru. paragraph. 20. Item, lib. 6. *accipit alueo Æneam*, Beroal. in Seru. parag. 28. Item, li. 6. Æn. *Et consanguineus Lethi Sopor*, Parrh. 844. m. Item, 6. Æn. *Pallentes habitant morbi tristisq; senectus*, Flor. Sub. 2. cap. 12. Item, lib. 6. *Ostiaque iamq; domus patuere ingentia centum sponte sua*, Pius annot. post cap. 128. Item, 6. *Nec vero hæ sine sorte datæ sedes*, Nann. Mis. 9. ca. 7. Item, lib. 6. *Saxum ingens volunt alii, radiisque rotarum, &c.* Beroal. in Seru. paragra. 29.

Virg. lib. 6. *silex iamiam lapsura cadenti imminet*, Beroal. in Seru. paragraph. 30. Item, lib. 6 Æn. *Explebo numerum reddarque tenebris*, Beroal. in Seru. ca. 28. Item, li. 6. *Sedet æternumque sedebit Infelix Theseus*. Pius annot. post. cap. 9. Item, lib. 6. Æn. *gemines duo fulmina belli Scipiadæ cladem Lybiæ* Beroald. in Seru. parag. 32. Item, lib. 6. *tua postuma proles quem tibi longæuo serum, &c.* Parrh. epist. 24. Item, 6. Æn. *propria hæc si dona fuissent*, Nann. Mis. 4. cap. 8. Item, 7. Æn. *magna manet ter voce vocauit*, Flor. Sub. 2. cap. 10. item, li. 7. *multis memoratus in oris Anfidii vallis*, Flor. Sub 2. cap. 18. Item, lib. 7 *Thelebum Capreas cũ regna tenere*, Scop. Col. 1. c. 30 itẽ, 7. *Hunc Fauno & Nymphæ genitã Laurẽte Marica*, Parrh. 845. m. itẽ, 7. Æn. *Eductũ Egeriæ lucis, humentia circum, &c.* Flau. Con. c. 16. Item, li. 7. *Sulphurea Nar albus aqua*. Flor. Sub 2. cap. 18. Item, lib. 7. *vrit odoratam nocturna in limina cedrum*, Flau. Con. cap. 74. Item, lib. 7. Æn. *Nec dextræ errauit Deus absuit*, Pius annot. post. cap 70. Item, lib. 7. Æn. *Pelibus incubuit stratis*, Pius annot. post. cap. 10. Item, li. 8. *& magnis circensibus actis*. Cru. cap. 2. Item, 8. *Tatioq; sent Curibusq; seuerit*, Florid. Sub. 2. cap. 12. item, lib. 8. *liquidoque potest electro*, Pol. Mis c. 71. item, 8. Æn. *quantum ignes animæque valent*, Florid. Sub. 2. cap. 5. Item, lib. 8. Æn. *Quem Venus ante alios astorum diligit ignes*, Florid. Sub. 2. cap. 7. Item, lib. 8. Æn. *Chimerã sustinet, Æthnæos effantem sauciabus ignes*, Florid. Sub. 2. cap. 6. Item, lib. 9. Æn. *voluenda dies en attulit vltro*, Nan. Mis. cap. 2. Item, lib. 9. *Palatini sedemque petit Euandri*, Polit. Mis. ca. 71. Item, li. Æn. 9. *Intonuit læuum*, Beroal. in Seru. paragraph. 20. Item, lib. 9. *Dardanis Anchisæ Armiger ante fuit fidusque adlimina custos*, Cru. cap. 9. Item, lib. 9. *Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ*, Pius annot. post. cap 58. Item, li. 10. *Panditur domus omnipatentis Olympi*, legend. non, *omnipotẽtis*, Egnat. Racem. cap. 19. Item, lib. 10. *Quæ prius aratæ steterant in littore proræ*. Florid. Sub. 1. cap 3. f. Item, 11. *Et socii amissi petierunt æthera pennis*, Parrh. 846. prior. Item, lib. 12. *Qualia nunc hominum producit corpora tellus*,

tia, Flor. Sub. 2. c. 2. Virg. in Cyri: *quod nec sinat Adrastea, Ladere vtrumque vnifludeat, &c.* Pius annot. post. c. 70.

Virg. in Cyri: *seu Lamiæ mater sit siue Cratæis, siue illam monstro, &c.* Parrh 838. m.

Virg. in Cyri. *quem fibula ritu Mopsopio teretі, &c.* Parrh. 836. prior.

Virg. in Cyri: *Docta Talephatia testatur voce papyrus*, Parrh. 838. prior.

Virg. Catal. *Serpentes hederæ vix habuere locum*, Parrh. 867. m.

Catal. Virg. *Anne coronato vis lapide illa tegi?* Pius annot. post. c. 115. Item, *Tatiæ Gallicum imminet*, Pius annot. post. cap. 43. Item, in Eleg. de Mecœnat. *Brachia purpurea candidiora die*, Flau. Con. c. 24.

Virg. Culice: *& numina Thoce virginis assignant*, Parrh. ep. 31.

Virg. Priap. *Quare tegat multis cur sua signa Deus*, Pius annot. poster. cap 53. Item, *Nemo meo melius neruum tendebat Ulyssi*, Flor. Sub. 3. cap. 2. Item, *Nota fuburanas inter puellas*, Vitel. c. 25. Item, *Tfoleon ille vocat quod nos, &c.* Pius annot. post. cap. 41. Item, de *anu quam Theseus in rogo reperit*, Polit. Misc. cap. 24. Beroald. annot. cap. 72. Item, *Frondenti ramo vix potuisse legi*, legend. putat *thamno*, Pius annot. post. cap. 171. Item, *Tallorem maciemque larualem* Flau. Con cap. 70. Item, *Ducens ex Elephantidos hoëllis*, Pius annot. post. ca. 41. Item, *Ductor ferreus insularu aque, &c.* Parrh. 868. prior. iterum 876. prior. Item, *Vnda Tendas aquorisque Regi*, Flau. Con. cap. 59.

Vitruu. lib. 1. de *Caryatibus subactis, earumq; fœminis, &c.* Pius annot. poster. cap. 119. Item, lib. 2. de *fonte Salmacidis*, Cruc. in Ouid. 4. met. ver. 285. Item, lib. 2. *& id Abaton vocitari insserunt*, Pius annot. post. cap. 82. Item, lib. 4. *& intergerinis e ireta, bouembusq; ex vltra factis calcetur*, Pius annot. post. c. 81. Item, lib. 5. de *Laconicis*, Polit. Miscell. ca. 36. Item, lib. 5. de *Xystis*. Beroald. annot. cap. 89. Item, lib. 6. *Aristippous recta Gymnasium contendit*, Parrh. epist. 24. Item, lib. 7. de Zoilo Homeri libris obtrectando, & rege Ptolomæo, Beroal. Annot. c. 11.

Vitruu. lib. 8. *libratur aqua dioptru aut chorobate*, Beroal. annot. c. 66.

Vitruu. li. 8. *Melampus purgauit Prœti filias*, Beroald. annot. cap. 70.

Anton. Volscus taxatur in Propert. *Cynthia prima suis miserum*, Florid. Subc. 2. cap. 23

Flauius Vopisc. in Aureliano: *Amnestia decreta exemplo Athenienſium*, Beroal. annot. cap. 61.

Flauius Vopisc. in Aureliano: *Gallicanas consuluisse Dryadas*, emend. *Gallicanos cons. Druydas*, Pius annot. post. c. 52.

Flau. Vopisc. in Aurelian. *de Militarensi portico*, Beroal. annot. cap. 102.

Vulcatius in Auidio: *quod aruspices de eo denuntiarent*, Pius annot. post. c. 59.

X.

Xenoph. 3. lib. Anabas. *de calceis carbatinis*, Polit. Misc. 2.

Xenophon Ephesius lib. 1. Ephesiacor. *de solemni festo Diana*, Poli. Misc. 51.

Z.

Zosimus de *Sarena*, Polit. Miscell. cap. 16.

Zosimus *de ludis secularibus*, Polit. Miscell. cap. 58.

ff.

ff. Proœmio: *Græco vocabulo lytas appellare*, Scoppa Coll. 2. c. 13.

ff. Proœmio: *De permutatione Glauci ac Diomedis*, Beroal. annot. cap. 48.

ff. 1. 2. De orig. iuris: *Decem trib. plebis, Consules duo, decem & octo Prætores*, Egnat. Racem. c. 7.

ff. De orig. iuris: *illotis vt ita dixerim, manibus, &c.* Pius annot. post. c. 178. 2.

ff. 2. lib. de orig. iur. *quibus superbus Demarati Corinthii filius*, Bart. Auct. c. 96.

ff. De orig iuris: *qua in numero fuit reges eiiciendi auctor Brutus* Egnat. Racem. c. 7.

ff. De orig. iuris, *P. Rutilius Rufus*, Egnat. Racem. c 9.

ff. De orig. iur. *Q. Tubero ille Stoicus*, Egnat. Racem. c. 9.

ff. De orig. iur. *pater Cacina*, Egnat. Racem. cap. 9.

Leg. 12. tabul. *Mulieres genas ne radunto*, Calder. obseru. li. 3. c. 7.

ff. 1. 3. De legib. & Senatusc. *facit in fraudem legis, qui saluis verbis, &c.* Nann. Misc. 3. c. 11.

ff. 1. li. de legib. 3. *in his quæ aut non ita fiunt aut non eueniant*, Bart. Auct. cap. 8.

ff. lib.1.16.tit.De offic.Proconſ. οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, Polit. Miſ.c.95.
ff.1.li.de offi.Proconſ.*neq; auare modum Xeniorum excedat*, Bart. Auct.c.6.
ff.De officio Proconſulis, *legendum, iudicis Dandi ius habet*, Polit. Miſcell.cap.78.
ff.2.4.de in ius vocando:*eum qui inde in ius vocaret, vim inferre videri*, Nann. Miſ.li. 10.c.1.
ff.2.li.10.de eo per quem factum erit:ſiue ignorantes quid eſſet quod comminiſceretur, Bart. Auct.c 17.
ff.li.2.13.de edendo, *producere ad album*, Polit.Miſ.c.82.
ff.2.li.de edendo, *producit aduerſarium ſuũ ad album*, Bart. Auct.c.70.
ff.li.2.tit.11.ſi quis cautionibus, *de die diffiſo*, Polit.Miſ.c.41.
ff. lib.3.2.De his qui not.infam.*de miſſione cauſſaria*, Polit.Miſ.c.92.
ff. tit. De his qui notantur infam. *de deſignatoribus*, Beroald. annot. c.16.
ff. De his qui not. infam. *Neque thymelici neq; Xyſtici ignominioſi habeantur*, Beroal. annot.c.89.
ff.De his qui not. infam. *vt neque thymelici neq; Xyſtici*, Bart. Auct.c.2.&3.
ff.4.9.Nautæ caup.ſtabul.*quos vulgo nautebata dicunt*, Bart. Auct.c.66.
ff.5.4.ſi pars hereditat. petatur, *quinquies quaternos enixam Peloponeſiam, &c.* Scoppa Col.1.c.32.
ff. 7.lib.de vſufruct. 1. *nouum tectorium parietibus imponere non poteſt*, Bart. Auct. cap.73.
ff. 7.lib.de vſufru.L.item ſi ait, *Seminarios fructus puto ad fructuarium pertinere*, Bart. Auct.c.76.
ff.8.2.de Seru. vrb. præd. *non licet autem tubulos habere admotos ad parietem, &c.* Robert.li.de Lacon.
ff. 8.3. de Seru. ruſt. præd. *Iter eſt ius eundi ambulandi, &c.* Nann.Miſ.9.c.5.
ff. 8.5.ſi ſeruitus vindicetur, *labra & terreas cucumellas*, Bart. Auct.c.37.
ff.9.li.2.ad leg. Aquil. *Si fornacarius ſeruus*, Bart. Auct.c.9.
ff. 12.4. de condictione cauſſa data, &c. *Paris Pantomimus*, Bart. Auct.c.48.
ff.14.li.3 de Inſtit.act.*ſi ſeruum Pollinctorem habuerit*, Bart. Auct.c.5.
ff. Depoſiti 16.3.*item Ciſtophori decem*, Bart. Auct.c.1.
ff.li.16.de *Saccaria negotiatione*, Beroal.annot.c.76.
ff. 18.1. de contrah. emt. *Sabinus Homero teſte vtitur qui exercitum Græcorum ære, ferro, hominibus, &c.* Pius annot. poſt.c.152.
ff. 18.2.de in diem adiectione: *aliquoties*, emend. *in voce addico & adiicio*, Bartol. Auct.c.47.
ff.19.1.de action.emti. *Quæro an pila quæ ab auctore domui coniuncta erat*, Bart. Auct. cap 15.
ff.de action.emti. *Epiſtomea fiſtula*, Bartol. Auct.c.52.
ff.lib.19.2.tit.Locati & conducti: *Si ciſiarius dum ceteros tranſire contendit*, Beroal. annot ca.64.
ff 21.1.de Ædil.edicto:*Cui Deus deeſt, non eſt morboſus*, Beroal.anno.ca.81.
ff.de Ædil. edicto, *quod genus morbi Græci vocant Myopa*, Beroal. annot c.81.
ff.de Ædil.edicto, *an traulus & is qui tardius loquitur*, Flau.Con.cap.27.
ff.de Ædil. edicto, *quæſitum eſt an Aphthiphus ſanus ſit*, Egnat.Racem.c.9.
ff.23.5.de fundo inſtructo, *Fornacator*, Bart. Auct.c 9.
ff.23.5.de fundo inſtructo, *Atrienſes*, Bart. Auct.c.45.
ff.de Adminiſtr.tut.26.7. *Alogiſta*, Bartol. Auct.c.43.
ff.29.4.quis teſtamento liber, *Sed etſi heredis interfuerit*, Bart. Auct.c.33.
ff.30.de legatis & fideicom. *libri e Philyra*, Polit.Miſ.c.72.
ff.de legat. *Seruos obſonatores non videri, &c.* Beroal.annot.c.103.
ff.33.li.1.de annuis leg.*ſemiunciam & ſicilicum*, Bart. Auct.c.26.
ff.de legat. 3.*fucinum & ianthinum continebitur*, Bart. Auct.c.61.
ff.33.9.de penu legata, *Logarius*, Bart. Auct. c.40.
ff.33.li.6.de tritico & oleo leg.*œnomeli quoque plane, &c.* Bart. Auct.c.4.
ff.de tritico vino, &c. 33. 6. *Embamma autẽ continebitur*, Bart. Auct.c.44.
ff.33.10.tit.de ſupell.leg.*ſupellex ex teſtudine*, Beroal.annot.c.36.
ff.34.2.de auro & arg.leg. *amphitapa*. Bart. Auct.c.25.

ff.34 .de

ff.34. de auro & arg. leg. *mitræ, semitræ, calantica.* Bart. Auct.c.15.
ff. de auro & arg. legato: *si habebat militarium argenteum.* Beroal.annot.c.102.
ff. de auro & arg. leg. l pediculis. *etiam quod in Basilica fuerit muliebre,* Bart. Auct.c.72.
ff.39. libr. 3. de aqua pluv. *vt per sulcos item porcas aqua, &c.* Bart. Auct. c.16.
ff de aqua & pluu. arc. *vt per sulcos itemque porcas aqua, &c* Pius annot. pr.c.10.
ff.39. lib.4. de publican: *lana succida.* Bart. Auct.cap.28.
ff.39. lib. de publican. *Smyrna, pentaphyllon, malobathrum, costamomum, calamus, &c.* Bart. Auct cap.18.19.20.21.22.
ff. de publ. *pelles Damascenæ.* Bart. Auct.c.65. Ibid. *sarcocolla.* Bart.cap.66.
ff.41.1. de acqu. dom. *Si pro libero se gerat, vt fecit Spartacus.* Pius Annot. post.c.52.
ff de verb. oblig.45.1. *Si sine verbis annuisset, non tantū non ciuiliter, &c.* Bart. Auct.c.55.
ff.41. 7. pro derelicto: *Si merces ex naue iactatas inuenisset, num ideo vsucapere, &c.* Bart. Auct.cap.31.
ff.47.11. de extraord. crim. *& hæ arbores colligãs aggeres Niloticos, &c.* Pius ann. pr.c.9.
ff. de extraord. criminib. 47.11. *Si quis ficomorum exciderit, &c.* Pius ann. post.c.101.
ff.47. lib. de abig. 14. *Vel capram vel Berbicem abduxerint.* Bart. Auct.cap.10.
ff.48.8. ad l. Corn. de sicariis: *aconitum pityocampas aut bupreſtin.* Bart. Auct.c.12.& 13.
ff. ad leg. Corn. de sicar. *Si clauo percusserit aut cucuma.* Pius annot post.c.61.
ff.48. lib. ad L. Corn. de sicar. *qui hominem libidinis causſa vel commercii castrauerit.* Bart. Auct.cap.75.
ff. ad leg. Corn. de sicariis: *Cucuma.* Bart. Auct. cap.36.
ff. ad leg. Corn. de sicar. de *Pytiocampis & Bupreſtibus.* Beroal.annot.c.101.
ff.48.18. de quæstionib. *Venenarij capite puniendi.* Pius annot. post.cap.110.
ff.48. de Pœnis. 19. *instituuntur venatores aut Purvitharii.* Bart. Auct.c.11.
ff.49.16. de re milit. *Missio causſaria est, cum quis vitio animi vel corporis, &c.* Pius annot. prior. cap. 4.
ff.49. 17. libr. de Castrensi peculio: *Si ante commilitium factum sit testamentum.* Bart. Auct.cap.68.
ff.48. 19. de Pœnis: *Ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archiuo forte vel grãmatophylacio.* Pius ann. post.c.121.
ff.50. 1. ad municipal. *Titio cum esset Romæ studiorum gratia.* Bart. Auct.cap.77.
ff.50. 6. de iure immunitatis: *Veterinarii.* Bart. Auct.c.7.
ff.50.8. de adminiſtr. rerum ad ciu. *Calculatu erroris retractatio etiam post decennii, &c.* Pius annot. post.cap.91.
ff.59.8. de adminiſt. rer. ad ciu. &c. *rescripserunt Stiocomas indemnes.* Bart Auct. c.49.
ff.50.4. lib. de munerib. & hon. *Nam decaproti, &c.* Bart. Auct. cap.38.
ff. vlt. libr. de munerib. & honor. *Emporia & hospitatura, &c.* Bart. Auct. c.27.
ff. vlt. lib.15. de Censib. *Quæ post censum editum nata.* Bart. Auct. c.74.
ff.50.26. de verbor. sign. *Locus sine ædificio in vrbe area appellatur.* Flor. Subc.1.c.9.
ff. de verb. sign. *vidua etiam quæ non nupta, &c.* Pius annot. post.c.52.
ff. de verb. sign. *Noxæ appellatione omne delictum continetur.* Beroal. in Seru. parag.3.

COD.

Cod.1. lib.2. de sacros. Eccl. *Nemo Apostolorum vel Martyrũ sedem humanis corporib. aſti net concessam* Bart. Auct.c.71.
Cod. 1. 2. de sacros. Eccles. *vel in Ptochotrophion, &c.* Pius annot. post. cap.42.
Cod.1.3. de Episcop. & cleric. *Brephotrophium.* Bart. Auct. cap 56.
Cod.1. libr. de Episc. & clericis: *Schemate.* Bart. Auct.cap. 32.
Cod.1. 27. de offic. præf. præt. Africæ: *pro annonis & capitatione.* Bart. Auct.c.57.
Cod.1. 36. de offic. Comitis Syriæ: *Syriarchia.* Bart. Auct.c.50. Ibidem: *Liminarchia.* Bart. ibid.
Cod.3. 1. de iudiciis l. quotiens: *quo magis apud eum quoq, qui, &c.* Bart. Auct.c.54.
Cod.4.40 quæ res vendi nõ possunt: *lana blata & exyblata.* Bart. Auct.c.63.
Cod.4.59. de monopoliis: *vel pectinum forte aut echini.* Bart. Auct.cap.41.
Cod.4.66. de iure emph. *Emphyteumata.* Bart. Auct.cap.46.
Cod.6.21. de testam. militis: *Tribunus laticlauius.* Bart. Auct.cap.34.
Cod.6.25 de instit. & substit. *Quod testator finet eorum & certaminis formã.* Bart. Auct. cap.60.
Cod. 7. 37. de quadrien. præscript. *Sacra-*

sanctis Ecclesiis & xenonibus & ptochotrophiis. Pius annot. post. cap. 42.

Cod. de publ. operi. 8. 12. in voce *Basilica*; non idem esse cum *Ecclesia*. Bart. Auct. cap. 72.

Cod. 9. 4. de custod reor. *ne quis receptã custodiam dimittat.* Beroal. in Seru. c. 29.

Cod. libr. 9. *Cum vir nubit in fœminam viros parituram, &c.* Pius annot. post. c. 53.

Cod. 10. libr. 41. de munerib. patrimon. *Decaprotia.* Bart. Auct. cap. 39.

Cod. 10 47. de excusat. munerum: *pannarios.* Bart. Auct cap. 35.

Cod. 11. 7. de murilegis: *Baphiorum.* Bart. Auct. cap. 30.

Cod. 11. lib. 8. de vestib. holoberis: an legẽdũ sit potius *Holosericis.* Bart. Auct. c. 64.

Cod 11. lib. tit. de vestib. holoberis: *quartum de scrinio bephiæ.* Bart. Auct. c. 29.

Cod. 11. lib. 11. Nulli cicere in frenis, &c. *Cucurniis vero omnibus personis, &c.* emendat, *cucumis.* Bart. Auct. c. 37.

Cod. 11. 77. de cupressis: *Lucuco & Lucuca.* Bart Auct. cap. 53.

Cod. 12 41. de metatis: *Epidematicisne*, legẽdum an *epimetaticis.* Bart. Auct. c. 62.

INSTIT.

INstit lib. 2. tit. de Legat. *Si quis in nomine cognomine, prænomine, agnominiue legatarii testator errauerit.* Robort. de Nomin.

Instit. lib. 3. *Illud est quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emtionem & venditionem contrahi.* Pius annot. post. c. 152.

Instit. de Codicill. *Diui fratres Seuerus & Antoninus.* Bart. Auct. c. 59.

Instit. lib. tit. *Pœnam eadem lex irrogat pædicatoribus.* Pius annot. post. c. 53.

DECRET.

DEcret. Canon. Distinct. 23. *Concedemus Dalmaticarum vsu decorandos esse.* Pius annot. post. cap 58.

Decret. Canon. Distinct. 27. *Qui dies apud Græcos Hyperberetei mensis, &c.* Pius anno. post. cap. 65.

Decret. Distinct. vlt. de Con. *De conuiuio surgere antequam thymelici ingrediantur.* Beroald. annot. c 89.

EX SACRIS.

GEnes. cap. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est; eruntque dies illius centum viginti annorum.* Florid. Sub. 2. cap. 4.

Genes. cap. 44. *Scyphus quem furati estis, ipse est e quo bibit dominus, & in quo augurari solet.* Nann. Misc. 7. cap. 8.

Regum lib. 1. c. 11. *Et adorauit Astartem deam Sidoniorum.* Flor. Subc. 2. c. 7.

Lib. 4. Reg. *Depinxit oculos suos stibio.* Beroald annot. cap. 86.

Psalm. 1. *Non sic impii, sed tanquam acus quod proijcit ventus.* Pius annot. post. cap. 56.

Psalm. 30. *Statuisti in loco spatioso pedes meos.* Nann. Misc 2. cap. 4.

Psalm. 89. *Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præteriit.* Flor. Subcis. 2. cap. 4.

Hierem. Propheta, *Cum pinxeris stibio oculos tuos.* Beroal. annot. c. 86.

Hierem. *Laquearia pingit sinopide.* Beroald. annot. cap. 86.

Hierem cap. vlt. *Et factum est in XXX. anno transmigrationis Ioachim, duodecimo mense, vicesima quinta mensis.* Florid. Subcis. 2. cap. 2.

Ezechiel. Propheta. *Circumlinisti oculos stibio.* Beroald. annot. c. 86.

Daniel. *Adferte mihi oleum & smigmata.* Beroal. annot. cap. 88.

Esdras: *Exsurgens ante atrium templi, abijt in Pascophorium Ionathæ.* Pius annot. post. cap. 96.

D. Matthæi cap. 10. de *pecunia in zonis.* Beroald. annot. cap. 15.

Lucæ cap. *Erunt signa in Sole & Luna.* Nann. Misc. 7. cap. 14.

Petr. 2. Epist. *Vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.* Flor. Subcis. 2. c. 4.

FINIS.

INDEX MEMORABILIVM IN HOC PRIMO TOMO CRITICORVM CONTENTORVN.

A

A Pedibus ſeruus, menſa. Calde. obſerv. lib. 3. c. 1. Pius Annot. pr. cap. 1

A Senatu ſtare, a cauſſa ſtare bonorum, Calder. lib. 3. obſer. cap. 1

Ab epiſtolis ſerui. Pius Annot. pr. c 1

Abaton quid Pius Annot. poſt. c. 82

Acanthus quid. Pius Annot. poſt cap. 168.

Acco, nomen vetulæ inſanç, Pius annot. poſt. cap. 67. vnde ἀκκίζεσθαι. ibidem.

Aceruus Chryſippi Perſio quid. Beroal. Annot. app. cap 9

Acetabula, quid Beroal. Annot. app. cap. 15

Acipenſer in menſarum honore. Beroal. Annot. app. cap 5.

Acriſius an filius Iouis. Parrh. Ep. 39

Acriſii ne duo fuerint. Parrh. Epiſt 39

Acronis non eſſe ea cõmẽtaria, quę leguntur in Horat. Parrh. Epiſt. 5. Seruio antiquior. ibid.

Actii Synceri Sannazarii laus, Florid. Sub. lib. 3. cap. 6.

Actor legis & auctor quid differant, Nann. Miſc. 5. cap. 22

Acus crinalis, an obliqua. Flav. Con. cap. 67

Ad præpoſitio & At coniunctio olim iſdem literis ſcripta. Nann. Miſc. 3 cap 25

Ad & in particulorum differentia. Cruc. cap. 32

Ad Dianæ, ſubaudi, templum. Beroald. Annot. cap. 49

Ad Veſtæ ſubaudi templum, ib.

Adiicere quid, Bart. Auct. cap. 47.

Addicere quid, Bart. auct ca. 47.

Ἀδικεῖν quid, Pius Annot. poſt ca. 28.

Admittere equum pro concitare, Fl. Sub. 2. cap. 8.

Admiſcere vox ablata libris Ciceronis Polit. Miſc. cap. 34

Adoptatorum nomina ducta ab agnomine adoptantis, &c. Robor. de Nomin.

Adoptio in nomen & familiam quo modo facta. Polit. Miſc. cap 31

Adſcititium, an Latinum Flor. Subc. 1. cap. 4

Aduenæ & ſua & indigenarum lingua fere locuti, Naun. Miſc 5 ca. 4

Aduocari, in auxilium vocari, Cruc. cap. 17.

Ædes D. Iulii diuerſa a Baſilica Iulii, Parrh. Ep. 57

Ædiles in magiſtratu ſuo venationes, gladiatoreſve exhibebant, Beroald. Annot. ca. 70

Ædileſne cõueniendi ſi quis aliquid ſcriptorum vulgaret, Scoppa l. ol. 2 cap. 7.

Ædiles ludos celebrabant aucupandæ gratiæ popularis. Vitel. cap. 22

Ægis Pallados, Vergilianæ ſimilis, Romæ adhuc viſenda, Polit. Miſc. cap. 47

Ægyptii, cur invidi Statio. Annot. ca. 37. Beroald.

Ægyptii nec dogmata nec diſciplinas ſuas aliis communicabãt, Beroald Annot. cap. 37.

Ægyſtuſne dicendus an Ægyptus ad-

ulter Clytemnestræ. Pius An. post. cap. 180.
Ægystho vnde nomen, Parrh. Epist. 11
Ælurus, idem cum fele, Beroald. annot. capit. 56. eorum oculi ad Lunam augescunt ac minuūtur, Beroal. annot. c. 56
Æoliæ insulæ numero septem, non nouem. Beroal. in Serv. §. 4 earum nomina, Nann Misc. 7. c. 1
Æolus quomodo rex Tyrrhenorum Parrh Ep. 37.
Æmylia via, quæ, Pius annot. post. c. 27
Æneas & Antenor patriæ suę proditores, Flor. Sub. 3. c. 2. post obitum dictus Iupiter indiges, Sabell. annot. in Plin. libr. 3. cap. 5. cur habitus filius Veneris Flor. Sub. 2. cap. 24 f.
Æruscator quid, Pius annot. post. cap. 59
Æs rude, loco pecuniæ ævo veteri, Beroal. in Plin lib. 18. Pro ferro sępe positum Parrh. 863. m. Curionum quale, Beroald. Annot. capit. 51
Africanæ, an eædem cum Pantheris, Beroal. annot. c. 77
Africani liber Græcus, *De Re militari*. Pol. Misc. c. 15
Agamemnonis etymon, Nann. Misc. 7. cap. 13
Agelades, fictor egregius, Pius anno. post. c. 157. 1
Aglauros scopulo se præcipitem dedit, Parrh. Ep. 47.
Agnus Curio, qui macet. Beroal. annot. cap. 51. incuriosus, pro pingui, Beroal. annot. c. 51
Agon' victimarii verbum, Pol. Misc. cap. 60
Agri metati, militum emeritorum, Nann. Misc. 5. 4. c. 7
Ἀηδόνιον, pro cantu hirundinis, Nan Misc. 6. c. 5
Aiax tragœdia Augusti. Beroald. in Serv. §. 45. vno tantum loco venerabilis, Parrh. Ep. 44. vocatus Actos ibid.
Aimilius scriptum veteribus, loco *Æmilius*. Pol. Misc. c. 43
Aio locutio templum in vianoua. Beroald. annot. c. 57.
Aius, Deus Romæ quis, & vbi, Beroal. annot. c. 57.
Alcmaria, vnde dicta, Nann. Mis. 10. cap. 2
Alatores inter venatores Scoppa Col. 1. c. 23.
Alba in Marsis, Romana Colonia quando deducta, Vitell. c. 27
Albulæ aquæ nura natura, Parrh. Epist. 51
Album Prætoris, Pol. Misc. c. 82.
Alcon sagittarius eximius, Pius annot. post. c. 17
Alea legibus vetita, Pius annot. post. cap. 72
Alector Martis comes cur in gallum mutatus. Parrh. Ep 43
Alethes, vnde dictus, Nann. Misc. 7. cap. 10
Alexander ne an Megabyrus ventitate solitus in officinam Apellis. Pol. Misc. c. 48
ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, Pius annot. post. cap. 7
ἅλις δρυὸς, prou. Pius Anno. post. c. 7
Allia prima semper producta; contra quam placet Servio. Beroal. in Serv. § 34
Alope, nomen fabulę quam composuit Carcinus, Parr. Ep. 12
Alogista, quis, Bart. Auct. c. 43
Alpes & Rhipæi montes, veterib. pro iisdem, Parrh. 867. pr.
Alterum tātum, duplicat numerum priorem, Nann. Mis. c. 13

Alueus

Alueus, pro naui, Beroald. in Serv. §. 28
Aluei apum, Beroal. in Seru. §. 28
Amaracinum aduersantur sues, Ber. annot. app. c. 14
Amaryllidos etymon, Nann. Misc. 6. cap. 1
Amicorum amicarumque nomina, nonnihil inflexa a Poetis, seruato fere numero syllabarum, Nann. Misc. 6. c. 4. paria quot inuenire in omni historia antiqua, Scoppa Coll. 1 c. 10
Ammi, quid, Pius annot. post. c. 17
Amnestia, iniuriarum obliuio, Beroald. annot. ca. 61. inducta post discordias ciuiles, Beroald. annot. c. 61
Amomum non esse florem, vt placuit Servio, sed arborem, Beroald. in Serv. §. 44
Amphyctiones, qui & quale concilium eorum, Beroal. Annot. c. 67
Ampulla olearia, pro lecytho, Beroal. ann. c. 46
Ampliatio, in Iudiciis quid, Beroal. annot cap 51
Amoris linea extrema quæ, Nann. Misc. 1. cap. 20
Amuletum ab amoliendo, Parrh. Epist 37
Amurca insulsa, quid, Pius Ann post. cap. 33.
Amystis, potio vnico sumenda haustu, Parrh. Epist 26
Amystis a balneis bibi solita, vomitus ciendi caussa, Parrh. ibid.
Ancillariolus Senecæ ac Martiali, quiP Vitell. c. 8.
Ancillæ ad codicē vinctæ pensa trahentes, quæ, Parrh Ep. 22.
Ancon Dorica, vnde dicta, Egn. Racem. cap. 18
Androgeus & Androgeon, vnus & idem, Flau. Con. c. 11
Anien, Anienus, Anio, vnus & idem, vnde ei nomen. Cruc c. 5
Anii nomen vnde, Nann. Misc. 7. capit. 10.
Animalium sonos quomodo expresserint Græci, Pius Annot post. capit. 20
Annalium atque Historiæ differentia, Beroal. in Serv. §. 12.
Annotinum, idē quod hornum, Pius annot. post. c. 90
Annus vnde dictus, Vitell c. 28. ciuilis quid, Vitell. cap. 28. aut naturalis aut ciuilis. Nann. Misc. lib. 5. cap. 7. XXI. XLII. LXIII. maxime periculosus & quare, Beroald. annot. c. 47. vertens, an idem cum Solari. Vitel. cap. 28. quisque septimus homini periculosus, Beroal. annot. cap. 47. climactericus, Latine scalaris, Beroald. annot. cap. 47
Annus partim naturalis partim ciuilis, Parrh. Epist 63.
Annus magnus, quot sit annorum vertentium, Vitell. cap. 28
Annus intercalaris quādo recurrat, Beroald. annot. c. 9.
Annus Iulii Cęsaris quot dierum. Beroald. annot. c. 9
Anni in Sacris literis iidem cum nostris, Flor. Subc. 2. c. 2. Anni Iuliani: Beroald. annot. c. 9. intercalandi auctor quis. Vitell. c. 28.
Annorum diuersorum vetus obseruatio, Vitell. cap 28.
Annos solidos vixisse veteres illos ante diluvium, non lunares, Flor. Sub. 2 c. 2.
Anseris exsta grata sacris Isiacis, Beroal. annot. c 5
Antia eadem cum Stenobæa. Florid Sub 3 c. 11
Anticato, Cald. Obser. lib. 3 c 11
Anticlus in equo Troiano exstinctus Vlyssis manu. Pius Ann. post. c. 151

Antimachus, Poeta Epicus, &c. Flav. Con. cap. 98.
Antipathes quid, Pius Annot. post cap. 197.
Ἀντιπαλάχωσις, Pius Annot. post. capit. 69.
Antra veteribus pro domo, certe pastoribus, Nann. Misc. 6. cap. 2
Anuli cur fere in læua manu. Sabell. Annot in Plin. lib. 33. cap. 1.
ἀοχημοσύνη vituperandam in pueris. Polit. Misc. cap. 101.
Aphæa dicta Britomartis, Parrh. Ep. 30.
Aphthæ, aphthiphus quid, Egnat. Racem. cap. 9
Apio coronata sepulcra, Pius Annot. post cap. 115 coronati victores certaminis Nemæi, idem prior. ca. 11
Apis Ægyptiorum Deus qualis, Florid. Subc. 3. cap. 1
Apollo Smintheus, vnde dictus, Beroal. Annot. app. cap 12.
Apollinis ara in Delo ex cornibus compacta, Polit. Miscell. cap. 52. ad Apollinis, subaudi, templum, Beroald. Annot cap. 49
Apollonii vita tota fictitia, iuxta Eusebium, Pius Annot. post. cap. 99
Apollonius quomodo euanuerit in Iudicio Domitiani, Pius Annot. post cap. 99
Apostolorum templis non sepeliendi mortui, Bart. Auct. cap. 71
Aqua & ignis inter solemnes nuptiarum ceremonias, Cruc. capit. 5. præbita pedibus lauandis apud Iudæos. Nann. Misc. 4. cap. 2. præbita in conuiuiis Romanorum vel vino temperando vel lauandis manibus, Nann. Misc. 4. cap. 2
Aquas veteres scribebant pro *Aquæ*. Polit. Misc. cap. 43
Aquis immori fortibus grauissimũ, Nann. Misc. 7. cap. 52.
Ara Apollinis in Delo, compacta ex cornibus, Pol. Misc. cap 52
Arabarches quid, Pius Annot. post. cap. 93. Parrh. Ep. 23.
Arabia felix, odorum vnguentorumque ferax, Pius Annot. post cap. 93
Aracynthus Acarniæ mons, non thebanus, vt arbitratur Serv. Beroald. in Seru. § 40. mons in Attica. Scopp. Coll. 1. cap. 21. item in Acarnania ibidem
Aratrum adhibitum, vt condendis vrbibus, ita & euertendis, Scoppa Coll. 1. cap. 28
Arbores vnde in Brabantia & Batauia multo infra terram repertiantur, Nann. Misc. 10 cap 2
Arboretum, quid Quadrigario. Beroal. in Serv. § 41
Arbustiua vitis quid, Beroal. in Seru. §. 41
Arbustiuum mustum, Beroal. in Ser. §. 41
Arbustum quid, Beroald. in Serv. §. 41 pro castaneto Palladius, Beroald. in Serv. §. 41
Arcades cur musices peritissimi. Cruc. cap. 2
Ἀρχεῖα, quæ, Pius Annot. post. capit. 57
Ἀρχὴ σωνείᾳ, idem post. cap. 57.
Archiuum, locus in quo acta vrbis, idem post. cap. 121
Archon, summus magistratus Athenis. ibid. cap. 57. quid, Nann. Misc. 8. cap. 1
Area locus sine ædificio, siue in vrbe siue extra vrbem. Flor. Subcis. 1. cap. 9.
Areę significationes variæ, Flor. ibidem.
Argæi, quænam simulacra. Beroald. Annot. cap. 65
Argæi, loca Romæ quæ, Nann. Misc. 5. cap 10

Argen-

Argentarii adhibiti cum quid contraheretur, actaque in suas rationes referebant. Nann. Misc. 2 cap. 10.
Argestes, qui ventus, Beroald. Annō. cap. 2
Argiletus, Romæ vnde dictus, Scoppa, 1. Coll. cap. 2
Argiui olim appellati Græci qualescunque, Beroald. Annot capit. 65.
Argo navis, fatidica ac vocalis. Parr. 875. pr.
Argum quo pacto Mercurius occiderit. Cruc. cap. 21
Argumentatio violenta quid, Nann. Misc. lib. 1 cap. 1
Arietis pellis substrata somnia captantibus diuina, Pius Ann. post. cap. 10
Arion stirpis divinæ equus: possessorem nactus Adrastum; inde Adrastæus Parrh. Ep. 54
Aristotelis & Platonis concordia. Polit Misc. cap. 1
Aristotelei codices iam olim corrupti. Polit. Misc. cap. 1
Arne Æoli filia a Neptuno compressa, Egnat Racem. cap. 11
Arne oppidum: vnde ei nomen. Egn. Racem. cap. 11
Artifices operibus perfecti inscribebant titulos pendentes, & quare, Polit. Misc. cap. 47
Aruncus, Plinio quid, Beroal. in Ser. §. 60
ἀσκοπήσας quid, Polit. Miscell. capit. 20
Asinæ calva agris noxia excludere putata, Scoppa. Collect. 1. capit. 27
Asini Arcadici, notæ optimæ, Scoppa Coll. 1. ca. 27
Astarte an eadem cum Luna. Flor. Sub. 2. c. 7
Astra cur Titania dicta Vergilio, Beroal in Serv. c. 31.
Astragalis pueri fallendi, iureiurando viri. Beroald. Annot. capit. 27
Atabulus, Apuliç ventus, Beroal. Annot c. 54
Atarnides cur insutus pelli iuuencę, Parrh. Ep. 46
Atheniēsium cicadæ aureæ quid denotent. Parrh. 836 pr.
Athlothetæ qui, Nann. Miscell. 1. cap. 1
Atlas quidam nomine, sed re nanus temporibus Iuvenalis, Polit. Misc. cap. 23.
Atrienses, qui, Bart. Auct. c 45
Attagen Ionicus indelitiis ganeonū, Beroal. Annot. c. 3
Attentus pro distentus, Nann. Misc. 1. cap. 9
Attica, cur prima tellus, Verg. Parrh. 835. m.
Attonitus proprie quis, Cruc. c. 5
Auctor non is, qui tantum facit, sed qui primus suadet iubetue, vt aliquid fiat, Parrh. 836. m.
Auditores dipondii Iustiniani Imp. qui, Pol. Misc. c 93
Aventinus vnde dictus, Vitell. cap. 27
Averruncare quid. Beroald. in Serv. § 60
Averruncus, Deus quis, Beroald. in Serv. § 60
Augiæ stabulum purgauit Hercules, Flau. Con. c. 93
Augurium Salutis quid, Polit. Misc. cap. 13
Augustus Cæsar, nunquam dictus Quirinus, vt voluit Servius. Beroal. in Serv § 11
Augusti nomen vnde. Scoppa Coll. 1 cap. 9
Aves terrestre magis quā aerium a-

nimal. Cruc. in Ouid. lib. 1. met. vers. 307. oscines, lætæ aliquando, aliquando non lætæ in auguriis, Pius annot.

Auis pia, ciconia, cur, Pius annot. post. c. 69

Auium species duæ enchoriæ. Pius annot. post. c. 69. voces quomodo expresserint Græci Latiniq;. Pius annot. post. c. 20

Aurea mala Hesperidum, quid historice, Cruc. c. 5

Aurei velleris fabula, quid sibi velit. Cruc. c. 5

Aurigarum factiones Romæ quatuor, Beroal. annot. c. 92

Auspicium sinistrum, optimum, Beroal. annot. in Seru. § 20

Auster Siculo mari maxime infestus, Flau. Con c. 57

Automata quid, Pol. Misc. c. 97

Αὐτομάτης, Pol. Mis. c. 97

B

B & V. literæ ferme pro iisdem positæ in veterum monumentis, Polit. Misc. 14

Βάναυσος, quid Pius annotat. post. cap. 26

Barba, singulari numero item quadrupedum, contra quam Seruio placuit Beroal. in Seru. § 18

Βασιλικὴ, genus ludi quale, Nann. Mis. 4. c. 16

Basilica Iulii alia ab æde Iulii Parr. epist. 57

Basilicæ, quo loco faciendæ, quibus rebus seruientes, Parrhas. epist. 57. act. in iis caussæ, centum vocales, ibid.

Basilicas aliud esse, quam ecclesias veteribus, Barr auct. c. 72

Bacchæ, cur coronas sibi plecterent, ex populo alba, Parrh. 852. pr.

Balneæ veterum ad corporum vel curam, vel oblectationē, Robor. lib. de Laconico. Balnearum forma quæ, Robort. ib.

Balanus, quale concharum genus, Pius annot. post. c. 3

Balista cur Phocaica Silio., Pius annot. post. c. 156

Baptistæ Pii stylus carpitur. Flor. Sub cap. 19

Baptæ, fabula Eupolidis Polit. Miscel. cap. 10

Bardi Gallorum, quales, Pius annot. post. cap. 62

Batauorum lingua quondam eadē cum Anglicana, Nan. Miscell. 10. cap. 2

Bæotii, cur sues dicti, Parrh. ep. 25

Bæotus ex Neptuno & Arne natus, vnde nominatus, Parrh. ep. 42

Belgica vocabula multa, origine Græc. Nan. Misc. 10. c. 2

Bellerephoron, quo in loco excidederit Pegaso, Parrh. ep. 24

Benedicus Latine dicitur, Florid. Subc. 1. c. 8

Berones quid, Pius annotat. post. cap. 83

Berecynthii furores, qui Beroal. annot. c. 25

Beta pronuntiandum, non vita, Fla. Con. c. 85.

Βίσσαις quæ saltationis species, Egn. Racem. c. 17.

Bitias Didonis in mensa quis. Nann. Misc. 7. c. 8

Bichinium, Calder. Obseruat. lib. 3 cap. 11

Bilis atra Herculis, Polit. Miscell. cap. 90

Bombyces non prouenire, iuxta Seruium, apud Seras, sed in Assyria insula Co. Beroald. in Seru. § 55

Bona dicere, pro bene ominari. Nann. Mis. 1. c. 8

Bonus vir, ἀγοραῖος, Nann. Miscell. 2. c. 11

Bono-

Bononiæ ciuitatis origo, Pius annot. post. c. 27
Bononia, an denominata a Boiis, iuxta Catonem ac Strabonem, an a Bono Thuscіæ principe, Cruc. cap. 20
Boreas, cur *dictus Alpinus*, Parrhas. 843. pr.
Bootes cur piger dictus, Parrhas. 834. f.
Bootis ortus circiter vigiliam secundam, Parrh. ep. 1
Brechotrophium quid, Pius annot. post c. 42
Brettii Græcis, qui nobis Brutii, Parrh. ep 37
Brephotrophium, quid, Bart. auct. cap. 56
Britomartis cur dicta Aphæa, Parrhas. ep. 30
Broteus terræ filius lucis odio mortuus, Parrh. ep. 9
Brutus in honorem patris primus edidit munus gladiatorum, Parrhas. ep. 43
Erutiorum origo vnde, Parrhas. epist. 37
Brutii Bilingues Lucano cur. Parrhas. epist. 37. Osce & Græce locuti, ibid.
Buficus, bulimos, bupais, bupina, &c Pius annot. prior. c. 9
Bunias, bunion, e genere naporum, Pius annot. post. c. 174
Bupædæ, iidem cum exsoletis, Pius annot. post. c. 129
Bupresti, quid Bart. auct. c. 13
Burg. Bugers: a Græco πύξος, Nan. Misc. 4. c. 17
Buteones ex familia Fabia, Beroald. anno. app. c. 16
Buteo, quid, Beroald. annot. app. cap 16
Buteo inter accipitrum genera, Pius annot. post. c. 16

C.

CAcoethes tetrasyllabum, Polit. Misc c. 46
Cadmi Milesii, lib. 4. de *soluendis amoribus*, Pol. Misc. c. 16
Cadmus literas in Græciam attulit, Polit. Miscell. cap. 39. & Beroald. annot. c. 98
Cæsar, an ab cæso matris vtero dictus, an ab elephanto cæso, &c. Beroal. in Seru. § 9
Cæsaris libros non videri, qui sunt de bello ciuili, Flor. Subc. 1. ca. 13. iterum lib 2. cap. 2
Cæsaris nomen vnde, Robort. de nominibus.
Caius, dictio etiam trisyllaba, Beroald annot. c. 38
Calamitates cur dicantur meretrices, Nan Misc. 1. c. 15
Calantica, quid, Bart. auct. c 15
Calathus, quid, Pius annot. post. cap. 168. 1
Calcei Sicyonei, quales. Beroal. annot. app. c. 18.
Calcei carbatini, Pol. Misc. c. 2
Calceorum varia genera, Parrh. ad Cic. Milon 829. f.
Calchantis etymon, Nann. Miscel. 7. cap. 10
Caldarium, balnei pars, quæ, Robort. lib. de Lacon.
Calices amariores Catulli, an meraciores, Sabel. annot.
Callamus, genus lapidis, quod Bar. auct. cap. 23
Callimachi Ætia, quo argumento, Parrh. 873 m.
Callisthenes cauea inclusus ab Alexandro Magno, Parrh. ep 9. Olynthius cauea circumlatus, miserecq; habitus, Abstem. annot. c. 2
Calobatarii qui, Pius annotat. post. cap. 82
Caluaria quid, Scoppa. Coll. 1. c. 27

Camelopardalis dicta Nabuna Æthiopibus, Beroald. Annot. cap. 14 animal quod Itali gyrapham vocant, idem cap. 14. Horatii. Polit. Misc cap. 3. item cap 14. quid & quando visa in Italia, & quibus nominibus censeatur, Polit. Misc. ca 3 quando primum visa Romæ. Beroal. Annot. c. 14

Caupe quid, Beroald. in Plin. libr. 28

Camus, species freni, Pius Ann. post. cap 68

Canephoræ, cistellatrices Vestæ. item prior. c 9

Canephoræ virgines quæ, Beroald. Annot. c 63.

Caper, pro fœtore alarum, ibidem cap 13

Capitis diminutio vnde dicta, Nan. Misc 9. c 12

Capitis diminutio quid. Pius Anno. post. cap. 44.

Capite censi, & proletarii, an discrimen aliquod, Nann. Miscel. 9. capit 12

Captiui suo aliquid fuere, Nan. Misc. 2. c. 20

Cappadoces simpliciter dicti, serui e Cappadocia, Beroald. Annot. capit. 17

Capræ olidæ, Horatio conuiuæ male olentes, ibid. 13

Captiuei Plauti Comœdia per diphthongum. Pol. Misc. c 43

Caput tectum Deos adorantibus, quare, Cruc. in Ouid. libr. 1. met. ver. 381. Vno digito scalpere, signum viri mollis. Polit Miscel. capit. 7

Carbones substrati terminis agrorũ, Pius Annot prior c. 10

Carcini Poetæ fabula, nomine Alope. Parrh. Ep. 12

Cares non esse insulanos, vt placuit Servio. Beroald. in Serv. § 36

Carna Chaldeis, pro *Cornu*. Pol. Misc. cap. 14

Caros, qui morbus. Pius Annot. pr. cap 1

Carthaginis etymon, Nann. Misc. 7 cap. 5

Carthaginensis dicendum, non Carthaginiensis, Abstem. c. 8

Caryas Laconię oppidum, in quo lucus Dianę solemni virginum cantu celebratus, Parrh. Ep. 55

Caryatides statuæ quales; earumque origo, Pius Annot. post. c. 119

Caryotis, vnde dicta item, prior. capit 1

Caseus caprinus recens laudatur. Vitel. cap. 2

Casei Trebulani. Beroald. in Serv. §. 34

Castoris equus. Parrh. Ep. 57

Castrari libidinis causa quid, Barto. Auct. cap. 75.

Castrati in delitiis, item cap. 75

Castum quem, parum pudice scribere posse citra nominis dispẽdium. Flor. Sub. 1 c. 6

Catalecta Vergilii iam ab ævo Ausonii. Pius Annot. post. c. 43

Catellorũ exsta quibus vitata, Parr. Ep. 18

Catena aurea Homeri, quid allegorice notet Flor. Subc. 2. c. 14.

Cathros Chaldæis pro *Cithara*. Poli. Misc. c. 14

Catonis non esse Districha illa moralia pueris in schola prælegi solita. Flav. Con. c. 95.

Catullus an præter rationem appellatus ab antiquis, doctus. Florid. Sub. 3. c. 9.

Caudam nigram quod habet ne gustemus, cur vetet Pythagoras, Pius Annot. post. c. 36

Caveat, vsitatum auctoribus contra regulam

regulam Grammatices, Beroal. in Seru. § .49
Cauneæ venales inclamatę, M. Crasso omen infaustum. ibid. cap. 69.
Caunus ciuitas pestilentiæ obuia, ibid cap. 69.
Caussariæ milites, qui. Polit. Misc. cap. 92
Caussariæ missio quid. Pius Annot. prior. cap 4
Caussia, tegmen capitis. Beroal. Annot. cap. 92
Cebetis tabulam adumbratam de sacris literis. Pius Annotat. post cap 100
Cellarium; locus, non res: contra ac placuit Seruio. Beroald. in Seruio. § 16.
Cellarius quid, Beroald. in Seru. § 16
Censeri, pro in pretio esse. Vitell. cap. 6
Centaurus, nauis sic appellata a tutela. Pius Annot. prior. cap 9
Centauri an fuerint vnquam, Flor. Subc. lib. 2. cap. 6
Centauri arboribus solidis pro telis vsi. Parrh Ep. 4
Centumuiralis hasta. Vitell. cap. 21
Centumuirorum iudicium circa res hereditarias. Vitell. cap. 21
Cephali iaculum vnde. Flor. Sub. 3, cap 11
Cera miniatula, quid. Polit. Misc. cap. 53
Ceratinæ apud Quintilianum quid. cap. 54
Cercopes, impostores ac plani. Parr. 866 m
Cerealia primus fecit C. Memmius. Polit. Misc. cap. 85
Cerealia, quid. cap. 85
Cereis tabulis scripsisse veteres. Vitell. cap. 3
Cereris ἱερὰ ἄρρητα. Pius Anno prior. cap. 9 etymon. Nann. Misc. 7. c 10
Ceres profunda, quæ. Parrh Ep. 55
Ceretanæ pernæ, a Ceretanis Hispaniæ populis dictæ: non a Ceritibus Hetruriæ. Beroald. Annotat. cap. 28
Ceritus, cur dictus homo mentis emotæ. Abstem. cap. 3.
Ceruix pro superbia in singulari, cōtra Seruium. Beroal. in Seru § 51
Ceruus, aeripes an æripes. Parrhas. 846. m.
Cerix cuius apud Athenienses auctoritatis, Pius Annot. post. ca 96
Cessim ire. ibid. cap. 13
Chameteræ Plinii, quæ. Beroal. Annot. cap 63
Chœnix, mensura qualis. Pius Ann. post. cap. 35
in Chœnice non sedendum. prouer. id. post. cap. 35
Chauci, finitimi Bremenses. Nann. Misc. 10. cap. 2
Charadrius auis quæ. Pius Annotat. post. cap 29
Charisius fere Seru. coætaneus. Parr. Ep 5 item Donato. ibid.
Charon porthmeus. Pius Ann. post. cap. 48
Charondæ leges Egnat. Racem. c. 12 ibid. Pius Annot. post. cap. 195
Chiliarchus, qui præest mille militibus ibid cap. 127
Chimera Lyciæ mons qualis. ibid figmentum Poeticum. Flor 2. cap. 6
Chimeræ & Bellerophontis fabula quid velit. Cruc. cap. 21
Chiridotæ Dalmatarum, quid. Pius Annot post cap. 58.
Chommoda, pro Commoda. Polit. Misc. cap. 19
Choragi quid, Nann. Mis. 8. c. 1
Chorobates quid. Beroal. Ann. c 66
Chriæ quid. Parrh. Ep. 57. § 2
Chrysippus per Soritē solitus argu-

mentari, Beroald. Annot. app. c. 9
Cibos ne in schaphio ponas, Pythagoræ scitum, Pius Ann. post c. 36
Cicatrices argumenta fortitudinis, Parrh. ep. 56
Cicero Græcæ linguæ doctissimus, Polit. Misc. c. 1. editus Mediolani, sed mendosissime. Parrh. epist. 17 cur librum inscripsit de Officiis, Scoppa, Coll. 1. c. 8. eius non esse libros 4. Rhetor. ad Herennium, Florid. Sub. 1. c. 2. & ca. 4. eius scriptorum examen, Florid. Subc. c. 2 eius vnde cognomen, Scoppa, Coll. 1. c. 5. eius an genus ab Tullo Volscorum Rege, Scoppa, Coll. 1 cap. 5
Ciceromastix, Beroal. Ann. c. 11
Ciconia, cognomine pia, Ann. post. c. 69
Cicutæ vis exstinguitur vino, Polit. Misc. c. 61
Cimmerii populi, qui, Ber. Ann. c. 84
Cinara, carduus quis, Pius Annotat. post. c 168. 1
Cingali populi, an ab eis fluxerint circulatores isti mendici, coloris fusci, ibid. c. 42
Circe, post mortem, Marica dicta, Parrh. 345. m.
Circenses Ceriales, Polit. Misc ca. 85 ludi, plebeii & magni, iidem, Sabell. in Liu. lib. 2.
Circus Delphinos habuit. & ad oui speciem machinas quibus indicarentur spatia decursus, Parr. c. 28
Cisiarius, Beroal Ann. c. 64
Cisium, genus vehiculi biroti, Bero. Annot. c. 64
Cispius mons Romæ, vbi, Beroald. Annot. c. 55
Cistophori, genus numismatis quale, Bart. Auct. c. 1
Cistiferi, Sacerdotes Cybeles, Pius Annot. pr. c. 9
Cistula, ad suffragia, Beroa. Ann. c. 55
Cistulæ prælatæ Thesmophoriis, Pius Annot. pr. c. 9
Clatra: feneſtræ clatratæ, Pius Ann. post. c 159. rusticis quid, Pius Ann. post. c. 159
Clibanarii, in exercitu qui, Pius, c. 81
Climax, gradatio Quintiliano. Beroald. Annot. c. 47
Climacterici anni, qui & quam periculosi, ibid.
Climactericus annus, Plinio lex fœfilis, ibid.
Clinici qui, Parrh. ep. 61
Clipeus armorum, clipeum imaginis, Parrh. ep. 19.
Clupeare brachiū, Pius An. post. c. 18 in Clipeum inclinare, quid, Nann. Misc. 2 c. 4
Cœli filius, inopinato apparens, Pol. Misc. c. 18
Cœli cardines quatuor, quibus nominibus, Pius Annot. post. c. 66.
Coactum pro coctum, Parrh. ep. 31
Cochleæ, inter pauperum munera Saturnalitia, Beroald. Annot. c 36 succi optimi, quarum regionum, Beroal. ibid.
Cognomē Romanis aliquādo Græcum, Robert. de Nomin.
Coctana, in vasculis missa formatis in metam, Beroal. ibid.
Cognomina ducta partim a laude animi, a vitio corporis, a consuetudine, a forma corporis: partim ab euentu seu fortuna, item a prouinciis Robort de Nomin.
Codex, liber in quo accepta atque impensa perscripta, Ber. Ann. c. 31
Colacis etymon, Nann. Mis t. c. 13
Coliphium, vnde dictum, Vitel. c. 12
Colonia quid, an nō oppidū & vrbs, vt differat a municipio. Vit. c. 19
Coloniam omnem municipium omne, & oppidum & vrbem dici posse, Vitel. ibid.

Color Prasinus, viridis, Beroal. Ann. c.92. Venetus, cæruleus, Beroald. Annot. ibid.
Colossis vnde nomen, Parrh ep.57
Colostrum, non esse proprie Lac nouũ, vt arbitratur Seruius, sed spõgiosam lactis densitatem, Beroal. in Seru § 42
Colostra & Palladio & Colũellæ itẽ Plauto frequentato, negante id Seruio, Beroal. ibid.
Columba, hieroglyphicis nota ingrati, Egnat. Racem. c.3
Colura, animalia sine cauda, Pius Annot post. c.112.
Colurus quid. Pius Ann post. c.112
Comæ suggestus, Parrh. ep.57 §.2
Comici an habendi inter Poetas, Flor. Sub.3.c.8
Comitis nomen, Iustiniani æuo cuicunque præfecto honestiori tributum. Nann. Mis.10.c.3.
Comitia tributa cur popularia, Nã. Mis 10.c.6 non habita Ioue tonãte, fulgurante, Bero. Ann c 44. tributa, curiata, centuriata quid inter se differant, Nann Mis.10 c.6 ibid. curiata contraria centuriatis, Nann. Mis.10.c 6
Commẽtariensium officium quod, Pius Ann. post.c.77
Comædia duplicis argumenti, quid. Nann. Mis.1.c.4 imago vitæ, Scoppa, Coll.1.ca.25. media sannis exagitata Tragicorũ scripta, Nann. Mis c.4.c.23
Comædiæ inuentor quis, Parrh. ep. 64. origo nominis vnde, ibid lex vt Dramata tres agerent personę, quarta muta, Vite.c 5 partes tres, Canticum: Chorus, diuerbium, Nann. Mis 1.c 6. veteris inuentor, Flor. Sub.1.c.15
Compaginis, genitiuum casum auctoribus vsurpatum, contra ac voluit Seru. Beroal. in Seru §.10
Comparationem poni posse sine libri, Pius Annot. post. c.103
Comtus scrib. non *comptus*, Egnat. Racem. c.10
Conciuis non dicitur, sed *ciuis*, Flau. Con. c 79.
Concordia insignis gemina tæda, Parr. Ep. 57 §.2
Concordiæ ædicula supra Græcostasin, Parrh ep. 52. videntur apud vett. Symbolum cornicem, Polit. Misc 67
Condilium, quid, Cruc. in Ouid. 1 met. ver. 711
Condus in familia quid, Beroal. Annot. c 19
Confidere & credere quid differant, Nann. Mis. 5 c.20
Congylis, rapa, Pius Ann. post c.174
Conion, non esse Aconitum, Polit. Misc. 61
Coniux absque n litera scribendum, contra Priscianum, Abstem c. 6
Conniuere quid, Pol. Mis c. 66
Conon Vergiliano duxne fuerit Athenienſium, vt voluit Ser. an potius Astrologus, Beroal. in Ser. 43
Consanguineum, etiam de fratribus dicitur, Parrh. 844.f
Conscientia virtuti maximum præmium, Parrh. ad Cic. Mil. 832.f
Consecrare & in deos refere cuique quem vellet ex suis, priuatim licitum, Nann Mis. 7.c.16
Consequentiam esse Latinam vocem Scoppa, Coll. 1 c.19
Consualia, ludi Neptuno sacri, cur sic dicti, Sabell. Annotat. in libr. 1 Liuii.
Conterraneus, an Latinum, Fla. con. c. 79
Contus nautarum, quid, Pius Ann. post. c.19
Copta Rhodia, quid, Vitel. c. 4

Cramble, brassica agrestis. Parrh. Epist 13
Cornicem videri apud veteres concordiæ symbolum. Polit. Misce. cap 67
Cornicula, inter dona militaria quę, Pius Annot. post. cap. 77
Cornicularius quid. Pius Ann. post. cap. 77
Coronæ antiquissimæ laneæ. Nann. Misc. 7. cap. 16
Coronæ lemniscatæ. Polit. Misc. cap. 72
Cors, quid, Vitell cap. 15
Corus idem cum Argeste. Beroald. Annot. cap 2
Corporis dehonestamēto lætari posse, contra ac visum Gellio. Parrh. Ep. 56
Corycæus auscultabit. prou. Beroal. Annot. cap. 59
Corycæi, pro curiosis, Beroal. ibid.
Corydonis etymon, Nann. Misc. 6 cap. 10
Cotidie scrib. non quotidie Abstem. cap. 9
Cottaborum lusus qualis. Parrhas. Ep. 36
Coturnices, an qualeæ nostræ. Pius Annot. post. cap. 54
Cotys ad quem scripsit Ouid. quis fuerit Egnat. Racem. c. 14
Coturnicum mutuæ pugnæ, Flau. Con. c. 76
Cotytto, & Cotyttia, quid, Pol. Mis. c. 10
Cotys dea, Polit. Misc. c. 10
Crambe bis posita mors, Polit. Mis. c. 33. quid, Polit. Misc. c. 33
Crassari, pro grassari, Nann. Misc. 5 c. 18
Crepidæ carbatinæ. Polit. Misc. c. 2
Cretenses mendaces, Polit. Misc. c. 35
Crocodilitæ apud Quint. quid, Pol. Misc. c. 55
Crocodili graphica descriptio, Flor. Subc. 3 c. 1
Crotone salubrius, prou. Pius Ann. post. c. 37.
Crotus, sagittarius excellens, Pius Ann. c. post. 158. ib. Pfamatē filiam vitiatam necauit, Parrhas. ep. 45
Ceaton & Eryton fratres ex Neptuno concepti & Moline, Parr. ep. 41
Cuba Dea, quæ præesset infantibus cubantibus, Pius Annot. prior. c. 3
Cucuma, genus vasis Pius Ann. post. post epa. 61. vox rarior, Pol. Misc. c 30
Cucumeres aquæ amantes, Pius Annot post. 173
Culleus parricidarum, ascoperæ similis, Pol. Misc. c 20
Cumæ, vnde dictæ, Scoppa Colli c. 24
Cupressum Fauni gestabant, Parrh. 863. f
Curio maximus, Sacerdos qualis, Beroal. Annot. c. 51. ibi agnus, pro macilento, Plautus. Beroald. Ann. c. 51
Curiones, dicti a Curiis, Beroal. Annot. c. 51. corū. æs, quale, Beroal ib. iidem qui præcones, ibid. eorum sacra, quæ, Beroal. ibid
Curti Iudæi, curtus mulus, quid, Nann. Misc. lib 4 c 5
Custodia, tam quæ custodit, quam quæ custoditur, Beroald. in Seru. c. 29
Cybele, & Dea Syria, numina fere eadem, Beroal Annot. c 25
Cyclopum interemtorum ob fulminatum Æsculapium, item seruientis apud Admetum Apollinis fabula, Pius Annot. post. c. 145
Cycnea caro nunquam in delitiis ganeonum, Beroal. Ann. c. 3
Cycni cantus an in morte, Pius Ann. post. c. 128

Cypse-

Cypselus, Corinthi tyrannus, Pius Annot post cap.108.vox,vario significatu,ibid.
Cyrene, colonia Thertorum, Cruc. c.13
Cyrorum montem non esse in Macedonia, vt voluit Seruius,sed in Paphlagonia, Beroald. in Seru. §.56

D.

A. Cur hodie repræsentet notã quingentalem.Nann.Misc. 10.c.5
D.E.R.I.C. notarum explicatio,Egnat Racem.c.3
Dædali & Icari fabula, quid sibi velit,Florid.Subc.2 c.24.f
Dædalus quomodo dictus Tibullo Cres, qui alioquin Athenienſis, Beroal.Ann. c.39. in Lycia periit, non in Creta,Parth.epist.15
Dalmaticarũ chiridotæ,quid, Pius Annot.post.c.58.
Damigeron,cur inter magos,Parth. epist 11
Damnati Athenis sibi pœnas æstimabant,Nann.Misc.lib 2 c.22
Danaidum dolium, prou.Pius Ann. post c.140
Daphne aliis Penei filia, aliis Ladonis,Florid.Sub.3.c.11.ibid.amans Leucippus virginem se mentitur, sed infauste,Egnat Racem.c.16
Dardanus:artes Dardaniæ,quę,Pius Annot post.c.195
Dea persuadendi,quæ, Polit.Miscel. c.91
Debere hortos, &c. criminib. quid, Beroal.Annot.30
Decadarchus idem cum decurione, Pius Annot.post.c.127
Decaproti,quid,Bart Auct.c.39
Decumani fluctus, Polit. Misc.c.86 genus publicanorum quale, Beroal.Ann.c.19.oua,Pol Misc.c.86. scuta,ibid porta castrorum,Polit. Misc.ibid.
Decumanum pro grandi, Beroald. Annot.app.c.5
Decumanus:acipenser, limes,porta scuta,Beroal.ibid.
Deditirii libertini qui, Polit. Misc. c.84.peregrini,qui,Polit.ibid.
Defrutum quomodo fiat, Beroal.in Seru. §.54. differre a passo:contra Seru.Beroal.ibid.
Dei inuiti non cernebantur impune,Polit.Misc.c 80
Deidamia Pyrrhi filia, vt interfecta, Parrh.epist.48
Delatores notati literis,Vitell.c.23
Delius natator, prou.Flor.3.lib.Sub. c.4
Delphin ancliorę circumplexus,nota lente festinantis, Egnat. Rac. c.3
Demagogus quid, Nann. Miscel. 8 cap.1
Demarchi quid,Nann.ibid.
Demogorgon,magus quis,Pius Annot.post.c.195
Demtum scrib.non *demptum*,Egnat. Racem.c.10
Deprecari pro valde precari, item pro detestari ac recusare, Florid. Sub lib.1 c.8
Designare quid,Beroal. Ann.c.16
Designatores ludorum qui & quales,ibid.
Designator qui loca spectatoribus designat in theatro:itẽ qui choragium locat & reliqua funebria, Nann.Misc.4.c.21
Deus etiam de fœmina,Pius Annot. post c.70
Deum Deam ve quisque habere creditus,Polit.Misc.c.89
Diadematus, cognomen Mercurii:illorum,Sabell. Annot.in Plin libr.7 c.44

Diana Ægyptiis Bubastis. Flor. Subc.3.c.1. quasi Iouiana, Sabell. annot. ad Catull. Rhoccæa, vbi culta, Parrhas. epist. 30. Caryatis in pretio Lacedæmonibus, Parrhas. epist. 55.
Dianium, lucus Dianæ consecratus, Cruc. c. 14
Dicam scribere quid, Nann. Miscel. 2. cap. 18
Dido castissima, neque vnquam Æneæ cognita, Flor. Sub. 2. c. 2
Διεγερτικὰ ante cubiculum sponsi ac sponsæ puellarum, Nann. Miscel. 7. cap. 14
Dies menstrui & annui, quot. Polit. Miscell. c. 94. Diffusus in digestis, quid, Polit. Miscel. c. 41. genere fœminino, pro tempore, Vitul. c. 28
Dies intercalares, quot instituti a Numa Sabel. annot. in Liuii, lib. 1. vt annus & mensis partim naturalis, partim ciuilis, Parrh. ep. 63 aut naturalis, aut ciuilis, Vitell. c. 28. Dominicus, Polit. Mis. c. 8
Dierum nomina Belgica, vnde deducta, Nan. Misc. 10. c. 2. numerus cur sumtus ab errantibus syderibus Parrhas. ep. 63
Diebus & noctibus singulis attributæ horæ duodecim æquales apud Romanos, Parr. ibid. nomina antiqua mutata ab Imp. Constant. Pol. Mis. 8. nomina, cur a Planetis desumta, Egnat. Racem. c. 20. nomina cur a Planetis, Pol. Misc. c. 8
Digestæ cur notuntur gemino F. sic ff. Scopp. Col. 1. c. 9
Digitus medicus quis, Polit. Miscel. cap 62. tollere, mos in auctione publica. Calder. obser. lib. 3. c. 3
digiti contracti, tenacitatē arguunt, Nann Misc. 8. c 3. f.
Digitorum nomina quæ, Polit. Mis. cap. 62.
Dii nostri, qui fuerint, Parrh. ep 35
Dii velleribus niveis, seu stemmatis culti, Nan. Misc. 7. c 16
Deorum insignia, quæ, Pius annot. post. c 153
Dimidium, quomodo plus toto, Beroal. annot. app. c 3
Diomedæa necessitas, quæ, Pius annot. post. c. 1
Dioptra quid, Beroal. annot. c. 66
Diphthongi non septem solum, sed decem, maiorum seculo vsitati, Polit Misc. c. 43. veterum quot & quales, Polit. Misc. ib.
Directe quid petere, Nan. Mis. 5. c. 5. δὶς κραμβηθάνατος, Pol. Mis. c. 33
Diuerticulum, significationis duplicis, Nan Misc. 1. c. 19
Diui fratres, in iure qui, Bart. auct. cap. 58
Diuisores in comitiis, genus hominum quale. Beroal. annot. c. 91
Δημὴ τηρ, vnde deriuetur, Pius anno. post. c. 95
Druydes Gallorum quales, Pius, ibid. cap 62
Dodonæi Lebetes quid, & cui bono, Parrh. 842 f.
Dodonæum ahenum, quid, Pius annot. post. c 54
Dolabella nomen, vnde ductum, Cruc. c 16
Domitio Calderino quid & quatenus in literis credendum, Polit. Misc. c. 9
Donati non esse, quæ circūferuntur in Vergilium, Nan. Misc. 1. c 5 Fla. Com. c. 95. non videri expositiones in Terentium, Parrh. ep. 59.
Ducere funē, quid, Nann. Mis. 4. c. ferrū, 22 quid, Parr. 868. pr. fami- quid, liā, Nann. Misc. 4. cap. 22
Ducitur, qui ad iudicium rapitur, item ad carcerem, item ad supplicium. Nann. Misc. 9. c. 8

Duri-

Durica nox, Polit. Misc. 5
Durateus equus, ibid.
Dyrrachium quæ antea Epidãnum. Pius Annot. post c. 137

E.

ECbatana, imperii Medici caput, Pius Ann. post. c. 130
Eccere, an iurantis, Nann. Misc. 2. c. 21
Echini tergus ad pectines, Bar. Auct. c. 41
Echo Græcula quid recantet, Polit. Misc. c. 22
Edulia, Dea initiandorũ cibo, Pius Annot. pr. c 3
P. Egnatius Bareæ accusator, Tarsensis, non Bœotius, Parrh ep. 24
Eiresione quid, Pius Annotat. post. c. 75
Electrum an reperiatur in Eridano, Flor. Sub. 1. c. 16
Electri genᵃ cuius auro quinta pars argenti inest, ibid.
Elegans, in vitro, Pius Annotat. post. c 8
Elegorum repertor quis, Flor. Subc. 1. c. 15
Elephantidos libelli, Pius Annotat. post. c. 41
Emãcipatio habita pro morte imaginaria, Nann. Misc. 9. c. 12. liberorum qualis vett. Rom. Nann. Misc. 10. c. 5.
Emasculare, inter flagitiosa, Pius Annot. post. c. 51. se herbis, ibid.
Embamma quid, Bart. Auct. c. 44
Emblemata, quid, ibid. Bart. Auct. c. 44
Emphyteuma, quid, Bartol. Auct. c. 46
Emtio non vsitata antiquis, Pius Annot. post c. 152
Endelechia Aristotelis ac Ciceronis, Polit. Misc. c. 1
Ennæ siculæ fertilitas, Abstem. c. 11
Ennii versus aliquot Latini, versi ex Medea Euripidis, Polit, Misc. c. 27. versus de *risu*, Polit. Miscell. c. 89
Ennius Euhemeri sacram historiam vertit. Pol. Miscel. cap. 35. sepulcro Scipionum conditus, Parrhas. 858. f
Ennium de Græco vertisse Tragœdiam Euripidis Medeam, Pol M. c. 27
Epaphus idem cum *Api*. Cruc. in Ouid. 1. met v. 748
Epibatæ qui, Pius *Annotat*. post. c. 82
Epidamnus, vbi, Beroald. in Seru. § 57
Epidaurus, non in Epyro, vt placuit Seru sed in Peloponneso, ibid.
Epithalamiorum genus duplex, Robor. ad Catul. Epith.
Επὶ τῇ φάκῃ μύῃσιν, prou. Beroal. *Annot*. app. c. 13
Epitogium quid. Cald. Obser. lib. 3 c. 11
Epityrum non esse casei genus, Vit. c. 2. vnde fiat, Ibidem.
ἐπῳδόμενοι qui, Pius *Annotat*. prior. cap. 3
Equire, mulierum libidinosarum, Beroal. *Annot*. c. 83
Equi Cappadoces notæ melioris, Pius *Annot*. post. ca. 39. Sybariticorum saltatio, Pol. Misc. c. 15
Equus durateus, idem cum Troiano Pol. Misc. c 5. Seianus ex prosapia equorum Diomedeorum, Parrh. 839. m
Ἔρανος, conuiuium, vbi de Symbolis comeditur, Nann. Misc. 8. c. 39
Eridanus item fluuius prope *Athenas*, Cruc. in Ouid. lib. 1. met. v. 580
Erasmo quid in literis tribuendum, Flor. Sub. 3. c. 4

Ergo, item pro cauſſa, contra quam placet Seru. Beroald. in Seru. c. 31
Es, ſubſtantiuum, an aliquando producatur, Pius Ann. poſt. c. 150
Eualida haſta, quid, Pius ibid. c. 192
Eueni diſtichon in *Caprum vites rodentem*, Polit. Miſc. c. 26
Euentus bonus, quando inuocatus, Pius Annot. prior. c. 6
Euippe Chirouis filia, Parth. ep. 7
Eumolpus quis, quarumque rerum auctor, Pius Annot. poſt. c. 96
Euocatio, euocati milites, quid, Cruc. c. 11
Eupolidis aliquot verſus, de Peitho Periclis, Polit. Miſc. c. 91
Euripideſne melior an Sophocles, ambiguum, Flor. Subc. 2. c. 13. eius odium erga mulieres, mors, & ſepulcrum, Pius Annot. poſt. c. 28
Euhemerus quis & quantus in hiſtoria de Diis, Polit. Miſ. c. 35
Euxini ponti collatio cum Gadib. Beroal. Annot. c. 40
Exſilium quãto grauius oſtraciſmo, Pius Annot. poſt. c. 91. teſtularum, quale, Beroal. Ann. c. 80
Expeculiati Plauto qui. Beroald. Annot. c. 95
Expoſiti olim pueri in cantharo, Nann. Miſc. 1 c. 2
Exter honos, pro extrario, Pius Annot. poſt. c. 5
Extra ordinem, id eſt, ſupra ceteros ſui ordinis, Nann. Miſc. 9. c. 6
Extrema linea quid, Nann. Miſcell. 1 c. 20

F.

FAbula morata quid, Nann. Miſ. 3. c. 24
Fabulæ Plautinæ aliæ a Plautianis, Parth. ep. 64
Faciem lacte aſinino erugari, Cald. Obſer. lib. 3. c. 6
Fæx populi. Flau. con. c. 30
Familiam ducere quid, Vide ducere,
Famoſus, etiam in laudem, Cruc. c. 5
Faſces Conſulares, ex betula, Pius Annot. poſt. c. 14
Faſtus, etiam pro Annalium libris, Beroal. in Seru. §. 22
Faſti quid, Vitell. c. 28
Fauonius idem cum zephyro, Flor. Sub. 2. c. 5
Fauorinus Philoſophus, natione Gallus, Flau. Con. c. 15
Febris querquera, Beroal. Ann. c. 76
Femen feminis: an prima correpta, Pius Annot. poſt. c. 198
Feminas ſuperfœtare, contra quam D. Auguſtino placuit, Pius Ann. prior. ca. 3. peregrinæ male audiebant, Polit. Miſc. c. 27
Feelix in nomiſmatis vett. per e duplex, & quare, Polit. ibid. 43
Feroniæ luci plures, Sabell. Annot. in Liuium, lib. 1
Ferrugineum, quid, Beroal. Annot. c. 92
Ferulæ & thapſiæ differentia, Pius Annot. poſt. c. 167
Fertum, quod genus ſacrificii, Pius ibid. c. 147
Feſtucæ vſus in manumittendis ſeruis, Polit. Miſc. c. 98
Ficulneus, pro ficulnus, vſitatiſſimũ auctoribus, Scoppa. Coll. 1. c. 6
Ficus, & arbor, & fructus, genere maſculino, Scoppa, ibid.
Ficus, ſignificationis non vnius, Pius Annot. poſt. c. 101
Fides fluctuans in iuuenibus, firmior in ſenibus, Nann. Miſcell. 7 cap. 10
Filius Terræ, cuius genus incertum, Polit. Miſc. c. 18
Filius fam. cur patre permittente nõ condat teſtamentum, Nann. Miſ. 10. c. 5

Filius fam. causſa mortis donare poteſt, patris permiſſu. Nann. ib. c. Si qui inopinato apparet, Polit. Miſc. c. 18
Flammeum vnde dictum, Robort. ad Catul. Epith.
Flammeolo amicitur nubens, Pius Annot. poſt. c. 80
Flaminia via, quæ, Pius ib. c. 27
Florales ludi cur plebeii, Vitell. c. 22
Flos vini, pro odore, Pius Annotat. poſt. c. 205
Fluctus decimus, ſeu decumanus, quis, Polit. Miſc. c. 86
Flumina domitorum imagines in triumphi pompa, præferri ſolitæ, Parrh. ep. 57
Fœderibus confirmandis iurabatur Iupiter lapis, Pius Ann. prior. c. 10
Forma donum fugiens, Parr. epiſt. 57 § 2
Forum Latium pro Romano, ibid.
Formica veſpertilionis ala obumbrata, hieroglyphicis nota tardi. Egnat. Racem. c. 3
Fortis viri, ex Ariſtotele Phyſiognomia, quæ, Pius Ann. poſt. c. 141
Fortuna globo volubili inſiſtens, Cruc. c. 11
Fortunatiani Chriæ, Parrh. ep. 57 § 2
Fouri in numiſmate pro Furi, Polit. Miſc. c. 42
Fraterculus Gigantum eſſe, quid, ib. c. 18
Fraus pro malitioſa fœderis interpretatione, Nann. Miſ. 5. c. 11
Frigidarium, pars balnei quæ, Robort. lib. de Laconico.
Fritillus, minime tabula luſoria. Beroald. Annot. c. 22. idem cum orca cum turricula, ac pyrgo, ibid.
Frons occipitio prior. prou. Pius Ann. poſt. c. 30
Fumus Troes, prouerbium, Polit. Miſc. c. 88
Fulgetræ adoratæ poppyſmis, Polit. Miſc. c. 3
Fulmen ſiniſtrum, optimum auſpicium, Beroal. Ann. c. 44. Pfoleon, quale, Pius Annot. poſt. c. 21 habet omen nuptiarum. Nann. Miſ. 7. c. 14. ibid. vruntur Iupiter, Pallas, Vulcanus, Nann. Miſc. 3. c. 3
Fundus quid. Nann. Miſ. 1. c. 15
Funem omnem mouere, prou. Pius Annot. poſt. c. 107
Funepeus pro Funambulo. Beroald. Annot. c. 74
Funeri adhibitæ tibiæ, Pius Annot. poſt. c. 118
Furis anguis item in manu, Parrh. ep. 55
Furuum, idem quod nigrum, Polit. Miſc. c. 39

G.

GAdir, vnde dicta, Egnat. Race. c. 14
Galeare puellas, Pius Ann. poſt. c. 18
Γαλῆ pro fele, non modo pro muſtula, Parrh. ep. 37
Gallina Medica, quæ, Florid. Subc. 2 c. 19
Gallis duo genera Sacerdotum vaticinantium, Bardi, ac Druydes, Pius Ann. poſt. ca. 62. matris Deũ, vnde nomen, Parrh. 854 pr.
Ganymedes vnde dictus, ac cur amatus a Ioue, Flau. Con. cap. 14. quomodo raptus Ioui, Pius Ann. poſt. c. 93
Garum ſociorum, vnde dictum, Vitell. c. 10. non habet nomen Latinum, ibid.
Γαστρίσαι, ſaturare, Nan. Miſ. 8. c. 20
Gaulus, genus nauigii, Cruc. c. 15
Gellium eò fuiſſe natione Gallum, Flau. Con. c. 15
Gemellos non ſemper concipi vno eodemq; concubitu, Pius Annot. prior. c. 3

Gemina, ea quæ robusta firmaque, Parrh.ep 57 §.2
Genas ne raderent feminæ in funere interdictum, Calder. Obseru.lib. 3.c 7
Genu nascentibus additi, Parrh.ad Cic.Mil.833.p
Genium quisque habere creditur, Polit Mis.c.89
Gentilis qui simili nomine appellatur, Beroal. Annot.c.79. qui eiusdem nominis, quamuis non gentis.Scoppa,Coll.1.c.5
Genu crure propius, prou. Pius Annot post.c.30
Gerana apud Pygmæos diuinis culta honoribus: ideoque a deabus conuersa in gruem , Parrhas. ep.40
Gigantum fabula,Cruc.c 21
Gigni hominem, septimo, octauo, nono decimo mense,Pius An.pr. c.3
Gith,quid,Pius Annot.post.c.161
Gladiatores rudibus exerciti,Parrh. epist. 60. eorum munus in honorem patris primus edidit Brutus, Parrh.ep.43
Glans, pars in viris obscœna, Beroa. Annot.app c 17
Glauci & Diomedis permutatio, qualis,Beroal.Annot.c 48
Glossa,quid,Scoppa Coll.1.c.9
Glus & gluten idem,Parrh ep 43
Gonorrhæa , quid , Pius Annotat. post. cap. 123. gonorrhoica mors, Ibidem.
Graccorum cognomen, vnde natũ, Egnat.Racem.c.10
Graccus scribend. sine aspiratione, Scoppa, Coll 1.c.10 Ega Rac.c.10
Gradus grallatorius , qualis , Pius Annot.pr.c.1
Grallatores , qui, Beroald.Annotat. c.94
Grallatores, qui, Pius Annot prior. cap 1
Γρῦφη , nomen actionis de crimine publico, Nann Mis.9.c.4
Graphiaria,pro repositoriis graphiorum,Beroal.Ann c 26
Græca statim an discenda pueris, Flor.Sub.1.c.1
Græcæ linguæ cognitio necessaria cuiuscunq; generis scientias profitentibus,Flor.Sub. 3.c.12
Græcostasis. Sabel. Ann.in Plin.lib.7 c.60.Romæ quid, & vbi, Beroald. in Plin 33
Grus vindices necis Ibyci, Parrhas. ep.43
Grumi,λίθων συροί,Parrh.ep.31
Gymnasia frequentata disputationibus Philosophorum, Parrhas. ep.24

H.

HAbitare secum,quid,Polit.Mis. cap.4
Habitus pacificator,quis,Pol.Misc. c.65
Hariolari quid , Nann.Misc. libr.2. c.5
Harmonia Romanis duplex,Græcis quadruplex,Nann.Misc.1.c.6
Harpocrates digito imperans silentium,Pol.Mis.c.83
Harpocratem facere quem , quid, Pol.Mis.c.83
Harpyiæ quibus nati parentibus, Pius Annot.post.c.148
Hasta centumviralis, circa res hereditarias,Vitell.c.21
Hasta cœlibari comtæ nubentes, Beroal.Annot.c.1
in Hastam inclinare, quid , Nann. Mis.2.c.4
Hecalene,diminutiuum , Pol.Misc. c.24
Hecalesion sacrum quod,ibid.
Hecate , numen a Luna diuersum, Flo-

Florid. Subc.3.cap.11. quibusdam Persæ filia, quibusdam Noctis, aliis Iouis & Asterues, aliis Aristæi; nonnullis Tartari, Florid. subc.3 cap.11. alia a Proserpina, Parrhas. ep.55
Hecates potentia quanta, Parrhas. 844. pr.
Helena Zeuris, cur meretrix vocata, Pol. Mis. c.74
Helenes crater, virtutis quantæ, Beroal. Annot. c 75
Helenæ vinum, quid, Macrobio, ibid.
Helenæ etymon, Nann. Miscell. 7 c.10
Heliotrapeza Æthiopum quid, Beroal. Annot. c.82
Herba, victoriæ signum, Cruc c.2
Herculeius, vnus ex iis qui Marii partes propugnarent, Pius Anno. post. c.76
Herculi oblatæ patrimoniorum decimæ, & quare, Beroal. Annotat. app. c.11
Herculis templo cur prohibitæ mulieres ac sues, Cruc. c.9
Heredes adoptati in nomen familiamque, Pol Mis. c.32
Heredium, & herediolum quid, Beroal. in Plin. lib.19
Hereditariæ causæ iudicatæ per cētumuiros: & quidem bis, Vitell. c.21
Heroici carminis inuentor quis, Fl. Sub. 1. c.15
Hiennientium dulcedines, Pius Annot. post. c.198
Hieronicis aditus in patriam per murum deiectum, Polit. Miscell. c.99
Hierophantæ, Sacerdotes qui, Pius Annot. post. c.51
Hionii fluctus, pro Ioniis, Pol. Misc. c 19
Hippocentauri fabula vnde orta, Flor. Sub 2. c.6. an fuerint, ibid.
Hippolytus cur dictus Tyndarides, Scoppa, Coll. 1. c.12
Hippomanes in veneficiis, Pius Annot. post. c 198
Hircus cum muliere coiens, Florid. Sub. 2. c.6
Hircus pro fœtore alari, Beroal. Annot. c.13
Hirquitallire, Hirquitalli, ibid.
Hirundines ripam munientes contra Nilum, Beroal. Annot. c.37. & Pius Annot. prior. c.9
Hirundines, Cecropiæ & Atticæ, Beroal. Annot. c.37
Historia quid differat ab Annalib. Beroal. in Serv. § 12
Historiam scribenti & otio opus & tempore, Flor. Sub. lib. 1. c.2
Historiæ finis, narrare res gestas iuuandi gratia, Robort. lib. de Hist. facult.
Histricum imperium Plauto quid, Beroal. Annot. c.89
Histrionum nomen vnde, Beroald. Annot. c.89
Hollandia munus Boreæ & Rheni, Nann. Mis. 10. c 2
Hollandia, an dicta olim Holtlandia, Nann. Misc 10. ca. 2. a quibus adepta nomen, Nann. ibid.
Homerus cur Troianis tribuerit Apollinem, Dianam, &c. Græcis vero Neptunum, Palladem, &c Nann Mis. 6. c.12
Homerus an hortorum curam damnauerit, Pius Annotar. post. c.178
Homeri libros oppugnauit Zoilus, Beroal. Annot. c.11
Homeri patria controuersa, Cruc. c.19
Homeri octo numero, Cruc. cap. 19

Homeromastix, cognomen Zoili, Beroald. Annot. c. 11
Homo albus, quid, Beroald. Annot. c. 38. ater, quid, ibid. nouus, quis, Scoppa Coll. 1. c. 5.
Horatii vita ex schedis veteribus, Misc. 3. c. 2
Horat. lib. 1. Sat. *Regibus hic mos est: vbi equos mercantur, apertos inspiciunt*, Pius Annot. post. c. 194
Horatius, Persius, Iuuenalis, comparati inter se, Nann. Miscell. 4 c. 25
Horatius cur Satyras suas, Sermones vocarit, Flor. Sub. 3 c. 8
Hornæ, hornatinæ fruges, Pius Annot. post. c. 90
Horologia ex clepsydris, Vitell. c. 28
Horti pensiles Semiramidis, Pius Annot. post. c. 178
Hospites peregrinos lauabant vel filii regum, Nann. Misc. 4. c. 2
Hyades siue Suculæ, in qua animali sedem suam habeant, Sabell. Annot. ad Plin. lib. 2. c. 41
Hymera, canis Erigones. Pius Ann. post. c. 13

I.

IAnitores in caterna excubabant, Parth. 867. f
Iani Parth. vita Parrh. ep. 65
Iani porta aperta bello, clausa pace, Scoppa, 1. Coll. c. 2
Iani nomen, vnde, ibid. eius transitiones peruiæ, Cruc. c. 16
Ianthinæ vestes quæ, Bartol. Auct. c. 61
Ianus medius Romæ vbi, Scoppa, 1 Coll. c. 2. summus, Ianus imus, nomina Romæ vicorum, ibid.
Ianus medius, Romæ locus vbi cõstebant fœneratores, Beroal. Annot. c. 20
Ianus item quadrifrons, Cruc. c. 8
Iasus & Iasion idem, Flau. Con. cap. 11
Ibyci neces vindices Grues, Parthas. epist. 43.
Ichneumonis natura, Florid. Subc. 3. c. 1
Icterus an differat a Galbula, Pius Annot. post. c. 29
Iduum nomen vnde, Vitell. c. 28
Ignis & aqua inter solemnes nuptiarum ceremonias, Cruc. c. 5
Ilicet, quid notet, Parrh. ep. 59
Illotis pedibus, illotis manib. Pius. Annot. post. c. 178. 2
Imaginare, pro reddere imagines, Beroal. Annot. c. 38
Imaginosum, pro speculo positum Catullo, Beroal. Annot. c. 38
Impertigo pro impetu pituitæ, Parr. epist. 13
Impp. aliquando statuas araſque toto orbe Rom. consecrari sibi iubebant, Parrh. ep. 57
Impp. imaginibus supplicatum thure: vino: victimis, Parrh. ep. 57. ibi. & vota suscepta, ibid.
Improbum, omne genus scelerum complectitur, Nann. Miscell. 6 cap. 7
In & *ad* particularum differentia, Cruc. c. 12
Inæ, nerui quales, Pius Annot. post. c. 176
Incitatus equus famosissimus Caligulæ æuo: item nomen aurigæ celebris sub Domitiano, ibid. c. 24
Incondita, quę natura fiunt, non arte, Nann. Misc. 6. c. 3
Incrustatio quid differat a tectorio, Bart. Auct. c. 73
Incruticeruicum pecus, Pius Annot. post. c. 18
Incusare & Accusare idem esse, secus quã volunt Seru. Beroal. in Ser. §. 13

In-

Indicatum, an idem quod indicta caussa, Pius Annot. post. c. 202
Indigitatorum, atque inter deos receptorum nomina edere nefas, Nann. Mis. 5. c. 3
Infantes Celtarum explorat Rhenus, Pius Annotat. post. c. 23. quibus nondum erant dentes humati, non cremati, Beroal. Ann. c. 29
Inferna, nihil aliud Philosophis aliquot quam affectus nostri in nobis ipsis, Beroal. in Seru. §. 30
Ingenium hominum quale cœlum sub quo agunt, Florid. Subcis. 1 cap. 17
Ingratitudo, quatenus Latinum, Flau. Con. c. 79
Inimicitia in singulari an apud vnũ Ennium, Scoppa, Coll. 1. c. 19
Iniurias amoliri ac propulsare licitum, Scoppa, Coll. 1. c. 9
Insanus pro aspero atque intractabili & moroso, Pius Annot. post. c. 113.
Insanum pro nimium vehementi, ibid.
Inscriptum, quod titulum præfert, Flau. Con. c. 47
Insitionis quanta vis, Beroal. in Ser. §. 53
Insulæ quæ domus Romæ, Beroald. Annot. c. 55
Intercalandi ratio, Nann. Miscell. 5 cap. 7
Intercalares dies quot instituti a Numa. Sabell. Annotat. in Liuii lib. 1
Interfemineum, in feminis, Pius Annot. post. c. 198
Intergerini, quid, ibid. c. 83
Inuenire ac Repetire, significationis eiusdem, Flo. Sub. 1. c. 7. an semper fortunæ sit, non operæ aut Consilii, ibid.
Inuoluulus idem cum iulo, Pius Ann. post. cap. 34. alas non habet, ibid c. 170
Io, vox inclamantis: prima Syllaba breui, Flau. Con. c. 3
Ioannes, an prima longa, Pius Ann. post c. 155
Iocularis disputatio, iocularium malum, Parth. ep 59
Iolas Vergilian. an Augustus, Nann Misc. lib 6 c. 4
Iones delicati, Polit. Misc. c. 16
Iopas, vnde nomen, Nann Miscel. 7 c. 10
Iouem lapidem iurabant Romani, Pius Annot prior. c. 10
Iouis Hammonis templum apud Nasamonas, nec ædificiis nec opibus insigne, Polit. Misc. c. 52
Iouiani Pontani laus, Florid. Subc. 3 cap. 6
ἵππος δυράτεος, Polit. Misc. 5
Ira in pueris an laudabilis, Pol. Misc. cap 101 eam qui non habet mentem non habet, ibid.
Irenarcha quid, Bart Auct. c. 51
Isis eadem cum Cybele, Pius Annotat. prior. cap 9. patronymico nomine *Inachis*, Beroald. Annotat. cap. 5
Isis dextra sistrum gestans, læua situlam, Pius Annot. post. c. 40
Isidis cognatio, Florid. Subcis. 3. cap. 1
Isthoc vilius, vnde ortum, Parrhas. epist. 59
Ithyphallus quid, Pius Annot. post. c 157. 1
Iton Aonia, ad differentiã Thessalicæ, Parth. ep 55
Iubane Leoni tantum, ac non etiam leænæ, Pius Annotat. post. c 102
Iudicem sortiri idem quod sortiri dicas, Nann. Misc. 9 c. 7

Iudicum decuriæ quot, Vitel.c.21
Iudicium centumvirale, quale, Vitel.cap.21
Iudicium recuperatorium, quid. Nann.Misc.9.c 6
Iudiciaria res Venctorum, qualis, Vitell cap.21
Iudicia Romæ, nunc penes Senatũ, nunc penes Equitem, nunc penes vtrosq; &c.ibid.
Iudiciorum genera, quot & qualia Romanis, ibid.
Iulii Cæsaris commẽtariorum Gallicorum examen,102. Subc 1.c 2
Iulio Ascanii filio, vnde nomen, Pius annot.post c.34
Iulium Cæsarem minime sic dictũ, quod natus cæso ventre matris, Beroal.in Ser.§ 9
Iulus,& Lanugo, & vermis, & piscis, & adhuc alia, Pius Annotat. post. cap.34
Iuno pronuba, culta in vico iugario Romæ, Parth.cp 57.§.2
Iuno nocturna quæ, Par.cp.55
Iunonem fœmina quæque habere credita, Pol.Misc.c. 89
Iupiter pro pluuia, Pius Annot.post. cap.117
Iupiter Munichius, vnde dictus. ib. cap. 74
Iupiter Hecalus, Polit.Misc.c.24
Iupiter indiges dictus post mortem Æneas, Sabel.annot.in Plin.lib.3. cap.5
Iupiter cum tribus oculis cultus Troiæ quare, Scoppa Coll. lib.2 cap.9
Iupiter pluuius, Pius Annot. post. cap.117
Iupiter Supremus cognomine.ib.c.3
Iurare, nolle esse factum, formula satisfactionis, Nan.Misc.2 c 7
Iustianus, cur Flauius dictus, Pius Coll.1.c.9
Iustitiæ oculus quid, Pius Annotat. prior.c.7
Iuuenales ludi, quales Pius Annot. post c.21
Iynx nec motacilla Latinorum, nec Græcorum σεισοπυγὶς aut σεισώ, Pius Annot. post c. 2
Iynx eadem cum verticilla, ib.
Iynga videri eandem, quæ sit σεισοπυγία, Flau.Con.c.50
Iynges in magicis, Pius Annot.post. cap.198

L

LAconica in orbem constructa, Pol.Misc.c 38
Lacones cur dicti parasiti. Nannius Misc.1.c.14
Laconici, in balneis vsus quid. Robort. de Lacon. eius ædificandi ratio quæ, ib.
Laconicum vaporatiũ, quid & quale, Polit.Misc.c.38
Laconica Scytale, genus epistolæ, quod, Beroal.Ann.c.62
Laconismus quid, Beroald. Annot. cap. 62
Lactantius, Firmianus, ne an Formianus, Flau.Con.c.89
Lacus erant Romæ sordibus excipiendis, Parth. ep.28
Lætissima difficulter credi, diffidentia animi, Nann. Misc. 2 c.1
Laius rapuit Chrysippum, &c. Parthas.839.f.
Lampas cursoria Promethei, & genus ludi, Ber.Annot.app.c.18
Lampsana reponendum in Plinio & Suetonio, electo *Lapsana*, Pius Annot post.c 186
Laniena Varroni locus, vbi caro venditur, Beroal Annot.c.73
Lanuuium iuxta Prænestum est, nõ Lauinium, Cruc.c.16
Laodamia Pyrrhi filia occisa in tẽplo Dianæ. Abstem. Annot.c 3

Lapis in foro Ro. editior, de quo præco populũ alloquebatur, Pius annot. prior.c.10
Lapis in extremitatibus agrorum vice termine collocatus, ib.
Lapis in foro Rom. iuxta quam sectio, auctio, distractio, venditio & permutatio venalium, ib.
Lapidem omnem mouere, prouerb. Pius Annot.post.c.107
Lar, familiaris domorum custos, Parrh.ep.43.
Lardum pro suilla carne quoquo modo salita, Sabell Ann. in Plin. lib.28.c.10
Lara vel Larunda mater Larum, Parrh.ep.43
Λάγυς, quo nomine Latine dici debeat, incertum, Nan.Mis.7.c.15
Larus Mercurio sacræ. ib.
Lastauros quis, Pius Annotat. post. cap. 84
Laterem lauare quid, Nann.Miscel. 2.cap.16
Latiæ tribus, quæ Vitell.c.17
Latii ius quid.ib.
Latium pro Romano, Parrhas. epist. 57
Latina Græcaque non discenda pueris vno tempore, Florid. Subc. lib.1.c 1
Latinæ Linguæ tres, quasi ætates, ibid. cap.2
Latinis populis, an id nomen ante Æneam, Beroal.in Seru § 2
Latini recentiores, ne in consonantibus quidẽ retinere aspirationẽ, Polit.Misc.c.19. Veteres etiam in loquendo vocalibus aspirabant, ibidem.
Latinorum nomen in Italia ante aduentum Æneæ, Scop. Coll.1.c. 22
Latinum sermonem veterum Romanorũ tempore omnibus fuisse promiscuum. Flor.Sub.2.c.1.
Latona vbi pepererit controuersum Parrh.870.m.
Laurus præmium certaminis Pythici, Pius annot prior.c.11
Laudare testem, pro nominare, Pius Annot post.c.3
Laudatorium idem cum Græco *Psalterio*, Polit.Misc.c.14
Laurentius Valla laudatur, Florid. Sub. c. 20
Lautia Legatorum, quæ Beroald. Annot.c 52
Lautitia, quid veteribus, Beroald. ibidem.
Lecti Archaici quid, Nann. Miscel. 4. cap.18
Lecticariola Martiali quid, Vitell. cap. 8
Lectum commeientes opulenti, sudasse dicuntur Parrh.ep.36
Lecythus, vas olearium, quod capsaces Cypriano ac Hieronymo, Beroald. Annot.c.46
Lecythi, pro flosculis ac pigmentis orationum, ibid.
Lecythus vas vnguentarium, Nann. Misc.9.c 3
Lecythi in oratione, quid, b.
Leges 12. tabularum incisæ, nec tabulis eburneis an æneis, Scoppa Coll.1.c.14
Leleges non esse in Thessalia, vt autumat Seruius, Ber.in Ser.§ 36
Legum nomina ducta ab auctoribus suis, Robor.de nomin.
Lentiscus ad dentifricia, Pius Annotat.post.104
Leo Nemæus de Luna cecidisse putatur, Polit.Misc.c.17
Leonis os fœtidi odoris, Pius Anno. post.c.15
Lepidii herba, an cicatrices tollat inustas cauterio, ib.c.162
Lepores diuersi a cuniculis, ibid.c.39
Lepores albi, ibid.c.39

Lessum funeris ergo habere, quid. Calder. Obseruat. lib. 3. c. 8. 7.
Lethargus idem cum veterno, Pius Annot. pr. c. 1.
Leuana Dea recens natis, ib. c. 3
Leucippus amans Daphnem, virginem mentitur, sed exitu non bono, Egnat. Racem. c. 16.
Leucus & Leucon, idem. Flau. Con. cap. 11.
Lex Ælia Sentia. Polit. Misc. c. 84
Laia, quid. Parrh. Ep. 23.
Libera Dea pro Ceccate, Parrh. Ep. 55
Libero patri, cur λήθην ac νάρθηκα cõsecrauerint, Parrh. c. 14
Liberorum triplex olim venditio, Nann. Misc. 10. c. 5
Liberorum trium Ius quod, Robor. ad Epith. Cat.
Libertinus dedititius; quis. Pol. Misc. cap. 84
Libertorum nomina semper ab agnomine patronorum ducta, Robor. de nomin.
Libidinis caussa castrari, quid. Bart. Auct. c. 75
Libraria, ancilla quæ, Parrhas. epist. 18.
Libri e philyra. Polit. Miscellan. cap. 72
Libri elephantini, cur dicti, Scoppa. Coll. 1. c. 18
Ligustrum inter flores, Seruio male poni, Beroald. in Seru. § 39
Liminarcha diuersus ab Irenarcha, Bart. Auct. c. 51
Liminarchæ, qui, Pius Annot. post. cap. 3
Linea extrema quid. Nann. Misc. 1. cap. 20
Linigeri sacerdotes Isidis. Sabel. Annot. in Lucan. lib. 10
Litera pro libello accusatorio. Nan. Misc. 9. c. 4.
Literæ Ægyptiorum ex animalium figuris, Pius Annot. prior. c. 7
Littorales Dii, quinã, Flor. Sab. c. 10
Littus proprie maris, Ripa fluminũ Flor. subc. lib. 1 cap. 10
Liuii historia, quanti facienda, ibid. cap. 2.
Longæui Dii, Parrh. ep. 34
Longæuum pro perpetuo, ib.
Longobardi, vnde dicti, & victoriæ eorum. Scoppa Coll. 1. c. 9
Loquentia aliud ab eloquentia, Cruc. cap. 12.
Lord satraparum nomen apud Anglos, an a Larte Hetruscorum, Nann. Misc. 5. c. 12
Loris cæduntur mancipia tantum, non etiam liberi, Nan. m. 2. c. 9
Lucani vnde dicti. Scop. Coll. 1. c. 18
Lucerum nomen vnde, ib.
Luci Deis consecrati, ib.
Luciani libro cur datus titulus Lexiphanis, Pius Annot. post. c. 67
Lucius, quasi luce natus. Beroald. Annot. c. 45
Lucmon pro Lucumone, Pius Annot. post. cap. 25
Lucretii liber de rerum natura, cui Memmio inscriptus. Polit. Misc. cap. 85
Lucumo vnde dictus. & quem notet. Scoppa Coll. 1. c. 18
Ludi Tarentini, cur seculares dicti, Polit. Miscel. c. 57. & Beroald. Annot. c. 23. Plebei, cur & quando instituti, Beroald. Annot. c. 8.
Plebeii diuersi a Megalesibus, 8
Cybeles, qui & Megalesia, ib.
Romanis, qui permissi, qui vetiti, Pius Annot. post. c. 72
Ludi Cereris, qui & quales. Pol. Mis. cap. 85
Ludis quæ supererant vendi solita, Sabell. Annot. in *Plin. lib. 15. c. 4.*
Ludis Tarentinis, vnde nomen, Beroald. Annot. c. 23

Ludo-

Ludorum secularium origo, causſa nominis, item quo ritu, & quando iterati, &c. Pol. Miſc. c. 58
Luna, pro nocte, Parth. Epiſt. 1. qua facie primum a Deo creata iuxta Seuerianum. Pol. Miſc. c. 94. Eius ſilentium, quid, Parth. Epiſt. 1. ſilentia apud Matonem quæ. Pol. Miſc. cap. 100. eam habitari fluuioſque illic &c. ibid. c. 17
Lupus quem prior viderit, mutum reddit, Flav. Con. cap 83
Lupus eſt in fabula, prouerb. ibid.
Luſcioſus, quis & vnde dictus. Beroa. Annot. cap. 81
Luſcioſi ſeu luſcinii, qui. Pol. Miſcel. cap. 66
Luſtrum quot annorum ſpatiũ, Vitell. c 28.
Lyde Iuvenalis, Polit. Miſc. cap. 46
Lynceï perſpicacitas quanta, Scoppa lib. 2. cap 13
Lyrici Poetæ diuerſorum rythmotũ auctores, Flor. Sub. 1 c. 15
Lyſimachi, regis facies in numiſmatis cur cornigera, Polit. Miſc. cap. 79
Lytæ Iuſtiniani Imp. qui, ibid. c. 93
ſtudioſis iuris quid, Scoppa. Col. 2 cap. 13

M

MAcco, nomen vetulæ delitæ, Pius Annot. poſt. c. 67
μακκὼ quid, ibid.
Macedonum regum ſeries enumerata, ibid. c. 12
Machaonis erymon, Nann. Miſc. 7. cap. 10
Macte virtute, Nann. Miſc. 3. c. 29
Macula, retis genus quale, Parth. Ep. 50
Magiſtratus vitio creati, Ioue tonãte fulgurante, Beroal. Annot. capit. 44.
Magni & Maximi titulus, a quo fonte, Nann. Miſc. 3. c. 29
Magnificus, in vitio, Pius Ann. poſt. cap. 7
Magnifice tractare quid, Nann. Miſ. 2. cap. 2
Malache eadem cũ malva, Pius Annot poſt. c. 168. 2
Malleoli ad incendium, Parr. ad Cice. Mil 832. pr
Mali corui malum ouum, prouerb. vnde ortum, Pius Annot. poſt. capit. 73
Malo petere, inter amatoria, Nann. Miſc. 6. c. 5
Malobathrum quid, Bart. Auct. cap. 20
Maluam verti ad Solem, Pius Anno. poſt. c. 168. 2
Manceps operarum, Beroal. Annot. cap. 91
Mancupes Ciceroni, quinam, Beroal. Annot. c. 91
Manicatæ veſtes, non omnium populorum, Pius Annot. poſt. c 58
μαντεῖα, ludus talorum quis, Robor. ad Epithal. Cat.
Manii multi Ariciæ. prouerb Beroald. Annot. c. 45. nomen vnde, Polit. Miſc. cap. 18. quaſi mane natus, Beroal. Annot. c. 45
Manticora, animal quod, Pius Ann. poſt. c. 39
Manticularius pro fure, ibid. c. 111
Manubiæ Palladis ac Ionis quales, Nann. Miſc. 3. c. 3
Manumittendi cur circummacti. Pol. Miſc. c. 98
Manus ſiniſtra, Ægyptiacis notabat auaritiam, iuxta Diodorum, æquitatẽ iuxta Apuleium, Pius Annot. prior. c. 7
Mappa ſignum datum in Circenſibus, Calder. Obſerv. lib. 3. c. 14
Marcipor, ſeruile nomen, a domini prænomine, Beroal. Ann. c. 79

Mare Myrtoum vnde dictum, Scoppa Coll 2.c.7
Marræ, fodiendi instrumenta, Pius Annot.post.c.159
Mars communis, Parrh.ad Cic. Milon.831.m.
Mars & Saturnus cur Anaretici, Pius Ann.post.c.49
Marsilii Ficini verfio Platonica qualis, Nann.Misc.1.c.3
Martia aqua Romæ, eius ductus & Parrh.Ep.51
Martis lucus, Romę locus quis, Egn. Racem.c.6
Martyrũ ędibus non inferendi mortui, Bar. Auct.c.71
Mathematici, in malam partem, Pius Ann post.c.59
Matris Deum festus dies, Megalesia, Beroald Ann.c.8
Maturare fugam quid, Beroald. in Serv. §6. idem cum festinare, Florid Subc.2.c.10.
Maturate idem quod mature, ib.
Mausolæa, quæ, Pius Ann. post.c 86. omnia sepulcra magnifica, Scoppa Coll 1.cap.29
Medea tragœdia Ouidii, laudata Quinctiliano & Martiano Capellæ, Beroald.Ann.c.24
Medica gallina, quæ Flor.Subc.2.capit.19
Mediolanium, non Mediolanum, Abstem.c.9
Medoaci duo, Vitell.c 18
Megalensis purpura quid Martiali, ibid.c.22
Megalesia, vnde dicta, ibid.cap. 22.f. dies dicatus ceremoniis Matris Deum, Beroald.Annot.c.8. Megalesibus mutua conuiuia agitabat patritii, ib.
Melancholici cur maxime libidinosi, Pius Annot.post.c.64
Melica nihil commune cum medica contra Georg. Merulam, ibidem, cap.32
Μίλ&-, prima item producta Scoppa Coll.1 c.34.
Melia Nympha, ab Inacho amata, Parrh.Ep.6.
Melistus Euboicus, Pius Anno. post. cap.3
Melo idem qui Nilus, Polit. Miscel. cap.39.& Beroald.Annot.cap 98. Melonis alba pagina, quid, ib.
Melos apud Græcos & Latinos prima breui, ib c.44
Memnon Thebis Ægyptiis cultus, qui singulis diebus oriente sole strepitum ederet, Flor.Sub 3.c.1
Menæchmei Plauti Comœdia per diphthongum, Pol.Misc.c.43
Mensa Gento conuenit, Polit.Misc. capit.89. Solis quid Æthiopibus. Beroal.Annot.c.82
Mensæ citreæ, & circa eas procerum lautiorum insania, Beroal. Ann. cap.41. Citreæ, auro æquiparatæ, ibid.apud Romanos argenteæ, ibidem antiquorum, e vulgari materia, ibid.
Mentiri etiam inanimata Sab. Obs. in Plin.lib.5.c.28
Mẽsis, vt & dies & annus partim naturalis partim ciuilis, Parrh.Epist. 63.hyperbereteus, Pius Ann. post. cap 65. a luna dictus, Vitell.c.28
Mẽsium naturalium alius solaris, a-Lunaris, ibid.Hebræorum nomina, Pius Annot. post. c. 65. Græcorum nomina, ibid. Ægyptiorum nomina, ib.
Mensurnum, mensis spatium, ibid. cap.64
Meraca potio, quænam ib.c 87
Mercedes, pro pensitationibus, Nan Misc 4 c.1
Mercurius quo pacto Argum occiderit, Cruc.c.21.

Μίμησις cur homines dicti Homero, Flor. lib 3. Subc. c. 3
Meropes & apiastræ, eędem, ibi. Meropum etymon, Flav. Con. c. 60
Metata, quæ, Bart. Auct c. 62
μετάχμιον, quid, Nann. Miscell. 7. cap. 6
Milarium, genus vasis quale, Beroal. Annot. c. 102
Milesia vellera, Polit. Misc. capit. 16.
Milesiaca Aristidæ, ibid. Milesius sermo, ibid. Milesiæ delitiæ, ibid.
Milesiacarum veretrum coriaceum, ibid.
Mileti texta chlamydes, ibid.
Miliariæ porticus, Beroald. Annot. 102
Miliarium aurum, columna quæ, ibidem. aureum Romanum, quid Sabell. Annot. in Plin. lib 3. c. 5
Milites caussarii, Polit. Misc. cap. 92.
Militum in expeditionibus fascis iniustus, quid, Pius Annot. post. cap. 14
Mimus, quid Cruc. cap. 16. Mimi, ludiique probrosi, Pius Annot. post. cap. 185. Mimorum species multæ, ib. cap. 157. 1. argumenta, allegoris adumbrata, Nann. Misc. 4. capit. 25
Minerua, an virgo patrona, Sabell. Annot. in Catulli Epigr. 1
Minerual quid, Polit. Misc. c. 21
Miniatula cera, Pius Annot. post. c. 105
Minium labrorum, nauiumque, ibid. Sisaponense celeberrimum, Beroal. Annot. c. 31
Mimnermus quis & qualis, cur Ligystiades dictus, Nann. Misc. 4 c. 20
Minor ne numerus semper prępondus maiori, Flor. lib 2 Subc. c. 21. f.
Minuriens Progne. Pius an post. c. 20
Miser, pro ægroto, Flor. Sub. 2 c 23
Miser cordiæ Ara Athenarum, Pius Annot. post. cap 47.
Μισῶ μνήμονα συμπότην vnde dictum Parrh. Epist. c. 14
Mitis, pro quieto atque otioso Parr. Ep. 57
Milto, Latinis nimium, Pius Annot. post cap. 105
Mittere pro omittere, & relinquere, Beroald. Annot. c. 33
Μηλοβαλῆναι, quid, Nann. Misc. 6 c. 5
Μῆλον, apud Græcos πολύσημον, ibid.
Μῆνιν illiberalis naturæ signum, Pol. Misc. c. 101
Μνάμονα Dorienses arbitrum bibēdi cur dixerint, Parrh. Ep. 14
Molere in rebus Venereis, Bero. Annot, capit. 97. inter Venerea, Pius Annot. post, c. 64
Molles honores Dianę apud Martialem quid, Pol. Misc. c 51
Molonis Crotoniatæ robur & mors. Pius Annot post. c 37
Molorchus, Molorchæa, leo Molorchæus, ib.
Molorthus, an instrumētum nauticum vadis explorandis aptum, ib.
Molossorum cum Romanis quæ & quanta amicitia, Nan. Misc. 7. c. 12
Moribundo similis, Ber. in Serv. §. 20
Moro, an vlla sit lacryma, Pius Ann. post. c. 101
Μωρόσοφος quid, Nan. Misc. 1. c. 18. f.
Μορφῆς, qui morb. Pius Annot. pr. c. 1
Mors vltima linea rerum, vnde ductum, Nann. Misc. 1. ca. 20. merita, an naturalis, Nann. Misc. 7. ca. 17. soror somni, Parrh. 844 f.
Mortem in aquis exhorrere Heroes, Nann. Misc. 7. c. 2
Morituros rerū posterarum curam abiicere, Nann. Misc. 6 c. 9
Mortuo an bonum & malum contingat, sicut viuenti, Cruc. c. 15
Morychus sultior, prou. Pius Annot. post. cap. 101
Moses magiæ insimulatus ab Ethnicis, ibid. 195

Muli mutuum scabunt, prouerb. Beroal. Annot. app. cap. 2. pumili vel mulæ, in pretio & delitiis ævo Iuuenalis, Polit. Misc. c. 23. cur non gignant. Pius Annot. post. c. 35
Mulierarius, amore muliebri nimiū insaniens, ibid. c. 87
Mulieres vno tantum nomine, Rob. de Nomin.
Municipia cur præfecturæ dictæ, Vitel. c. 19 Municipium quid differat ab oppido. ibi. quomodo differat a Colonia, Vitell. cap. 19. interdum tamen idem esse, ibidem. Municipium duo genera, ibid.
Musæ perperuo Theocrito dictæ Nymphæ Nanc. Misc. 5. c. 9
Multi antiquitus vates habiti, & sapientes, Beroal. Annot. c. 58
Mutines, Annonis æmulus in Sicilia ibid. c. 77
Mutitare, pro mutua agere conuiuia, Beroald. Annot. c. 8
Murcea, dea desidiosorum, Beroald. annot. cap. 49
Muri pars deiecta Hieronicis, quare Pol. Mis. cap. 98. sancti cur, Scoppa Coll. 1. c. 28. Muris vox, inter blandientes, Polit. Misc. c. 96. Murum salacitas, ibio.
Murtia Dea, eadem quæ Venus, Beroald. Annot. cap 49. quæ. Sabell. Annot. in Liv. lib. 1
Mylæ oppidum Siciliæ. Flav. Con. cap. 6
Myopes, qui, Beroald. Annot. c. 8.
Myrmidones cur formicæ facti dicantur, Cruc. c. 21
μυῆρ' pro oleo condito, Pius Annot. post. cap. 183.
Myrothecium; arcula medicamentaria, Beroal. Ann. append. c. 6. Isocratis, quid Ciceroni, Beroal. Annot. c. 46
Myrrha, herba hortensis quæ, Pius Annot. post. cap. 165.
Myrsines puellæ transmutatio, Egn. Racem. c. 16
Myrteo mari vnde nomen. Scoppa Coll. 2. c. 7

N

N. F. id est, Nonis Febr. Egn. Rac. c. 3.
Nabæ, idem cum *Psalterio*. Pol. Misc. cap 14.
Nablia diminutiuum a *nabla*, ibid. cur dicta *genialia*, ibid.
Narcissus, natione Thespiens. Flav. Con. c. 5.
Narthecion pro repositorio medicamentorum, Beroal. An. app. c. 6.
Narthecophori, qui Beroal ibi.
Naso suspendere, nasutus, &c. Calde. Observ. lib. 3 c. 7.
Nates glande pastæ, quid. Martiali, Beroal Ann. app. c. 17.
Nauem quomodo ventus feriat in puppim, Nann. Mis. 7. c. 3
Nauigantes eundo atq; redeundo in litore Dijs sacrificabant, Florid. Subc. 1. cap. 10 Nauium prora ære munita, Parth. 838
Nauel Chaldaicum idem cum Græcorum *Naulon*. Pol. c. Misc. 14
Naxos, vnde dicta, Parr. 843.
Nauithalamus, an nauis pompatica Pius Annot. post. c. 182.
Neapolis cur Parthenope dicta, Sco. Coll. 1 c. 30.
Necessitas Diomedæa, quę Pius An. post. cap. 1
Nectar Pegasium, Pol Misc. c. 44.
Nemea silua, Beroal. in Serv. § 35
Nemesis Dea, cur Rhamnusia, Pius Annot. post. c. 70. cur Adrastea ib. Dea quæ & qualis, Pius Ann. post. c. 70. Nepa eadem cū Scorp. ib. c. 138
Neptuno ludi sacri, cur dicti Consualia. Sabell Annot. in Livii lib. 1 Neptunus marinus alius, alius equestris, ibid. Neptunum minime exi-

excitasse *Equum, cum contenderet de nomine dãdo ipsis Athenis.* Egn. Racem.cap.8
Neruus vinculum pedum ne an ceruicis, Nann. Misc.2.c.19. Neruorũ ortus e cordene, an e cerebro, Pius Annot.post.ca.176
Νεστις intestinum quale, ib.ca.92. Nestis; quæ Dea Empedocli, ib.
Nestoris ætas quæ fuerit. Flor. Subc. 2.cap.2
Neuel, fistula vtricularia, iuxta R. Emanuel, Polit. Misc.c.14. Chaldaicum idem ꝙ Græcum *Naulon*, ibi.
Nigris Æthiopiæ fluuius. Scoppa Coll.1.c.4
Nihil cum fidibus graculo, prouerb. Beroal. Annot.app.cap.14. cum amaracino sui, prouerb.ib.
Nilometrion, puteus in quo annotata Nili omnia incrementa, Pius Annot.prior.c.9
Nilus æstiuus exæstuat flantibus Etesiis, ib.
Nitela, pro re leuigante sordem, Pius Annot.post.c.104
Noctuæ suffixæ crucibus, ib.c.33.
Nodi Gnidii quid, Polit. Misc. c. 39. aliter Beroald. Anno.c.98. Nodos Latine Edentulus Ber. Annot.c.81
Nomen Romanis vnũ tantũ, anteq̃ eo immigrassent Sabini. Robort. de Nomin. tria eis qui e seruitio liberabantur, Polit. Misc.c. 31. pro titulis debitorum, Beroal. Annot. cap. 31. in *bundus* desinentia non tam similitudinem significant, quam copiam, Beroal. in Setu. §. 26. bona, nõ appellando mala fiunt. Beroald. Ann.c. 31. quibus familię significantur proferri in, *ius* Robort. de Nomin. hominum inter Deos relatorum dicere nefas, Nann. Misc.5.cap.3. Nominib. tribus Senatores, duobus equites fere & plebeii, Rob. de Nomin. Nomos, in carmine quid, Cald. Obs. lib.3.ca.9. Non liquet, verba cum ampliaretur reus. Beroal. An.c.51.
Nothi Athenis, qui nati ex altero parentum non ciue, Nann. Mis.1.c.1
Νωθρότης, qui morb. Pius Ann.pr.c.1
Notæ pro cicatricibus, Parth. Ep. 56. Nota millenaria deformata ex X. Nann Misc.10.c.14
Nox durica. Polit. Misc.c.5
Noxa pro damno ac detrimento, Beroal. in Serv.§.3. non modo pœna sed etiam culpa, Beroal. in Serv.§.3
Noxia sæpius adiectiuum est, quam substantiuum, ibid.
Nubentes oleone, an potius adipe suillo siue adipe lupino, maritorũ postes vnxerint ib.§.25
Nucibus & talis ludebant pueri, Robor. ad Epist. Cat.
Numerus impar non adhibitis sacris inferis, Parr. Ep.55. finitus frequẽs Poetis pro infinito Flor. Sub.c.10
Numina læua, quid, Ber. in Ser. §. 60
Nummi veteribus in Zonis. Beroal. Annot.c.15
Nuptę nouæ, velatę caput flammeo. Pius Annot. c. 80. nouæ hasta comebantur, & quare, Ber. Ann.c.1.
Nuptiarum auguria in tonitru, & fulmine. Nann. Misc 7. c. 14. Nuptiis quot adhibitæ tędæ, Robor. ad Epith Catulli. Nuptiis interueniebat aqua & ignis Cruc.c.5.
Nutare an capitis, annuere vel innuere narium vel labiorum, nictare oculorum, Pius Annot.post. c.128
Nutus quod est in hominibus, id tonitru in Ioue Nann Misc.7.c.14
Nux mollusca, quæ, Pius Ann. post. cap.205
Nymphæ, olim dictæ Lymphæ. Nan. Misc.4.cap.3
Nymphea, thalami nuptiales, Pius

Annot.post.cap.126.salientes ibidem.
Nysa,vrbs a Baccho condita,Beroal. in Serv. §. 32. in monte Helicone, ibid.

O

OAtion in Catullo pro Orion, Polit.Misc.c.69
Oaxim non videri Cretæ fluuium, Flor.Subc.lib.1.c. 6. Oaxis Cretæ fluuius,Polit. Misc cap.37. Oaxis tellus, pro Creta,ibid.
Obliquus, idem cũ transuerso,Parr. Ep. 51
Obnuntiatio,in auspiciis quid, Beroal.Annot c.44
Obsequii voce an primus vsus Terentius,Parrh.Ep.58
Obsonium potissimum fames,iuxta Socratem,Beroal.Annot.c 19
Occasionis imago Ausonianæ,in quo discrepet ab Posidippæa,Pol.Misc. cap.48
Oeni pigri asellus spartum arrodẽs, Pol.Misc.c.81
Octauo mense nati cur minus vitales,Pius Ann.prior.c.3
Oculus Iustitiæ quid,ib c.7
Ocymi atque ozymi differẽtia quæ, Pius Annot.post c.169
Odæa,quæ, ibid.c.86
Odysseus,cur ita dictus,Scoppa Col. 1.cap. 32
Oenomaus procos Hippodamię curuli certamine victos interimebat,Parrh.Ep.57.§ 2.
Oenomeli quid,Bart. Auct.c. 4.
οἰνόμελι τὸ μιλίνοτα, μὴ γὸ ἐνθαδε, Politia. Misc.c.16
Oleastrum prœmium ludis Olympicis,Pius Ann.pr c.11
Oletum pro loco oleis cõsito, Scop. Col.1 c. 17. Oleum viride,oleum conditum.Pius Annot.post.c.183. Oleo vncti in balneis,Ber.An.c.46
Oliua Delia Catulli quæ,Sabell. Annot.in Catull. Ollis expositi infantes. Nann.Misc.1 c.2
Olor,vnde dictus iuxta Fulgentium, Pius Annot.post.c.128
Olympi montes quatuor, Cruc. in Ouid.2 met.ver.225
Olympias quatuor annos expletos continens, tamen pro quinquennio accipitur,Vitell c.28
Opera,tam officium diutorũ, quam is qui aliquid facit,Ber. Ann.c.91
Operæ cãpestres,in comitiis q nã,ib.
Operarum manceps,Ber Ann.c.91
Opisthoton,quod morbi genus, Sabell.Annot.in Plin.lib.28.c.10
Oppedere,quid,Beroal.An.c.18
Oppidum & vrbs eadem.Scop. Coll. 1 cap.28
Orbis Lacedæmonius quid,Pol.Misc cap 38. saltationis species quæ Egnat. Racem.c.17.pro parte posticã,Flav.Con.c.51
Orbona Dea cur culta,&vbi,Sabell. Annot.lib.2.c.7.ad Plin.
Orca in re talaria, idem cum pyrgo, cum fritillo,Beroal.Ann.c.22
Ordinarius pugil, ordinarium par, quid,Pius Annot.post.c.190.
Organorum nomina Græca Latinaque nomina vsurpata itẽ à Chaldæis,Pol.Misc.c.14
Orphei lyra,feras &siluas post se trahens quomodo intelligenda,Flo. Sub.3.c.7
Ortus scribendi non hortus,Scoppa Coll.1.c.27
Ortygocopus,genus ludi quale,Pius Annot.post.c.54
Oscen Phœbeius,ibid cap.50
Oscines aues,augurii læti & cõtrarii
Ὀσφὺς idem quod cinctus,ibid. cap. 142
Ostraciſmos Athenienſium, cui rei repertus,Beroal.Annot.c.80

Ostra-

Ostracismus, quanto lenius exsilio, Pius Annot. post.c.91
οὐδὲ ἀρχὴν, nequaquam, ib.c.38
Oua decumana, Pol.Misc.86
Ouidium videri auctorem carminis Priapei, ibid.c.59
Ouidii versus, *Ride si sapis, o puella ride*, vnde desumtus, ibid. Item Beroal.Ann.c.24
Ouile, locus in campo Martio, alius a septis, Beroal.in Seru.§.38. veterum in speluncis, Nann. Miscell. 6.cap.2

P.

PAcem ab Impp. peti, a Senatu dari, Nan.Mis.8.c.28
Pacificator habitus quis, Polit.Mis. cap.65
Pædicatores qui, Pius Annota.post. cap.53
Pætus, pætulus, pro lasciuiore, Pius Annot.post.c.97 Palæa in Iure Canonico quid, Nan.Misc.4.c.18
Palæologus quid signet, Scoppa Coll.1.c.18
Palamedes, homo astutissimus, Parrhas.epist.11. Palamedis etymon, Nann.Misc.7.c.10
Palladia nulla fabrefacta a Mamurio, vt Seruio placitum, Beroal.in Seru.§.17. Palladium de cœlo cecidit, Parrh.ep 57. Παλαιπότ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι, Pol. Misc.c.88
Pallantis Vergiliani cadauer, quando & vbi inuentũ. Flau. Con. c.91
Palmæ inter munera Saturnalitia, Beroal.Annot.c.36
Pan, Deus belliger. Pol. Misc c.28
Pandectarum, Pisanarum seu Florentinarum auctoritas, ib.c.41
Panici terrores quid, ibid c.28
Pantomimus quid, Bar.Auct.c.48
Papyri ꝓductor Nilus, Pol.Mis.c.39
Parasitorum in comœdiis nomina, etymo ad mores alludebant, Nan. Misc.1.c.13. Parasitorum genus triplex, ibid.c.14
Parentes taxantur ob negligentiam liberorũ instuendorum, Flor. Sabin.1.c.1
Πάρεργον, operis diuerticulum, Nan. Misc.1.c.19
Parmenonis etymõ. Nan.Mis.7.c.13
Pares, ꝓ fratribus geminis, Par ep.41
Parietes intergerini qui, Pius Anno. post.cap 83
Parnassum non diuidi in Citheronem Liberi & Heliconem Apollinis, vt placuit Seruio, Ber.in Ser. §.33. Pernassum montem Phocidis nõ Thessaliæ, vt Seruio visum est.ibid.
Parochus quid, Vitel.c.7
Παραμοίων genera, Nan. Mis.1. c.10
Parotides & circa aures, & circa gingiuas, Beroald.Annot.c.70
Parisiorum vrbs, an a Cæsare condita, Pius Annot.post.c.63
Parthenopæ quis primus imposuerit nomẽ Neapolis, Flau.Con.c.32
Parthorum regũ libertas, Cruc.c.8
Pascophori, sacerdotes Ægyptiorũ, qui, Pius Annot.post c.96.
Pascophoria, quæ loca Iudæis, Pius Annot. post.c.96
Passer pro parte corporis obscœna, Polit.Misc.c 6 Catulli quid apud Martialẽ, ib. Catulli nihil habere allegorici, Flor.Subc.1.c.5
Passum differre a defruto, contra Seruium, Beroal.in Seru.§.54
Passum quomodo fiat, ibid.
Patalion quid, Scoppa Coll. 2.c.7.
Patauinitas in Liuio quid. Fla.Con. cap.45. Sab.Sub.1 c.2
Patria potestas in liberos Romæ olim maxima, Nan.Mis.10. c.5
Patroa Virgo Catulli quæ Sab.Ann.
Patrochus an iunior Achille, Polit. Misc.cap.45

Pausanias matre adiuuante enectus fame, Parrh.ep.45
Pausias pictor nobilis, Beroald. in Plin. lib.21
Pecunia ne dicta a peculio, vt visum Seruio an vero a pecore, vt placitum Varroni Ouidio, Columellæ, an denique a nota pecudis, vt autumat Plinius, Ber. in Ser.§.34.
Pellacia feminarum, quid, Pius Annot. prior.c.3
Pelle suina, locus vbi pelles veniunt, Beroal. Annot.c.73
Penates qui dii, Parrh. 839 f.
Penelope, vnde nomen sortita, Flau. Con. c 23. an impudica, Scoppa Coll. 1. c. 32. Arnæa prius cur dicta, ibid. absente marito vixisse more meretricio. Flor. Sub.3 c.2. ex quo auium genera, Flau. Con. cap. 23.
Penus quid & vnde dictum, Beroal. in Seru. §. 16
Peplus, inter vestes pretiosas, Pius Annot prior, c 8
Perdix an effingat vocem humanã, Sabell. Annot. in Stat. silu. lib.2
Peregre redeuntes vxori nuntios de suo aduentu præmittebant, Nann. Misc.2.c.14
Peregrinus dedititius, quis, Polit. Misc.c.84
Permolere, inter venerea, Pius Annot. post.c 64.
Permutatio magis in vsu veteribus, quam emtio. c.152. Glauci ac Diomedis qualis, Beroal. Ann.c.48
Persii Sat. 5. delineata ad exemplar Dialogi Platonis, qui Alcibiades primus dicitur, Pol. Misc c.4
Peruidere, pro parum videre. Nan. Misc 3.c.30.v 56. *multum demissus homo. illi, &c.* Nann. ibid.c.31.v 86 *Odisti & fugis, vt Drusonem, &c.* Nann. Misc. lib.4.c.1
Petasus Mercurii, an in pedibus, Pius Annot. post.c.201.
Petaurus quid, Vitel.c. 13
Petra, Aornis nomine, Beroald. Annot. c.96
Phæcasia, e genere calceamentorũ, Flau. Con.c.41
Phaethõtis fabula, quid vere noter, Flor. Sub.2.c.24 f.
Phalanx in acie quid, Beroald. in Seru. §. 19.
Phaon a Venere factus hominum formosissimus. Egnat. Racem. cap.1.
Philetas Cous Poeta qualis, Parrh. epist.57.§.2
Philippus Amyntæ, a Pausania, cur trucidatus, Pius Annotat post. cap.12.
Philoctetes, nomen fabulæ, quam fecit Theodectes, Parrh.ep.12
Philosophi disputabant in Gymnasiis, Parrh. epist. 24.
Philotheorus, quis. Polit. Miscell. cap.84.
Philyra, an apud Plinium alibi nomen proprium, feminæ coronariæ. Beroal. Annot.c. 4.
Philyra, quid. Polit. Misc. c. 72. item Beroal. Annot c.4
Phlegræus campus pluribus locis, Scoppa Coll.1.c.24
Phocæ cur turpes Vergilio. Cruc.c.1
Phœbi cantus. Pius Annotat. post. cap.168.
Phœnices an in Africa ante Pœnos, Sabell. obseru. in Plin. lib.3.c.1
Phragmon, fictor egregius, Pius Annot. post.cap.157.1
Phryges sero sapiunt prouerb. Bero. Anno.app.c 4
Phryxi genus quod nam, Pius Annot. post.c.140
Phryxus cur nubigenus dictus, ibid. cap. 163

Picis

Picis vsus ad condienda vina, Bero. in Seru. § 51.
Piissimus, minus latinũ seculis prioribus, Flau Con. c. 79
Pilea facta ex tritis lacernis, Calder. lib 3 obseru. c. 5
Pileus & duo pugiunculi in Bruti numismate symbolum patriæ liberatæ, Pol. Misc. c. 70
Pinea corona victorum in Isthmicis, Pius Annot. prior. c. 11
Pinguedo & pinguitudo, Latina sunt, aliter quam placuit Seruio, Beroal. in Seru § 58
Pinus conigera, Sabel annot. in Catulli Nuptias
Piriaterium Agrippæ quid, Polit. Misc. c. 38
Pitylisma, exercitationis genus, quod, Polit Misc. c. 38
Πιτυλίζειν, ibid.
Pityocampę, genus insectorũ quod, Bart. Auct. cap. 12
Pithyusæ insulæ, vnde dictæ, Beroa. Annot. c. 101
Plagipatidæ, cur dicti parasiti. Nan. Mis. 1. c. 14
Planetarum characteres, quales, Nann. Misc 10. c. 3
Planus substantiuum corripitur, adiectiuum producitur, Beroal. annot. cap. 12
Planus pro scurra Ciceroni, Laberio, Horatio Gellio, &c. ibid.
Platyophthalmon idem cum Latinorum Stibio, ib c. 86
Plauti vita qualis, Parrh. ep 64
Plautinæ Amphytruonis argumentum, ibidem.
Plautus Farsinas, non Sarsinas, ib.
Plerique omnes, aliter explicatum, quod placuit Seruio, Beroald. in Seru. § 14. Pleriq, vno tantum digito distant ab insania, Nan, Miscel. 8. cap. 5
Plumatile opus, Pius ann post. c. 194
Pœna honorificentior a centurione illata, quam a lictore, Sabel. Annot. in Plin lib 14. c. 4
Pœnitentiæ vocabulo sæpe vsus Cicero, Flau. Con. c. 34
Poesis veterum defensa, contra Platonem & D. Hieronymum. Flor. Sub. 3. c. 7
Poetæ fabulas suas vendere soliti histrionibus, Nan. Misc 1. c. 13
Poetę melici, iidem cum Lyricis, Beroal Annot. c. 58. veteres in fabulis admodum variasse, Flor Subc. 3 c 11. Poetis omnes personas, vel ex historiis mutuatas, vel etymo suis faris consentire Nan. Misc. 7. c. 10 Poetarum interpretibus, quã multa legenda, Pol. Misc. c. 4
Poetica melica, Ber. ann. c 58
Poetica ne dicendum, an poetica. Scoppa Col. 1. c. 16
Polemarchi quid, Nan. Mis. 8. c. 1
Politianus repreh. in Ouid. epist. Penelop. *Siue quis Antilochum, &c.* Parr. ep. 29. prælatus Budæo, Flor. Subc. 2 c 7
Pollen, pollinis quid, Pius Annotat. post cap 85
Pollinarium cribrum quid, ib.
Pollices premere, pro fauere, Polit. Misc. c. 42. Pollicem vertere, convertere res odii, Pol, Mis. c. 42
Pollincere, pollinctor quid, Bart. Auct. c. 5 vnde dictus, ibid.
Pollucere quid, Bero ann. app 11
Polymita quid, Pius ann. post. c. 194
Polypi flagella, Beroal. annot. post. cap. 15. Polypus insidiatur conchis apertis, ibid.
Pomo an coronati Olympionicæ, Pius Annot. prior. c. 11
Pompeius notatus, quod *vno digito caput scalperet*, Polit. Miscell. cap. 7

Pompeius Macer, quis Augusti æuo. Pius Annot. post. c. 184
pomum, an etiam lauri bacca, Pius Annot pr. c. 11
ponti Euxini mira natura, Beroald. Annot. c. 40. pontis vsus in Comitiis, ferendo suffragio, Beroald. Annot. c. 6
popeanum erugandæ cuti medicamentum, Calde. obser. lib. 3. c. 6
Poppysmatis, & poppysmus, quid, Polit. Misc. c. 32
poppysmus adoratæ fulgetræ, ib.
populares qui sint, Nann. Misc. 2. cap. 15
porcus adhibitus fœderibus, ac lapide ictus Pius ann. pr. c. 10
porcæ, in agris quid, ibid.
portæ Ratumenæ, vnde nomen, Beroal. in Plin. lib. 8. portæ vnde nomen, Scoppa Coll. 1. c. 28
porthmus, quid, Pius An. post. c. 48
porticus miliariæ, Beroald. annot. cap. 102 Miliarensis, ibid.
portisculus a portu, non a pertica, Pius Annot. post. c. 202
portitor, item qui portat. Cruc. c 4.
portitor Helles, Pius ann. post. c. 163
portitor literarum, an Latinum, ibidem.
portitor a portu, non a portando, ibidem.
poscere pro spondere, & pretium offerre pro re emenda, Nan. Mis. 2. cap. 2
posthuma proles, quæ postremo nata, etiam patre viuo, Parrhas. epist. 34
poretur & poteratur, prolatum Pacuvio ac Lucretio, Polit. Mis. cap. 71
Potina, infantium Dea inuitandorũ potu, Pius Annot prior. c. 3
potio sacra quid, Pius Annot post. cap. 40
potitiorum & pinariorum etymon, Nann. Misc. 5. c. 4
præcones de lapide excelsiorem populum alloquutos, Pius Annot. prior. c. 10
prædes & vades quid differant, Ber. Annot. c. 96
prænomen quid, Robort. de nominibus.
prænomen & nomen, idem. Robort. de nomin.
Prætexta vsi prætores Ædilesque cum ludos exhiberent populo, Vitel. c. 22
Prætidum furor, & nomina, Polit. Misc. c. 50
prætores ludos celebrabant aucupandæ gratiæ popularis, Vitell. cap. 22
prævaricatio quid, Nann. Miscel. 9. cap. 4
prandia in vsu antiquis præter Seruii placitum, Beroald. in Seru. §. 24
prandium etiam in vsu veterum, Parr. ep. 57. §. 2
preimus pro primus in numismatis, Polit. Mis. c. 85
Priamus antea vocatus Podarces, Scoppa Col 1. c. 32
Priapeia plurium videri, etiã aliquot non satis emunctorum, poetarũ, Flor Sub. 1. c 6
Priapeia aliquot esse posse Vergilii, ibidem.
Priapei catminis non Vergilium, sed Ouidium auctorem videri, Pol Misc. c 59
Priapo templa dicata in littore, & cur, Pius Annot post. c. 157. 1.
Priapismus, qui morbus, Pius Annot. prior. c. 2
Priapus cum pompa cultus Lampsacenis, Pius Annotat. post. cap. 146

Priapus non hortorum modo sed agrorum etiam custos, Flor. Sub 1. cap.6
Principũ statuæ numen habere creditæ, Parrh. Ep.57
Priapeiorum auctores varii, Pius annot. post c.41
πρίονα quid vocent Dialectici, Polit. Misc.c.55
priuignæ herbæ, quæ transferuntur in aliam terram, Pius Annot. post. cap.164
προαγωγεύειν, producere ac prostituere, Parr. Ep 27
producere pro prostituere, Parrh. Epist.27
Progne in lusciniam, Philomela in hirundinem mutata, Cruc.c.2
prolytæ Imper. Iustiniani qui, Polit. Misc.cap.93
promercale quid, Pius An. post.c. 94. aurum, promercale triticum, promercalis vestis, quid, ib.
Promethei ara in Academia Athenis a qua cum lampade currebatur, Scoppa Coll.1.c.28
promus alius, alius cõdus in familia potentiorum, Beroal. Ann.c.19, in familia quid, ib.
proprium, in quod nemo alius quippiam iuris habet, Nan. Misc.4.c.8.
Prora pelage obuertuntur stant littore puppes, Flor. Subc.1.c 3.f.
proseucha quid, ib. vox rarior. Polit. Misc.cap 30
Protei sedes vbi potissimũ, Parr.ep.3
prytanes, magistratus qui, Beroald. Annot.c.51
psalteria conuiuiis adhibita incitandæ libidinis, Pol c.14
psalterii forma quæ, ibi.
psaltriæ in Comœdiis, ibi.
Psanteria Chaldæis pro *Psalterio*, ib.
psephodectæ, calculo suffragia ferẽtes, Pius Annot. post.c.91
Psycholutres Senecæ quid, Beroald. Annot.app.c.71
ψευδόθυρον quid, Nann. Misc.7.capit. 11
ψῆφος, ψηφοδέτης, ψηφολόγος, ψηφοπαίκτης, ψήφισμα, ψηφορία, Pius Annot. post.cap.91.
ψωλοὶ qui, Pius Annot. post.c.41
ptochii, qui, Pius Annot. post. capit. 42.
ptochotrophia, diuersoria medicorum, ibid.
Ptolomæus primus Lagi filius opinione vulgi, sed reuera Philippi, Sc. 1.Coll.c.1
Ptolomæorum Ægyptiorum origo a Macedonum regibus, Pius Ann. post.c.106
puerarius inter flagitiosa, ib.c.53
pueros initiantes cibo & potu, sacrificabant Eduliæ, & Potinæ, & Cubæ; Pius An. prior. c.3
pueros olim expositos in cantharo, Nann. Misc.1.c.2
pueris an hodie incipiendum a literis Græcis, Flor. Subc.1.c.1
puerperæ statim a partu lauabant, Parrh Ep.58
Punicani lecti, qui, Cruc.c.15
publipor, nomen seruile, a domini prænomine, Beroald. Annot. cap. 79
pugillares tabulæ cereæ, Vitel.c.3
Pulcer scribendum, non *pulcher*, Egnat. Racem. c 10.
pullarii feles, qui, Pius Annot. post. cap.53.
pulsare ac verberare, an & quid differant, Flor. Sub.1.c.8
purpura Megalensis Martiali quid, Vitel.c.22. quomodo inuẽta, Pol. Misc.c.12.
puteal, quid, Scoppa 1.Col.c. 2.
pycta, pro pugile vsitatum item scriptoribus Latinis. Flav. Con.c.9

pyra locus Oetæ montis, & cur sic dictus Beroal. Annot. c. 71
pyramidum etymon, Flav. Con. c. 99
pyrgus circa rem alearoriam quid, Beroal. Ann. c. 22
Pythicam & de saltatione Pythica, Bart. Auct. c. 11
Pythis derivata an omnia breuia, Fl. Con. c. 99
Pythagoras an Numę tempore vixerit. Florid. Subc. cap. 13. Pythagorę sententiæ explicatæ aliquot, Pius Annot. c. 36 anima de vno in aliũ homine vt migrauerit, Flor. Subc. 3. cap. 4
Pythiocampæ, quid, Beroal c. 101
Pytis a Pane & Borea adamata, trãsmutata in nominis sui arborem, Egnat Racem. c. 16
Pytis condita, Polit. Misc c 46. & Beroal. Annot. c. 34

Q

Quadragesima genus tributi q, Ber. Ann. ca. 90
Quadrigæ albæ, an Rhesi, Pius Ann. post c. 3
Quæstorum origo, genera, officia, &c. Scoppa Col l. c 14
Querquerum in febri, Beroal. Ann. cap. 76
Quintipor, a domini prænomine seruile nomen Ber Ann. c. 79
Quiritem appellari in castris, insolens Pius Ann. c. 187
Quod pro Quoad. Nan. Misc. l. c. 17
Quotidie ne scribẽdum, an Cotidie, Abstem. c. 9
Quum & cum. differẽtia quæ, Scoppa Coll. lib. 3. c. 7

R

Rapæ Nursinæ, notæ melioris, Pius Annot. post c. 174.
Recuperatoriũ iudicium quid, Nan. Misc 9. c. 6
Regiones an eodem semper animi corporisque robore præditos homines producant, Flor. Sub. l. c. 17
Regioni qua degant homines ingenium simile habent, ib.
Regulus, Regaliolus, aues quæ, Pius Annot. post. c. 29
Reiecula armenta quæ, ib. c. 94
Remoræ aues in auspicijs quid, Pius Annot. prior. c. 1
Remoræ pisces quanta vis in mari, ibidem.
Remulco trahere quid, Flor Subc. 1 cap. 3. f. Remulcus, nec nauis, nec scapha iuxta Doletum, Flor. ib.
Reperire atq; invenire significatione eadem. Flor. ib. cap. 7. an operæ semper & consilii, ib. c. 7
Reponere parẽ referre gratiam, bonam malamue, Parr. Ep. 23
Res, pro Venere, Pius Annot. post. cap. 35
Restio, qui restes intorquet, Pius Annot. post. cap. 189
Retina duabus priorib. syllabis producta, Pius Annot. pr. c. 1
Martial. lib 3. Epigr 67. *Veterno resinaque rigiores.* ib.
Retiarius de genere gladiatorum, Pius Ann post. c. 88
Reus nemo fiebat nisi nomine antea delato ad iudicem, Nann. Miscel. 9. cap. 6
Rex, p potẽtiore ac diuite, qui a clientibus colitur ac parasitis, Plauto, Horatio, Iuuenali, Martiali, Beroal. Ann. c. 17. alias regnator, alias dominus, alias diues, Ber. Ann c 17.
Rheno explorati infantes, Par. 875. m
Rheubarbarũ aut Pontici non esse inter potiones sacras, Pius Annot. post. cap 40
Ridere & irridere pro adulari, Nan. Misc 1. cap. 8. Rhinocerotis vnicum cornu tantum, Polit. Misc. c. 56

Riscus

Riſcus quid, Parrh. ep 59
Robur, locus ille carceris, vnde dictus, Beroal. annot. ap. c 10
Roboris ſupplicium quale, ib.
Roma triplici inſignita nomine, vulgari ſuo item arcano Amaryllidis, & ſacro Florentiæ, Nan. Miſ. lib. 6. cap. 1. Romæ ſeptem colles quæ, Parr. ep. 57. Romanum forum, ib.
Romulus, cur Quirinus, Scoppa Coll. 1 c. 18
Roſa rincta cruore Veneris, Pol. Miſ. c. 11. Roſæ laureę, quæ & quarũ vitiam, Pius annot. pr. c 5
Rudibus exerciti gladiatores, Parrh. epiſt. 60
Rumore incerto collecta, plerunq; falſa, Parrh. ep 29
Ruta cæſa quid, Beroal. an. c. 62
Rutilii exſilium, eiuſque tum innocentia, tum conſtantia, Egnat. Racem. c. 9.

S.

SAbbathum non accepit nomẽ a numero, vt Lactantio viſum, Flor. Sub. 2 c. 4
Sabecca Chaldæis idem, quod *Sambuca*, Pol. Miſ. c. 14
Saccariam facere, an ſagariam, Ber. annot. c. 76
Sacra nocturna, reprehenſa, Polit. Miſ c. 10 Sacrum idem cum execrabili, Piau. Con. c 35. Auri fames ſacra ibid. Sacrum populare, Martiali, quid, Vitel. c. 22
Sacrificantibus omnia ſint oportet, reſoluta, Cruc. ad Ouid. lib. 1. met. cap. 381. Sal grumus, oppoſitus tritо. Parrh. ep. 31
Salamis inſula, controuerſa inter Athenienſes & Megarenſes, Beroal. ann c. 43. Salerni etymologia, Scoppa Coll. 1. c. 10
Salluſtianæ hiſtoriæ examen, Flor. Sub. 1. c. 2. Salluſtius ne & Cicero ſcriptis inter ſe pugnarint.
Salutio, & mimi nomẽ, & Scipionis cognomen, Pius ann. poſt. c 185
Salutis Augurium Romæ quid. Polit. Miſc. c. 13
Sambuca, & organũ &qui organum mouet, Pius Annot poſt. c. 3
Samia vaſa quæ. Cruc. c 15
Sambonia Chaldæis pro *Symphonia* Polit. Miſc. c. 14
Samnites, optimi gladiatores, Cruc. c. 18. Samnitium, quæ fuerit armatura, Parrh. ep. 60
Sanqualis auis inter diras. Pius Annot. poſt c. 16
Sapa, quomodo fiat. Ber. in Ser. §. 54
Saperda, genus piſcis quale, Parrh. Epiſt. 37
Sappho, altera Pſaltria, altera poetria, Egnat. Rac. c. 1
Sardonius riſus, vnde ductus, Parrh. ep. 15. Pius annot. poſt. c. 6
Satisfactionis ſpecies, iurare nolle eſſe factum, Nann. Miſcell. lib. 2. cap. 7
Satirane ſcribendũ, an Satyra Scoppa Coll. 2. c 1
Satura, quod genus edulii, Pius annot. prior. c. 2
Saturatos etiam bis de die veteres Romanos Græcoſque, Beroal. in Seru. §. 24
Saturciani rura, Nann. Miſcel. 4. cap 4
Saturnalia, pro muneribus Saturnalitiis, Pol. Miſ. c. 21
Saturno filios ſuos immolabant Carthaginenſes, Beroald. annot. app. c 20
Satyræ inuentor, Flor. Sub. 1. c 15
Satyrion quid, Pius Annotat. prior. cap. 2.
Satyri, an vnquam fuerint, Flor. Subc. 2. c. 6
Satyrorum forma qualis, Pius ann. poſt. cap. 175

Scatiniæ legi vnde nomen, Parrhas. ep. 23
Scazontes versus quales, Pol. M. c. 24
Schedæ quid, Vitell. Def. c. 3
Schedium, scriptum omne subitaneum, ibid.
Scholæ, quid, Parrh. ad Cic. Milon. 831. pr.
Σκιαμαχία, Pol. Mis. c. 34
Schiamachia quid, ibid.
Scipio, cognomēto Magnus, Parrh. 854. f
Σκυτοτρώγες, adagium in quos, Pius Annot. post. c. 104
Scopæ olim ex palmis, Sabell. Anno. Plin. lib. 13. c. 14
Scopæ pl. numero, non singulari, Pol. Mis. c. 20
Scorteæ, quid, Pol. Mis. c. 62
Scribere, pro tradere, Pius Annotat. post. c. 181. ἀναγράφειν, pro accusare, Nann. Mis. c. 9. c. 4
Scriptorum metus erat: ne sua, vel occuparentur a furibus, vel adulterarentur, Nann. Mis. 6. c. 11
Scrupulus an lapillus minimus, Nā. Mis. 1. c. 16
Scuta quid, Parrh. 871. m. vox ratioris vsus, Pol. Mis. c. 30
Scylla vtraque, & Phorci & Nisifilia, monstrum marinum, Cruc. c 2
Scyllæ mater quæ, Parrh. 853. pr.
Scytale Laconica, genus epist. quod, Beroal. Annot. c. 62
Sectio, sector, quid, Nann. Miscell. 8 c. 2. circa damnatorum bona, Beroal. Annot. c. 85
Sectores, qui damnatorum bona subhastata, emebant, Beroal. Annot. c. 85
Secus pro sexus, Parrh. ep. 43
Secutor, de genere gladiatorū, Pius Annot post c. 88
Semenstria mss. sæpe pro *semestria*, Cruc. c. 16
Seminarium, locus consitus nouellis arboribus, Bart. Auct. c. 76
Seminarii fructus, qui, ibid.
P. Sempronii Tuditani, cur nulla mentio inter Oratores Ciceroni, cum Liuius tamen facundissimū vocarit, Flor. Sub t. c. 14
Senacula in quibus Senatus habebatur, Romæ tria, Pius Ann post c. 60
Senarius versus quod habeat ictus, Nann Mis. lib. 4. c. 6
Senec. lib 2. c. 41. nat. quæst. *Iouis tres manubiæ, &c.*
Senectus cur dicta tristis Vergilio, Flor. Sub. lib. 2. c. 12. cur dicta tristis, Beroa. in Ser. § 28
Senes, depontani cur dicti, Beroald. Annot. c. 6
Seplasia, Cœpuæ forum, Beroal. Annot. 77
Seplasiarius, pro effeminatore vnguentorum, ibid.
Seps, quod genus serpentis, Beroald. Annot. c 100
Septa, in Campo Martio, quid, Berold. in Seru § 38 loca omnia munita, ac vallata quodam sepimento, ibid.
Septimontium, dies festus Romæ, Parrh. ep 57
Sepulcra ne fiant in ædibus Martyrum atque Apostolorum, Bart. Auct. c. 71
Sepulcra extra Romam, Scoppa, Coll. 1. c 28
Serapæa, quæ, Pius Annotat. post. c. 86
Sericum non prouenire ex bombycibus, vt placuit Seruio, Beroald. in Seru § 55
Sero fit, quicquid amissa temporis occasione frustra fit, Parr. ep 57
Sero sapiunt Phryges, prou. Beroald. Annot. app. c. 4

Serra, quid Dialecticis, Polit. Misc. c.55
Serui circumagebantur iam manumittendi, Polit. Misc. c.98 manumissi vindicta a Prætore, ibid. a manu, serui a pedibus, qui Calder. Obseru. lib 3. c.1 quot, tot hostes, Pius Annot. post c.26 circum pedes, Calder. Obseru. lib. 3 c.1. Pius Annot pr. ca. 1. obsonatores, qui, Beroald. Annot. c.10; ex dimenso viuebant, Nann. Mis. lib. 3. c.26. ad pedes, Pius Annot. pr. c.1
Seruis nomen datum a regionibus ex qua venales, hinc Lydi, Syri, Getæ, Daui, Cappadoces, Beroal. Annot. c.17. manumittendis iniecta festuca, Pol. Mis. c 98
Seruitus itineris, actus, viæ, quid differant, Nann. Mis. 9. c 5
Sybaritici libelli, quales, Polit. Misc. c.15
Sibilus paruirudentum, Pius Anno. post. c.18
Sibyllarum nomen vnde, quot numero, quibus nominibus, libri quales, Scoppa, Coll 1. c.11
Sibyllini versus de ludis secularibus, Pol. Mis. c.58
Siccans, pro sobrio, Pius Anno. post. c.202.
Sicilia Italiæ quondam coniuncta, Flor Sub. 1 c.17
Sicomorus inter arbores quæ Nili aggeres colligant, Pius Annotat. post. c.101
Sicyonia, quod calceamentorũ genus, Beroal. Ann. append. c.18
Sidon, secundam & producit & corripit, Vitel. c.14
Signorum rodiacorum characteres quales, Nann. Mis. 10. c.3
Silentia Lunæ tacitæ, quid Vergil. Parth. epist 1. in auspicus, dictum quod omni vitio caret, Pol. Mis. c. 100. Siloniani sub Impp. qui, Pius Annot post. c.3
Simiæ multæ in Africa, Beroald. in Plin. 5
Sinonis etymon, Naun. Mis 7. c.10
Sinopis, color quis, Beroald. Annot. c.86
Sinuessanæ aquæ, molles, Vitell. c.26
Sirenum nomen vnde, Scoppa, Col. 1. c.30
Sirrentinũ ne dicendum an Surrentinum, Scoppa, Coll. 1. c.30
Sisapones in Hispania duæ, Flau. Con. c 20
Sisyphus Æoli filius omnium vaferrimus, Parth. ep 11
Sitella, ad suffragia, Beroald. Annot. c.53. aut situla, pro vasculo, in quo sortes coniiciuntur, Beroald Annot. c 53
Siticines vnde dicti, Nann. Miscel. 5. c.3. in funere, quid, Pius Annotat. post c 188
Sicoma quis, Bart. Auct c.49
Smigma, omne quod purgat & abstergit, Beroal. Annot. c.88
Smictica vis, Beroal. Annot. c.88
Solariariorum inuentor quis, Vitel. c.28
Solem bis vbi nunc occidit exortũ voluere Æpyptii. Flor. Sub. 1. c.17
Solis mensa, quid Æthiopibus, Beroal. Annot. c 82. oculum nihil latet, Pius Annot, pr c.7
Soliferrea tela, Liuio quæ, Beroald. Annot. c.50
Solitaurilia, quod genus sacrificiorum, Beroal. Annot. c 50
Solsticialis orbis, aliud ab anno vertente, Vitell. c.28.
Somni geminæ portæ, quid allegorice, Flor. Sub. 2. c.24
Somnia caprabant ægroti in templis, Pius Annot. post. c 10

Sophocles ne melior an Euripides ambiguum, Flor. Sub. 2. c. 13
Sophron Menographus quis, Cruc. c. 15
Sorex suo indicio perit, prou. Parth. ep. 59
Soriorarene, an fratrare dicendum, cum vbera crescunt, Florid. Con. c. 88
Sortilegi in Circo max. morabantur, Parth. ad Cic. Mil. 832 m
Sortiri dicas, quid, Nann. Miscel. 9 c. 7
Sortiri iudicem idem, quod sortiri dicas, Nann. Mis. 9. c. 7
Spartacus gladiator, quam acre bellum excitarit, Pius Annotat. post. c. 52
Sparta cur sine muris, Cruc. in Ouid. metam.
Spatia itineris actus, & viæ, quænã, Nann. Mis. 9. c. 5
Spathalium, ornamentum quale, Flau. Con. c. 41
Species, a spectabilitate, Nann. Mis. 4 c. 19
Speculum rogatur, cum inspicitur, Beroal. Annot. c. 38
Speculum a Catullo dictum imaginosum, & cur, ibid.
Σφῦρα, tali, Pius Annot. post. c. 144
Spiegelius perstringitur, Flor. Subc. 3 c. 4
Spintriæ Tiberii, vnde dictæ, Pius Annot. post. c. 16
Spinthurnix, auis qualis, Pius Ann. post. c. 16
Splenium, quid, Vitel. c. 23
Spolerinus, an Spoletanus, Abstem. cap. 7
Spõgia in vsu post delectam aluum, Vitell. c. 9
St, silentium indicans sibilus, Pius Annot. post. c. 4
Stare a Senatu, stare a caussa bonorum Calderin. lib. 3. Obseru. cap. 1
Statius Papinius serio vituperatur, Flor. Sub. 2. c. 20. f.
Stat. 4. Theb. *& te bacchate Citharon*, Parth. 843. f
Stat. 1. Subc. 2. ver. 255. *hunc ipse Coo plaudente Philetas*, Parth. ep. 58 § 2
Stenobæa eadem cum Antia, Flor. Sub. 3. c. 11
Stentoris vocalitas, Pius Anno. post. c. 138
Stibium, quo mulieres oculos pingebant, quid, Ber. Ann. c. 86
Stilbon idem cum Mercurio, Pius Annot. post. c. 129
Strenua, Dea industriosorum, Bero. Annot. c. 49
Suada eadem cum Suadela, Pol. Mis. c. 91
Subare, proprie suum, Beroal. Ann. c. 83
Subsellia sedes in theatro, Vitel. c. 2 vbi rei sederent, vbi item accusatores, ibid. in iudiciis, quorum magistratuum ibid.
Subsellium, quo sedetur ad mensam, ibid.
Subulones, qui, Pius Ann. post. c. 53.
Sudas in *Astarte*, Flor. Subc. 2. c. 7
Sudatio seu Laconicum, pars balnei quæ, Robort. lib. de Lacon.
Sues feminæ, castratæ, Vite. c. 1. odere vnguenta, & præcipue amaracinum, Beroal. Annot. app. cap. 14
Suffragia per albos nigros ve calculos, Pius Ann. post. c. 91. per tabulas, ibid. in creandis magistratibus per pontes ferebantur, Bero. Annot. c. 6 per folia, Pius Annot. post. c. 51
Sufforaneus, Sabel. Ann. in Plin. lib. 7 c. 43
Suggestus comæ, Parth. ep. 57 § 2
Summanium locus Rom. vbi meretrices prostabant, Vitel. c. 25

Sum

Sumtus scrib. non sumptus Egnat. Racem. cap. 10.
Superfœtare etiam fœminas. Pius annot. prior cap 3
Sybarites per plateam, quid. Polit. Misc. cap. 15. Sybaritarum luxus. ib. Sybariticæ fabulæ quales. ibid.
Sybaritidos, quis auctor, & quale eius argumentum, ib.
Συωλάττιζειν. testudinem facere, quid Parth. ep. 20.
Syrophœnix, pro enerui & molli. Pius annot post. cap. 93.
P. Syrus in delitiis Cæsari Iulio. Pius annot. post cap. 179.

T.

T Finalis syllaba, communis. Polit. Misc. cap. 71.
Talarius ludus, non talaris. Parrh. ep 17.
Tali mira velocitas. Parrh. epist. 15.
Tali statione famigerata creta. Parrhas ep 15. Tali quatuor in lusu. Beroald. annot cap. 27.
Talos in pyrgum mittere, quid. Beroald. annot. cap. 22.
Talis & nucibus ludebāt pueri. Robor. ad Epith Cat.
Talus quod Græcis Astragalus Beroal. annot. cap. 27. Talus, Cretum custos qualis. Pius annot. post. cap. 6.
Tamen pro tandem. Nann. Misc. 2. cap. 2.
Tantali phiala. Beroal. annot. app. cap. 1.
Tantali fons in India, qualis. Beroa. annot. append. cap. 1.
Taras Neptuni filius, qui & amni nomen & oppido dedit in Calabria. Parrh. ep. 57.
Tarentus, vnde ei nomē. Polit. Misc. ca 58. Tarentini lasciui & Parrh. ep 57. Tarentini ludi, minime ite-
rari anno 50. Beroal. annot. cap. 23
Tarquinios Lucium & Aruntem nō fuisse filios Tarquinii Prisci. Sabell. annot. in Liu. lib. 1.
Tarsus vnde dicta. Parrh. epist. 24. a quo condita. idem. cap. 25.
Tau Gallicum. Pius annot post. cap. 43. Tau crucis pœna. ib. Taurea, vinculorum genus. Parrh. epist 18.
Taurea, matronæ nomen vnde. ibid. Taureæ, quid in pœnis. Pius annot. post. cap. 124.
Tauromini um Siciliæ quis condiderit, & vnde ei nomen. Egnat. Racem. cap. 13.
Taurus, pars corporis obscœna, Pius annot. post. cap. 84.
Tectorium quid. Bart. Auct. cap. 73.
Templa statuæque decretæ a prouincia proconsuli suo, qui eidem præfuerat. Flau. con. cap. 78. Templum in augurū disciplina, quid. Cruc. in Ouid. lib. 1. met. v. 381. Templum priuatim cuicumque suorum erigere licitum. Nann. Misc. 7. cap. 16. Templum nomen loci etiam non sancti. Parrh. ep. 57 Templis Martyrū Apostolorumue non sepeliendi mortui. Bart. Auct. cap. 71.
Tenebræ Cimmeriæ. Beroal. annot. cap 84.
Tepidarium, balnei pars quæ. Robort. lib. de Lacon.
Terque quaterque, numerus finitus pro infinito. Florid. Subcisiu. 2. cap. 10.
Terentius naufragio periit. Beroal. annot. cap. 10.
Terminus Ioui cedere noluit. Polit. Misc. cap. 36.
Terræ filius, cuius nesciuntur parentes. Polit. Misc. cap. 18. Terræ longitudo quot stadiorum.

Sabell. annot.in Plin.lib.2. c. 108.
Tessera, idē quod Græcis cubus, Ber. annot cap 27 forma quadrata, Robert. ad Epi. Cat. tres in lusu, Beroal.annot cap 27.
Testem laudare, pro nominare, Pius annot. post c.3.
Testiculi Arietini, Polit. Misc.ca. 62.
Testudinem facere, in bello, quid, Parth. Ep 70
Testudines marinæ sectæ in laminas ad vestiendum lectos & repositoria, Beroal.annot.c.36.
Testula Athenienſium in Ostracismo, Beroal.annot.c.80. Testularum exsilium quale, ibid.
Tetraones apud Suetoni. quæ aues, Polit. Misc. c.57.
Theuthrantia turba, quomodo dicta filiæ Thespi Ouidio, Politia. Misc.c.29.
Texebantur telæ in atrio, Flau.con. cap.14.
Thalamegus.genus nauis quale, Pius annot. post. c. 182.
Thamnus quid, Pius annot. post ca. 171.
Thanatos insula, Scoppa coll.1.c.30
Thapsiæ & ferulæ differentia, Pius annot.post c.167.
Theano Pausaniæ mater, Parth, Ep 45.
Thebaicæ, palmæ generosiores, Beroal.annot c.36.
Thebani cur dicti pubes Martia. Parth Ep 55. Thebarum Ægyptiacarum amplitudo quanta, Florid. Sub 3.cap.1.
Thensarum religio quanta, Nann. Misc.7.c.9.
Theodectæ fabula Philoctetes, Parthas Ep.12.
Thericlea, quæ, Beroal.unnot. app. cap.21.
Thermodoon flumen Cappadociæ, non Thraciæ, vt autumat Seruius. Beroal in Seru § 36.
Thermopolium quid, Pius annota. post c.205.
Thesei amore inimicitias aduersus Athenienses deposuit Minos, Parthas Ep.16.
Thesmophoria quid, & vnde dicta, Pius annot prior c.9.
Thespias Bœotiæ vrbs, Flaui. con. cap 5.
Thespius, filius Teuthrantis, Politi. Misc.c.29.
Thesprotos, in Epiro. Parrh. Epist.3. Tesprotos an item in Italia, ib.
Thusci & Tyrrheni iidem, Parrhas. 834 m.
Thymelici, histriones qui, Beroald. annot.cap.89.quid, Bart. auct. capit. 2.
Θυμὸς in ingenui animi hominib. Polit.c.101.
Thyrsis, etymon. Nann. Misc. 6. cap. 10.
Tibia sarrana, eadem ne cum sinistra, Nann.ibi.quæ dexteræ; quæ sinistræ, Nann. Misc.1.cap. 6.
Tibicines in funere, Pius anno. post cap 188.
Tituli artificum operibus perfectis, non sic inscripti, tanquam adhuc imperfecta essent, Polit. Misc.c.47.
Tmolus non mons Ciliciæ, vt visum Seruio, sed Lydiæ, Beroal. in Seru. § 48. croco florentissimus, ibid.
Tomus quid, Vitell.c.24.
Tondere Leonem prouerb. Pius annot. post. cap. 15.
Toparchia, quid, Pius anno. post. ca. 122.
Topica Aristotelis vnde dicta, ibi.
Torquatum non necasse filium fustuario, vt voluit Seruius, Beroal. in Seru. § 32.
Tot hostes quot serui, Pius annot. post

post cap. 26.
Tragœdiæ inuentores qui, Flo. Sub. 1. cap. 15.
Tragicum corrugari, quid, Politian. Misc. 59.
Tragus Tragizein, Beroal annot. capit. 13.
Transenna quid, Beroal. annot. capit. 93.
Transire plurium significationum, Parrh. Ep. 24.
Trapezontus serio vituperatur, Parrhas. Ep. 60
Traulus quis, Flau. con cap. 27.
Trebia flumen vbi, Beroald. in Seru. §. 34.
Trebula, oppidum vbi, ibi. Trebulã a Trebia diuersam; secus quam Seruio visum ibid.
Trepidare, pro festinare, Pius anno. post c. 158.
Tribuarius, a tribu, Sabell. Obseru. in. Cic. pro Plancio.
Tribus Romæ principio tres ad postremum 35. factæ, Nann. Misc. 10. cap. 6.
Tribus latiæ, quid, Vitell. c. 17.
Tribuum Romanorum triginta nomina quæ, Scoppa coll. 1. c. 18.
Trichila, trium labrorum vasa, Pius annot. post c. 173.
Triclinium pro cœnatione in vsu; contra ac voluit Seruius. Beroal. in Seru. §. 15. & lectos notat discubitorios, & cœnationem ipsam ibid.
Trieterica Bacchi, vnde eis nomen, Vitell. c. 28.
Trimeter, sex habet ictus, Nann. Misc. 4. cap 24
Tristis, pro amaro, Flor. Sub. 2. c. 13.
Tristis senectus quid Vergilio, Flor. Sub. 2. c. 12.
Tritonis nomine amnes tres, in Bœotia, Thessalia, Libyaq; &c Parrh. Ep. 55.
Tritonis etymon, Nann. Misc. 7. ca. 10.
Triumpus, sine aspiratione in nummis, Polit. Misc. cap. 19.
Trochilus auis eadem cum regulo, Pius annot. post. c. 29.
Troia, & regio & vrbs, Scoppa coll. 1. c. 2.
Troiæ auctor, an, & quomodo, Phœbus, Parrh. 836
Tuba in funeribus maioribus tibia in minoribus, Pius annot. post ca. 188.
Tumores Syrii Martialis, quid, Beroal. annot. c. 25
Tumuli apio coronati, Pius annot. post c. 115.
Tunica pallio propior, Pius annot. post. c. 30.
Turbo ruens, idem quod meta, Beroal. annot. c. 36
Turbinis figura, contraria metæ, ib.
Tutulus matronarum quid, Parrha. Ep. 57 §. 2.
Tutus Olympus columellæ quid, Pius annot. post. c. 158
Tychius artifex non vulgaris fabricandorum clypeorum Homero, Ouidio, Straboni, Beroa. ann. c. 7.
Tyndarides pro Hippolyto, Scoppa coll. 1. c. 12.
Tyrannus in bonam partem, Pius annot. post c. 31.
Tyrrheni quomodo transfigurati in Delphines, Cruc. cap. 21.
Tyrtæus, poeta non e multis, Florid. Subc. 3. cap 10.

V.

VAccinia an inter floresponi debeat cum Seruio, & non potius inter arbores cum Plinio, Beroal. in Sero. §. 39.
Vades & prædes, quid differant, Beroal. annot ca 96.

Valerium Flaccum perſtringi a Iuuenale Satyra prima, Parth. Epiſtola 2.
Vaſatus bene, quid, Pius annot. poſt cap. 60.
Vaſis fictilibus expoſiti ad compita liberi. Nann. Miſc. 1. c. 2.
Variæ, abſolute, pro Panthetis, Bero. annot. c. 77.
Varro forte lapſus, lib. Lat. ling. vbi citat ex Terentio, *ſcortatur; potat &c.* Polit. Miſc. cap. 63.
Vaties Gallorum, qualis, Pius Annot. poſt c. 62.
Vealegon, vnde ei nomen, Nann. Miſc. 7. c. 10.
Vecordia pro ἀγνωμοσύνῃ, Nann. Miſc. 1. cap 9.
Vegrandis faba, pro minuta; vegrādis meſſis pro parua, vegrandes ones, pro imbecillibus, Beroald. in Seru § 59.
Veiovis, quis Romanis, ibid.
Vellera pro infulis, Parth. 847. f. Vellera & rami in vſu ſupplicibus, Nann. Miſc. 7. c 16. Velleris aurei fabula, quid ſibi velit, Cruc. c. 5.
Venditio liberorum triplex vett. Rom. Nann. Miſc. 10 c. 5.
Veneta conditura, Veneta factio, Beroal annot. c 92.
Venetis Italis vnde nomen, Beroal. in Seru. §. 8.
Venit in mentem legis, temporis, virarum, &c. Cruc. c. 10.
Venter pro alimento, Nann. Miſc. 8. cap. 20.
Ventus quid, & vnde dictus, Flor. Subc. 2 cap 5
Ventus Argeſtes ex frigidiſſimis, Beroal. annotat. c. 2. Ventus Cæcias, quis, Pius annot. poſt cap. 78. Ventus Thraſceas quis, ibid. Ventus Apartias. quis, ibid. Ventorum, duplex genus, & quare, Nann. Miſc. c. 7. Ventos cur μαψάυρας vocarit Heſiodus, Nann. Miſc libro 7 cap. 1.
Venuſtum quid, Nann. Miſ. 1. cap. 7.
Venus Murtia, Sabell. annot. in Liu. libr. 1. Venus Lacedæmoniis barbata, Pius anno. pr. c. 3. Paſcophores cur dicta, Pius annot. poſt ca. 96. prodeſt phlegmaticis, & cur, Pius annot. poſt c. 64. Venus Myrtea, vnde dicta, Beroal. annot. c 49 Veneri Murtię ſacellum ſub Auētino, Beroal annot. c. 49.
Vergiliomaſtix, Beroal annot. ca. 11.
Vergilius dicendum ne ſit, an Virgilius, Polit. Miſc c 77.
Verginius, non Virginius in marmore Romano, ibid.
Vertendi ex Græco in Latinum ratio recta quæ, Nann. Miſc. 1. c 3.
Vertumni nomen vnde, Pius annot. poſt. cap 33.
Veruex quid, Bart. auct. cap. 10.
Veſcæ frondes ſalicum, veſcum papauer, veſcum ſal; quid, Beroal. in Seru §. 59.
Veſculi, pro gracilibus & male curatis, ibid.
Veſcum, quid ſit, ibid.
Veſpaſiani templum in foro Roma. iuxta Pauli Baſilicam, Parrah. Ep 52.
Veſperna, pro cœna, Pius anno. poſt cap. 40.
Veſtæ ignis virginibus cuſtoditus in operto, Parth Ep. 57.
Veſtis Coa, quæ Bombycina, & quare, Beroal in Seru § 55.
Veſtes expoliti tergore echinorum, Bart. auct. c. 41.
Veſtes chiridotæ, quales, Pius annot. poſt c. 58.
Veterinarii qui, Bar. auct. cap. 7.
Veternoſus, Catoni hydropicus, Beroal. annot. cap. 60. veternus, qui morbus

morb. Pius ann pr. c.1. Veternus, pro quovis torpore. Nãn. Miſc. 4. c.15.
Veternus, morbus quis. Beroald. annot. cap. 60.
Via, quaſi vehia. Nann. Miſc. 9. cap 5.
Victi victorum nomine inſigniti. Scoppa coll. 1. cap. 22. Victores an victis nomina mutarent. Beroal. annot. in Seru § 62. Victoriæ ſigna ſuſtentat manu ſimulacrorum aliorum Deorum. Parrh. ep. 57.
Viduæ nomen vnde. Pius annot. poſt cap. 52.
Viirtus, in nummo veteri ſcriptum per i duplex & quare. Polit. Miſc. cap. 43.
Vinum homines exhilarat. Parrh. ep. 33. Vinum cicutæ reſiſtit. Polit. Miſc. cap. 61. Vinum maluaticum quomodo fiat. Beroal. in Seru. §. 54. Vinum infuſum capitibus ſtantium ſub ictu cultroque victimarum. Polit. Miſc. cap. 26. Vina condita pice. Beroald. in Seru. §. 51. Vina crocei coloris, optima. Beroal. in Seru. §. 48. Vina ſacco lineo colabantur. Beroal. in Plin. lib. 19.
Vinaria vaſa pice lita Beroa. in Seru. c. 51. Vergilium non videri auctorem carminis Priapeii. Poli. Miſc, ca. 59. Vergiliana loca cur nõ ſuppleuerint Tucca & Varus. Nann. Miſc. 6, cap. 11. Virgiliana Culicis fabula, vbi geſta fingatur. Parrh. ep. 32
Virgo fons aquæ frigidiſſimæ. Beroal. annot app. cap. 7.
Virginenſis Dea. Scoppa Coll. 1. ca. 33
Virgines canephoræ, quæ. Beroal. annot. cap. 63.
Virgines Veſtales, cur tacitæ Horat. Polit. Miſc. cap. 100.
Virtuti nullũ maius præmium quã conſcientia. Parrh. ad Cic. Milon. 832.
Viſceratio quotannis in monte Albano Latinis. Beroald. in Plin. lib. 3.
Vita minus diuturna quibus virtus eximia. Nann. Miſc. 4. cap. 9.
Vitæ longæuæ homines recẽſentur. Flor. Subc. 2. cap. 2. Vita, provictu, Nann. Miſc. 8. c. 12.
Vitiliginis, ſpecies quot. Pius Anno. poſt. cap. 120.
Vitis quomodo in delictis pœnam honoret Sabell. Annot. in Plin. li. 14. cap. 1.
Vitioſi magiſtratus, qui creati abdicentibus auſpicijs. Beroal. Annot. cap. 44.
Viuaria, quid Vitell. c. 15.
Viuerræ. Græcorum Ictides Beroal. Annot. cap. 68.
Vixerunt, pro exſtincti ſunt. Politi. Miſc. cap. 88.
Vlmi lauris inſitæ. Flor. Subc. 1. capi. 12.
Vlulare, & luctus & lætitiæ. Nannius Miſc. 7. cap. 14.
Vlyſſes cur dictus Polydes Parrh. Epiſt. 39. Vlyſſes a Troia redux cani tantum notus. Pius Annot. c 13. Vlyſſes quomodo obierit. Flor Sub. 3. c. 2. Vlyſſi follem ventipotentem dedit Æolus. Beroal. Annot. ca. 75. Vlyſſis ſcrobs apud inferos Beroal. Annot. cap. 75.
Vndeoctoginta, vndeviginti, vndetriginta; quibus vnum deeſt. Beroald. Annot cap. 21.
Vnguenta item bibi ſolita, Pius Annot. poſt. cap. 183. Vnguentum in lente, prouerb. Beroal. Annot. ap. cap. 13.
Vocales producendas geminabant veteres, Polit. Miſc c 43
Volucra, quod genus inſecti, Pius Annot. poſt cap. 34.
Vox aſſa, quid, Pius Annot. poſt cap.

71.
Vrbibus mystica fuisse nomina, Nãn Misc. lib. 6. c. 1. vrbs idem cum oppido; nisi quatenus hoc illa ignobilior. Scopp. Coll. 1. c. 28. Vrbs vnde deriuetur, quo ritu ædificetur, & quomodo conueniat cum oppido, Scop. coll. 1. c. 28.
Vri boues, qui & quales, Beroald. in Seru §. 27. Vri, an naſcantur in Pyrenæis, iuxta Seruium, Beroald. in Seru. §. 27.
Vrſos, an non gignat Africa. Sabell. Annot. in Plin. lib. 8. c. 36.
Vſura pro fœnore, Pius Annot. poſt c. 201. Vſurariavxor quæ, Pius An. poſt. c. 3.
Vſus atq; vſusfructus, non eſt auctoritas æterna, Nann. Miſc. 4. c. 8.
Vt pro vbi, Cruc. Annot. in Ouid. li. 1. met. ver. 16.
Vtricularia fiſtula, an *Nebel* Chaldæorum, Polit. Miſc. c. 14.
Vulcanus cur præcipitatus, de cœlo, Polit. Miſc. c. 89.
Vulua ſuis grãidæ, in pretio. Vit. c. 1.
Vxor vſuraria, quæ, Pius annot. poſt cap. 3 Vxor, quaſi vnxor, Sabell. anno in Fl. li. 28. c. 9. Vxoris nomẽ, ab vngendis poſtibus, Beroald. in Seru. §. 25.
Virgilius cur abſtinuerit a monomachiis Deorum, Nann. Miſc. 6. cap. 12.
Virgilius cur amauerit emblemata carminis Enniana, Nann. Miſc. 7. c. 4. Virgilius cur Æneidi prætexerit verſus quatuor opuſcula ipſius complectentes Nann. Miſc. c. 11.

W.

Willebrodi puteus, Nann Miſc. 10. cap. 2.

X.

Xeniaquid, Bart. auct. c. 6.
Xenones. & xenodochia quid, Pius annot. poſt c. 42
Xerolophon, columna qualis, Pius annot poſt c. 177.
Xyſtus quid, Pius annot. poſt c. 191.
Xyſtus pro ambulatione, in qua arbores, &c. Beroal. annot. c. 89 Xyſtici, athletæ quales, Beroald. annot. ca. 89. Xyſtici certatores, qui, Pius annot poſt c. 191. Xyſtici, athletarum genus quod, Bart. auct. cap. 3.

Z.

Zephyrus idem cum Fauonio, contra Vegetii ſententiam, Fl. Sub 2. cap. 5.
Zoilus libros ſcripſit, aduerſus Homerum, Beroal. annot. c. 11.

FINIS.



IANUS GRUTERUS

Fax Artium

Liberalium

. I .

